D. HECTORIS
CAPYCII LATRO
J. C. AC PATRITII

Neapolitani Marchionis Torelli,

OLIM ADVOCATI FAMIGERATISSIMI

postmodùm S. R. S. nunc Supremi Ordinis à Latere Consiliarii, ac Regentis Regiam Cancellariam.

DECISIONES NOVISSIMÆ
SACRI REG. CONS. NEAPOL.

IN QUIBUS ABSTRUSIORES JURIS QUÆSTIONES, Contractuum, Ultimarum Voluntatum, Criminales, Feudales, Consuetudinariæ pertractantur, & enodantur.

OPUS MAGISTRATIBUS, ADVOCATIS, CÆTERISQUE IN UTROQUE Foro Versantibus, non solùm utile, sed & necessarium. Cum duplici INDICE, Altero ARGUMENTORUM, MATERIARUM altero.

Accesserunt hac novissima Editione Observationes ad omnes & singulas Decisiones,

MICHAELIS ANGELI GIZZII,
J. C. NEAPOLITANI,

IN QUIBUS, NEDUM QUÆSTIONES IN DECISIONIBUS PROPOSITÆ, SED etiam alii Illustres, ac magis Controversi Juris Articuli excitantur, brevi, facilique Methodo discutiuntur, & accuratè resolvuntur, atque ut plurimum authoritate Rerum Judicatarum Tribunalium hujus Regni Neap. adhuc non Impressarum, nec à Pragmaticis relatarum, sub signo * comprobantur, cum suo Indice locupletissimo.

LIBER SECUNDUS.

GENEVÆ,

Sumptibus CHOUET, G. DE TOURNES, CRAMER, PERACHON, RITTER, & S. DE TOURNES.

M DCCVI.

ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

DOMINO
D. INDICO VELEZ
DE GUEVARA, ET TASSIS,
COMITI DE OGNATE, ET VILLAMEDIANA,

Domino Domus de Guevara, Orbeni, Villarum de Sallinillas, Salduegno, & Vallisuerdis, Cursori majori Generali Suæ Catholicæ Majestatis,

ET IN PRÆSENTI REGNO VICEREGI Locumtenenti, & Capitaneo Generali.

HECTOR CAPYCIUS LATRO
Marchio Torelli P. F. Precatur.

CUM alteram hanc *Forensium Decisionum* partem typis committere, ac in lucem suscipere destinarem, non diu quærendus fuit, cuinam illam inscriberem, cujusque nomini æterni hanc amoris imaginem, & obsequii monimentum consecrarem; in promptu enim tuum mihi sidus affulsit. Ex. Pr. quod meis lucubratis noctibus lucem afferret: Tui gentilitii stemmatis corda certam meo Operi vitæ fiduciam ipsa cum æternitate certaturam visa sunt polliceri. INDICI denique nomen prudens, magnanimum, sapiens index mihi certissimus fuit, quò ingenii labores mei collimare deberent, ac se convertere: addideruntque mihi quammaximos ad idem stimulos tua in me, meamque omnem familiam benevolentia, ac beneficia singularia.

Igitur post intestini Martis incommoda, quo veluti scopulo retardata literarum felicitas fuit: tunc exactis peregrinationibus, quas te ita jubente nuper inivi, ut Foggiæ vectigalia nervos scilicet nostræ Neapolis, ac Provincias Capitanatam, ac Molisiensem semianimis ob bellorum calamitates in pristinam dignitatem, ac formam restituerem, maximaque sedulitate revocarem; tum etiam ut annonæ, qua tunc temporis Neapolis laborabat, conquisito ex Apuliæ claustris frumento subveniretur.

Converſus tandem ad literas ultimam meis hiſce Deciſionibus manum adhibui, tuoque nomine illas quadam veluti coronide decoravi ; tantus enim ac talis eſt in te decor, ac gloria Ex. Dn. ut literatorum calami ſuò veluti in Apolline gaudeant in te conſiſtere. Merentur id ingentes illæ, magnæque avorum tuorum imagines, de quibus meritò, ac jure optimo dici poſſet quod aiebat Themiſtius, certis ſcilicet temporum vicibus divinas quaſdam Heroum animas ad Regnorum, Provinciarumque ſalutem è Cœlo in terras labi.

Regna undique dùm loquor, ſervatæque occurrunt Provinciæ : hinc Pyrenæis montibus coronata Maurorum terror, Hiſpanæque virtutis compendium occurrit Navarra, quæ Barbarorum acinace lacerata D. Sancium Guevaram habuit, à quo illorum ſpoliis exornaretur, quos adeò antè timuerat, eoſque ſibi ſtatueret in trophœa, qui de ipſa triumphaverant, quaſi ideò viciſſent Mauri, ut ſpecioſiùs forent ſubinde victi, debellatique ſpectaculum.

Inde Trionalibus redimita ſtellis ſe prodit obviam Alemania, quæ à tuo ſapientiſſimo parente altero velut ab Hercule è ferociſſimorum hoſtium portentis aſſerta in ſecuritatem fuit ; Quantus enim, Antæus ille Gallicus erat, qui Saxonum aſſenſu fretus ab Auſtriæ capite excutere Imperatorium diadema certabat; cùm Matthiæ Imperatoris funere funus etiam minatus imperio: niſi tui Parentis conſilio Lybicæ Paleſtræ fatum Gallicus Antæus ſenſiſſet in Alemania. Quid cùm creſceret in Auſtriæ damna Fridlanti dux, quònam ejus rabies evaſiſſet, niſi idem Alcides vagientem adhuc Hydram illam in tempore oppreſſiſſet. Quænam illa dies fuit, cùm Auſtriadum virtutem probatura fortuna, non Saxones modò; ſed omnes ferè ſeptentriones in illam armavit: plus armorum, quàm nivium per montanos Alemaniæ apices fulgurabant, ipſaque urſa ferocior in partibus tumebat audacia. Periculoſum erat in eo ancipitis fortunæ ludo jactare aleam, niſi Parens ille tuus ſuæ prudentiæ ſubjugata fortuna, reddidiſſet Auſtriacis illum victoriæ ſolem, quem tot hoſtilium armorum nubila obruere feſtinabant ; is enim Ferdinandi Cardinalis infantis exercitum Imperatoriis copiis ſuaſit adjungi, tùm ad Nordlingam oppidum committit certamen, quo fuſi, fugatique hoſtes, tanti Herois conſilio initam pugnam ſuſtinere non potuerunt, quin cædentibus terga verterent in palantem : ac ſocordem fugam effuſi : Territumque Saxonum ducem, diffidentemque rebus ſuis ad pacis conditiones adegit.

Quid ſi ad Ferdinandum, qui nunc rerum potitur, meritiſſimum Imperatorem deveniam, qui cùm in Regem Romanorum adligandus eſſet : cogitanti Philippo Quarto noſtro Auguſtiſſimo Regi, cuinam tanti momenti rem demandaret, non alius occurrit, quàm idem ille Sapientiſſimus Parens tuus: qui qua dexteritate ea in re ſe geſſerit, unum illud ſit argumento, quòd priùs Rex Romanorum ab omni Alemania ſalutatus Ferdinandus fuit, quàm quid ageretur ejus Parens noſcere

potuiſſet,

potuisset, tum functo Ferdinando II. ejus parente illum in Imperatorem curavit assumi.

Hæc in tuis majoribus dignitas, hic splendor elucet, sed si in te convertam obtutum, Profecto illorum omnium res gestas, admirandasque virtutes in te mihi videor intueri. Quanta Anglorum admiratio fuit? quodnam è tua virtute gaudium? cùm in Britanniam legationem suscepisti, quæ toto licet orbe divisa, habuit tamen quod in te ab omnibus sejunctum, ac sepositum miraretur. Indè Hispaniam vix regressus, Romam orator dimitteris, rixas compositurus, quæ ibi serpere incipiebant. Tandem mota Neapolis, maxima illa, ubi tua probaretur prudentia area fuit: ardebant civilia bella; sed tuo consilio restincta sunt: tumulata erat totius Europæ pulcherrima Civitas; sed tui ope consilii revivixit: Omnium dignitates humillimorum hominum insultibus jactabantur, tu tamen seditione composita, omnia suo pristino splendori restituisti. Ab illiteratis hominibus examinatæ literæ fuerant, tu tamen excussis stultorum hominum tenebris, suum literis solem, diemque reddidisti. Omnium voces in tuas laudes, in tua encomia exarsere. Vnum omnibus Academiis argumentum fuisti: certant adhuc oratoribus vates, adhuc cithara linguis contendunt. Nationes omnes Hispanos subjectæ Imperio tuam prudentiam ad Cœlum tollunt, & inter dissonas licet idiomate gentes, concors tamen sententia fuit, dum te instauratorem Italiæ, & Heroici temporis Principem vocant. Nos verborum compendio tuas committimus laudes, dum nostra Neapolis parentem amantissimum nuncupamus.

Sed quò missam feceram tuam in Ylvam insulam expeditionem, ubi nunc bellator insistis consilio, manuque promptus, ut abscissam veluti suæ continenti insulam suo restituas capiti. Habet Hispania quod commendet, quod miretur nostra Neapolis, quod denique totus Terrarum Orbis sæculis omnibus eloquatur; quantæ enim molis res erat ingentem comparare classem, Florentissimas deligate copias, commeatum omnem providere, totque rei bellicæ apparatus? certè res erat opulentis ærarii, multorum annorum labor, & felicioris molimen temporis. Iam verò res Neapolitanæ tot civilibus bellis exhaustæ, tot jacturis afflictæ tantæ expeditioni pares non videbantur. O verè Heroicum facinus! ô rem sæculis omnibus extollendam! difficillimis temporibus ita classem instruxisti, ut omnium mentes ad armorum fulgorem erectæ fuerint de belli mole sollicitæ, ita milites delegisti, ut nunquam floridæ magis in armis cohortes effulserint, ita pecuniam contraxisti, ut nec novorum tributorum pondera, aut nova vectigalia cives pertulerint. O felicem Neapolim, cui à tanto Principe contingit gubernari. Quid quod ita Longonensis portus arcem oppugnas, ita obsidionem explicuisti, tam alacriter muralibus tormentis, omnique obsidionali opere victor insistis, ut certam jam omnes spem, fiduciamque conceperint non laturas diu tuum aspectum Gallicas noctuas, quin deditionis consilia secum agitent, suaque illis lilia non nisi bustuaria evasura. Porro ipsam de victoria conceptam spem

Neapolitanæ Nobilitatis alacritas summaque te duce studia bene ominari, ac portendere visa sunt. Quos inter Regni proceres meum etiam unice dilectum pignus, meique dimidium Siani Dux votis non vulgaribus adjecit animum, omnemque indolem generosam applicuit, quippe qui Hispanarum Rerum provehendarum amore semper exarsit, suæ enim fidei primæ in Regni motibus dedit experimenta, stabiisque à Gallica classe defendendis non minimam navavit operam. Altera deinde Cremonensis ager area fuit, quam Vrbem cùm Mutinæ Dux ingentibus Gallorum copiis obsideret auxiliares è nostro Regno milites tuo ille jussu tam auspicatò convexit, ut suo adventu solverit Gallus obsidionem palanti lapsus effugio. Nunc verò tua secutus vestigia, teque Chironem nactus tertiam illuæ asserendæ operam exhibet, qua mente, quibus animis, quaque alacritate, tu testis idem, & Author es.

Par igitur erat, ut cui vitam, cui civium dignitates omnium Neapolis debet, hoc ego aliquale mei amoris, & obsequii monimentum consecrarem. Tu munusculum hoc tuis meritis, ac virtutibus debitum æquo, libentique animo excipe, & bono publico compositas Decisiones, cùm totus sis in publica utilitate, serena fronte recipias. Vale utriusque decus Hesperiæ, nostræ assertor Italiæ, totiusque Terrarum Orbis quammaximum ornamentum.

AD LECTO-

AD LECTOREM.

*H*ABES, AMICE LECTOR, *alteram mearum Decisionum Partem, quam inter tot, tantasque mei muneris curas descripsi. Et quidem arduum fuit tot inter negotia ocium invenire. Nuperrimè etiam civilia bella meis obstare votis sunt visa; Omnibus tamen obviam itum est. Proluserunt ad pacis studia bella, & acuerunt magis ingenium certamina, quam obruerunt: tum in ipso curarum Oceano statio est inventa, in quam lucubratarum noctium vigilias seponerem. Aderant & senilis ætatis incommoda, adeoque remittendus mihi calamus erat tum Consultationum voluminibus, tum prima, quam dudum evulgavi. Decisionum parte scribenda penè laxatus; sed ingens, quo teneor, juvandi rem publicam literariam studium, ad Opus hoc maturandum me stimulis non vulgaribus impulit: Cùm potissimùm forensis palæstra veterem illam Eleusinam imitari videatur, quæ, reviviscentibus, semper novum aliquid, ac sepositum habebat, quod ostenderet, ita in judiciali arena novæ semper, ac recentes causæ se nobis objiciunt decidendæ, quarum Constitutiones, Decisionesque nemo est, qui non videat quantæ futuræ sint utilitatis, ac commodi, si quid simile quandoque determinari contingat.*

Igitur Rerum Iudicatarum, sive Decisionum partem hanc alteram in lucem educere maturavi, rem omnem ad legum communium libellam examinans, ac probatissimorum Doctorum sententias adhibens, ut enim bella militum delectu potius, quàm multitudine, sic forenses causæ feliciter peraguntur, si non obviis, sed optimis Doctoribus muniantur. Æqui itaque, bonique meos hosce labores consulas, Amice Lector; *At si quis livoris, & invidiæ notam incurrat, causæ æquitas me tuebitur, cùm hæc non ad jactantiam, sed publicæ utilitatis ergo conscripserim.* VALE.

APPROBATIONES.

Al Signor Canonico Jovene.

Gregorio Peccerillo Vicar. Gener.

Admodum Illuſtris, & Reverendiſſime Domine.

DEciſionum octoginta Tomum ſecundum Illuſtr. Domini Hectoris Capycii Latro Patritii Neapolitani, & Marchionis Torelli, Supremique Regii Collateralis Conſilii, ac Regiam Cancellariam Regentis perlegi, & ſummopere non deſivi admirari tanti Viri doctrinam, Diſcordantium Doctorum opiniones in conflictibus cauſarum S.R.C.& Collateralis diſceptando, dilucidam, & doctiſſimam enucleationem, & conciliationem irrefragabili authoritate firmatam, & cum tot negotiorum mole eſſet obvolutus ut alter *Caeſar* mihi videretur, qui rebus bellicis, civilibuſque negotiis inſimul animum accommodaret, & quod noctu quieti illud tanquam ocii tempus ſupereſſet, ad rei memoriam, & pro communi utilitate inſudarit. Ideo cùm nihil præter ſanam doctrinam, & bonos mores continere videatur, quod à viro integerrimo, & prudentiſſimo amplius deſiderari poſſit, ſi videbitur Dominationi veſtræ, prælo dari poſſe cenſeo, die 1. Septemb. 1649.

Dominationis Veſtræ admodum Illuſtr. & Rever.

Addictiſſ. Servus Jo. Vincentius Juvenis Cimiliarca, & Canon. Deput.

Imprimatur,

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

F. Joſeph de Rubeis Ord. Min. Conv. Emin. Card. Philam: Theol. & Conſult. S. Officii Reg. f. 48. à t.

Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Signore,

GIO Domenico Bove ſupplicando fà intendere à V.E. come vuole far ſtampare il ſecondo Libro delle Deciſioni del Spettabile Regente Capecelatro, Marcheſe del Torello. Per tanto la ſupplica à commettere la reviſione deeſſe, accio poſſa ottenere il Regio imprimatur, & lo riceverà à gratia, ut Deus, *&c.*

Magnif. U.J.D. Jo. Jacobus Anichinus videat, & in ſcriptis referat S.E. *Garcia Reg.*

Proviſum per S. E. Neap. die 2. Sept. 1649. *De Amico.*

Locus Signi.

Illuſtriſſime & Excellentiſſime Domine.

LEgi ex præſcripto Supremi Senatus in Regno Librum Secundum Deciſionum noviſſimarum Sacri Regii, ac Supremi Collateralis Conſilii Neapolitani, quas eleganti calamo inter graviſſimas munerum ſuorum curas profert in publicum Illuſt. D. Hector Capycius Latro, Marchio Torelli, ſummus à latere Conſiliarius, ac Regens Regiam Cancellariam, Illuſtre lumen juris, Sagi, ac Togæ decus eximium, Phœnix eruditorum, Antiſtes maximum Juriſconſultorum Opus eſt (me Judice) dignum, quod in membranis purpureis auro, argentoque conregatur, pulcherrimum valde, & pro hominibus doctiſſimis negotium glorioſum, quodque velut optimum quoddam ſtudioſiſſimæ diligentiæ exemplum habeatur, ex eo namque jura naſci poſſunt, & quæ à præcipuis Superiorum ſeculorum viris juſtitiæ, æquitatiſque ſtudioſis tradita ſunt, ita continet, ut quiſque poſſit inde colligere excelſas in doctiſſimo Authore Sapientiæ dotes inauditam prudentiam, ſeveram in civili jure cenſuram, cæteraque propè divina, quæ prima Regni ſubſellia requirunt elaboratum plane opus multijuga eruditione refertum, copia, & elegantia perpolitum, rerum varietate & utilitate è quibuſque bonæ notæ ingeniis expetendum, dicentibus ac docentibus jus glorioſè perutile, jucundeque mirabile, pulchra in eo elucent miſcellanea rerum, & pervenuſta ratio ſtyli nobilis & ſelectus ordo dicendi, in quo non minus laboris in colligendis disjectis, & reſtituendis laceris artubus juris noſtri, quam olim in purgando Augiæ Stabulo ab Hercule fuit inſumptum, eſtque tale, quòd Reipublicæ Literariæ quam diutiſſimè ſervari poſſit, ac debeat, legatur, probetur, & vitam accipiat, quod tantum virum omnium ex conſenſu redoleat, Genitori ſimile curioſiſſimo doctrinarum omnium exploratori, & ſi de cæteris ab Authore ſcriptis magnum extitit judicium penes eos, qui in arte Principes extiterunt, quod tanti Solis crepuſcula meridiem fecerunt in jure, nunc ejus meridie polus exardeſcet, gaudeat ergò Neapolitana tellus, cui ob Hectorem hunc tantummodò decet, quod olim de Ægypto cecinit D. Hieronymus, *quòd ſi nullum alium divum protuliſſet Ægyptus, ſatis erat Antonius*, permittatque Senatus typis mandari librum, qui foro, ac praxi plurimum confert, qui nihil habet contra Regiam Juriſdictionem plura pro juriſdictione. Hoc meum votum. Neap. Kalendas Octobris 1649.

Excellentiæ Tuæ,

Servus Deditiſſimus Jo. Jacobus Anchinus.

Viſa ſupraſcripta Relatione *Imprimatur.*

Zufia Regens. Caſanate Reg. Caracciolus Reg. Garçia Reg.

EMINEN-

EMINENTISSIMO ATQUE REVERENDISSIMO

PRINCIPI
D. INNICO CARACCIOLO

S. R. E. Cardinali Ampliſſimo, Archiepiſcopo Neapolitano Præſtantiſſimo.

JOANNES JACOBUS GIZZIUS U. J. D.

Prothonotarius Apoſtolicus F. S.

HÆSERAM *ſanè, fateor, ſub ipſum audendi veſtibulum dubia cogitatione ſollicitus, cum mecum ipſe rependerem; Tibi nè* EMINENTISSIME PRINCEPS *Opus iſtud, Obſervationes, ſcilicèt, ad Secundi Libri Deciſiones Regentis Capycii Latro, à Michaele Angelo Gizzio meo Fratre, necnon à me quoque elaboratas inſcriberem; Illud enim verebar, nè mihi audaci animo verteretur, quippè quod tanti facerem, ut Purpureas inter Vlnas excipiendum putarim: reprehendendus ſanè, cùm non modò tanti cupidus Patrocinii, quàm plauſuum ambitioſus, tantam Auguſti ordinis Majeſtatem inirem. Vnum verò erubeſcentis animi religionem protinus abſtulit, cum tot, ac tanta tua decora mihi præ oculis ponerem, à quibus vectigalis loco exigitur quicquid qua devotionis ergò, qua animi gratitudine offeratur. Ad pedes igitur tanti Principis, ad Præſidem veluti locum opus repono, ubi, ſi qua à veritatis tramite quicquam deflexerit, à tanta affatim legum peritia imbuto acrem juris normam ſibi mutuetur, Purpuraque tectus illatam ſibi verecundiam pretio ponat; ad trutinam inſuper revocandum trado; ratus, ſcilicet hujuſmodi ſub umbra præclaram ſibi lucem accerſitum iri, qui enim illud ſoli traderem, nì tanta tui Patrocinii inſignitum benevolentia, qua primos auſus niteretur in vulgus? qui memet tanto Principi dicatum non dubiè crederem, ni munuſculum addicti animi luculentiſſimum teſtem, nempè mentis indicem tradidiſſem? at non precocem, ut par erat, ſed ſerum ſanè, ni cadivum, protuli fructum? quid? culpandus ipſe fortaſſe? haud equidem, cum nil ſero properatum deroget Opus, ſuuſque ſit utrique honor, nec non uterque, & feſtinantem ad obſequium animum, & officiorum memorem abundè præſeferat. Excipe igitur,* CARDINALIS AMPLISSIME, *quæ patrem decet benevolentia Opuſculum quale, quale eſt, quod cum partim Michaelis Angeli Fratris mei vita functi, partim meo labore elucubratum ſit, (morbo namque fractaque valetudine præpeditus, me ſibi Adjutorem ſuffecit) noſtri tua beneficentia aſtricti generis Index erit Omnibus denique precibus poſco, tui nominis lumine, Operi, ſi quibus ſcatet umbris, quid lucis eroges, teque tuo nomini, nobis, nec non Vrbi, & Orbi ſerves.* VALE.

AD EVM

AD EVMDEM DOMINVM EMINENTISSIMVM

IgnICVs CaraCCIoLVs CarDInaLIs

Anagramma Numericum. MCXV.

SontIbVs InfestVs oVes VIgIL foVet InIqVos fVgat
MoX TYberI potItVrVs. MCXV.

Ad Eumdem Laurus Allegorica

ODE.

O Decus nostra, columenque sylva
Laurus, annoso nemorosa trunco,
Blanda quam circum volitat frementis — *Aura Favoni.*

Lenè Sebethus, placidoque fluctu
Te rigat molli revolutus Unda,
Teque Crateris vario celebrat — *Carmine Siren.*

Te novem docta Choreis sorores,
Te triplex ambit charis, atque ab altis
Frondibus vatum Chorus hospitalem — *Repperit umbram.*

Floribus ramos onerant Napea,
Floribus texunt Dryades corollas,
Tela venator, Pharetramque trunco — *Figit eburnam.*

Nulla Permessi tibi certet Arbos,
Nulla Phaaces imitata lucos
Sylva, ceu prastas face noctilucam — *Sol Hyperion.*

Sapè venturi nova monstra Cæli
Delphicas Phœbi cecinisse laurus,
Sapè Dodona memorant locutas — *Carmina Quercus.*

Vana Gracorum Joca; sacra tantum
Diceris vento meliore pulsa
Numinis decreta loqui secundò — *Flamine Divum.*

Semper ad ramos nova Consulentum
Turba circumstas, secretiora, dum tu
Arbiter solvis moderator Urbis — *Parthenopea.*

Ad Eumdem Nominis, & Cognominis lusus.

EPIGRAMMA.

Moribus ut varia distant, ut Mœnibus Urbes
Nomina sic patrio certa tulere sono
Non eadem Latio, qua priscis addita Graiis,
Nec qua Jordanis nomina Nilus habet.
Gaudet Arabs, Lybicusve suis, gaudetis Iberi,
Certaque habent duri nomina Messageta,
Vera loquar: Vinclis tu cunctos suavibus ambis,
Atque novis flammis IGNICE *corda cremas.*
Si patriam, variosque ostendunt nomina mores,
Qui tibi sunt mores? IGNICE, *qua patria est*

TYPOGRAPHUS

TYPOGRAPHUS LECTORI BENEVOLO.

QVID prælo cuditur? ades dùm Iucundissime Lector; brevi da te mihi, cùm tibi, tuæque utilitati obtemperans Typis cusum Opus modò lucem hauriat; Posthumas *Observationes* ad Secundi Libri *D. Reg. Capycii Latro* Decisiones amantissimè sinu fovendas excipe, cùm redivivum præseferant *D. Michaelem Angelum Gizzium* de utroque Iure in paucis praxim callentem. Opus sanè diu expetitum, justis tamen de causis usque adeò umbratum Chao circumductum intueri libet. Quod si æquè, ac par est, tui ingenii palato sapiat; ejusdem quoque *Domini Auctoris Forenses Observationes*, quas in primo Decisionum præfati Domini Regentis spopondit, non longo temporis intervallo tenebis, quas meritò allatis posthabuit, ut omnibus numeris absolutæ prodirent. Vnum tamen tibi *animadversum* volo, nè singulas ipsius tantùm *Domini Michaelis Angeli* opere elucubratas duxeris, sed solùm, quas mortis Icone discriminatas inspexeris, formis dùm ille adhuc viveret commissas, Reliquas verò ab ejus fratre V. I. Doctore *Abbate Ioanne Iacobo Gizzio* Apostolico Prothonotario elaboratas, quem non imparem studiis, cùm Auctor adversa valetudine teneretur erudito in opere labori suffecit, qui ut tanto Viro, tantoque amore conjuncto fratri faceret satis, *Observationes* capitis mortis effigiem subsequentes à fol. 129. ad finem usque, & si à se lucubratas; Defuncti fratris tamen nomine, & subscriptione lucem aspicere haud ægrè passus est, suo tantùm nomine contentus, ut nonnulla Consulentibus data *Responsa*, & *Iurum Allegationes* annis ab hinc elapsis inter manus hoc in Opere versarentur; Id, quòd tùm non uno scribendi charactere, tùm è causis ad Ius Pontificium, forumque Animæ aliquando pertinentibus conjici facilè potest: Neque id tibi admirationem extorqueat, Cùm ambo fratres *Dominum Lælium Gizzium* è selectissimis, primæque notæ Patronis fratrem sibi vendicent, Cujus tot in Iure Responsa, Allegationesque plerisque inserta voluminibus penès eruditum etiam V. I. Consultum *Dominum Andream Iosephum Gizzium* ejus filium asservantur, & quarum quatuor solummodo impressæ habentur per *Dominum Regentem de Marinis in collect. Iur. allegat. divers. ab alleg. 107. usque ad 110. post tom 2. quotid. resolut. novissimè Venetiis impress.* Arripe igitur alacri animo Volumen, avidoque obtutu scrutare singula. Nihil Tibi ex his Momus. Nihil Irrisores sibi decerpent; Cùm accipitres tabe tantum fluentes artus venatum eant; Ad hæc, ut velim Valeas, Vale.

EMINEN-

EMINENTISSIME, ET REVERENDISSIME DOMINE,

Legi, ac perlegi ex præscripto Em. V. Observationes Michaelis Angeli Gizzii J. C. Neapolitani ad S. R. C. Neapol. Decisiones Secundi Tomi D. Regentis Hectoris Capycii Latro, quas, non minùs juris utriusque solida subtilitate, quàm, multiplici rerum etiam observandarum eruditione decoratas, recognovi; adeò, ut omnia & singula Jurisdictioni Ecclesiasticæ, bonisque moribus consona sint. Quocircà in commune omnium profectum Typis mandari, evulgarique posse censeo, si Em. V. videbitur.

EMINENTIÆ VESTRÆ

Deditissimus Servus

D. JOSEPHUS PULCHARELLIUS.

IN Congregatione habita coram Eminentiss. D. Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano fuit dictum, quod stante Relatione supradicti Revisoris,

Imprimatur.

Metellus Talpa *Vicar. Gener.*
Franciscus Guarinus *Societ. Jesu Congr. Indic. Secr.*

ILLVSTRISSIMO, ET ECCELLENTISSIMO SIGNORE,

IL Dottore Michel'Angelo Gizzio Napolitano dice à V. E. come desidera fare stampare due Volumi di Osservationi Forense, & anco l'Osservationi alla seconda Parte delle Decisioni del qu. Regente Capece Latro Marchese del Torellio; supplica perciò V. E. resti servita commettere la visione di dette Opere Legali, acciò possa poi farle gratia ordinare, che si stampino, e lo riceverà à gratia &c.

Mag. Julius Caponus V. J. D. videat, & in scriptis S. E. referat.

Galeota Reg. Ulloa Reg. Navarra Reg.

Provisum per Suam Excellentiam, Neap. die 16. Januarii 1664.

Joseph. Sebastianus.

VIdi jussu E. V. nedùm Observationes doctissimi, & veridici Doctoris Michaëlis Angeli Gizzii J. C. Neapolitani ad secundam Partem Decisionum S. R. C. Regentis Hectoris Capycii Latro Marchionis Torelli; sed etiam duo Volumina Observationum Forensium ejusdem D. Authoris, & mirari debuissem sanè hujus Eruditissimi Viri scientiæ profunditatem, ordinem admirabilem in nostræ legalis scientiæ libris, quos profundè degustavit, & ad suorum Clientum utilitatem in casibus contingentibus applicuerit, nisi aliam de eodem Authore habuissem notitiam. Hic enim Author (fateor sanè) Calepinus Jureconsultorum à nobis appellatur: In quacumque enim nostræ legalis scientiæ materia promptas habet doctrinas, nec pecunia credita suis tradit Clientibus Consultationes, sed negotiatur de contanti, & punctualem cuicunque de Jure petenti tradit Responsionem, casumque in individuo adducens; Et quia nihil continent libri isti contra Jurisdictionem Regiam, ideò rogo E. V. ad bonum publicum licentiam dare, ut imprimantur ista tria Volumina. *Neap. die 1. Aprilis 1664.*

EXCELLENTIÆ VESTRÆ

Humillimus Servus

JULIUS CAPONUS.

Visa supradicta Relatione imprimantur, & in publicatione servetur Reg. Pragmatica.

Galeota Regens. Ulloa Regens.

Provisum per Suam Excellentiam, Neap. die 2. Maii 1664. Joseph Sebastianus.

BARTHO-

BARTHOLOMÆI DE ROSSI Presbyteri Congregationis Oratorii Neapolitani.

EPIGRAMMA.

D. MICHAELIS ANGELI GIZZII V. I. CONSULT.

Tumulus & Calamus.

Lingua filet, gelidoque latens sub marmore languet:
Quid mirum? Tumuli *pandere pressa gemit.*
Multorum linguas servata silentia solvunt.
Nil mirum? Calami *rore fluente madent.*
Extremo, dices, Natura munere functus
Cogitur ignoto quisque subesse Polo.
At qua docta manus concepta volumina finxit,
Ducere dant aura nobiliore dies.
Ecquid nobilius celebri quàm vivere fama?
Sacula sunt, Virtus, qua sibi sola petit.
GIZZIVS elusit decretum flebile mortis,
Reddere se notum iussit in Orbe NOTIS.
Tersit fatalis Calamum, *non abstulit ensis,*
En venit ad lucem purior è Tumulo.
Quin venit è Calamo Tumulus *spectatior astris*
GIPTIUS, *ut* Calamo *splendeat, ac* Tumulo.

CAROLI MARIÆ DE RAHO Clerici Regularis Theatini.

EPIGRAMMA.

AD AUCTOREM.

QUa nova, qua Michael juris monumenta recudit,
Æquus lance, Pius nomine, lege Sophos.
Hic potis Astrea gressus remeantis Olimpum
Sistere, & auratos fingere lege dies.
Utque potens Numen fulgeret lucibus aequis,
Astraam munit lancibus ipse fuit.

AD LIBRUM.

POsthumus ecce Liber legum sub imagine poscit
Assurgens tumulo, lucis inire jubar.
Tiphys lege dedit Syrtes evadere iniquas,
Et legis tumidum velificare fretum.
Sydere signat iter gemino, Michaelis *adempto*
Lumine, suffundit luce Jacobus *opem.*
O foelix jurista potis transcendere fluctus,
Fert tibi, si Pollux, Castor, & ipse viam.

De Libro, qui opere Domini MICHAELIS ANGELI GIZZII vita functi, ac D. Abb. JOANNIS JACOBI GIZZII Fratris elaboratus prodit.

EPIGRAMMA.

D. ALEXANDRI DE ALBITO.

NUnc etiam germana fides post funera vivit,
Subjectoque neci fratre, superstes erat.
Candida progenies generosi sanguinis ambo
Vix lucem nacti, nomina mille gerunt.
Ingenium; genitumque sequax fortitus uterque,
Curaque, atque operi neuter, uterque vacat.
Et legum studium studio sectantur eodem,
Digna cedro Cives hic docet, ille docet.
Ut tandem misero jucundum lumen ademptum
Fratri, fraternus non tumulatur Amor.
Germanus prelo mandat monumenta superstes,
Sed curas liber hic unus utrasque refert.
Nam si idem sanguis, mens par, labor omnibus unus,
Non decuit laudes nomen habere duas.

Ad superstitem Germanum D. Abb. JOANNEM JACOBUM GIZZIUM

EPIGRAMMA.

D. HORATII MARINCOLÆ.

Germanum lacrymis, & luctisonis lamentis.
Immitis mersum funere prosequimur.
Nam curæ monimenta suæ committere prælo
Non dederunt nostris invida fata bonis.
Fallimur ah! Dulcis moritur nece frater acerba,
Nam sua non poterat post monumenta mori.

Ad Tumulum D. MICHAELIS ANGELI GIZZII U. J. D.

Siste, quò properas,
Larva loquax, jucunda mortis Præfica
FAMA?
GIZZII tumulum, unde rediviva terris
Vindex assurgit Astræa
Intuere, ac venerare.
Terminale laudum omnium saxum,
Quod sibi in basim adlegit, & Tabulam Justitia,
Mirare.
Emortuale Canotaphium
Juris asilum Lydium lapidem diceres.
Quo vel Ætas aurea, vel aurea juris norma
Deprehenditur.
Huc ergo laureas, huc Tubas,
Tanto Viro meritum Anathema
Suspende.
Ac ne quis ultra audeat
Hoc in Tumulo.
Cæsareum una, ac Sacrum jus, Herculis moliatur Columnas
Lybithina ipsa.
Et Falce in scalpum conversa
Monumento veræ laudis monimentum
(Ambiguum licet Epigraphe)
Insculpat.
Hic GIZZIUS jacet, at hinc assurgit,
Orbi semel vixit, ut semper viveret Terris
Fato functus, fato ipso defungitur.
Ac
Lethi saxum in perenne sibi vindicat Elogium;
Disce, Lector, quod
UNA TANTUM VIRTUS GIPTII NOMEN
ÆTERNITATI SACRAT.

D. Joannes Baptista Mari Marchio Assiliani.

ANDREÆ JOSEPHI GIPTII J. C. NEAPOLITANI
Auctoris ex LÆLIO Fratre Nepotis.

ANAGRAMMA.

Dominus Michael à Gizzio Jure-Consultus Neapolitanus.
Hic Gnavus, altus Azo, pernotus in Mundo micat, Zoile, sile.

ALIUD.

Doctor Michael Angelus Giptius.
Hic, Lector, jus, pondus legis amat.

LAUDANTUR

LAUDANTUR

ARGUMEN-

ARGUMENTA DECISIONUM.

ad pinguius probandum, quæ restitutio primum & secundum beneficium in Regno appellatur, an intelligatur, tam respectu rei, quàm actoris.

Decis. CXXXVII. Retentio an, & quando detur possessori, & utrum detur hæredi, qui actualem possessionem non habuit, ex quo bona erant sequestrata ordine Judicis, & quid quando fuit res exposita venalis, & accensa candela liberata, licèt nondum habuerit effectum venditio ob nullitates allegatas, & num hæres accipiendo rem hæreditariam in afflictum, sibi præjudicet in possessione, & an pro credito illiquido detur retentio, & quando dicatur liquidum, vel illiquidum, & multa de hærede cum beneficio legis & inventarii.

Dec. CXXXVIII. Conjecturæ adversus obligationem captam penes acta Curiæ an, & quando sint sufficientes ad probandum, obligationem non esse veram, & an servata forma *Regiæ Pragmaticæ* ob defectum subscriptionum duorum testium, & num obligatio de exhibendo mobilia ad omnem ordinem Judicis, comprehendat creditores, qui tempore obligationis non erant in judicio, & an, & quando dicatur, obligationem esse dolosè factam.

Dec. CXXXIX. Quæ probationes sufficiant, & quomodo probetur, quem esse natum ex legitimo mattimonio, ad finem ut patri succedere possit, & an, & quando interposito decreto præambuli, debeat in causa appellationis dari terminus.

Dec. CXL. Testamentum ad pias causas factum an, & quando dicatur perfectum ratione voluntatis, ad hoc ut valere possit, & quando potiùs dicatur præparatio ad testandum, quàm testamentum, & nonnulla ad declarationem *text. in l. si quis 25. ff. de testam. & in auth. quod sine, C. eod. tit.*

Dec. CXLI. Clericus an, & quando teneatur satisdare de judicio sisti, & quid in Clerico reconvento coram Judice laico, & num possit executivè agi contra Administratorem, computis adhuc non dispunctis.

Dec. CXLII. Reivendicationis actio num competat donatario, an verò hypotheca, quando fuit facta donatario in pecunia, sed quòd possit solvi in stabilibus, & an, & quando pactum de non alienando impediat dominii translationem.

Dec. CXLIII. An emptori, qui antequam emisset declaravit, habere nudum nomen, dominium quæratur, an verò ei, cujus nomine emptio facta fuit, & an ex solutione pretii actio quæratur ei, ad cujus beneficium declaravit emptor; emere voluisse, & verba enunciativa an, & quando probent.

Dec. CXLIV. Substitutione facta in casu, quo hæres decedat in matrimonio cum certa persona, vel cum alio de familia, an si nubat ante tempus duodecim annorum, prævia dispensatione Summi Pontificis, & moriatur matrimonio non consummato, erit locus substitutioni.

Dec. CXLV. In fideicommissis an, & quando fiat extensio de casu expresso ad casum non expressum, & tacita reciproca quando intelligatur, & multa ad interpretationem *text. in l. Titia Seia, §. Seia liberto, ff. de legat. 2.* & ad *text. in l. hæredes mei, §. cùm ita, ff. ad Senat. Cons. Treb.*

Dec. CXLVI. Conditio in substitutione posita, quando institutus, vel substitutus absque liberis masculis decedat, an, & quando comprehendat casum, in quo moriatur cum liberis, qui postea absque liberis decedant.

Dec. CXLVII. Emptor, qui in solutione pretii rei emptæ in solutum dedit emptori bona stabilia, & annuos census emphyteoticos asserendo, dicta bona esse franca, & libera ab omni onere, an si postea reperiantur obnoxia, possit contractus rescindi, vel teneatur ad pretium quanto minoris.

Dec. CXLVIII. Exceptio Velleiani an, & quando opponi possit adversus obligationem factam ad beneficium viri, & an, & quando mulier possit se obligare pro excarcerando viro, vel ad evitandum ejus carcerationem, & multa de subreptione, vel obreptione rescripti Principis, dispensando, ut mulier se possit pro viro obligare, & quando impediatur liquidatio instrumenti via *Ritus M.C.V. 166.*

Dec. CXLIX. Petens, rescindi transactionem an, & quando teneatur acceptum restituere, ad declarationem *tex. in l. si diversa, C. de transact.*

Dec. CL. Filiatio in filio suscepto ex coitu cum muliere conjugata quando, & qualiter probetur. Et an oppositiones contra legitimationem in promptu productæ impediant immissionem vigore dispositionis *l. fin. C. de edict. Divi Hadrian. toll.*

Dec. CLI. Creditor in diem an, & quando possit ante diem agere, & quid in donatario, qui habuit donationem irrevocabiliter inter vivos cujusdam annuæ præstationis medietatis fructuum Ruris, cum reservatione tamen ususfructus ipsi donanti, ejus vita durante.

Dec. CLII. Citans super tenore publici instrumenti via *Ritus M. C. V.* pro majori quantitate debiti an, & quando incidat in pœnam à lege municipali statutam, & an conventus possit totum debitum negare, vel veram quantitatem fateri, ita ut non possit fieri liquidatio.

Dec. CLIII. Fidejussor, qui insolidum cum muliere alienam suscepit obligationem, an solvendo debitum possit solvere nomine ipsius mulieris, & an, & quando Administrator solvendo

Index Argumentorum.

Dec.

Index Argumentorum.

INITIA

INITIA DECISIONUM.

Finis Initiorum Decisionum.

ELENCHUS

ELENCHUS
LEGUM, ET PARAGRAPHORUM
ex Vniverſo Iure in hiſce Deciſionibus explicatorum.

Textus Juris Pontificii.

T*Extus in cap. ſuper eo, de offic. deleg.* expenditur, dec. 187. num. 37.

Textus Juris Civilis.
Ex ff. Veteri.

Text. in l. ſi aliquam rem, ff. de acquir. poſſeſſ. expenditur, dec. 137. num. 41.

Text. in l. 1. §. præterea, ff. ad l. Cornel de Sicar. quomodo ſit intelligendus, dec. 172. num. 17. & n. 33.

Text. in l. conſtante, ff. ad l. Jul. de adulter. declaratur dec. 121. n. 37.

Text. in l. heredes mei, §. cùm ita, ff. ad Senat. Conſult. Trebell. expenditur, cui an adverſetur *text. in l. cùm quidam, C. de impub. & al. ſubſtit.* dec. 145. num 7. Intellige, ut num. 14.

Tex. in l. final. ff. de eo, quod certo loco declaratur, dec. 175. num. 14. quamplures habet intellectus, n. 45.

Text. in l. Lucius Titius, ff. de evict. declaratur, deciſ. 199. n. 11. & n. 49.

Text. in l. ſi Titius, & Seia 49. ff. de fidejuſſ. expenditur pro deciſione articuli, dec. 153. num. 24.

Text. in leg. unica, §. cogniturum, ff. de quæſt. quomodo procedat, dec. 178 num. 4. & num. 11.

Text. in l. inter eos, §. is quoque, ff. de re judic. elucidatur, dec. 156. n. 51.

Text. in l. vinum, ff. ſi cert. petat. expenditur, deciſ. 160. num. 26.

Text. in l. ſi quis ſolutionis, ff. de uſur. expenditur, dec. 133. n. 41.

Text. in l. qui ſcit, ff. de uſur. declaratur, deciſ. 130. n. 7.

Ex Infortiato.

Text. in l. Lucius Titius, ff. de aliment. & cibar. legat. quomodo ſit intelligendus, dec. 176. num. 38.

Text. in l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de legat. 2. tria requirit, ut tacita reciproca ſubſtitutio inducatur, deciſ. 145. num. 18.

Text. in l. filia mea emancipata, ff. ſolut. matrim. quo in caſu procedat, dec. 166. n. 167.

Text. in l. 1. §. ex officio. ff. de tutel. & ration. diſtrah. quamvis loquatur de tutore, ejus diſpoſitio habet locum in quocunque alio adminiſtratore, dec. 197. n. 17.

Text. in l. jus alimentorum, §. fi. ff. ubi pupill. educ. deb. verba referuntur, dec. 176. n. 19.

Ex Digeſto novo.

Text. in Rubr. ff. ne quid in loc. publ. vel itin. fiat. comprehendit etiam id, quod in mari geſtum dec. 155. n. 18.

Text. in l. ad diem, ff. de verbor. obligat. declaratur. dec. 133. n. 30.

Text. in l. boves, §. hoc ſermone, ff. de verb. oblig. diſpoſitio quo in caſu dirigitur, dec. 182. n. 39. 54. & n. 66.

Ex Codice.

Text. in l. fi. C. de edict. Div. Hadrian. remedium an competat ſpurio, ſi de impedimento, per quod ſuccedere nequit, dubitatur, deciſ. 150. n. 26. & 27.

Text. in l. poſt perfectam, C. de evict. explicatur, deciſ. 200. nu. 6. & 9. ubi referuntur deciſiones.

Text. Titul. C. de litigioſis eſt pœnalis, nec extenditur de caſu ad caſum, deciſ. 170. num. 65.

Text. in l. congruit, C. de locat. prædior. civil. lib. 11. expenditur, dec. 159. num. 8. & an diſpoſitio *d. l.* habeat locum non ſolum in locatione prædiorum Fiſcalium, verum etiam in locatione gabellarum Regiarum, num. 15.

Text. in l. per diverſas, & ab Anaſtaſio, C. mandat. expenduntur, dec. 137. n. 55.

——In Gallia non obtinere multi ſcripſerunt, n. 57.

Text. in l. ſi cui, penult. C. de non num. pecun. expenditur, dec. 156. n. 70. fol. 191.

Text. in l. in traditionibus, C. de pactis an habeat locum in Principe, & an poſſit conſuetudine introduci, quod non vendicet ſibi locum, deciſ. 154. n. 16. & 17.

Text. in l. unic. C. de plus pet. non ſervatur in Regno Franciæ, dec. 152. n. 8.

Text. Titul. Cod. plus val. quod agit, quam quod ſimul. concip. & Titul. ſi quis alteri vel ſibi non habent locum in feudis, dec. 168. num. 46.

Text. in l. unic. §. taceat, C. de rei uxor. act. non habet locum in alio prætenſo credito uxoris, ſed tantùm in dote, dec. 197. num. 16.

Text. in l. 2. C. de reſcind. vendit. remedium quando competat, dec. 188. num. 25. & num. 85.

-----non habet locum in pretio à lege præfinito, ſed in arbitrario, num. 109.

Text. in l. hac edictali, Cod. de ſecund. nupt. quo in caſu procedat, dec. 166. n. 167.

Ex Authentic.

Text. Authent. hoc niſi, Cod. de ſolut. non habet locum, quando ei cum juramento eſt renunciatum, dec. 192. n. 19. & n. 62. Intellige, ut n. 21. & n. 63.

Text. in §. quoniam, auth. quib. mod. nat. effic. ſui licèt loquatur in legitimato per oblationem Curiæ, procedit tamen etiam in legitimato per reſcriptum Principis, deciſ. 166. num. 163.

Ex Legibus Hiſpan.

Text. in l. 4. Hiſpan. nova recopil. intellectus, deciſ. 158. num. 12.

D. HECTORIS

D. HECTORIS CAPYCII LATRO DECISIONUM NOVISSIMARUM LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

De crimine adulterii, & an, & quando si maritus querelam remiserit, possit Regius Fiscus judicium prosequi, & quando nomen dicatur receptum inter reos.

SUMMARIUM.

5 *Crimen adulterii est gravissimum, & detestabile, imò est majus homicidio, & comparatur delicto læsæ Majestatis, num.2. Atque inter publica delicta connumeratur, num.3. in eo tamen proceditur secundum qualitatem personarum. n.12.*

4 *Fiscus potest prosequi querelam adulterii, non obstante remissione mariti.*

5 *Adulter punitur, etiam si maritus sibi parcat.*

6 *Accusatio adulteris non omnibus est licita, sed ad certas personas est restricta.*

7 *Publicum delictum tunc dicitur, quando nomen est receptum inter reos.*

8 *Fiscus de consuetudine potest in quolibet delicto procedere ex officio.*

9 *Fiscus in crimine usurariæ pravitatis potest accusationem prosequi, etiam si accusator desistat ante litem contestatam.*

10 *Maritus non potest pœnitere, quando nomen est receptum inter reos, tamen si pœniteat, Fiscus accusationem prosequitur.*

11 *Pœna adulterii diversimodè recensetur, ex variis juribus, sed hodie est arbitraria, & n.13.*

12 *Adulterii crimen, quamvis inter graviora delicta numeretur, in eo tamen proceditur secundum qualitatem personarum.*

14 *Homicidium est contra primum mandatum secunda tabula, adulterium vero contra tertium.*

15 *Adulteri tam masculi, quàm fœmina de jure Canonico excommunicantur.*

16 *Clerici adulteri deponuntur, & in Monasterio detruduntur.*

17 *Maritus eo ipso quòd querelam adulterii remisit, uxorique pepercerit, non potest amplius procedi.*

18 *In M.C.V. semper fuit observatum, quòd facta remissione per virum non amplius proceditur contra uxorem.*

19 *Iudex non potest ex officio procedere in crimine adulterii, ne matrimonii connubia fœdentur, & falsis accusationibus deformentur. Fallit tamen hæc regula, quando nomen est receptum inter reos, & num.20. Imò in crimine prædicto proceditur, quando est notorium, & n.21.*

22 *Notorium crimen, & nomen esse receptum inter reos quando dici potest, & n.23. & 26.*

24 Bartoli *doctrina in* l. adulterii 32. C. ad l. Jul. de adulter. *per illum* textum *reprobatur* à Fulgosio *ibid. & intellige, ut n.36.*

25 *Crimen non dicitur inchoatum ante litem contestatam.*

26 *Nomen inter reos receptum tunc dicitur, quando est descriptum in libro cæterorum reorum.*

27 *Interrogatio Iudicis, & responsio rei inducit litis contestationem, & de ejus forma, n.28.*

29 *Maritus si antequam terminus inciperet currere, querelam remiserit, uxorique pepercerit, non potest dici nomen inter reos receptum.*

30 *Re integra quæ incontinenti fiunt censentur inesse.*

31 *Reconventio potest etiam fieri incontinenti post litem contestatam. Idem est in compromisso, quando petitur incontinenti post terminum, n.32.*

33 *Appellatio facit admittere ea, quæ prohibentur fieri post aliquem actum, si ab eo fuerit appellatum.*

34 *Barones Regni pendente appellatione à sententia possunt facere gratiam vasallis inquisitis.*

35 *Maritus post litis contestationem non potest querelam remittere, ad finem ut adultera evitet pœnam adulterii.*

37 Text. in l. constante, ff. ad leg. Iul. de adult. *declaratur.*

DECISIO CXXI.

1 ADULTERII crimen gravissimum, & detestabile dixit *Romanus in l. transigere, numero 4. & 5. C. de transact.* & eum refert, & sequitur *Farinac. in prax. crim. quæst. 141. num. 3. Barbosa in collect. in can. quod in omnibus 32. quæst. 7. D. Thom. 2. 2. qu. 37. art. 3. & Menoch. de arbitr. casu 290. & casu 419. numero 88.* dixerunt, quod inter omnia crimina, quæ cõtra proximum committuntur, illud est gravius, per *text. in d. can. quod in omnibus, Tiraq. de legib. connubial. l. 13. num. 9.* & quod sit delictum majus homicidio, probatur ex *text. in l. Codicillis*, alias *l. Lucius 88. §. matre* juncta *glos. margin.* & ibi *Bal. ff. de leg. 2.* quod hoc crimen, compare-

2 tur Majestatis læsæ delicto *Marc. Mantua singul. 117. Voesemb. paratitl. ad tit. de adulter. num. 1. Petr. Gregor. in syntagm. jur. univer. tit. 36. cap. 6. in princ.* & de hujus criminis gravitate latè *Didac. Perez ordinam Regul.*

A

lib.8.tit.15.lib.1. Anastas. Germon in paratitl. dist. ad 5. lib.decret.intit.de adult. & stupro, & alii cumulati per *Barbos. in collect. ad lib.5.decretal.in titul.de adulter. & stupro*, & de hujus delicti pœnis, tam de jure naturæ, quàm de jure Divino, Canonico, Civili, & statutariis ubique loquuntur latissimè *Menoch. de arbitrar. judic. d.casu* 419. *Clar.in §.adulterium. Ioseph. Cumia in commen. ad Ritus Regni Sicil. cap.72. Petr. Gregor.in d.lib. 36.cap.6.syntag jur.Cabal. resol.crimin.* 200. *Farinac. in prax.crim.d q.*141. qui & alios allegat.

Hoc etiam crimen inter publica delicta connumerari, habetur in *l.1 ff de judic.* & propterea cùm accidisset casus, in quo maritus uxorem de adulterio accusasset, capta informatione fuit adulteræ datus terminus per M. C. V. ad se defendendum, & à dicto decreto fuit appellatum ad S.C. appellatione pendente maritus querelam remisit, fuit dubitatum: Utrum regius Fiscus accusationem prosequi valeret, dicebat Regii Fisci Patronus, de jure communi de hoc esse casum in *l.constante, C ad leg.Iul.de adulter.* ibi: *Derelictam verò à marito, accusationem etiam ab alio exerceri utile est*, quod si quilibet potest accusationem prosequi, tanto magis Reg. Fiscus, id etiam statuitur in *Concilio Trid. in c.8. de reform. matrimon.sess.24.* Si vero attendimus jus municipale hujus Regni, hoc clarius cautum reperitur in *Constitut. Regn.* incip. *Legum asperitate, sub titul. de adulter.* ubi disponitur, quod quamvis maritus noluerit accusationem proponere, non debet crimen inultum remanere, sed publicè erit flagellanda, & ibi notat. *Andr. de Isern.* quod punitur adultera, etiam si maritus sibi parcat, quia est de casibus, in quibus proceditur ex officio, sine accusatione, *l.2.§. si ex publico, ff de adult. Grammat decis.31.sub. nu.4.* & quamvis *text.in l.1.& 2.ff.eod.titul.de adulter.* videatur quodammodo correctus per legem Codicis in *l.quamvis 30. C. ad leg. Iul. de adul.* ubi habetur, non omnibus licitam esse adulterii accusationem, sed tantùm Marito, Patri, Fratri, Patruo, & Avunculo, & ideo cum sit restricta ad certas personas accusatio, non dicitur crimen publicum, ut habetur ex *Bartolo ibidem*, & publicum tunc dicitur, quando est receptum inter reos, *Bajar. in d.§. adulterium, numero 14.* tamen hoc esse intelligendum dixit *Afflict. ind.Const.Legum asperitate*, quando nemo à principio accusavit, & eum sequitur *Gram. decis.31.* ubi ex his refert, per S. C. fuisse adulteram condemnatum, non obstante remissione querelæ, quod tanto magis procedere debere hodie dicebat fiscus, cum de consuetudine, tam Italiæ, quàm Hispaniæ, & Franciæ in quolibet delicto fiscus potest ex officio procedere, ut testatur *Clarus in prax.crim. q.3.* & alii allegati per *Farin.de inquis.qu.1. num.10.*

Adducebant etiam in simili id, quod dixit *Caravi.* in crimine usurariæ pravitatis in *Ritu Magn. Cur. Vic. 21.numer.2.* ubi quamvis accusator desistat, poterit Fiscus accusationem prosequi, tam si desistat ante, quam post litem contestatam, & refert decisionem S. C. sub die 22. Septemb. 1533. in causa Stephani Sparani cum Regio Fisco, & quamvis admineretur, posse maritum accusationem revocare, hoc tamen esset intelligendum, quando solummodo libellum accusationis obtulisset, secus tamen in casu, in quo nedum oblatus erat libellus cum querela, sed etiam fuit capta informatio, & fuerunt datæ defensiones, quod probat *text. in l.fine meis 17.ff. ad leg.Iul. Majest.*ibi, *Libellos accusationis obtulisti.*

Et demum dicebatur, hoc esse absolutum, quia maritus nullo modo potuit pænitere, & si pænituerit, poterat Regius Fiscus accusationem prosequi, quia ejus nomen dicitur receptum inter reos, ut habetur in *l.2.§. si ex publico, ff.de adult. Affl.in d.Constit. Regn. Legum asperitate n.9.Bajard.ad Clar.in d.§.adulterium, n.4.*

Pro Reo vero dicebatur, quod hoc delictum inter graviora crimina numeratur, & lege Julia ultimo supplicio punitur, ut *Institut. item lex Iulia, de public. judic.* & habetur etiam ex dicta *l quamvis, & l.castigati. C.de adulter.* & dictam legem servari in hoc Regno in viso, dixerunt *Andr. & Afflict. in d. Constit. Legum asperitate*, ubi etiam subdit *Afflict.* vidisse multos ad mortem damnatos, *Vincent. de Franc. decision. 240.num 3. Bajard.ad Clar.in d.§.adulterium, num.46.* licet mulieri per dictam *Constitut* pœna erat nasi obtruncationis, vel quod publice fustigaretur, si vir eam vindictam prosequi noluerit, licet lege *Iustiniani* adulterii pæna mortis naturalis puniebantur, adulteræ vero verberibus cæsæ in Monasterium detrudebantur, data potestate marito intra biennium, si hoc existimaverit, eam inde revocandi, ut in *authent. ut nulli judicum.§.si verò quando, authen. sed hodie, authent.sed novo jure, C. ad leg. Iul de adulter. Menoch. de arbit. jud.d.cas.*419. quæ quidem nasi obtruncatio adulteræ indicta per dictum *Regni Constitutionem* non fuit nova, nam *Leo Cæsar in novella Constit. 32.* tam adultero, quàm adulteræ hanc pœnam obtruncationis nasi imposuit, & præter dictam pœnam adultera in Monasterium detruditur, *Petrus Gregor. syntag. jur. dicto lib.36.capit.6.numer.15.* licet hæc lex, & statutum non passim ab omnibus Tribunalibus sit receptum, ut testatur *Clarus in dicto §.adulterium, vers.in Senatu autem, sub n.7.* & sic etiam in Gallia, & alibi, ut per *Menoch. in loco* proxime cit. *nu.74. cum sequentib.* & in hoc Regno non fuit practicata pro crimine adulterii pœna mortis, nisi in certis casibus, de quibus per *Franch. decision.294.* non enim est novum, ut in hoc crimine procedatur secundum qualitatem personarum, sic enim observari in Senatu Parisiensi refert *Tiraquell. de leg. connub.l.13. num.24. versicul. ego autem scio*, & ideo dixit *Menoch. dicto casu 419. numer.1. & 66.* & quod hodie adulterii pœna est arbitraria, *Petr. Gregor. dict. lib.36. capit.8. num.39.* & alios refert *Farinac. dicta qu. 141. num. 72. & 73.* & quod ex causis Judex possit pœnam minuere, *Addentes ad Angelum de malefic. in verb.che hai adulterato, n.45.* Nec est verum, quod hoc delictum sit majus homicidio, cùm contrarium teneat *gloss.in dicto canon.quod in omnibus*, quia illud est contra primum mandatum secundæ Tabulæ, hoc vero contra tertium, quam *gloss.* communiter esse receptam habetur per *Bar. in l.transigere, numero 2. C. de transaction.Coras.libro secund.miscellanan c.8. Navar. in can.inter verba 11. quæst.3. D.Thom.1.2. qu.100.art.3.* & alii per *Barb.in collect.ad d.can.quod in omnibus 32.q.7.*

Sic etiam de jure Canonico laici, tam masculi, quàm fœminæ excommunicantur, *cap.intelleximus.extra de adulter.Tiraq.Clar.Menoch.* & alii allegati à *Farin. d.q.141.num.14.* Clerici verò deponuntur, & in Monasterio detruduntur. *can. si quis clericus, & can. Romanus 81.dist.Ioan.Faber in d.§.item lex Iulia, Inst.de public.judic.gloss.in can.lator 2.q.7.Bermond de public.concubin.rubr. de adulter.nu.14. Clar.in d.§. adulterium, Farinac. ubi sup.num.29. in 12. ampliat.* & ideo hoc crimen non esse publicum, sed privatum, cùm ejus accusatio certis tantùm personis sit permissa, tenet *Fulgos.135.*

Secundò dicebatur, quòd eo ipso, quòd maritus querelam adulterii remisit, uxorique pepercit, non potest ampliùs procedi, ut habetur ex *Afflict. in Constit. Regn.Qui post crimen, num.2.* per illum *textum*, & melius *sub num.4.* ubi ponit quæstionem in marito, qui accusavit uxorem de adulterio, & lite pendente eam ad se recepit, & cum ea se reconciliavit, nunquid agnatus poterit accusare, & dicit, quòd non, quod etiam probari videtur ex *text.in l. si uxor 13. §. fin. ff. de adult.* ibi: *abolevit enim prioris matrimonii delicta, reducendo eam* & ibi etiam *Bart. Angel. & Alber.* concordant cum *text.*

text. in l. quæsitum, §. 1. ff. eod. tit. & in l. abolitionem, C. eod. tit. quod in Regnis Hispaniarum est absolutum; potest enim vir quandocunque sibi placuerit, remittere querelam adulterii, & uxorem à pœna liberare, ut in *lib. 5. ordinament. regal. tit. 15. §. 2.* ubi *Perez.* latè *Barbos. in 1. par. legis primæ, sub n. 113 ff. solut. matrim.* & propterea dicebant aliqui ex Dominis Iudicibus maleficiorum Magnæ Curiæ, quod semper in dicto Tribunali fuit observatum, quòd facta remissione per virum non amplius proceditur contra uxorem pro adulterio.

18

Sed dicebat Regius Fiscus, hoc procedere posse, quando mulier non erat recepta inter reos, quia tunc etiam quòd maritus sibi parcat, potest Fiscus querelam prosequi; & si enim vera sit regula, quòd Iudex in hoc delicto non possit ex officio procedere, ne matrimonii connubia tædentur, & falsis accusationibus matrimonia deformentur, & ideo post accusationem propositam potest maritus ab ea recedere, tamen postquam receptum est ejus nomen inter reos, non poterit amplius pœnitere, & eo cessante à querela, potest ad instantiam Regii Fisci ad ulteriora procedi, *Bart. in d. l. 2. §. si ex publico, ff. de adulter. Afflict. in d. Const. Legum asperitate num. 9. Grammat. decis. 31. nu. 7. Bajar. ad Clar. in d. §. adulterium, n. 14. & 29.*

19 20

21 Et quòd in crimine prædicto procedi possit, quando est notorium, habetur ex *Andr. in Const. Regn. Immunitatem,* & per *Gram. in d. dec. 31. Bajar. ad Clar. ubi supra, Franch. d. dec. 240. Addon. ad Gram. in d. dec. 31.*

22 Remanebat difficultas, quando dicebatur crimen notorium, vel nomen receptum inter reos; & quidem non poterat dici esse notorium, quia dicitur notorium ex confessione inquisiti, etiam incidenter facta, *Bart. in l. scriptus ff. de relig. & sumpt. fun.* & notatur in *l. ictu fustium ff. de infam. Affl. dec. 176. Grammat. d. dec. 31. n. 8.* neque in hoc casu aderat probatio notoria dicti criminis, de quibus late per *Vivium dec. 241. n. 7. cum pluribus seqq.* ubi colligit plures casus, ex quibus hoc crimen notorium redditur.

Ad secundum, quod dicebat Fiscus, ejus nomen receptum fuisse inter reos, erat videndum, quando dici poterat nomen inquisiti fuisse inter reos receptum, & pro affirmativa adducebatur doctrina *Bart. in l. adulterii 32. C. ad leg. Iul. de adulter.* per illum *text.* ubi habetur, quòd tunc dicitur nomen inter reos receptum,

23 quando, facta examinatione super omnibus exceptionibus dilatoriis respicientibus processum: Iudex pronunciavit, super accusatione esse procedendum, ex quo infertur, quòd etiam ante litem contestatam potest dici nomen receptum inter reos, hoc est per illam Iudicis pronunciationem, quod etiam dixerat idem *Bart. in l. is, qui reus, ff. publ. judic.* Quæ *Bartol.* doctrina apparet ad verbum transcripta in *gl. in l. 1. C. ad leg. Iul. de adult.* & sic dicebatur, quòd cùm in hoc casu Iudex capta informatione pronunciaverit, nedum esse procedendum in causa; verùm etiam fuerunt reo datæ defensiones intus carceres sequebatur, quòd nomen erat receptum inter reos, & per consequens, quòd non obstante viri remissione poterat ad instantiam Regii Fisci procedi.

Verùm pro parte inquisitæ considerabatur, quòd

24 hæc doctrina *Bartoli* non est communiter sequuta, & eam reprobat *Fulgos. in d. l. adulterii,* qui dicit, *Sed ego non video, quomodo textus hoc probet, nam bene dicit, cum erit fundata accusatio excitatur crimen, & auditur, & tunc incipit litis contestatio, non autem dicit aliquid de*

25 *nomine recepto inter reos, & crimen non dicitur inchoatum ante litem contestatam. l. unica, ff. de lit. contest. Sic ergo in l. post adulteram dicitur, post inchoatum crimen,*

26 *inchoatum dicitur post litem contestatam. Teneo ergo sententiam, quòd dicatur receptum crimen inter reos, quando est descriptum in libro cæterorum reorum, quod fit semper post litem contestatam,* quod optimè probat *glos. in l. adulterata 13. C. ad leg. Iul. de adulter. in ver. inter reos,* & etiam post *Pet. Iacob. & Bal.* sequitur *Clar. q. 14. num. 13.*

Et quatenus prætendat Regius Fiscus, in hoc casu fuisse litem contestatam, tum quia post informationem, & carcerationem Iudex pronunciavit, prout semper fieri solet, quod scribatur, ut dixit idem *Fulgos.* quod tunc dicatur nomen inter reos receptum, quando est descriptum in libro cæterorum reorum. Tum etiam, quia post informationem fuit examinata, & reducta in provisione fuerunt ei datæ defensiones, & ut dicit *Clar. in d. q. 14. sub num. 13.* quod si Iudex interrogat reum præsentem, an commiserit delictum, de

27 quo imputatur; illico sive reus confiteatur, sive neget, statim nomen est receptum inter reos, & in hoc dicit, nullum adesse difficultatem; cùm talis interrogatio Iudicis, & responsio rei inducat litis contestationem, quod etiam dixit in *q. 45. in princ.* ubi testatur sic servari in practica, ex doctrina *Bart. in d. l. is, qui reus, num. 4 ff. de publ. judic. & Aret. cons. 58. numer. 7.* & in

28 regno sic practicatur in causis criminalibus, nam constituto reo coram Iudice soluto vinculis, & catenis, eoque interrogato super capitulis fit actus litis contestationis, cujus forma ponitur per *Follerium in sua prax. crim. in verb. fiat litis contestatio,* qui quidem actus non erat expletus, ex quo solet fieri post interpositionem decreti, quod ei dentur defensiones, quia tunc constituitur reus coram Iudice, & per Scribam fiscalem ei notificatur, quòd infra tot dies debeat se defendere, & tunc dicitur, litem fuisse contestatam & positum nomen ejus inter reos, & propterea dicebatur, nullam esse habendam rationem de illa interrogatione, quæ fit per Scribam fiscalem, & etiam per Iudicem, non ut lis contestetur, sed ad finem, ut reducatur processus in provisione, ut possit lis contestari; Dicitur. n. illa interrogatio sic informiter facta potius extrajudicialis, quam judicialis, *l. jubemus 41. C. de liberal. caus. in verb. aliud judicium* ubi ponit differentiam, quando fit interrogatio à Tabell. vel etiam à Iudice, non in forma judicii, vel quando fit in forma judicii.

Insuper dicebatur, quòd quatenus per illam interrogationem factam, non in forma judicii, & decreto inde sequuto, quòd dentur defensiones, esset inducta litis contestatio, vel posset dici nomen constitutum inter reos, tamen quia antequam terminus inciperet currere, maritus remisit querelam, eique pepercit, non potest dici nomen inter reos receptum, quia ea, quæ incontinenti fiunt post actum, vel in ipso actu, re tamen integra, idem est, ac si ante actum factum fuisset, *Glos. 2. in l. exceptionem, vers. & intelligo causa initam, C. de prob.* & alia *glos. in l. Pomponius §. ratihabitionis in verb. contestationem, ff. de procurat.* cum

29 30

31 aliis concordantibus; simile etiam in reconventione, quæ ad hoc ut pari passu ambulet, requiritur, ut fiat ante litis contestationem; nam idem erit, si fiat incontinen-

32 ti post litem contestatam *Vivi. dec. 128. Franch. dec. 276. n. 1.* pari modo in petitione compromissi inter consanguineos vigore *Regiæ Pragmaticæ,* incip. *Odia litium;* quamvis enim peti non possit, nisi ante terminum, tamen idem procedit, quando petitur incontinenti post terminum re integra, ut decisum refert *Cap. dec. 48.* qui declarat, quod dicitur res integra, antequam sit expedita citatio ad testes. Quod tanto magis procedit, quando ab actu fuit appellatum, quia tunc judicatum remanet peremptum, *l. 1. §. reus condemnatus, ff. ad Senat. Consult. Turpil.* & inquisitus remanet in suo integro statu, *l. furti, §. 1. ff. de iis, qui notan. infam.*

33 ea autem, quæ fieri prohibentur post aliquem actum, admittuntur, quando ab eo fuit appellatum, argumento *l. 1. & post rem, ff. transact. l. eleganter, §. quod ergo, ff. de condit. indeb. glos. in l. peremptorias, in princ. C. sentent. rescind. non poss.* ex quibus decisum fuit per S.

34 C. quòd quamvis Barones Regni facere non possint gratiam vasallis inquisitis post sententiam, attamen

hoc facere possunt, si à sententia fuerit appellatum pendente appellatione, *Franch dec.370.num.15.* per *text in l postquam §.1 ut legat.nom.caveat.*

Quibus discussis die 19. Novembris 1639. ad relationem M.C.V. iudicavimus, causam esse eidem M.C.V. remittendam, quæ tamen ex causis discussis provideret, quod inquisitus licentietur, revocando decretum, quòd procedatur in causa ad instantiam Regii Fisci, non obstante remissione, ut est videre in causa Regii Fisci cum Josepho Rosello, & Angela Amentisa, penes Andream Stataciam ipsius M. 35 C. Actuarium; & fuit decisum, quòd post litis contestationem non possit maritus querelam remittere, ad finem ut adultera evitet pœnam adulterii, sed quòd in hoc casu lis non poterat dici contestata, quæ non fit, nisi per actum litis contestationis, ut supra diximus.

Nec obstat doctrina *Bart. in d.l.adulterii*, quia ultra quod non est communiter recepta, quatenus esset 36 vera loquitur de illa pronunciatione facta per Judicem, quæ fit post examinationem omnium exceptionum, quæ dilatoriæ dicuntur, quod potest esse quando inquisitus petit remissionem, vel repositionem, & alia similia, & postquam fuit à dictis dilatoriis exclusus pronuntiatur, esse procedendum super accusatione, qui quidem est casus particularis, nec potest applicari ad casum de quo agebatur, quia nondum de aliqua exceptione dilatoria fuerat tractatum, sed de facto erant datæ defensiones, & à dicto decreto appellatum

Nec obstabit *text. in l si, constante, C. ad leg. Jul. de adulter.* quia loquitur in querela proposita, & derelicta; 37 nec est intelligendum de illa simplici propositione querelæ, sed quando deventum fuit ad litis contestationem, ut supra fuit fundatum.

Neque obstabit *Constitutio Regn. Legum asperitate*, quia contrarium servatur, nam nunquam in eo proceditur, nisi præcedente accusatione, ut habetur ex *Afflict. in d.Constitut.n.2.* & ex *Grammat. d. decis. Regens Tapia in Capit. Regn.* incip. *Ut declaratas, nu.10.* Nec Consuetudo Italiæ, quia non procedit in crimine adulterii, ubi de jure certis tantum personis est accusatio permissa, & sic non procedit, ubi specialiter aliter repertitur provisum, *Caballus resol.14.n.13.* Nec tandem obstat id, quod dixit *Caravita* in crimine adulterii; ibi enim cessat ratio, ne matrimonii fœdera deturpentur.

OBSERVAT. IN DECIS. CXXI.

SUMMARIUM.

1 *Mors D. Regentis Capycii Latro enunciatur.*
2 *Delictum in coeundo est magis actuale, & qua re est que detestabile, & abominandum, n.4.*
3 *Homo in vitio carnis participat cum brutis.*
4 *Animalia quadam abhorrent delictum carnis.*
5 *Adulterium est materia prava in cunctis Tribunalibus & breviter expediri solet, & quomodo probetur, num. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.*
6 *Lamech fuit primus, qui adulterium commisit, & fuit gravius punitus quam Cain pro homicidio.*
7 *D. Aloysius Riccius Episc. laudatur.*
8 *Adulterium triplici modo committitur.*
9 *Clericus Adulter qua pœna puniatur, & n.10. & quando dicatur concubinarius, n.11.*
16 *Advocatus si reperiatur solus cum muliere in camera secreta, an puniri possit pœna adulterii, aliis adminiculis non concurrentibus.*
19 *Vir, & uxor adulterium committentes qua pœna puniãtur de jure communi, ac Regni Neapolis, de consuetudine totius Italiæ, Cathaloniæ, & Civitatis Neapolis, & n.19.21.22.23.& 24.*
21 *Constit. Regni incip. Legum asperitate de adulter. in Civitate Neap. in nihilo servatur.*
25 *Maritus uxore absoluta à crimine adulterii per Judicem secularem, non prohibetur civiliter agere coram Judice Ecclesiastico ad Thori separationem, secus si sit absoluta à Judice Ecclesiastico.*
26 *Maritus quando impune possit occidere adulteram uxorem, & adulterum, & nu.29.30 31. de ratione, & nu.27.*
32 *Pater quando possit impune occidere filiam adulteram ac adulterum.*
33 *Adulterium non potest marito, vel patri in opprobrium allegari post interfectam uxorem, vel filiam.*
34 *Frater non potest impune necare sororem adulteram in flagranti repertam sed mitius punitur, etiam si ex intervallo occiderit n.35.*
36 *Maritus non potest accusare, nec occidere uxorem adulteram, si ipse permisit uxorem lascivare.*
36 *Mulier non potest maritum criminaliter de adulterio accusare, sed tantum agere civiliter ad restitutionem dotis, & alimenta. & ita decisum adducitur, nu. 38. 39 ac ad separationem Thori, num.43.*
39 *Antefatum non debetur uxori propter adulterium per virum commissum. & ita judicatum affertur, sed tantum post mortem viri debetur cum decisione num. 40. una cum lecto viduali, n.41.*
42 *Mulier non potest maritum in adulterio in flagranti repertum occidere nec accusare.*
44 *Actio querelandi de adulterio quinquennio præscribitur.*
45 *Tempus quinquennii concessum ad accusandum de adulterio est continuum & currit etiam ignoranti, non tamen currit à prima vice commissi adulterii, sed ab ultima si sit reiteratum n.46.*
47 *Adulterium committitur in qualibet vice, & coitu, & punitur in plus, vel minus juxta numerum reiterationis.*
48 *Mulier propter adulterium quid amittat, & n.52. 53. & an dotem n.49.50 51.*
54 *Hæredes mariti etiam extranei uxorem defuncti accusare possunt de adulterio in vita viri commisso cum distinctione n.55.*
56 *Alimenta debentur uxori à marito de adulterio accusante durante lite.*
57 *Judex ex officio in crimine adulterii agere non potest, nisi illud sit notorium, n.58.*
59 *Uxor in quibus casibus excusetur à pœna commissi adulterii.*
60 *Adulter, vel adultera, in quibus casibus mitius puniatur, præcipuè quando ob nimium amorem sit commissum, n.61.*

1 MAteriam criminis adulterii tractat in hac decisione Illustrissimus D. Auctor, qui vitam cum morte, meo præcipuo atque communi aliorum dolore commutavit sub die 20. Augusti 1654. ac sepultus in ejus Ara in Ecclesia Sanctissimæ Annunciatæ, ideò observo, quod de hoc crimine frequentissimè in nostris Tribunalibus agitur, delictum etenim in coeun- 2 do est magis actuale, cum sit à natura, quandoquidem motus ad actum est de jure naturali, *l.1. §.jus naturale, ff de just. & jure*, estque frequentius, aliis, *can. adulterii malum 33.q.7.* atque in vitio carnis homo participat cum Brutis, *Servo. Evangelista noster in c.1.§. contrahentium incestas nuptias in addit. sub numer. 35. quæ* 3 *sunt regal.* atque adeo detestabile, & abominandum, ut etiam animalia illud abhorreant, & fugiant, ut de Ciconiis, Perphirionibus, Elephantibus, Leonibus, Co- 4 lumbis, Turturibus, Cornicibus, Lincibus, & aliis, referunt *Menoch. de arbitr. judic. lib.2. cent.5. cas.419. n. 6. Farinac. in pract. crim. p.4. tit.16. q.141. num.10. & seq.* aliique quos laudat doctissimus *Borlich par. 4. pract. concl. jur. tit. de adulter. concl.27.* & pariter causa adulterii est materia prava in cunctis Tribunalibus à quibus brevi

5 brevi manu expediri solet, *Borrel.* vir sanè doctissimus *in summa decis. tit. 33. nu. 462. qu. 2.* & primus homo, qui adulterium commisit fuit *Lamech*, ut notatur *in can. quomodo 31. quæst. 1. ubi gl. & Turrecr. num. 10.* traduni, 6 quod fuit gravius punitum; quam delictum homic dii patrati per Cain, sequitur Illustrissimus D. *Aloysius Riccius Episcopus Vici aquensis* cujus labores semper 7 præ manibus sunt habendi ob ejus doctrinam *resolut. 274. num. 1. p. 4.*

8 Triplici tamen modo committitur adulterium *Berlich. ubi supra num. 6.* Primo si conjugatus cum conjugata, rem habeat, & coeat, & hoc casu duplex committitur adulterium, idem *Berlich. numer. 7.* qui de ejus pœnis agit *à num. 8. per 33.* Secundo si conjugatus cum soluta, & de illius pœnis tractat *Berlich. ubi supra à n. 44. ad 53.* Tertio solutus cum conjugata cujus pœnas reassumit, *Berlich. ibid. à n. 34. ad 43.*

9 Clerici autem committentes adulterium in quolibet ex d. tribus casibus puniuntur pœna notata in *can. si quis clericus, & can. Romanus 81. dist. de quibus D. Auctor. num. 16. & comprobat, Berlich. n. 8. vers. si vero,* qui infinitos alios DD. cumulat, sed aliter servari apud Scabinos, Lipsienses tradit *n. 53. post Matth. Coler. dec. 576. n. 9. p. 1.* & Clericus pro simplici fornicatione Iudicis arbitrio punitur non tamen pœna depositionis, idem *D. Riccius decis. 43. n. 5 p. 4.* Item Clericus dicitur concubinarius etiam si in uno anno cum diversis 11 concubinis rem carnaliter habuit, & ita decisum refert *D. Ricc. dec. 55. n. 4. vers. cæterum d. p. 4.*

12 Adulterium tamen probatur, si mulier, & vir inventi sint in lecto jacentes, ut voluerunt, *Franc. Vivius Aquilanus doctissimus ac subtilis Doctor. decis. 241. n. 16. Muta decis. 61. n. 3.* aliique per ipsos relati, ea ratione, quia cum secreto fiat, per conjecturas probatur Dom. *Reg. Valenz.* dignissimus Episcopus Salmaticen. *co sil. 109. numero 20. lib. 2.* sed negant alii, inter quos *Caball. resol. crim. 193. num. 31. ac Muta ibidem numero 3. quare Fontanella de pact. nupt. clausul. 7. gloss. 3 par. 12. num. 1. tom. 2.* dicit non posse in hoc dari certam regulam.

13 Ideoque in hoc articulo D. Danza *in add. ad Grammat. dec. 31. n. 36.* putat distinguendum esse tres casus illosque distinguit *d. n. 36. 37. & 38.* primus si agitur de probando adulterium pro separatione Thori propter adulterium unius ex conjugibus, ut tunc sufficiat probatio prædicta, scilicet solus cum sola, nudus cum nuda, ex *Cravet. cons. 25. n. 20. lib. 1.* Secundus est si tractatur de occidendis adultero, & adultera in flagranti repertis, & tunc osculum, vel alii inhonesti actus facti sufficiant ad occidendum ex *l. Gracchus, C. de adult. & Muta d. dec. 61 num. 4. cum seqq.* & Tertius casus est si tractatur de pœnis, adultero, ac adulteræ infligendis, & tunc specialis probatio requiritur, itaut non sufficiat osculus, ac tractatus mammilarum ex *Amend. ad d. de Franch decis. 184. n. 15.* ubi id ampliat etiam si 14 testis dicat vidisse hominem super fœminam, nam adhuc adulterium, non dicitur probatum potest enim esse quod rem cum illa non habeat ut etiam probat *Roland. cons. 7. n. 19. lib. 1.*

15 Nec pariter probatur adulterium ad finem condemnandi, si reperiatur juvenis in Camera calceis solutis, & muliere clauso ostio, ac negante, ibi aliquem esse ut voluit *Rosell. de Rossellis inter cons. Bald. cons. 445. lib. 5.* quod consilium pro valde notabili sequuti sunt *Cravet. consil. 505. num. 11. vol. 1. ac Bursat. cons. 435. numer. 7. volum. 4.* & latè comprobat *Cyriac. controv. 605. n. 3. vol. 4. post.* secus si civiliter agatur, *Cyriac. ibid. n. 4. Bart.* tamen *in l. 3. sub num. 1. ff. ad l. Jul. de adult.* dicit probari adulterium si vir reperiatur in domo aliena cum pulchra muliere, de quo *Ferret. cons. 189. n. 7. Rimin. juv. cons. 274. n. 21. Mascard. concl. 61. n. 1.* quod intellige si constat de tali pulchritudine, & si fuerit repertus in actibus venereis, *Cyriac. loco citato n. 6.*

16 Idque procedit etiam si mulier reperiatur sola cum Advocato in aliqua Camera secreta, nam aliis adminiculis non concurrentibus potius præsumitur ab eo consilium petere, quam secum fornicari ut post *Hieronym. Grat. consil. 50. n. 29. & 30. lib. 2. probat. D. Cons.* 17 *Paschal. de patr potestat p. 1. c. 5. num. 11.* si tamen committentes adulterium non potuit videri, nisi per rimulam, sive foramen convincitur per testes deponentes, quod unus post alium vidit *gloss. ult. in can. nihilominus 3. quæst. 9. C. in. Bal. Imola. & Fel.* quos sequens adducit *Grat. c. 249. nu. 49 lib. 5 discept. forens. qui in seq.* probat, 18 quod talis actus est successivus, adeo ut testes non dicantur deponere super diversis fornicationibus, sed super una tantum ex *Socc. cons. 63. in fine.*

Remissivè autem Dominus Author *sub n. 2.* agit de pœnis adulterii, tu autem observabis, quod de jure civili variæ extant interpretum opiniones tam attento 19 jure digestorum, quam Codicis ut videre poteris apud *Berlich. d. conclus. 27. à n. 9. per totum n. 14. p. 4. concl. jur.* Ideoque inter has dissidias alii voluerunt, ut pœna sit arbitraria, *Farinac. qu. 131. numer. 71. p. 4. theol. in pract. crim. ac Menoch. cit. cas. 419. n. 146. & seq.* & tradit similiter *D. Author. n. 15. & 13.* quibus addo *D. de Franc. decis. 240. num. 3. vers. pro reo. dicebatur per totum, numer. 15.* ubi quod in adultero nobili, & quid in plebeio, & cessante violentia pœna extraordinaria datur de consuetudine totius Italiæ, *Danza ad Grammatic. dict. decis. 31. num. 7. versic. de consuetudine enim* jure tamen hujus Regni Neap. attento in muliere secundum *constitutionem incip. Legum asperitate de adulterio* pœna adulteræ est confiscatio bonorum filiis non extantibus, atque viro illa traditur nullatenus vitæ periculo sæviturо sed nasi truncationis prosequatur, ultra etenim neque viro, neque parentibus sævire licebat, si autem vir hujusmodi vindictam dare noluerit publicè flagellanda est, & quo ad nasi truncationem frequenter servatum fuisse in statu Flandriæ, testatur *Bajar. ad Clar. in §. adulterium, n. 50. & n. præcedenti 49. in fine ex sylva nupt. lib. 1. in verb. divati non est nubendum n. 86.* refert quod quidam nobilis de Diæ est Taurinensi uxori suæ adulteræ nasum abscidit, ut ob deformitatem amatores eam relinquerent, refert etiam *D. Danza, ubi sup. num. 2. in fine, qui num. 9. ac 17.* refert 21 diversas pœnas servari in aliis Regnis & Provinciis, hodie tamen *d. constit. legum asperitate in,* nihilo servatur, sed arbitraria pœnæ respectu mulieris imponitur, *D. Reg. Tapia Marchio Belmontis* omni ævo memorandus ob ejus singularem doctrinam, & humanitatem *in eadem constitutione nu. 39. lib. 5. jur. Regn. hinc Gramm. cit. dec. 31. num. 8.* refert quandam Cassandram adulteram cum quodam Barbitonsore, fuisse in Monasterio Incurabilium detrusam non autem fustigatam. Sic etiam aliam adulteram virgis cæsam & in Monasterio detrusam per Curiam Burdegalensem observatum refert, *Boer. dec. 297. n. 12. & seq.* ac pariter per Senatum Parisiensem testatur *Pappon. lib. 22. titul. 9. arrest. primo,* ut etiam referunt *Berlich. loc. cit. n. 19. Dom. Danza ubi sup. n. 3.* in Cathalonia vero mulier adultera consignatur marito, qui eam debet fabricare in loco duodecim palmorum de longitudine; & sex de latitudine atque sexdecim de altitudine, & adit fenestrella: unde exalare possit *Peguerra decis. 92. circa fin. & Marta de success. legal. p. 3. q. 14. art. 2. n. 8.*

Hodie tamen Neap. mulier adultera detruditur in 22 domo pœnitentiæ constructa intus Palatium M. C. V. ut oculis secernimus; & testantur etiam *D. Tapia d. n. 39. ac D. Reg. Sanfelic. dec. 266. n. 2. in primo casu,* sed 23 in aliis partibus Regni, ubi Monasteria non adsunt, pœna arbitraria exilii punitur, ut inquit *D. Tapia loco citato,* in aliis verò mundi partibus, ubi similiter 24 Monasteria non adsunt tam vir quam uxor pœna gladii puniuntur secundum *Berlich. qui alios citat. d. concl. 27. n. 20.*

25 Observabis tamen, quod si uxor fuerit absoluta à crimine adulterii per Iudicem secularem maritus non prohibetur civiliter agere contra illam coram Iudice Ecclesiastico ad Thori separationem, secus si fuerit absoluta à dicto Iudice Ecclesiastico, *Harm. Pistor. qu. 100 n.1.& seq. Berlich. ibid. n.157.*

26 Verum si maritus uxorem in ipso actu adulterii deprehenderit, tam adulterum, quàm adulteram uxorem impune occidere licebit, nulla tamen mora protracta, ut dictant propria verba *constit. incip. si maritus de pœna uxoris in adult. deprahen.* sivè adulter sit nobilis, sivè vilis persona, ut ex *Afflict. ibidem docet D. de Mari ad Grammat. aud. dec. 31. num. 2. D. Sanfelic. dec. 337. nu. 23.* 27 *lib. 3. D. de Franch decis. 678.* & ratio dictæ constitutionis est, ut morte virginis contumeliam stupri arceret, ut notatur in *l. 2. §. exitium ff. de reg. jur. Roman.* 28 *sing. 749.* & ideo si post aliquam moram, & sic ex intervallo occidat, mitius maritus punitur, *D. Sanfelic. ibid. nu. 12. & seqq.* ubi *D. Severinus* copiosissimus Additionator *vers. dum D. Regens noster, D. Consil Giz.zarell. decis. 8. ubi D. de Mari numer. 7.* & sic pœna extraordinaria *D. Sanfelic. decis. 262. num. 9. lib. 1. ubi D. Severin. vers aimirum.* Hæc autem non procedunt in foro Poli.

Non tamen de jure communi permittitur marito 29 uxorem adulteram occidere, *l. nec in ea, §. fin. vers. adeò autem, l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. ad l. Iul. de adult.* nec etiam adulterum interficere, *l. marito, ff. eod. & l. Gracchus C. eod. tit. D. Sanfelic. ubi sup. numero 29.* & jure communi inspecto ad hoc ut licitum esset uxorem, vel adulterum interficere trina re-30 quirebatur denunciatio, *l. actore, C. de negot. gest.* sequitur *D. Sanfelic. dec. cit. num. 30.* non tamen de jure Regni hæc trina denunciatio est necessaria, *D. Sanfelic. ibidem num. 31.* verum si adulter repertus inflagranti aufu-31 gerit, & vir continuato tempore illum insequatur, & interfecerit impunis erit, *Roitius ad D. de Franch. dec. 678. D. Paschal. de patr. potest. part. 3. c. 5. n. 5.*

32 Sic pariter permittitur patri filiam adulteram occidere, ad *tex. in l. Patri. ff. ad l. Iul. de adult. Farinac. in praxi crim. par. 1. q. 121. n. 4. & seq.* sed quinque requiruntur in patre, de quibus *D. Paschal. d. c. 5. à num. 2. per 8.* ideoque post interfectam uxorem, vel filiam, non po-33 test marito, vel patri stuprum, vel adulterium in opprobrium allegari, ut inquit, & probat *Io: de Arnono soliloquio 96. in fine.*

Non tamen licet fratri sororem adulteram necare, 34 sed si illam occiderit pœna extraordinaria punitur, dummodo illam inflagranti cum amasio invenerit, *D. Tapia in d. constit. si maritus n. 23. lib. 5. jur. Regni, qui n. 4.* tradit M.C.V. tenuisse fratrem, qui sororem inflagranti repertam occidit, ad exilium per triennium esse condemnandum, at in S. C. quia constabat fratrem scivisse conversationem inter adulteros, fuisse condemnatum ad remigrandum per quinquennium in Regis 35 Triremibus, verum si non incontinenti, sed cum intervallo trium annorum necaverit, occisor punitur pœna Triremium ad vitam, ut decisum testatur, *Giurba cons. 86. n. 23. in fin.*

36 Nec etiam marito licet uxorem de adulterio accusare, nec occidere, si ipse permisit uxorem lascivare cum Ganeis, *D. Sanfel. dec. 264. nu. 4. vers. nam etiam ex constit. incip. Qui nostra de pœn. adult. ut ipse D. Sanfel.* contrarium defendat *dec. 166. n. 3. in secundo casu*, ut decisum adducit per M.C.V. maritum, & uxorem expellendos à Regno.

37 Mulier autem criminaliter maritum de adulterio accusare non potest, sed tantum civiliter, ut ex *Novell. de nupt. §. sin autem abs DD. D. de Franch. dec. 669. & 678.* ideoque Laura N. in anno 1588. institit in S. C. condemnari Horatium Granuccinum ejus virum ad restituendum dotes ducat. 2000. cum antefato cum interesse stante concubinatu, & adulterio per dictum Horatium commisso, & compilato processu in Banca de Civitella, nunc Clavelli, per S. C. referente doctissimo viro *D. Fulvio de Constantio* tunc Regio Consiliario, postea 38 Regente Regiam Cancellariam, & Collaterale Consilium sub die 24. Decembris 1591. fuit prolata sententia, * in qua fuit condemnatus dictus Horatius ad restituendum dotes duc. 2000. salva provisione facienda per d. S. C. quando fructus dotis non sufficerent pro alimentis dictæ Lauræ, & mediante alia sententia ad relatio-39 nem ejusdem sub die 31. Januarii 1594. explicando dictam provisionem reservatam in supradicta prima sen-* tentia fuerunt taxata alimenta in annuis ducat. 200. inclusis tamen in eis fructibus dotis, absolvendo tamen dictum Horatium à petito antefato, sed illo mortuo 40 fuerunt condemnati ejus hæredes ad solvendum eidem Lauræ duc. mille in proprietate pro antefato, ex quo * matrimonium erat contractum ante *pragmaticam primam de antefato* emanatam in anno 1617. & non ade-41 rant filii ex dicto matrimonio, & similiter fuerunt condemnati ad lectum vidualem servata forma *consuetudinis Neap.* sive ejus pretium cũ interesse aliquando ad relationem *D. Consiliarii Cæsaris Freccia* viri doctissimi.

42 * Sicut nec pariter licitum est uxori virum in adulterio inflagranti repertum occidere ad tradita per *D. Episcopum Riccium decis. 147. par. 3.* ea ratione, quia non est permissum uxori accusare virum de adulterio *l. 1. C. ad l. Iul. de adult.* quam rationem probant *D. Valenz. cons. 144. à n. 1. & seq. lib. 2. Franc. Marc. dec. 514. nu. 2. & 13. par. 1. & dec. 471. num. 5. par. 2.* & rationem di-43 versitatis tradit *ex Iason.* & ita decisum affert *Vrsill. ad Afflict. dec. 170. in fine*, potest tamen agere ad separationem Thori *D. Pasch. de patr. potest. pagin. 3. cap. 5. n. Peguera decis. 94. Pereira decis. 71. aliique adducti per D. Severin. ad Sanfel. dec. 337. versic. & quod non sit permissum.*

44 Item nota, quod actio querelandi de adulterio quinquennio præscribitur, *l. Miles, §. adulterio, & l. mariti, § sex mensium ff. de adult. Berlich. concl. 27. n. 121. cum seqq. Colar. decis. 176. nu. 39. & Rota Lipsiens. dec. 522.* 45 *tom. 2.* illudque quinquennium est continuum *dict. l. mariti, §. quinquennium, & l. quinquennium, ff. eodem D. Danz. ad Gram. dec. 31. n. 46.* & currit etiam ignoranti, sivè procedatur per accusationem, sive per inquisitionem, idest, ex officio in Curia, quando illud est notorium *Thomin. dec. 39. v. 20. vers. sin verò, ac num. 21. & seq.* quem & alios adducit, *Berlich. ubi supra nu. 128.* non ta-* men currit a prima vice commissi adulterii, sed ab ultima si fuit reiteratum, *Mastrill. dec. 218. nu. 14. 20. & 22.* 47 ubi hoc aliorum auctoritate comprobat, nam in qualibet vice, & coitu committitur adulterium, *Mastril. ibi. n. 24.* & est tex. in *l. sicut nobis ff. de testib.* ideoque punitur in plus, vel minus, juxtà numerum reiterationis, *Gagliard. de delict. p. 2. tit. de crimin. adult. n. 37.*

Et attento jure communi, an mulier, quæ vivo ma-48 rito, vel in viduitate fornicatur, perdat omnia, quæ ex bonis mariti lucrari debebat ex dispositione pacti dotalis, legis, aut consuetudinis, ac etiam propriam dotem, videndi sunt *Berlich. concl. 29. & 31. p. 5. commun. concl. jur. ac D. Biccius resol. 570. par. 3. prax. var. resol.* & an parafernalia *D. de Franch. dec. 284. numer. 1. Farinac. in pract. crim. tit. de delicto carnis qu. 142. num. 1. cum seq.* 49 sed quoad amissionem dotis de jure civili non est hæsitandum, sive civiliter, sivè criminaliter de adulterio agatur, sic namque expressum habemus in *auth. sed novo jure, §. vir, & §. virum ubi scribentes, C. de repud.* ac etiam de jure Canonico, *ut in c. plerumque de donat. inter vir. & uxor. Petra ad Capyc. dec. 44. Napita, ad consuetud. Cathal. tit. 14. n. 47. & 48. ac Thor. vot. 98.* cum hac tamen declaratione, quod si extant filii ex illo ma-50 trimonio maritus erit tantummodo usufructuarius dotis, quæ post illius mortem ad filios pervenire debet, ita deciditur in *auth. ut liceat matri, & aviæ, §. quia verò vers. si de adulteria,* sed contrarium substinet *D. Severin.*

ad

ad D. Sanfel. dec. 337. vers. dubitant DD. ex decisione relata per Thor. p. 1. compend. verbo dos an lucretur, il secondo, & verbo maritus eccedens, & Vrsil. ad Afflict. dec. 265. sub n. 63.

52 Mulier vero adultera privatur hæreditate eidem per maritum in testamento relicta, si tamen maritus adulterium ab uxore commissum ignorabat ex ratione adducta per *Moller. lib. 4. semestr. c. 10. n. 3. vers. illis agitur,*
53 illaque hæreditas non fisco, sed hæredibus viri ab intestato venientibus applicatur, ut judicatum idem *Moller. ibid. numer. 6. refert, & numer. seq.* rationes adducit, non enim negatur querelam adulterii etiam mor-
54 tuo viro proponi posse per illius hæredes etiam extraneos, dummodò maritus in vita sit conquestus, vel querelam instituisset *D. de Franch. dec. 184. & 240. num.*
55 *2. D. Danza ad Grammat. decis. 31. n. 26.* vel si ignorabat adulterium *D. Consiliar. Hodierna* amicus meus, qui ob ejus doctrinam, & humanitatem fuit ad officium prædictum evectus sub auspiciis Excellentissimi Comitis Castrilli Proregis vigilantissimi *lib. 1. controv. cap. 6. n. 19. cum seqq. qui num. 23.* sic judicatum per M.C.V. & Collaterale Consilium refert.

Vxori tamen à viro de adulterio accusatæ debentur
56 alimenta durante lite juxta veriorem sententiam, quam tuentur *Afflict. dec. 10. Barbos. in rubr. ff. solut. matrim. 44. vers. poterit tamen*, alii apud *D. Tapiam lib. 5. Juris Regni titul. de adulter. in constitut. legum asperitate num. 15.*
57 Ex officio tamen in hoc adulterii crimine agi non potest ut probat D. Author *n. 37. vers. neque obstabit*, & ita decisum adducit *D. Sempronius Ascia vir semper laudandus determin. 71. post Afflict. decis. 176.* nisi illud sit notorium, ut probant *D. de Franch. decis. 240. num. 4. D. Tapia loco citato n. 19. Gramm. dec. 61.* ubi addentes *Maranta consil. 117. n. 1. & 2. D. Severin. ad D. Sanfel. dec. 347. vers. & in hoc crimine. D. Sanfelic. dec. 351.*
58 *n. 2.* & quando dicatur notorium docet idem *D. Sanfel. ibid. n. 1. 14. & 20.*

In quibus tamen casibus uxor excusetur à pœna
59 commissi adulterii, vide *Berlich. concl. 27. nu. 54. 55. 58. 59. 60. 63. 95. 96. 97. 99. & 100. par. 4. concl. jur. D. Danza ad Grammat. dec. 31. n. 27. D. Tapiam in d. const.*
60 *legum asperitate à n. 21. per 19.* & in quibus casibus adulter, vel adultera mitius puniatur, habes apud eundem *Berlich. ubi supra à n. 68. cum pluribus seq.* inter quos ille observandus erit, quando quis nimio amore
61 adulterium cum conjugata, vel soluta committit, tunc enim extraordinariè punitur, ut decisum affirmat *D. Episcopus Riccius dec. 155. n. 13.* loquens de eo, qui amore obcecatus puellam osculaverat. *M. A. Gizzius.*

ARGUMENTUM.

Agitur de potestate collata in personam Regularis determinandi, interpretandi, & decidendi, & an, & quando ex negligentia administratorum locorum Piorum ipsa Ecclesia remaneret obligata.

SVMMARIVM.

1 *Verba dispositionis facta per Reverendum D. Benedictum Mandinam seniorem Episcopum Casertanum de anno 1584. in beneficium Venerab. Domus Redemptionis Captivorum inseruntur, & n. 22. in fin.*
2 *Verbum,* alius, *est similium repetitivum.*
3 *Verbum* in perpetuum *non habet temporis præfinitionem; & se extendit in infinitum, & idem est, ac si esset dictum,* semper, & omni futuro tempore, *n. 4.*
5 *Contradictio in eadem oratione nullo modo est admittenda, & verba contractus debent ita intelligi, ut cesset repugnantia.*
6 *Verba sunt potius impropriandæ, ne dispositio inutilis reddatur, etiamsi verbum impropriatum plus importaret, quam verbum ipsum propriè sumptum, & verba sequentia debent ita interpretari, ne inducatur priorum dispositorum correctio.*
7 *Ecclesia non tenetur ex facto Administratorum.*
8 *Donatio facta in beneficium Redemptionis Captivorum tractu temporis revocari nequit.*
9 *Testator licet possit in casu contraventionis privare relicti commodo, non tamen potest ut persona privata jurisdictionem tribuere, quia illa à Principe tantum dependet.*
10 *Judex ex nimia affectione tanquam suspectus potest recusari.*
11 *Executor quando non est nudi facti quia potest inferre gravamen, recusari valet.*
12 *Executor si declarandi modum excesserit, potest reduci ad arbitrium boni viri, qua reductio assimilatur appellationi, quia in ejus locum successit, n. 13.*
14 *Citatio partis debet in quolibet actu intervenire in quo lædi potest, & qui ad unum actum citatus fuit, etiam si sit contumax, non potest in aliis actionibus gravari ne rursus citetur, nu. 15. Nec princeps potest mandare, ut procedatur sine partis citatione, n. 16.*
17 *Instrumentum, quod per prius fuit approbatum, non potest postea contrariari.*
18 *Arbitrandi, determinandi, vel declarandi potestas semel exerceri potest, quod generaliter intelligitur in qualibet dispos. hominis, secus est in dispositione legis.*
19 *Successor in officio non potest facta prædecessoris destruere, & revocare.*
20 *Instrumentum est observandum judicio pendente.*
21 *Dispositio concepta in beneficium totius familiæ non potest ex contractu aliquorum cæteris vocatis præjudicare, qui non veniunt uti successores, sed ex propria persona.*
22 *Res inter alios acta non præjudicat.*
23 *Conjecturis non est opus in claris.*
24 *Disponens potest in arbitrium alterius judicium conferre.*
25 *Hæres admisso dignitatem ex quasi contractu, ad disposita per defunctum remanet obligatus.*
26 *Dictio,* omnis; *cùm sit universalis comprehendit omnia, quæ sub dicta generalitate comprehendi possunt.*
27 *Ecclesia tenetur ob non impletas conditiones culpa Administratorum.*
28 *Successor à factis prædecessorum recedere non potest.*
29 *Ecclesia quando tenetur ex culpa Administratoris, ei competit restitutio in integrum.*

DECISIO CXXII.

Donaverat D. Benedictus Mandina senior Episcopus Casertanus de anno 1584. venerabili Domui Redemptionis Captivorum Civitatis Neapolitan. ducat. tres mille, & quingentum, ea lege, ut annui introitus ex eis provenienti converterentur in emptionem, & de eis fieret Multiplicum, quousque ejus introitus ascenderent ad annuos doc. mille, ex quibus ducati tercentum cederent in beneficium dictæ sacræ Domus, reliqui verò distribuerentur per Oeconomos dictæ sacræ Domus in beneficium puellarum, & studentium de ejus familia, & in alios pios usus; quæ donatio fuit acceptata per Oeconomos dictæ sacræ Domus in anno 1585. & fuit cœptum, & continuatum Multiplicum, servata forma contractus usq; ad annum 1608. verum à dicto tempore usque ad annum 1626. quia successores Gubernatores neciebant onus impositum, nec aliquis de familia institit pro executione dicti Multiplici, non aliter fuit adimpletum id, ad quod tenebantur, sed annui introitus fuerunt expensi insimul cum aliis pecuniis ipsius Domus in redemptione captivorum, & fuerunt facto non-

nullæ emptiones cum Reg. Curia super introitibus Regiæ Dohanæ Neap cujus tamen rei notitiam habentes aliqui de domo Mandina, conquesti fuerunt cum Gubernatoribus extra judicialiter, qui videntes, quod re vera non aliter adimpletum fuerat dictum Multiplicum, ad concordiam devenerunt, & accedente consensu, & beneplacito Reverendi Præpositi Divi Pauli Majoris Clericorum Regularium, de cujus potestate infrascripta verba faciemus, assignaverunt dicto Multiplico; facto prius inter eos compro annuos duc. 600. super dictis introitibus majoris Fundaci, & Dohanæ hujus Fidelissimæ civitatis.

Verùm quia tracta temporis prædicti annui introitus imminentibus bellis non erant ita exigibiles ideo V.I.D. Vincentius, & alii de Mandino nepotes ejusdem Episcopi instituerunt coram Rever. Præpositi Domus Divi Pauli, qui tunc prædicto officio fungebatur, condemnari dictam sacram Domum ad solvendum in beneficium Puellarum, & Studentium de familia prædicta, & aliorum locorum piorum omnem pecuniarum quantitatem exactam ex dicto Multiplico quæ pervenerat ex dictis duc. 3500. in contantis, nulla habita ratione prædictæ assignationis factæ, qui intimatis Occonomis prædictis, ita pronunciavit, prout sibi petitum fuerat à dictis de Familia. Postmodum verò idem R. P. Præpositus instituit coram Judice Delegato in dicto negotio pro exequutione ejus, quod ab ipso ordinatum, sive sententiatum fuit.

Pro parte dictæ sacræ Domus duo principaliter opponebantur. Primo de incompetentia Judicis, & nullitate judicii, tam ex defectu voluntatis testatoris quam etiam ex defecto potestatis ejusdem R. Præpositi.

Defectus voluntatis arguebatur, quia nunquam animo cogitavit Episcopus Casertanus, ut dictus R. P. Præpositus judicium proferret in differentiis, & litibus, quæ oriri poterant inter homines de Familia sua, & Occonomos, sed tantum, quòd declararet differentias, & altercationes inter illos de Familia, ad quod fundandum operæ pretium erit inserere verba contractus in quibus de tali agitur potestate, & sunt videlicet.

1 *Item, quod ubi fortè quandocunque in perpetuum aliqua discordia oriretur super satisfactione, & exequutione dispositionis, per dictum D. Benedictum declaratæ, & factæ, ut supra vel aliqua interpretatio, seu declaratio facienda esset pro clariori intelligentia contentorum, in præsenti instrumento quomodocunque, & qualitercunque, & in quolibet casuum prædictorum, & quoties casus evenerit in perpetuum nullatenus deduci possit, nec trahi in aliquo judicio, & foro Ecclesiastico, nec sæculari nec etiam coram arbitris quibuscunque, quamvis de communi voluntate Partium interesse prætendentium Arbitri ipsi eligerentur sed omnis discordia terminari debeat, & omnis declaratio, & interpretatio fieri debent per R. P. Præpositum, qui pro tempore fuerit dictæ Domus S. Pauli de Neap. penes quem omnis potestas, facultas, & authoritas perpetuo remaneat videndi, revidendi, declarandi, & determinandi, tam de jure, quàm de facto, etiam sine scriptis, & nullo juris ordine servato sed tantum ex mera, & libera voluntate ejusdem D. Præpositi determinandi, & determinationi & interpretationi quomodolibet & quotiescunque faciendæ etiam quòd de toto facto tractaretur omnis interessati quicunque sint omnibus futuris temporibus parere, & obedire debeant. Item quod si forte aliqui interessati quicunque accederent ad quodcunque Tribunal, vel Judicem, eligerent quemcunque Arbitrum pro quibusvis differentiis fortè oriundis inter eos ex causa prædictæ dispositionis. quomodocunque, & qualitercunque etiam quod de jure, vel de æquitate Canonica, aut S.R.C. permitteretur, in tali casu omnes, qui eligerent dictum viam etiam quòd essent ex Studentibus eligendis, vel familiis nubendis, ut prædicitur, non possint, nec valeant petere se admitti ad præsentis commodi perceptionem, & præstationem, sed reputentur, & habeantur pro extraneis, & non comprehensis in præsenti dispositione, & statim prædictum commodum, & beneficium perveniat ad alium, seu alios vocatos ordine prædicto modo, ut supra, ac cum conditionibus, & clausulis prædictis, & non aliter, nec alio modo, quia sic, &c.*

Ex quibus verbis deducitur, quod non possit intelligi de ipsa sacra Domo, quia illa non potest dici interesse habens, sed principalis donataria & propterea loquutus fuit de fructibus distribuendis, non verò de annuis duc. 300. qui remanere debebant in beneficium dictæ sacræ Dom. Item privavit fœminas, & homines de Familia, ab beneficium quorum erat factum legatum, nec unquam voluit intelligere, ut privaretur dispositione tam pia, prout est Redemptio Captivorum ob aliquem defectum Administratorum. Quod & alia inconvincibili ratione suadetur, dum illico subnectit illa verba *& statim commodum, & beneficium perveniat ad alium, sive alios vocatos ordine prædicto modo*, &c. illud verbum *alios* est repetitivum similium, ex traditis per *Surd. dec.* 265. & 274. *Sese*
2 *dec. Aragon.* 136. *Rota apud Farinac. decis.* 719. *part.* 2. & sic non potest intelligi de sacra Domo quæ non vocata, sed donataria erat, cùm vocati fuerint ordine successivo illi de Familia, tam puellæ maritandæ, quàm qui professioni legali operam darent.

Item donatio fuit facta, ad finem ut annui ducati trecentum in perpetuum remanerent in beneficium di-
3 ctæ sacræ domus, ad finem illos expendendi in redemptionem captivorum. Quod verbum, *in perpetuum*, non habet temporis præfinitionem, *Paris. cons.* 74. *num.* 86. *vol.* 3. *Decian. cons.* 3. *num.* 40. *volum.* 2. & post ipsos *Camill. de Medic. cons.* 149. *num.* 32. & se extendit in infinitum, *l. pure in fin. ff. de dol. except. Menoch. cons.* 95. *num.* 1. *Molin. de primogen. Hispan.*
4 *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 13. cum aliis per *Barbos. de diction. & clausul. diction.* 216. *num.* 6. similiter si dixisset, *semper & omni futuro tempore, l. fundo, §. Labeo, ff. de action. empt. l. enim debet, ff. de servitut. urban. prædior. Cened. pract.*
5 *canon. quæst. singul.* 99. *num.* 1. quod contradicit privationi ex defectu Administratorum, & contradictio in eadem oratione nullo modo est admittenda. *l. non ad ea, ff. de condition. & demonstration.* & debent verba contractus ita intelligi, ut cesset repugnantia, *Aurel. Amatus cons.* 67. *num.* 2. Immo verba prædicta quatenus donatio facta in beneficium tam loci pii destrue-
6 retur, potius esset impropriandа, *glos. fin. in l. qui concubinam, §. qui ortos, ff. de leg.* 2. cum aliis per *Consil. Theodor in alleg.* 38. *num.* 21. ubi ampliat, etiam si verbum, *in perpetuum*, plus importat, quàm verbum ipsum prolatum propriè sumptum, & quod verba sequentia debent ita interpretari, ne inducatur priorum dispositorum correctio tradit *Fab. de Amm. consil.* 100. *num.* 9. *text. in l. hæres meus, §. uxor, ff. de leg.* 3. *& l. fin. ff. de reb. dub. & Dec. cons.* 539. cum aliis per eum
7 allegatis *num.* 13. & satis durum esset, si Ecclesia teneretur ex facto Administratoris, cum neque successores Administratores teneantur ex facto eorum Administratorum, *Gratian discepta. forens. tom.* 5. *c.* 516. quod tanto magis procedere debebat in dicto casu cum disponens voluerit privare illos, qui contravenient, & sic privaretur in Ecclesia ob defectum Administratorum, & quod plus est, quia si decretum R. P. Præpositi suum deberet sortiri effectum locus prius nedum privaretur dispositione in ejus beneficium facta, sed teneretur de proprio, & de propriis bonis, contra mentem donantis, qui tantum voluit ut privarentur ipsi de Familia beneficio dispositionis in eorum beneficio factæ, & illo modo non solum ex hac donatione non reciperet augmentum tam pium opus Redemptionis Captivorum, sed esset causa destru-

fet causa destructionis illius, quod nunquam potetit cogitari, fuisse mentem tam Pii Disponentis, qui nedum donavit dictos annuos duc. 300. sed etiam reliquos duc. 500. proveniendos ex annuis duc. 1000.

Vlterius dicebatur, determinationem factam per dictum R. P. Præpositum non debere subsistere. Primò, ex defectu potestatis. Secundò, ex defectu suspicionis in ejus personam. Tertiò, ex notoria injustitia.

Defectus potestatis declaratur esse tam ex mente Disponentis, qui nunquam talem potestatem ei tribuere cogitavit, tum etiam, quia quatenus voluisset, non potuisset talem potestatem contra dictam Ecclesiam dare. De defectu voluntatis Episcopi dispo-8 nentis satis supra fuit discursum, & nunc additur, quia facta jam donatione in beneficium tam pii loci tractu temporis revocari nequit, est *text.* singularis in *l. si quis pro redemptione* 36. *C. de donationib.* Defectus potentiæ clare colligitur; quamvis enim Testator possit in casu contraventionis legatarios relicti commodo privare, tamen non potest consti-9 tuere Judicem, ut eos condemnet ad solvendum de proprio, exercendo actus jurisdictionales, cum persona privata jurisdictionem non tribuit, sed à Principe tantum dependeat, *l.* 2. §. *& cum placuisset*, ubi *glos. ff. de origin. jur.* Sed quatenus potuisset jurisdictionem tribuere, quod expressè negatur, non ne ex nimia affectatione tanquam suspectus posset re-10 cusari, ad *tex. in l. observandum*, ubi *gl. ff. de iudic. Reg. Rovit. cons.* 19. *num.*10. *vol.* 10. Et de suspicione satis constet, cum ipsemet P. Præpositus institit, per Sac. Cons. ordinari Gubernatoribus Redemptionis Captivorum, ut ordinibus ipsius pareant, & obediant, ex quo solo suspectus redditur, *c. ad hæc de rescriptis cap. accedens, extra ut lit. non contest. Reg. Rovit. d. cons.* 19. *num.*11. Item ex hoc solo, quod judicium in S. C. tractatur ad instantiam dicti R. P. Præpositi, qui institit, cogi Gubernatores ad parendum ejus determinationi, redditur suspectissimus, tanquam actor in hoc judicio.

Et quatenus non judicem, sed Executorem pars 11 illum appellare velit, & quidem quando non est exequutor nudi facti, quia potest inferre gravamen, recusari potest, *Caval. de brach. Reg. parte* 3. *numer.*323. & ante eum *Burgain. Cavalcan. decision. Frviz.* 28. *numero* 95.

Sed dato, absque veri præjudicio, quod recusari 12 Administrator non possit, si declarando modum excesserit, posset reduci ad arbitrium boni viri, prout *ex tex. in l.* 1. *ff. de leg.* 2. *Bald. cons.* 7. *vers.* 5. *Ricc. in addit. ad Tiraquell. de privileg. piæ causæ privil.* 65. *vers. item si exequatur*, loquens in materia Redemptionis Captivorum, & est *text. in l. fideicommissa*, §. *si fideicommissum, vers. quanquam. ff. de leg.* 3. *l. Titiam*, §. *sorore, ff. de fideicommissar. libert.* cum aliis per *Iason. in l. si sic. num.* 4. *ff. de leg.* 1. *Paris. cons.* 45. *num.* 16. *&* 24. *vol.* 3. Et 13 reductio ad arbitrium boni viri assimilatur appellationi, quia in ejus locum successit, *glos. in l. in arbitrio, ff. qui satisdare cogantur*, *Gratian. discep. forens. cap.* 572. *num.*14.

Et demum, determinatio prædicta in ordine, & justitia peccat: & quidem in ordine, cum sit pro-14 cessum absque citatione, quando fuit prolatum primum decretum, & etiam in aliis decretis, & pars citari debet in quolibet actu, in quo lædi potest, *l. de unoquoque* 47. *ff. de re judic. l. nam ita* 39. *de adopt. cap.* 1. *de causa poss. & propriet. Faber in suo Cod. lib.* 4. *tit.* 26. *defin.* 16. *num.* 8. & dixit *Bart. in l. consentaneum. n.* 15 16. *C. quomodo, & quando Iudex*, quod qui ad unum actum citatus fuit, etiam si sit contumax, non potest in aliis actibus gravari, ne rursus citetur, sequitur *Faber in suo Cod. lib.* 2. *tit.* 2. *definit.* 11. *num.* 2. quod procederet etiam in judicio summario, & in quo proceditur, soli facti veritate inspecta, ut *Ego* pro-16 bavi in *decis.* 69. *num.* 13. Itaque nec princeps possit mandare, ut procedatur absque partis citatione, *Ego* ipse in *decis.* 82. *num.*17.

Peccare etiam dicebatur prætensam determinationem in justitia, quia fuit determinatum, dictam Sacram Domum debere solvere annuos ducatos 700. tam pro præterito, quàm in futurum de propriis bonis ipsius pro solvendis maritagiis, & studentibus, non obstante assignatione facta per Gubernatores in anno 1626. super introitibus Regiæ Dohanæ, & Majoris Fundaci Civitatis Neapolis, qui annui introitus fuerunt empti ex pecuniis Multiplici prædicti, quod quamvis non fuerit expressum, tamen ratio ipsa hoc suadet, cum non potuerit ex aliis bonis hoc fieri, non enim aderant alia bona, quam prædicta, quæ administrabantur per dictos Gubernatores, alii enim introitus, & pecuniarum quantitates erant in certum usum Redemptionis Captivorum designatæ, nec poterat de eis fieri emptio, & quamvis aliqua negligentia in non exprimendo, de bonis dicti Multiplici fuisse factas, adfuisset, attamen potuit ab hominibus qui tunc Multiplicum repræsentabant, inter quos, & ipsi Actores adfuerunt, agnoscere bonam fidem, & factum ita declarando mediante instrumento, omni solemnitate vallato, assignationem ipsorum pro Multiplico accipere, tantò magis, quòd in beneficium dicti Multiplici fuerunt à Sacra domo relaxatæ, & donatæ quamplurimæ pecuniarum quantitates, ad ipsum spe-17 ctantes, & propterea non potuerunt ipsimet de familia dicto instrumento contravenire, ad *tex. in l. fin. ff. quando appell. sit.*

Quòd eo fortius procedit, quia omnia prædicta fuerunt à R. P. Præposito Ecclesiæ Divi Pauli, qui tunc erat, recolendæ memoriæ vir D. Andreas Piscara Castaldus ordinata, declarata, & approbata, neque poterat postea successor Præpositus in anno 1638. con-18 trarium declarare, & determinare, quia data potestate, aliquid arbitrandi, determinandi, vel declarandi, semel hoc facere potest, & non amplius ad notata in *l. boves*, §. *hoc sermone ff. de verb. signif.* quæ loquitur in propriis terminis dotis, & generaliter intelligitur in qualibet hominis dispositione, licet secus sit in dispositione legis, *Cotta in memorabil. Verb. Exequutores, Vivius decis.* 87. *Ricci collect. decis.* 187. *vers. limita*, 19 nec successor in officio potest facta prædecessoris destruere, & revocare, *Gratian. discept. forens. capit.* 967. *num.*18. quod etiam procedit in successore Principis, *Mastril. de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 339. *& lib.* 1. *cap.* 18. *numer.* 9. *Gratian. discept. forens. cap.* 599. *num.* 22. & in specie in Exequutore testamentario ad distributionem pecuniæ in pios usus *Novar. quæst. forens. par.* 1. *quæst* 44. *nu.* 3. & hoc est incontrovertibile quando adest instrumentum juratum, *Grat. discept. forens. cap.* 893. *num.* 53. *lib.* 5. *ex tex. in l. cum proponebatur* 76. ubi DD. *ff. de judic.*

Et si prætenderetur, in dicto instrumento adfuisse læsionem, quod negabitur, adhuc erat coràm Iudice competenti instituendum judicium, instando, rescindi, vel annullari instrumentum in judicio ordinario, & in-20 terim judicio pendente illud erit observandum ex latè traditis per *Franch. in decis.* 373. *Gabriel. de judic. comm conclus.* 2. *n.* 5. *Intrigl. sing.* 135.

Verum per illos de Familia Mandina replicaba-21 tur, quod de prædicta conventione, & assignatione facta nulla debebat haberi ratio, cum enim dispositio sit concepta in beneficium totius familiæ, non poterat ex contractu aliquorum cæteris vocatis præjudicari, qui non veniunt uti successores illorum, qui contractum prædictum celebraverunt, sed ex propria persona, & propterea factum unius non poterat

rerat aliis præjudicium inferre, *l. per fundum, ff. de servit. rustic. prædior. Menoch. conf. 840. num. 45. Franch. decis. 81. numer. 4.* Sicuti in feudo ex pacto & providentia dixit *Andreas de Isernia in cap. 1. §. si vasallus culpam, si de feud. defunct.* & latè traditis per Consiliarium *Theodorum in allegatione 90. numer. 18.* & in fideicommisso *Peregr. artic. 33.* & cæteri, & propterea, tam conventio, quàm declaratio erant res inter alios

22 acta, quæ aliis præjudicare non poterat, *l. 1. & tot. tit. C. res inter alios acta, cap. inter dilectos, §. porrò de fid. instrum.* Et sic jure licito iuit in statum coram R. P. Præposito pro deter[mina]tione, & declaratione ultimo loco facta, quem dicebant non posse dubitari, habuisse, & habere omnem potestatem, cum hoc dictabant expressa verba dispositionis, ibi.

Item quod quandocunque in perpetuum aliqua discordia oriretur super satisfactione, & exequutione voluntatis, & dispositionis per dictum Don Benedictum declarata, & facta, ut supra, vel aliqua interpretatio, seu declaratio facienda esset pro clariori intelligentia contentorum in præsenti instrumento, quomodocunque & qualitercunque & in quolibet casuum prædictorum, & quoties talis casus evenerit in perpetuum, nullatenus deduci possit, nec trahi in aliquo judicio, & foro Ecclesiastico, vel sæculari, nec etiam coram Arbitris quibuscunque quamvis de communi voluntate partium interesse prætendentium Arbitri ipsi eligerentur, sed omnis discordia terminari debeat, & omnis declaratio, & interpretatio fieri debeat per Reverendum Patrem Præpositum, qui pro tempore fuerit dictæ Sacræ Domus Sancti Pauli de Neapoli, penes quem omnis potestas, & authoritas perpetuò remaneat videndi, revidendi, declarandi, & determinandi, tam de jure, quam de facto, sine scripturis, & nullo juris ordine servato, sed tantum ex mera, & libera voluntate ejusdem Patris Præpositi determinandi, & declarationi, & interpretationi quomodolibet, & quotiescunque faciendis, etiam quod de toto facto tractaretur omnes interessati, quicunque sint, omnibus futuris temporibus parere, & obedire debeant, excludendo eos, qui aliter fecerint, etiam quod essent ex studentibus eligendis, vel ex fœminis nubendis, & cum aliis amplissimis clausulis, &c.

Ex quibus dicebatur, non posse dubitari de volun-
23 tate disponentis, cum verba sint satis clara, & in claris non est opus conjecturis, *Mant. de tac. & ambig. convent. lib. 12. tit. 19. num. 22. tom. 1.* Nec etiam de potestate, quia voluntas disponentis debet tanquam lex servari, *text. est vulgaris in l. conditionibus primum locum ff. de cond. & demonst. §. disponat, in auth. de nuptiis* cum mille concordantibus.

Insuper dicebatur, quod neque poterat in du-
24 bium poni validitas dispositionis, cum possit in arbitrium alterius disponens judicium conferre, *l. Theopompus, ff. de dot. præleg. l. continuum, §. cum ita ff. de verb. oblig. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 2. titul. 1. num. 8.* & in puncto *Peregrin. de fideicommiss. articul. 11. numer. 112.* ubi refert, vidisse dispositionem cujusdam Simeonis, qui omnia suæ dispositionis dubia remisit decidenda omni appellatione remota per Collegium Iusitatum Paduæ, ad quam, dicit, teneri hæ-
25 redes post aditam hæreditatem, quia adeundo ex quasi contractu ad disposita per defunctum remanent obligati, quod tanto magis procedere debet in contractu jurato, ex quo resultat quoddam compromissum perpetuum, quod posset fieri, ita ut remaneant obligati, nedum ipsi contrahentes, sed etiam eorum successores, pro quibus stipulati fuerint, *l. diem, §. si hæredes, l. si non interpellar. ff. de arbitr. cap. fin. eod. tit.* & in terminis *Duran. in tract. de arbitr. nu. 5. & 8.* qui etiam dicit, posse Regularem in Arbitrum eligi *num. 27.* hujusque Arbitri sententiæ standum esse, *num. 71.*

Nec illa interpretatio voluntatis donantis, qui voluit, omnes differentias inter omnes interessatos declarari, & determinari per dictum R. Præpositum restringi debet inter illos de Familia tantum, excludendo dictam Sacram Domum dicebatur, esse in
26 consideratione, quia cum dicta dictio, *omnes*, sit universalis, comprehendit omnia, quæ sub dicta generalitate comprehendi possunt, *Ruin. conf. 81. num. 2. lib. 1.* per *text. in l. fin. C. ad leg. falcid. Ego in decis. 37. num. 6.*

Sic etiam dicebatur, non obstante, quod qui contravenerunt, fuerunt Administratores, qui Ecclesiæ præjudicare non potuerunt, quia contrarium de jure
27 disponitur, cum ob non adimpletas conditiones culpa Administratorum teneri Ecclesias, post *Menoch.* & alios firmat *Peregr. de fideicomm. art. 11. n. 90.*

Allegata vero in contrarium procedere possent, quando contractus esset personalis, *Puteus decis. Rot. Roman. 175. lib. 1.* alias enim successor a factis præde-
28 cessorum recedere non posset, *Milan. decis. Sicul. 2. lib. 1. n. 27. Caravit. in Rit. M. C. V. 310. n. 4.*

Quibus tamen replicabatur, quod quatenus esset vera opinio, quod Ecclesia teneatur ex culpa Administratoris, tamen ei competeret restitutio in integrum,
29 quia non debet esse in damno, *glos. in cap. 1. in fin. de in integrum restitutione, Alexand. conf. 15. volum. 7. & consil. 9. Franch. dec. 383. in fin. Merla in emptor. jur. qu. 16. num. 12. Petrus Gregor. Tholos. in syntagm. jur. univers. lib. 46. c. 3. num. 13. Franc. de Barry de succ. lib. 11. tit. 10. Ego in dec. 15. n. 21.*

Discusso hoc negotio in una Aula ad relationem Regii Consiliarii Andreæ Marchesii Delegati, postea vero Præsidis Sacri Consilii, fuit facta paritas, & datis tamen tribus Adjunctis, inter quos fui Ego, de mense Ianuarii 1640. fuit determinatum, quod detur terminus in causa, penes Antonium Figliolam Actuarium assumptum.

OBSERVAT. IN DECIS. CXXII.

SVMMARIVM.

1 *Determinatio facta ab eo, cui in testamento potestas determinandi data est, an sit valida, & numer. 3. 4. 6. 7. 8. & 9.*

2 *Negligentia administratoris, an noceat Ecclesiæ, & n. 10. 11. 12.*

3 *Testator potest in casu contraventionis legatarium privare commodo legati ei relicti, non tamen potest constituere judicem, & sic exercere actus jurisdictionales contra n. 8.*

4 *Iurisdictio manat à Principe, non autem à persona privata.*

Consensus privatorum non potest facere judicem illum, qui nullam ex se habet jurisdictionem, ibidem.

Iurisdictio solius Principis voluntate, non tamen subditorum exercere potest, ibid.

5 D. Consil. Scipio Theodorus Laudatur.

8 *Iurisdictio in arbitrium conferri potest, & n. 9.*

9 *Clericus Regularis Theatinus absque expressa licentia P. Generalis arbiter constitui non potest.*

10 *Administratores Ecclesiæ illi præjudicare nequeunt contraveniendo, quia absque justa causa, & debitis solemnitatibus obligare non possunt, n. 11.*

12 *Rector, vel Prelatus Ecclesiæ si non solvit Canonem Domino directo pro emphyteusi, illa privantur, sed restituitur in integrum ad solvendum Canonem ad instar minoris.*

13 *Ecclesia habet electionem Rectore, vel Prelato existente solvendo, an velit agere contra illos, an vere reivindicare rem à posse tertii, sic etiam hanc electionem habet minor, n. 14.*

15 *Solutio anticipata an fieri possit administratori, vel Prelato Ecclesiæ, & n. 18. ac 19. & an Prelato moribundo,* vel

vel qui inceperat infirmari pro fructibus maturatis, & an de rata fructuum, & an noceat successori, tam per mortem, quam per renunciationem, n. 17.

20 *Arbiter semel arbitrari potest.*

Laudum prolatum post tempus in compromisso concessum, vel quia non sunt determinata omnes differentia compromisse, sed fuerunt reservata partibus jura, an exequatur cum cautione, ibid. fuit decisum quod sic num. 21. ratio fuit, quia non fuit factum depositum pro pœna nullitatum, num. 22. ideo per aliud decretum S. C. fuit suspensa executio laudi, & depositum fuit restitutum deponenti, n. 23.

24 *Nullitates absque deposito non admittuntur adversus laudum.*

Laudum est nullum quoties est latum post tempus concessum, vel quando non sunt decisa omnes differentia, ibid.

25 *Reconventio fieri non potest contra Prælatum Ecclesiæ agentem ad bona Ecclesiæ malè alienata, intellige nomine proprio pro debito proprio, vel paterno, vel actione reali pro bonis patrimonialibus, & ita decisum adducitur, num. 26. non datur in remedio capitulorum Regni, neque in possessorio summarissimo, nisi opponat exceptiones carentia, & incompetentia actionis, vel si instat manuteneri, n. 27. & sic judicatum adducitur nu. 28.*

29 *Restitutio in integrum non competit curatori patrimonii decocti post quadriennium, tanto magis si nulla adsit læsio, & ita decisum traditur, nu. 31. & 32.*

30 D. Io: Hieronymus de Philippis Præsidens R. C. S. Laudatur.

33 *Exitus causæ decisionis enunciatur.*

MAter etiam hujus decisionis latissimè pertractavit D. Auctor, ideoque pauca mihi observanda reliquit, agitur igitur hic principaliter de duobus 1 articulis. Primo, an valeat determinatio facta ab eo, cui data est potestas in testamento determinandi, interpretandi, & decidendi, ita ut determinationi illius 2 sit standum. Secundo, an ex negligentia administratoris, Ecclesia teneatur & sit obligata.

Quoad primum *D. Regent. numer. 7. vers. ulterius* 3 *dicebatur* arguit contra determinationem ex tribus, & præcipuè ex defectu potentiæ, ut tradit *sub numer.* 8. nam licet possit testator in casu contraventionis legatarium legati commodo privare, non tamen potest 4 constituere Iudicem, ut illum condemnet ad solvendum de proprio, exercendo jurisdictionales actus, jurisdictio siquidem, non à persona privata, sed à Principe manat ex text. in *l. 2. § & cum placuisset, ubi glo. ff. de orig. jur.* idque confirmatur *per Dom. Cons. Staiban.* qui in d. causa consuluit pro Sacra domo Redemptionis captivorum *resolut. 37. lib. 1. resol. forens. ubi numer. 4.* tradit, quod omnis jurisdictio fuit apud Principem, ad tradita per *Mastrill. dec. 307. numer. 1. lib. 3. Amat. resol. 65. numer. 32. lib. 2. var. resol.* & ex nostris *post Iserniam, & D. Reg. Tapiam voluit D. Præsid. Merlin. cap. 13. num. 5. & cap. 25. num. 4. cent. 1. controv. forens. qui eod. cap. 13. numer. 11.* inquit, ideoque jurisdictionem sine Principis concessione nullatenus ad aliquem spectare posse, sequitur *D. Staiban. ibid. numer. 4.* non etenim consensus privatorum potest facere judicem illum, qui nullam ex se habet jurisdictionem, *l. privatorum, C. de jurisd. omn. judic. D. Merlin. d. cent. 1. cap. 15. num. 19. aliique relati per D. Staiban. ubi supra nu. 5.* rationemque tradit *D. de Franch. decis. 551. num. 10.* quia jurisdictio pactis, sivè conventionibus privatorum dari minimè potest; quare solius Principis voluntate exerceri potest, non tamen subditorum permittitur, *l. contra majorem, ubi etiam glo. ff. de jurisd. omn. jud.* quod etiam voluit *D. Cons. Scipio Theo-* 5 *dor. qui fuit optimus Advocatus, alleg. 51. nu. 53.* quo relato sequitur *D. Staiban. ubi sup. n. 12.*

Et tanto magis determinatio facta per Rev. P. Præpositum Clericorum Regularium Divi Pauli de Neap. 6 cui erat commissa determinatio prædicta per Reverendissimum D. Benedictum Mandinam Seniorem Episcopum Casertanum in ejus testamento super differentiis vertentibus inter illos d. familia Mandina cum Sacra Domo Redemptionis Captivorum erat nulla, dum P. Præpositus erat persona Ecclesiastica, & Domus Redemptionis erat sub immediata Invictissimi Regis nostri protectione, & sic erat convenienda coram Judice Regio, dum regitur per laicos, ex traditis per *D. Auctor. decis. 95. numer. 5. cum seq.* & non erat actrix, sed conventa, ut probat post alios, quos lau- 7 dat *D. Staiban. ibidem. num. 14. qui num. 15.* rationem assignat, eo quod Judex Ecclesiasticus nullam habet jurisdictionem in laicos, nisi cum agitur de Sacramentis, aut in aliis causis spiritualibus, ex *Fabro in Cod. lib. 7. tit. 18. definit. 1. nu. 2. in allegat.*

Ex parte verò ipsorum de Mandina, quorum jura tuebatur *D. Vincentius Mandina* replicabatur de vali- 8 ditate potestatis concessæ eidem P. Præposito, cum possit in arbitrium alterius judicium conferri, ut in juribus adductis per *D. Regen. numer.* 14. & propterea valere determinationem saltem factam, uti arbitrum, cum possit Regularis in arbitrum eligi, *Duran. de arbitr. numer. 27.* & hujusmodi arbitri sententiæ standum esse tradit *num. 71. ut refert. D. Auctor. sub numer. 25.* Sed 9 contrarium intendebat Sacra Domus, ut nec uti arbiter, vel arbitrator poterat determinare d. P. Præpositus, ut decisum tradit *D. Reg. Rovit. in rubr. de arbitr. nu. 18.* dum fuit declaratum nullum laudum prolatum per Clericum Regularem Theatinum, requiritur namque expressè licentia superioris, & sic Reverendissimi P. Generalis, ad tradita per *D. Staiban. d. resol. 37. nu. 40. & seq.*

Quo vero ad secundum articulum pro parte Sacræ Domus dicebatur, quod administratores Ecclesiæ con- 10 traveniendo illi præjudicare nequeunt, & sic non possunt de proprio obligare Ecclesiam, quæ ex eorum facto non tenetur, ut per *D. Auctorem nu. 7. & comprobat D. Staiban. loco citato num. 31. & novissimè D. Cons. Franc. Roccus vir sanè doctus resp. 61. nu. 5. & 6. lib. 2.* ideoque successores Gubernatores non obligantur ex facto prædecessorum Ecclesiæ præjudiciali, *Grasian. cap. 916. num. 4. lib. 5.* quem secutus est *Dom. Staiban. num. 32. & D. Reg. d. num. 7.* quia Prior, vel Prælatus sine justa causa, & debitis sollemnitatibus non potest obligare Monasterium, *D. Rovit. ubi sup. d. nu. 6.* Præfati vero de Mandina contrarium substinebant, 11 ob culpam scilicet administratoris teneri Ecclesiam, ex *Peregr. de fideicom. art. 11. num. 90. relato per D. Regen. nu. 27. & 28. qui num. 29.* tradit, competere tamen in integrum restitutionem.

Sic pariter si Rector, vel Prælatus Ecclesiæ non sol- 12 vit Canonem Domino directo pro re emphyteutica, Ecclesia privatur emphyteusi, ut discusso articulo fundat Episcopus *Genuen. in practic. Eccles. tricen. 5. q. 112. nu. 1.* sed tamen restituitur in integrum ad solvendum canonem adinstar minoris, & Reipublicæ *Genuen. ibid. num. 2. ubi DD.* ad hoc citat, & hoc casu Ecclesia habet electionem, existente Prælato solvendo, an ve- 13 lit agere contra Prælatum, an vero rem vendicare à tertio, ex *glo. notab. in cap. 2. in verbo restituimus de in integr. restit.* sicut hanc electionem habet etiam mi- 14 nor, *l. etiam, C. si tutor, vel curat. intervën. & dict. l. etiam procedit in administratore necessario, glo. & Bart. in l. non mandato, §. fin. ff. de minor,*

15 Observabis etiam, quod solutio anticipatè facta per debitorem administratori, vel Prælato Ecclesiæ non nocet successori, ut statutum habemus per S. C. Trid. *sess. 25. c. 11. de reformat.* ubi cum annullentur locationes factæ cum anticipatis solutionibus quo ad præjudicium successoris, quocumque privilegio non obstante,

obstante, ideoque hæres Prælati locatoria tenetur restituere anticipatas solutiones, *Carroc. de locato par. 4.* 16 *concl. 20. fol. mihi* 134. & quid de solutione facta Prælato moribundo, vel qui inceperat infirmari etiam pro fructibus maturatis, *Cavalc. decis. 44. num. 8. & 13. lib. 1.* & quid de rata fructuum idem *Cavalc. dec. 37. num. 54. lib. 3. Sard. dec. 326. num. 78. & 79. Amatus resol. 29. num. 1. lib. 1.* idque procedit tam in successore per mortem, quam per renunciationem, *Ferrett. cons. 325. Crass.* 17 *except. 25. nu. 103. cum seq. Carroc. d. concl. 20. sed Amat. ibid. num. 1.* reliquit cogitandum remittendo se ad DD. prædictos, ac ad *Surd. de alim. tit. fin. qu. 42. & de Ponte dec. 78.* bene tamen verum est, quod ante S. C. 18 Trident. locatio facta etiam cum anticipata solutione, nedum quoad pensiones annuas solvendas, sed etiam quoad pensiones anticipatè solutas nocere debebat, & sic successor locationi stare compellebatur, *Decia. cons. 14. num. 6. in fine vol. 2. Amat. ibid. nu 3. qui n. 4.* probat prodesse solutionem factam anticipatè Prælato procentibus adversus successorem ad evitandum caducitatem rei emphyteuticæ, ex *Sard. dec. 78. nu. 7. & 8.* 19 *Gratia. cap. 8. num. 11. lib. 1. & aliis*, quando autem solutio anticipatè facta in aliis casibus præjudicet, docet *Amat. loco cit. à num. 5. per tot. num. 22.* & quod Ecclesia non obligetur ex mutuo, nisi probetur versum in ejus utilitatem agit *Genuen. d. tricen. 5. q. 139. per tot.* & quando teneatur, *Mastrill. dec. 204. lib. 3. Amat. resol. 99. nu. 90. lib. 2. var. Mascard. concl. 581 nu. 1. & conclus. 616. & seq.*

Et dum D. Regens hic *num.* 18. tradit, quod arbiter semel arbitrare possit, non autem amplius, scias, quod si laudum sit latum post tempus in compromisso concessum, vel quia in eo non sint determi- 20 natæ omnes differentiæ compromissæ; sed fuerunt per arbitrum reservata partibus jura competentia, tunc laudum an exequatur cum cautione, salvis juribus in causa reclamationis, hic articulus fuit discussus, atque decisus in S. C. in causa Baldassaris Gambacurtæ cum Jo: Andrea ejus fratre, cum enim fuissent propositæ nullitates per d. Baldassarem adversus Laudum latum per arbitros modo prædicto, ex quo non fecerat depositum, fuit per S. C. sub die 1. Junii 1592. referente D. Consil. Pompeo Salernitano in banca de Felice judicatum in hunc modum videlicet.

21 *Decreto ipsius S. R. C. provisum est, quod exequatur* * *Laudum cum cautione, salvis juribus in causa reclamationis, hoc suum.*

Sed quia postmodum Baldassar fecit depositum 22 pro pœna nullitatum, mediante alio decreto d. S. C. ad relationem ejusdem sub die 25. Junii 1592. fuit provisum per hæc verba vz.

Decreto ipsius S. R. C. provisum est, quod suspensa 23 *executione Laudi procedatur ad expeditionem causæ ex eisdem actis, & processu, salva tamen productione* * *scripturarum, & depositum pro pœna nullitatum factum restituatur Baldaxari Gambacurta hoc suum.* De Felice actorum Magister.

Ex quibus decretis observabis primo, quod nulli- 24 tates absque deposito non admittuntur adversus Laudum, secundo, quod Laudum est nullum quotiens est latum post tempus concessum ad arbitrandum, vel quando arbiter non determinat omnes differentias compromissas.

Ex traditis per *D. Regen. hic num.* 29. habes, quod quatenus Ecclesia ex facto administratoris teneretur, 25 restituitur in integrum, sic pariter scias, quod ubi Prælatus, vel rector Ecclesiæ agit ad bona Ecclesiæ male alienata, non potest reconveniri nomine proprio pro debito proprio Prælati, vel paterno, vel in actione reali pro bonis patrimonialibus, ad tradita per *Antea.* 26 *de Butrio in c. cum olim de testib. Soccin. in c. ex literis art. 5. de mut. pet.* & secundum hanc opinionem fuit determinatum per S. C. die 18. Julii 1597. pro Reverendissimo Episcopo Nicoteræ, contra Siscaras, & Principissam Scillæ junctis aulis referente D. Cons. Aquinos in banca Vaxalli, & pœnes Secretarium.

Et sicut non datur reconventio in remedio capitulorum Regni *D. de Franch. dec. 393. num. 11.* ità etiam in possessorio summariissimo, *D. de Anna sing. 433.* verum si Clericus conventus remedio capitulorum Regni opponat exceptiones carentiæ, & incompetentiæ actio- 28 nis, vel instat manuteneri, ex d. oppositione poterit * reconveniri in petitorio, ut fuit decisum per S. C. junctis classibus in anno 1590 referente D. Consil. Stellatello pro Universitate Castelli contra Reverendissimum Episcopum Trivici in banca Terracciani, ut etiam habetur per *D. de Franch. decis. 393. nu. 4.*

Et pariter observabis, quod restitutio in integrum 29 minime competit Curatori patrimonii decocti post quadriennium à die interpositi decreti, tanto magis si non constat de læsione, ut fuit per S. C. judicatum junctis DD. Consiliariis duarum Aularum audito D. Hie- 30 ronymo de Philippis tunc fisci patrono R. C. S. postea Regio Consiliario, & modo Præsidente ejusdem R. C. S. meritissimo pro interesse Regii Fisci in causa Eminentissimi Cardinalis D. Hieronymi Boncompagni Archiepiscopi Bononiensis dignissimi mei clientis cum Illustrissimo Principe Conchæ, ejusque patrimonio sub die 27. Novembr. 1657. ad relationem D. Consiliarii decani Jo: Baptistæ Jovini, & proindè petita in integrum restitutione per V. I. D. Dom. Antonium de Ponte Curatorem d. patrimonii, & Advocatum nemini secundum fuit provisum per hæc verba.

31 *Visis supplicationibus fol. 487. & 489. per S. R. C. provisum est, non esse locum, nec esse deferendum in inte-* * *grum restitutioni petita pro parte curatoris patrimonii Illustriss. Principis Concha hoc suum, &c.* Jo: Baptista Jovinus, Jacobus Figliola pro Secretario, Borrellus Actorum Magister.

Et sic fuit decisum non competere restitutionem 32 post quadriennium, providendo non esse locum, & quamvis competiisset, quia non aderat læsio fuit denegata restitutio, decidendo non esse deferendum.

Quo vero ad decisionem d. duorum articulorum in 33 hac decisione discussorum, quia causa erat dubia pro utraque parte, fuit in votando facta paritas inter DD. votantes, ideoque fuerunt dati tres adjuncti pro dirimenda paritate, inter quos fuit D. Auctor, p. quos fuit datus terminus in causa, ut in fine decisionis habetur vert. discusso negotio. *M. A. Gizzius.*

ARGUMENTUM.

Instantia an perimatur in S.C. & per monitionem ad dicendum an perpetuetur, & an Clericus hæres laici, qui habuit liberationem pecuniæ in S.C. cum cautione de restituendo cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem ejusdem S. C. si fuerit petita ab alio creditore anteriore avocatio pecuniæ, possit declinare forum.

SUMMARIUM.

1 *Clericus successor non potest forum declinare post litem cœptam, & contestatam cum defuncto laico; secus tamen est, quando in vita defuncti instantia esset perempta, nu. 2.*

3 *Sacrum Consilium dicitur propriè Principis Consistorium, in quo instantia nunquam perimit, n. 4.*

Vide dubitationem contraria opinionis nu. 11.

5 *Fatalia non currunt in S.C.*

9 *Instantia per monitionē ad dicendū perpetuatur, & n. 11.*

7 *Clericus si aliquid recipit à manu Iudicis laici, si postea tractetur de ejus reivindicatione, coram Ecclesiastico convenitur.*

Limitatur tamen, quando res non libere, sed cum aliquo vinculo recepit, quia tunc conveniri debet coram illo Iudice, à quo rem sive possessionem habuit, nu. 8.

Revocare

Revocare quod non recte provisum ad eundem Iudicem pertinet, num. 9.

10 *Clericus depositarius potest astringi ab eodem Iudice, coram quo fuit factum depositum.*

11 *Fidejussio de restituendo cui, quibus, & quando prastatur, ut pecunia semper extet.*

13 *Fidejussio de restituendo intelligitur prastita respectu illius Iudicis tantum, coram quo fuit cautio data, & ideo coram illo fidejussor est conveniendus.*

14 *Viam fraudibus aperire non est permittendum.*

DECISIO CXXIII.

INstantibus creditoribus quondam Fabii de Falcô debitoris decocti ordine S.C. fuerunt ejus bona vendita, & pretium fuit ipsis liberatum cum cautione de restituendo cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem ejusdem S. C. prout semper fieri solet, quando adest concursus creditorum, & inter cæteros, qui liberationem obtinuerunt, fuerunt Franciscus de Baucio, & Annibal de Januario, pro quo etiam fidejussit idem Franciscus. Post quæ Fabritius, & fratres de Aczia fuerunt declarati creditores per decretum ejusdem S.C. anteriores prædictis Francisco, & Annibali & propterea institerunt, eos condemnari ad restituendas quantitates sibi liberatas, & fuit conventus Franciscus de Baucio, nedum pro quantitate ipsi liberata, sed tanquam fidejussor Januarii; compilatoque super hac instantia processu, & monito ad dicendum, siluit judicium per plures, & plures annos, & interim decessit nedum Franciscus, sed etiam Decius ejus filius, & hæres, supervitentibus filiis, & hæredibus Decii, inter quos erant Franciscus junior, & Carolus de Baucio, qui tanquam Clerici petierunt, causam remitti ad Judicem Ecclesiasticum

1 competentem, & hoc quia quamvis lis fuerit cœpta, & contestata cum defuncto laico, non possit successor forum declinare, juxta *text. in l. hæres absens*, ubi omnes Doctores, *ff. de judiciis*, late *Vivi, commun. opinion.* 115. *libro tertio, titul. 1. de judic.* & habetur etiam ex *text. in leg. si, qui Romæ, ff. eodem titul. Carnev. Rit.* 274. *numer.* 3. *Mynsing. centur. 3. observ.* 45. *nu.* 2. *Episc. Covar. pract. q. c.* 8. *n.* 2.

2 Attamen cessat hæc juris conclusio, quotiescunque in vita defuncti instantia fuisset perempta, ut post alios habetur ex *Ann. in sing* 129.

Verùm pro parte Juliæ de Aczia ex pluribus prætendebatur, non esse locum remissioni petitæ. Primò, quia causa tractabatur in S. C. ubi profertur sententia nomine Regis, & supplicationes porriguntur Regiæ Catholicæ Majestati, & licet signentur per Spectabilem Præsidem ipsius S.C. tamen sub nomine, & pro parte ipsius Regis, & ideo Sacrum Consilium dicitur propriè Principis Consistorium, *Maranta in praxi parte 3. nu.*

3 15. *Paschal. Malfes* & alii citati per *Consiliarium Carleval. de judic. tom. 1. disput. 2. quæst. 7. numer.* 941. & *Ego* dixi in *decis.* 68. *numer.* 9. & in Principis Consistorio instantia nunquam perimitur, ut est *text. in auth. sed lit*, *C.*

4 *de tempor. appell. Bald. cons.* 224. *colum. fin. vol.* 3. *Amendol. ad Franch. in decis.* 250. *Molfes. cons.* 47. *Minsyng. centur. 2. observat.* 48. & late *Consiliarius Carleval. in loco* proximè citato, ubi ex hoc infert, & pluribus mediis fundat, quod in S. C. instantia nunquam perimitur,

5 sicuti etiam neque fatalia currunt, ex multis probat *Reg. Fab. Capyc. Galeot. lib. 1. controv. Illustr. controv.* 19. *num.* 15.

Secundò dicebatur, quod quamvis locum sibi vendicaret contraria opinio, quod instantia triennio perimatur in S.C. sicuti in aliis Tribunalibus, juxta *text. in l. properandum, Cod. de judic.* adhuc in hoc casu instantia non potest dici perempta, cùm processus etiam in vita

6 Francisci fuerit compilatus, & expedita, ac intimata monitio ad dicendum pro expedienda causa, non semel, sed pluries, ex quo instantiam perpetuari voluit *Pisanell. in addit. ad decis. Afflict.* 283 ubi sic refert fuisse decisum de communi voto Dominorum Consiliariorum Sacri Consilii, *Franch. dec.* 642. ubi testatur, vidisse talem decisionem, *Capyc. decis.* 109. *de Ponte cons.* 142. *vol.* 2. & *Ego in d. dec.* 68.

Tertiò dicebatur, quòd & si prædicta aliquam admitterent dubietatem, attamen in causa, de qua agebatur, ex alio remissio ad Judicem Ecclesiasticum erat neganda; nam quamvis eadem pecunia fuisset ipsis clericis liberata, & non dicto Francisco, cujus erant hæredes mediante persona Decii patris, judicium erat faciendum coram

7 Judice laico, quamvis enim si clericus aliquid receperit à manu Judicis laici, si tractandum erit de rei vendicatione ejusdemmet rei, coram Judice Ecclesiastico, & non laico conveniri debeat, juxta *text in cap. si diligenti, de foro compet. Grass. de. effect.* 1. *num.* 178. *Franch. decis.* 193. *num.* 9. quamvis contrarium videatur decisum in Sacro Concilio, ut refert *Reg. Revit. decis.* 44 ubi convento clerico pro avocatione domus eidem adjudicatæ per dictum Sacrum Consilium, petiit remissionem ad Judicem suum competentem, & obtinuit. Tamen dicebatur, quòd casus noster longè distabat à prædicto. Conclusio enim suprà firmata procedit, quotiescumque res fuerit liberata, & de eo clericus possessionem habuerit liberè, & absque ullo vinculo, neque impedi-

8 mento, prout fuit in dicto casu relato per *Revitum*, ut apparet *num.* 4. Quando verò pecunia, vel alia res stabilis fuit liberata clerico, vel fuit in possessione non liberè, sed cum aliquo vinculo immissus, tunc judicium erit faciendum coram eo Judice, à quo possessionem, sive rem obtinuit, ut in clerico immisso in possessionem à Judice laico cum clausula, *salvo jure cujuslibet*, ut possit deinde conveniri coram Judice laico, habetur ex *Bald. in cons.* 104. *volum.* 3. *Natta cons.* 657. *tom.* 4. *Peregrin.* latè *de fideicommiss. artic.* 48. *num.* 62. & latissimè *Consiliarius Carleval. in d. tract. de judic. tom.* 1. *fol.* 398; quod etiam fuit decisum junctis Aulis in S.C. in causa Venerabilis Monasterii Reginæ Cæli cum Abundantia Monacella, cum enim esset immissum Monasterium in possessionem bonorum quondam Albertii Monacella virtute testamenti ipsius, comparuerunt in S.C. agnati prætendendo nonnulla & inter alia medietatem bonorum antiquorum, servata forma Consuetudinis Neapolitanæ, pro parte Venerabilis Monasterii fuit petitum, causam remitti ad Judicem Ecclesiasticum competentem, & cum maxima discussione junctis Aulis fuit decisum, esse procedendum in S. C. ad relationem Reg. Cons. Xavaræ die 28. Martii 1618. in Banco de Vivo pro Fælice.

9 Ad eundem enim Judicem pertinet revocare quod non rectè provisum fuit, *leg. quod jussit. ff. de re judic.* & plura ad propositum refert *Reg. Consil. Carleval. loco* proximè citato *nu.* 951. ubi de aliis sententiis S.C. mentionem facit.

Dicebatur & tandem, quòd in hoc casu virtute dictæ fidejussionis de restituendo cui, quibus, & quando pecunia extabat in posse Francisci, & per consequens in posse ejus hæredum, ac pecuniam retinebant tan-

10 quam depositarii, qui astringi possunt ab eodem Judice, coram quo fuit factum depositum, quamvis depositarius esset clericus, ex traditis per *Bald. in l. acceptam, C. de usur. Stephan. Aufrer. in addit. ad Capel. Tholosan. dec.* 168. *Maranta in suo speculo fol.* 34. *nu.* 36. *Ann. sing.* 127 ubi alios cumulat.

11 Discussa pluries hac causa fuit valde inter Nos dubitatum de primo articulo, si instantia curreret in S.C. & si etiam aliqui ex Dominis concurrere videbantur cum hoc opinione, tamen satis urgent ea, quæ dixerunt *Afflict. in decision.* 283. *numero quarto, Capyc. decis.* 109 & alii, quos allegavi in *dict. decis.* mea 68. *numero* 52. ubi nonnullas S. C. contrarias cumulavi decisiones, & sic

eti am

etiam de secundo articulo, quia aliqui fuerunt in opinione, ut per citationem ad dicendum perpetua instantia per triennium, alii verò per novennium, ut *ibidem* plenè dixi, & ideo hic non repeto.

Tandem fuit consideratum, quòd hæc causa ex alio 12 non erat remittenda ad Judicem Ecclesiasticum, quia severa illa fidejussio de restituendo cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem præstatur, ad finem ut pecunia semper extet, & emptor securè emat, quia quando compareant creditores anteriores datur actio super pretio liberato cum dicta cautione, & propterea fortiùs procedunt dicta in tertio argumento, quia pecunia non pervenit libera, sed cum illa obligatione restituendi toties, quoties Sacro Consilio videbitur, & si clericus coram alio Judice quàm coram eo, à quo habuit pecuniam conveniri debuisset, fidejussio nihil operaretur, cùm intelligatur præstita respectu illius tantùm 13 Judicis, coram quo fuit cautio præstita, ita ut si conveniatur coram alio Judice, de fidejussione prædicta nulla potest haberi ratio, cùm sit strictissimi juris, ut expressè probat *text. in leg. cum apud Sempronium, ff. judic. solvi.* Et propterea fuit decisum in S.C. quod taliter præstita cautione in S.C si causa remitteretur ad Regiam Cameram Summariæ ad nihilum ibi teneretur fi-14 dejussor, quam decisionem refert *Franch. in decis.6.* & certè esset aperire viam fraudibus, quod non est permittendum, & ideo facta relatione per Regium Consiliarium Dom. Franciscum Savium de mense Februarii 1641. fuit per S.C. remissio denegata, quod fuit iterum in causa reclamationis confirmatum, penes Plinium Juvenem Act. Mag.

OBSERVATIO IN DECISIONE CXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Clericus quando habuit pecuniam à manu judicis secularis cum cautione de restituendo, cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem judicis, non remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum, sed à Iudice seculari convenitur per creditorem anteriorem, de ratione, n.2. & 3.*

2 *Cautio facit extare pecuniam liberatam, & intelligitur præstita respectu illius tantum Iudicis coram quo fuit præstita cautio, & coram alio judice nullum habet effectum, n.3.*

4 *Instantiæ peremptio potest opponi, etiam post sententiam, & n.5. & quando non possit restaurari, nu.6. & in quibus casibus non perimat, n.9.10.11. & 12. & decisio adducitur, n.13.*

Insufflatio spiritus vitæ, non potest impetrari, ac concedi si per conventum sit antea oppositum de peremptione instantiæ, n.6.

7 *Libellus novus est necessarius si instantia est perempta, cum refectione expensarum convento, etiam pro Advocato, & Procuratore, aliàs actor auditur, tanto magis si insufflatio spiritus vitæ non sit impetrata à convento, sed ab actore, n.8.*

14 *Fatalia currunt in S.C.*

D. Regens Fabius Capycius Galeota *Dux Regina Laudatur, & ejus dicta in controv.19. & 20. lib. 1. reprobantur, ibid.*

15 *Laicus conventus coram Iudice seculari ad instantiam creditorum si reassumit habitum clericalem, de ordine Episcopi sui Ordinarii non declinat forum Ecclesiasticum, & numer.16. & ita judicatum affertur numer. 18. & 19.*

16 Dom. Joann. Franciscus Marcianus Regens *Laudatur.*

17 D. Don Marcellus Marcianus *Regalis patrimonii Fisci patronus Laudatur.*

20 *Laicus obligatus apud acta Iudicis secularis, vel per instrumentum liquidum, si postea efficiatur clericus, an, & quando remittatur ad Iudicem Ecclesiasticum cum distinctione, n.21.22. & decisio traditur, n.23.*

24 D Consil. Marcus Antonius Morra *Laudatur.*

25 *Clericus, qui habet rem stabilem, vel pecuniam liberatam à manu Iudicis secularis, an, & quando sit conveniendus ab eodem Iudice, vel à judice Ecclesiastico ad instantiam creditoris anterioris, & quid si cum cautione, vel cum clausula salvo jure cujuslibet pecunia sit liberata, vel res assignata, ibid. & n.27.*

26 D. Franciscus Maria Pratus cap.42. & 43. lib. 1. discept. forens. *reprobatur.*

27 D. Franciscus Censalius *Laudatur.*

28 *Clericus non declinat forum Ecclesiasticum si emit rem litigiosam, vel executam coram Iudice seculari, à fique illius auctoritate, ideoque convenitur coram judice seculari.*

29 *Clericus qui tutelam habuit à manu Iudicis secularis, an pro redditione computorum, & reliquum restitutione sit conveniendus coram eodem judice, vel coram judice Ecclesiastico, & n.30.*

Duo juris articuli in hac *decis.* propositi, ac discussi fuerunt. Primus an instantia currat in S.R.C. & secundus an per citationem ad dicendum perpetuetur instantia, & vota fuerunt hinc indè, ut reassumit *D. Regens nu.11.* & quia de his articulis latè egit idem *D. Regens dec.68. lib.1.* ubi quamplura *Ego in observatione* deduxi, merito ad ibi per *Nos ambos* dicta lectorem remitto.

1 Sed causa hujus decisionis ex alio juris articulo fuit determinata per S. C. denegando remissionem clericis ad Judicem Ecclesiasticum, eo quod pecunia erat liberata auctoribus d. Clericorum cautione *de restituen-2 do cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem S.R.C.* quæ quidem cautio facit pecuniam liberatam extare, ad hoc, ut comparentibus creditoribus anterioribus, quibus datur actio super pecunia liberata cum dicta cautione, Judex laicus, qui pecuniam cum d. cautione li-3 beravit, possit cogere creditores posteriores ad illam restituendam creditoribus anterioribus, cum cautio intelligatur præstita respectu illius tantum Judicis, coram quo fuit data cautio, itaut si coram alio judice conveniatur de fidejussione prædicta nulla possit haberi ratio, ut inquit *D. Reg. n.12. & seq* qui decisionem denegationis dictæ remissionis refert *n.* 4. etiam in gradu reclamationis confirmatam.

Circa tamen peremptionem instantiæ observa-4 bis, quod dum decreto S.C. fuisset ordinatum, quod Cæsar Gallutius solveret Isabellæ Galluttiæ ducat. .oo. in causam declarandam, fuerunt per Cæsarem propositæ nonnullæ nullitates inter quas prima fuit, nam dict. decretum fuit interpositum instantia perempta, & sic 5 contra *text. in l. properandum, C. de judic.* cum instantia perempta, & sic contra *text. in l. properandum, C. de judic.* cum instantiæ peremptio possit opponi etiam 6 post sententiam, ex traditis per *D. Reg. Rovitum in pragmat. 1. num. 12. de milian. caus. non vestis* & licet obtenta esset insufflatio spiritus vitæ per d. Isabellam, attamen ante d. insufflationem Cæsar opposuerat de peremptione instantiæ, & quod proindè non poterat re-7 staurari per insufflationem prædictam, juxta dicta per *D. Rovit. ibid. num. 7.* ideoque erat necessarius novus libellus juxta *d. l. properandum, §. fin. & l. post aditum ff.* 8 *de judic.* & hoc casu erant reficiendæ expensæ d. Cæsari, ut in *d. pragm.* 1. disponitur etiam pro Advocato, & Procuratore aliàs Isabella audiri non poterat, *Affl. dec.* 70. cum non esset obtempta a Cæsare convento, qui expensas non reficit, ut docent *Gramm. dec.95. & D. Rovit. ibid. n.15.*

Sed pro parte Isabellæ huic nullitati responsum fuit 9 pluribus modis. Primo, quia instantia non erat perempta, ex quo erat vidua, & sic persona privilegiata, quo casu instantia non perimit, ut per *Afflict.* & ibi,

& ibi, *Ursill. dec. 210.* Secundo nam agebatur de dote, & alimentis, in quibus neque instantia perimit, *Ursill. ad Afflict. dec. 111. num. 1. & dec. 283. numer. 10.* Tertio nam sicut sententia S.C. lata post peremptam instantiam non 11 dicitur nulla, ut decisum dicit *D. de Franch. decis. 643.* ita etiam neque decretum erit nullum si sit latum perempta instantia, ut rejectis contrariis probat *D. Rovit. loco cit. sub nu. 9. ex pragm. 3. §. 1. de offic. S.R.C.* & quarto nam Cæsar approbavit insufflationem, dum institit 12 pro refectione expensarum, quare per S.C. referente *D. Consil. Andrea Provenzali* viro doctissimo fuit interpositum decretum sub die 26. Novembris 1626. tenoris v.3.

Per S.R.C. declaratum est, nullitates non obstare, & 13 *proinde depositum duc. 24. factum per Cæsarem Gallutium pro pœna nullitatum liberetur Regia Curia, & pro ea Secretario ejusdem S.R.C. applicandum pro medietate commoda dict. S.C. prout per prius, & pro altera vero medietate pro augmento salarii Regiorum Consiliariorum servata forma novæ ordinis Excellentissimi Domini Proregis hoc suum. Andreas Provenzalis de Mercati Secret. Borrellus Act. Mag. in processu Octavii, & Cæsaris Gallutii cum Claudio Rocca.*

14 Quo verò ad articulum incidenter excitatum *nu. 5.* ut fatalia minimè currant in S. C. auctoritate *D. Regent. Fabii Capycii Galeota*, Ducis Reginæ nobilissimi, doctissimi, ac ingeniosissimi viri *controvers. 19. lib. 1.* velim observes, quod contrarium est verius ex adductis per *Gram. dec. 13.* ubi allegat *decretum interpositum de anno 1539. relatum in pragm. 54. de offic. S.R.C.* & ita pluries judicatum adducit *D. de Franch. dec. 646. nu. 6.* qui *n. 7.* probat idem judicandum esse circumscripta *d. Pragm.* sequitur *D. Borrell. in summa decis. lib. 2. tit. 31. num. 137.* & ad dicta per *D. Ducem Regina* respondet *D. Regens de Ponte cons. 63. vol. 1.* tantò magis, quia Cliens *D. Ducis* succubuit, *ut ipsemet D. Dux* notat *d. controv. 19. in fine*, sed in sua opinione persistens iterum calamum arripuit *controv. 20.* sed ut dixi contra ejus scripta fuit judicatum, & novissimè, latè confirmat *D. Marotta c. 13. lib. 1. discept. forens.*

Sic pariter circa remissionem Clerici ad judicem 15 Ecclesiasticum, de qua *D. Reg. agit. num. 1. ac 7.* observabis, quod laicus conventus à creditoribus coram judice seculari, si mortua uxor illius, & de licentia Episcopi sui Ordinarii reassumat habitum Clericalem, si in fraudem constet reassumpsisse, ex quo ante matrimonium erat Clericus, non potest forum Ecclesiasticum declinare quoad bona in Judicium deducta in præjudicium dict. creditorum contractorum constante ma-16 trimonio, & jurisdictionis secularis, ex probatis per *D. Reg. Joan. Francisc. Marcianum* virum nobilissimum, doctissimum, atque æquissimum *disput. 22. num. 10.* ibi, *aut vero contraventio, & perjurium commisit tempore, quo relicta clericatu, matrimonium contraxerat, & tunc quia tempus delicti attendi debet, ex dictis per Bald. in leg. affinitatis in fine, Codic. commun. de success. Dom. de Franch. decis. 417. & Grammat. decis. 10. coram Iudice seculari, cui per delictum perjurii jus quæsitum fuit conveniri poterit*, & ita decisum adducit *D. Auctor. decis. 45. num. 36.* in qua causa pro creditore in jure allegavit 17 *D. Marcianus d. disp. 22.* ubi *num. 11.* eandem decisionem refert, cujus vestigia sequutus est *D. D. Marcellus ejus filius*, qui ob ejus singularem doctrinam, & morum probitatem, nedum fuit Judex utriusque M. C. V. sed etiam Regius Consiliarius, & postmodum de anno 166·. fuit promotus ad officium Advocati fiscalis Regalis Patrimonii in quo optimè se gessit, & gerit, & superavit patrem, & avum in eloquentia, & doctrina, & circa *d. decis. 45. D. Auth.* vide *D. Consil. Staib. res. 109.* ubi *nu. 51. & seq.* de ea testatur, & comprobat pariter *D. Præsid. Merlin. cap. 66. à num. 3. cum seq. cent. 2. controv. forens.*

18 Idemque fuit iterum judicatum per idem S.C. de anno 1651. nam, cum fuisset in dict. S. C. conventus Marcellus Filamarinus ad instantiam ejus creditorum, factaque graduatione ipsorum, decessit uxor dict. Marcelli, qui ex quo ante matrimonium erat Clericus de licentia Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ sub die 6. Februarii 1651. habitum Clericalem reassumpsit, quare creditores, inter quos erat Don Franciscus Gallutius, cujus jura *Ego* tuebar, comparuerunt in d. Curia Archiepiscopali, & repræsentatis per me eorum juribus, obtinui decretum à Reverendissimo Vicario, per quod dicta reassumptio fuit declarata nulla, & invalida sub die 16. Februarii 1651. cumque antea dict. Marcellus petierat remissionem ad Curiam Archiepiscop. S.C. providendo super dicta remissione petita, referente *D. Ioan. Francisco Marciano* tunc Regio Consiliario fuit interpositum per S. C. decretum sub die 4. Martii 1651. tenor seq. v. 3.

19 *Per S.R.C. visa decreto Curia Archiepiscopalis, provisum est, quod procedatur in d. S.R.C. petita remissione non obstante pro parte Marcelli Filamarini, hoc suum, &c. Io. Franciscus Marcianus, de Mercatis Secretarius. Vincentius Borrellus Actor. Mag.*

20 Ita etiam, licet laicus sit obligatus apud acta Judicis secularis, vel per instrumentum liquidum, & postea Clericatus ordinem susceperit, habet intentionem fundatam pro remissione ad Judicem Ecclesiasticum, non tamen hoc procedit si fuerit citatus via Ritus M.C.V. 21 vel incusatus, vel executus, hoc namque casu ordo dicitur susceptus in fraudem, & causa est agitanda coram Judice seculari, ut probat *Dom. Marcian.* post alios *d.* 22 *disp. 22. nu. 8. vers. secus tamen*; ideoque quoties conventus opponat de clericatu, sit cautus Advocatus creditoris, ut faciat per Judicem providere, quod capiatur informatio super remissione petita, & in d. termino creditor probet per scripturas, vel testes, quod debitor suscepit clericatum in fraudem, ut eximeretur à debito, & jurisdictione seculari.

23 Hinc per S. C. in causa *Julii Cæsaris de Philippo cum illis de Hadierna sub die 23. Januarii* 1597. cum interventu *Dom. Præsidis* post longam discussionem *penes Secretarium* fuit decisum, quod ordo clericatus susceptus postquam venit dies obligationis, sive solutionis apud acta, dummodo non sit præventa jurisdictio, vel per citationem ad dicendum causam quare, &c. vel per incusationem illius prodest, ut fiat remissio quo ad personam, & bona, & licet prætenderetur fraus, quia obligatio erat incusata pro prima tanna maturata, attamen respectu secundæ tannæ, quamvis adesset mora, quia tamen non fuerat incusata obligatio contra debitorem, fuit provisum, quod remittatur ad Iudicem Ecclesiasticum, ut notatum habeo *in dec. 10. Grammat. manu quond. D. Consil. Marci Anto-*24 *nii de Merra* viri doctissimi, ac nobilissimi de sedili Capuanæ, de cujus familia hodie extant D. Goffredus filius q. Goffredi senioris Marchio Montis Roccheriæ, & Princeps Motiæ, D. Dominicus, D. Michael, & Fr. Antonius Miles Hierosol. filii qu. Vincentii, ac D. Vincentiæ Catacciolæ.

Quo verò ad alium articulum, de quo *D. Auctor* 25 *d. n. 7. & 8.* an scilicet Clericus qui habuit rem habilem, vel pecuniam à mano Iudicis secularis sit conveniendus à creditore anteriori coram eodem Iudice seculari, vel coram Ecclesiastico, & cum distinctione respondit, aut enim res fuit assignata, vel pecunia liberata liberè, & tunc conveniendus est coram Iudice Ecclesiastico, ut probat, & decisum refert *Dom. Rovit. decis. 44.* quem secutus est *D. Auct. d. nu. 7.* & ita etiam decisum per M.C.V. & per S.C. adducit *D. Sanfel. decis* 210 post *n. 5.* qui *n. 12.* citat *D. Rovit. d. dec. 44.* vel pecunia fuit assignata, sive liberata cum vinculo, & sic *cum cautione*, vel *cum clausula salvo jure cujuslibet*, & tunc apud Iudicem secularem Clericus conveniendus est, ut probat *Dom. Auctor dict. numero* 8, ex DD. ibi Laudatis, & ita

pariter determinatum fuisse per S. C. testatur in *causa Monasterii Reginæ cæli, cum Abundantia Monacella junctis classibus sub die 28. Martii 1618. in banca de Felice.*

Et licet *D. Pratus* pro remissione ad Judicem Ecclesiasticum de jure respondisset consulendo in casu, ubi Ecclesia fuit immissa in possessionem bonorum vigore decreti præambuli cum clausula *salvo jure cujuslibet, ut habetur cap. 41. per tot.* præcipuè *à num. 40. cum seqq. lib. 1. discept. forens.* fretus *d. decis. D. Rov.* 44. nulla habita ratione de dictis per *Peregr. de fideicomm. art.* 48. *num.* 62. & alios adductos per *D. Consil. D. Thomam de Carlival.* Theologum, & juris consultissimum, *de Judic. lib. 1. disp. 2. q. 7. sect. 3. num.* 947. 950. *&* 960. quos citavit *D. Auctor. d. num.* 8. pro secundo casu distinctionis, attamen *Dom. Pratus* contrariam reportavit sententiam sub die 21. Martii 1644. ut petita remissione non obstante procedatur in S. C. *ut ipsemet notat dict. cap. 42. in fine*, à quo decreto cum reclamasset Ecclesia, quam tuebatur, & obtinuisset fieri verbum loco reclamationis, iterum *D. Pratus* calamum reiteravit pro sustinenda ejus opinione *cap. 43. lib. 1.* ubi rationibus per *Peregr. & alios* adductis respondere conatus est *à num. 12. per tot. a. 44. in fine*, tamen *d. cap.* 43. dicit reclamationem non fuisse terminatam, quia partes circa justitiam paruerunt laudo per arbitros promulgato; circa tamen veritatem articuli non est discedendum ab opinione *Dom. Auctoris*, quam etiam novissimè lato calamo probat

27 *D. Franciscus Consalvus* Advocatus doctus, & eruditus *in observ. ad Peregr. d. art.* 48. vers. *sed quæstionis est, fol.* 481. *per tot.* 487. ubi de hac decisione lata in causa *Dom. Prati* meminit, & aliam pariter determinationem ejusdem S. C. adducit, citat etiam *D. Sanfel. decis. 2. post numer.* 17. vers. *aut res* non exivit libera, qui *decisionem hanc* 123. etiam citat, *& Octavium Caracciolum sententium in tract. de fori privilegiatorum remissione qu.* 18. *nu* 38. impresso *post decisiones, & Ansald. de jurisd. par. 3. tit. unico c. 16. n. 28. cum seqq.* ex quibus opinio *D. Prati corruit.*

Et tandem ad prædictorum comprobationem observabis, quod si res litigiosa, sive per Judicem secularem

28 executo alienetur in Clericum per conventum sine ejusdem Judicis authoritate non obstante Clerici remissione ad Judicem Ecclesiasticum, procedit in eo Judex secularis, sive laicus per ea, quæ docuit *D. Sanfel.* vir omni ævo memorandus, *cit. dec.* 2. ubi *num.* 17. ità *de anno 1608. per S. C. decisum adducit, ac etiam ad relationem M. C. V.*

An autem Clericus, qui tutelam à manu Judicis

29 laici accepit coram quo Judice sit conveniendus pro redditione computorum, & reliquorum restitutione erit videndus *D. Rovit. dec. 20. per totam*, qui *in fine* refert fuisse revocatum decretum S. R. C. per quod fuerat provisum, quod causa redditionis computorum remaneret in d. S. R. C. verum si contigerit compellere personam partes adeant Judicem Ecclesiasticum. & proindè causam fuisse remissam ad Judicem Ecclesiasticum, etiam quo ad bona, sed in ea causa consuluit *D. Regens*

30 *noster consult. 103. lib. 1.* ubi latissimè fundat contrariam opinionem, ut scilicet Judex laicus sit Judex competens, hancque esse magis communem, & quod propterea quæstio dubia apud se remanebat, ideoque cogitandum reliquit, dum casus acciderit.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Compensationis exceptio an, & quando admittenda sit ad impediendam executionem sententiæ.

Legatum factum filiofamilias an, & quando dicatur relictum contemplatione patris, & quando patri ususfructus acquiratur.

SUMMARIUM.

1 *Compensationis exceptio opponi potest etiam post sententiam transactam in rem judicatam.*

2 *Compensatio non cadit, nisi inter creditorem, & debitorem.*

3 *Legatum dicitur factum contemplatione patris, quotiescunque in eo fit mentio patris, vel patriæ potestatis.*

4 *Voluntatis conjectura à verisimili testatoris mente deducitur.*

5 *Legatum factum Sacerdoti, vel civibus acquiritur Templo, vel Civitati, si de eis fit facta mentio in legato, quod procedit à simili in servo, & filio, quando in eo pater, vel dominus sunt commemorati.*

6 *Legata censentur facta propter merita legatariorum quæ merita non possunt considerari in infante minore septem annorum.*

7 *Filio relictum, cum ad id pater sit obligatus, cedit beneficio ipsius patris.*

8 *Compensare idem est, quod solvere.*

9 *Ususfructus de bonis adventitiis filii patri quæritur.*

10 *Ususfructus alterius ususfructus dari non potest, tamen si filiofamilias sit relictus ususfructus alicujus rei, resultat ex eo commoditas, quæ patri quæritur.*

11 *Filiusfamilias de usufructu sibi relicto habet actionem quo ad titulum, pater vero effectum, sive commoditatem.*

12 *Testator potest de relicto filio prohibere usumfructum patri, nedum expressè, sed etiam tacitè, numero vigesimo.*

13 *Legatum recta via transit in legatarium, nec est opus agnitione, neque aliquo alio hominis ministerio, prout in hæreditate, quæ aditionem requirit.*

14 *Pater in bonis, in quibus habet usumfructum dicitur legitimus administrator, quod secus est, quando illi esset ab homine prohibitum, quia tunc in illis filio dandus erit curator, & de magis communi sententia vide num. seq.*

16 *Compensationis exceptio ut evitetur non admittitur actus dolo factus cedendo, vel vendendo actionem tertio, qui compareat.*

17 *Compensatio statim fit, quando idem est creditor, & debitor sine facto hominis.*

18 *Legatum, in quo est facta mentio patris potius intelligitur ad evitandum incertitudinem personæ filii, quam ejus contemplatione factum, in dubio enim patris nomen videtur expressum demonstrativè.*

19 *Patris nominatio in legato ad hoc ut ipsius contemplatione relictum dicatur, non sufficit, sed requiritur probatio.*

21 *Ususfructus ut patri non quæratur, sufficit si legatum concipiatur in beneficium filiifamilias, ut ipsi solvatur.*

22 *Legatarius si est minor datur ei curator in bonis, in quibus pater non habet usumfructum.*

23 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

24 *Ususfructus quando filiofamilias relinquitur, in eo pater usumfructum habere non potest, quia esset servitus servitutis, quod non permittitur.*

25 *Compensare non potest, quia non est dominus, & vere creditor, & si commoditatem alicujus rei habeat.*

26 *Pater non dicitur in fraudem creditorum facere, si non acquirat jus in bonis adventitiis filii.*

27 *Hypotheca futura bonorum debitoris non potest operari, nisi postquam debitori fuit dominium quæsitum.*

28 *Compensationis exceptio debet esse liquida, clara, & aperta, ut nullam admittat probabilem disputationem,*

nem, ad hoc ut sententia exequutio per eam impediatur.

DECISIO CXXIV.

IN exequutione sententiæ latæ per S. C. ad beneficium Lucæ de Pastena, contra Bartholomæum Rapicanum hæredem quondam Victoriæ Rapicanæ per intermediam personam quondam Ascanii Rapicani pro annatis decursis annorum ducatorum quindecim eidem legatorum per dictam Victoriam, dictus Bartholomæus opponebat compensationem cum eo, quod sibi debebatur per Josephum de Pastena ipsius Lucæ patrem, quam opponi posse saltem respectu annatarum 1 præteritarum prætendebat, cùm exceptio compensationis opponi possit etiam post sententiam transactam in rem judicatam, ad *text. in l. 2. §. 1. C. de compens. Afflict. dec. 122.* ubi etiam *Addent.*

Hujus exceptionis difficultas videbatur residere in eo, quia legatum erat factum in beneficium Lucæ filii, & Bartholomæus erat creditor Josephi patris, & 2 certum est, quod non cadit compensatio, nisi inter debitorem, & creditorem, *l. ejus, C. de compens.* & propterea dicebat Bartholomæus ex pluribus, legatum, quamvis conceptum in beneficium filii, se vera esse factum in beneficium patris, & quia quæstio dependet ex verbis legati, ideo necessarium visum fuit subnectere legati verba, & sunt videlicet.

Di più detta Vittoria testatrice lascia, & lega à Luca de Pastena figlio legitimo & naturale de Gioseppe de Pastena, & de Maria Langella ducati trecento per una volta tantum, quali vole essa testatrice siano dati à detto Luca facendo si Preite, à tempo vorrà ascendere all' ordine del Subdiaconato per sussidio del suo patrimonio, & di quelli detto Luca dopoi asceso al detto ordine sia padrone, e Signore, & possa fare, & disponere a suo arbitrio, & voluntà, & trà tanto fino al detto tempo li siano dati dal dì della morte di essa testatrice avanti annui ducati quindeci per qualsivoglia anno in fine alla raggione de cinque per cento, acciò si possa vestire, andar alla schola, & per altri suoi bisogni perche così è sua voluntà.

Et ideo dicebat Bartholomæus, legatum esse factum contemplatione patris; erat enim legatarius minor septennio, & testatrix nullum vinculum agnationis, vel cognationis cum eo habebat, & ideo potiùs contemplatione patris, quàm filii factum esse censebitur, illud enim demonstrant illa verba, *figlio legitimo, e naturale di Gioseppe*, quotiescunque enim fit commemoratio in legato patris, & patriæ potestatis, dicitur factum lega- 3 tum contemplatione patris, & non filii, *leg. filiusfamilias legatum*, ubi *gloss. & Doctores, ff. de condit. & demonstrat. Bart. in l. filiofamilias, ff. de donat. causa mortis, & in l. cum aliquis, C. de jur. delib.* ubi etiam *Bald. & Paul. de Castr.* hoc etiam dictant illa verba, *acciò si possa vestire, & andar alla schola*, erat enim patris onus filium ali- 4 mentare, eique necessaria tradere, cùm conjectura voluntatis à verisimili testatricis mente deducatur, *l. si servus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 19.* quod etiam probari videbatur ex *gloss. in l. annua, §. à Titio fideicommissum, ff. de ann. legat. in verb. nominatorum*, ubi cùm de Templo, & Civitate 5 mentio fit, legatum factum Sacerdoti, vel Civibus, Templo, vel Civitati videtur acquisitum, sic à simili infert in servo, & filio, quando de patre, vel domino in legato mentio fuit facta.

6 Secundò probatur, legatum fuisse factum patris contemplatione, & non filii, quia legata censentur facta propter merita legatariorum, *l. idemque §. fin. ff. mandati, l. nec adjecit, ff. pro socio.* At in infante minore septem annorum nullum meritum considerari potest, & propterea fatendum est, factum fuisse patris contemplatione, *l. sed & si plures, §. in arrogato, in fin. ff. de vulg. & pupill. Mascard. de probat. conclus. 186. n. 3, Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 8 tit. 16. nu. 6. Bald. in l. cum oportet, de bonis, quæ liber. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 18. num 9. Natius cons. 61.* quod etiam probat *text. in l. 4. §. fin. ff. de liber. leg. & l. cum pater filio, §. donationis, ff. de leg. 2.*

7 Tertiò hæc voluntas testatricis elicitur ex illis verbis *acciò si possa vestire, & andare alla schola*, item & in subventionem patrimonii, ut ad sacros ordines ascendere valeat, quæ omnia onera ad patrem spectabant, merito ipsius contemplatione factum videri debet, prout in simili *Mantic. d. lib. 8 tit. 16. nu. 8.* post *Ruin. cons. 24. nu. 2. lib. 5.* & propterea contemplatione patris factum judicari debet, *Menoch. de præsumpt. 28. nu. 9. & cons. 81. n. 51. Alex. cons. 8. lib. 3. nu. 10. & cons. 89. nu. 6. lib. 4. Ruin. jun. cons. 38. n. 110. lib. 1.*

Nec de dicta compensatione potest conqueri Lucas filius, qui alimenta, & omnia necessaria habuit in domo 8 patris, & sicuti potuit Bartholomæus Josepho patri solvere dictos annuos ducatos quindecim, uti ejus patri, & legitimo administratori, ita & compensare, cùm compensare idem sit, quod solvere, ex congestis per *Afflict. in d. decis. 121.* & ex *text. in l. si debitor, ff. qui potior. in pign. habeant.*

Insuper pro Bartholomæo considerabatur, quod quando supra d. conclusio aliquid dubii haberet, adhuc ex alio motivo ad ipsum Josephum patrem prædicti an- 9 nui ducati quindecim spectabant, siquidem negari non potest, quod sunt de peculio filii adventitio, quo casu patri quæritur usufructus bonorum ipsius filii, licet de jure Digestorum plenam in his proprietatem habebat, juxta *Justiniani Imperatoris Constitutionem in leg. cum oportet, & si quis itaque, C. de bon. quæ lib.*

Et quatenus diceretur, hoc legatum fuisse relictum loco interusurii ducatorum tercentum, solvendorum, cùm ad sacros ordines pervenerit, & sic duo fuisse legata, alterum prædictorum ducatorum tercentum, alterum verò usufructus, adhuc & in ipsius legato usum- 10 fructum pater habebit, quamvis enim dari non possit usufructus alterius usufructus, attamen legati prædicti commoditas ad patrem spectat, ut latè explicat post *Bursat. cons. 135. nu. 27. lib. 2. Cavalc. de usufruct. mulier. relict. num 182.* & ideo dixit *Bald. in l. fin. C. de usufruct.* quod quando filio usufructus relinquitur, tunc ei quæritur actio quoad titulum patri vero effectus quia verè patri non acquiritur usufructus formalis, sed illa commoditas, *Ruin. cons. 194. lib. 2. per tot. Cavalc. ubi sup. n. 179* ubi latissimè.

12 Et quamvis certum sit, quod potuisset testatrix patri usumfructum prohibere, juxta dispositionem *text. in auth. excipitur, C. eod. tit.* & nondum expressè, sed etiam tacitè, ut bene explicat *Mastrill. in dec. 59* post *Beroum cons. 139. n. 18 vol. 2. Surd. cons. 106. Boer. dec. 198. Jas. Socin. Ripa*, & alii, tamen in hoc casu neque expressè, neque tacitè reperitur usufructus patri prohibitus prædictorum annuorum duc. quindecim, sed simpliciter fuerunt legati, donec ad ordines sacros pervenerit, & propterea fatendum erit, ipsi patri fuisse acquisitum, seu saltem ipsius commodo cessisse.

13 Et cùm tractetur de legato, non est opus agnitione, atque aliquo alio hominis ministerio, cùm recta via transeat in legatarium, *l. à Titio herede 66. in fin. ff. de furt.* quod secus esset in hæreditate, quæ aditionem requirit, *l. alienationis verbum*, ubi *Alc.* & alii, *ff. de verb. & rer. signif. li. magis puto, § fundum autem, ff. de reb. cor. Franch. de 101.*

Et demum, quod in hoc casu nulla erat habenda ratio de decreto M.C. & de sententia S.C. ad beneficium dicti Lucæ de Pastena, tanquam à non legitima persona judicio instituto, erat enim ipsi Lucæ, Josepho patre legitimo administratore vivente datus curator, qui judicium prædictum intentavit, & prosequutus fuit contra ipsum Bartholomæum: quod

nullo modo fieri potuit *Mastrill. d. decis. 59.* nam si dicimus, usumfructum patri fuisse quæsitum, & certum est, quod in bonis, in quibus habet usumfructum, dici-
14 tur legitimus administrator, *leg. cum oportet. C. de bon. quæ liber.* quod secus esset, quando illi esset ab homine prohibitus, quia tunc non erit legitimus administrator, & esset dandus curator, §. 1. *in auth. ut liceat matri & aviæ*, & quamvis Joseph pater usufructui renunciasset, quod non est, adhuc quamvia non esset usufructuarius, non desinit esse legitimus administrator, ut ex
15 magis communi sententia tenet idem *Mastril. d. decis. 59. numero 8. in fin. Franch. decis. 10.* & sic nullo modo potuit dari curator, sed totum fuit actum ab ipsomet Josepho patre ad evitandam exceptionem compensationis, nec admittitur actus dolo factus ad evitandam
16 hanc exceptionem, prout in simili dixerunt *Bartol. & Bald.* & post ipsos *Salyc.* & alii in *l. ejus quod alii 9. C. de compensat.* quod si quia ad evitandam exceptionem compensationis noluerit comparere, sed cessit, vel vendidit actionem tertio, qui comparuit, non evitabit exceptionem prædictam, & hanc opinionem sequuti fuerunt *Capell. Tolos. quæst. 91. Guid. Papa quæst. 567.* latissimè *Alex. cons. 54. numero 6* ubi *Addentes libro 2. Gratian. disceptat. forens. cap. 356 numero 9. Sesse de inhibit. capite 5. 6. & 7. numero 5. Castill. decis. 139. numero 10. & dec. 140 num. 4.*

17 Ex quibus concludebat Bartholomæus, esse admittendam oppositam exceptionem compensationis, quæ statim fit, quando idem est debitor, & creditor absque facto hominis, ut ex *Alex. ad Bart. in l. 4. in vers. non est necesse, vers. & propter illum text. ff. de compens. & cons. 849. n. 21. lib. 2.* fundat *Rota Genuens. dec. 190. nu. 19.* & latissimè *Reg. Rov. cons. 6. lib. 1.* ubi plenissimè.

Ex adverso tamen pro parte Lucæ actoris prætendebatur, esse procedendum ad executionem sententiæ, nulla habita ratione prætensæ compensationis. Et primò negabatur, legatum fuisse relictum contemplatione patris, nulla habita ratione, quod fuisset in legato expressum nomen patris in appellando filium legitimum, & naturalem Josephi, quia non ex hoc concluditur, fuisse contemplatione ipsius patris relictum, quia ne-
18 dum fuit facta mentio in legato de patre, verùm etiam de ejus matre, quia potiùs judicandum erit, nomen patris, & matris fuisse expressum in legato ad evitandam incertitudinem personæ, poterant enim esse plures ejusdem nominis, in dubio enim patris nomen potiùs videtur expressum demonstrationis causa, *l. his verbis, §.*
19 *1. ff. de hered. instit. Bart. in l. fin. C. de usufruct. legat.* nec sufficit simplex nominatio patris in legato, ad hoc ut ipsius contemplatione relictum dicatur, sed requiritur probatio, quod aliàs non erat relicturus, nisi patris respectu, ut dixit *Bald. in dict. leg. cum oportet. numero quarto, Cod. de bon. quæ liber.* immò in dubio potiùs filii contemplatione, quàm patris relictum præsumitur, *l. ex libris, in fin. C. de usufruct. l. defunctus, C. de arbitr. tute.*

Simili modo dicebatur, non esse verum, quod saltem ex legato patri fuit quæsitus ususfructus, vel saltem commoditas, quia potiùs ex dispositione prædicta contrarium apparet, cùm legatum sit factum Lucæ, *acciò*
20 *se ne possa vestire, & andare alla schola, & altri suoi bisogni*; nam patri potest prohiberi ususfructus, nedum expressè, ex dispositione *text. in d. auth. excipitur, C. de bon. quæ liber. & §. 1. in auth. ut liceat matri, & aviæ*, sed tacitè, ut supra fuit dictum, quod satis dicebatur in casu nostro constare, cùm voluit, ut ipsi Lucæ solverentur pro effectu, ut de illis valeret uti in ejus necessitatibus, & si servire debebant pro necessitatibus filii quomodo possunt in alium usum converti in beneficium patris?
21 immo ad hoc, ut ususfructus patri non quæratur, sufficit, si legatum concipiatur in beneficium filiifamilias, ut ipsi solvatur, prout est *text. in leg. si ususfructus, §. si ita*, & ibi *gloss. in verbo repellendus, ff. quando dies legati cedat.*

Et ex his etiam cessare videbatur motivum de nullitate judicii cœpti à curatore dato per Magnam Curiam, quia si tacitè, vel expressè est prohibitus ususfru-
22 ctus patri, tunc quia non potest esse in illis bonis legitimus administrator, si legatarius est minor, datur ei curator, *d. auth. excipitur, §. 1.*

Insuper verba ipsa legati apertè demonstrant, mentem testatricis fuisse, ut nullo modo quærantur patri, para enim fatebatur, duc. tercentum legatos tempore, quo ad sacros ordines promoveretur, non ipsi, sed filio fuisse quæsitos, cum illi fuerint legati ad titulum patrimonii, ut posset ad dictos ordines promoveri, & deinde de illis disponere ad sui libitum, modò aut dicimus, hoc legatum dictorum annuorum ducatorum quindecim fuisse relictum loco interusurii dictorum ducatorum tercentum, donec capitale solveretur, prout sunt expressa verba, *ad rationem quinque pro quolibet centenario*, & eo casu accessorium sequitur naturam sui prin-
23 cipalis *l. si ut certo §. usque adeo ff. commod. d. l. sed ad heredes, § si quis mulierem, ff. locat. Rota in decis. 46. alias, 318 in antiq. tit. de præscript. Franch. decis. 24. numer. 8.* Aut verò dicimus, hoc esse aliud legatum, cùm isti fuerint purè legati, illi verò sub conditione, *cum pervenerit ad sacros ordines*, & hoc casu certè non potest dici
24 legatus, nisi ususfructus, & sic patri non acquiritur, quia quando ususfructus filiofamilias relinquitur, in eo pater usumfructum habere non potest, ut in *auth. ut liceat matri, & aviæ, §. 1.* quia esset servitutis quod non permittitur, *leg. 1.* cum ibi notatis, *ff. de usufruct. legat.*

Neque id, quod dicebatur de commoditate erat in consideratione, circumscripta enim veritate articuli, data pro vera opinione non potest esse locus compen-
25 sationi, nam qui habet commoditatem non habet dominium, quia penes alium residet, & qui non est dominus, & verè creditor, compensare non potest cum detur solummodo inter creditorem, & debitorem, ut supra diximus, & hoc casu satis commoditas est patri, habere filium magis divitem.

Et tandem dicebatur quòd quatenus aliquod jus patri potuisset acquiri, adhuc illud acquirere nolebat, quod fieri posse etiam in fraudem creditorum, habetur ex vulgari *text. in leg. qui autem, ff quæ in fraud.*
26 *credit.* & ex latè traditis per *Franch. decision. 101.* quod procedere etiam in adventitiis filiofamilias quæsitis, fundat *Episcopus Rocius ibidem in addit.* ad dictam decisionem.

Neque in hoc operatur aliquid hypotheca creditorum patris, prout reje cta opinione *Ancharani* contrarium sentientis in *cons. 101.* tenuit *Negusant.* post alios *de pignoribus in 5. part. numero 33. ex text. in l. in fraudem, §. idem juris est, ff de jure Fisci, Ripa in l. 1. colum. 2. vers. sed utrum filius, ff. de pignor. Socin. jun. cons. 24. volum. 3. Hieronym. Zanch. in repetit. l. haredes mei, §. cùm ita, numero 848. ff. ad Senatus-Consultum Trebellianum, Curt. jun. cons. 37. col. 3.* & ratio est, quia hypotheca
27 futura bonorum debitoris non potest operari nisi postquam debitori fuit dominium quæsitum, *Negusant. de pignor. parte 3. vers. secundo loco Jas. in § item Serviana, nu. 86. Instit. de action.* & propterea etiam in actione hypothecaria sic fuisse decisum in Regno, refert *Franc. d. dec 101.*

Quibus omnibus discussis die 23. Januarii 1641. ad mei relationem fuit per Sacrum Consilium provisum, quòd exequatur sententia Sacri Consilii oppositis per Bartholomæum Rapicanum non obstantibus, verum respectu prætensorum per ipsum infra quatuor dies audiantur partes, & hoc ea ratione, quia ad impediendam
28 executionem sententiæ requirebatur, ut exceptio compensationis esset tam liquida, clara, & aperta, ut nullam admis-

admitteret probabilem disputationem, verum quia jura Bartholomæi visa fuerunt Sacr. Consil. valdè dubia, ideo fuit super illis datus terminus, in Banca Plinii Juvenis nostri S.C.Act.Magistr.

OBSERVATIO IN DECISIO. CXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Compensatio cadit tantum inter creditorem, & debitorem, & num.3.*

2 *Exceptio compensationis debet esse tam liquida, clara, & apperta, ut nullam admittat probabilem disputationem, quo casu cum ipsa sententia se compatitur, & illam modificat, num.4.*

4 *Cæsar Ursillus laudatur.*

5 *Comensatio cessat, ubi creditum non est liquidum, ubi de ratione, nisi creditor incontinenti liquidari possit, nu.6. & admittitur etiam contra debitum juratum, num.7.*

6 *Illiquidum non dicitur, quando intra duos menses, vel arbitrio Judicis liquidari potest.*

Compensatio opponi potest etiam contra cessionarium, ibid.

8 Afflict.dec.74. *quo casu procedat.*

9 *Compensatio num opponi possit per debitorem creditori agenti pro restitutione capitalis, vel solutione tertiarum debiturum ex causa venditionis annuorum introituum cum pacto de retrovendendo quandocumque servata forma* Bullæ Papæ Nicolai V. & Pragm. 1. de censibus, *& pro affirmativa opinione adducuntur DD. numero 10. & 11. & pro negativa à numero 12. per tot. numero 30. à qua negativa non est recedendum, d. num. 30.*

10 *Statutum permittens tantum aliquas exceptiones opponi, non excludit alias similes, contrarium est verius nu. 12. per tot. num. 30.*

11 *Compensatio potest opponi adversus instrumentum, etiam si statutum admittat solam exceptionem solutionis, sed contrarium à nu. 12. per tot. num. 30.*

13 *Statutum admittens solam exceptionem realis solutionis compensationem excludit, & n. 14. per tot. n. 30.*

16 *Depositarius non potest opponere exceptionem compensationis.*

21 *Statutum debet intelligi de vera solutione.*

31 *Compensatio an fiat ipso jure; an vero requiratur oppositio hominis in casibus, in quibus compensatio fieri possit, & quid in annuis introitibus, & adducuntur DD. tenentes in annuis introitibus requiri oppositionem nu. 32. 38. limita nn 44. 45. 46. 47. 49 Sed contrarium est verius, ut fiat ipso jure, n. 34. 35. 36. 37. & decisum adducitur, nu. 48.*

35 Roderic. *& alii adducti pro opinione quod requiratur oppositio, loquuntur in censibus irredimibilibus, in quibus sors reddenda non est.*

39 Text. in l. 1. & 5. & in l. quod labeo 13. ff. de compensat. *expenduntur, & declarantur, & n. 40.*

41 *Ius Codicis uti novissimum potius attenditur quam jus Digestorum.*

42 *Compensatio prius fit in usuris, & quod superest in sorte, & n. 43. 65. 66. 67. 68.*

50 *Compensatio an habeat locum in annuis introitibus venditis servata forma* Bullæ Papæ Nicolai V. & pragm. 1. de censibus, *& n. 51. per tot. n. 75.*

52 *Venditio annuorum introituum post Bullam, & pragmaticam semper est redimibilis, tam ex parte vendentis activè, quam ementis, sed passivè, nu. 53. & quandoque activè, n. 55. 57.*

54 *Contractus venditionis annuorum introituum ad certum tempus est illicitus.*

56 *Pactum rescissorium si non reperiatur appositum in instrumento, an censeatur appositum de jure.*

58 *Dispositum in usuris licitis habet, etiam locum in tertiis, sive annuis introitibus, & numer. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73.*

59 *Solutio intelligitur facta prius in causam interesse sive usurarum, & quod superest in causam capitalis, sive sortis, idemque procedit in tertiis venditis ex causa annuorum introituum n. 60. 61. 63. 69 & ita decisum, num. 62.*

61 *Usura licita nihil differt à tertiis, sive annuis introitibus, & ita decisum adducitur n. 62.*

63 *Debitor non potest extinguere partem capitalis, vel totum capitale sine usuris solutis, n. 65. 67.*

64 *Solutio particularis multa incommoda patitur.*

74 Rodet. *& alii adductis, numer. 74. reprobantur, & numer. 75.*

1 VErissima est juris conclusio, de qua *Dom. Regens hic, num. 2.* quod compensatio cadit tantum inter creditorem & debitorem ex *leg. ejus 9. C. de compensat.* ibi *ejus quod non ei debetur, qui convenitur, sed alii, compensatio fieri non potest.* ideoque fuit denegata compensatio in hac causa Bartholomæi Rapicam adversus sententiam latam ad beneficium Lucæ de Pastena, eò quod Bartholomæus erat creditor Josephi de Pastena patris dicti Lucæ & licet ipse Bartholomæus prætenderet legatum factum ad beneficium Lucæ filii, re vera esse factum in beneficium patris, & quod propterea compensatio erat admittenda ex rationibus adductis *à numer. 3. per tot. num. 17.* at quia ex parte Lucæ prætendebatur contrarium, ex dictis *à num. 18. per 27.* ideoque fuit ordinatum, quod exequatur sententia opposita compensatione non obstante, & respectu prætensorum per dict. Bartholomæum, quia articulus erat validè dubius, fuit datus terminus in causa.

2 Ratio decisionis, ionuit *D. Reg. num. 28.* ea fuit, quia ad impediendam executionem sententiæ, requiritur quod exceptio compensationis fit tam liquida clara, & & aperta, ut nullam admittat probabilem disputationem.

Et ad comprobationem conclusionis adductæ per *D. Reg. nu. 1.* quod compensatio potest opponi etiam post 3 sententiam, vide dicta per *Nos in observat. ad decis. 25. num. 15. lib. 1.* ubi hoc idem probavimus, idque procedit etiam si sententia esset in causa dotis, vel in rem judicatam transacta. *Afflict. decis. 121.*

Ideo observabis, quod ratio decisionis adducta per 4 *D. Reg. ad num. 28.* est verissima, & confirmatur, nam exceptio compensationis liquida cum ipsa sententia se compatitur, ipsamque modificat, ut inquit, *Ursill.* doctissimus additionator *ad Afflict. d. decis. 121. num. 4.* citans *text. in l. quod in diem, §. 1. ff. de compensat.* ideoque 5 ubi creditum non est liquidum cessat compensatio, *Capyc. dec. 167. numer. 8.* quia de liquido ad illiquidum non admittitur compensatio, *Cyriac. controver. 441. num. 14.* 6 *lib. 3.* nisi creditum incontinenti liquidari possit, ut per *D. Reg. decis. 26. num. 37.* ubi *Nos in observat. num. 12.* id comprobavimus ex eadem *D. Reg. decis. 197. num 24.* & aliis ibi adductis, nam illiquidum non dicitur, quod de brevi liquidandum est, intellige si intra duos menses, vel arbitrio judicis remittitur, ut Nos probavimus *d. observ. 25. num. 13.* & compensatio opponi potest etiam contra cessionarium, ut ex *Castr. Alex. & Guid. Papa* affirmat, *Ursill. ad Afflict. dec. 74. num. 7* & admittitur 7 etiam contra debitum juratum, nam licet juramentum compensationem excludat secundum *Afflict. decis. 381.* attamen contrarium est verius, ut probat *Capyc. d. dec. 167. numer. 4.* vers. *ubi visum est,* & latius comprobat, *Gratian. cap. 728. num. 20. lib. 4. discept. fore. J. D. Regens Rovit. in pragm. 1. sub numer. 28. de censibus.* ubi subdit 8 quod, qui volunt sequi opinionem, *Afflicti* illa procedit in debito civili, & naturali, secus autem in naturali tantum, in quo compensatio admittitur non obstante juramento ex *Bellag. in spec. pr. rubr. 41. §. leges Regni num. 32.* vers. *item scias, &* vers. *seq.* ubi *Borrell. in addit.*

9 Et dum in hac decisione tractatur materia compensationis erit videndum, an illa opponi possit de jure Regni per debitorem creditori agenti pro solutione, vel capitalis, vel tertiarum debitarum ex causa annuorum introituum venditorum cum pacto de retrovendendo servata forma *Bullæ Papæ Nicolai V. & pragm. 1. de censibus*, & ratio dubitandi colligi videtur ex verbis ejusdem *Bullæ, & pragmaticæ cap. 5.* ibi *executio nullo falsitatis, nullitatis, aut alterius cujusvis exceptionis objecta impediri valeat quomodolibet, vel differri, præterquam realis solutionis*, & iterum ibi, *sed in causa executionis hujusmodi, in qua solum de allegata realis solutionis exceptione, de qua sup. diximus constare habeat*

In quo articulo affirmativam sententiam secuti sunt, 10 *Jas. in leg. unica vers. quarto*, facit, *ff. si quis judic. non obtempera.* dicens quod statutum permittens tantum aliquas exceptiones opponi, non impedit quin, & similes opponi possint ex *Angelo in l. secundum, ff. de eviction. & in leg. si hominem, §. in aedificiis per illum text. ff. de adil. adict.* idem *Jas. in l. si unus 28. §. pactus ne peteret num. 18. ff. de pact.* ubi ex *Angelo consil. 131.* substinet, quod si statutum prohibeat, ut nulla penitus exceptio opponatur contra instrumentum, vel sententiam, nisi solutionis, poterit tamen opponi exceptio compensationis 11 *ex Alexand. in loco ibi adducto, & Guido Papæ decis. 209. num. 2. in fine* affirmat, ut compensatio possit opponi adversus instrumentum, etiamsi statutum solummodo certas exceptiones, & præsertim solutionis admittat ex *Bar. in l. amplius non petit ff. rem ratam habet.*

12 Sed negativam opinionem secuti sunt infrascripti, nempè *Felin. in cap. suborta 31. num. 2. de sent. & re judicat.* qui licet primo arguat pro affirmativa, eò quod solutio, & compensatio idem sunt *ex l. si debitor*, ibi *nihil interest solverit, an compensaverit, ff. qui potit. in pign. habeat*, & satis restituit, qui compensat ex *Bald. in l. filium n. vers. est, & alia ratio Cod. famil. ercisc.* ideoque statutum prohibens opponi contra instrumentum omnem exceptionem, non intelligitur de compensatione ex *Angelo consil. 132.* Verum hanc conclusio13 nem limitat ubi statutum requirit aliquo casu veram solutionem ex *Bald. in l. 3. in fine C. de compensat.*

Bart in l. solutionis 54. nu. 1. ff. de solut. idem tenet, ubi 14 statutum loquitur de solutione pecuniæ, tunc enim accipitur strictè, & requiritur naturalis solutio.

Bald. in d. l. 3. nu. 5. C. de compensat. affirmat compen15 sationem non habere locum, ubi statutum requirit solutionem veram.

Ranchin. in annotat. ad Guid. Pap. dict. decis. 209. dicit, 16 quod in Curia parvi sigilli montis pessulani admittuntur solum tres exceptiones, ideoque in illa Curia exceptio compensationis nullo modo admittitur, etsi qui compensat solvere videatur, cum hoc non sit semper verum, dum depositarius non potest opponere exceptionem compensationis *ex l. fin. Cod. depos.* & qui compensat solvere videtur, non autem verè solvere, nam verbum, videtur, importat fictionem.

In hac etiam quæstione *Pragmatici Siculi* super eadem *Bulla sive Pragmatica* negativam pariter amplexi sunt opinionem, nam.

Henric. de marc. num. 30. quærit an admittatur simi17 lis exceptio realis solutionis, & affirmativè concludit, & in specie quod admittatur compensatio, quia similis est solutioni, sed in fine dicit, quòd compensatio in specie est sublata in *d. Bulla*, & sic attenta *Bulla* tenet negativam opinionem.

Franciscus Provenzalis n. 50. se remittit *ad Bald. in* 18 *d. l. 3. & ad Felin. in d. cap. suborta*, qui hanc negativam defendunt sententiam, ut supra notavimus.

Ioannes Aloysius de septimo, n. 142. se remittit ad *Fe-* 19 *lin. loco citato*, qui negative respondet.

20 *Franciscus Paucald. nu. 15. vers. ubi præter realem solutionem*, se remittit ad *Bart. in d. l. solutionis, ff. de solut.* qui pro negativa opinione scripsit.

Federic. Campivan. nu. 35. inquit, quod licet dicatur, 21 qui compensat solvere dicatur *ex l. si debitor, ff. qui potio. in pign. habeat.* tamen auctoritate *Baldi in l. Julianus, ff. de condit. & demonstrat.* affirmat, quod compensatio non est propriè solutio, & ideo non debet admitti, quia statutum debet intelligi de vera solutione, *l. 3. §. hæc verba ff. de negot. gest.*

Incertus auctor nu. 19. inquit, quod compensatio di22 citur exclusa ex *Baldo in l. in ea 3. in fi. C. de compensat. & Alex. cons. 12. vol. 2.* & licet deinde dicat cogitandum, attamen subdit videndum esse, *Felin. in d. cap. suborta n. 2.* ubi negativam defendit sententiam.

Anton. Lancea, num. 49. tenet negativam partem dum 23 allegat *text. in l. & non §. 1. ff. de petit. hæredit.* dicentem, quod si statutum tollit omnem exceptionem, non admittuntur aliæ exceptiones similes.

P. Duard. de censib. super extravag. Pii V. §. 3. q. 14 n. 24 *94.* attentis verbis *Pragmaticæ*; quæ requirit veram, ac realem solutionem, tenet non posse admitti compensationem *ex Bald. in d. l. 3. in fine.*

25 *Intriglial. de censib. q. 21. n. 15.* sustinet non dari compensationem, quia in *pragm.* requiritur vera, ac realis solutio ex *Fellerio super ead. pragm. in verbo quæ quidem executio nullo falsitatis n. 54 ex Bald. in d. l. 3. in fine, & Tindaro de compens. art. 7. nu. 23. & seq.*

Et ex nostris hanc negativam partem similiter tuen26 tur, *Feller. loco citat.* qui licet pro affirmativa allegasset *num. 52.* tamen ab ea recessit, & amplexus est negativam, *nu. 54.*

Ursill. ad Afflict. dec. 381. n. 4. idem voluit per doctri27 nam *Bald. in d. l. 3. C. de compensat.*

D. Reg. Revit. in d. pragm. 1. nu. 29. in fine de censibus, 28 dicit quod talis exceptio compensationis servatur tantummodò in hoc Regno Neapolitano, & in Regno Siciliæ ultra farum, nam extraliter dicit servandum esse *ex Roderico de ann. redit. lib. 2. qu. 9. num. 62. in fine*, cum Bulla sit localis.

Quare Regnicolæ utriusque Siciliæ stante dicta *Bulla, & Pragmatica*, aliique extra, ubi simile statutum ade29 esset ab hac negativa sententia, quæ communissima, ac verior est ex supradictis minimè consulendo, ac judicando discedere habent, etsi in judiciali foro hujus Regni compensatio deducta aliquando fuisset, nunquam etenim hoc oppositum in judiciis, nec decisum per Tribunalia saltem ex judicis officio legimus, imò contrarium, ut in hac *decis. 124.* nam ex hac sola exceptione causa contra conventum poterat determinari, & tamen semper fuit admissa compensatio de liquido ad liquidum, nulla habita ratione, *d. Bulla, & Pragmatica*, quia nec partes opposuerunt, nec iudex ex officio supplevit sint ergo attenti Procuratores, & Advocati, ut 30 quando contigerit tractari de compensatione adversus instrumentum venditionis annuorum introituum servata forma *Bulla, & Pragmatica* opponant compensationem non esse admittendam, stante quod solum exceptio realis solutionis admittatur.

Sed quando esset locus compensationi, quia forsan 31 non ageretur vigore instrumenti venditionis annuorum introituum, sed ex alio contracto mutui, eo casu, & quando d. negativa sententia non esset servanda, quod negamus, adhuc remanet alia quæstio decidenda jure communi inspecto, an compensatio fiat ipso jure absque oppositione hominis, vel sit necessaria oppositio etiam in censibus, sive emptionibus, annuorum introituum cum pacto de retrovendendo servata forma, *Bulla, & Pragmatica* venditorum.

De hac quæstione annis præteritis Dominus *Nicolaus Severolus* Sacræ Consistorialis Aulæ Advocatus 32 Doctissimus voluit à me scire, an in hoc Regno, ejusque Tribunalibus servetur conclusio, quod in casu constituto servata forma Bullæ non fiat compensatio ipso jure, sed necessaria sit opposita partis, quod intendit compensare, ut voluerunt, *Roderic. de ann. redit lib. 2.*

lib. 2. q. 18. n. 9. & seq. Castill. quot. id. controv. tom. 4. cap. 40. n. 115. Salgad. in laberin. credit. par. 2. c. 28. nu. 27. ubi redarguit *Scacciam, & Gaitum*, qui non animadverterunt ad istam limitationem, *Cenc. de censib. q. 88. nu. 6. vers. contrarium tamen*, & *vers. seq.* prout etiam tenuit *Rota in Romana census de anno 1641.* coram Reverendiss. Cerro Decano, *qua est decis. 47. n. 7. apud Merlinum de piga.*

Ego tamen, ut petitioni d. Domini *Nicolai* satisfacerem rescripsi supradictam conclusionem minime probari per *Roderic. Castill. Salgad. Cencium, ac per Rotam*, quandoquidem, *Roderic.* loquitur in censibus irredimibilibus, non autem redimibilibus, ut sunt annui introitus venditi cum pacto de retrovendendo quandocumque servata forma *Bulla Papa Nicolai V. inserta in pragm. 1. de censibus*, ideoque ubi nulla adest obligatio sortis reddendæ, nulla compensatio adesse poterit, & quod in censibus irredimibilibus loquatur *Roder.* patet ex *d. n. 9.* ibi, *quia nulla est obligatio sortis reddenda, igitur nulla compensationis materia*, idque confirmat, *num. 15.* ibi *Sed non in ipsa sorte reditus, qua exigi non potest*, & *Castill. Salgad. Cenc. & Rota* secuti sunt *Rodericum*, ideoque nullus ipsorum hanc conclusionem probat in censibus redimibilibus.

33

Sed quatenus loquerentur in censibus redimibilibus, nec etiam eorum opinionem esse veram rescripsi, ut propterea nulla requiratur hominis oppositio, sed ipso jure fiat compensatio, & desumitur hæc conclusio *ex l. si constat 4.* ibi *pecuniam invicem deberi, ipso jure pro soluto compensationem haberi oportet ex eo tempore, C. de compensat.* in *l. fin. C. eodem tit.* ibi *compensationes ex omnibus actionibus ipso jure fieri Sancimus*, & in *§. in bona fidei, instit. de actio.* ibi *in bona fidei judiciis libera potestas permitti videtur, judici ex bono, & æquo æstimandi, quantum, Actori restitui debeat, in quo, & illud continetur, ut si quid invicem præstare Actorem oporteat, eo compensato in reliquum is, in quo actum est debeat condemnari*, & paulo post ibidem, *ut actiones ipso jure minuant*, idemque probatur de jure *Digestorum eodem tit. in l. verum 4.* ibi, *ipso jure, eo minus fidejussorem ex omni contractu debere, quod ex compensatione reus retinere potest*, & iterum ibidem, *ita, & fidejussor non tenetur ipso jure in majorem quantitatem, quam reus condemnari potest, in leg. si ambo. 10.* ibi, *dicendum est desinere nos invicem esse obligatos, ipso jure, compensatione negligenti facta*, & iterum ibi *compensationem factam videri, & ipso jure invicem liberari*, atque in *leg. postea quam 21.* ibi, *id quod invicem debetur ipso jure compensari*, & iterum, ibi, *quia nihil compensat. sed ab initio minus ab eo petitur, ff. de compensat.*

34

Si ergò fit ipso jure, nullum requirit hominis ministerium; sed statim suum operatur effectum, sic etiam sententia ista ipso jure, illico suum effectum producit, non expectatis decem diebus ad appellandum concessis, quod namque fit ipso jure trahit secum executionem, ut ex hoc, & alio simili exemplo post, *Tiraquell.* probat *Scaccia de commerc. & camb. §. 2. gloss. 5. numero 424.*

35

36 Quam affirmativam opinionem secuti sunt, *Tindar. de compensat. par. 1. art. 6. n. 47 51. & 74. & art. 7. sub nu. 27. vers. quid ergo, Scaccia loco cit. num. 414. vers. ratio qua patefit veritas, D. Gaitus* in suo absolutissimo tractatu de credito *cap. 4. quæstio 7 n. 2. 6.* qui *nu. 35.* aliam adducit rationem, quia compensatio idem est, quod solvere, *ad text. in l. solutionis verbum ff. de solut.* ubi solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem quoquomodo factam.

37 Eamque rationem comprobant, *Surd. decis. 117. num. 1. Cartar. dec. 77. Maurus Arrottin. de solut. c. 2. §. 5. Afflict. dec. 181. Trentacinq. var. resol. lib. 3. tit. de Compensat. resol. 1. num. 24.* aliique per ipsos adducti, *D. Reg. Rovit. cons. 60. num. 2. 3. & 4. lib. 1. ac cons. 71. num. 9. & 10. lib. 2.*

38 Et licet *glosa in d. leg. si constat* in verbo *ipso jure* ex sententia *Joannis* teneat contrarium, ut fiat compensatio, cum ab homine opposita fuerit, expendens ad id *textum in l. 2. & in l. quod labeo 13. ff. de compensat.* quam opinionem secuti sunt relati per *Dom. Regentem Capycium Latro decis. 25. num. 1.* & *per Me* ibidem *in observat. numero sexto*, attamen hæc secunda negativa opinio minimè ex juribus prædictis probatur; quandoquidem in *dict. leg. 2.* nil aliud habetur, nisi definitio compensationis, ut sit debiti & crediti invicem inter se contributio, & sic nihil de hominis oppositione, licet *text. in dict. leg. 2.* videatur hanc opinionem probare ex verbis *in text. appositis*, ibi, *si paratus est compensare*, nihilominus, ibi, non decidit ut compensatio non fiat ipso jure, sed tantummodo declarat quod debitor creditori suo petenti creditum, objicere poterit de credito, quod contra dictum creditorem habet, ad hoc ut compensatione submovetur, & sic excipiendo, nec *text. in dict. leg. quod labeo*, probat id, ad quod allegatur, inquit enim, ibi, *text.* ut compensatio solummodo fiat in casu specialiter destinato, non autem in aliis.

39

Et propterea, vel *jura prædicta* hoc non probant, ut diximus, vel si probarent, non potest de eis haberi aliqua ratio, tum quia contrarium expressè habetur *in dict. leg. verum, in l. si ambo*, & in *l. postea quam, ff. eodem* ad evitandum legis correctionem, tum etiam; quia contrarium habetur in *jure Codicis*, ut supra fuit probatum, & magis attendere debemus *jus Codicis ut novissimum*, quam jus *Digestorum*; tanto magis, quia sic decisum habemus, ut compensatio fiat ipso jure & si nulla intervenial hominis oppositio, ut legimus apud *D. Capyc. Latro decis. 25. num. 4.* in qua causa pro Marchione Laterriæ scripsit *D. Lelius Gizzius* meus Germanus frater, ut liquet *ex allegationibus* impressis per *Thorum in Compend. dec. tom. 3. par. 1. in verbo compensatione admissa fol. mihi 169.*

40

41

Et dum compensatio fit ipso jure sine hominis oppositione, illa priùs fit in usuris, *l. minor 25. annis 41. §. pravus*, ibi, *& cum quantitate fructuum præceptorum compensates, ff. de minor. 25. ann. l. emptor 66. ff. de rei vindicat.* ubi fructus prædii compensantur cum usuris pretii illius, & quod superest, in sorte compensatur, *leg. si non sortem 26. ff. de condict. in debit.* ibi, *sed si supra legitimum modum solvit, Divus Severus rescripsit, quo jure utimur, repeti quidem non posse, sed sorti imputandum.*

42

Melius, ac clarius probatur *in leg. eos 26. §. si quis autem, C. de usuris* Imperator namque in *§. super usuram* ejusdem *legis* taxavit usuras percipiendas, & in *§ subsequenti incip. si quis autem* sic statuit *si quis autem aliquid contra modum hujus fecerit constitutionis, nullam penitus de superfluo habeat actionem, sed si acceperit, in sortem, hoc imputare compelletur*, ac comprobat *D. Capyc. Latro d. decis. 25. n. 16. & 17.*

43

Sed si contrariam negativam opinionem gratis sequi velimus, adhuc eadem *glosa in d. l. si constat* in d. verbo *ipso jure*, fatetur in multis casibus compensationem operari ipso jure absque hominis oppositione; quos ibi recitat, & comprobat *Scaccia ibid. n. 425. per tot. nu. 431.* præcipuè verò in infrascriptis casibus.

44

45 Primo non procedit in fructibus, & interesse pretii, ac etiam in sorte; eo namque casu compensatio fit ipso jure absque aliqua oppositione *D. Capyc. Latro d. dec. 25. num. 20.*

Secundo ad evitandum cursum usurarum, *glosa in d. l. si constat*, & melius probatur *in l. cum alter, & leg. seq. ff. de compensat. D. de Franch. dec. 642.* aliique quos laudat *D. Capyc. Latro ubi supra numero vigesimo primo*, & sic ne currant tertiæ pro quantitate superfluè exacta, habet locum compensatio ipso jure, tanto magis, quia alias debitor pateretur damnum si ipso jure non fieret compensatio, *D. Capyc. Latro ibidem numero vigesimo secundo.*

46

Tertiò

Tertiò quia lo caso isto potius agitur de retentione, 47 quam de compensatione, & quando cessat compensatio, habet locum retentio, *Trentaciaq. var. resol. lib. 3. tit. de compensat. resol. 5. nu. 19. D. Capyc. Latro*, qui hunc, & alios adducit, *d. dec. 25. nu. 54.* idque rerum judicatarum auctoritate nostri S.R.C. comprobatur.

Cum enim Universitas Strongoli vendidisset Æmi-48lio de Martino annuos introitus pro certum Capitali cum pacto tamen de retrovendendo quandocunque servata forma *Bulla Papa Nicolai V. & Pragmatica prima de censibus*, fuit per dictam Universitatem prætensum contra hæredes dicti Æmilii contractum prædictum esse nullum, dum venditio erat facta ad rationem ducat. decem pro centenario cum pacto immunitatis à bonatenentia, quæ erat solvenda à dicto de Martino, non obstante dicto pacto, juxta tradita per *D. Capyc. Latro decis. 96.* ubi *num. 52.* ita etiam decisum adducit, & *Nos*, ibi, *in observatione* aliam decisionem adducimus *num. 2.* quapropter per S. C. de mense Februarii 1644. fuerunt hæredes prædicti absoluti à dicta nullitate contractus, & fuit ordinatum, quod Universitas solvat tertias decursas, & decorrendas deducta bonatenentia de tempore ad tempus pro quantitate, & tempore juxta liquidationem per S. C. faciendam, ut *Ego* retuli in *dict. observ. num. 20. vers. & ita fuit determinatum*, & in gradu liquidationis dictæ bonatenentiæ, fuit per idem S.C. decisum bonatenentiam extinguere capitalia quolibet anno à die instrumenti juxta Calculum, ex traditis per *Larream alleg. 24. lib. 1* ut notavi *ibidem. versic. Cumq. ageretur*, à quo decreto fuit petita in integrum restitutio, quæ adhuc non est decisa propter impotentiam Universitatis, quæ si succumberet, nec solvere posset, & licèt ibi recesserim à dictis per *Larream*, non tamen negavi compensationem regulariter non fieri, quoties solvitur major quantitas tertiarum debitarum; sed dixi solummodo creditorem fuisse in bona fide ex pacto immunitatis bonatenentiæ convento.

Nec juvat replicatio, quod licet in casu prædicto 49 fiat ipso jure compensatio, adhuc tamen factum, sive hominis oppositio requiritur; siquidem ad hoc benè respondet, idem, *Scaccia d. glos. 5. num. 432. vers. quia respondetur.*

Nec dicatur saltem conclusionem affirmativam *per Nos* adductam, ac comprobatam, ut compensatio 50 fiat ipso jure, non habere locum in annuis introitibus venditis cum pacto redimendi quandocumque pro certo capitali juxta formam *Bullæ Papa Nicolai V. ac Pragmatica prima de censibus in Regno Siciliæ, ac Neapol. vigentium*, juxta opinionem *Roderici, Castilli, Salgadi, & Cenesi*, ut supra relatorum ea ratione, quod jura, & *DD. per Nos* adducta loquuntur in creditis usurariis licitis, in quibus admittunt, ut compensatio fiat ipso jure ad impediendum cursum usurarum, etiam favorabilium, tanto magis, quia DD. Regnicolæ non loquuntur specialiter in dictis annuis introitibus, prout tractant *Roderic. Castill. aliique supra citati.*

Hæc tamen oppositio parvi facienda est; illaque de-51 struitur, & nostra comprobatur opinio ex infrascriptis verissimis, ac indubitatis jurium conclusionibus, quæ cavillari minimè possunt.

Prima conclusio est, nam ante *Bullam Papa Ni-52 colai V.* æditam pro Regno utriusque Siciliæ de anno 1451. quàm servari jussit *Serenissimus Rex Alphonsus* in anno prædicto, ut in *Pragmatica 1. de censibus* venditio annuorum introituum non erat semper redimibilis, sed post dictam *Bullam, & Pragmaticam* semper fuit, & est redimibilis, expressè namque *Summus Pontifex* voluit, ut quandocunque redimi possit pro eodem pretio, ibi, *pro consimili pretio illa redimendi mediante*, ut voluit etiam *Cenc. de censibus quæst. 59. numero decimo octavo. vers. quod tamen* loquens de *Bulla Pii V.* edita in anno 1569. ubi similiter pactum redimendi requiritur ad illius census validitatem, vers. *postremo*, ibi, *sed etiam posse pro eodem pretio extingui Cenc. ibidem num. 16.* & sic hodie omnes venditiones annuorum introituum factæ sunt redimibiles vigore *Bulla Papa Nicolai V. & Pragmatica*, tanto magis, quia in omnibus contractibus pro observantia, *Bulla & Pragmati-53 ca* apponitur pactum redimendi pro eadem summa Capitalis recepti ab emptore; unde ex parte debitoris vendentis census perpetuò est redimibilis sic etiam ex parte creditoris ementis semper est redimibilis passivè, ut teneatur retrovendere recepto pretio à debitore, & sic à venditore, non autem activè, ut possit semper cogere venditorem ad retrovendendum, & per consequens ad restituendum Capitale, cum pactum de retrovendendo debeat esse perpetuum *Cenc. dict. quæst. 59. à numer. 1. per 54 tot. numero decimo septimo*, aliàs si esset temporale, contractus esset illicitus, *Cenc.* qui aliorum authoritate id comprobat *loco cit. numer. 19. cum seqq.*. benè tamen, verum est, quod etiam activè quandoque creditor potest 55 repetere capitale cum tertiis decursis, vel in judicio ordinario ex pacto rescissorio ob non solutionem tertiarum per tempus conventum, prout communiter in 56 hoc Regno in omnibus instrumentis apponitur tale pactum, sed si appositum non reperiatur, an intelligatur appositum, ita ut contractus rescindi via ordinaria, vel liquidare possit creditor dictum instrumentum via Ritus M.C.V. 166. latè dixi *in observat. ad D. Capyc. Latr. dec. 115. à n. 7. per 15.* sic etiam ob aliquam conditionem 57 non adimpletam, vel assertionem non veram, & similia, in his namque casibus valet pactum in instrumento, adjectum, quod possit rescindi contractus venditionis annuorum introituum, & cogi venditorem ad restituendam sortem, & in hoc Regno est in viridi observantia, ut pluribus relatis tradit *D. Capyc. Latr. d. dec. 115. nu. 5.* & ibique *Nos nu. 7.* alios adduximus DD. concordantes.

Secunda conclusio est, nam id quod disponitur de in-58 teresse, sive usuris licitis, & à jure permissis, habet etiam locum in annuis introitibus, sive censibus venditis cum pacto de retrovendendo quandocunque, ideoque si in 59 acto solutionis non sit dictum per debitorem, in quam causam velit solvere, solutio intelligitur facta prius in causam interesse, sive usurarum, & quod superest in causam capitalis, sive sortis, *l. in his verò, §. apud Marcellum*, ibi, *sed prius in usuras ff. de solut. in dict. l. 6.* ibi, *prius in usuras, C. eodem. & l. si usuras 21.* ibi, *habuit creditor in usuras sibi accepto ferenda soluta quantitatis facultatem, C. de usur. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 3. tit. de solut. resol. 35. n. 1. D. Consil. Theodor. alleg. 5. num. 2. vers. tertius est casus, & n. 3. D. Capyc. Latro dec. 21. n. 3.* ubi *Nos in observ. n. 3.* ac dec. 175. n. 16. & dec. 191. n. 25. 60 & utrobique Nos in observat. comprobabimus, idemque procedit in tertiis debitis vigore venditionis annuorum introituum, & sic in censibus, de quibus agitur, ut scilicet solutio priùs dicatur facta in causam tertiarum, sive censuum, & deinde, quod superest in causam sortis principalis, ut omnes nostri Neapolitani, ac 61 Regnicolæ admittunt, ad quod probandum ponderantur juta superiùs adducta loquentia de usuris licitis, ita in puncto tradunt *Trentacinq. ubi supra n. 3. vers. in secunda conclusione, D. Theodor. dict. alleg. 5. in princ. vers. primo advertunt*, ubi agebatur de creditoribus sortis principalis tertiarum, ac interesse ipsarum tertiarum, ibique *num. 11. cum seqq.* probat solutionem censeri in causam tertiarum, & sic usurarum, quia nulla differentia constitui potest inter eas, *D. Capyc. Latro d. dec. 21. ubi numer. 11.* ita decisum tradit inter Ducem Sancti Donati venditorem annuorum introituum, & Ducem Acherontiæ emptorem, ibique *Nos d. nu. 3.* similiter eas parificavimus, ibi *prius in causam tertiarum, sive interesse*, ac similiter ita fuit judicatum per idem S.C. ut testatur *D. Theodor. d. alleg. 5. in fine*, ut solutio cedat in causam tertiarum, & tandem fuit similiter per S.R.C. determinatum

62 natum in causa Cæsaris Gallutii cum Martia, ac Prospero Gallutiis, cum enim esset debitor dict. Cæsar. d. Martiæ in annua ducat. 372. 2. 10. cum totum capitali ducat. 5500. venditis cum pacto de retrovendendo, & fuissent per S.R.C. liberati d. Martiæ duc. 5000. sub die 17. Junii 1615. in computum capitalis, & tertiarum, mediante alio decreto sub die 25. Junii 1640. fuit ordinatum fieri liquidationem tertiarum ex ipsis debitarum ad finem providendi in quam causam cesserant, & facto calculo ordine ejusdem S.R.C. illoque viso, mediante alio decreto ejusdem S.R.C. lato sub die 14. Januarii 1651. fuit declaratum liberationem dict. ducat. 5000. cessisse in causam tertiarum debitarum tempore liberationis per Cæsarem in banca Ciossi sub patrocinio D. Josephi Magaldi Advocati nemini secundi.

Tertia conclusio est siquidem debitori sortis, ac usu-
63 rarum, sive tertiarum non permittitur invito creditore extinguere partem sortis, neque integram sortem sine usuris, sive tertiis decursis, & non solutis, *l. Tutor 41. §. Lucius, ff. de usur. D. Consil. Carleval. de judic. tom. 2. lib. 1. disput. 1. tit. 3. sub n. 19. D. Theodor. ubi sup num. 11.* quia particularis solutio multa incommoda patitur, *l. planè, ff. famil. hercisc. D. Theodor. ibidem num. 13. & 23.* sed benè solvi possunt usuræ, sive tertiæ, etiam ex communi consensu debitoris, ac creditoris; fœneb ris namque pecunia datur ad hoc, ut solvantur tertiæ, donec sors restituatur, *l. eos 26. C. de usur.* & in hoc Regno Neapolitano, & alibi pluries in instrumentis specificatur, ut tertiæ solvi debeant, quadrimestres, vel semestres, vel annuæ, sortem verò absque integris tertiis non restitui, ut in puncto tradit *D. Theodor. d. alleg. 5. nu. 26.* omnino videndus, qui loquitur de tertiis debitis in hoc Regno, & *D. de Anna allegat. 54. & 112. n. 6.* æquiparat interesse, & tertias, sequitur *D. Reg. Capyc. Galeota Dux Regina controv. 63. n. 40. lib. 1.*

Hæc tamen conclusio, ut creditor non cogatur re-
65 cipere particularem solutionem sortis, limitatur. Primo in compensatione, cujus effectus proprius est, ut si solutio fiat ultra quantitatem usurarum debitarum superfluè solutum, illicò extinguat partem sortis, *d. l. eos 26. §. si quis autem, C. de usur.* ibi, *si quis autem aliquid contra modum hujus fecerit constitutionis, nu..am penitus de superfluo habeat actionem, sed si acceperit in sortem computare compellitur. Angel. Alexand. & alii in l. si non sortem 26. de condict. indeb. Gotofred. in d. l. eos,* quia poterat creditor usuras recipere, & reliquum dimittere, at quia superfluum recipit, ne indebitum exigatus præsumitur debitorem, & creditorem velle, ut pro illa quantitate excedente usuras, sive tertias, sors extinguatur, juxta in simili tradita per *Crav. consil. 158. num. 13. ac Magon. dec. Lucens. 5. num. 22.* ubi si sors solummodo debeatur, licet creditor partem recipere non cogatur, attamen si partem recipit, pro ea parte sortis creditum extinguit, *l. ubi fidejussor. ff. de solut.* cum aliis
66 adductis *per Dom. Theodor.* videndum, *ubi supra nu. 27.* & in specie quòd solutum etiam ex errore ultra usuras debitas extinguat sortem ipso jure, probatur *in leg. creditor 102. §. Titius, ff. de solut.* ibi, *si errore plus in usuras solvisset, quam deberet habendam rationem in sortem ejus, quod amplius solutum est*: idemque deciditur *in l. 6. non sortem 26. ff. de condict. indeb.* ibi, *sed si supra legitimum modum solvit Divus Severus rescripsit (quo jure utimur) repeti quidem non posse, sed sorti imputandum. D. Marcell. de Mauro alleg. 91. num. 1.* qui loquitur in tertiis, non autem in usuris, & sic tertiæ nihil differunt ab usuris licitis, nam quòd dicitur in tertiis habet locum, & in usuris, & è contra, unde si compensatio fit ipso jure ne currant usuræ, sit similiter ad impediendum cursum tertiarum, ea tradita per *Dom. de Mauro allegat. 92.* ubi loquitur de compensatione tertiæ, sive capitalis annuorum introituum, sive census, & fundat *numero quarto*, illam factam esse ipso jure, qui similiter conclusioni supra firmatæ, quòd non teneatur

67 recipere particularem solutionem, aliam responsionem dat *eodem numero quarto, vers. nec obstat Marchio,* quia id non esset aliud, nisi retrovendere contra formam pacti, & dum ipse recipit majorem summam tertiarum debitarum ex contractu, facit enim contra contractum, ideoque non potest ex illo se juvare; non enim æquitas suadet, ut ipse velit observantiam contractus circa restitutionem integri Capitalis, & nolit illum servare contra se exigendo majorem quantitatem tertiarum ex illo contractu, & dum volu tariè recepit superfluum, illud extinguit capitale statim absque oppositione, dum concurrit voluntas debitoris solventis; & sic adest communis consensus ad extinguendum partem capitalis, ut diximus, & quod solutum ultra usuras
68 debitas imputetur in sortem, tenent post *repetentes*, & alios adductos *Caber. decis. 115. numer. 15. Fontanella decis. 209. & numero duodecimo, & seq. Castill. dec. 209. numer. 25. circa finem, Vrtmus, decis. 37. Gratba decis. 85. Escobar. de ratiocin. comput. n. 4.* & in specie, quod solutiones factæ pro annuis introitibus ultra quantitatem promissam, & verè debitam, quod in sortem imputentur, tenent *Menoch. cons. 445. in fine, D. de Ponte consil. 70. num 25. Munson. de caus. execut. ampliat. 28 numero 348. Dom. Gaitus de credito, capite secundo, tit. 7. num. 1580. Dom. Rovit. in pragmat. 2. de censibus numer trigesimo secundo, in fine; Castill. decis. 61. numer. 21. Milan. decis. 2. n. 63. 64. D. Capyc. Latr. dec. 25. n. 42* & alii.

Et ut animus contrarium sententia acquiescant di-
69 cimus, quod licet text. *in d. l. si non sortem 26. in d. l. eos, & in leg. creditor 102. §. Titius* loquantur in debitis sub usuris antiquitus permissis, attamen illæ vigent etiam in his contractibus annuorum introituum; valet nam-
70 que argumentum à legibus usurariis ad annuos redditus, ut firmat idem *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 1. nu. 11.* & propriè *nu. 7. & lib. 2. q. 18. nu 15.* Quinimo censua-
71 les redditus nostri temporis, non solum usuris antiquis similes sunt, & pariter suspecti, ut probarunt *Navarr. tit. de usur. vers. vigesimo secundo nota num. 69. & 78. Fontsian. de censibus lib. 1. cap. 9. numer. 1. a vers. quia census, Larrea,* qui alios etiam adducit in proprio articulo *d.*
72 *allegat 24. num. 20* sed etiam eodem nomine continentur, ut ex *auth. exemplum sacræ pragmaticæ Novellæ 160.* ibi, *sive quis id pactum, sive redditum, sive etiam usuram appellare velit*, ubi confirmat *Gotofred.* nihil enim est aliud redditus pecuniæ, quam usura, *Peguera dec. 30 n. 40.* nec quia fructus appellantur, ab usuria distare intelliguntur, quia etiam usuræ fructus civiles dicuntur, ut ex *glos. in l. usura, ff. de usur.* ex innumeris latè tradit *Larrea d. alleg. 24. num. 29.*

Tum etiam, quia affirmativa sententia imputationis
73 in sortem est magis recepta & majori, & frequentiori DD. calculo corroborata, & pariter rerum judicatarum munita est, nam multoties decisum referuntur per supremam Cancellariam Vallisoleti *Olea de cess. jur. tit. 9. quæst. 10. numer. 38.* in supremo Justitiæ Castellæ, Senatu *Larrea dict. allegat. 24 numero vigesimo secundo, & vigesimo tertio,* in Regno Siciliæ *Milan. decis. 2. numer. 64. lib. 2. Mastrill. ad Petr. de Gregor. de censibus quæst. 10. num. 17. Duar. de censib. §. 3. q. 22. nu. 4.* per Senatum Parisiens. *Papenius lib. 12. tit. 7. de contract. usur. arresto 2. & 16.* per Senatum Cathaloniæ *Fontanella dec. 205. nu. 17.* per Rotam Romanam *Merlin. de pignor. lib. 1. tit. 5. quæst. 61. num. 80.* & per nostrum Neapolitanum Consilium *D. Camill. de Curtis in divers. feud. quæst. 1 summario 8. nu. 7. Thor. in compend. dec. tom. 3. par. 1. ve bo contractus fol. 126. col. 1. in fine,* ubi transcribit verba sententiæ S.C. ad relationem D. Regentis Branciæ tunc Regii Consiliarii, & *Nec in observat. ad D. Capyc. Latro decis. 116. num. 20.*

74 Nec habenda est ratio de *Roderico* contrariæ opinionis antesignano *lib. 1. qu. 7. num. 39. Amato resol. 42. num. 21. Valasc. different. 34 num. 40. & Olea de cess. jur. titul. 6. quæst. 10.* cum non sit recedendum ab affirmativa sententia

5 sententis, tum quia est conformis tot juribus supra expressis *in dict. leg. si non fortem, in l. eos, & in l. creditor. §. Titius*, estque magis recepta opinio, & à majori numero DD. approbata, ac decisionibus corroborata, & negativam opinionem solum supradicti quatuor DD. attentare conati sunt.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Mulier ad hoc ut dicatur masculiata, quae interpellatio sit necessaria, & quae requirantur.

SUMMARIUM.

1 *Fœmina secundum* Constitutionem in aliquibus *excluduntur à successione parentum, sed tantum eis debetur dos de paragio: de jure verò Consuetudinario succedunt in virilem, si eas frater distulerit maritare usque ad 16. annum. num. 2.*

3 *Interpellatio a sorore non est necesse, ut judicialiter fiat.*

4 *Masculiatia ut inducatur non sufficit qualibet interpellatio, sed quòd ipsa sit facta congruo loco, & tempore, & ab habentibus ipsius rei potentiam.*

5 *Verbum*, facultas, *importat possibilitatem, tam juris, quam facti.*

6 *Interpellatio sorori non prodest, si adest impossibilitas, qua arbitria Judicis est remittenda.*

7 *Masculatio solum succedit, vel si masculi expressè fœminas ad virilem admittere velint, vel propter necessariam consequentiam.*

8 *Frater si interpellatus à sororibus non respondet, Iudex debet illi assignare tempus congruum ad respondendum, ad finem declarandi.*

9 *Frater tenetur maritare sororem, cum primum potuerit.*

DECISIO CXXV.

1 Quamvis de jure *Constitutionis Regni* fœminæ omnino excludantur à successione parentum, sed tantùm eis debetur dos de paragio, juxta disposita in *Constitutione Regni*, incipiente. *In aliquibus*, attamen de
2 jure Consuetudinario hujus Fidelissimæ Civitatis non omnino excluduntur, sed tantum in eo casu, in quo frater differt sororem maritare usque ad decimum sextum annum, ut in *Consuetud. Neapolit.* incipiente. *Eas autem, de succ. ab intest.* ubi *Addentes*, & *Molfes. in tit. de mascul. fœm. in. quæst. 1. nu. 5.* quod in tantum procedit, in quantum interpellatus distulit maritare, & propterea dicebat Julia Capycia Galeota videns, patrimonium Francisci ejus fratris esse satis creditoribus obnoxium, ipsi non deberi paragium, sed virilem, cum pluries fratrem interpellasset, ut eam nuberet, & nunquam voluit eam matrimonio copulare, quamvis nonnulli viri probi eam in uxorem petiissent, & dicebatur, quod quam-
3 vis interpellationes non fuissent judicialiter factæ, sed tenetur, prout prætendebat in termino probare, quod interpellatio judicialis non erat necessaria, prout regulariter non requiritur, ad *text. in l. denunciasse, in princ. ff. de adult. leg. qui Romæ, §. haeredes, ff. de verb. oblig.* ubi *gl. in verbo extra jus, in vers. extat, l. fidejussor obligari, §. fin.* & ibi *glos. ff. de fidejuss. l. amplius, ff. rem ratam haberi. Bart. in leg. si ex legati causa ff. de verb. obligat.* ubi omnes *Doctores Dec. in l. vinum, n. 13. ff. si cert. petat.* ex quibus ita fuisse decisum in Sacro Consilio refert *Ursill. ad Afflict. dec. 159.*

Ex adverso pro creditoribus dicebatur, quod ad inducendam masculiationem, ita ut possit soror in bonis parentum in virilem succedere, una cum fratribus, servata forma dispositionis dict. *Consuetudinis* non sufficit
4 qualibet interpellatio, sed quod sit facta congruo loco, & tempore, & ab habentibus ipsius rei potentiam, ut declarat *Napodan. in d. Consuet. Eas autem, in principio, fol. 91.* ubi quod illud verbum *facultatem*, importat possibilitatem, scilicet bonorum tam juris, quam facti.
5 Hinc *Pisanel. in addit. ad d. Consuet.* dixit, quod interpellatio, si adest impossibilitas, sorori non prodest, quam
6 impossibilitatem credit, arbitrio Judicis esse remittendam, qui consideratis omnibus debet videre, si verè frater interpellatus potuit sororem maritare, sequitur *Molfes. par. 4. q. 1. n. 8. 9. & 10.* & idem *Molfes. in 2 tom. in addit. ad qu. secundam par. 4. in fin.* advertit, quod ita mas-
7 culiatio solum succedit, vel si masculi expressè fœminas ad virilem admittere velint, vel per necessariam consequentiam, dum non adimplerunt adimplenda, & *Andr. de Isern. in d. Constit. In aliquibus, vers. quod si requisitus, & vers. quid si vult esse hares, n. 70. fol. 256.* dicit,
8 quod cum frater requisitus à sororibus, ut eas nuptui tradat, non respondet, Judex debet illi assignare tempus congruum ad respondendum, ad finem declarandi, si vult esse hæres solus, & dare dotem de paragio sororibus, vel eas admittere ad virilem, sequitur *Molfes. par. 4. q. 4. n. & Napodan. in d. Consuet. Eas autem* dicit, quod
9 frater tenetur maritare sororem, cum primùm potuerit, *Ursill. ad Afflict. dec. 270. post n. 2.*

Cumque omnis prædicta deficiant in probationibus facta per dictam Juliam die 23. Martii 1657. ad mei relationem fuit per Sacrum Consilium decisum, non deberi prædictæ Juliæ virilem, sed paragium liquidandum una cum interesse pro quantitate, & tempore similiter liquidandis. & fuit inter nos etiam consideratum, quod verè dicta Julia erat curvata, & deformis, & non ita facile virum invenire potuisset, cum quo nubere valeret secundum conditionem ejus natalium cum satis parva dote, penes Jacobum Figliolam Act. Mag.

OBSERVATIO IN DECISIO. CXXV.

SUMMARIUM.

1 *Masculiatio, ut locum habeat tria requiruntur, & quæ sint, n. 2. 5. & 21.*

2 *Excessus requiritur sexdecim annorum completorum, itaut etiam si unus tantum mensis deficiat non habet locum, n. 3.*

3 *Annus inceptus in statutis non habetur pro completo.*

4 *Masculiatio non habet locum si filia, vel neptis excessit annum decimumsextum in vita patris.*

5 *Interpellatio fieri debet congruo loco, & tempore fratri per sororem petentem masculiationem.*

6 *Interpellatio est probanda per sororem vel neptem, & num. 18. & an debeat fieri judicialiter, vel extrajudicialiter, num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 15. & an requiratur num. 16. 17.*

11 *Confessio facta coràm Iudice incompetenti, an habeat vim extrajudicialis confessionis, & n. 12.*

13 *Confessio emanata post litis contestationem, & etiam processus sit nullus, paratam habet executionem, quia tollit omne vitium nullitatis, n. 14.*

19 *Interpellatio an fieri debeat personaliter, an domi, vel procuratori, n. 20.*

21 *Frater ad impediendam masculiationem an valeat dicere non habere potentiam solvendi, & n. 22. 23. & potest masculiare sororem admittendo illam ad successionem ab intestato insimul etiam ipso fratre, nu. 24. & potest differre eam maritare, ne masculietur etiam in præjudicium creditorum, n. 25.*

26 *Filia dicitur masculiata si per patrem instituatur hæres insimul cum masculis.*

27 *Consuetudines Neapolitana non prohibent ne pater de bonis propriis possit testari, relicta tantùm legitima filiis.*

28 *Pater potest filiam hæredem instituere, & masculis tantum legitimam legare.*

29 Filia

29 *Filia masculata in quibus bonis succedat.*
30 *Masculatta an habeat locum contra minores.*
Minor in masculiatione an restituatur in integrum, ibidem.
Restitutio in integrum competens minori, an prosit majori litis consorti, ibid.

Agit D. Regens in hac decisione de requisitis ad obtinendam masculiationem per sororem, vel Amitam juxta *consuet.* incip. *si moriatur*, *si cum nomina. de success. ab intest.* sed breviter de his requisitis tractavit, eo quod latius egerat *dec.* 59. *lib.* 1. ideoque tria requiruntur, ut soror, vel amita masculiari possit, ut voluit *Nunbdan. in eadem consuet. nu* 4. *& seq.*

Primo, quod intra tempus annorum sexdecim non 2 sit per fratrem, vel nepotem respectivè maritata, & sic requiritur excessus d. temporis, quod debet esse completum, juxta verba *dict. consuetudinis*, ibi *usque ad annos sexdecim completos*, & propterea etiam si unus tantum mensis deficiat, masculiatio non admittitur, ità ex 3 aliorum placitis voluit *D. Consil. Provenzalis in dict. consuet. observ.* 20. *num.* 19. *& obser.* 21. *sub num.* 1. quia annus inceptus in dispositione staturaria non habetur pro completo ad tradita per *Surd. dec.* 178. sicuti per *D. Provenzal. ibid. numer.* 9. Non tamen habet locum masculiatio si soror, vel neptis excesserit sexde-4 cim annos in vita patris, & Avi *D. Provenz. obsern.* 21. *num.* 12.

Secundo quod frater, vel nepos, qui successit sit 5 requisitus congruo loco & tempore, & sic interpellatio omninò requisita, juxta tradita per *D. Provenz. observ.* 21. *sub num.* 1. *obser.* 22. *numer.* 1. 8. 9. *ex Afflict. decis.* 370. *numer.* 7. *& aliis*, qui contrariis respondet, 6 *num.* 14. *& seqq.* estque interpellatio probanda per sororem, vel neptem, ut *ad D. Afsanell. & D. de Franch.* probat *D. Provenz. ibid. n.* 10. *&* 25. circa quam interpellationem plura observabis.

Primo, quod interpellatio sufficit si fiat extrajudi-7 cialiter secundum opinionem, juxta quam fuit per S. R. C. de anno 1551. judicatum ut testatur, *Vrsill. ad Afflict. dec.* 159. *num.* 4. *Provenz. obser.* 23. *num.* 1. 2. 3. 8. *&* 12. & licet *D. Provenz. d. num.* 1. dicat in hanc opinionem etiam per prius inclinasse idem S. R. C. auctoritate 8 *Affl. ibid.* tamen, ut legenti patebit *Affl. num* 1. minimè loquitur de interpellatione extrajudiciali, sed tantum de interpellatione simpliciter, ibi, *& ipsa soror pluries interpellavit fratrem*; Nisi dicamus, quod præsumptivè intelligitur de interpellatione extrajudiciali ex verbis subsequentibus, ibi, *& frater fuit in mora, & soror petit à fratre in judicio partem successionis*, & sic videtur dicere quod primo loco interpellavit extrajudicialiter, & postmodum judicialiter petiit partem.

Secundo, quod interpellatio judicialis habet vim 9 extrajudicialis, ubi citatio, aut judicium sit nullum, & pro negativa opinione argumenta tradit *D. Provenz. observ.* 23. *numer.* 14. *&* 15. & pro affirmativa illa refert *num.* 16. *cum seq.* sed *numer.* 18. cogitandum relinquit, 10 nolens hanc quæstionem determinare, *& Ego* per transeo cum opinione affirmativa, ut processus nullitet factus habeat vim extrajudicialis interpellationis, ne dum ea prima ratione adducta per *D. Provenz. dict. num.* 16. sed etiam ea secunda allegata *num.* 17. ut scilicet confes-11 sio facta coram Judice incompetenti vim confessionis extrajudicialis habeat ex *Bart. Abb. & Felin.* ibi adductis, & licet contrarium voluerit *Abb. in c. at si clerici n... per illum tex. de judicis*, ut minimè extrajudicialia confessionis vim habeat, eo quod nulla dicitur confessio quæ si non valet, ut judicialis ad tradita *per DD. in d. cap. at si clerici* neque uti extrajudicialia valere debet:
12 Attamen in contrarium est communis opinio, ut per *Felin. ibid. nu.* 5. *& Dec. n.* 17. & contrariis adductis per *Abb.* respondet, & communem, pariter appellat *Alex. in l. magistratibus, nu.* 6. *ff. de jurisd. omn. jud. Capyc. dec.* 179. *num.* 1. *in fine*; aliique, quos refert, & sequitur *Guido* 13 *de virib. confess. p.* 1. *q.* 3. *nu.* 1. Hinc etiam confessio emanata post litis contestationem, si processus sit nullus, paratam habet executionem *c. Pisanu de restit. spoliat. c.* 1. *&* 2. *de accusat. in* 6. *Felin. in c. qualiter, & quando, il secondo numer.* 2. *de accusat.* quia confessio omne vitium nullitatis tollit *Cacheran. decis.* 109. *num.* 13 *Vrsill.* 14 *ad Affl. dec.* 181. *n.* 10.

Tertio observo, quod utilius erit interpellare judicialiter, quam extrajudicialiter, ut pariter observat *D.* 15 *Provenz. observ.* 24. *num.* 1. & utilis est magna, nam ea interpellatione extrajudiciali frater non constituitur in mora, si tempore interpellationis non poterat solvere, ut probat, *nu.* 2.

Circa vero secundum requisitum interpellationis *D.* 16 *Provenz. obser.* 22. adductis argumentis, illam non requiri dicit *num.* 3. 4. 5. 6. 7 tandem *num.* 8. affirmat interpellationem requiri juxta decis. S. R. C. relatam per *Affl. dec.* 370. *in* 2. *dubio*, & addit *D. de Franch. decis.* 412. *Gasparem de Leo, Napod. succeinum, Naucler. Malfes. & D. Capua.* in sedibus ibi indicatis, & contrariis respondet *D. Provenz. num.* 14. *cum seq.* idque procedit 17 etiam si sit mortua soror non dotata, si tamen non constat de interpellatione, non dicitur masculiata per solum lapsum sexdecim annorum ut fuit per M. C. V. judicatum, ut refert *D. de Franch. d. dec.* 412. *num.* 3. *in* 18 *fine* quam decisionem sequutus est *D. Provenz. ibid nu.* 9. est autem probanda interpellatio per petentem mas-19 culiationem, ea aliorum dictis *D. Provenz. num.* 10. *& seq.* quæ quidem interpellatio debet fieri personaliter masculis *D. Provenz. observ.* 26. *num.* 6. *cum seq.* & non 20 sufficit, ut si fiat domi, ut probat *num.* 16. *& seq.* sed solum in subsidium quando masculi præstantia haberi non poterit, ut probat *num.* 20. quo casu etiam procuratori fieri potest.

Tertium requisitum ad obtinendam masculiationem 21 est, quod successores interpellati habeant potentiam, ac maritandi facultatem, ita quod maliriosè differant fœminas maritare, & illis date paragium secundum facultates, ex traditis per *D. Regentem dec.* 59. *num.* 7. 9. *&* 10. aliique adductis per *D. Provenzal. obser.* 21. *num.* 1. *vers. & videtur*, ideoque observa, quod masculiatio 22 non impeditur, si frater dicat se non posse solvere, & sic alleget impotentiam ex traditis per *D. Provenzal. observ.* 24. *num.* 3. *&* 7. nam dos debet dari de facultatibus remansis in hæreditate patris, non autem de bo-23 nis propriis ipsius fratris, & si deficit pecunia, potest offerre bona, cum non impediatur solvere in bonis, si velit, ut habetur *d. c.* 7.

Item observa, quod extra casum *consuetudinis* frater potest masculiare sororem, admittendo illam ad succes-24 sionem insimul cum ipso fratre, ut probat *D. Provenz. observat.* 26. *num.* 2. *cum seqq.* & potest frater differre 25 maritare sororem ut masculietur, etiam in fraudem creditorum, ut post *D. de Ponte consi.* 74. *num.* 10. & alios probat *D. Provenzal. ibid. numer.* 8. non tamen contra fiscum, ut advertit *num.* 5. & pariter filia masculiatur, 26 si per patrem sit instituta una cum fratribus, ut fundat idem *D. Provenzal. ubi sup. num.* 12. *consuetudines* nam-27 que non prohibent patrem testari de bonis propriis, relicto solum liberis debito bonorum subsidio idest legitima, ut in *consuet. si aliquis mortem de success. ex* 28 *testam.* imò poterit instituere hæredem filiam, & masculis solum legitimam relinquere *D. Provenzal. d. obser.* 26 *nu.* 16.

Pariter observabis, quod filia masculata succedit 29 non solum in bonis paternis, & maternis, sed etiam in bonis Collateralium, ut tenet *D. Provenz. observ.* 27. *à num.* 6. *cum seq.* etiam in medietate bonorum antiquorum, ut fundat *num.* 19. qui *nu.* 20. respondet *ad decisionem* 85. *Capyci*, quæ videtur contrarium decidere.

Tandem vide omninò *D. Provenz. observ.* 28. 30 ubi disserit an masculiatio habeat locum contra minores,

minores, & an illi restituuntur, & affirmativè respondet num. 8. ex *Afflicto dec.* 370 ubi ita decisum affirmat per S. C. *n. in. t.* & an restitutio competens minori circa d. masculinationem prosit etiam majoribus aliis successoribus disputat à n. 14. *per tot. n.* 15 videndus.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

In emphyteusi Ecclesiastice pro se, filiis, & nepotibus masculis an habeat locum repræsentatio, ita ut nepos subingrediatur locum patris, ut succedat in simul cum patruo in successione alterius patrui.

SUMMARIUM.

1 *Repræsentatio in concessione Ecclesiasti a pro se, filiis, & nepotibus non datur, quia unusquisque est vocatus ex propria persona, & de contraria sententia numer. 2. quæ dicitur fundata majorum numero D.D. & authoritate, n. 6.*

3 *Emphyteusis si sit concessa pro se, filiis masculis, & fœminis, ubi adest statutum, quod stantibus masculis fœminæ non succedant, illæ tamen deficientibus masculis admittuntur.*

4 *Repræsentatio datur in fideicommissis, quamvis in eis jure hereditario succedendum non sit.*

5 *Nepos non ex propria persona succedit patruo una cum alio ejus patruo, sed ex persona sui patris, qui erat in æquali gradu, quod etiam procedit, si proximiores sint vocati.*

7 *Subingressio, seu repræsentatio non datur in dispositione hominis per contractum, ubi verba sunt sumenda secundum eorum naturalem sonum, prout cantant, & n. 8.*

9 *Concessio facta a Rege pro se, filiis, & nepotibus interpretanda est secundum ordinem sanguinis, non autem jure successionis.*

10 *Neptis in concessionibus Dominicis non assumit gradum patris.*

11 *Nepos hodie subingreditur locum, & gradum patris in feudis, ubi jure Francorum vivitur, & jure hereditario defe[illegible]tur.*

12 *Nepos non assumit locum patris in feudo ex pacto, & providentia ex concessione Dominica, & de ratione num. 14.*

13 *Feudum, & emphyteusis maximam inter se habent similitudinem.*

15 *Compensatio ex pacto, & providentia tot censentur, quot sunt personæ ad tempus, & post tempus.*

16 *Repræsentatio restringitur in duobus tantum casibus, & quando.*

17 *Tertia generatio quomodo intelligatur.*

18 *Ordo sanguinis, & non successionis legalis attenditur in repræsentatione.*

19 *Proximum vocatur secundum naturalem sanguinem, non autem secundum proximitatem legalem.*

20 *Vocati si sint aliqui sub nomine collectivo, is, qui superest illud nomen repræsentat, quousque in totum desinunt, ex quo infertur ad concessionem in emphyteusim factam.*

21 *Portio portioni accrescit nondum ante acquisitionem, sed post.*

22 *Privilegium datum alicui ex successoribus, primò defertur ad filios, & eis decedentibus ad nepotes ordine sanguinis.*

23 *Repræsentatio est privilegium per fictionem juris.*

24 *Privilegium est stricti juris, & non habet locum, nisi in casibus expressis.*

25 *Verbum, filiis, gradum significat.*

26 *Repræsentatio non datur in emphyteusi accepta pro filiis, & nepotibus.*

27 *Decisio causæ.*

DECISIO CXXVI.

REverendi Canonici Divi Petri de Urbe concesserunt in anno 1554. in emphyteusim quond. Joanni Fœlici Valignano seniori quædam bona ad tertiam generationem, hoc est dicto Joanni Fœlici pro se, ejusque filiis, & nepotibus masculis. Ex quo primo concessionario orti fuerunt quinque filii masculi, Scipio, Horatius, Camillus, Octavius, & Joannes Fœlix junior, factaque inter fratres divisione bonorum hæreditariorum, dicta bona emphyteutica pervenerunt ad duos tantum ex dictis quinque filiis, videlicet ad Camillum, & Joannem Fœlicem juniorem, & per mortem prædicti Camilli absque masculis omnia bona prædicta fuerunt possessa per dictum Joannem Fœlicem juniorem. Egit in Sacro Consilio Julius Valignanos filius Scipionis præmortui, qui solus supererat ex aliis fratribus, instando, condemnari dictum Joannem Fœlicem juniorem ad relaxionem prædictorum bonorum in emphyteusim concessorum una cum fructibus à die mortis Camilli, quia quamvis ipse esset in ulteriori gradu, tamen repræsentando gradum patris sui, debebat concurrere in successione cum dicto Jo. Fœlice juniore.

1 Pro actore dicebatur, quod quamvis controversa sit opinio, an detur repræsentatio in concessione Ecclesiastice facta sub hac forma, *pro se, filiis, & nepotibus*, quia unusquisque est vocatus ex propria persona, & propterea non dari repræsentationem, voluerunt *Barth. in auth. post fratres, C. de legit. hered. Roman. in l. cum ita, paragrapho in fideicommisso, ff. de legat. 2 Socin. jun. cons. 73. num. 17. & 31. lib. 1. Gamma decis. Lusitan. 174. num 16 Surd. cons. 403 num 45. volum. 2. Bal. in l. liberti, libertaque num. 24 C. de oper. libert.* & alii congesti per *Emman. Acost. in quæst. patrui, & nepotis, pag. 34 cum seqq.* & per *Robles de repræsent. lib. 3. capit. 12. num. 6. & in quæst. 1. Ludovic Molin de Hispan. primogen lib. 3 capit. 6. num. 10. Alex. cons. 129. volum 5. Caldas Pereira de nomin emphyt. quæst. 17 Mantic de tacit. & ambig convent. tom 2. lib. 22. tit. 18. numer. 9 cum seqq. Gabriel. commun opin tit. de success. ab intestat. conclus. 1. in fin Magon. decis Lucens. 19. numer. 13. Tiraquell. de jure primogen. quæst. 40. numer. 189.* qui & alios cumulat.

2 Contrariam tamen sententiam, dari repræsentationem etiam in Ecclesiastica concessione, quamvis sine qualitate hæreditaria, tenuerunt *Fulgos in d. auth. post fratres, Alex.* sibi contrarius in *cons. 88 lib. 1. & cons. 26 lib. 3 Corn. in l. fin. C. de verbor. significat.* & in aliis locis relatis per *Tiraquell. dict. quæst. 40. numer. 192* ubi etiam affert pro hac opinione *Joan. Aret. Ias. Roman. Dec. Gozad. & Ant. Rub.* quod etiam in puncto voluerunt *Cravett. cons. 67 numer. 5. Ruin cons. 163 lib. 1. Gabr. cons 85. numer. 6. lib. 1. Roland à Vall cons 86. volum 1. Menoch cons. 202. numer. 61* & de communi testatur *Fonded cons 13 numer. 29.* & de magis communi *Alciat. in dict. §. in fideicommisso, num 9. Sforz. Odd. cons. 39. num. 39 Peregrin. de fideicomm art. 23 n. 15. Avendan in l. 40. Tauri, glos 2 num 57. Matienz in nova recopil. l 5 tit. 7. glos 5 lib. 5. numer. 5 Thobias Non. cons 4 Addens ad Alexand dict. cons. 129 fin 158. Joannes del Castill quotidian. controv. lib. 3 cap. 19 num. 146. Gratian. discept forens. cap. 347. num. 8. Robles de repræsentat. lib 3 capit. 17. ex numer. 56.* qui & ea ratione moti fuerunt, quia contrahentes in concessione videntur se conformare cum dispositione juris communis, ut dixit *Tiraquell. loco cit. numer. 193. Castell. Grat. Robles*, & alii supra citati, & ideo *Bart.* & alii *Doctores in l. ut jusjurandi, paragrapho si libert. ff. de oper. libert.* dixerunt quod concessa emphyteusi pro se, filiis masculis, & fœminis ubi adest statutum quod stantibus masculis fœminæ non succedant, fœminæ non admittuntur

unà

unà cum masculis, sed eis deficientibus, prout latiùs dixi in *dec. 3. num. 10. usque ad 15.* inclusivè.

Secundò dicebatur, quod non est verum, quod repræsentatio non datur, nisi ubi succeditur jure successionis, non vero quando ex propria persona cùm in fideicommissis, in quibus quamvis jure hæreditario succedendum non sit, tamen datur repræsentatio, ut ex multis hoc tradidit *Molin. de Hispan. primogen. lib 3. cap. 6. num.* 44 & dari repræsentationem, fundat *Corn. cons. 24. in fin. vol. 2. Fusar. de fideicommiss. substit. quæst. 485. numer.* 3. quod procedit etiam in linea transversali, ut nepos succedat in locum patris, probat *num.* 16. & sic decisum dixerunt *Thesaur. decis.* 65. *Pat. decis.* 18. *Mogon. decis. Florent.* 144. *numer.* 20. *Barz. decis.* 95. *num.* 9. & hoc procedere tam in causa testati, quàm intestati, seu ex lege, aut statuto, vel ex hominis dispositione, aut alio quovis modo, tradit post alios, quos allegat *Tiraquell. in dict. quæst. 40. numer.* 191. & post *Accurs. Covarr. & Marz. Molin. de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 6. numer.* 44. & plenius *cap. 7. numer. 20. Ioann. del Castill. dict. cap. 19. numer.* 211. & de magis communi, & magis recepta opinione testantur *Menoch. cons. 357. num. 22. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 95. num* 16. *Crass. in §. fideicommissum, qu. 11. num. 4. Hieron. de Laurent. decis. 57. Viu. dec.* 418. *lib. 3. Rota Roman. Divers. decis. 448. num. 3. part.* 1. *Faber* in suo *Codic. tit. 19. de verb. signific. defin.* 10. *Caldas Pereira de nominat. emphyt. quæst. 17. num.* 9. *Castill. dict. cap. 19. num. 242 prope fin.* quod procedere etiam in emphyteusi, de communi testatur *Robles de repræsent. lib. 1. cap. 9. num.* 4. & licet ipse *num.* 18. contrarium in puncto juris defendat, tamen communiorem, & usu comprobatam sententiam esse testatur *lib. 3. numer.* 7. & in linea transversali dari repræsentationem, post *Bart. Salyc. Aret. Alex. Ias. Corn. Afflict. Gabr. Bursat. Tell. Fernandez, Odd. Castill.* & alios probat *Fusar. in d. qu.* 485. *num.* 29. ea ratione, quia nepos non ex propria persona succedit patruo una cum alio ejus patruo, sed ex persona sui patris, qui erat in æquali gradu, quod procedit, etiam si proximiores essent vocati, *Thesaur. dict. decis. 65. Fa inac. decis.* 426. & alii innumerati allegati per *Ioannem del Castill. lib. 2. controvers. jur. cap. 20. num. 7. & lib. 2. cap. 19. numer. 302. cum sequent. Fusar. dict. quæst.* 485. *num. 33. cum plurib. sequentibus*, quod procedere etiam in dispositione hominis, comprobaverunt *Addentes ad Ludovic. Molin. dict. cap. 7. num.* 20. ex quibus hoc habere locum etiam in emphyteusi Ecclesiastica, tenuerunt *Ruin. d. cons. 163. Rolan. d. cons. 68. num. 52. & nu. 58. Honded. cons. 11. Mautic.* & alii suprà allegati.

Et quamvis hæc opinio suos habeat contradictores, de quibus supra mentionem fecimus, tamen multi ex eis sibimet ipsis contradicunt, & proinde pro contraria parte, illis demptis, prætendebatur, istam opinionem pro præsentatione majorum numero Doctorum, & authoritate esse fundatam.

Sed pro Jo. Fœlice reo convento replicabatur, maximam esse constituendam differentiam inter dispositionem hominis per contractum, & dispositionem legis, nam primo casu non dari subingressionem, seu repræsentationem, post *Bart. in dict. auth. post fratres* voluerunt *Cuman. in l. cum ita, paragrapho in fideicommisso, ff. de leg. 2. Socin. Iun. cons. 73. numer. 17. & 31. lib. 1. Gamma decis. Lusitan.* 174. *num.* 16. *Surd. cons.* 403. *numer. 45. volum.* 3. & novissime ad partes disputato articulo hanc opinionem sequitur *Robles in dict. tract. de repræsentation. lib. 3. capit. 12. numero 6. Regens Valenzuela consil. 23. numer. 93. volum.* 1. ubi plures allegat, & verba sunt sumenda secundum eorum naturalem sonum, prout cantant, *l. verbis legis, ff. de verb. signif. l. legem. C. de pact. convent.* nam in contractibus attenditur rigor, *l. quicquid astringendæ, ff. de verb. obligat.* quod etiam probat *text. in l. 1. C. de privileg. cor. qui in Sac. Palat. milit. lib.* 12. loquens in concessione facta à Principe, ubi quod concessio facta à Rege pro se, filiis, & nepotibus, interpretanda est secundum ordinem sanguinis, non autem jure successionis, ibi *Idque beneficium ad filios eorum, atque nepotes ipso ordine sanguinis pervenire*, quod etiam probat *Bart. in d. auth. post fratres, C. de legit. hæredib.* loquens in quæstione orta inter Regem Robertum, & Regem Ungariæ super successione hujus Regni Neapolitani, ubi tenet, in concessionibus Dominicis neptem non assumere gradum patris, *Salyc. in l. 1. numer. 26. in fi. C. de jur. emphyt.* ibi *Ex conventione non hæreditario jure*, *Ruin.* post *Alex. consil. 25. num. 23. cons. 162. volum. 1. & cons. 124. lib. 2. Ias. in l. si potest, column. 6. ff. de acquir. hæred. Rub. Alex. cons. 83. Menoch. cons. 496. num 16. li.* 5. ubi etiam de communi testatur & latius *cons. 994. num. 52. li.* 10. ubi innumeros refert, quibus addendi sunt *Rubeus in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 136. ff. de li. & posthum. Roland. cons. 68. num. 11. li. 1. Aym. har. cons. 82 vers. septimo & ultimo*, licet hodie in feudis, ubi vivitur jure Francorum, & jure hæreditario deferuntur, pluries judicatum repetitur, quod nepos locum, & gradum patris subingrediatur, ita ut non possit amplius in controversiam deduci, ut latissimè habetur ex doctissimis lucubrationibus *Domini Regentis Ursini*, Sacri Regii Consilii Neapolitani dignissimi Præsidis *de success. feudor. part. 1. qu. 5. art.* 1. ubi omnes decisiones, & Doctores colligit, tamen in feudo ex pacto, & providentia non hæreditario, sed ex concessione Dominica nepos non assumit locum patris, ut post *Bart. in dict. auth. post fratres, & Iacobin. de Franchis in præludio feud. numer.* 58. late hoc fundat *Reg. Valenzuela d. consil. 23. numer.* 108 & propterea hæc concessio facta Joanni Fœlici seniori, ejus filiis, & nepotibus masculis, nulla facta mentione de hæredibus, est concessio in emphyteusim ex pacto, & providentia, non hæreditaria, ut probaverunt *Alvar. Valasc.* post alios *de jure emphyt. quæst. 4. & 43. numer. 3. Iulius Clar. in §. emphyteusis, quæst. 17. & Ludov. Molin. de just. & jur. disput.* 479. qui loquuntur tam in emphyteusi, quam etiam in feudo, cum vere maximam habeant inter se similitudinem, ut tradit idem *Ludovic. Molin. disput. 479. numero* 4. Estque ratio, quia facta taliter concessione tam in feudum, quam in emphyteusim, non tam accipit filius à patre, quam à Domino directo, & ex pacto, & providentia concedentis, ut optime explicat *Camer. in cap. Imperialem §. præterea Ducatus, fol. 95. column.* 2. ubi quod tot censentur concessiones, quot sunt personæ ad tempus, & post tempus factæ, hoc est unicuique pro tempore vitæ suæ, & post uniuscujusque mortem sequenti similiter ejus vita durante, *Isern. in capit. 1. paragrapho hoc quoque de his, qui feudum dare possunt*, ita ut unusquisque durante ejus vita ex propria donatione capiat, argumento *l. 2. & 3. C. de donat. quæ sub modo*, & filii veniunt etiam quod non sint patris hæredes, *Isern. in cap. 1. sub num. 18. qui success. teneantur, Loffred. cons. 1. numer.* 124. & dicit ibi *Camerar.* non censeri unicam donationem pro omnibus personis in investitura comprehensis, sed tot, quot sunt personæ, *Isern. in cap. 1. column. 2 de eo, qui sibi, & hæredibus suis, & in dict. § præterea Ducatus, column.* 4. ubi quod magis est ex providentia concedentis, quam patris acquirentis, & non jure successivo universali ex beneficio concessionarii, *Socin. consil. 19. vol.* 1. & propterea hanc sententiam, non dari repræsentationem in emphyteusi ex pacto, non hæreditaria, post *Raph. Cum. Paul. de Castr. Alex. Ludov. Bolog. & Ant. Gabr.* probat *Mant. de tacit. & ambig. convent. tom. 2. lib. 22. tit. 18. nu.* 15. qui ad hoc adducit *text. in l. hæredes mei, §. ult. ff. ad Trebell. Valasc. de jure emphyt. q. 50. n.* 5. *Robles de repræsent. lib. 2. q. 12. nu. 6. Cald. de jure emphyt. lib. 2. qu. 27. nu.* 10. qui repræsentationem restringit in duobus casibus

casibus tantum, quando scilicet agitur de succedendo asceodentibus, vel patruo per fideicommissum, secus vero si ab alia persona, & proinde concludit, in emphyteusi non dari, nam licet de uno in alium largo sumpto vocabulo dicatur successio, tamen re vera noo vi successionis, sed ex vi primæ donationis pervenit ad vocatos, & in investitura comprehensos, *Clar. dict. §. emphyteusis, q. 39. vers. scias tamen, in fin. Salyc. in l. 1. num. 26. C. de jur. emphyt.*

Ex quibus sequi dicebatur, qood hæc concessio in 17 emphyteusim taliter facta continebat generationes masculini sexus, hoc est eidem Joanni Fœlici primo concessionario, secundò filiis ejus masculis, tertiò ejusdem nepotibus masculis, & sic tres fuerunt donationes gradatim factæ, *Bald. in Authent. si quas ruinas, numero 4. C. de sacrosanct. Eccles.* contemplando omnes filios masculos Joannis Fœlicis in secunda generatione, & omnes nepotes in tertia conjunctim, tanquam unum corpus, & unam personam, *Menoch. præsumpt. 36. num. 33. lib. 4.* argumento *l. unica, §. his ita, C. de caduc. tollend.* & sic quousque supersunt filii, quibus facta est donatio in secundo gradu, non possunt venire hi, quibus fuit facta donatio in tertio gradu, & ideo mortuo uno ex filiis Joannis Fœlicis primi concessionarii, absque filiis masculis, ejus portio nullatenus remaosit in ejus hæreditate, sed accrescit portionibus aliorum fratrum, qui sunt in eodem secondo gradu donationis, sive concessionis, prout de communi testatur *Clarus in dict. quæst. 39. vers. scias* 18 *tamen*, & propterea erit attendendus ordo sanguinis, non successionis legalis per repræsentationem, per quam nepos, relicto ejus naturali, & vero tertio gradu, per legis fictionem subingreditur secundum gradum patris sui, *Menoch.* post alios *in cons. 124. numer. 96. & consil. 200. num. 42. lib. 2.* quod secus est, quando non jure successionis, sed sanguinis, in quo unusquisque suum proprium repræsentat gradum, & proinde quandiu adsunt filii, qui sunt in secundo gradu concessionis, nepotes ex fratre non admittuntur, *l. si libertus, §. si libertus instituto, ff. de bon. libert.* ubi pro-19 ximus vocatur secundum naturalem sanguinem, non autem secundum proximitatem legalem, ordo enim sanguinis est, ut primò deferatur ad filios, & eis deficientibus ad nepotes, *dict. l. 1. C. de privil. cor. qui in sacro Palatio militant, lib. 12.* & sic in illa portione Camilli, qui uti filius Fœlicis senioris fuit in secundo gradu vocatus, non potest venire Julius nepos ex Scipione præmortuo, sed accrescit Joanni Fœlici juniori ejus fratri, qui est in eodem gradu, & ipsi portio Camilli accrescit, ut post alios probat *Joan. Ant. Bellon. de jure accresc. tom. 1. cap. 6. quæst. 38. numer. 24.* ubi 20 dicit, quod quotiescunque vocati fuerunt aliqui sub nomine collectivo, is, qui superest, illud nomen repræsentat, quousque in totum deficiunt, veluti Universitas, Agnatio, Familia, &c. ex quibus infert ad concessionem in emphyteusim factam pro se, & descendentibus, quod semper durat, quousque unus ex descendentibus superviveret, dat exemplum arboris habentis plures pullos, nam aliis recisis, uno superstite is habebit totam substantiam, quæ omnibus aliis 21 pullis prius dabatur, & *nu. 49.* dicit, quod portio portioni accrescit, nondum ante acquisitionem, sed post, & sic dum in secundo gradu fuerunt vocati filii Joann. Fœlicis sub oomine collectivo, quosque supersunt filii non possunt venire nepotes & illud, quod dicitur, quod portio accrescit portioni, intelligitur, quod non accrescat ei, qui nullam portionem habuit, cùmque Scipio nullam ex iis bonis portionem habuerit, non potest Julius filius eam habere, *Sylvest. Aldobrand. cons. 68. nu. 18.*

Ad quod adducebatur in puncto *Jo. de Platea in d. l. 1. C. de Privil. cor. qui in sacr. Palat. lib. 12.* ubi per illum text. dixit, & *allegatur ista lex, quod per privilegium* 22 *datum alicui ex successoribus suis, primò defertur ad filios, & eis decedentibus defertur ad nepotes ordine sanguinis, & sic non concurrunt, & idem est in emphyteusi data alicui pro se, filiis, & nepotibus, sed primò filii, & postea nepotes vocantur & sic ordine sanguinis successive,* hæc ille, licet vera *Jo. de Platea* non explicet casum, de quo agebatur; sed tantum dicit, quod censentur vocati ordine successivo, primò filii, deinde nepotes, sed non quando nepos ex fratre præmortuo concurrit cum patruo ad successionem alterius patrui sui; Bene verum 23 est, quod repræsentatio est privilegium per fictionem juris, ut habetur in *Auth. de hæredibus ab intest. venientibus, §. hujusmodi vero privilegium*, quod etiam notavit *Bald. in d. Auth. cessante in fine, C. de legit. hæred. Tiraq. in l. si unquam, in princip. nu. 15. C. de revoc. donat. & de utroque retract. §. 11. gl. 9. nu. 4.* dictus *Reg. Valenzuela d. cons. 23. n. 42. & 74. lib. 1.* qui ex hoc infert *nu. 75.* quod cum privilegium sit stricti juris, non habet locum, nisi 24 io casibus expressis, *l. jus singulare, ff. de leg. §. sed & quod, Instit. de jur. natural.* cum concordantibos, cum igitur sit facta concessio io beneficium Joaonis Fœlicis, & ejus filiis, & oepotibus masculis, hoc casu illud verbum, *filiis*, gradum significat *§. 1. & 2. Instit. de gra-* 25 *dibus* & proinde cessat repræsentatio, *Valas. de jur. emphyt. qu. 50. nu. 38. Caldas lib. 2. recept. sent. q. 19. num. 14. Cassan. cons. 53. nu. 12.* & alii adducti per *Reg. Fabium Capycium Galeot. in controvers. Illustr. controvers. 48. nu. 5. lib. 1.* quod etiam in terminis voluit *Alex. in cons. 129. n. 4. vol. 5.* ubi tenet, quod accepta emphyteusi pro filiis, 26 & nepotibus repræsentatio noo datur, quod etiam latissimè fundat *Emmanuel Acosta in quæst. de patruo & nepote, par. 1. sub nu. 19. vers. ex his igitur*, omnino videndus, quia loquitur propriè in concessione in emphyteusim facta ab Ecclesia pro se, filiis, & nepotibus, & rejectis contrariis latissimè hanc opinionem fundat, & tandem secundum hanc opinionem bis fuit in Rota Romana judicatum, hoc est in una *Roman. emphyteu. in an. 1570. coram Eminentiss. D. Cardinali Seraphino*, & in una *Romana domus 6. Martii 1595. coram Eminentiss. D. Cardinali Pamphilio*, non obstantibus allegatis per *Roland. dict. cons. 68. vol. 1. & Gabr. cons. 76. lib. 2.* quæ decisio est compilata per *Farinac in novissim. novissimarum decis. 219.* & de eisdem decisionibus mentionem etiam facit *Gennens. in sua praxi Archiep. Cur. Neap. in 4. editione impressa in anno 1630. Romæ in cap. 60. sub numer. 9.* & propterea in dicto articulo sic à Doctoribus 27 controverso per S. C. discussu negotio ad mei relationem die 28. Maii 1640. fuit judicatum secundum opinionem Rotæ Romanæ, non dari repræsentationem, & proinde fuit absolutus Joannes Fœlix possessor ab impetitis per Julium Valignanum, penes Fabritium Solatium S.R.C. Act. Magistrum.

OBSERVAT. IN DECIS. CXXVI.

SUMMARIUM.

1 *Nepos non ex persona propria succedit patruo unà cum alio ejus patruo, sed ex persona sui patris, qui erat in æquali gradu.*

2 *Nepos ex sorore præmortua, quæ dote recepta renunciavit, an cum matertera, vel avunculo concurrere possit in successione ascendentium, vel Collateralium, & negativè decisum adducitur, sed contrarium in reclamatione defenditur, num. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. dummodo dotem per matrem receptam imputet n. 4. 19. 20. 21.*

3 *Filii renunciantes non excluduntur à successione patris, avunculi, vel materteræ in bonis extra destinatum.*

8 *Renunciatio matris facta pro se, & suis hæredibus tacitam, & intrinsecam in se continet conditionem, si hæreditas parentum, vel transversalium renunciata ipsi renuncianti deferatur, sic etiam si fiat hæreditatum devolutarum, vel devolvendarum ipsi renun-* ciantis,

tiantis, & observari prudicentur pro se, & heredibus, nam renunciante præmortua quoad viventium successiones pro non facta habetur, & num. 10. ac 11. idque procedit, tam in successione ascendentium, quam transversalium, n. 9.

12 *Dos per fratrem sorori data an sit causa exclusionis, ut nepos ad succedendum non admittatur avo.*

13 *Dotatio unica sufficit in Civitate Neapolis, sed in Regno tot dotationes requiruntur, quot sunt successiones, & non est sufficiens absque renunciatione ad exclusionem, sed tantum ad collationem, num. 21. & ita decisum traditur num. 22. sed postea contrarium fuit judicatum, n. 23.*

14 *Dotatio facta à patre excludit tantum filiam à successione patris, non autem fratris, & quid in successione ascendentium, n. 15 16. 17. 18.*

19 *Nepos, qui admittitur cum matertera, vel Avunculo ad succedendum debet conferre, sive imputare dotem per matrem receptam etiam in linea transversali, num. 20.*

24 *Concessio à Rege facta* pro se, & filiis, & nepotibus *interpretatur secundum ordinem sanguinis, non autem jure successionis.*

Concessio facta pro se, suis hæredibus, & successoribus utriusque sexus quomodo intelligatur ibid. & num. 26. & quod intelligatur de heredi sanguinis, num. 28. per totum, nu. 62. & decisio adducitur, nu 27. quæ fuit revocata, n. 63.

25 *D. Didacus de Soria Regius Consiliarius laudatur.*

28 *Nomen heredis est triplex, hæreditatis, sanguinis, & feudi.*

29 *Hæredum appellatione veniunt heredes sanguinis, non autem heredes hæreditatis, num. 30. tanto magis si non agitur de feudis, n. 33.*

Nemo moritur sine herede, quia in defectu succedit Fiscus, d. n. 30.

31 *Verba omnia in privilegiis debent aliquid operari, ita ut etiam syllaba aliquid operetur, nu. 32.*

34 *Concessio facta* pro se, & suis hæredibus, & successoribus utriusque sexus de suo corpore legitimè descendentibus, *idem operatur, ac si dixisset pro se, & liberis.*

35 *Feudum debet describi in cedularis pro Adohà, & Relevio, alias præsumitur liberum, & allodiale, n. 36.*

37 *Concessio facta pro se, & heredibus ex corpore, & successoribus utriusque sexus semper præsumitur facta in allodium, de ratione, nu. 38. & 39.*

40 *Filii dicuntur domestici heredes, vivo patre.*

41 *Heredes ex suo corpore legitimè descendentes dicuntur heredes sanguinis, & qui dicantur heredes sanguinis, nu. 42. 43. 44. 45. 46. 51.*

47 *Dictio in* perpetuum *inducit fideicommissum simplex, & absolutum, & intelligitur sine præfinitione temporis n. 48. & 54.*

49 *Fideicommissum ex se infert prohibitionem alienationis.*

50 *Hypothecam, vel pignus potest constitui super re fideicommisso subjecta, sed resolvitur eveniente casu fideicommissi.*

52 *Filius quando veniat ex persona propria, vel uti heres, & n. 53.*

55 *Concessio facta* pro se, & hæredibus suis, *illa non extenditur ad heredes extraneos, sed ad liberos, idest ad heredes sanguinis.*

56 *Verba dell' uno, e l' altro sesso in perpetuo ex suo corpore legitimè descendentibus nati, & nascituri, quid importent.*

57 *Argumentum validum est ab ultimis voluntatibus ad contractus.*

58 *Nomen heredum exponi debet pro liberis, & descendentibus ad evitandum absurdum, & nè reddatur inutile.*

Absurdum quando consideretur, ibidem versic. absurdum.

59 *Stipendia militum non solum veniunt in generali obligatione, sed etiam gaudent privilegiis alimentorum.*

60 *Privilegium quotiescumque est dubium, semper recipit interpretationem ab usu, & possessione.*

61 *Qualitas hereditaria quando requiratur.*

62 *Clausula* citra præjudicium jurium creditorum, *quid operetur.*

63 *Decisio causæ cum transactione inde sequuta refertur.*

IN causa hujus decisionis in jure pro Joanne Felice Valignano patruo ad exclusionem Julii Valignani ex fratre nepotis scripsit *D. Horatius Montanus* utriusque juris consultissimus, & feudilis maximus *centon. 3.* in qua post *D. Regentem* hic latissimè allegavit in articulo discusso, atque deciso, & quia articulus per ambos fuit optimè digestus, & nihil addendum reliquerunt isti legum Coriphæi, ideo pauca observabo.

1 Et primò ad conclusionem, quam *D. Regens tradit, numer. 2.* quod nepos non ex propria persona succedit patruo unacum alio ejus patruo, sed ex persona sui patris, qui erat in æquali gradu, de qua conclusione *Nos* plura diximus in observat. *ad dec. 41. num. 10. lib. 1.* ideo observabis, quod similis articulus fuit determinatus per M.C.V. & per S.C. in appellatione, nam mortuo ab intestato, Jo: Francisco Gentile Terræ Baroli superstitibus Jo: Baptista fratre utrinque conjuncto, ac V.I.D. Hieronymo, & Antonio Molignano nepotibus, ex Laura Gentile sorore similiter utrinque conjuncta præmortua, cum ambo institissent in M. C. V. pro immissione juxta tex. in §. *si igitur vers. sin autem,*

2 *auth. de hered. ab intest. venien. collat. 9* per Mag. Cur.

* Vic. in banca Francisci Albani fuerunt exclusi prædicti nepotes, & determinatum ad favorem fratris, nam fuit datus terminus respectu prætensorum per dictos nepotes; quare obtenta per d. nepotes Regia decretatione à spectabile Præsidente S. C. de verbo faciendo in d. S. C. infrascripta fuerunt adducta per *D. Erasmum de Ponte* tunc Advocatum primi ordinis, nunc Regium Consiliarium dignissimum pro revocatione dicti decreti M.C.V.

3 Licet olim, apud DD. ingens, & ardua controversia fuerit, an nepotes ex sorore præmortua (quæ tamen dote contenta renunciaverat) cum matertera, vel avunculo concurrere possent ad successionem ascendentium, vel collateralium. Hodie tamen, nimis clara, ac ferè, extra controversiam posita est, nedum propter receptas DD & præsertim *Pragmaticorum, & nostratium traditiones*; verum etiam ob innumera, ac penè infinita rerum judicatarum exempla, tum apud exteros, cum etiam apud nostros Supremos Magistratus, de quibus apud *Fontanellam de pact. nuptial. claus. 9. Glos. unic. p. 1. num. 52. & 60. in fine*, ubi fatetur, & si

4 contra ipsius votum, illam apud omnes mundi DD. & apud universa Tribunalia obtinuisse, sub hac tamen conditione, sive modificatione ad conciliandas contrarietates, *quod nepotes in successione, cum aliis conferant datum pro dote,* sive aliter ipsorum matri renuncianti; juxta decisiones illius Senatus per eundem relatas locis supra cit. *per Senatum Sabaudiæ, apud Antonium Fabrum,* nimis doctè, & eleganter de more differentem *dif. 1. & 14. in tit. de pactis*, per Senatum Cathaloniæ, *apud Cancer. variar. resol. tit. de renunc. num. 6. . tom. 3.* ubi præ cæteris citat *Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 92. & 93. & Fabrum loco supra citato*, per Senatum Pedemontanum, *teste Thesauro juniore, quæst. forens. qu. 90. numer. 3. in fine*, ubi testatur, favore nepotum illum Senatum semper judicasse, adest, & alia decisio ejusdem Senatus, apud *Thesaurum seniorem, dec. 138. in fine.*

5 Apud nostrates autem primo, ter judicatum refert *Jo: Angelus Pisanellus in addit. ad consuet. si moriatur in tit. de successione. ab intest. in verbo Bart. in l. qui superstitis, fol. 89. & 90.* & si contra Napodani senten-

tism, uti rectè advertit *D. Reg. de Ponte cons.* 40. *num.* 6. dicens contra *Neapol.* passim judicatum, quas decisiones referre non omisit *Doctiss. Hartm. Pister.* & si alienigena *lib.* 4. *qq. jurss q.* 4. *nu.* 4. *circa medium lit. D* concludens sententiam hanc communiorem, & veriorem esse. In eandem sententiam ivisse Sac. C. Anno 1528. testatur *Frecsia in eadem consuet. in vers. vide,* & in Anno 1564. ita quoque decisum refert per eundem Senatum *Camillus Saterum, in addit. ad consuet. si qua mulier, num.* 51. *vers. ad istud,* quas decisiones allegat quoque *Molfes. in tit. de renunc. q.* 5. *num.* 2. relatus cum aliis à *Marchione Torelli dec.* 4. *S. C. num.* 2. *infra citandis,* sic bis quoque decisum testatur *Io. Thomas Minadous in repet. constit. Regni in aliquibus inz. notab. n.* 81. *fol. mihi* 98. in causa nobilium de Jesualdo, & in causa hæredum D. Clementis Gamulæ.

6 Ex magis in puncto casu nostri per S. C. quod filii renunciantis, non excludantur à successione patris, avunculi, vel materteræ, in bonis sitis extra districtum, apud *Præs. de Franc. decis.* 6. qui ter, quater, & quinquies, pro eadem opinione, in favorem nepotum sententiam prodiisse refert; & eleganter recenset *Morot. cons.* 22. *numer.* 8. concludens hanc esse veriorem, & communiorem, optimis rationibus fulfultam, quidquid alii incautè dixerint in contrarium, eandemque sententiam, locu lentissime juribus rationibus, & authoribus, rerumque judicatarum exemplis comprobat *Reg. Rov. cons.* 12. *num.* 24. 25. & 16. secundum quam semper fuisse judicatum in nostro Supremo Senatu testatur, concludens *in numer.* 26. *circa medium,* stantibus tot continuis decisionibus non posse amplius hanc opinionem controverti in S. C. ex quo transivit in stylum, ex juribus, & Authoribus, quos allegat videndus, alias omnis decisio apud *Vivium dec.* 1. 1. *per totam* sic alias in Audientia Capitanatæ Apuleæ anno 15[illegible]4. fuisse decisum attestantem. Eidemque sententiæ arridet *D. Præs. S. C. Marchio Ramonatus controv.* 11. *lib* & secundum illam suis temporibus, judicatum quoque refert *Reg. Consil. Provensalis* optimus consuetudinista, *obser.* 2. *numer.* 19. in causa Baronis Casalis novi Vincentii Coiri, & fratrum, cum Scipione Philamarino, generaliter inferens, cessare exclusionem descendentium, sivè ascendentium eorum, qui renunciarunt, præmortuis renunciantibus, ex decisis apud *Præs. de Franch. dec. sæpius cit.* 67. *Cons. Theod. alleg.* 1. *numer.* 22. & 25. & per *Gutier. lib.* 5. *pract. q.* 29. & sic debere intelligi, quæ in isto articulo scribit *Cons. de Georg. alleg.* 23. *numer.* 41. eamdemque sententiam uti absolutissimam tenet *D. Donat. Ant. de Marin. lib.* 2. *quotid. res. cap.* 192. *numer.* 15. & 16 ubi præ cæteris recenset solemne responsum *Parthenii Pisagna* Advocati celeberrimi, impressum *per Thorum, in s. p. sui comp. in verbo succedere an debeant nepotes,* sic judicatum referentis in illa. & in alia causa, per doctissimos, ac dignissimos Consiliarios in renunciationibus, etiam secundum morem *Capuanæ, & Nidi*, Ac tandem missis aliis pro coronide non omittenda, solemnis, seu sinodalis *decisio* 41. S. C. ad casum nostrum Ill. *Marchionis Torelli* Domini mei, in propriis terminis summariæ immissionis, sivè decreti præambuli interpositionis, ad beneficium nepotum ex sorore præmortua concurrentium cum fratribus, & sororibus utrinque conjunctis in successione qu. Clerici Jacobi Cicala mortui ab intestato ipsorum avunculi confirmans decretum M. C. V. quoad terminum, illud verò expressè reformans quoad immissionem denegatam præfatis nepotibus, juxta aliam solemnem decisionem ejusdem S. C. junctis classibus ab eodem *Marchione* congestam 4. *in ordine*, quæ solæ sufficerent ad causæ victoriam obtinendam, quibus novissimè aliàs addit doctus, ac laboriosus *V. D. Michael Angelus Gizzius in observat. ad easdem decis.* 4. & 41. *Marchionis Torelli* in casibus fortioribus.

Adeo ut dicere jure valeamus. Hujusmodi senten-

7 tiam, etsi alias nimia dubiam, nodosam, vel controversam, hodie tamen ob tot, tantaque rerum judicatarum exempla, præsertim nostri Supremi, ac Sacri Senatus in legem, sive stylum judicandi prodiisse, ac pro tali servandam, ad tradita per *Affl. dec.* 96. & 19[illegible]. & *Præsid. de Franch. dec.* 590. *num.* 5. cæterosque *Pragmaticos* in locis vulgaribus, quo arguendi, sive decidendi genere in propriis controversiis utitur idem *Præs. de Franch. cit. dec.* 67. *num.* 8. *in illis verbis. Et quando causa esset dubia, quæ secundum eam S. C. judicaverat*, prout in fine prævia matura discussione, sic quoque pro actore judicatum refert, uti quoque idem *Præs.* confirmat *in dec.* 171. in subjecta materia ferè loquendo, & *Reg. Rov. loco sup. cit. & passim alii.*

Hujus igitur communis, veræ, ac receptissimæ

8 sententiæ illæ apud omnes circumferuntur rationes, quod renunciatio facta per matrem, *& si tam pro se, quam suis hæredibus*, tacitam, & intrinsecam in se contineat conditionem, nimirum, si hæreditas parentum, vel transversalium renunciata, ipsi renuncianti deferatur, alioquin frustranea sit renunciatio, & pro non facta habeatur, si hæreditas ad renunciantem non devolvatur imò si expressè absque subauditi intellectus ope renunciatio (utpotè in casu nostro) communiter fit, Hæreditatum devolutarum, vel devolvendarum ipsimet renuncianti, & hoc observari promittitur *pro se, & hæredibus*, uti optimè observat idem *Præs. de Franch. cit. dec.* 67 *num.* 7. Renunciante præmortua, utpotè defecta jam conditione quoad viventium successiones, pro non facta renunciatio habetur, & potius morte quam renunciatione excluditur mater, & illius filii, & si alioquin matris hæredes jure cum avunculo, vel matertera concurrunt, matris gradum jure proprio ex legis beneficio repræsentantes, conformando se potius maternæ voluntati, quam adversando, quæ non pure, sed conditionaliter renunciavit, uti præ cæteris eleganter disserit *Hartm. Pister. lib.* 4. *qu.* 4. *numer.* 3. *cum*

9 *seq.* non magis in successione ascendentium, quam transversalium explosa inter hos discrimine, uti eleganter, ac doctè ex *Fabro cit. def.* 1. & 14. *ex Franch. Minad. Morot. Cravett. de Georg. Covarr. Molina, Tiraq. Marta, Maranta, Amato, Viscente, Anton. Gabr. lib.* 3 *tit. de jure dotium concl.* 1. *numer.* 47. & innumeris aliis, in locis per eundem allegatis, advertit idem *Marchio Torelli cit. dec.* 41. *numer.* 19. contra *Thesaur. cit. quæst.* 90.

Nihilque obstare nepotibus maternam renuncia-

10 tionem, cum pro non facta habetur, & ideò sicut admitterentur filii, quando mater non renunciasset, ita debent admitti resoluta renunciatione, & ea ad nihilum redacta, sivè sint hæredes matris, vel non, sivè simpli-

11 citer renunciasset *pro se*, vel etiam *pro hæredibus*, pro illisque evictionem promiserit, ut eleganter disserit *Morot. cit. consil.* 22. *numer.* 5. 6. 7. & 8 cæterique alii materiam tractantes, cum non entis nullæ sint qualitates, omnesque ejus effectus evanuerint, ac fundirus ruerint, nam resoluto actu, atquè resoluti censentur omnes effectus ab eo procedentes, periudè, ac si nunquam factus fuisset, quin magis filii ex propria persona, ac legis beneficio jure proprio ipsis tributo gradum maternum subingrediantur, ejusque locum præcapiant, ut pares se reddant cum aliis ad successionem concurrentibus, & succedant in locum matris per privationem, illiusque mortem, non autem per transmissionem, ut notant præcitati *Authores*, juxta celebre dictum *Bar. in l. qui superstitis ff. de acquir. hæredit.* ab omnibus communiter approbatum, quod eleganter exornat, *Morot. cit. cons.* 22. *Hart. Pister. cit. q.* 4. *lib.* 4. *num.* 3. *cum seq.* omnesque alii præter *Ludov. Roman. in ea tem l qui superstitis* quem insequutus fuit *Dec. consil.* 181. *Alex. Ruk. Bellonus, Cassan. cons.* 47. cum nonnullis aliis, quos recenset *Præs. cit. dec.* 67. cæterique alii de materia differentes,

differentes, ad quos me remitto, nè aliena transcribam.

Quo vero ad objectum de dotis receptione tempore renunciationis initæ, quasi, quod effectum præmaturæ successionis, illa præseferat, ut meritò ad servandam æqualitatem, tollendamque iniquitatem, ad iterato succedendum filiam, eoque magis ejus filios repellat, illud quidem facili negotio, ac sine fere controversia in casu nostro diluitur, quippe non agitur de successione avi, sive patris respectivè, à quo filia fuit dotata, sed de successione fratris, sivè avunculi respectivè, à quo renuncians nihil recepit, & licet forsitan bona ad fratrem perventa originaliter paterna, paruma aot nil refert, cum non amplius talia dicantur, ad jura vulg. *in l. sed si plures, §. si filia. ff. de vulg. & pup. & in l. 1. §. veteres, ff. de acq. poss* juxta Synodalem decisionem nostri Supremi Senatus apud *Præs. de Franch. decis.* 171. & reperit idem *Præs.* alia *dec.* 307. *nu.* 4. & 5. quas fundat, & alias addit *Fontanell. loc. supracit. nu.* 76. præter alias supra relatas, præsertim apud Illust. *Marchio. Torelli dec.* 4. & 41. Et licet non me lateat unicam dotationem sufficere, id locum habet in bonis sitis in districtu hujus Civitatis secus extra districtum, juxta supra cit. *dec.* 171. *apud Franch. & Afflict. decis.* 178. *ubi in 3. dubio* uti singulariter advertit *Mcaado. in citata Consti: at. in aliquibus 3. notab. num.* 11. & 12. videndus, & optimè distinguendo observat *Consil. Anna cons.* 45. *numer.* 73. & *seq.* videndus, & non sine dubio etiam in bonis intra districtum, in quibus viget consuetudo, concludens *num.* 78. in bonis extra districtum non subjectis consuetudini, omnem prorsus cessare dubitationem, comprobat mirificè *Reg. Rov. cons.* 20. *nu.* 8. *vol.* 1. expresse firmans dotationem factam à patre excludere filiam à successione paterna, secus verò à successione fratris, à quo non fuit soror dotata.

Quin magis etiam si ageretur de successione avi, vel aliorum, de cujus bonis mater renuncians fuisset dotata, verior, & receptior est opinio à nobis supra firmata, torque rerum judicatarum exemplis comprobata, etiam apud *Authores* supraci atos, qui licet pro contraria arguerint, veritatis indagandæ magis causa, nostram tamen firmarunt sententiam, ut est videre apud eundem *Cancer. loco citato* quem sequitur *Robl. de repr. lib.* 1. *cap.* 61. *numer.* 103. *Mol. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 84. *num.* 10. *cum seq. Malfes loc. cit. de renunc. q.* 1. *num.* 6. *Covar. in cit. c. quamvis pactum,* 3. *relect.* §. 20. *nu.* 6. *vers. non me latet, Morot. cit. cons.* 22. *Hart. Pistor. cit. qu.* 4. *lib.* 4. *num.* 3. *cum seq. Reg. Con. de Georgie,* etsi contrariam insecutus fuerit sententiam *allegat.* 30. secundum nostram tamen bis per S. C. fuisse decisum, vel invitus fatetur, *num.* 33. & 34. Omnesque alii in decisionibus citatis locupletissime congesti, ratione qua supra, nimirum, quia dotatio non facit, quominus renunciatio dicatur conditionalis, & illa defecta, filii veniant, non uti matris hæredes, sed ex propria persona. Neque matris factum, sivè dotis receptio in vim præmaturæ successionis tollere potest, jus filiis ex propria persona legis beneficio immediatè competens ob matris præobitum, quæ nullum jus formatum in vita patris habuit in ejus bonis, ut perindè filii, sivè nepotes respectivè per privationem, sivè matris præmortem, non autem transmissionem succedere in bonis avi, proprio jure legis beneficio dicantur, ut eleganter præ cæteris dixerunt *Robles loc. suprac. Cancer. in cit. tit. de renunc. cap.* 5. *num.* 30. *cum seq. Marant. disp.* 10. *Cevar. Melia. Pister. alleg. q.* 4. *lib.* 4. *per totam* ubi nervosè, ac doctè hanc tuetur sententiam, cæterique allegati per *Marchion. Torelli cit. dec.* 4. & 41. & ad summum ad aliud nepotes non tenerentur, nisi dotem maternam conferre cum avunculis, juxta singulares decisiones Senatus Cathaloniæ, quas recenset *Fontan. loc. supracit. num.* 63. & 64. contrarias inter se conciliando sententias *Melfesi loc. supracit. num.* 34. ubi pro nepotibus semper decisum per Sac. Cons. refert, & tandem sibi contrarius profert hæc verba, *licet satis sit, quod conferant illam portionem, quam mater habuit* tuti quoque annexa videtur, & non sine hæsitatione, *Pistor. qu.* 4. *lib.* 4. *nu.* 6. eandemque sententiam tuetur *Cons. de Georg.* etiam in linea transversali per rationem æqualitatis servandæ, & iniquitatis vitandæ, sicque per S. C. judicatum referens *alleg.* 29. *numer.* 4. 10. & 18. Sola enim dotatio absque renunciatione non est sufficiens ad exclusionem, sed ad collationem tantum, ad tradita per Authores supracit. in casu nostro utrumque deficit.

Quare facta relatione per Judicem Philippum Maruscellam in aula D. Consiliarii Aloysii Gambos cum interventu nedum d. D. Gambos, sed etiam aliorum Consiliariorum Brancacii, Carilli, Capiblanci, & Ulloa sub die 20. Februarii 1653. fuit interpositum decretum tenoris sequentis.

Per S. R. C. remissa est causa eidem M. C. V. quoad terminum, non impedita interim immissione fratrum de Molignano pro medietate, imputata tamen dote recepta per qu. Lauram Gentile, & sequestrentur bona quo ad medietatem, præstita cautione de restituendis fructibus in casu succumbentiæ d. de Molignano.

A quo decreto reclamaverunt fratres de Molignano respectu imputationis dotis & jura d. Io. Baptistæ tuebatur D. Iacobus de Falco Canensis Advocatus doctus, cujus scripta habere nequivi, & propterea facto iterum verbo in d. S. C. sub die 21. Maii 1653. fuit provisum in hunc modum.

Per S. R. C. declaratum est benè fuisse provisum per idem S. R. C. sub die 20. Februarii proximi præteriti, suspensa tamen imputatione in præfato decreto contenta.

Et sic obtinuerunt fratres de Molignano nepotes revocationem imputationis per S. C. ordinatæ in primo decreto, ut supra interposito sub patrocinio d. D. Erasmi de Ponte viri doctissimi, nobilissimi, & æquissimi.

Circa vèro aliam conclusionem de qua *D. Reg. num.* 9. quod concessio à Rege facta *pro se, & filiis, & nepotibus*, sit interpretanda secundum ordinem sanguinis, non autem jure successionis ex *l. 1. C. de p. in. cor. quæ in sacro Palat. milit. lib.* 12. quid dicendum de concessione facta *pro se suis hæredibus, & successoribus utriusque sexus ex suo corpore legitimè descendentibus, natis, & nascituris*, prout fuit concessio facta à Serenissimo Rege Ferdinando Primo die 21. Iulii 1460. Paulo Pagano ann. duc. 300. super dirictibus Doganæ Civitatis Trani in remunerationem ejus servitiorum factorum tam Serenissimo Regi Alphonso Patri, quam ipsi Ferdinando, quæ fuit confirmata per Regem Ferdinandum Secundum Petro pagano filio d. Pauli qui ann. ducat. 300. post mortem patri pervenerunt ad Fabium filium, & post illius obitu ad Cæsarem filium, & post illius mortem ad Ugonem Ducem Terræ Novæ ejus filium, & tandem ob mortem d Ducis absque filiis ad Tellam pagano Ducissam Castellucii sororem, & hæredem mediante decreto præambuli M. C. V. cum clausula *citra præjudicium creditorum d. Ducis*, ad quorum instantiam erant sequestrati mediante decreto D. Consiliarii *D. Didaci de Soria* nunc Marchionis Crispani, & Proregentis d. M. C. V. dignissimi, & oculatissimi præcipuè in facinorosos homines, quare prodictæ sequestro institit D. Ascanius Ruffus de Sedili Montaneæ Dux Castellucii ad quem spectare dicebat ob mortem Ducissæ Aviæ paternæ, propterea per S. C. sub die 8. Decembris 1658. ad relationem D. Consiliarii *Honuphrij de Palma*, qui fuit Advocatus doctus, fuit interpositum decretum, v3.

Per S. R. C. provisum est, quod infra quatuor dies audiantur partes super omnibus hinc inde prætensis, salva provisione facienda in qualibet parte judicii super liberationibus petitis per ambas partes, Figliola Actor. Mag. quare habito per creditores, & d. Ducem processu pro compilato referente D. Consil. *Francisco*

Rocco sub die 4. Maii 1660. per S.C. fuit judicatum in beneficium d. Ducis per hæc verba.

27 * *S. C. declarat ann. duc. 300. in actis deductos spectare, & spectavisse ad quon. Tollam Pagano, & successivè ad ejus descendentes nominibus, ut in actis, & proinde sequestrum factum tollatur.*

A quo decreto reclamavit Curator patrimonii d. Ducis Ugonis partes creditorum substinendo D. Jo: Baptistæ Pepi Advocatus primarius, veridicus, doctissimus, ac æquissimus, amicus, & Dominus meus, qui absque dubio hodie esset permotus ad officium Regium ex majoribus, si luce oculorum non fuisset de facto privatus, & partes Ducis Ascanii defendebat D. Lucius Maretnus Iserniensis doctus juvenis, & eruditus ex infrascriptis.

28 Ad confirmationem decreti S. R. C. breviter dicimus, quod hæredis nomen triplex est, hæreditatis, sanguinis, & feudi, *Camill. de Curt. in divers. jur. feudal. num.* 20. *fol. mihi* 45. *at.* ubi multos congerit DD. & in casu, de quo agitur, est de hærede sanguinis, ideò optimo jure ipsa Ducissa institit, sequestrum prædictum tolli, & manuteneri in possessione prædicta, dum ad ipsam spectant, & debentur prædicti ann. ducat. 300. non uti hæredem d. Ugonis, sed tanquam vocatam, & contemplatam in d. concessione jure proprio, & ex propria persona, non obstante quod in privilegio dicatur, *à Paulo per sè, suoi heredi*, *&c.* cum appellatione hæredum veniant simpliciter hæredes sanguinis, idest 29 filii, & descendentes, per *tex. in l. ex facto*, §. *ult. ff. ad trebell. ubi DD. ac Bald. cons.* 283. *verb. testamentis, lib.* 2. *Guid. Pap. q.* 591. *Gabriel. cons.* 10. *num.* 4. *&* 18. *lib.* 2. *Sforz. Odd. cons.* 46. *num.* 14. *Paris. cons.* 88. *num.* 37. *lib.* 2. *Alciat. cons.* 16*. *num* 5. *Anton. Gabr. de verb. signif. concl.* 2. *numer.* 19. ubi de communi opinione testatur *Pret. de interpr. ult. volunt. lib.* 3. *resolut.* 11. *numer.* 38.

Nam si caperetur pro hæredibus hæreditatis, verba prædicta tàm enixa, *per se, suoi heredi, e successori dell' uno, e l'altro sesso in perpetuo ex suo corpore legitimè descendenti nati, & nascituri*, essent elusoria, ac superflua, quoniam nemo moritur sine hærede, sivè ex testa- 30 mento, sivè ab intestato, & in omnium defectu succedit fiscus per *tex. in l.* 1. *&* 4. *C. de bon. vacant. l.* 1. *C. unde vir. & uxor. & l.* 1. *ff. de jure fisci*, & in privile- 31 giis omnia verba debent aliquid operari, & nullum verbum remanet otiosum, *cap. si Papa de privil. in* 6. *Menoch. cons.* 19. *num.* 8. Ac nec syllaba aliqua frustra debet 32 intelligi interposita, *Mantic. to.* 1. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 2. *tit.* 12. *numer.* 8. nec etiam aliqua dictio *glos. in c. solita, verb. tanquam, de Majorit. & obed.* Itaque ne elusoria, ac otiosa sint, solùm ad beneficium descendentium simpliciter esse factam concessionem prædictam intelligendum est.

Eò magis quia non sumus in concessione facta in feudum, quæ quamvis esset ex pacto, & providentia, 33 nihilominus deberet esse, cum qualitate hæreditaria, cum sit hodiè communis stilus in feudorum concessione, ut fatentur unanimiter omnes Regnicolæ, præter alios *Anton. Capyc. in investit. feudal. in verb. hæreditarium*, *fol.* 235. 1. *col. circa medium*, & ità pluries esse judicatum refert post alios *Affl. decis.* 140 pertractans de simili concessione, & in fine *d. dec.* quod si ita non fuisset decisum, qualitatem hæreditariam non esse necessariam, & ità ipse judicasset, & nec errasset in jure, prout tenuisse dicit in suis scriptis feudalibus.

Sed melius *Dec. to.* 2. *cons.* 395. *numer.* 6. 9. *& seqq.* dicens, quod quando est facta concessio *pro se, & suis* 34 *hæredibus, & successoribus utriusque sexus de suo corpore legitimè descendentibus* idem erit ac si dixisset *pro se, & liberis* cum per talia verba manifestè ostenditur intellexisse de *filiis*, & est concessio ex pacto, & providentia, ut ibi rationibus, & authoritate nonnullorum DD. plenissimè probat.

Et quia in casu nostro non est concessio facta in 35 feudum, prout ex verbis concessionis, ac etiam quia de ea non solvitur adhoa, nec relevium, & nec est descripta in cedulario, prout est necessè, refert, *Consil. de* 36 *Georg. alleg.* 10. *numer.* 9. ideoque libera, & allodialis erit *And. de Isern. in cap.* 1. *de controv. inter masc. ul. & fœm. num.* 7. idem *de Georg. loc. cit. num.* 2. Et concessio facta *pro se, & hæredibus ex corpore, & successoribus* 37 *utriusque sexus* præsumitur semper facta in allodium, *Camill. de Medic. cons.* 6. *num.* 18. 19. *&* 20. at ista est tantum provisio annua per fideicommissum constituta pro servitiis præstitis dum dictus Serenissimus Rex, ejusque successores fecerunt concessionem prædictam, nedum d. Paulo, sed ejus hæredibus ex sanguine, & non hæredibus hæreditatis, ut clarè patet ex d. concessione dum concedit *Paolo per se, suoi heredi, & successori dell' uno, e l'altro sesso in perpetuo ex suo corpore legitimè descendenti nati, & nascituri ann. duc.* 300. *di provisione per servitii prestiti*, nam dictum fuit *suoi here-* 38 *di*, dictio enim, *suoi* denotat suitatem, *Ant. de Butrio cons.* 23. *num.* 2. *Prat. de interpretat. ult. vol. fol.* 197. *numer.* 15. & quando additur verbo *heredi* pronomen, 39 *suoi*, intelligitur solum de hæredibus sanguinis *Bero, cons.* 110. *num.* 52. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 598. *nu.* 11. *vers. octavo* & sic de filiis, nepotibus, & omnibus descendentibus, & ideò appellantur sui hæredes, quia domestici 40 hæredes sunt, & vivo quoque patre quodammodo domini existimamus, prout clarè ex §. *sui autem instit. tit. de hæred. qualit. & differ. &* § *cum autem instit. de hæredit. quæ ab intest. deferunt*; & nihilominus sunt 41 vocati *hæredes ex suo corpore descendentes*, qui intelliguntur solum hæredes sanguinis post alios *Fusar. de fideicomm. q.* 339. *nu* 65. *Thor. to.* 2. *vot.* 62. *num.* 16. & similiter sunt vocati *hæredes utriusque sexus*, prout etiam 42 *hæredes nati, & nascituri*, *utriusque sexus* etiam de hæredibus sanguinis tantummodò erit facienda interpretatio, idem *Fusar. loc. cit. num.* 74. ulterius sunt vocati *hæredes legitimi, & naturales* quod intelligitur solum 43 de hæredibus ab intestato, quia vocantur à lege, ut ex aliis refert, & tenet *Gratian. discept. forens. tom.* 2. *cap.* 313. & signanter, *numer.* 17. *&* 18. Et similiter concessio 44 prædicta facta est *pro se, & hæredibus legitimis, ut ex corpore in perpetuum*, quod non includit hæredes extraneos, *Camill. de Medic. cons.* 166. *num.* 81.

Adeò verùm, quod sunt vocati simpliciter hæredes 45 sanguinis, & sic filii, & descendentes prædicti Pauli, & non hæredes bonorum, quia dixit, *nati*, nam vocans hæredes, seù successores natos, intelligitur vocasse filios, ut perbellè idem *Fusar. de fideicomm. in dict. qu.* 339. *nu.* 27. ubi infinitos coacervat DD. & rationem 46 assignat, *n.* 28. quia nemo vivens habet hæredem adducendo, *text. in l.* 1. *ff. de hæredit. vel actione vendita*, & ex *l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred.* & sic omninò fatendum est concessionem prædictam comprehendere tantummodò hæredes sanguinis, & non hæreditariæ.

Et sunt vocati per verbum, seù dictionem, *in per-* 47 *petuum* cujus virtute de per se inducit fideicommissum simplex, & absolutum, ut post alios tenet *Rot. Rom. tom.* 2. *dec.* 121. *num.* 3. *Gabr. com. conclus. tit. de fideicom. concl.* 9. *nu.* 12 & demum *D. Reg. Cons. Hodierna,* vir nunquàm satis laudatus, *ad Surd. decis.* 85. *numer.* 9. & ita fundat *Fusar. de fideicom. q.* 688. *nu.* 17 qui ait in *nu.* 48 19. verba *in perpetuum* intelligi sine præfinitione temporis, & licèt aliqui dissentiant, tamen dicit ipse, à supradicta opinione non esse recedendum in judicando, & consulendo prout tradit sub *num.* 21. *vers. non erit igitur consulendo, & judicando.* & de d. clausula latè per *Marcam de claus. p.* 1. *claus.* 5. *& par.* 2. *claus.* 2 tantò magis, quia dictus Serenissimus Rex in d. concessione progressus fuit ad plures gradus, dum dixit *a Paulo, &c.* & sic progrediendo ad plures gradus facit verum, & reale fi- 49 deicommissum. Et neminem latet, quod fideicommissum

ex sq

49 ex se infert prohibitionem alienationis; taliter enim, quod si fit, erit ipso jure nulla, & statim poterit vendicari, ex *Fusar. de fideic. q.* 554. *n.* 6. *& seqq. qu.* 703. *nu.* 1. adducendo *Cephal. con.* 177. *numer.* 2. *& cons.* 296. 50 *num.* 41. *& seqq.* quod hypotheca, & pignos, potest constitui jure fideicommisso subjecta, tamen resolvitur statim eveniente casu fideicommissi, ut ibi videre est; & etiam apud *Merlin. de pignor. decis.* 141. *num.* 1. *&* 2. ubi præter *tex.* multos congerit DD.

Idcircò quotiescunque vocati sunt *sui hæredes ex suo corpore nati, & nascituri utriusque sexus in perpe-* 51 *tuum*, semper intelliguntur vocati *hæredes sanguinis* per fideicommissum in perpetuum, & non hæredes hæreditatis, & sic statim admitti debent absque qualitate hæreditaria, prout præter alios testantur *Marta de success. legal. to.* 1. *par.* 2. *q.* 6. *num.* 26. *Mantic. de conject. ult. vol. lib.* 8. *tit.* 14. *n.* 14. *& tit.* 11. *num.* 6. *Fusar. de fideicom. q.* 340. *n.* 1. *vers. secundo capus*; ubi ità ipsum consuluisse, & *num.* 10. magis censenda probabilem opinionem ait, prout etiam refert *qu.* 339. *num.* 37. *vers. ego etiam, Manent. dec. Mant.* 75. *num.* 5. optimè *de Franch. dec.* 153. *num.* 8. *& in num.* 29. dicit, quod 52 duo ex dominis tenuerunt vocari filios absque qualitate hæreditaria, licèt alter dubitasset, quia non veniunt tanquam hæredes, sed jure contractus, & providentia legis, & jure proprio, ac ex propria persona, optimè etiam *Parif. tom.* 1. *cons.* 13. *num.* 177. post alios refert *Peregrin. de fideicom. art.* 32 *num.* 12. *in fine* maxi- 53 mè quando desumitur ex conjecturata mente disponentis; nam tunc intelligitur *de filiis, & descendentibus*, &c. *de hæredibus sanguinis, & non hæreditatis*, ut dicit *D. Galeota to.* 1. *contr. cu.* 57. *nu.* 23.

Itaque prædicti annui duc. 300. concessi hæredibus 54 sanguinis, & non hæreditatis per verbum, *in perpetuum*, debent esse semper, & in perpetuum ad ipsorum beneficium, & non alterius, ex regula *tex. in l. fundi*, §. *labeo*, *ff. de actionibus empti, & vendit. & l. eum debere*, *ff. de servitutibus urbanorum prædiorum.*

Immò in casu fortiori dicimus, quod quando sunt 55 factæ concessiones per Principem, nedum de reg libus, sed etiam de possessionibus, prædiis, & officiis *pro se, & hæredibus suis*, non deveniunt ad hæredes extraneos, sed ad liberos, idest *ad hæredes sanguinis*, comprehendendo tàm masculos, quam fœminas, regulata in eis successione juxtà ordinem naturæ, & sanguinis, non autem ad mentem legis municipalis, adeò verum, quia nec alienari, nec per creditores capi, & distrahi poterunt, prout egregiè refert *Peregr. de jure fisci* cum multis aliis per ipsum adductis *in lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 102. & ita ipsum servari vidisse, quem omninò videri rogo.

Aliàs verba illa, *dell'uno, e l'altro sesso in perpetuo ex suo corpore legitimè descendenti nati, & nascituri*, 56 nihil operarent, sed essent frustratoria, & concessio prædicta redderetur inutilis, si omninò esset necessaria qualitas hæreditaria, qua sit hæredem non posse venire contra factum defuncti, neque venditionem dictæ rei concessæ revocare, quod esset contra expressam voluntatem concedentis: undè ad evitandum aliquod absurdum, & contra præsumptam voluntatem concedentis, intelligendum est *de hæredibus sanguinis*, & non hæreditatis, *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 130. *num.* 8. *usque ad finem*, & signanter *num.* 24. *vers. & manifestè*. & sic absque qualitate hæreditaria, prout optimè post alios referunt *Reg. Sanfel. tom.* 1. *dec.* 202. *à num.* 11. *usque ad* 25. & decisum *nu.* 38. prout etiam acerrimè *D. Reg. Cons. Io: Baptista Hodierna ad Surd. decis.* 85. *nu.* 16. *& seqq.* ubi ita esse decisum refert per M.C.V. & bis per S.C. quos videri rogo.

Idque in concessionibus, prout in fideicommissis, 57 dum validum est argumentum ab ultimis voluntatibus ad contractus per *tex. in l. qua delegato. ff. de legat.* 1. *& l. pactum inter hæredem*, & ibi *glos. & Bart. ff. de pact. & l. ità stipulatus, vers. idque defendebat, ff. de verborum obligat.* ad evitandum absurdum, & ut ne reddatur inutile, nomen *hæredum*, exponi debet pro 58 *liberis, & descendentibus*, ut voluerunt etiam *Bald. cons.* 183. *to.* 2. *Ruin. cons.* 110. *numer.* 9. *lib.* 2. *Parif. cons.* 88. *num.* 37. *col.* 2. *lib.* 1. *Socin. Iun. cons.* 158. *nu.* 13. *lib.* 2. *Sforz. Odd. cons.* 33. *num.* 1. *Peregrin. dec.* 101. *vers. tota, itaque vis*, idem *Peregrin. de fideicom. art.* 32. *nu.* 37. *& seqq.*

Absurdum enim esset si qualitas hæreditaria requireretur; quia quilibet descendens à prædicto Paulo præjudicare potuisset successoribus in alienando, stante quod hæres, ut dictum est, debet habere ratum factum defuncti, & sic descendentes nunquam fruerentur dicta concessione, tanquam alienabili in alienas personas præter vocatas, quod manifestissimè est contra mentem Serenissimi Regis concedentis, dum dixit, *ann. duc.* 300. *de provisione*, nam provisiones, & stipen- 59 dia militum non solum non veniunt in generali obligatione, *Gait. de credit. c.* 4. *quæst.* 5. *nu.* 63. *&* 95. sed etiam gaudent privilegia alimentorum, *Carleval. de Iudic. tom.* 1. *disp.* 6. *num.* 7. *&* 8. & dicta annua provisio cohæret personis, quia sunt usufructuariæ, & non proprietariæ; & stipulando pater aliquid cohærens personæ, præsumitur stipulatum pro filiis, *uti filiis, & non uti hæredibus*, *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 48. *num.* 9. dixitque etiam *in remuneratione de suoi servitii fatti*, ad hoc, ut prædicti descendentes, & hæredes sanguinis fruentes dicta annua provisione, memores essent de dictis servitiis, quæ fuerunt tàm insignia, & grata dictis Serenissimis Regibus, ut in perpetuo de illis memoriam habeant, quæ cessaret si prædicti ann. duc. 300. cederentur in beneficium alterius personæ extraneæ.

Undè clarissimè patet absque ulla ambiguitate, concessionem prædictam non fuisse factam favore hæredum hæreditatis, sed solum contemplatione, & favore hæredum sanguinis, & successorum utriusque sexus ex legitimo corpore descendentium prædictorum Pauli, & Petri Pagano, & licèt per partem adversam toto pectore adducatur aliquod apparatum, quo possit dubitari, si dicta concessio sit facta cum qualitate hæreditaria, vel ne, adhuc tamen facillimè datur congrua responsio ad saturitatem partis adversæ, nam apud omnes est inconfesso, quod quotiescumque pri- 60 vilegium sit dubium semper recipit, & capit interpretationem ab usu, & possessione illius, præter alios referunt *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *auth.* 46. *num.* 11. *in fine*, *de Franch. dec.* 56. *numer.* 6. *Reg. Capyc. Latro tom.* 1. *consult.* 12. *num.* 6. & quis non videt ex oculari inspectione, quod dictis ann. duc. 300. gavisi fuerunt descendentes prædicti Pauli tanquam hæredes sanguinis absque qualitate hæreditaria, dum per mortem d. Pauli devenerunt *Petro ejus filio uti filio, & non uti hæredi*, & deinde devenerunt *Fabio uti filio, & non uti hæredi dicti Petri*, ac postmodum devenerunt *Cæsari, similiter uti filio, & non uti hæredi dicti Fabii*, & sic semper usque adhuc fuit observatum; prout ex partita patrimonii Regiæ Cameræ.

Et quatenus dicta qualitas hæreditaria esset necessa- 61 ria, quod expressè negatur, satis est, quòd sint hæredes primi acquirentis mediatè, vel immediatè per *tex. in l. cohæredi*, §. *cum filia*, *ff. de vulg. & pupill. substitutione*. latè tenent *Parif. to.* 1. *cons.* 33. *nu.* 177. *Cacher. dec.* 161. *num.* 15. *vers. quibus omnibus, circa medium*, & post alios hanc esse communem opinionem, ac resolutionem DD. refert, & tenet *Peregrin. de fideicom* cum multis aliis per ipsum relatis *in art.* 32. *nu.* 12. omninò videndos.

Neque suffragatur dicere, prout facit magnum fe- 62 astum pars adversa, quod M. C. V. in descriptione, & in testatione facta in beneficium dictæ Tellæ dixit *citrà præjudicium jurium creditorum prædicti Ugonis*, nam idem

idem fuisset, ac si nihil dixisset, quia semper intelligitur Judicem decernere citrà præjudicium jurium interesse prætendentium, ex tex. in l. & post, §. resque, ff. famil. ercifcund. & ex hoc non oritur, dictam Tellam, ejusque descendentes exclusos, vel excludendos esse à dicta concessione, dum d. creditores nihil adducunt, nec adducere possunt contra dictam tam clausam, & evidentem concessionem factam in beneficium hæredum sanguinis, & descendentium utriusque sexus, ex legitimo corpore prædicti Pauli, & sic dictæ Tellæ, ejusque descendentium absque qualitate hæreditaria.

Ex his omnibus justissimè speratur decretum prædictum omninò esse confirmandum, & dictum Ducem manutenendum in possessione dictorum annuorum duc. 00. supradictis tamen non obstantibus.

Et facto verbo per eundem *D. Re. cum per S.C. fuit* 63 *determinatum esse desferendum petito in integrum restitutionis*, sed partes postea ad conventionem devenerunt, per quam fuerunt assignati ann. duc. 150. pro medietate d. Luci Ascanio, & alii ducat. 50. pro alia medietate patrimonio, sive creditoribus Ducis Ugonis.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Neptis ex filio an, & quando faciat deficere substitutionem factam sub conditione, *si sine filiis decederet*, ubi materia latissime discutitur.

SUMMARIUM.

1 *Neptis ex filio an, & quando faciat deficere substitutionem, recensentur pro utraque parte nonnulli DD. & pro negativa opinione videtur magis communis opinio, maxime ubi adest statutum exclusionis fæminarum, nu. 2.*

3 *Ultimarum voluntatum in interpretatione non est à proprietate verborum recedendum.*

4 *Appellatione filiorum masculi tantum, & non fæminæ continentur, & quod masculinum concipiat fæmininum non procedit ex propria verborum significatione, sed ex juris extensione in favorabilibus.*

Contrariam sententiam vide num. 32. & 35.

5 *In dubio non est recedendum à proprietate sermonis.*

6 *Fæmina ex conjecturata testatoris voluntate non facit deficere fideicommissum, quando adest statutum exclusionis fæminarum, cum quo testator se conformare videtur.*

Declara, ut n. 36. & 37.

7 *Fæminæ propter statutum in favorem agnationis excluduntur, etiam si masculi sint remotiores.*

8 *Testator si faciat separatim mentionem utriusque sexus, tunc fæmina non facit deficere substitutionem.*

Intellige, ut n. 42.

9 *Testator magis diligit filias natas quam nascituras, & remotiores.*

Declara, ut n. 43.

10 *Fæmina non facit deficere substitutionem, quando testator habuit rationem de conservanda agnatione.*

Et quomodo intelligatur, n. 43.

11 *Testator quando masculos tantum instituit, & eos invicem substituit, fæminis exclusis, videtur hoc facere, ut bona conserventur in familia.*

Item, quando ad plures substitutionum gradus processit, num. 12.

Similiter quando prohibuit perpetuam alienationem, nu. 13. & 14.

15 *Voluntas, & mens testatoris cognoscitur per primum testamentum, quamvis annullatum per secundum.*

Idem est, quando testator in alio loco idem, aut quid simile dixerit, n. 16.

17 *Testator præsumitur continuare in eadem voluntate, nam ex antecedentibus arguitur voluntas in sequentibus, & n. 18.*

19 *Referuntur variæ decisiones in favorem substitutis.*

Declara, ut n. 28. & 29.

20 *Testator semper præsumitur velle præferre illos de genere suo extraneis, & nu. 59.*

21 *Substitutio facta sub conditione, si sine filiis decesserit, expirat, si gravatus relinquat unicam tantum filiam, & n. 22. & 23.*

Licet postea moriatur, sufficit enim, ut per momentum patri supervivat, ad finem ut substitutio evanescat, num. 24.

25 *Substitutio extincta amplius non reviviscit, & numero 27.*

26 *Fæminam facere deficere substitutionem fideicommissariam, ita semper fuit judicatum in hoc Regno, ita quod sit indubia consuetudo judicandi, maxime in eo casu, in quo substitutus non excluderet fæminam ab intestato, n. 27.*

30 *Qualitas masculinitatis pluries repetita censetur, ad finem conservandæ agnationis.*

31 *Recensetur longa series Doctorum scribentium pro nepte.*

33 *Testator eandem charitatem, quam habuit ad filium, eandem habere præsumitur ad neptem, vel nepotem ab eo descendentem.*

34 *Neptis regulariter subingreditur sexum, & gradum patris sui.*

38 *Statutum, quod masculi fæminis præferantur, non omnem successionis casum respicit.*

39 Constitutio In aliquibus *non est inducta ratione agnationis conservandæ, sed propter sexum.*

40 *Statutum excludens fæminas ob masculos non habetur in consideratione, quando tractatur de hæreditate fæminæ.*

41 Constitutio In aliquibus *non habet locum, quando agitur de succedendo matri, nisi aliter consuetudine fuerit interpretatum.*

44 *Neptem esse melioris conditionis, quam propriam filiam non est inconveniens, quando diversa est ratio.*

45 *Radice primitiva infecta, inficitur etiam & derivativa.*

46 *Renunciatio matris non nocet filiis, quando illi ex propria persona veniunt.*

47 *Fæminæ exclusæ propter existentiam masculorum admittuntur ipsis masculis non extantibus, in eodem gradu constitutis.*

48 *Substituti quando sunt vocati per nomina propria, absque masculinitatis expressione, non censetur habita ratio de conservanda agnatione.*

49 *Agnationis conservandæ ratio ex vocatione masculorum procedit in statutis, non in dispositione hominis.*

50 *Agnationis ratio non ex eo sola, quod substitutus sit agnatus arguitur, nisi expresse dicatur.*

51 *Agnationis conservandæ ratio in dubio non est præsumenda.*

52 *Agnationis ratio non potest argui ex eo, quod testator masculos institutos invicem substituit.*

53 *Agnationis ratione non dicitur facta substitutio, quando testator non omnes, sed certos agnatos substituit.*

Præsertim quando substituti poterant hæreditatem consumere, vel eam ad extraneos transferre, n. 54.

55 *Substitutis præmortuis caducatur substitutio, & ad eorum hæredes transire non potest.*

56 *Filia fæmina non excluditur à fideicommisso facto ab ascendente fæmina, etiam si ratio conservandæ agnationis fuerit expressa.*

57 *Substitutio facta in eo tantum casu, quo substituti absque filiis legitimis, & naturalibus decederent, non debet*

DECISIO CXXVII.

VEntilata admodum, & ab omnibus fere Neothericis tractata est quæstio illa, an filia fœmina faciat deficere conditionem fideicommissi, quando testator instituit hæredes masculos, eisque decedentibus absque filiis agnatos substituit, filiab. certam dotem legendo, & nedum inter Doctores antiquos, & modernos maxima fuit in dicto articulo altercatio, verum in diversis Tribunalibus variæ fuerunt prolatæ sententiæ, cum nihil tam in jure nostro difficile sit, atque periculosum, quam testatorum mentem interpretari.

Accidit denuo hic casus in testamento Franciscæ Antoniæ, quæ cum instituisset suos hæredes universales Josephum, & Franciscum Antonium ejus nepotes natos ex Octavio Baglione, testatricis filio, eosque vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum ad invicem substituisset, & si ambo decederent absque filiis legitimis, & naturalibus, eis substituit V. I. D. Berardinum, & Franciscum Mariam Antonios, ejus filiabus jam Monialibus in Monasterio existentibus certum quid annuum relinquens, ita ut aliquid amplius petere non possint.

Casus evenit, quod decessit Franciscus Antonius, unus ex nepotibus institutis absque filiis, eique successit Joseph, qui ex Flaminia Cantelma ejus uxore habuit Deodatam, quæ post paucos menses diem clausit extremum, relicta Flaminia ejus matre, quæ fuit hæres ipsius universalis declarata, & in possessionem immissa.

Institerunt V. I. D. Berardinus, ac filii Francisci Mariæ, declarari facere fuisse factum casum substitutionis, & proinde condemnari facere Flaminiam bonorum hæreditariorum dictæ q. Franciscæ possessricem ad illa relaxandum una cum fructibus, & sic necessarium fuit discutere articulum, an dicta Deodata filia nata ex ipso Josepho, & Flaminia fecerit deficere substitutionem factam in casu, quo omnes hæredes instituti à Francisca decederent absque filiis legitimis, & naturalibus.

Et quidem hæc quæstio ex numero, & qualitate Doctorum, tam pro nepte quam pro substituto scribentium satis difficilis, & intricata redditur, ita ut dixerit *Paul. de Castr. in l. 1. de condit. insertis*, quod nonnulli Doctores in hoc articulo consulere recusaverint, quos ferè omnes recenset *Fusar. de fideicommiss. substit. quæst. 402.* qui pro substitutis, maxime quando est de descendentibus testatoris *numero 15.* septuaginta septem Doctores enumerat, & sexaginta tres pro fœmina, sic etiam *Menoch. cons. 93. numer. 24.* qui pro substituto quinquaginta tres Doctores colligit, & viginti octo pro fœmina, & alios addit *consil. 150. num. 54.* & eum refert, & sequitur *Fachin. controvers. jur. lib. 4. cap. 57.* qui insignem hanc controversiam vocat, & *Covarr. in §. fidei. comm. issum, quæst. 35.* refert pro substituto viginti, & pro nepte undecim Doctores, & propterea dicebatur, pro substitutis magis communem esse opinionem contra neptem, cum majorum Doctorum cumulo sit fulcita, & de communi testatur *Gomez. var. resolut. tom. 1. capit. 5. de substit. numer. 25.* & eam æquiorem, & veriorem appellat *Covarr.* relatis pro utraque parte Doctoribus in *capit. Raynaldus, de testam.* & veriorem esse opinionem pro substituto dixit *Fusar. de quæst. 402. nume 127.* & munitur hæc opinio authoritate *Bart. in l. si. ff. ad Trebell & Paul. de Castr. cons. 40. lib. 2.* latissime etiam contra neptem respondet *Alexand. Trentacinq. consil. 54. vol. 1. Melchior Pelaez de majorat. lib. 2. quæst. 6. numer 22. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 11. tit. 4. Clar. in §. testamentum, quæst. 77* latissime etiam *Merlinus decis. Lucens. 17. Farin. dec. 130. Mandell. cons. 91. vol. Zucca consil. 69 Rimin. consil. 144. Turrett. consil. 96. sub num. 21. vers. secunda est inspectio, Surd. dec. 66.* & alii innumeri, quod eo maxime procedit, ubi adest statutum exclusionis fœminarum, ut late fundat, & Doctores cumulat *Peregrin. de fideicommiss. art. 25. numer. 57. & Alex. Trentacinq. in tract. de substit. cap. 7. numer. 121 Alexand. Galann. consil 43. Gozad. consil. 45. nu. 1. consil. 79. sub nu. & consil. 9. n. 9. Alciat. de præsumpt. reg. 3 præsumpt. 31. nu. 4.* & alii per *Paschal. de var. patr. potest. par. 4. cap. 9. nu. 37.*

Ad quam opinionem fundandam nonnullæ adducuntur rationes, & primò, quia in interpretatione ultimarum voluntatum non est à proprietate verborum recedendum, *l. non aliter, ff. de leg 3. Mant. de conject. ult. vol. lib. 6 tit. 6. numer. 20. Reg. Revit. consil 57. nu. 9. vol. 1.* & in propria verborum significatione appellatione filiorum masculi tantum, & non fœminæ continentur, *Bart. in l. 1. num. 2. ff. de verbor signific.* & illud, quod dicitur, quod masculinum concipit fœmininum, procedit, non ex propria verborum significatione, sed ex juris extensione in favorabilibus, *l. si ita quis*, cum concordantibus *ff. de testam tut.* In dubio autem à proprietate sermonis non est recedendum, *l. si alis, ff. de usufruct. leg. Surd. dec. 6. Menoch. consil. 150. numer. 13. Fachin. d. lib. 4. cap. 57.*

Secundò dicebatur, quod hæc conclusio non potest habere difficultatem, quando ex conjecturis elicitur testatorem voluisse de masculis tantum sentire, inter alias autem conjecturas habemus, quod in Regno adest statutum exclusionis fœminarum stantibus masculis, ut ex *Constit. Regni*, incipiente *In aliquibus*, quo casu intelligitur, testatorem de masculis tantum cogitasse, & ideo fœmina non facit deficere fideicommissum, quia videtur testatorem se conformare velle cum dispositione statuti, *l. conficiuntur, §. si quis eum nullum, ff de jur. codicil. Bart. & Alexand. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. & Peregr. de fideicomm. art. 2. num. 21. Mant. de conject. ult. volunt. d. lib. 6. tit. nu 4. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 80* & alii, *Durand. decis. Rot. Rom. 163. nu. 21.*

Neque obstabit, quod statutum excludit fœminas propter existentiam masculorum, qui sunt in eodem gradu, non autem quando sunt in gradu ulteriori, cum statutum prædictum sit emanatum pro conservanda agnatione, quo casu fœminæ excluduntur, etiam pro-

pter

pret masculos remotiores, ut consideravit *Menoch. d. cons. 150. nu. 41.* & habetur ex *Roman. consil. 16. num. 4. Natt. in tract. quod extant. masc. quæst. 2. in princ. vers. quinta quæra, Molin. de Hispan. primog. lib. 3. capit. 5. num. 59. Durand. ubi sup. n. 7.*

8 Adducebatur etiam & alia conjectura voluntatis testatricis, quia discretive loquutus fuit de masculis, & fœminis, masculos instituendo, fœminis autem aliquid annuum tantum relinquens quo casu fœminam non excludere masculum substitutum, habetur ex *Bald. in l. multis, ff. de statu homin. Menoch. consil. 510. num. 14.* & plenius *consil. 204. num. 45. Fusar. dict. q. 405. num. 115.*

9 Ex quibus & alia insurgebat conjectura, quia testator magis dilexit jam natas, quam nascituras, & remotiores, *l. qui filiabus, ff. de leg. 1.* & propterea si propriam filiam in casu mortis hæredum gravatorum exclusit, vocando agnatos tanto magis censetur exclusisse neptem non natam. & penitus incognitam, *l. si vero mater, C. de bon. matern.* ut post *Jas. Bald. Copoll. Curt. Ruin. Purpurat. Paris. Socin.* & alios concludit *Fusar. dict. quæst. 402. dict. num. 115.* quod satis apertè colligitur ex testamento latino idiomate à Notatio scripto, in quo quando loquutus fuit de fœminis, reliquit ejus filiabus, quando verò sentiit de masculis, dixit filiis, & sic constituit differentiam inter sexum, & sexum. *Menoch. præsumpt. 84. lib. 4. n. 9 Vivius dec. 414. num. 15.*

10 Tertia conjectura dicebatur esse, quia testatrix habuit rationem de agnatione conservanda, quo casu fœminatum non excludere substitutum, fatentur omnes, quos reassumit *Fusar. dict. quæst. 402. numer. 96.* plene etiam *Cephal. consil. 306 num. 15. Peregr. decis. 55. Honded. consil. 57. num. 50. lib. 1.* quæ ratio tam ex 11 expressis, quàm ex tacitis verbis elicitur, *Fusar. quæst. 480. num. 20.* & primò eliciebatur ex verbis institutionis, ubi masculos tantum instituit, eosque ad invicem substituit, fœminis exclusis, quod non potuit alia ratione fieri, nisi ut bona in familia conservarentur. *Menoch. d. consil. 5. num 5* & hoc fatetur *Honded. dict. consil. 57. lib. 1* licet pro nepte scripserit *Surd. consil. 564. num. 4. lib. 4* cum aliis per *Gourb. decis. 52. num. 15.* & per 12 *Fusar. dict. quæst. 402 num. 97* Secundò, quia testatrix ad plures substitutiones gradus processit, *Socin. sen. consil. 150. nu. 4 cum seq lib. 2. Cravett. consil. 326. vol. 2.* & alii per *Menoch. præsumpt. 69 lib. 4. nu. 3. Ann. consil 10. numer. 20* qui in dicto casu dicit, quod cessat *consilium Oldrad. 21.* Tertiò ad hanc conjecturam fundandam ar- 13 guebatur ex perpetua alienationis prohibitione, quia tunc præsumitur, quod testator noluerit, bona transmitti ad extraneos hæredes, ut post *Curt. Craven. Paris.* & alios placuit *Mant. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 6 numer. 6.* & quod dicto casu neptis non concludat substitutum agnatum, habetur ex *Ruina consil. 68. num. 30. vers. præterea, lib. 2. Menoch. dict. consil. 95 nu 89* & aliis per *Gourb. d. decis 21. num 8.*

14 Quarta conjectura considerabatur ex eadem prohibitione alienationis, ex qua fideicommissum induci, nedum in casu alienationis, sed etiam in casu mortis, voluerunt in nonullis casibus *Doctores in l. filius familias §. divi, ff. de legat. 1.* late *Fusar. qu. 685.*

Quinta conjectura resultare dicebatur ex primo testamento, quod dicta Francisca testatrix condidit in anno 1592. ubi instituit hæredes tres filios masculos, quos tunc habebat cum conditione, *ut si sine filiis masculis decederent, succederent proximiores de ejus familia Antonia*, excluso semper fœmineo sexu, quamvis 15 enim per secundum testamentum nullum dicatur primum, attamen ex eo cognoscitur voluntas, & mens testatricis. *l. fin. ff. de reb. eor. qui sub tutel. Rot. Rom. noviss. divers. ab anno 1626. usque ad annum 1630.* & 16 de voluntate testatoria apparere dicitur, quando in alio loco idem, aut quid simile dixerit, *Surd. de aliment. tit. 2. qu. 8. num. 16. Durand. decis 82 num. 17* & pi- 17 clarius ex testamentum sequens, ut in eadem opinione continuare voluisse præsumitur, prout in terminis dixit *Carnen. consil. 275. num. 5. vers. prima quia, apparet, vol. 4. Dec. cons. 515. nu. 2. Ias. cons. 143. lib. 2. Cravett. cons. 113 num. 6. Menoch. cons. 924 num 16.* nam ex 18 antecedentibus arguitur voluntas in sequentibus, *Rot. Rom. divers. par. 1. decis. 679. & decis. 593. numer. 17. in noviss. ab anno 1616* Tandem dicebatur, secundum hanc opinionem pluries ad exclusionem neptis, & in- 19 clusionem substituti fuisse judicatum per Rotam Romanam, ut habetur in *decis. 453. 503. & 507.* relatis per *Farin.* & per *Mantic. in dec. 35.* ubi respondet ad *decis. Seraph.* alia affertur decisio per *Marzar. in eorum. fideicommiss. p. 2. quæst. 21. vers. non amitto,* & per *Durand. dec. 136.* quatuor alias decisiones refert *Fusar. in dict. quæst. 401. num. 15. in fine*, sic etiam in Senatu Mantuano *Surd. decis. 66.* & in Reg. Audientia Barensi *Vivius dec. 413.*

Quod tanto magis dicebatur debere judicari hodie, quia ista neptis erat mortua, & ex ejus persona veniebat Flaminia Cantelma ejus mater penitus extranea, & non est dubitandum, quod testatrix si viveret, & ejus intentionem declarasset, includendo substitutos de ejusdem testatricis familia, excludendo dictam 20 Flaminiam, semper enim præsumitur, testatorem voluisse, præferri illos de genere suo extraneis, *Mant. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 11. numer. 3. Rot. Rom. penes Durand. dec. 98. nu. 4.*

Verum pro parte Flaminiæ Cantelmæ, ad probandum, quod illa substitutio facta per Franciscam Josepho, & Francisco Antonio ejus nepotibus, casu, quo ambo decederent absque filiis legitimis, & naturalibus extincta esset, multa dicebantur, & primò quia statim mortuo Francisco Antonio reciproca substitutio facta 21 inter fratres sortita est suum effectum, ex quo ei successit Joseph, & per mortem Josephi superstite Deo data ejus filia substitutio facta sub conditione filiorum capitavit, *l. filiusfamilias, §. cum quis regatur, ff. de leg. 1 l. ex facto, § si quis autem ff. ad Trebell. Oldrad* in famigerato *cons. 21. Castrens. cons. 97. numer. 3. vol 2 Alex. cons. 20. nu. 2 & consil 3. vol. 2. Sfarz. Odd. de compend. substit. par. 6 q. 2. Mart. de claus. par. 3. claus. 80 num 2. & de success. legal. tom. par. 4. num 1* quod procedit, quamvis filius postea decedat absque filiis, *Reg. Ravit. in consil. 24 num. 1 vol. 1* ex regula *text. in l. usufructus. C. quando dies leg. ced. l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. l. 1. C. de condit. insert. l. hæredi. ff. ad Trebel.* & hoc etiam voluit *Oldr. d. cons. 21.* & de communi opinione, tam in judicando, quàm in consulendo testatur *Menoch. d. præs. 69. lib. 4. Thes. decis. 96. nu. 3 & decis. 248. Peregr. art. 29. nu 22.* & alii allegati per *d. Rovit. d. cons. 24*

22 Quod etiam procedit, quando non plures, sed unus superesset tempore mortis gravati, nam quamvis substitutio facta sit sub conditione, *si sine filiis decesserit*, attamen capitat, quamvis unus tantum esset superstis, *l. pater severinum, §. fin. ff. de cond. & demonstr. l. 1. C. de cond. insert. l. cum uxori, ubi glo. Accurs. C. quando dies leg. ced. Bart. in l. si servus, §. si plurium servorum, ff. si quis caut. Tiraq. de revocand. don. 11. in vers. susceperit liberos, num. 541. Pedroch. cons. nu. 101. vol. 1. Honded. cons. 57. num. 25. lib. 1. nu. Vinc. de Ann. alleg. 137. num. 17.* & alii per *Caprial de success. ab intest. lib. 1. num. 395. Ann. Robert. rer. judicat. cap. 2. col. 5. Alexand. de Novo cons. 97. nu. 5. Gabr. cons. 111. num. 8. Nicol. Vall. de reb. dub. tract. 14. nu. 2. Alex. cons. 11. num. 1. vol. 1. Decius* 23 *cons. 376. num. 1.* Quod quidem procedit, etiam si unicam tantum filiam reliquisset, prout est *text.* expressus in *l. non est sine liberis 248. ff. de verb. signif.* cujus propria verba sunt, *Non est sine liberis, cui vel unus filius, unave filia est, l. si filii appellatione, l. justa & l. quisquis, ff. eod. tit. de verbar. signific. Galganett. de*

cendit.

condit. & demonstrat. part. 1. cap. 13. num. 7. Elbertus Leonin. consil. 98. num. 3. centur. 1. ex quibus dicebatur, quod cum per existentiam illius filiæ extincta, ac in totum sublata sit substitutio, nihil refert, quod Deodata per paucos menses patri supervixerit, quia amplius reviviscere non potest, sufficit enim ut filius, 24 vel filia per momentum patri supervixerit, & statim mortuus fuerit, ad finem; ut substitutio evanescat, ut per *Bald. in l. sed si quis, C. de secund. nupt.* post *Oldrad. in d. consil. 21. Franc. de Barry de success. lib. 17. tit. de condit. si sine liberis decesserit, Anell. Amat. cons. 61. num. 14. Fusar. de fideic. substit. q. 450. nu. 1. Ioann. Vinc. de Ann. alleg. 137.* ubi *Anna plura in additionibus* nonnullos cumulat, *Brunorus à Sole in compendio resolutionum propositionum jur. verb. substitutio facta si sit alicui, pag. 89. Rot. Rom. apud Farinac. dec. 486. num. 1. tom. 1. Camil. de Laratha cons. 77. num. 28. Ludovic. Casanate* 25 *consil. 4. num. 7.* ubi innumeros colligit, & quod extincta non reviviscat, est etiam *text. in l. cum uxori, C. quando dies leg. ced.* cujus verba sunt: *cum uxori ususfructus fundi legetur, & ejus proprietas sine liberos habuerit, nata filia statim proprietatis legati dies cedit, nec quicquam abest, si ea decedat.*

Solum ergo remanebat decidendus articulus, et in casu, de quo agebatur Deodata tanquam fœmina fecerit deficere fideicommissariam substitutionem factam in beneficium prædictorum D. Bernardini, & aliorum de Antonio, in qua quidem quæstione, nedum inter Doctores fuit maxima altercatio, ut supra in principio diximus, sed etiam Collegia, & Rotæ, ut advertit *Thesaur. dec. 188.* & post ipsum *Franch. decis. 588.* 26 in diversas ivere sententias, verum in hoc Regno semper fuit judicatum pro nepte, & ideo inducta est consuetudo, ita judicandi, ut testatur *Franch. jud. decis. 588.* & alia decisione S. C. testatur *Reg. Revertus in cons. 26.* de qua decisione etiam mentionem facit *Molfes. ad Consuet. Neapol. p. 4. quæst. 32. sub num 18. in fin.* de alia etiam decisione meminit *Minadous in Consilio. Regni In aliquibus, in tertia notabili,* quæ fuit facta per Regiam Cameram, facta etiam relatione in Collaterali Consilio, quamvis in aliis parte testamenti fuerit facta mentio de masculis, & nedum in S. C. Neapol. sed in omnibus fere Tribunalibus, ut in Rota Romana per *Seraph. in dec. 880. & in dec. 1216.* ubi nonnullas pro hac opinione refert decisiones, & in *Rot. Rom. in noviss. decis. 790.* & iterum *Rota in recentioribus decis. 36. numer. 1. par 1.* & apud *Gregor. XV. decis. 314. num. 1. Mant. decis. 305.* & late in *Florentina de Guiduccis 21. Februarii. & 21. Iunii 1628. coram Reverendo Domino Dunozzetto, & in novissimis ab anno 1636. usque ad annum 1630. decis. 317.* hoc idem etiam per Rotam Romanam fuisse judicatum, habetur ex *Gratian. discept. forens. c. 419. nu. 11. tom. 3.* plures alias Rotæ Romanæ decisiones affert *Galganett. de condit. & demonstr. par. 1. cap. 13. num. 12.* & aliam *Cavalerius dec. 573.* pro hac etiam opinione fuit decisum in Rota Bononiæ, ut per *Barz. decis. 11. in fin.* maxime in eo casu, quando substitutus non excluderet neptem ab intestato, in 27 Rota Florentina, ut per *Marzar. in consil. 8.* quam refert, & sequitur *Mart. vot. 71.* ubi plene contrariis respondet, & ipse testatur, sic suum votum dedisse Pisis, in quo est notandum, quod licet Collegium Florentinum aliter consuluisset, ut per *Gabr. commun. opin. conclus. 2. tit. de substit. num. 1.* tamen Rota pro nepte judicavit, idem etiam pro hac opinione judicasse Rotam Pedemontanam refert *Thesaur. in dict. decis. 188.* ubi etiam contrariis respondet, in Rota Lucensi *Magonius decis. 7.* in Rota Perusina *Ambrosinus decis. 15.* in Regno Siciliæ *Giurba* latissime *decis. 31.* plures alias decisiones ad favorem neptis refert *Ioannes Baptista de Sancto Severino in l. generaliter, §. cum autem, ff. de institut. & substit.*

Nec prædictis decisionibus videbatur potuisse ob-28 stare decisiones relatas per *Mant. decis. 351.* loquuntur enim in casu, quo substitutus est de descendentibus testatoris, & ubi fideicommissum fuit factum ratione agnationis conservandæ, quod non militat in casu præsenti, ut infra fundabimus, immò idem *Mant. sub num. 8.* quando non adsunt similes conjecturæ contrarium tenet, dum dicit, *non obstat decisio Seraphini de anno 1589. confirmata in gradu appellationis, quia in illo casu ex verbis testamenti habita fuit ratio conservandæ agnationis;* & sic procedere ait, alias decisiones coram Dominis Blanchetto, & Lauretano. Sic etiam neque contradicit *Surd.* ubi casus non fuit decisus, sed causa transactione sopita, & tamen se fundat in eisdem conjecturis, nempe quod substituti erant descendentes testatoris, & quod fuerat habita ratio conservandæ agnationis, & ideo quando de voluntate testatoris non constat, contrarium pro nepte concludit, & pluries contra *Surdum* fuisse decisum refert *Mart. de success. leg. par. 1. quæst. art. 2. in fin.*

29 Decisiones Rotæ Romanæ relatæ per *Farinac. decis. 483. 503. & 507.* loquuntur in eodemmet casu, quando ex verbis testatoris colligitur ratio conservandæ agnationis, quod præsertim apparet in *d. dec. 483.* ubi erant substituti filii masculi supervenientes, 30 pluries mentionem faciendo de ista qualitate masculinitatis, quæ qualitates masculinitatis toties repetitæ censentur, ad finem conservandæ agnationis, & in *decis. 503.* substitutus erat de descendentibus testatoris, & aderat etiam favor agnationis, voluit etiam testator, quod tota & integra ejus hæreditas pleno jure devolveretur ad Cippum domus, & sic etiam in *decis. 507.* dixit testator, substitutionem facere pro manutentione Cippi, Domus, & Familiæ, immò dicta *decisio* potius, ubi prædicta cessarent, pro nepte facit, dum plures ejusdem Rotæ Romanæ ad beneficium neptis afferuntur decisiones, sic etiam *decisio Rotæ Romanæ Cesenaten. fideicommissi sub die 24. Ianuarii 1628.* relata per *Durand. decis. 126.* loquitur, quando ex evidentissimis conjecturis constabat, testatorem de filiis masculis intellexisse, & ratione agnationis conservandæ, ut erant clarissima verba testatoris, dum dedit rationem, quia illius mens & voluntas fuit, ne bona exeant de domo ipsius testatoris, sed debeant conservari in domo, & familia sua masculina, & in defectum familiæ masculinæ in fœminis.

31 Et ideo pro nepte contra patruum scripserunt Doctores longa serie congesti per *Peregrin. Fachin. Fusar. Menoch.* & alios in *locis* supra allegatis, & per *Bald. & Salyc. in l. cum acutissimi, C. de fideic. Reg. Rovit. d. cons. 57. & 76. Paschal. de virib. patr. potestat. par. 4. d. cap. 9.* per *Giurb. d. dec. 32. & Thesaur. d. dec. 138. Curt. sen. cons. 63. Socin. cons. 227. Alciat. in l. Herennius, nu. 4. ff. de verb. signif. Anan. cons. 22. Iacobin. Rimin. cons. 353. Bologn. cons. 51. inter cons. Alex. 4. volum.* copiose *Virg. de Sylvestr. in cons. 134. inter consilia Rimin. Paris. cons. 41. vol. 3.* ubi de veriori & magis communi testatur, *Bertaz. cons. civil. 96. num. 13. Polyd. Ripa singul. observ. 78. num. 8. Marescott. variar. resolut. lib. 3. cap. 11. & 12. Pacian. consil. 17. Vivius dec. 114. Ludovic. Casanate* latissime *cons. 4. & 6. Caprol. de success. lib. 1. ex num. 404. Carolus Bardellon. cons. 80. num. 11. & 44. Ioseph. Ramon. cons. 100. n. 407. Falganett. de condit. & demonstrat. d. cap. 21. num. 10. Burg. de Paz cons. 39. num. 81. Molin. de Hisp. primog. lib. 3. cap. 5. numer. 52. Apostill. ad Alex. consil. 38. lib. 6. Molfes. ad Comment. Consuet. Neapol. par 4. d. quæst. 32. num. 18. Thor. in compend. dec. lib. in verb. neptis, Mant. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 13. num. 8.* & plenissime *Cardina. Tuschus tom. 7. lit. S. conclus. 844. & 845. Clarus in §. testamentum, quæst. 77. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 32. Decian. cons. 1. vol. 1. Bursat. cons. 157. numer. 40. volu. 2. cons. 300.*

vol.3.& consil.86. vol.1.num.6. Sfort.Odd. cons. 46. ex num. 63. Achill.Pedroch.consil.5. Petr. August. consil. 64.lib.6.Paul. de Monsepto consil.69. Cravet cons. 17. vol.1.Peregrin. cons.70.vol.3.Simon de Prat.de interpret. ultim.vol.lib.3.solut.2.quæst.8.num.24.& cons.31.& 90. cent.1.Pinell.in l.3.nu.17.C.de bon.mater.Zas.de substit. cap fin.vers.ex prædictis, Forster.de success. lib.3 cap.13. ex tem.4 num.8.Curt.sen. qui de alia decisione Collegii Avenionensis testatur cons.44. sub numer. 19. Menoch. qui sibi ipsi contradicit cons.1195.nu.7.vol.12. Hieron. Gabr. consil. 88. & 100. vol. 2. Hontad. cons. 57.& 71. Ceph. cons.306.vol.3.& consil. 484.& 752. volum.5. Fab. Turrett. cons. 96.vol.2.Veggens consil.66. Oddus de compendios. substit. par.6.art.4.nu.9.Torniola cons.11.n.14. Intrigl. de substit. cent.3.quæst.58.nu.22. Franc. de Barry de success. lib. 17. tit. de condit. si sine lib. decess. au. 20. Mart. decis.65.nu.28. Merlin. decis Lucens.97.n.25. Pupon. cons. 46. Paulus Æmilius Gallus de success. ab intest. cum. 4. except. 27. section. 45.par.2.n.99.

32 Cujus opinionis multæ afferuntur rationes, & primò, quia ex justa interpretatione legis, appellatione filiorum venit filia, quando testator aliud non expressit, d. l. justa, ff. de verbor. signif. l. cum avus ff. de cond. & demonstr. d. l. cum acutissimi, C. de fideicom. ubi omnes ferè Doctores, & est etiam text. in l. si quis ita, ff. de testam. tutel.

33 Alia etiam traditur ratio à Bald. in d. l. cum acutissimi, num. 5. vers. quare si pater, C. de fideicomm. communiter sequuto, & eum refert Pasian. d. consil. 17. nu. 8. quia eandem charitatem, quam testator habuit ad filium, eandem habere præsumitur ad neptem, vel nepotem ab eo descendentem.

34 Tertia ratio affertur, quia neptis subingreditur regulariter sexum, & gradum patris sui, Auth ut fratrum filii, §. si igitur defunctus. de hæredit. quæ ab intest. defer. Purpur. cons. 310. num. 10. lib. 1. Manc. cons 1. nu. 43. Mart. vot. 162. numer. 8. & quod non solum subtineat gradum, sed etiam sexum patris, voluit Natod. in Consuetud. Sed si morienti, numer. 273. & in Consuet. Si moriatur, num 102. & in ex dispositione text. in l. Gallus, §. nunc de lege Velleia, ff. de lib. & posth. Minad. in Constit. Regni. In aliquibus, in 3. notabili, nu. 84. vers. nunc videndum, Reg. Rovit cons. 74 & Ego in decis. 4. nu 12.

35 Nec ea, quæ in contrarium fuerunt considerata videbantur obstare, & primo, quod in propria significatione masculinum non concipit fœmininum, cùm verius sit, quod appellatione filiorum, vel liberorum, etiam ex justa interpretatione filia fœmina contineatur, ut supra diximus, quod probatur etiam ex dispositione text. in d. l. non est sine liberis, & in l. filii appellatione, l. justa, & l. quisquis, ff. de verb. signific. fundavimus, maximè in ultimis voluntatibus in favorabilibus, l. qui duos, l. servis, in princ l. Lucius. §. quæsitum, ff. de leg 3. l. si quis ita, ff. de testam. tutel. Bart. l. Plautius, ff. de aur. & argent. leg. Ias. in l. si quis id, quod, ff. de jurisdict. omn. iudic. Menoch. lib. 4. præsumpt. 84 num. 4. Rosenth de feudis cap. 7. conclus. 36. nu. 6. Christoph. Torniol. cons. 11. nu. 6. Merlin. decis. Lucens. 97. Giurb decis. Sicil 31. num. 13. & 18. Marescott. variar. resol. cap. 49. lib. 2. nu. 9. Ludovic. decis. 514. Simon de Prat. de interpr. ulc. volunt. lib. 3 dubit. 3. solut. 2. quæst. 8. ubi Doctores pro utraque parte refert, & de communi testatur, Peregrin. de fideicomm. art. 25. numer. 3. & 23. Vivius lib. 3. decis. 414. Ioannes Baptista Costa cons. 14. nu. 24. Mart. de success. legal par. 1. q. 2. art. 2. numer 22. & cons. 70. & 71 Franch. d. dec. 586. Pasian. d. cons. 17.

36 Ad secundum vero objectum respondebatur, quod quamvis vera sit conclusio, quod ex conjecturis aliquando appellatione filiorum non veniunt fœminæ, tamen debent esse non leves, sed evidentes, & manifestæ, ex quibus clarissime appareat testatorem de masculis tantum sensisse, Mant. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 5. Cephal. cons. 46 numer. 10. lib. 4. immo debent esse conjecturæ vehementissimæ, Decian. cons. 1. num. 45. Giurb. d. decis. 32. sub numer. 20. Marescott. d. lib. 1. variar. resol. cap. 49. nu. 10. Fusar. d. q. 402. num. 123.

37 Nec erit in consideratione, quia sumus in Regno, in quo viget Constitut. In aliquibus, per quam fœminæ stantibus masculis a successione excluduntur, cum qua testatrix conformare voluisse censetur, l. hæredes mei, §. cum ita, ubi Bart. & alii, ff. ad Trebell. cum aliis notatis per Fusar. d. quæst. 402. num. 47. & quæst. 484. num. 17. quia per dictam Constitutionem fœmina non est semper exclusa, sed tunc demum, quando extarent masculi, qui essent in pari gradu, secus autem quando fœminæ sunt in gradu proximiori, ut habetur per Minad. in d. Constitut. in 3. notab. numer. 21. & ideo non potest vere dici exclusa, sed tantum successio per existentiam masculorum suspensa, & propterea cessantibus masculis ipsa ad successionem admittitur, Bald. in cap. 2. §. præterea, Episcopum, vel Abbatem, in usib. feud. Dec. cons. 87. & cons. 309. num. 4. Molin. de primog. Hispan. lib. . cap. 6. numer. 22. ubi de communi testatur, latissime etiam Michael ab Agntr. de success. Regni Portugalli. par. 2. num. 57. fol. 35. Fabius de Anna cons. 53. num. 40. cum seqq. Ostasch. dec. 23. sub num. 35. & hoc casu præfertur masculus, non propter agnationem, sed ratione sexus, Gabriel Pereira dec. Lusit. 56. num. 3. Reg. Rovit. d. cons 57. num 15. late etiam Mart. de success. legal. part. 1. quæst. 13. art. 9. num. 51. Lavar. consil. 65. num. 151. Decian. cons. 43. num. 9. cum seq. Burdellon. cons. 81. numer. 24. & sic cum fœminæ non sint perpetuo exclusæ, sed tantum masculis existentibus, & eatenus excluduntur, quatenus sunt in eodem gradu, non videtur habita ratio agnationis conservandæ, Minad. post Affl. in d. 3. notab. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 5. num. 37.

38 Quod etiam fundatur, quia statuta, quod masculi fœminis præferantur, non omnem successionis casum respiciunt, sed quod inter nepotes, pronepotes, cæterosque descendentes, in pari gradu existentes proximiores masculis remotioribus præferantur, Didac. Spin. in specul. testam. glo. 17. nu. 9. Peregr. de fideicomm. art. 17. nu. 1. 12. & 13 Gaspar. Ant. Thesaur. quæst. forens. lib. 2 quæst. 12 num. 57. Albert. Brun. de statut. exclud. fœmin. propter masc. q. 14. art. 12. Alex. cons. 204. num. 16. lib. 2 Burg. de Paz. in proœm. ad ll. Tauri, nu. 121. Ant. Gomez in l. 40. Tauri, num. 66. Greg. Lopez in l. tit. 3. par. 6. glo. mugeres, Molina de Hispan. primog. 39 lib. 3. cap. 4. num. 9. & cap. 51. numer. 71. & quod non ratione agnationis conservandæ, sed propter sexum sit inducta Constitutio, fundat novissime Ioan. Bapt. Hodier. in repetit. l. hac edictali, quæst. 12. numer. 9. ubi ex communi DD. schola probat, fœminam ob existentiam masculorum exclusam quamvis dotatam, si vivo patre masculi moriantur, reintegrari, & ab agnatis non excludi, Ioannes Franc. de Leonard. de variis juris decisionibus c. 22. Marc. cons. 136. sub numer. 23. vers. redditur indubitatum, quod etiam tradit Minad. in dict. Constit. In 3. notab. num. 65. & propterea nulla de prædictis conjecturis fuit habita ratio in decisionibus S. C. supra relatis, & præcipuè per Franch. d. decis. 586.

40 Quibus & alia consideratio in præsenti casu addi poterat, quia cùm tractetur de hæreditate fœminæ, statutum fœminas ob masculos excludens non est in consideratione, Surd. decis. 90. & propriè in hæreditate matris comprobat Mart. de success. legal. part. 3. quæst. 6. art. 5. ubi idem dicit procedere in hæreditate sororia, quicquid dicerit Gratian. discept. forens. cap. 449. & quod non habeat locum Constitutio, quando agitur de succedendo patri, nisi aliter consuetudine fuerit interpretatum, probat Affl. dec. 178. ubi etiam Ursill. nu. 1.

Alia verò conjectura, quod testator discretive loquutus

42 loquutus fuerit de masculis, & fœminis, masculos instituendo, fœminis tantum exiguum quid annuum relinquens, ex facto rejiciebatur; erant enim fœminæ Moniales, & tempore ingressus, & earum professionis congruam dotem solitam dari Monasterio habuerunt, & ideo maxima cum ratione eas ab hæreditate exclusit, quare cum ratio, qua testatrix mota fuit ad proprias filias excludendum, cessabat in pronepte ex nepote gravato, concludendum erat, voluntatis argumentum ad ipsius pronepotis exclusionem sumi non posse, *Alexand. consil. 33. num. 18 lib. 4. Curt. sen. consil. 44. num. 27. Paris. cons. 41. nu. 36. lib. 1. Roland. Cavagnol. dec. consultiva 49. num. 46. lib. 1. Peregrin.* in propriis terminis *d. art. 25. num. 34. Fasar. d. quæst. 402. num. 26. Carav. ad consil. Dec. 14. num. 11. Marescott. d. lib. 2. variar. resol. cap. 49. num. 11.* Ex quibus tollitur

43 etiam alia consideratio, quia potius diligere præsumitur filias jam natas, quam pronepotem nasciturum, ad hoc ut ne melioris conditionis sit remotior, quam proximior, ad text. *in l. si viva matre, C. de bon. mater. glo. & Jas. in l. credit, ff. de non. oper. nunc. Ludov. Casanat. consil. 37. num. 15.* quia ultra, quod dicta conjectura satis est levis, ideo parvi facienda, *Corn. consil. 202. volum. 3. Alciat. præs. 32. reg. 3. nu. 4.* & levissimam appellavit hanc conjecturam, & nil concludentem, & magis communiter impugnatam *Cephal. consil. 46. num. 35. volum. 1. Pacian. d. consil. 17. num. 27.* & propterea ista conjectura passim à DD. reprobatur, *Mant. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 14. vers. sed tamen, Peregr. de fideicomm. d. art. 25. num. 10. vers. verum opinio hæc, Gabriel. consil. 97. num. 1. lib. 1. & consil. 100. num. 19. lib. 2. Gozad. cons. 39 Roman. consil. 93. num. 16.* ex quibus passim de ea in Supremis Tribunalibus nulla fuit habita ratio, ut per *Seraph. dec. 880. numer. 2. & decis. 1216. Ludov. dec. 314.* & in aliis decisionibus supra relatis, tanto magis ista levissima conjectura erat parvi facienda in casu, de quo agebatur, in quo exclusio filiarum erat regulata, quia erant Moniales professæ, ut supra notavimus, & ideo nullo modo posset ista pronepotis à successione, & hæreditate patria excludi, *Alciat. consil. 71. Bursat. consil. 300. numer. 54. vol. 3. Pacian. d. consil. 17.* sed exclusio erit restringenda ad filias expressim exclusas in concursu Francisci, & Josephi testatricis hæredum, *Decian. d. respons. 1. num. 185. vers. primò, quod, lib. 2.* non autem in concursu substitutorum cum Deodata pronepte, *Socin. sen. consil. 207. lib. 1. Albert. Brun. in tract. quod extantib. mascul. art. 6. num. 109.*

44 Nec est inconveniens, quod neptis melioris conditionis sit, quam propria filia, quando diversa est ratio, *Alex. consil. 38. perspectis his, lib. 6. numer. 10. in fine, Paris. cons. 41. lib. 3. Gabr. conclus. 6 nu. 11. de fideicomm. Pacian. d. cons. 17. num. 41. Cephal. consil. 46. nu. 28. vol. 1.* Posset tamen hæc conjectura aliquid operari, quando ista pronepotis descenderet ex filia exclusa à suc-

45 cessione, cum exclusio illius ad eorum descendentes extendi posset, ex regula, quia infecta primitiva, inficitur etiam derivativa, *Bald. in l. fin. in fin. C. de verb. signif. & in cap. 1. §. & quia, de his, qui feud. dare poss. & in auth. quas actiones, C. de sacros. Eccles. Affl. in Const. Regni in aliquibus, num. 13. in fin. & 14. & dec. 96. n. 3.* licet non semper hoc sit verum, cum aliquando filii

46 veniant ex propria persona, quamvis mater per renunciationem sit exclusa, ut latè diximus in *dec. 4.*

47 quando autem esset exclusa propter existentiam masculorum, tunc masculis non existentibus, in æquali gradu constitutis, ipsæ fœminæ admittuntur, *Molin.* qui alios refert *de primog. Hispan. d. lib. 3. c. num. 7. Surd. consil. 316. nu. 15. Alexand. Raudens. de analog. lib. 5. c. 15. nu. 290. Bald. in l. maximum vitium, C. de lib. præterit. & in l. in substitutione, ff. de vulgar. & pupill.* latissime *Fusar. in dict. quæst. 402. nu. 65. Vegg. cons. 6. Marescott. variar. resol. d. c. 49 nu. 11. Pacian. d. cons. 17. & Mart. de success. legal. d. p. 1. quæst. art. 2. num. 24. Lanar. cons. 1. numer. 35.* & hac ratione neptis patruum excludit, latè *Ioann. Franciscus de Ponte de potest. Prorog. tit. de success. mulier. §. 1. ex nu. 26 Gras ascept. forens. cap. 113. nu. 85.* & hæc prælatio, quæ datur masculis, nedum procedit, quando sunt in æquali gradu, sed in eadem linea, *Didac. Spin. in speculo testam. glo. 19. nu. 89. Thesaur. quæst. for. lib. 2. quæst. 12. Brun. de stat. exclud. fœmin. propter mascul. quæst. 12. art. 14. Molin. de Hispan. primog. d. lib. 3. cap. 4. num. 9.*

Ad tertiam vero conjecturam, quod testatrix habuit rationem de agnatione conservanda, in facto etiam negabatur, cum ex testamento nedum elici non possit, sed potius contrarium suadetur, non enim substituti per nomina collectiva sunt vocati, ut agna-

48 ti, propinqui, vel consanguinei, & hujusmodi, sed per nomina propria, absque masculinitatis expressione, quo casu nullam habuisse rationem de agnatione conservanda, dixerunt *Simon de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib 3. dubit. 3. solut. 1. num. 3. & 28. cum seq.* & communem dixit *consil. 91. lib. 1. Bardell. d. cons. 81. nu. 35. Ursell. consuetud. legal. 81.* & id, quod dicitur, quod

49 ex vocatione masculorum censeatur considerata ratio conservandæ agnationis, procedit in statutis, non autem in dispositione hominis, *Grat. cons. 3. numer. 18. lib. 1. Par. cons. 41. num. 83. lib. 3. Corn. in l. 1. C. de condit. insert. num. 20. Bardell. d. cons. 81. num. 36.* qui alios refert, nam in hominis dispositione non est verum, vocationem masculorum agnationis rationem probare, prout de magis communi testantur *Rastic. in tract. an filii in condit. posit. lib 1. cap. 2. nu. 34. Menoch. præs. 77. nu. 29. lib. 4. & cons. 85. num. 88. & cons. 327. nu. 10. Burgn. Cavalc. dec. 5. num 56. par. 3. Put. dec. 274. num. 6 lib. 3. Simon. de Prat. consil. 167. nu. 45. Casanat. cons. 4. nu. 234. & consil. 38. num. 92.* non enim ex eo solo, quod sub-

50 stitutus sit agnatus, agnationis ratio arguitur, nisi expressè dicatur, aliàs enim non militat, nisi quoad personas expressas, neque extenditur ad exclusionem aliarum personarum, *Dec. consil. 512. num. 6. Seraph. decis. Rot. Rom. 1486. numer. 16. Farinac. dec. 282. part. 1. tom. 1. num. 4. Mantic. de conject. ultim. vol. lib. 11. tit. 14. num. 7. Rot. Avenionens. dec. 151. num. 14. Ambr. dec. 10. num. 22. Gamb. d. dec. 32. nu. 28. Bardell. d. cons. 81. nu. 34. Vivian. d. dec. 414. lib 3. num. 18. Fusar. quæst. 449. num. 1.* & est doctrina *Bart. in l. librorum, num. 22. in fine, ff. de verb. signif. Bald. in l. si defunctus, C. de suis, & legit. Alexand. in l. si constante, ff. solut. matrim. num. 5.* immo

51 in dubio ratio conservandæ agnationis non est præsumenda, *Ludov. dec. 164. num. 12.*

52 Nec ratio conservandæ agnationis argui potest ex eo, quod testatrix masculos institutos invicem substituit, ut probaverunt *Beroas consil. 115. num. 21. vol. 2. Paris. consil. 41. nu. 7. vol. 3. Gabr. cons. 100. nu. 34. lib. 1. Cephal. consil. 46. num. 27. & 47. Surd. consil. 329. numer. 10. lib. 3. Rota Roman. par. 1. recentiorum dec. 667. numer. 10.*

53 Sed nedum ex testamento ista ratio agnationis elicitur, sed potius contrarium, & primò, quia non omnes, sed certos agnatos substituit, *Cart. jur. consil. 49. nu. 7. Gabr. consil. 97. nu. 74. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. d. art. 25. num. 27. Ludov. d. dec. 464. num. 17. Fasar. d. q. 489. num. 2.*

Secundò, quia substitutio fuit facta in casu, quo hæredes instituti decederent in beneficium Francisci Antonii, & Josephi de Antonio tantum, filios autem eorum propriis parentibus non substituit, & sic præ-

54 dicti substituti poterant hæreditatem consumere, vel eam ad extraneos transferre, quo casu testatricem non habuisse talem intentionem, affirmant *Gabr. d. consil. 100. num. 35. lib. 2. Socin. jun. cons. 26. n. 11. Honded. d. consil. 57. num. 66. lib. 1. Cephal. cons. 46. numer. 27. lib. 1.* & fuit decisum in dicta *decis. Rot. Rom. de Grundaciis sub die 21. Februarii 1628. Rota in recentioribus d. dec.*

657. num. 10. Ludov. d. dec. 464. num. 17. quod etiam 55 poterit fundari ratione, quia possibile erat ut præmorientibus dictis substitutis, substitutio fieret caduca, cùm ad eorum hæredes transire non posset, l. cum filius familias, ff de legat. 2. l. totius, ff. de acquir. hered. l. unica. §. pro autem sub conditione. C. de caducis tollend. Magon. decis. Luc. 82. num. 17. Iacob. Gall. latè consil. 24. Marant. cons. 8. num. 6. Rota dec. 782. p. 1. divers. & Capuaquens. dec. 21. par. 1. Immo plus, nam etiam si testatrix rationem conservandæ agnationis in 56 hoc casu expressisset, adhuc ista proneptis non esset à successione exclusa, fuit enim fideicommissum factum ab ascendente fœmina, ut notavit Mart. de success. legal d. part. 1. quæst. 6. art. 5. quæ instituit hæredes nepotes ex filio, eisque absque filiis decedentibus substituit prædictos de Annonio, & proinde censeri debet prius propriam familiam, & agnationem sobolis à se susceptæ, usque ad gradum limitatum contemplasse, cùm 57 ergo substitutio fuerit facta in eo tantum casu, quo ambobusque filiis legitimis, & naturalibus decederent, non debet gradus, & casus à testatrice limitatos egredi, l. qua conditio, ff. de condit. & demonstrat. Dec. consil. 636. numer. 12. Molin. de lib. 3. de Hisp. primogen. cap. 5. num. 18. Rund. de Analog. d. cap. 15. nu. 350. Avendan. in l. 40. Tauri, glo. 9. num. 51. Cafanat. d. cons. 4. num. 230. & sic dato millies, quod esset contemplata familia testatricis de Annonio, hoc non potest considerari, nisi in casu, quo ambo hæredes instituti decederent absque filiis, prout dictant verba testamenti, & in eum casum, quo Annonii succederent, non autem 58 ad exclusionem propriæ sobolis, quod procederet, quamvis adesset expressa ratio conservationis familiæ, vel agnationis in perpetuum, nam non intelligeretur, nisi in casibus expressis tantum, Alex. in cons. 139. nu. 3. vol. 6. Molfes. ad Consuet. Neapol. par. 4. de success. 59 ab intest. quæst. 32. num. 24. tom. 1. qui alios refert, censetur enim, testatricem magis propriam sobolem dilexisse, l. cum avus, ubi Socin. numer. 37. ff. de condit. & demonstr. dict. l. cum acutissimi, & ibi glos. communiter recepta, Peregrin. de fideic. dict. art. 2. numer. 19. Marescott. dict. lib. secundo var. capit. 49. numero 21.

Nec prædictis obstabit distinctio inter substitutum agnatum, & extraneos, & quod quando agitur de sub-60 stitutis & agnatis, neptis appellatione filiorum, non contineatur, quando vero de extraneis, sic, de qua per Crass. de success. §. fideicommissum, quæst. 35. sub num. 4. vers. contrariam vero partem Surd. consil. 594. sub num. 5. vers. non ignoro, quia dicta distinctio procedere posset, quando agnatus excluderet neptem ab intestato, Socin. cons. 55. vol. 3. Cepall. cons. et vol. 49. Pacian. d. cons. 57. num. 12. Hondod. consil. 57. num. 1. in fine, lib. 1.

61 Quibus adstipulatur, quod unus ex substitutis erat Clericus, per quem nullo modo conservari poterat familia, neque agnatio, sicuti è contrario per eorum exclusionem ratio conservandæ agnationis arguitur, Menoch. consil. 728. nu. 75. & cons. 1117. n. 27. & præsumpt. 69 lib. 4. nu. 10. Fusar. d. q. 499. n. 26.

62 Rejiciebatur etiam quarta conjectura de prohibitione alienationis tanquam non vestita à causa, quæ propterea in vim simplicis consilii resolvitur, Gaspar. Anton. Thesaur. lib. 3. quæst. forens. qu. 117. num. 2. latè Petr. Ant. à Petra de fideicomm. quæst. 5. Gratian. discept. forens. cap. 280. nu. 3. Paul. Æmil. Gall. de success. par. 2. except. 17. num. 9. Camill. de Laratha cons. 76. n. 7. Rot. Rom. apud Farinac. tom. 1. dec. 316. Thor. in compend. dec. tom. 2. in verbo fideicommissum simplex, & absolu-63 tum, latè Fusar. q. 685. num. 17. & quando esset vestita hæc prohibitio à causa, si non esset expressa ratio conservandæ agnationis, induceretur fideicommissum in casu alienationis tantum, non autem successionis, l. cum pater, §. cum inter, ff. de leg. 2. l. pater filium, §. Intus Agrippa, ff. de leg. 3. glos. & Bart. in l. peto ff. de leg. 2. Fusar. latissimè de fideicom. quæst. 711. Mart. de success. legal. part. 4. quæst. 22. art. 8. nu. 7. nec ista prohibitio operari potest, nisi quatenus fideicommissum subsistat, statim ergo quod per existentiam Deodatæ filiæ substitutio evanuit, cessat etiam & alienationis prohibitio, Decius consil. 635. n. 11. cum enim prohibitio sit 64 odiosa, non extenditur, nisi ad casus expressos, & proinde illa facta filiis, non extenditur ad nepotes, gl. in §. nos igitur, in Auth. de restit. fideicomm. Bart. in l. filiusfamilias §. divi, ff. de legat. 1. Alexand. cons. 56. lib. 5. Decius d. cons. 635. nu. 11. & cons. 637. n. 11.

Sic etiam nullius erit momenti conjectura desumpta ex primo testamento revocato, quia ex illo testa-65 tricis voluntas non interpretatur, nam cum per secundum testamentum primum sit revocatum, non potest ex eo declarari, neque suppleri, Cur. jun. d. cons. 163. num. 14. lib. 2. ubi de communi testatur, Gabr. d. cons. 97. lib. 1. Simon de Prætis de interpret. ult. volunt. lib. 1. interpret. 1. dubit. 3. solut. 5. num. 54. vers. alio autem, Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 176. Honded. consil. 46. num. 28 vol. 1. Fabr. in suo Cod. lib. 6. tit. 5. de testam. de fin. 16. nu. 10. & defin. 17. nu. 10. licet ista declara-66 tio verificari posset, quando ex alio testamentum esset invalidum, non per ejus revocationem, l. fi. ff. de reb. dub. l. fi. ff. famil. ercisc. l. nos consultissim. §. ex imperfecto, C. de testamentis.

Quod tanto magis erit dicendum, quando nedum 67 primum testamentum fuit per secundum revocatum, paragrapho posteriore, instit. quibus mod. testam. infirm. l. si jure, ff. de legat 3. l. si quis priore, ff. ad Trebell. l. sancimus, C. de testament. Mart. de success. legal. par. 4. quæst. 4. art. 5. numer. 4. & 24. Verum etiam in eo adfuit 68 clausula irritans, cessans, & annullans omne aliud testamentum, qua tanto magis manifesta testatricis voluntatis mutatio inducitur, Bal. & Angel. in Auth. hoc inter, C. de testam. Roman. consil. 385. sub num. 7. Mart. de success. legal. d. p. 4 quæst. 4. art. 7. num. 9. adfuit etiam voluntatis declaratio, quod hæc est vera sua ultima voluntas, 69 de qua per Reg. Rovit qui alios allegat consil. 93. lib. 1. numer. 16. Ideò ex illo primo testamento nullum argu-70 mentum sumi potuit, Bart. in l. Statius Florus, num. 2. vers. quarto dicunt, ff. de jure Fisci, Curt. jun. d. consil. 163. num. 16. Clar. in quæst. 76. reg. 3 §. testamentum, Mantica de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 1. num. 36. Faber in d. Cod. lib. 6 tit. 5. de testam. defin. 17. Mart. de success. legal. tom. 4. p. 4. quæst. 6. art. 7. num. 12. Fusar. de fideicomm. quæst. 451. num. 1. Grat. discept. forens. tom. 2. cap. 217. num. 93. & tom. 4. cap. 605. num. 6. & cap. 751. num. 1. & in terminis, quod masculinitatis qualitas in uno te-71 stamento apposita, non censeatur repetita in alio, latè post Alexand. Gabr. Mant. Simon de Præt. Peregr. Pergrin. & alios Fusar. quæst. 403. nu. 35. maximè quando agitur de testamento revocato, non autem nullo, & 73 imperfecto, ut numer. 17. aut de fideicommisso inducendo, Dec. consil. 15. num. 6. licet contrarium senserit, & malè consil. 44. num. 12. quam primam opinionem sequuti fuerunt Menoch. consil. 86. num. 48. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 13. sub num. 9. Pacian. d. consil. 57. num. 19.

Nec tandem aliquid operatur mors Deodatæ, quia statim, quod substitutio fuit extincta, ut supra fundavimus, amplius reviviscere non potest, & propterea 74 pluries discussa hæc causa fuit die 15. Februarii 1640. communi voto, & etiam cum interventu Spectabilis Præsidis decisum, substitutos esse excludendos, absolvendo Flaminiam Cantelmam Deodatæ matrem ab impetitis per D. Berardinum, & hæredes q. V. I. D. Josephi, & Francisci Mariæ de Annoniis, penes Actuarium S.C. Joannem Antonium de Litto.

OBSER-

OBSERVATIO IN DECISIONE CXXVII.

SUMMARIUM.

1 *Neptis unica an faciat deficere substitutionem sive conditionem, si sine filiis decesserit.*

2 D. Jo. Franciscus Marotte *scripsit in causa decisionis 127. D. Capycis Latro, & laudatur, & redarguitur, num. 8.*

3 D. Franciscus Roccus D. Consil. *scripsit in causa decisionis 127. D. Capycis Latro, & laudatur.*

4 *Causa reclamationis declaratur deserta, quando reclamans non prosequitur illam infra legitima tempora.*

5 *Neptis quae facit deficere conditionem si sine filiis si moriatur absque filiis extinguit substitutionem, & unica sufficit etiamsi testator locutus sit de filiis, in num. plurali, num. 7.*

6 *Donatio revocatur per supervenientiam filiis, etiamsi ille moriatur incontinenti.*

9 *Injuria nulla fit mortuo, & absenti.*

1 IN hac *decisione* fuit discussus, ac decisus erticulus simplicitter propositus, an substitutio *si sine filiis* deficiat ob existentiam unius neptis ex filio præmortuo, ita ut substitutus in casu mortis sine filiis excludatur, vel ille neptem excludat, & licet *D. Regens in princ. & num. 25. vers. solum ergo*, afferat nedum inter DD. Antiquos, & modernos maximam fuisse altercationem, sed etiam in diversis Tribunalibus verias fuisse prolatas sententias, & *num. 1.* DD. pro, & contra afferat, ac pro substituto plures adducat rationes *nu. 2.3.4. & 5.* ac conjecturas pariter pro exclusione neptis *num. 6. per 25.* attamen pro nepte *decisiones* collegit ed exclusionem substituti, *nu. 26. & 27.* ac DD. cumulavit, *nu 31.32.33. & 34.* & in contrarium pro substituto eddustis respondet, *nu. 28.29.30.35.36.37.38.39. 40. & per tot. num. 73.* in quibus jure neptis etiam comprobat, ideoque pro ipsa nepte excludendo substitutum per S.C. determinetum edducit, *n. 74.*

At quia in hac causa pro nepte in jure latissimè allegevit *D. Joan. Franc. Marotta* patritius Tarentinus Advocatus doctus, atque eruditus *c. 12. lib. 1. discept. forens.* typis tredito in anno 1661. & pro substituto in jure scripsit *D. Roccus* tunc Advocatus primi ordinis, nunc Regius Consil. dignissimus *resp. 59. cum addit. seq. lib. 1.* ubi *num. 6.* dicit fuisse decisum contra petruum substitutum, quem defendebat, sed sententiam fuisse latam ipso ineudito affirmat *d. num. 6.* & quod pendet reclamatio, attamen quia licet fuisset commissa causa reclamationis, non tamen fuit infra legitima tempora per reclamantem prosecuta, & propterea fuit declarata deserta reclamatio prædicta sub die 12. Julii 1652. ad relationem *D. Antonii Mirobullis*, tunc Regii Consiliarii doctissimi, postea Regentis electi in supremo Italiæ Consilio apud Sacram Majestatem Regis nostri, ut notat *D. Marotta c. 13. nu. 67. d. lib. 1.* ubi scripsit pro desertione, & obtinuit, ideoque nullus addendi locus mihi remansit cum latissimè per DD. Advocatos, & D. Regentem erticulus sit examinatus, ac discussus.

Solum advertendum puto, quod neptis, quæ facit deficere conditionem *si sine filiis* decesserit ut fundat, & decisum tradit *in hac decisione D. Regens*, si moriatur absque filiis substitutio dicitur extincta, & amplius non reviviscit, sic etiam dicimus, quod donatio, quæ per superveniientiam liberorum revocatur, etiam si liberi ex post incontinenti moriantur, non reviviscit ad tradita per *Bart. in l. 2. §. fin. ff. de donat. & in l. Titia Seio 87. §. impensa num. 10. ff. de legat. 2.* quia cum semel sit revocata, non reviviscit *l. si quis haeredem* ubi *Jas. in 1. not. C. de instit. & substit. Menoch. cons. 206. n. 41.* quam *Bartoli* sententiam communiter DD. secuti sunt, comprobant *D. Reg. Revert. decis. 477. num. 1. & ibid. D. de Marin.* dignissimus, ac doctissimus Regens *num. 1. in observat.* qui ita decisum per Rotam Avenionensem edducit *ex Hieron. de Laurent. decis. 63. nu. 8. in fine*, quem secutus est *Ciriac. controv. 310. nu. 115. & seq. lib. 2.* ac D. Episcopus *Riccius collect. 728.* & licet testator locutus sit de filiis in numero plurali, sufficit si unus tantum filius supersit tempore mortis gravati ad tradita *D. Regentem n. 12.* vel unica filia fœmina, ut habetur *num. 23.* adhuc substitutio dicitur extincta, & in totum sublata.

Verum dum *D. Marotta d. c. 12. n. 169.* conqueritur de D. Regente, eo quod ipsum in hac decisione non nominavit, & quod pejus ejus labores usurpavit, non possum non mirari de hoc conquestu, nunquam enim decisionantes in compilatione decisionum nominant Advocatos, qui causam defendunt; & quatenus sit verum, quod contenta in d. *decis.* fuerunt adducta per ipsum, de hoc redarguit, neque poterat, nam decisionantes adducunt jura pro, & contra adducta per ambos Advocatos, & aliquando supplent ex officio, juxta *tot. C. ut quae desunt advoca.* sed si veritatem dicere mihi licitum est, conjectura evidentissima est, quod ipse *D. Marotta* omnia scripta per *ipsum d. cap. 12.* transcripsit à d. *decisione* D. Regentis, illaque sibi appropriando post mortem illius Domini, secutam in anno 1654. dum decisio fuit impressa in anno 1650. & liber D. Marottæ fuit impressus in anno 1661. ideoque dicam cum communi dicterio, *mortuo, & absenti nulla fit injuria*, tanto magis, quia doctrina D. Regentis est satis nota per totum orbem, ut testantur Auctores, etiam exteri, qui citant ejus consultationes, & decisiones impressas.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Filia fœmina an, & quando admittatur ad successionem ad exclusionem substituti, & quando dicatur, testatorem agnationem, seu familiam contemplasse, & quando testatoris dubia voluntas possit ex testium depositionibus declarari, quæve dicatur declaratio, quæve vero nova dispositio.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio est regulanda ab institutione, quod maxime procedit in qualitate masculinitatis posita in institutione, quæ censetur repetita in substitutione.*
Contrarium, n. 24.25. & 41.

2 *Fœmina non venit appellatione filiorum, quando testator discretivè loquutus fuit.*
Declara, ut nu. 50. & seq.

3 *Expressum facit cessare tacitum.*

4 *Jus accrescendi non potest habere locum inter diverso jure succedentes.*

5 *Agnatio per masculos, & non per fœminas conservatur.*

6 *Agnationis favor nedum expressè, sed etiam tacitè colligitur.*

7 *Masculis quotiescunque sunt vocati, præsumitur testatorem velle, bona conservari in familia.*

8 *Masculinitas pro agnatione accipitur.*

9 *Filia instituta in re certa, non videtur cum masculis invicem substituta, refertur opinio* Intriglioli *contra* Ripam, & Menochium, *idem clarius probat* Mascard. *in alio casu simili, & num. 10.*

11 *Testes adhibendi in testamento secundum juris solemnitatem sunt septem, tenor tamen illius potest per duos testes testamentarios probari, dummodo constet de ejus solemnitate, & nu. 12.*

13 *Voluntas testatoris potest declarari, nedum per duos testes, sed etiam per scripturam privatam.*

14 *Voluntatis testatoris, quando de ea ambigitur, sumitur interpretatio, & declaratio etiam ab aliis, qua aliquando testator dixit extra testamentum.*

15 *Agnationis favor non dicitur ex eo solo contemplatus, quod testator fœminas exclusit, masculos instituendo, nisi expressò hoc dixerit.*

16 *Fœminarum exclusio potest considerari ex aliis causarum figuris, quam agnationis conservanda.*

17 *Masculorum vocatione non necessariò infertur, testatorem voluisse agnationis conservationem prospicere.*

18 *Masculorum expressio non censetur facta conservanda agnationis gratia, quando aliter de testatoris mente non constat.*

19 *Agnationis conservanda ratio excluditur per masculorum nominationem, quando testator in certum casum fœminas vocaverit.*

20 *Fœmina non dicitur exclusa, quoties testator vocaverit proximiores, & propinquiores de familia, nisi ulterius processerit.*

21 *Agnationis conservanda ratio tunc dicitur contemplata ad exclusionem fœminarum, quando testator ad plures substitutionis gradus processit.*

22 *Præsumptio una, sive conjectura tollit, & diluit alteram.*

23 *Agnatio non potest per clericum conservari.*

26 *Filiorum appellatione tam masculi, quàm fœmina comprehenduntur, & num. 39.*

Et etiam posthuma continetur, n. 49.

27 *Fœmina an comprehendatur, quando adest statutum, quod excludatur à successione per ejus fratrem masculum tantum, & testator in substitutione simpliciter de filiis loquutus fuerit.*

28 *Masculi qualiter præferantur fœminis de iure Regni, & quid fuit consideratum in earum exclusione.*

29 *Filia dotata à patre, & præterita in testamento an post mortem fratris sui possit dicere testamentum nullum? In casu isto dubitatur de opinione* Affl. in decis. 158.

30 *Fœmina ut excludatur secundum* Constitut. In aliquibus, *ipsius exclusionis ratio non est dos, sed favor, & prærogativa masculi, qua cessante, cessat quoque exclusio.*

31 *Testator semper videtur se conformem reddere cum dispositione legis statutaria.*

32 *Filii si simpliciter sunt vocati in substitutione, intelligitur tam de masculis quàm de fœminis ad exclusionem agnatorum, quod eò magis procedit, quando testator plures loquutus fuit de filiis in substitutione, & semel tantum de masculis in institutione, & nu. 33.*

34 *Filiorum appellatione veniunt etiam fœmina, non obstante, quod in alia parte testator nominaverit filios cum qualitate masculinitatis.*

35 *Statutum exclusionis fœminarum non operatur, nisi extantibus masculis.*

36 *Testator præsumitur prædiligere masculos, & propterea ipsis mortuis fœmina excludit substitutum.*

37 *Dispositio fœminas à successione excludens est odiosa, contraria vero favorabilis.*

38 Consuetudo Alverniæ *adducitur, ubi sub verbo* liberis *masculi tantum continentur.*

40 *Fœmina in substitutione facta filiis, excludit substitutum, etiam non propterea, quod testator masculos instituit, & fœminas exclusit, videtur agnationem contemplasse, & num. 41.*

43 *Fœmina in ulteriori gradu existentes non debent esse melioris conditionis, quam propria filia testatoris.*

44 *Fœmina facit deficere fideicommissum in casu, quo testator decedat cum nepte ex filio.*

45 *Filiorum appellatione etiam vulgari sermone veniunt fœmina.*

46 *Dictio*, dicti, *cum sit pluralis, non potest adaptari in uno.*

Est etiam relativa ad præcedentia, & nu. 48.

47 *Voluntas testatoris ratione recti sermonis est intelligenda.*

52 *Testes deponentes ultra articulos non probant.*

53 *Voluntas certa testatoris dicitur illa, quæ per juris interpretationem declaratur.*

54 *Testes tot requiruntur in probanda nova dispositione testatoris, quot adhiberi solent in ipso testamento.*

55 *Testes quot requirantur ad probandum, aliquem esse comprehensum, vel exclusum à substitutione.*

56 *Testatores multoties solent aliqua verba effari, non ut suam voluntatem declarent, sed ut alicui morem gerant.*

DECISIO CXXVIII.

IN hæreditate q. Antonii Hieronymi Monticelli de Civitate Aversæ mortui in pupillari ætate concurrebant Aloysius Monticellus patruus, ac Lucretia sunt utriuque conjuncta, dicebat Aloysius, ad se spectare hæreditatem vigore fideicommissi relicti per q. Josephum Monticellum, prædictorum Antonii Hieronymi & Lucretiæ communem parentem, ac ipsius Aloysii fratrem, qui in ultimo ejus elogio hæredem universalem instituit eundem Antonium Hieronymum ejus filium tunc unigenitum natum in constantia matrimonii cum Hieronyma de Vineis, & deinde subdit.

Et perche può essere, che detta mia moglie sia gravida, in tal caso partorendo filio mascolo, detta heredità sia commune del' uno, & l'altro figlio, & partorendo figlia femina, à quella constituisco di dote docati tre milia nel tempo del maritagio, il quale figliolo ò figliola voglio siano educati similmente in Aversa da detta mia madre, & fratello, & voglio, che morendono detti miei figli, ò figlio in pupillari etate, ò vero quandocunque senza figli legitimi, & naturali, l'uno socceda à l'altro in caso, che fussero duo, & morendono tutti due, nel caso predetto sustituisco Aloisio Monticello, & così essendo uno solo figlio, nel caso predetto socceda il predetto Signor Aloisio, & suoi figli legitimi, & naturali.

Cumque ex uxore prægnante orta fuisset post mortem testatoris ipsa Lucretia, ac deinde in pupillari ætate decessisset Antonius Hieronymus, dicebat Aloysius factum esse casum substitutionis in ejus beneficium, quia reciproca substitutio fuit facta in eo casu tantum, in quo masculus ex ventre nasceretur, hoc enim important illa verba, *morendono detti miei figli, ò figlio*, in genere masculino, fœminam autem non substituit, sed dotem tamen ei constituit. Neque in hoc casu sub illo nomine *figli, ò figlio*, posset fœmina includi, quia substitutio regulanda est ab institutione, in qua cum fœmina fuerit exclusa, & tantum eidem dos legata, censetur exclusa etiam à substitutione, *Bar. in l. si n. 3. ff. ad Trebell. Dec. in l. 1. C. de impub. & aliis subst. Peregr. de fidei. art. 25. n. 25*, & hoc probat *text. in d. l. 1. C. de impub. & aliis substit.* & in *l. cohæredi. §. qui discretas ff. de vulg.* & de communi testatur *Recc. collect. dec. 3119. in fi.* quod maxime procedit in qualitate masculinitatis, posita in institutione, quæ censetur repetita in substitutione, *Gard. Pap. q. 485.*

Quod eo fortius procedere dicebatur, quia testator discretive loquutus fuit, masculos instituendo, fœminæ vero certam dotem legando, quia tunc filiorum nomine fœmina non includitur, *Bal. in l. in multis 9. num. 4. ff. de statu hom. Jo. de Anan. cons. 12.* & post *Socin. Bal. Gabriel. Menoch.* & alios hoc fundat *Peregr. d. art. 25. num. 45.* & hoc ea ratione, quia expressum facit cessare tacitum, late etiam *Fusar. de fideicomm. quæst. 311. nu. 37.* qui alios cumulat.

Et ex his dicebatur, Lucretiam non posse succedere tanquam in substitutione non comprehensam, & neque per jus accrescendi, siquidem inter succedentes diverso jure jus accrescendi locum habere non potest, *l. sed cum patrono, ff. de bon. possess. Jas. in l. unica. nu. 20. C. quando non petent. part. Peregr. de fideicom. art. 9. nu. 5.*

Insuper

5 Insuper consideratur favor agnationis, quæ conservatur per masculos, *l. 1. §. & si servus, ff. de ventr. inspic. Socin. cons. 73. n. 4. vol. 4. Camill. de Medic. cons. 3. n. 1.* 6 qui agnationis favor nedum expresse, sed tacite colligitur, *Vincent. de Franch. dec. 29. nu. 7.* Aloysius est frater utrinque conjunctus, & quotiescunque masculi 7 sunt vocati, præsumitur, testatorem voluisse, bona in familia conservari, ut post *Becc. in cons. 228. num. 7.* voluit *Regens Rovit. cons. 50. nu. 19. vol. 1.* maxime quando filia excluditur à successione, ei certam dotem legendo, *Thesau. decis. 188. nu. 2. Peregrin. de fideic. dicto art.* 8 28. *num. 25.* masculinitas enim pro agnatione accipitur, *Molin. de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 5. num. 56.* etiam eo casu, quo fœminæ in defectum masculorum sunt vocatæ, *Curt. jun. consil. 111. num. 11. & cons. 113. Gabriel. cons. 116. num. 13. Rub. cons. 82.* & alii allegati per *Peregr. d. art. 25. num. 26.*

Et demum dicebatur, hoc in terminis in casu simili fuisse determinatum per *Intrigl. de substitut. centur. 2. quæst. 68.* ubi testator instituit duos filios masculos 9 hæredes universales, fœminam autem in re certa, deinde dixit, *& si aliquis hæredum meorum decesserit, substituo supervivente, seu superstites*, ubi reprobando opinionem *Ripæ in l. Lucius, num. 18. ff. de vulgar. & pupill. & Menoch. lib. 4. præs. 60. nu. 15.* dixit, quod in hoc casu fœmina non censetur vocata, nisi eo casu, quo ratione recti sermonis non posset verificari in pluribus, nisi fœmina admitteretur.

Quod etiam clarius probat *Mascard. conclus. 1352. n. 5.* ex doctrina *Bart. in l. fi. ff. ad Trebell.* ubi ponit casum, in quo testator filios masculos hæredes universales instituerat, fœminas vero in certa parte, vel in dote, eosque ad invicem substituit, & dicit, quod in dicto casu fœmina non erit in substitutione inclusa.

Et quatenus prædicta aliquam probabilem dubitationem admitterent, dicebatur, hoc esse satis clarum ex quinque testium depositionibus, qui deponunt, post conditum testamentum testatorem vocasse Aloysium fratrem substitutum, eique consignando filium institutum, dixit, *tibi trado hunc filium meum, qui si decedat absque liberis, tibi omnia bona mea relinquo, nisi tamen mea uxor filium masculum pareret, si vero fœminam, ei tantum dotem ducatorum trium mille legavi, & volui in scriptis testamentum condere, ne ad notitiam meæ uxoris hæc mea non perveniat dispositio*, quibus testibus standum est, quamvis enim in confectione testamenti debeant septem testes adhiberi, adhibita solemnitate, de qua in *auth. hac consultissima, C. de testa.* tamen tenor 12 testamenti potest per duos tantum testes probari, qui in testamento adfuerunt, juxta notata per *Bal. Salyc. Angel.* & alios in *l. testium*, per illum *text. C. de testibus*, dummodo deponant etiam de solemnitate testamenti, *Paschal. de virib. patr. pot. par. 2. cap. 8. n. 18.* Verum hic non agebatur de probando tenore testamenti, nec de 13 ejus solemnitate, sed de voluntate conjecturanda, sive declaranda, quo casu potest declarari, nedum per duos testes, *Cravet. cons. 156.* plene *Surd. cons. 129. n. 29. li. 1.* sed etiam per scripturam privatam, *Dec. cons. 480.* incipiente *in casu contingente, nu. 5.* & eum sequitur *Ursill. in decis. Affl. 44. n. 23.*

Ad quod multum faciunt, ea, quæ tradidit *Menoch. cons. 127. nu. 19.* ibi, *Atqui in casu nostro non modo testimonio duorum, sed etiam plurium probatum intelligo, testatorem jam à se condito testamento, non semel dixisse, quod extincta linea Augustini ejus filii vocaverit ejus transversales seu eos, qui erant de suo sanguine, & præsertim dictum D. Antonium, ergo dicendum, & concludendum est, non D. Victoriam, sed ipsum D. Antonium succedere* 14 *debere*, & ratio traditur *nu. 18.* Quia voluntas testatoris, quando de ea ambigitur, mentis declaratio, & interpretatio sumitur etiam ab aliis, quæ aliquando dixit testator extra testamentum, *Bart. in l. 2. in princ. nu. 4. ff. de vulg. & pupill.* & post glo. idem *Bart. in l. hæredes palam, §. si quid post, ff. de testam.*

Verum pro parte Lucretiæ sororis negabatur, Josephum Monticellum patrem prospexisse ejus agnationi, & familiæ, non enim ex eo solo, quod fœminas 15 exclusit, masculos instituendo, vel substituendo dici potest, fuisse contemplatam agnationem, nisi testator expresse dixerit, hoc facere ratione agnationis conservandæ, ita *Molin.* post alios *de primog. Hispan. lib. 3. cap. 5. n. 50.* sequitur *Peregr. de fideicomm. d. art. 25. n. 26. & Rota Romana apud Farinac. in noviter impressis dec. 667. num. 10.* ubi etiam alios allegat, *Cephal. cons. 401. n. 39. in fi. Mant. de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 15. nu. 5. in fi.* & 16 decisum refert idem *Farinac. dec. 538. nu. 3. in fine.* Estque de prædictis ratio, quia exclusio fœminarum potest considerari ex aliis variis figuris causarum, veluti ex causa prædilectionis, *Bart.* communiter sequutus in *l. liberorum. num. 16. ff. de verbor. signif. Molin. in dict. lib. 3. cap. 5. num. 49.* qui dicit, prædictam opinionem nedum esse veriorem, sed communiorem, post *Corn. Paris. Grat. Socin.* & alios *Simon. de Prat. de interpret. ultimar. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 3. solut. 2. nu. 25. cum sequentibus, Rot. Rom. apud Seraph. dec. 1216.* quod etiam procederet, si masculinitas in substitutione fuerit repetita, ut habetur ex *Farin. dec. 667. num. 10. par. 2. tom.* 17 *1.* non enim ex vocatione masculorum necessario infertur testatorem voluisse agnationis conservationem prospicere ad fœminarum exclusionem; *Riminald. jun. cons. 347. n. 17. vol. 3. & cons. 370. num. 38. vol. 4. Fulgos. cons. 86. Socin. jun. cons. 347. Molina de primogen.* 18 *Hispanor. d. lib. 3. cap. 5. num. 48. Ancharan. cons. 339. vol. 3.* & ideo quando de mente aliter non constet, nunquam expressio masculorum censetur facta agnationis conservandæ gratia; *Marta de success. leg. par. 3. quæst. 2. art. 4. num. 12.* per *text. in cap. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis*, idem *Marta dict. par. 3. quæst. 1. art. 4. & par. 1. quæst. 1. art. 1. num. 4. & 5.*

Secundò dicebatur, ex alio in totum excludi præsumptionem agnationis conservandæ ex masculorum vocatione, quia in casu mortis Aloysii absque filiis, in usumfructum instituit Lucretiam de Mauro ejus matrem, ac Isabellam Monticellam sororem & post earum mortem filios, & descendentes ex Antonia Monticella ejus sorore, qui erant de alia familia, & quan- 19 do testator in eodem testamento in certum casum fœminas vocaverit, tunc omnino per masculorum nominationem ratio agnationis conservandæ excluditur, ut decisum refert *Rot. Romana apud Farinac. dicta decis. 697. num 10. part. 2.* & iterum de anno 1592. 1607. 1613. & 1614. & hanc eandem opinionem sequuta fuit *in dec. 300. par. 1. num. 25. & dec. 354. num. 6. par. 2.* apud eundem *Farinac.* ubi ait, hanc conjecturam pluries à Rota Romana fuisse rejectam, & idem quoque in *dec. 790. par. 1. in novissimis, Pereg. de fideicomm. d. art. 25. nu. 16. Fusar. de substit. quæst. 499. n. 12. & quæst. 480. num. 30.* 20 immo quamvis testator vocaverit proximiores, & propinquiores de familia, si ulterius non processit, ut bona in familia conservarentur, fœmina non erit exclusa, quia venit sub nomine proximorum, *Dec. in cons. 511. num. 6. Gabr. consil. 97. nu 18. li. 1. Alexand. cons. 97. num. 12. lib. 2. Rota coram Greg. XV. in dec. 464. num. 12.* & iterum in *Montisfalisci fideicommissi Luna Junii* 1617. *coram Reverendiss. Decano*, de qua mentio habetur in *decis. Rot. Rom. ab anno 1626. usque ad annum* 1630. novissime impressis in *dec. 151. n. 4.* ubi concluditur, nunquam fœminam excludi, nisi in casu, quo testator expressè voluerit, quod bona in familia conservarentur, vel alienationem prohibuit, ad hoc ut bona in familia conserventur.

21 Neque sumus in casu, in quo testator processerit ad plures substitutionis gradus, semper vocando masculos, quo casu aliqui dixerunt, censeri agnationem contemplatam ad exclusionem fœminarum, *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 5. Barz. decis.*

Bonon.11.num.10. post Gabr.consil.97.nu.7.& sub nu.17. Fusar.de fideicommiss substit.d.quaest.499.nu.17. Marescott.var.resol.lib.3.cap.11.num.36, qui in casu, de quo agebatur deficiebant.

Et denique sicut ex conjecturis ratio agnationis considerari potest, ita etiam ex contrariis conjecturis ejus exclusio arguitur, una enim praesumptio, sive con-22 jectura aliam tollit, Menoch.de praesumpt lib.1.quaest.30. & praesumpt.21.li 3.nu.9. cumque tempore testamenti, immo & etiam paulo antequam lis fuisset incoepta Aloysius erat Clericus, quomodo agnatio poterat per 23 Clericum conservari, cum ex ipsorum vocatione excludatur agnatio, quae per ipsos non conservatur? Intrigl.de substitut.centur.3 quaest.79.num.12. Rustic. in l. cum avus, lib.4.cap.2.numer.33.ff. de condit. & demonstrat.

Et propterea dicebatur non obstare ea, quae in con-24 trarium pro exclusione Lucretiae, & inclusione Aloysii substituti considerata erant, non enim vera est regula, quod qualitas masculinitatis considerata in institu-25 tione, regulari debeat etiam in substitutione, & repetita in illa censeatur, quia vera est opinio, quod dicta qualitas minime in substitutione repetita dicatur, quod probat tex.in l.sub conditione 73.ff de hered instit. cujus propria verba sunt, sub conditione herede instituto, si substituamus, nisi eandem conditionem repetamus, pure eum institutere intelligimus hoc etiam probat text. in l. quae conditio 39.ff. de condit. & demonstrat. ibi. Atque conditio ad certas personas accommodata fuerit, eam referre debemus ad eum tantum gradum, quo hae personae institutae fuerunt, per quae jura in propriis terminis masculinitatis ita tenuerunt Joan. de Anania d. cons. 22 Alexand.cons 158.num.8.vol.6. Dec.cons.442.numer. 12.480.num.4.& consil.370.num.3. Paris.cons.72.numer. 44.lib.4. Signorol.consil.181.num.5. Decian.consil.74.nu. 27.vol.3. Marta de success.legal.part.1.q.2.art.2.n.12.& par.4.quaest.6.art.3.num.5. quicquid dubitaverit Dec. consil.15. cui tamen optime respondet Additio, & sibi contrarius. Hanc opinionem firmavit idem Dec.cons. 599.in fi. ubi quod licet in institutione masculi sint vocati cum foeminarum exclusione, tamen si in substitutione simpliciter testator loquutus fuerit de filiis, foeminae etiam comprehenduntur, & hanc opinionem sequitur idem Fusar.cons.136.num.12. Crass. in §. fideicommissum, q 12. Bellon.de jur.accresc.cap.5.q.33.num.4. Guid.Pap.q.485.ubi late, Peregr.de fideic.d.art.23.n.47. id m Fusar. qui innumerus cumulet, & de communi testatur q.403.nu.6. qui licet alios pro contraria opinione alleget nu 1. tamen num.22. praedictos DD. intelligit in eo tantum casu, quando contemplata fuerit agnatio & hanc etiam opinionem consulendo sequutus etiam eam Menoch.praesumpt 84.li.4.nu 5. Marescott. li.3 variar.resol c.11.nu.25. Pedrocch.cons.5 nu.97. & ratio est, nam ubi voluit testator vocare masculos, expressit, l.unica §.sin autem, C.de caduc.tollend. ubi etiam Bal.l.quidam filium ff de hered. instit. & dicendum est, testatorem in substitutione se reducere voluisse ad naturalem, & civilem intellectum, quod tam foeminae, quam masculi comprehendantur. l.maximum vitium, 26 C.de lib.praterit.l.1.C.de condit.insert. cum de jure appellatione filiorum tam masculi, quam foeminae comprehendantur, l.si ita scriptum.ff.de legat.2.l.si quis ita, ff.de testam.tut. Mant.de conject.ult.vol.lib.6.tit.13.nu.8. & lib.11.tit.14.nu.10. Molin.de primog.Hispan.lib.3.cap. 5.n.5. Thes.d.dec.188 Seraph.dec.880.

Quod inconcusse admittitur, quando adesset statutum, per quod foemina excluditur à successione per ejus fratrem masculum tantum, non per alium remo-27 tiorem, tunc enim verissima oritur conclusio, quod quamvis in institutione sint masculi instituti cum exclusione foeminarum, & in substitutione simpliciter filiis testator loquutus fuerit, quod tunc tam masculi, quam foeminae comprehendantur, ut post alios firmat Mant.de conject.ult.volunt.d.lib.6.tit.13.n 8. Mascard. de probat.conclus.1352.nu.27. & ita resolutum in Rota Rom. affirmat Marescott.d.li.3.var.resol.ca 11.n.23.

28 Cum igitur per Constit.Regni in aliquibus foemina non sit exclusa, nisi per fratrem masculum tantum, non autem per agnatum remotiorem, ut habetur in d. Constitut in verbo certum, ubi etiam Minadous notab. 3.nu.11. quia Constitutio agnationem non contemplavit, sed tantum praedilectionem masculorum, existentium in eodem gradu, & ideo non censetur semper exclusa, quamvis dotata, nisi in casu existentiae masculorum, ut etiam consideravit Rota, de qua per Grattian. discept.forens.lib.2.cap.218.n.85. Fusar.cons.137.nu.4. qui dixit, hanc opinionem esse in puncto juris veriorem, Idem de fideicom.substit.q.484.nu.25 Surd.dec.84.nu 6. ubi semper, quod in testamento mentio agnationis facta non est, foeminae succedunt, Reg. Revert.cons 57.nu. 12. Peregr.dec.Patavin.4.nu.3 Manent.consil.115.nu.23. & propterea satis dubitatur de opinione Afflict in dec. 29 156. ubi tenuit, quod foemina dotata è patre, & praeterea in testamento, non possit per mortem fratris sui dicere testamentum nullum, cum contrarium tenuerint Bal.consi.68.vol.1. Corn.cons.11.vol.2. Alex.consil. 168.vol.5. & alii allegati per Ursill. in add.d.dec.158, qui ex his, & aliis per eum adductis dubitat de opinione Afflict. & contra illius opinionem residet, Minadan d.Constitut. In aliquibus, notab.3.n.64. ubi quod ratio exclusionis non est dos, sed favor, & praeroga-30 tiva masculi, cum onere dotandi quando igitur fuit dotata à patre filia, excluditur, non quia fuit dotata, sed quia masculus superest, unde si masculus vivo patre tollatur de medio, quia cessat ratio exclusionis, ergo & ipsa exclusio, cap.cum cessante, de appellat. l. adigere §.quamvis. ff. de jure patronat. & novissime hanc etiam opinionem sequitur Hodier.ad dec. Surd. 93.nu.4.& in l.hac edictali, quaest.12.numer.12. nonnulla etiam per Michael.Crass. de success. ab intest. §. testa-31 mentum, quaest.36.n.7. Franc.Monald.consil.13.nu.15.par. 1. Quicquid tamen sit certissimum est, foeminam non excludi per dotationem, sed quia adest frater masculus. & propterea concludendum videtur, quod testator dum masculum haeredem instituit, foeminae autem dotem reliquit, voluit se conformem reddere cum dispositione legis statutariae Regni, Bart. in l. haeredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb. Farin. in decis. noviter noviss. dec.508 num.4. & est receptissima sententia prout dixi in decis.3 n.4.

Et ex hoc etiam sequitur diversitatis ratio inter institutionem, & substitutionem, nam in institutione de masculis, & foeminis testator loquutus fuit, masculum instituendo, & foeminae dotem legando, quia per masculum foemina excludebatur, in substitutione vero loquutus fuit simpliciter de filiis, eos vocando, intelligendo de masculis, & foeminis ad exclusionem agna-32 torum sicuti in fideicommisso, quod filia excludat patruum substitutum, quamvis in aliis testamenti partibus masculos testator vocasset, decisum fuisse per Reg. Cameram Summariae attenta dicta Constitutione In aliquibus, etiam facta relatione in Collaterali Consilio refert Minad.in d.Constit not.3 nu 22. ex doctrina Bald. & Salyc. in l.cum acutissimi, C.de fideicom. Petr. de Anchar. in cap.canonum statuta, vers.his igitur extra de Constit. Ludov. Bologn. in consil.53. inter cons. Alex.vol.4. multi per Curt.jun.in consil.44.& cons.63.

33 Quod eo magis procedit in casu nostro, in quo semel tantum in institutione testator de masculis loquutus fuit, & pluries de filiis simpliciter, quo casu ad exclusionem substituti, & inclusionem foeminarum communiter Doctores loquuntur, Dec.d.consil.599.n.4. Curt.sen.cons.64.col.11.vers.tertio, Peregr.d.art 25.num. 36.vers.item si saepius, Surd.cons.364.n.8. Simon. de Prat. de interpretat.ult.volunt.fol.146.n 83. Fusar. de fideicom. substit.d.quaest.403.nu.18. quod etiam optime probat

Ludovisius

34 *Ludovisius in decis.* 514. *num.* 6. ubi quod appellatione filiorum veniant fœminæ, non obstante quod in alia parte testamenti testator nominaverit filios masculos, etiam quod qualitas masculinitatis adesset posita in institutione, quia non censetur repetita in substitutione, nam masculinum; maxime in testamentis concipit fœmininum, ut fundat *num.* 3. *& numer.* 14. quod sta- 35 tutum exclusionis fœminarum non operatur, nisi masculis extantibus, quod etiam probat *Decian. resp.* 22. ax *num.* 28. *cum seq.* facit etiam ad prædicta id, quod dixit *Franc. de Barry de success. lib.* 7. *tit.* 3. *sub num.* 5. ubi ponit casum, in quo quis instituerat hæredes universales Titium, & Sempronium liberos suos cum posthumo existenti in utero uxoris suæ, si esset masculus, & si esset fœmina, eam instituit hæredem particularem in aureis quingentis, & postea substituit ad invicem dictos suos hæredes universales; postremo ita dixit, *& si dicti omnes filii mei, & posthumus heredes decesserint sine liberis, substituo illis Petrum nepotem ex fratre meo*, cum deinde orta esset ex ventre filia fœmina posthuma, & filii hæredes universales decessissent absque filiis, & post eos Petrus, & tandem dicta posthuma; orta lite inter hæredes posthumæ, & filios Petri super successione, fuit judicatum in favorem posthumæ, contra hæredes Petri, quamvis substitutio esset facta in 36 casu si filii hæredes universales decessissent; & certum est, quod in casu, quo ex ventre uxoris suæ orta esset fœmina, non fuit hæres universalis instituta, sed in eo caso, quo masculus nasceretur, & hoc ea ratione, quia præsumitur, testatorem in hoc casu prædilexisse masculos, & propterea ipsis mortuis fœmina excludit substitutum, sequitur *Arismanus Tepatus, tit. de fideic. substitut. capit.* 27. *Papon. lib.* 20. *tit.* 3. *arrest.* 18. qui aliam tradit rationem, quia causa filiæ est favorabilis, cum sit in linea directa testatoris, & substituti nepotes ex fratre collaterales, & propterea fideicommissum ipsorum in totum esset odiosum, quod etiam habetur ex *Barbo decis.* 19. *num.* 8. ubi quod provisio fœminas à 37 successione excludens, est odiosa, contraria vero favorabilis, ratione æqualitatis servandæ inter liberos, *dict. l. maximum vitium*, quæ resolutio de jure communi facilis est, secundum *Angel. de Perusio in l. qui* 38 *Roma §. duo fratres, ff. de verb. oblig.* sed difficultas in eo Senatu fuit, stante *Consuetudine Alverniæ*, ubi sub *verbo liberis*, masculi tantum continentur, verum quia testamentum erat latine conscriptum, ideo fuit determinatum, non obstante dicta Consuetudine, filiam esse 39 comprehendendam, quod tanto magis debet intelligi, quando testamentum est scriptum Italico sermone, quia appellatione filiorum fœmina continetur, *Thesaur. decis.* 188. *numer.* 13. *Marescott. variar. resol. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 8. ubi etiam refert Rotæ Romanæ decisionem, *Giurb. in dec.* 32. *nu.* 11.

Sic etiam in casu in quo pater filios masculos hæredes universales instituit, eosque invicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, tres autem filias fœminas particulariter in dote instituit, ita ut nil aliud petere possent, fuit dubitatum, utrum uno ex masculis decedente relicta filia fœmina excluderet substitutos, & fuit per Rotam Romanam, teste *Farinac. in noviter novissimis dec.* 508. dictum quod fœmi- 40 na succederet, ex *l. cum avum, & l. cum acutissimi*, ea ratione, quia non propterea quod masculos instituit, & fœminas exclusit, videtur agnationem contemplasse, quia hæc ratio non admittitur, nisi ubi expresse testator hanc rationem tradit, & ideo refertur ad filios tunc extantes, non ad ulteriores, *Molin. de primog. Hispan. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 27.

Similem etiam decisionem refert *Rip. in l. Lucius, num.* 38 *ff. de vulg. & pupill.* & post eum *Menoch. lib.* 4. *præs.* 60. *numer.* 15. qui loquuntur in eo casu, in quo 41 testator instituit duos filios masculos hæredes universales, & fœminam in re certa, & deinde subdit, *& si aliquis haeredum meorum decesserit, substituo superstites, seu supervinentes*, & tenuerunt, quod sit facta reciproca substitutio etiam respectu filiarum, & licet *Intrigl. de substit. centuria secunda qu.* 68. videtur contrarium in casu proposito tenuisse, tamen *num.* 14. in substitutione loquutus fuit de filiis, nam ratione recti sermonis, etiam fœmina continetur, & sic etiam *Mascard. con-* 42 *clus.* 1352. *num.* 18. dicit, quod quamvis conditio apposita in institutione regulariter censeatur repetita in substitutione, hoc tamen non procedit, nisi quoad portiones, vel partes, secus vero quoad conditiones extrinsecas, veluti masculinitatis, nam si non sit expressa, non dicitur repetita, & pluries allegat *Dec. in dict. cons.* 599. & tandem *num.* 20. tradit, ut repetitio nullo modo detur, in odiosis, sed in favorabilibus, & *numer.* 27. ut neque detur, nisi ubi militat eadem ratio & tandem ubi induceretur dispositio juri communi contraria.

His etiam adstipulabitur, quod in dicto casu testa- 43 tor præmoriente Aloysio fratre, & ejus filiis vocaverat fœminas remotiores, & ideo inverisimile est, propriam filiam excludere voluisse, alias sequeretur maximum absurdum, quod melioris conditionis essent fœminæ, in ulteriori gradu existentes, quam propria filia, *Surd. in d. dec.* 84 ubi pro filia decisum testatur, *Mar. in cons.* 5. *num.* 92. *Manent. cons.* 115. post suas decisiones.

Quod etiam & alia ratione convinci dicebatur, nam 44 substitutio fuit facta decedente Antonio Hieronymo absque filiis, ponamus ergo casum, quod decessisset cum filia fœmina, certe non esset locus substitutioni, cum fœminæ faciant in casu prædicto deficere fideicommissum. *l.* 1. *C. de condit. insert. Thesaur. d. decis.* 45 188. *nu.* 12. & procedere etiam in eo casu, quod testator usus fuisset verbis denotantibus masculos, veluti Italico sermone, *morendo uno de miei figli senza figlioli*, quia fœminæ in dicto casu comprehenderentur, *Giurb. d. dec.* 32. *Seraph. dec.* 1216. *nu.* 5. ubi hanc opinionem, tanquam magis communem amplexam fuisse Rotam Romanam asserit, *Barz. dec.* 31. *Marescot. variar. resol. li.* 3. *c.* 18. late etiam *Mart. de succ. legal. part.* 1. *q.* 2 *artic.* 2. *nu.* 10 *Molfes. ad Consuet. Neap. par.* 4. *quæst.* 38. *n.* 16. & 18. *Fusar. de fideic. substit. quæst.* 402. & pluries fuisse decisum in S. C. refert *Franch. dec.* 386. *Thesaur. jun. quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 24 *Hadrian. ad Surd. in decis.* 66. Si ergo neptis admitteretur, ergo tanto magis filia, alias maximum sequeretur absurdum, *Fulgos. in dict. l.* 1. *an fi. C. de condit. insert. Molin. de primog. Hispan. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 5. *Menoch. cons.* 514. *nu.* 4.

Ulterius considerasse, testatorem quatenus ejus uxor esset prægnans, si nasceretur masculus, eum instituit insimul cum Antonio Hieronymo filio nato, & si esset fœmina, dotem ei reliquit ducatorum trium mille, deinde sequitur. *Marendono detti miei figli, à figlia in pupillari etata, ò vero quandocunque senza figli legitimi, & naturali, l'uno succeda all'altro, & morendono tutti dui, nel caso predetto substituisco il Signor Luise Monticalla, & cosi essendo una sol. figlio, nel caso predetto succeda il predetto Signor Luise, & suoi figli legitimi, & naturali*, & sic testator duos tantum casus consideravit, alterum, quod ex ventre nasceretur filius, vel filia, alterum vero, quod cum esset prægnans & solus remaneret masculus, in primo casu, quamvis esset masculus, eum instituit casu, quo esset fœmina dotem reliquit, tamen respectu reciprocæ substitutionis nullam penitus differentiam fecit, sed dixit, *marendono detti miei* 46 *figli, à figlio*, illud enim verbum *detti miei figli*, cum sit plurale, non potest verificari in uno, *l. si ff. ad Treb.* Insuper substitutio reciproca fuit facta casu, quo decederent dicti ejus filii, vel filius, quod verbum *filii* in plurali, non potest adaptari, nisi in casu, quo fœmina nasceretur, nam in casu, quo esset masculus, eum nominavit *filius* in numero singulari, & ita necessario est intel- 47 ligenda voluntas testantis ratione recti sermonis, *Simon de Prat. de interpret. ult. volunt. lib.* 2. *interpret.* 3. *dub.* 1.

dub.1.solut.2. Menoch.lib.4.præsumpt. 60. Mascard. de probat.conclus.1351. num.34. Alex.Trentacinq. de tacit. substit.par. 5.c.8.Iatrigl.de substit.cent.2.quæst.68.Ioannes Dilett.de arte testandi,tit. 5.c.20.Franc. de Barry de recipr.substit.lib. 7 tit. 3. num. 2. in fi. & cum supra mentionem fecerit tam de posthomo masculo, quam

48 de fœmina, & deinde dixit, *detti miei figli*, illa dictio *detti* de sui natura comprehendit omnes supra nominatos. *Paris. consil.86.nu. 36 vol.2. Ruin. cons.108.nu.3.& consil.130.num.4.vol.2. Cravet. cons.98. nu.8. Mart. consil. 43. numer. 10. Rot.Rom.in noviss.dec.49.part.1.* & apud *Farin. dec. 60. num. 6.* nec quicquam prædicta obstare possunt illa verba, quæ sequuntur *detti miei figli, ò figlie*, quia id magis expresse convincit, quod voluit per illud verbum, *figli*, in plurali intelligere de

49 masculo jam nato, & fœmina nascitura, & illud verbum *figlie* non potest adaptari, nisi quando masculus nasceretur, quia sequuntur verba compendiosa reciprocæ substitutionis inter filios, & sic pernecesse concludendum videbatur, per dictum verbum *figli* in plurali, utrumque posthumum comprehendi, tam masculum, quam fœminam cum filiorum appellatione etiam posthume contineatur, *l. si quis filiabus, ff. de testam. tutel. Moresces. variar. resolut. lib. 3. cap. 11.* & maxime ad exclusionem substituti, *Alex.cons.7.nu.39.vol.6.* & melius *cons.27.vol.7.* ubi etiam adducitur *Ancb. consil. 68. & cons. 120 per text. in d.l. cum acutiss.& l. cum avus*, & ita decisum in Senatu Pedemontano refert *Thes. d. dec. 188.* sequitur *Ginrb. d. dec.32.nu.11.*

50 Neque obstabit doctrina *Bal. in l. in multis ff. de statu homin. & Peregr. de fideic. d. art. 23. num 45. & Molin. de primogen. Hispan. lib. 3.c. 5. num. 35.* ubi habetur, quod quando testator, discretive fuerit loquutus de filiis masculis, & fœminis, masculos instituendo, fœminas vero dotando, quod tunc appellatione filiorum fœmina non contineatur, quia multipliciter respondendum est? Primò, quia non est verum, quod in casu nostro sint instituti filii masculi per nomen collectivum, hoc est *instituo filios meos masculos*, sed fuit institutus filius nomine proprio, eum vocando *instituo Anton. Hieronym.* Ratio autem tradita fuit à DD. supra allegatis, quod quando discretive loquutus fuerit, fœmina non comprehendatur, quia cum masculos vocaverit filios, fœminas vero fœminas, expressum facit cessare tacitum, quia illa regula, quod masculin. concipit fœmininum, cessat, quando aliter ex verbis expressis testatoris habetur, quod uno modo vocavit masculos, alio vero modo fœminas, quod non est in casu, de quo agebatur, dum non sub nomine collectivo, sed cum proprio nomine fuerit Antonius Hieronymus institutus.

51 Secundò respondebatur, quod hæc regula non potest procedere, quotiescunque illud verb. *figli* non potest verificari in uno prout in casu prædicto, ut optime declarat *Vincent. Fusar.* post alios in *quæst.31.n.37.* qui omnes colligit *Doctores* in dicto articulo, quando scilicet discretive testator loquutus fuerit, & *numer.38.* declaratur non procedat regula, quando testator filiam in re certa instituisset, & duos masculos hæredes fecisset universales, & deinde dixit, *& si alter sine filiis, vel sine liberis decederet, superstites succedant* cum non posset verificari in uno, in substitutione etiam filia fœm. veniret, sic in casu prædicto illud verb. *figli*, in plurali nullo modo posset verificari, nisi includatur fœmina.

Nec tandem dicebatur, obstare probationem factam per testes, nam ultra ea, quæ objiciebantur, tam adversus eorum personas, quia erant ancillæ, & idio-

52 tæ, & deponebant de pupillari substitutione, quam etiam circa eorum dicta, quia deponebant ultra articulos, quo casu non probant, juxta notata per *gl. in c. de testibus extra de testibus*, ubi *Abb.* & alii, *Sard. dec. 26.nu.6.* ubi plures alleg., & erant inter se varii, & discordantes. Dicebatur amplius, quod de eorum dictis nullo modo poterat aliqua ratio haberi, cum re vera non possit dici declaratio voluntatis testatoris, sed potius nova dispositio, cum enim ex juris interpretatione testator nullo modo voluit excludere propriam filiam, ut supra fuit fundatum, dicitur enim certa testatoris voluntas, quæ per juris interpretationem de-

53 claratur, *l. 8. C. de legat. Mant. de conject. ultim. volunt. lib.3.titul.2.nu.2.* ideo quotiescunque ea ipsa probatione, voluntate testatoris, etiam ex legis interpretatione declarata, aliquid innovaretur, seu mutaretur, non

54 dicitur declaratio, sed nova dispositio, in qua tot testes requiruntur, quot in ipso testamento sunt necessarii. *Dec. cons. 105. sub nu.4. Areton. in l. hæredes palam, col.4. vers. ad primum dictum, ff. de testam. gl. & Bart. in l. cum proponebatur, in fine, ff. de legat.2. Surd. cons. 129.nu. 28. Grassan. in puncto distept. forens. c.650.nu. 13. tom 4.*

55 Tertiò, esse aliquem comprehensum, vel exclusum à substitutione, non dicitur declaratio, sed de essentia illius, & propterea requiruntur septem testes, *Grat. discep. forens. tom. 4. d. cap. 650.* declarare enim non dicitur, qui mutat, *Cancer. variar. resol. lib. 2. cap.2. nu. 108 cum seq. Menrad. de conject. ment. defunct. lib. 1. cap.3.nu.3. Grivell. decis. 156. Senatus Dolani, Mant. de conject. ultim. vol. lib.12.tit.16.nu.9.*

Et tandem considerabatur quod etiam, quod tractaretur de declaratione voluntatis testatoris, quæ

56 probari posset per testes, tamen non semper hoc erit verum, multoties enim testatores solent aliqua verba efferre, non ut suam voluntatem declarent; sed ut alicui morem gerant, & ideo hoc erit cum grano salis intelligendum, quando vere, ac principaliter suam voluntatem obscuram voluit coram testibus declarare, *Mant. de conject. ult. vol. lib.3. tit.3. num. 15.* in novissime impressis post *Gabriel.* quem allegat in *cons. 122. vol. 2. in fi.* quod satis periculosum videbatur ex testibus sumere interpretationem ad exclusionem propriæ filiæ, & inclusionem substituti fratris, tempore, quo nullo modo ex testamento elici poterat, agnationem contemplasse, & proinde discusso plene negotio die 26. Novemb. 1639. ad mei relationem fuit conventa absolute, penes Actorum Magist. S.C. Fabrit. Solatium.

OBSERVATIO IN DECISIONE CXXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Conditio si sine filiis verificatur tam in masculo, quam in fœmina, sed contrarium existentibus conjecturis num.2.*

2 *Qualitas masculinitatis quando repetita censeatur, num. 3.4.5.6.& 7.*

8 *Filia semel exclusa, an sit semper exclusa, & num.9.10. 11.12.13.14.15.16.17.18. quid in emphyteusi, num.19.& quid in majoratibus, nu.20.*

21 *Filia à patre dotata, sed in testamento præterita, an possit dicere testamentum nullum.*

Testamentum patris, an sit ipso jure nullum si in eo pater aliquas filias præterit, alias vero instituit, etiam respectu institutarum d. num. 21.& quid stante Constitutione Regni *incip.* in aliquibus, *&* consuet. Neapol. *incip.* si moriatur, *nu.22. & 23.*

24 *Vitium præteritionis, an impediat immissionem hæredis scripto, adducitur decisio, nu. 25.*

26 *Nepos excludit amitam in successione feudorum, non tamen in allodialibus, nu.28.*

27 D. Præsid. Sacr. C. Petrus Jordanus Ursinus *laudatur.*

29 *Nepotes masculi ex filia præmortua æqualiter succedunt avo, vel aviæ ab intestato cum nepotibus ex filio masculo præmortuo, idque procedit etiam in successione in linea collaterali ibid. & quid si filia præmortua renunciavit, nu.30.*

30 *Nepotes ex matre præmortua, an veniant ex propria eorum persona, ubi mater renunciavit.*

In

IN causa hujus decisionis per S. C. fuit datus curator D. Consiliarius *Io. Baptista Hodierna* tunc Advocatus primæ classis ad tuendum jura Lucretiæ Monticellæ, ut *ipse* testatur, *cap. 11. num. 3. lib. 1. controver. foren.* ubi lautissimè scripsit pro dicta Lucretia, & obtinuit contra Aloysium patruum, ut refert *ibid. num. 90.* & pariter *D. Regens na. 56. in fine*, & sic pro comprobatione decisionis videnda, legenda, ac ponderanda sunt ea, quæ scripsit, & in jure allegavit *D. Hodierna d. c. 11. per totum* ideoque pauca observabo circa hanc decisionem.

Primo observa, quod licet conditio *si sine filiis decesserit*, verificetur tam in masculo, quam in fœmina 1 *l. si quis ita, ff. de testam. tutel. l. si transcriptum, ff. de legat. 2. Gra. ba dec. 32. na. 18. vers. non solum*, attamen 2 ex conjecturis a d. regula receditur, ut traditur per *Bart. in l. si in princ. ff. de verbor. signif.* Ettinoctuill. *Manticam de conjectur. ult. volunt. lib. 11. tit. 19. a num. vers. sed & si Peregr. de fideicom. art. 25. num. 30. vers. limitatur conclusio*, aliosque, quos citat *Cammu. ulo dec. Bonon. 31. nu. 2.* qui à *d. num. 2. per tot. nu. 62.* ponit conjecturas per quas censetur repetita qualitas Masculinitatis, quando in una, vel in diversis orationibus perfectis sit mentio masculorum, & filiorum, ideoque quando casus acciderit ad ipsum recurre, nam ibi habes materiam benè explicatam, & pariter *à na. 24. per tot. num. 40* declarat quæ dicatur unica oratio, & qualiter cognoscatur, & filiorum appellatione quando veniant fœminæ tradit *Humer. 02.* sed circa repetitionem masculinitatis de qua *D. Regens num. 24.* notandum 3 erit quod licet in ore multorum adsit axioma illud, quod facta mentione de masculis in una parte testamenti, seù in pluribus partibus censeatur semper repetita qualitas masculinitatis, illud, non procedit de jure; nam etsi nonnulli DD hoc tenuerint, de quibus *Gabriel. lib. 4. comm. concl. tit. de testam. concl. 10.* attamen 4 nedum idem *Gabriel. ibid. nu 6.* refert alios contrariam tenentes opinionem, sed etiam de communi, imò magis communi opinione testatur etiam *cons. 98. num. 28. lib. 1. & Urceol. consult. 267. num. 57. & 58.*

Et negativam opinionem esse magis communem, obstest dubitandum, ut videre poteris apud *D. Martam de success. legali par. 4. q. 6. art. 3. num. 8. & 9.* ubi sontinos citat, & postea idem tenet *D. Anna ralleg. 138. num. 13. lib. 2.* ubi *D. Consil. filius in addit.* confirmat, ideoque dixit *Mantica de conjectur. ultim. volunt. d. tit.* 5 *14. num. 10.* quod etiam si in superiori parte testamenti testator mentionem fecisset de filiis masculis, non per hoc potest eligi probabilis, seu evidens conjectura, ut semper masculi censeantur vocati, sed opinio affirmati6va de qua *num. 5.* procedere posset, quando unico contextu, & oratione fuisset facta mentio de masculis, & filiis simpliciter ad tradita per *Fusar. de substit. qu. 403.* 7 *num. 8.* vel quando tractatur de conservatione familiæ, à testatore considerata, & concurreret masculus remotior, cum fœmina proximiore *Molina, & ibi addentes de primogen. lib. 3. c. 5. nu. 39. & 40. Fusar.* late *de substit. q. 385. nu. 12.*

Secundo observa, quod conclusio illa, ut filia semel 8 exclusa remanet semper exclusa de qua in *cap. 1. §. quinetiam Episcopum, vel Abbatem in usib. feudor.* ubi *Iser. Bal. & alii scribentes*; & *Bart. in l. fin. §. quaeant in pendentium. 2. in fine ff. ad Trebell.* processit etiam æquivocè apud gravissimos Authores, ut advertit idem *Molin. de primogen. lib. 1. c. 6. num. 22.* ea ratione, nam semel 9 exclusa, non dicitur semper exclusa, cessante causa exclusionis, ideoque D. *Reg. Galeota* Dux Reginæ *contron. 59. num. 49. vers. secunda ratio evidens est lib. 1.* ex multis præcipuè ex *Surdo cons. 416. num. 11. & seq.* fun10dat Clericum exclusum ob existentiam laici in successione fideicommissi, cessante laico succedere, unde *nu.* 11 *47.* subdit, quod exclusis fœminis ob rationem conservationis in familia, cessantibus masculis, fœmina semper admitti debet, ut etiam probat *D. Reg. hic num. 30.* quam conclusionem veram dijudico, licet nonnulli 12 contrarium voluerint, ut scilicet fœmina semel exclusa, remaneat semper exclusa, etiam deficientibus masculis, ut voluerunt *Bart. in l. nam Avus, ff. de condit. & demonstrat. Menoch. cons. 904. nu. 11. & 18. & cons. 1031. nu. 19. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 89. num. 97. Peregr. cons. 9. lib. 4. & de fideicom. art. 27. nu. 21. Dec. cons. 182.* aliique apud ipsos, & idem quan13do sunt vocati masculi, fœmina sit semper exclusa, ita ut ultimus masculus possit extraneum hæredem instituere docuerunt *Bertrand. cons. 46. numer. 8. Ias. cons. 164. lib. 4.* qui consuluit in eadem causa, in qua scripsit *Bertrandus, Bartol. Socin. cons. 63. num. 12. lib. 2. Menoch. d. cons. 904. num. 32. Thesaur. dec. 63. num. 3. Peregr. d. art. 27. num. 16. & 20 Ias. pli. sese dec. Aragon. 308. p. 3. num. 9. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 6. num. 22. vers. octavo D. Rovit. cons. 94. na. 16. 17. 18. & seq. Mieres. de majoratu p. 2. q. 6. nu. 44.*

Quinimmo tunc excluditur fœmina, quando extant 14 masculi, sed quando nullus extat masculus descendens à testatore, tunc succedit fœmina descendens à testatore, ut *supra num. 11.* diximus, neque fœmina semel ex15clusa semper dicitur exclusa, attenta *constit. in aliquibus, & consuet. si moriatur*, nam nullatenus ibi excluditur fœmina, sed solùm est suspensa existentibus, ac durantibus masculis, qui sunt causa exclusionis, sive suspensionis, meritò causa prædicta deficiente admittenda est fœmina, ac si nunquam fuisset suspensa.

Hinc *Molfes. par. 3 de success. ex statu. q. 23. na. 5. ad consuet. Neapol.* dixit, quod fœminæ non sunt sim16pliciter exclusæ per statutum, vel consuetudinem, sed sub conditione si adsint masculi, quibus non extantibus ipsæ fœminæ succedunt & sic ut filia à successione 17 patris excludatur propter masculos vigore statuti, duo requiruntur ad tradita per *Surd. cons. 446. numer. 21.* post alios, quos citat, primo, ut masculi supersint, & secundo, ut sint capaces successionis, ne scilicet per repudiationem; vel alio modo desinerent esse in medio, quod pariter probavit *idem Surd. de alim. tit. 2. qu. 15. num. 91. & seq* quem secutus est idem *Molfes. par. 4. de renunciat. quæst. 1. numer. 3.* ideoque fœminæ mor18tuis masculis, quasi postliminii jure revertuntur, & bona paterna recuperant, ad tradita per *Socin. jun. cons. 1. vol. 1. Menoch. cons. 105. num. 7. & Menoch. cons. 43. per tot.* & præcipuè, *numer. 15.* quod sequens laudat, *Molfes. d. qu. 23. numer. 6.* hinc emphyteusis concessa pro se, & hæredibus, licet fœmina excludatur per fra19trem masculum, tamen illo decedente sine descendentibus masculis succedit ad exclusionem directi Domini, ut judicatum dicit *Surdus decis. 95.* sequitur *Ciriac. contron. 223. nu. 10. vol. 2.*

Idque procedit etiam in majoratibus, in quibus si 20 semel fœmina exclusa sit, cessante persona, quæ illam exclusit, atque illius descendentibus, fœmina admittenda erit, ut appositissimè discusso articulo probat *Molin. de primog. lib. 1. cap. 6 nu. 22. vers. hac autem regula*, ubi præcipuè quamplures DD. ad hoc allegat, inter quos *Castr. cons. 134. nu. 11. lib. 1. Paris. cons. 72. n. 100. cum seqq. lib. 4.* ideoque *Molina d. num. 22. in fine* sic notat. *Quæ omnia menti tenenda erant vidimus namque frequentissimè gravissimos viros in hujus regulæ explicatione æquivocè processisse*, & hanc conclusionem confirmat *lib. 3. c. 5. nu. 72.*

Tractat *D. Author, nu. 29.* an filia à patre dotata, sed præterita in testamento, possit dicere testamentum nullum, & videtur concludere, quod non, contra *Afflict.* 21 *dec. 118.* ideoque velim scias quod si pater præterit aliquas filias, alias verò instituit, in testamentum sit nullum ipso jure etiam respectu institutarum, & antequam impugnetur à filiabus præteritis, & concludendum videtur; quod sic, ut de magis communi opinione testatur *Crass. in § testamentum q. 48. nu. 2. Clarus in § testamentum*

mentum q. 43. & ibi *addentes Vasq. c.* 99. *lib.* 3. *Barri lib.* 10. *num.* 21. non tamen præteritio filiatum operatur nullitatem testamenti stante *Constit. Regni in aliquibus, & consuet. Neap.* incip. *si moriatur de success. ab intest. Molfes. p.* 4. *qu.* 12. dicit de jure communi debere institui sequo tamen stante *d. constit. & consuet. & num.* 5. distinguit, ubi sunt instituti filii masculi, secus si extranei; sed *D. Capyc. p.* 3. §. 8. *in consuet. si moriatur,* tenet indistinctè etiam extraneis institutis non rumpi testamentum, & *Clarus vrd.* §. *testamentum quæst.* 42. *in fine* remanet sub dubio.

An autem vitium præteritionis impediat immissionem hæredi scripto, & licet *text. in l.* 2. *C. de edicto Divi Adriani. tollen.* dicat quod non *D. de Anna alleg.* 19. *D. Reg. Reverter. dec.* 9. *lib.* 7. *in manuscript.* tamen *glosa; & Bart.* declarant, ubi non liquet ex eodem testamento de filiatione *Menoch. rem.* 4. adipisc. *n.* 729. *Argel. de acquir. poss. q.* 3. *nu.* 788. *D. Tapia decis. S. C.* 58. *sub numer.* 8. sed in causa Marcelli Filomarini cujus partes tuebatur *D. Lelius Gizzius* mens sicuter cum Marchionissa Bonialbergi fuit per S. C. judicatum interim pro sequestro in banca de Cantone, hodie de fusco, erat namque Marcellus institutus hæres universalis à Carolo fratre, in testamento cujus vigore obtinuerat in M. C. V. decretum præambuli. attamen d. Marchionissa filia d. Caroli à quo fuerat dotata appellendo in S. C. ad. decreto præambuli, nullitatem testamenti deduxit, quia præterita, & ad relationem *D. Præs. Andrææ Marchesii* viri doctissimi, & maximi feudistæ tunc Regii Consiliarii fuit datus terminus in causa super omnibus hinc inde prætensis, & interim ordinatum sequestrum.

Et pariter notabis, quod neptis excludit Amitam in successione feudi, ut luculenter probat *D. Regens Marinian. disput.* 4 5. 6. *lib.* 1. qui causæ victoriam reportavit junctis Aulis S. C. de mense Decembris 1628. dum fuit exclusa D. Lucretia Cosso Amita à successione feudorum titulatorum D. Honuphrij Cosso, & admissa D. Joanna Cosso neptis ex sorore primogenita, ut ipse testatur *disp.* 6. *nu.* 58 de qua decisione meminit *D. Præsid. S. C.* omni ævo memorandus, *Petrus Iordanus Ursin.* in suo doctissimo *tract. de success. feudor. p.* 2. *q.* 4. *art.* 4. *num.* 8. ac *D. Horatius Montan. controv.* 28. *num.* 2. *in fin.* & pariter *D. Revir.* qui in d. causa compilavit *dec.* 5. in ordine, eandemque opinionem secutus est *D. Montan. d. controv.* 28. *nu.* 1. & 2. qui contrarium sustinet in successione feudi dividui, vel allodialium, ut nimirum æqualiter succedant neptis, & Amita in bonis allodialibus in linea Collaterali, ut notat *ibid. nu.* 3. ex *text. in* §. *his vero desicientibus de success. fratr. & gradib.*

Sic etiam nepotes masculi ex filia præmortua æqualiter succedunt Avo, vel Aviæ ab intestato cum nepotibus ex filio masculo præmortuo, non obstante *constit. Regni in aliquibus, & consuet. Neap. si moriatur,* per quas stantibus masculis, filiæ fœminæ non succedunt, idque procedere etiam in successione in linea transversali, fundat *D. Staiban. resol.* 183 *à num.* 1. *per.* 34. *lib.* 2. & quid 30. si filia præmortua renunciavit, an filii veniant ex propria eorum persona, tradit ibi *à num.* 45. *per* 81. & *resol.* 182. *per tot.* cautamque fuisse transactione finitam affirmat *d. resol.* 182. *num.* 50. & conferunt ad hunc articulum ea, quæ *Nos* diximus *in observ.* 4. *lib.* 1. & notata *in observ.* 12. *à n.* 3. *per.* 21.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

De solemnitatibus requisitis à jure in confectione inventarii. & an ex defectu quod non fuit illud infra tempus à lege statutum completum, vel ex omissione descriptionis bonorum hæreditariorum, vel ob non citationem unius ex creditoribus, corruat.

SUMMARIUM.

1 *Clausula apponi solita in sententiis, quando condemnantur hæredes, quæ sit.*
2 *Inventarii confectio operatur, ut hæres non teneatur ultra vires hæreditariæ.*
Intellige, ut num. seq.
4 *Inventarium debet fieri infra trimestre tempus, saltem à die aditæ hæreditatis, & nu.* 15.
5 *Inventarium debet fieri in Romana Curia secundum* Constitut. Pii V. *infra duos menses.*
6 *Inventarium an reddatur nullum propter omissionem descriptionis omnium bonorum, & n. seq.*
Declara, ut nu. 19. 20.
8 *Clausula,* salvo jure addendi, &c. *quid operetur, & quid si hæres aliquid dolose omiserit describere, an ex dicta clausula possit salvari, n.* 9.
10 *Citandus est quilibet interesse habens in confectione inventarii, aliàs præjudicium ei inferri non potest.*
Intellige, ut n. 26.
Sed contra, nu. 37.
11 *Inventarium an vitietur in totum, si non omnes quorum interest, fuerint citati.*
12 *Inventarium præsumitur bona fide, sine dolo factum, nec qualibet doli præsumptio sufficit ad illud destruendum, & n.* 13.
14 *Inventarii confectio quare inducta fuerit.*
16 *Mora modica excusat à confectione inventarii.*
Et quod tempus importet ista modica mora, n. 17.
Et quid si præcesserit descriptio bonorum statim sequuta morte testatoris, num. 18. *ubi refertur Decisio Collateralis Consilii.*
Intellige tamen, ut nu. 34.
21 *Hæres, qui bona fide omiserit res aliquas in inventario describere, pœnam non meretur.*
22 *Dolum alleganti incumbit probatio.*
23 *Stabilia de facili celari non possunt, sed ex seipsis manifestantur.*
24 *Factum, quod ex legitime, ex superveniente casu non vitiatur.*
25 *Fœmina debet restitui adversus solemnitates in inventario omissas, n.* 38.
27 *Citationis solemnitas inventario adhibenda, in multis Regionibus non servatur.*
28 *Inventarii forma individua est, & in minimo violari non potest.*
29 *Forma ad unguem servanda est, aliàs actus corruit.*
30 *Inventarium quid sit.*
31 *Moræ purgatio post tempus à lege præfixum non admittitur.*
32 *Iudex non potest prorogare terminum à lege præfinitum, quia solemnitas est de forma.*
33 *Moræ purgatio in casu, in quo admittitur, infra quod tempus fieri debet.*
35 *Inventarium, sive descriptio facta à Iudice de bonis testatoris, non prodest hæredi, nisi fuerit intra trimestre tempus ratificata.*
36 *Hæres omittens bona describere an teneatur ad duplum, vel in totum corruat inventarium, sunt pro utraque parte opiniones, sed quamcunque amplectatur, non potest dubitari, quin hæres teneatur.*

DECISIO CXXIX.

AD instantiam Rationalis Reg. Cameræ Summariæ Philippi Pandolfi fuerunt per sententiam S. C. condemnati hæredes q. Josephi de Pito ad solvendum ducatos septingentum unà cum interesse, apposita clausula in sententia, *salva discussione inventarii, quatenus de eo legitime apparuerit,* quæ semper apponi solet in sententiis, quando condemnantur hæredes. In exequutione cujus sententiæ cum per dictos hæredes esset apposita exceptio discussionis inventarii, fuit per actorem repli-

replicatum, de asserto inventario nullam esse habendam rationem, & proinde esse exequendam sententiam etiam in bonis propriis, quamvis enim hæres adeundo hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii non teneatur creditoribus defuncti ultra vires hæreditarias, juxta dispositionem *text. in l. fin. §. etsi præfatum C. de jur. delib. Menoch. cons. 203. num. 17. Surd. cons. 143. num. 40.* tamen hoc intelligitur, quando fuit ab hærede confectum, adhibitis solemnitatibus à jure requisitis, alias erit ac si non esset factum, & tenetur de proprio, *Rol. de inv. confect. parte 3. vers. attande denique fol. 45. Plum in tract. de hæred. part. 3. nu. 4. cum seq. Costa de jur. & fact. ignor. dist. 37. cent. 1. Thom. Tomasin. in tract. var. tit. 8. n. 17. Staibano cons. 14. n. 10. Hond. cons. 53. lib. 1. n. 2. Rota Rom. in novissimis ab anno 1616. dec. 435.*

Et propterea dicebatur, quod cum inventarium peccabat in multis, & præcipuè, quia non fuit factum intra legitima tempora, puta infra trimestre tempus, saltem numerandum à die aditæ hæreditatis, juxta dispositionem *text. in d. leg. fin. §. sin vero, C. de jur. delib.* ubi omnes *Doctores, Beronus q. 62. Guido Papa dec. 571. Faber in suo C. tit. delib. defin. 9.* & alii longa serie congesti per *Borrel. in summ. decis. lib. 3. tit. 19. nu. 14.* licet in Romana Curia fieri debeat infra duos menses à die obitus testatoris, ex *Constit. Pii V. 84. §. Et à die obitus, in novo Bullario libro 1.* & in facto constabat fuisse per Magn. Cur. Vic. expeditum decretum præambuli die 4. Maii 1621. & inventarium non fuisse factum, nisi die 21. Octobris ejusdem anni.

4

5

6 Secundò peccabat, quia non fuerunt omnia bona in inventario descripta, juxta *text. in dicta lege fin. §. licentia, C. de jur. delib.* quo casu quamvis aliqui dixerint, inventarium prodesse hæredi, sed in duplu cum teneri, ut per *Doctores in dict. §. licentia, Menoch. cons. 471. libro 5.* & alii per *Gasp. Anton. Thesaur. quæst. forens. quæst. 10. lib. 1. num. 26. Pistorius observ. jur. qu. 129. nu. 1. cum seq.*

7 attamen magis communis est opinio, ex bonorum hæreditariorum omissione in totum hæredem beneficium inventarii amittere, ut post innumeros, quos allegat, de communi testatur *Bertaz. in consil. sua criminali 154. num. 41. Alexand. Raud. consil. 6. n. 10. vol. 1. Fabius Turretus consil. 47. vol. 2.* & post ipsos *Fabius de Anna consil. 96. vol. 2.* qui etiam de communi, & receptiori testatur, quam etiam opinionem Doctoribus pro utraque parte scribentibus citatis, amplectitur *Thes. d. q. 10. nu. 26. & 27. Alexand. in d. §. licentia, num. 4.* ubi etiam *Ins.* qui de communi testatur, *Menoch. consil. 4. num. 2. Monticula de invent. par. 17. nu. 7. Phanucius de invent. part. 3. num. 63.* quia præsumitur esse in dolo, *Crotus cons. 201. n. 23. lib. 2. Honded. cons. 34. num. 2. lib. 1.*

8 quod maximè procedit, quando in inventario non est apposita clausula, *salvo jure addendi*, quam protestationis practicam faciendam ab hærede, posuit *Bald.* post *Nicolaum de Mattarellis in d. l. fin. §. cum igitur, sub nu. 8. C. de jur. deliber. & in Auth. sed cum testator, nu. 18. C. ad l. falcid.* per quam dolus excluditur, *l. 1. C. uti possidetis*, cum aliis notatis per *Angel. in l. 1. §. hac stipulatio, in fine, ff. si cui plusquam per l. falcid. Ioannes Delectus de art. testandi tit. 11. caut. 8. sub. num. 3. Cornelius Benincasa de privileg. pauper. 10 speciali plenis. volunt. num. 34. Borell. in summa decis. lib. 3. tit. 19. de inventario hæredis, num. 98. & 99.* de cujus protestationis efficacia, & virtute habetur etiam per *Bald. in l. sed cum testatorem C. ad l. falcid. Honded. d. consil. 34. in fi. lib. 1.* & quod faciat cessare dolum, decisum refert *Gamma decis. Lusit. 148. Mart. de clausul. par. 1. claus. 134. & consil. 70. numero 34. Surd. & ibi Hodiern. in decis. 222.*

9 quod tamen procedit, quando hæres non dolosè omitteret describere, quia tunc ex dicta clausula posset salvari, dummodo quando supervenit notitia de alia re hæreditaria non descripta, illam describeret, alias nisi sciret, & dolosè omitteret, teneretur, non obstante dicta clausula, in solidum, *Bart. in l. 1. §. item, num. 4. ff. de Præfect. Vrb. Honded. d. consil. 34. num. 13. & 14. & consil. 35. lib. 1. Rota Rom. apud Durand. decis. 387. num. 7. & apud Farinac. decis. 199. lib. 2. & apud Ludovis. decis. 169.* ubi etiam *Oliverius Beltraminus Additionator*, & pluries decisum refert *Gratian. discep. forens. cap. 711. num. 11. Gamma decis. Lusit. 48. & 152. Grivell. in dec. Senat. Dolan. 43. Surd.* & ibi *Hodiern. in d. decis. 222.* qui alios allegat, & in fine refert decisionem S. C. in causa Scipionis Magnacervi, ubi ex omissa descriptione dolose facta fuit hæres in solidum condemnatus, latissime etiam *Fontanell. de pact. nupt. cl. claus. 7. gloss. 3. par. 2. numer. 35.* & quod omittens dolose describere rem hæreditariam, teneatur in solidum, & non gaudebit beneficio inventarii, voluerunt etiam *gloss. & Iac. de Belvis. in auth. si vero non fuerit, C. de hæred. & falcid. Rayner. de Forliu. & Bar. in l. rescriptum in princ. ff. de his, quib. ut indign. Guid. Pap. in tract. de invent. num. 5. & 6. Cacheran. decis. 147. num. 9. Peregr. de jur. fisc. lib. 2. titul. 10. num. 15.* & alii allegati per *Borrell. in summ. decis. d. titul. 19. num. 96.* ubi in fine dat rationem, quod Imperator in *d. l. fin. Cod. de jur. deliber.* statuit, hæredem, qui secundum solemnitates ibi positas hæreditatem adivit, uti posse privilegio, ut non teneatur ultra vires hæreditarias, quod si eas non adimplet, non tenetur in solidum in pœnam, sed remanet in puris terminis juris civilis, & distinguit, quòd si omittit celando rem mobilem, tenetur ad duplum, quod si omittit in inventario rem stabilem, tunc tanta aperta videtur esse malitia, ut nulla possit allegari excusatio, prout in casu, de quo agebatur, ubi dicebat creditor, non fuisse posita bona stabilia valoris ducat. circiter septem mille, ultra ducatos 747. 2. 10. postea exactos à debitore hæreditario, ut constat ex instrumento, quos ponere debuisset, saltem post exactionem factam, & propterea concludebatur, hæredem fuisse in dolo non scribendi rem stabilem magni valoris, & proinde nedum teneri ad duplum, verum etiam in solidum, tam creditoribus, quam legatariis, ut decisum refert *Thessaurus dicta quæst. forens. 10. n. 18.*

Tertio dicebatur per actorem, quod quamvis omnia prædicta deessent, hæres non poterat in inventarii exceptione adversus ipsum creditorem excusari, quia cum esset creditor certus, non fuerat in ipsius

10 confectione citatus, prout de jure requiritur; satis enim clara, & indubitata est juris regula, quod quilibet interesse habens est citandus, alias præjudicium ei inferri non potest, *l. de unoquoque, ff. de re judic. l. unum ita divus, ff. de adoptio. l. tres denunciationes, C. quomodo & quando Iudex, cap. cum olim, de testib.* cum aliis concordantibus, quod specialiter esse faciendum in confectione inventarii, dixit *Guid. Pap. in tract. de inventar. num. 2. vers. & pro intraitu, Bald. in auth. sed cum testator, nu. 5. C. ad leg. falcid.* ubi dicit, quod si de præjudicio singulorum agitur, singuli sunt citandi, & est *text. in §. sancimus, in auth. de hæred. & falcid.* &

11 quamvis sit contentio inter *Doctores*, si fuerit omissum citare aliquem ex creditoribus, vel legatariis, inventarium in totum respectu omnium corruat, an vero respectu non citatorum tantum, ita ut *Crassus* alios referens *de success. lib. 2. artic. inventarium, q. 9. n. 5.* retulerit, quod magis communis opinio est, & in puncto juris verior, quoad citatos, tamen admittendo opinionem magis æquam, quod non noceat non citatis tantum, cum qua transit Rota Romana, ut ex impressis io anno 1616. per *Farinac. decision. 195. Dec. consil. 250. n. 4. Beltraminus in addition. ad decision. Ludovisii 137. Afflict. & ibi Vrsill. decision. 262. num. 5. Phanucius de inventar. dicta part. 3. nu. 16. Thorus in 3. part. compen. in verb. inventarium confectum ab hærede, fol. 605.* & alii allegati à *Balthas. Thomasio in dict. tract. de inventar. tract. 7. de requis. in confect. inventar. titulo 8. numero 49. Peregrin. consil. 95. numero 7. volum. 4.* ex quibus concludebatur,

cludebatur, quod sive inventarium in totum corruont sive quoad ipsum creditorem certum non citatum, ipsos hæredes non posse dicta exceptione fulciri.

Quibus tamen per Joannam Cappuccio hæredem replicabatur, quod ipsa jam inventarium confecerat bona fide, & sine dolo, prout de jure præsumi debet, 12 *Bald. in leg. fin. §. licentia, C. de jure deliber. Menoch. lib. 6. præsumpt. 61. numero sexto. Regens Valenzuel. consil. 133. num. 69. volum. 2.* & si aliqua defecerint, fuerunt bona fide omissa per ignorantiam, errorem, vel simplicitatem, quo casu pœnam non meretur, *leg. si servum, §. Prætor ait, ff. de acquirend. hæred. in. Rota Diversor. in* 13 *novissimis ab anno 1631. dec. 181. numero tertio*, nec enim quælibet doli præsumptio sufficit ad destituendum inventarium, ita ut hæres ejus beneficio privetur, quia debet esse convincens, ut probat *text. in dicta leg. fin. §. licentia* ibi *Convicti*, & ideo non sufficit quælibet probatio, *Bald. cons. 514 libro 5. numero primo, Pharus de invent. parte 3. num. 50. Honded. consil. 35 numero 12. libro 1.* sed debet exactissime probari *Surd. in decis. 216. num. 15. Ludovis. dicta decision. 169. in fin. Duran. decis. 387.* 14 *num. 23 parte 2.* Immo plus dicunt *Doctores*, quod cum inventarii beneficium sit inventum, ne res hæreditariæ occultentur, ubi ista præsumptio occultandi, vel fraudandi cessat, nec inventarium facere necesse est, *Decian. cons. 85. numero 32. volum. 5. Lederen. cons. 23 numero 10. Cancer. lib. 3. cap. 2. var. resol. numero 109. Durand. dicta dec. 387. nu. 20.*

Ad oppositiones adversos inventarii solemnitates respondebantur, quod non obstare poterat, quia non fuerat infra tempus trium mensium [illegible] & si enim intra triginta dies à die scientiæ hæreditatis sibi delatæ, 15 vel à die apertionis testamenti debeat inventarium inchoari, & intra alios sexaginta dies immediate sequentes debet perfici, juxta solemnitatem dispositam ex *text. in dicta leg. fin. §. sin autem dubius, Cod. de jure deliberand.* vel secundum communem intelligentiam terminus trium mensium non currat, nisi à die aditæ hæreditatis, ut habetur ex *glos. in dicto § sin autem dubius, in verb. delatam* quæ *glos.* est communiter recepta, ut notaverunt [illegible] *Jacobus Butrig. Bartolus*, & alii longa seria congesti per *Borellum in summ. decision. tom. 3. titul. 19. de inventar. hæredit. cum benefic. leg. & inventar. numero 14.* tamen non debet hoc ita individualiter servari, ita ut modica mora non excuset, prout in simili diximus in *decis. [illegible] numero trigesimo*, in causa 16 Regii Fisci cum Josepho Rosello & Angela Amorosa, quia ea, quæ in continenti fiunt, post actum, retamen integre idem est, ac si ante actum facta fuissent, ut hæc ibi diximus.

Et propterea cum tempus trium mensium non inceperit currere, nisi ab expeditione decreti præambuli, per quod apparet hæreditatis aditio, quod fuit interpositum sub die 4. mensis Maii 16[illegible] non elapsi fuerunt tres menses, nisi in die 4. Augusti, inventarium vero fuit 17 confectum in die 21. Octobris & sic mora non adfuit, nisi spatio duorum mensium, & paulo plus, quod eo fortius procedere debet in hoc casu, in quo statim se- 18 quuta morte testatoris fuerunt ordine Judicis etiam bona mobilis notata per diligentissimum Scribam Sac. Regii Consilii, juxta quam descriptionem fuit postea inventarium confectum, prout in casu magis arduo fuit decisum in causa Isabellæ Monforiæ cum illis de Pappacoda, in qua licet per Sactum Consilium in prima instantia fuisset decisum ad beneficium Creditorum, attamen in reclamatione facto verbo in Collat. Consilio obtinuit hæres, & tamen in dicto casu nedum erat factum post terminum trium mensium, verum deficiebat citatio, & non aderant alia requisita, de qua decisione habetur per *Paul. Staib. in cons. 24.* & de ea mentionem facit *Thor. in 2. tom. compendii, in verb. inventarium confectum fol. 304.*

Ad secundum vero objectum, quod non fuerunt 19 omnia bona in inventario descripta, plura replicabantur, & primo, quod ex ipsorum omissione non invalidatur inventarium, sed hæres in duplo tenetur, juxta claram dispositionem *text. in d. §. licentia.* ibi, *etio* [illegible] *debitas observantia, ut si ex hæreditate aliquid hæredes subripuerint, vel celaverint, vel amovendum curaverint, postquam fuerint convicti, in duplum hoc restituere vel hæreditatis quantitati computare compelluntur*, quod etiam ibi notat *Bartol.* & quamvis *Doctores* super intelligentia prædictorum verborum in *d. §. licentia* insudaverint, ita quod multi illam tenuerint opinionem, quod nedum teneatur hæres ad duplum, sed etiam quod privetur beneficio inventarii, sequuti opinionem *gloss. Accursii in §. sancimus in verb. non forte, & in dict. § si vero, in verb. honorari, in auth. de hæred. & falcid. Jacob. de Beluis. in d. §. si vero, Dyn. Rayner. de Foroliv. & Bart. in leg. rescriptum 1. ff. de mu., quibus ut indign.* & alii allegati *num. 6. & seq.* quibus addendus est *Honded. cons. 34. numer. 4. volum. 1. & Menoch.* qui *dicto cons. 471.* vigintiduo Doctores pro hac opinione refert, 20 alios etiam refert *Borrell. in summa dec. vol. 3. d. tit. 19. nu. 95. cum sequentibus*, Tamen contraria opinio, quod non privetur beneficio prædicto, sed quod tantum teneatur ad duplum, tenent triginta tres Doctores enumerati per *Menoch. dicto cons. 471. numero trigesimo octavo*, qui etiam in hac opinione residet, & contraria respondet, quam opinionem tanquam æquiorem, & benigniorem sequuti etiam fuerunt *Domini de Rota in una Romana legati coram Domini [illegible] die 14. Februarii 1633.* quæ habetur *in novissimis decisionibus ab anno 1631. decis. 181. numero nono*, ubi aliam decisionem habes in *una Romana de Cavalerius die 4. Februarii 16[illegible] coram Coccino Decano*. Hanc etiam opinionem sequuti fuerunt *Costa de fatti scient. & ignor. remar. 1. dist. 37. num. 32. Peregrin. de fideicom. art. 3. num. 83. Surd. dicta decis. 222. Mantic. de invent. part. 17. num. 7. Pharus dicto tract. parte 3. num. 63. Harelm. Pastor. obser. jur. d. cap. 129. Gamma decis. 122. & 148. Bursat. cons. 325. num. 115. vol. 3.*

21 Quam tamen pœnam dupli neque posse practicari in hac causa dicebatur, quia omissio non fuit dolose facta, *Dec. consil. 835. num. 11. Menoch. d. cons. 47. numer. 2. Honded. d. cons. 34. num. 19. lib. 1. Surd. in d. decis. 222.* & alii allegati *in dicta decis. Rota Romana 181. in novissimis ab anno 631.* & per *Thor. in compend. dec. parte 2. in Verbo Inventarium confectum ab hærede, circa medium*, ibi *tanquam si non fuissent descripta.*

22 Et quamvis ei, qui dolum allegat incumbat probatio, *leg. 2. C. si aliena res pign. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.* attamen dicebatur, hic nedum deficere probationem doli, sed contrarium esse, quia id, quod præ- 23 tendebatur, quod fuit omissum describere, erant quædam stabilia; quorum omissio nunquam in dubio censetur, nec præsumitur dolosa, cum ea facile celari non possint, sed ex se ipsis manifestentur, *l. 2. C. quand. & quibus quarta pars lib. 10. gl. in l. quamvis, ff. de pignor. act. Marc. Laudens. consil. 56. num. 6. & 7. Peregr. consil. 19. lib. 4. n. 41. Merquech. de divis. bonor. lib. 1. num. 42. Rota Genuens. dec. 38. n. 8. Ludovis. dec. 169. n. 8. Durand. d. decis. 387. num 21.* prout ex iis ita decisum refert in Rota Romana, & iterum *in dec. 181. in novissimis ab anno 1631.* cessante dolo.

Quo vero ad exactionem factam à debitoribus hæreditatis, illa fuit facta satis postquam fuit factum inventarium, & de illa non habuit notitiam tempore confectionis illius, & quamquam nonnulla opponere potuisset, attamen contenta remansit in relatione ultimo loco facta ordine Judicis, prædictas quantitates ad sui damnum referri, cumque non adsit, neque ad- 24 fuerit dolus, non debet beneficio ipsius inventarii privari, quia quod legitime factum est ex superveniente casu non vitiatur, *Rol. à Vall. in tract. de Invent. 3. parte in fin. in Verbo sed quid, fol. 180. in 8. vol. tract.* ex doctrina

Bald.

Bald. in l. fin. § cum igitur, nu. 9. de jur. delibor. Vital. de claus. in claus. Dimitti innovari inventarii confectione pendente, nu. 33. fol. 19. à tergo in vol. tract. quod tanto magis, quia ipsa erat fœmina, & ignara, & erat etiam minor, quia erat nata de mense Junii 1605. ut ex fide Baptismatis, aditio autem hæreditatis fuit de mense Maii 1622. & sic nondum erat ætatis annorum decem & octo, ob quod ipsa nedum tanquam minor debebat restitui in 25 integrum, ex *text. in l. auxilium, ubi gloss. de minor.* sed etiam tanquam fœmina debebat restitui adversus omissas solemnitates *Franch. decis. 129. Paschal. de vir. patr. potest. par. 1. c. 2. n. 71*

Nec tandem dicebatur, obstare tertium objectum, quod non fuerat ipse creditor citatus in ipsius inventarii confectione; itame quod fuerunt omnes alii citati, 26 quo casu sufficit, quod lex non omnino sit contempta, neque ex hoc inventarium invalidabitur, ex singulari doctrina *Bart. in cons. 154. numer. 10.* per quam ita tenet *Franch. d. dec. 229. nu. 5.* quod valeat inventarium, etiam respectu non citatorum, voluit etiam *Grat. discept. fo-* 27 *rens. tom. 4. cap. 79. nu. 16.* tanto magis, quia hæc solemnitas citationis in multis Regionibus non servatur, ut in Hispania, ubi solum conficitur inventarium coram Tabellione, de mandato Judicis, absque partis citatione, ut *Palador. rerum quotidianar. lib. 2. par. 4. cap. fin. § 1. n. 8* & in Lusitania testatur *Valasc. consult. 51. num. 22. & consult. 87. nu. 2.* & in Cathalonia, ut per *Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 2. num. 66. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 7. gloss. 3. part. 2. num. 45.* & post ipsos novissime *Petrus Diaz a Ribadeneyra Nigueroliadeg. jur. tom. 1. alleg. 19. num 101.*

Quibus tamen pro parte Magnifici Rationalis Philippi Pandulfi replicabitur, quod tanta erit ena erat nullitas inventarii, quæ resultabat ex tribus oppositionibus 28 supra fundatis, quia forma inventarii individua est, & in minimo violari non potest. *gloss. in d. § sancimus, in Verbo non fuerit, & in § si vero, in Verbo honorari. ra fi.* 29 forma autem traditur in *dict. l. fin. § sin autem dubius,* quæ ad unguem servari debet, *l. 1. ff. de verb. oblig.* & illa non servata, actus redditur nullus, *leg. cum hi, § si prætor, ff. de transact. Doctores in cap. cum dilecta, de rescrip. specul. tit. Jas. in l. gallus § quidam recte, ff. de liber. & posthu. Borrell. in summ. decis. tit. 3. d. in. 19 nu. 3. & 4.* ubi definitionem inventarii tradit, quod sit descriptio omnium bonorum defuncti, facta coram Judice, citatis, quorum interest, juxta formam *leg. fin. C. de jur. delibor. Ioannes Pyrrhus Anglebermeus in Consuet. Aurelianæ de success. cap. 18.* Et quidem insanabilis videbatur nullitas, quæ resultabat ex quo non erat infra tempus trium mensium 31 inventarium confectum, quia purgatio moræ non admittitur, quicquid aliquid antiqui dixerint, quibus respondet *Cynus in d. l. fin. § licentia, num. 5.* ubi concludit, quod verior est opinio, quod inventarium elapso tempore factum non valet, per *tex. in l. decuri ff. de min. in egr. restit* & eum refert & sequitur *Gizzarell. in dec. 42 an. 24.* qui ex his ita decisum refert in S. C. in casu magis arduo, quod testator decessit extra Neapolim, qui etiam refert aliam consimilem decisionem ejusdem S. C. factam in anno 1603. in causa Horatii de Cardonis cum Ludovisio Indello, de quibus decisionibus meminit etiam *Thorus in 2. tom. compend. decis. in Verbo inventarium confectum per hæredem alicujus defuncti, fol. 104.* quod etiam si post paucos dies sit perfectum, dicatur nullum, & hæredi non proderit, *Specul. in tit. de instrum. edit. § fin. nu. 15. Rot. dec. 2. sub tit. par. 2.* & quod Judex non possit prorogare dictum terminum à lege præfinitum; quia solemnitas est de forma, *Vivius decis. 335.* & alii per *Novar. decis. 46. per totam*, ubi plene hoc fundat.

33 Nec poterat dici modica mora tempus duorum mensium, & dierum 18. post elapsum trimestre; quia etiam in eo casu, in quo admitteretur moræ purgatio, debet esse infra breve tempus, *Surd. decis. 211. num. 14. Amend. ad Franch. dec. 267. n. 13.* quod debet intelligi per paucos dies. *Vivius tom. 10. opin. 314. Grat. discept. forens. 1. 307 n. 30. Manson. de caus. execut. ampliat. 5. n. 25. Costa cons. 56. n. 67.* quod modicum tempus intelligi debet infra paucos dies, juxta dispositionem *text. in leg. & si post tres, ff. si quis caut.* ubi *Bald.* notat, verificari in tribus, vel quatuor diebus, *Barz. decis. 50. n. 57. Menoch. de arbitr. jud. casu 7. n. 13.* vel secundum opinionem *Thesauri* infra tempus octo dierum in *dec. 77. n. 3.* per *text. in l. si debitori, ff. de judic.* vel ad summum infra dies quindecim, *Caeber. decis. Pedem. 48.* quamvis ubi certa dies est apposita, & pœna, tunc moram non purgari posse; concludunt *Amat. decis. Ancont. 7. nu. 50. Regnor. decis. Cathal. 109. nu. 1. & dec. 129. Mandin. de juram. par. 4. effect.* 34 *13. num. 26.* nec de decisione in causa Isabellæ Mentoriæ erat curandum, quia dicta decisio fuit fundata principaliter, quia pars creditoris asseruerat, non adesse alia bona præter fundum annotatum, ut apparet ex dicto *cons. Statbani 24.* & ex *Thor. dict. par. 2. in verbo inventarium confectum*, & ego vidi allegationes factas pro hærede in hac causa, quæ se fundabant in eo præcipuè, quia etiam in illis casibus, in quibus non admittitur probatio, admittitur ea, quæ fit per confessionem partis.

35 Replicabatur etiam responsioni, quod omisit scribere in inventario bona immobilia, & nomina debitorum exacta, quod nulla erat facienda vis in descriptione sive annotatione mobilium, ordine Judicis facta, cum de ea nulla possit haberi ratio, nisi infra trimestre tempus hæres illam ratificaverit, asserendo, non reperiri alia bona, & adhibitis omnibus aliis solemnitatibus à jure requisitis, ut fundat *Escobar de ratioc. c. 8 n. 22.*

Insuper altercatio inter Doctores fuit, si teneatur ad 36 duplum, vel in totum corruat inventarium & certe secundum utramque opinionem hæres teneretur; nam si admittimus æquiorem opinionem, ut teneatur ad duplum, hæreditas absque dubio remanebat solvendo, sin vero aliam opinionem amplectimur, quod in totum corruat, secundum quam judicavit Senatus Pedemontanus, relatis hinc inde opinionibus, & decisionibus aliorum Tribunalium, ut per *Thesaur. d. lib. 1. quæst. for. qu. 10.* alias decisiones refert *Fontanella in d. claus. 7. gl. 3. par. 2. n. 55* & tenebitur insolidum.

Ad tertiam vero responsionem de defectu citationis dicebatur etiam, quod opinio *Vinc. de Franch. in d. dec. 226. nu. 3 & Grat. discept. forens. cap. 757.* possunt procedere, ut non corruat inventarium in totum respectu citatorum, secus autem respectu non citatorum, ut voluerunt *Decius d. cons. 230. num. 4. Gaitram. ad dec. 137. Ludovisii* postea *Gregor. XV. Rota Rom. d. dec. 199.* penes *Farinac.* & alii supra citati.

38 Major tamen videbatur difficultas, quia hæc hæres erat mulier, & propterea ei poterat competere beneficium restitutionis in integrum propter omissas solemnitates, juxta tradita per *Franch. in dict. decis. 250.* quod etiam fuit postea decisum in pluribus causis, & ultimo loco hoc solemniter fuit decisum, in causa Illustris Marchionissæ Cusani, cum Multiplico de Pavese, ubi etiam ego tanquam Advocatus Marchionissæ pro hac opinione scripsi, ut ex *Consult. mea 57.*

Verum quia hæc mulier non aliter petierat in integrum restitui, non oportuit articulum disputare, quia Advocatus erat malus Nauta, sed reliquimus disputandum, quando petierit, interim tamen, quia revera deficiebant solemnitates, & præsertim quia inventarium non erat infra legitima tempora factum, & etiam deficiebat citatio. Die 3. mensis Julii 1640. communi voto judicavimus, esse exequendum contra hæredem, etiam in bonis propriis. In Banca Borelli pro Cioffo.

OBSERVATIO IN DECISIO. CXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Hæres tenetur de proprio si in inventarium non sit confectum intra tres menses à die aditionis, vel non sit citatus creditor certus, & num. 9. nam juvatur beneficio inventarii, quando est factum cum debitis solemnitatibus, num. 2.*

3 *Inventarium est faciendum intra trimestre tempus computandum saltem à die adita hæreditatis, contrarium ut à die immixtionis non à die decreti præambuli, sed contrarium fuit judicatum à die præambuli, num. 4.*

5 *Inventarium est nullum, si creditor certus non fuit citatus, & num. 8.*

6 D. de Franch. dec. 229. nu. 5. & Gratian. c. 797. *reprobantur, & n. 7.*

8 *Creditor certus citari debet per specialem citationem, incertus vero per edictum, & ita decisum, add. nu. 9.*

9 *Hæres tenetur de proprio, ubi non fuit citatus creditor certus in inventario, & ita decisum traditur.*

11 *Mulier restituitur in integrum adversus solemnitates omissas in inventario, & ita decisum traditur, num. 11.*

12 *Minor restituitur in integrum adversus omissas solemnitates inventarii, & sic judicatum adducitur, ac etiam ad conficiendum inventarium si fuerit impeditus ex causa tumultus publici orti in anno 1647. n. 13. ubi ita decisum refertur.*

14 *Mulier simplex, & pauper restituitur in integrum ad conficiendum inventarium.*

15 *Hæres omittens describere aliqua bona in inventario, an perdat in totum beneficium inventarii, an vero teneatur in duplo bonorum non descriptorum, & nu. 16. ac 17. decisio adducitur, n. 18.*

19 *Creditor certus an sit citandus si degit extra jurisdictionem Regis, & sic in Civitate Beneventi, quæ est sub dominio Sedis Apostolicæ, & n. 21. & qui dicatur creditor certus, ibid.*

20 *Creditor præsens, vel absens qui dicatur.*

21 *Clausula rogantes, ac titulus Illustrissimi datur Gubernatori Civitatis Beneventi, quando petitur brachium impartiri in citatione, vel literis executorialibus.*

Fuit in hac decisione determinatum hæredem teneri etiam de proprio, quando inventarium non 1 fuit per ipsum confectum infra trimestre tempus computandum à die interpositionis decreti præambuli in M. C. V. & etiam si creditor certus non sit citatus in confectione inventarii, ut habetur *num. 38. vers. verum quia*, rationem adducit *D. Regens num. 2.* quia hæres ju-2 vatur beneficio inventarii quando fuit ab ipso confectum adhibitis solemnitatibus à jure requisitis, alias erit, ac si non esset factum, ad quod probandum plures citat *DD.* ideoque *numero quarto*, fundat inventarium esse faciendum infra trimestre tempus numeran-3 dum saltim à die aditæ hæreditatis, juxta *leg. fin. §. sin vero, Cod. de jure deliber.* & præambulum erat expeditum sub die 4. Maii 1621. & inventarium fuit factum die 11. Octobris ejusdem anni, & consequenter post menses duos, & dies septem post elapsum trimestre, *Ego* 4 tamen pro Excellentissimi Magni Comestabilis Dom. Marci Antonii Columnæ tuendo in causa cum Excellentissima D. Margarita de Austria Bancifonte, & Columna hærede in allodialibus qu. Excellentissimi D. Federici Columnæ ejus viri, ac fratris d. D. Comestabilis, licet scripsissem inventarium debere fieri à die aditionis, sive immixtionis, non autem à die decreti præambuli, ut liquet ex latissime per *Me* allegatis *differtat.* 1. 2. & 3. *lib.* 1. *differtat. sive observat. forens.* nunc typis tradito, sed succubuit D. Comestabilis, ut habetur *d.* * *differta.* 3. n. 91. quia supponebatur D. Principissam fuisse impeditam, & ex aliis causis, ut ex *d. tribus differtationibus* liquet.

Et respectu citationis certum est, quod respectu cre-5 ditorum certorum non citatorum in confectione inventarii est nullum, ut ex *Dec. consf. 210. nu. 4.* & alii probat *D. Regens num 37* ubi quod opinio *D. de Franch. decis.* 6 229. *n.* 5. & *Grat. cap.* 797. *lib.* 4. *discept. forens.* potest procedere, ut non corruat in totum respectu citatorum, sed contra *D. de Franch.* & *Gratian.* expressè tenet *D.* 7 *Comes Jo. Franciscus Andreolus* Eugubinus I. C. doctissimus, ac juris scientissimus nunc Serenissimi Ducis Parmæ Gratiæ, & Justitiæ Consiliarius *controv.* 122. *nu.* 5. *lib.* 2. *controv. forens.* ubi viginti duos Doctores adducit & inter ipsos eundem *Grat. c.* 496. *num.* 13. *lib.* 3 cum 8 certum sit in confectione inventarii, ad hoc ut hæres illius beneficio potiatur, est necessaria citatio creditorum, & legatariorum, cum hac tamen distinctione, ut creditores certi nominatim, & specificè, incerti verò per proclama, vel generale edictum citentur, ut post alios probant *Capyc. dec.* 101. *Pute. dec.* 91. *n.* 3. *lib.* 1. *Caccheran. dec.* 181. aliique adducti per *D. Andreol. ubi sup. numero primo, quibus addo D. Reg de Marin. cap.* 101. *lib.* 2 *quotid. resol. D. Staiban. resol.* 23. *num.* 1. & *seq. lib.* 1. *resol forens.*

Ideoque dum Horatius Gallutius de Sedili Nidi in 9 anno 1589. instetisset condemnari per S. C. D. Antonium Carafam Marchionem Montisbelli hæredem Comitis Montorii ad solvendum ducat 700. cum tertiis decursis, & decurrendis ex causa annuorum ducat. 63. compilato processu fuit per dict. Marchionem opposita exceptio inventarii jam producti, ex quo apparebat Horatium non fuisse citatum, & dictus hæres habebat notitiam crediti prædicti Horatii: ideo per S. C. sub die 22. Januarii 1592. referente Reg. Consiliario *Pompeo Salernitano* fuit interpositum decretum, v. i.

* *Decreto ipsius S. R. C. declaratum est exceptionem beneficii legis, & inventarii oppositam contra Horatium Gallutium non competisse Ill. Marchioni Montisbelli hæredi spectabilis Comitis Montorii, & propterea insolidum teneri*, hoc suum, ut ex processu Horatii Gallutii cum Horatio Carafa in Banca Jo. Andreæ Bottelli, fol. 35. liquet.

10 Advertit tamen *D. Reg. numer.* 38 quod adversus solemnitates omissas in confectione d. inventarii competebat hæredi, quæ erat mulier restitutio in integrum ad tradita per *D. de Franch. dict. dec.* 229. & alias decisiones ibi relatas, & scripta per ipsum *consult.* 57. *lib.* 1. sed quia dicta mulier dict. restitutionem non petierat, quia habebat malum Nautam, & sic advocatum, ideo super ea non fuit facta provisio, sed illa reservata quando petierit; quæ quidem restitutio omnino competit mulie-11 ri, ut supra fuit deductum, ideoque cum Clara Jasuadda nobilissima Matrona petiisset restitui in integrum adversus solemnitates omissas in confectione inventarii * ejus patris per S. C. referente *Dom. Consil. Gambea*, in causa cum Principe Nojæ creditore dict. ejus patris, * fuit datus terminus super concernentibus dict. restitutionem petitam in Banca Figliolæ *in proc. credit. Dom. Francisca Carafa Principis Sepini, folio* 898. *volum.* 2. sic pariter dicta restitutio competit hæredi minori ad 12 conficiendum solemnia inventarii, nam, cum esset mortuus Joseph Battilis Regius à mandatis scriba, & Anna Maria Cavallata fuisset declarata mater, & tutrix ejus, & dict. Josephi filiorum per M. C. V. & confecisset inventarium, sed omissis solemnitatibus, & erant elapsi triginta quinque dies post trimestre, & petiisset in integrum restitui nomine ejus filii minoris, & hæredis dict. Josephi patris in Banca Antonii Corcioni per M. C. V. sub die 19. Februarii 1657. fuit provisum

quod

quod admittatur dict. Anna Maria Cavallara tutrix filiorum quondam Josephi Bassilis ad conficiendum solemnia inventarii per viam restitutionis in integrum referente *D. Judice Prato* cum interventu *D. Judicis de Ponte*, nunc *ambobus Regiis Consiliariis* non aliter impartito termino super concernentibus d. restitutionem, prout fuit datus per S.C. in causa d. Claræ Jesualdæ, de qua supra *num. 11*.

Et nedum minor restituitur adversus solemnitates 13 omissas, in inventario, ut supra dictum retulimus, sed etiam ad conficiendum inventarium, quando propter impedimentum fieri non potuit: ideoque mortuo D. Vincentio Gallutio de sedili Nidi in Civitate Caietæ, & cum D. Alphonsina de Avanso ejus uxor fuisset declarata mater, & nutrix D. Victoriæ Gallutiæ ejus filiæ, & intra annum luctus convolasset ad secundas nuptias, fuit declaratus tutor dict. Dom. Victoriæ Dom Franciscus Gallutius frater d. D. Vincentii per M.C.V. sub die 28. Septembris 1647. & infra trimestre non potuit comparere, neque per procuratorem in d. M.C.V. stantibus popularibus tumultibus ad conficiendum inventarium, propterea per d. M.C. sub die 5. Decembris * 1648. fuit ordinatum, quod restituatur in integrum D. Franciscus nomine, ut in actis ad conficiendum inventarium cum solemnibus ad relationem *D. Judicis Caravita*, nunc Consil. digniss. ac doctiss. cum interventu *D. Judicis Hortensii Pepi*, nunc meritissimi *Præsidis R. C.S.* in banca de Aversana.

Et pariter mulier simplex, & pauper restituitur in integrum ad conficiendum inventarium, ut probat *Dom.* 14 *Consil. Roccus resp. 47. lib. 1. qui in princip.* vers. *Catherina*, refert, quod probata paupertate & simplicitate per M.C.V. fuit declaratum esse restituendam Catherinam ad conficiendum inventarium Francisci de Franco ejus viri, cujus erat hæres *& nu. 26.* refert decretum prædictum fuisse confirmatum per S. C. in Banca Madari Act. M.C.V.

Quo vero ad aliom articulum excitatum per *D. Reg.* 15 *num. 0.* an hæres omittens describere in inventario aliqua bona hæreditaria perdat in totum beneficium inventarii, an verò teneatur in duplo bonorum non descriptorum tantum, de quo articulo arguit pro creditore *d. num 6. 7 8 9. & pro hære. c. num. 20. 21. 22. 23. & 24. & sub nu. 20.* inquit quod opinio pro duplo est æquior, 16 & benignior juxta *decisiones Rotæ Romanæ*, & alios DD. ibi relatos, quare pro decisione hujus articuli recurrendum est ad *D. Comitem Andreotium* Jurisconsultum nostris temporibus facile Principem *controv. 38. parte 1. controvers. forens. & controvers. 109 parte 2.* ubi absolutè hoc articulum pertractat referendo omnes DD. pro utraque parte *numer. 2.* & ibi in fine concludit quod pro opinione amissionis inventarii extare triginta quinque Doctores, & pro opinione pœnæ dupli 17 sexaginta; nec vera est replicatio, quæ habetur per *D. Reg. num. 23* quod si bona stabilia omittuntur in inventario, non per hoc hæres in pœnam incurrit, illa enim celari non possunt, & sic cessat dolus, cum ex se ipsis manifestantur, siquidem illa opinio non servatur in 18 nostro S.C. sed hæres condemnatur non in pœnam dupli, sed de proprio, & sic perdit beneficium inventarii, nam cum A. & M. D. Alexander de Battimo maritus Isabellæ Falanghæ esset creditor in annuis ducat. 24 pro capitali ducat 400. Alexandri Canditellæ hæredis Vincentii Accardi, & instititisset pro satisfactione tertiarum, fuit per Canditellam opposita exceptio discussionis inventarii jam producti, & quia in inventario non erat descripta domus hæreditatis d. Vincentii possessa per Canditellam, per S.C. referente Dom. Consiliario *Carolo Brancatio* viro nobilissimo, doctissimo, & æquissimo sub die 12. Julii 1653. fuit condemnatus d. Canditella ad solvendum de bonis propriis dict. creditori d. annuos duc. 24 pro capitale duc. 400. pro præterito, & in futurum, intervenientibus DD. Consiliariis Gamboa, Cartillo, & Capiblanco, qui duo ultimi nunc sunt Regentes scilicet D. Cartillo hic Neapoli, & D. Capiblancus in supremo Italiæ Consilio apud Sacram Majestatem, ut ex processu Clerici Hieronymi Cennami cum nonnullis authoribus laudatis in Banca Sclavi pro Amico.

Et dum supra *numero 5. & 8.* diximus creditores certos esse citandos per specialem citationem in inventarii 19 confectione, ponam casum in quo consului ad instantiam D. Dominici de Motta mei singularissimi amici, an creditor certus degens in Civitate Beneventi sit citandus, dum civitas illa non est sub jurisdictione Serenissimi Regis nostri, sed Sedi Apostolicæ subjecta, & pro resolutione dubii dicebam creditores præsentes dici, qui sunt in civitate, absentes vero, qui sunt extra ci-20 vitatem, ut inquit *gloss. in §. si vero* in verbo *absunt authent. de hæred. & falcid.* quare absentes extra Regnum citantur cum citatione speciali cum literis commendatitiis judicibus, ut illos citari permittant personaliter, vel domi, ut servari in curia Romana refert *Vant. de nullit. ex defectu citationis nu. 98. in fine*, ideoque debere citari dict. creditorem affirmabam cum citatione præcedentibus literis non tamen cum clausula hortantes, sed cum clausula rogantes directis Illustrissimo Gubernatori Civitatis Beneventi, ut in propriis terminis tradit 21 *D. Novar. dec. 12. n. 52.* & Ego id practicavi in M.C.V. ac in S. C. & clausula rogantes, ac titulus Illustrissimi sunt necessarii, nam sine d. clausula D. Gubernator literas non recipit, ut servatum vidi, certus autem creditor dicitur, quem hæres sciebat esse creditorem, & si nullum instrumentum fuisset ipsi exhibitum, *Capyc. dec. 101. D. de Anna alleg. 10. n. 31. vers.* secundo inventarium, & ita judicant adducti *D. Consal. ad Peregr. de fideic. artic. 35. vers. sic etiam, fol. 353.*

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Creditor posterior, qui prædium emit cum ejus crediti retentione an, & quando revocata venditione ad instantiam Creditorum anteriorum teneatur ad fructus, vel interesse pro ea quantitate, quam retinuit.

SUMMARIUM.

1 *Compensatio prius cum usuris, & deinde cum capitali fieri debet.*
2 *Sententiatum dicitur, quod rite judicatum est, al as de eo non est habenda ratio.*
3 *Sententia nulla habetur ac si non esset facta, & consequenter est restituendum omne illud, quod virtute illius consequutur.*
4 *Creditor, qui obtinet adjudicationis sententiam, revocata executione condemnatur ad restitutionem bonorum una cum fructibus.*
5 *Titulus redactus ad non titulum operatur, ut possessor teneatur restituere rem cum fructibus.*
6 *Fructus omnes, tam ante, quam post litem contestatam percepti sunt restituendi, quando creditum excedit valorem rei hypothecatæ.*
7 Text. in l. qui scit, ff. de usuris *declaratur.*
8 *Bona fidei possessor licet post litem contestatam faciat fructus suos, tenetur tamen officio Judicis ad restitutionem, Declara, ut num. 22.*
9 *Creditor quoties alius emptor non invenitur, admittitur ad licitandum cum retentione sui crediti.*
10 *Possidens authore Prætore, juste possidere dicitur.*

  11 *Bona*

11 *Bona fidei possessor facit omnes fructus suos.*
12 *Bona fides semper in dubio præsumitur.*
13 *Malam fidem incipere post litem contestatam, in quibus juribus locum habeat.*
14 *Possessor etiam post litem contestatam potest habere rationabilem causam ignorandi rem ad alium pertinere.*
15 *Clausula,* dummodo specialitas generalitati non deroget, *quid operetur.*
16 *Mala fides sicuti ficte per litis contestationem præsumitur; ita ex conjecturis, & præsumptionibus contrariis excluditur.*
17 *Mala fides in se dolum continet.*
18 *Dolus ex conjecturis præsumitur, & excluditur.*
19 *Bona fides etiam præsumpta operatur, ut possessor faciat fructus suos.*
21 *Electio in alternativis est debitoris.*
22 *Interesse pecuniæ avocatæ à creditore posteriori an debeatur.*

FActis subhastationibus ordine Sacri Consilii ad instantiam Creditorum Joannis Petri Rispoli cujusdam ejus domus, sitæ in Civitate Neapolit. comparuit Joseph Mongellus, unus ex ejus Creditoribus, & obtulit pro pretio dictæ domus ducatos 330. cum pacto tamen retinendi ducatos 230. pro ejus credito, intimatisque creditoribus, qui comparuerunt, & præsertim procurator Francisci, & Hieronymi Gallinaro, accensa candela remansit dicto Josepho Mongello pro ducatis 352. servata forma suæ oblationis, cumque fuisset replicatum per Curatorem Patrimonii, domum esse satis majoris valoris, fuit ordinatum, appretiari, & commissum appretium, & pluries ordinatum per Commissarium causæ, quod Curator procuraret appretium, tandem auditis dictis de Gallinaro cum Creditoribus, prætendentibus, non esse admittendam oblationem cum retentione crediti, quia erat posterior, iterum accensa candela prævio ordine Judicis, ut fierent oblationes, tam præsenti pecunia, quam cum retentione crediti, ad finem providendi, iterum accensa candela remansit eidem Josepho pro supradicto pretio, fuitque ei liberata, ac facto deposito ducatorum 152. reliquis vero retentis pro ejus credito, fuit ipsi consignata possessio in anno 1610. à quo tempore partes acquieverunt usque ad annum 1632. in quo Carmosina Gallinara, uti cessionaria Francisci, & Hieronymi Gallinaro asseruit in S. C. esse creditricem cum hypotheca anteriorem dicto Josepho Mongello, & proinde nullo jure potuisse retinere ex pretio prædictæ domus dictos ducatos ducentum triginta, sed quod debebat, vel illos in Banco deponere: ad finem ipsi Creditrici anteriori liberandi, vel quod debebat iterum procedi ad venditionem domus, datoque super hac instantia termino, & instructo processu obtinuit decretum Sacri Consilii, quod procedatur ad venditionem domus, prævio appretio faciendo per Tabellarium Neapolitanum, qui debeat procedere ad appretium domus prædictæ una cum meliorationibus factis in ea per possessorem, tam conjunctim, habito respectu etiam ad meliorationes, quàm divisim, factoque appretio de integra domo in duc. 600. meliorationibus appretiatis in duc. 230. tandem fuit vendita integra domus in ducatis quingentum.

Animadvertens propterea Creditrix, quod satis parva quantitas remanebat, deducta quantitate deposita per dictum Josephum, ac pretio meliorationum cum aliis ducatis quinquaginta solutis creditori anteriori, à quo obtinuerat cessionem in liberatione depositi, institit, nullam habendam esse rationem de prætensis per Josephum, tam respectu meliorationum, quam dictarum quantitatum depositarum, & solutarum creditori anteriori, ex quo spatio vigintiduorum annorum perceperat fructus, qui saltem ad rationem ducatorum vigintiquinque pro quolibet anno, habito respectu ad pensiones ante meliorationes factas, extinxerant omne creditum, quia cum per decretum S. C. fuerit judicatum, non potuisse retinere Josephum suum creditum posterius in damnum Creditoris anterioris, & propterea fuerit dictum, quod iterum procederetur ad ejus venditionem, haberi debet, ac si unquam venditio fuisset

1 facta, quo casu debet fieri compensatio à principio prius cum usuris, & deinde cum principali, juxta dispositionem *text. in l. minor vigintiquinque annis, §. prædia, ff. de minoribus, & leg. emptor, D. de rei vendic.* quod procedere etiam respectu sortis principalis, dixit *Bald. in dict. l. emptor, Escobar de ratiocin. c. p. 14. num. 1. cum sequent.* & Ego dixi, *in dec. 25. num. 16.* neque de decreto liberationis domus erat habenda ratio cum fuerit ipso jure nullum, dum stantibus creditoribus anterioribus non poterat liberari domus, cum retentione cre-

2 diti posterioris. Sententiarum enim dicitur, quod sine judicatum est, alias de eo non est habenda ratio, *l. 4. §.*

3 *condemnatum, ff. de re judic.* ubi *Doctores* notant, quod sententia nulla habetur, ac si non esset facta, & consequenter tenetur restituere omne id quod virtute illius consequutus fuit, *cap. non præstes, de reg. jur. Bald. in l. ex testamento, in fin. C. de fideicommiss. Alexan. in l. 1. §. si vir, ff. de acquir. possess. Aymon. Cravet. in cons. 299. numer. 4. Rot. Roman. divers. decis. 224. num. 1. & 634. num.*

4 *9 parte 1. in recentioribus.* Hinc dixit *Gutierrez de gabell. lib. 7. quæst. 23. numer. 9.* quod Creditor, qui obtinet adjudicationis sententiam, revocata executione condemnatur ad restitutionem bonorum una cum fructibus, sequitur *Cavall. lib. 2 quæst. 633. num. 6. Castill. decis. Sicul. 14. num. 18. Flores Diaz. in addit. ad Gamm. decis. 40. Salgad. de Reg. a protect. parte 4. cap. 14. num. 156.* &

5 post ipsos novissimè *Noguerol. alleg. 7. num. 57.* & est ratio, quia titulus possidentis reducitur ad non titulum, & proinde tenetur possessor fundum cum fructibus restituere, *leg. filio, §. contra tabulas ff. de inoffic. testam.* Et propterea sic judicatum refert *Mastrill. decis. 29.* & sic etiam fuisse judicatum in S. C. & in Regia Audientia testatur *Visconius in suis communibus conclusionibus, in verbo possidens fundum virtute sententiæ, f. 227.* qui plura alia cumulat.

Secundò dicebatur quod creditum ipsius Carmosi-

6 næ, pro quo habebat hypothecatam domum, excedebat satis valorem ipsius domus, quo casu omnes fructus perceptos ante, vel post litem contestatam potest creditor anterior actione hypothecaria avocare, ex doctrina *Fabr. in suo C. tit. de pignor. diffin. 5.* qui facit distinctionem inter fructus perceptos ante litem contestatam, vel post, nam primo casu, quando pignora non sufficiunt, non tenetur possessor, si fructus non extent, secondo casu, quamvis non extent, tenetur argumento *text. in l. si fundus, §. interdum, ff. de pignoribus.*

Nam & si aliqua adesset difficultas respectu fructuum perceptorum ante litem contestatam, dicebatur, quod non poterat dubitari, quin restituere debuisset

7 fructus perceptos post litem contestatam, quamvis enim juxta dispositionem *text. in leg. qui scit, ff. de usur.* mala fides præsumpta, quæ oritur ex litis contestatione non semper operetur, ut possessor teneatur ad restitutionem fructuum, sicut in mala fide vera, super quo articulo nonnulla notavi in *decis. 65.* quia licet in dicto

8 casu faciat fructus suos, tamen officio Judicis teneretur ad restitutionem, juxta opinionem *glos. in l. ex diverso, ff. de rei vendic. & ibi etiam Bart. num. 9. & Ang. post num. 4. Episcop. Ricc. in praxi variar. resolut. resol. 322. parte 2. Cencius de cens. parte 2. cap. 2. quæst. 3. art. 6* & alii allegati per *Regentem D. Franciscum Merlinum, nunc S. C. Præsidem controv. forens. cap. 34. num. 14 vel. 1.* plenissimè per *Pistorium lib. 4. quæst. jur. quæst. 27* qui indistincte tenet possessorem post litem contestatam teneri ad fructus.

9 Pro Josepho Mongello dicebatur, quod ipse emit domum in judicio deductam sub hasta, & pluribus subhastatio-

hastationibus præcedentibus, in quibus nemo alius licitator comparuit, & fuit admissus ad licitandum, cum retentione sui crediti, quod fieri posse, habetur in *l. 2.* ubi *Bald. & Salyc. C. si in causam judicatis pignus captum sit*, & propterea uti justus, & bonæ fidei possessor est 10 judicandus, juste enim possidet, qui authore prætore possidet, *l. juste, ff. de acquir. poss. l. quis universus, §. 1. ubi Bart. ff. eodem tit. Roman. & Paul. de Castrens. in l. clam* 11 *possidere*, juncto §. *qui ad Nundinas, ff. de acquir. possess.* cum ergo fuerit bonæ fidei possessor, fecit omnes fructus suos, *l. bona fides 48. ff. de acquirend. rer. Dom. Joannes Copus in tract. de fructibus, lib. 2. tit. 4. cap. 5. & 6. in* 12 *17. volum. tractat. Franc. Hotom. in §. si quis à non domino, Instit. de rer. divis. Dominus Consiliarius Theodorus allegat. 74. num. 12.* quæ etiam bona fides semper in dubio præsumitur, *l. verius ff. de probat. Curt. Sen. consil. 72. num. 22. in 5. volum. & Curt. Jun. consil. 18. num. 4. idem Theod. alleg. 75. nu. 1.*

Nec semper est verum, quod post litem contestatam 13 incipiat mala fides, juxta *text. in leg. certam. C. de rei vendic. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. l. 1. §. post litem, ff. de petit. hæredit. l. sed & si lege 28. §. etiam si ante litem, ff. de petit. hæredit. & in dicta l. si fundum, §. in vendicatione, vers. interdum de pignoribus*, ut dixit in dicta *decis. 65.* Sed dicta jura bene procedunt in judicio petitionis hæreditatis, & in judicio familiæ erciscundæ, & in aliis similibus, in quibus res vendicatur ratione dominii, non autem hypothecæ, *leg. 1. §. cum prædium, & ibi glos. in vers. nunquam debitoris*, ubi etiam *Bart. ff. de pignor. Salyc.* post *Jacob. de Aret. & Cynum in leg. 3. C. in quibus causis pign. tacit. contrah. & in d. l. 1. §. cum prædium, Negus. de pignor. 2. membro secunda partis, limit. 3. num. 27. Franch. dec. 112. nu. 13.*

Item & secundò multoties etiam post litis contesta- 14 tionem adest rationabilis causa, ex qua non posset possessor scire, rem ad alium pertinere, *Covar. variar. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 7. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. numer. 613.* quod ex pluribus probat *Viscont. in suis commun. conclus. in verbo mala fidei possessor*, tanto magis dicebatur debere procedere in hac causa, in qua ipse Joseph eadem parte contradicente obtinuit, & sperabat etiam obtinere in hoc judicio, in quo succubuit, ex quo quamvis dicta Carmosina ex juribus sibi cessis fuisset anterior credito ipsius, attamen ipse habebat hypothecam specialem super domo possessa, & prædi- 15 cta Carmosina habebat aliam domum obligatam, & licet habuisset etiam obligationem omnium bonorum, in instrumento non aderat clausula, *dummodo specialitas generalitati non deroget*, & proinde ex æquitate *l. 2. C. de pignor.* non poterat agere contra tertium possesso rem, non excusso priùs ejus speciali pignore, *Franch. decis. 5.* fuit etiam opposita exceptio rei judicatæ, ex quo in contradictorio judicio facto cum cedentibus jura dictæ Carmosinæ obtinuit possessionem domus pro pretio oblato, cum ratione crediti, quæ omnia præ- 16 bebant justam litigandi causam, & sicuti mala fides ficte per litis contestationem præsumitur, ita etiam ex conjecturis, & præsumptionibus contrariis excluditur, 17 *Menoch. præsumpt. 120. libr. tertii. Vivius commun. opin. 472. part. 2.* quia mala fides in se habet dolum, *Cuman.* 18 *consil. 59. numer. 2. volum. 1. Cardin. Seraphin. decisio. 602. numer. 6.* sic dolus ex conjecturis præsumitur, & excluditur, *leg. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. Franch. Marc. decis. 188. numero tertio parte prima, Ricc. Col-* 19 *lect. decis. 1123.* & bona fides etiam præsumpta facit, ut possessor faciat fructus suos, prout in eo, qui habet titulum invalidum, ut habetur ex *Verall. decis. 68. part. 1. Ricc. Collect. dec. 731.*

Tertiò dicebatur, quod hypothecaria pro fructibus 20 practicari posset in fructibus extantibus, non autem in fructibus consumptis, & in his terminis loquitur *glos. & Bart. in dicta leg. ex diverso, num. 9. ff. de rei vend. & Ricc. in di[cta] resolut. 322. in praxi variar. resol. part. 2.* & ita discusso articulo resolvit *Fachin. controvers. jur. lib. 5. cap. 19.* multa per *Jacob. Schultes in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 124. num. 117.* ubi etiam adest distinctio de fructibus naturalibus, & industrialibus, & sic etiam *Menoch. de recuperand. possess. de remed. 15. num. 613. Donell. Enucleat. lib. 4. quæst. 24.* ubi optime *Osualdus Hilliger.*

Et demum dicebatur, quod in hoc casu actrix egit petitione alternativa, quod vel possessor restituat quantitatem retentam pro ejus credito, vel quod iterum 21 procedatur ad venditionem, & certum est, quod electio in alternativis est rei conventi, vel debitoris, *l. plerumque* cum ibi notatis, *ff. de jur. dot.* & certum est etiam, 22 quod in judicio avocationis pecuniæ à creditore posteriori non venit interesse, de quo est *text. in leg. denique ff. de jur. Fisci* ubi hoc procederet, habetur etiam in Fisco *Peregr. de jur. fisci lib. 6. tit. 7. num. 23. & De Ponte consil. 19. num. 3. volum. 2.* Ergò neque potest ad fructus teneri, neque in hoc judicio apparebat ad fructus, neque interesse conventus condemnatus, & proinde die 11. Decembris 1673. fuit judicatum, non deberi fructus, neque interesse à die possessionis captæ, neque à die litis contestationis, sed à die ultimæ petitionis, postquam domum de novo fuit ordinatum vendi per S. C. ad instantiam Creditorum, penes Actuarium de Martino.

OBSERVATIO IN DECISIONE CXXX.

SUMMARIUM.

1 *Interesse à quo die debeatur à creditore emente rem debitoris cum retentione sui crediti, si res illa iterum vendatur ad instantiam creditoris anterioris.*

2 *Interesse non venit in judicio avocationis pecuniæ à creditore posteriori, & n. 10.*

3 *Creditor anterior, quando sibi præjudicet in re vendita communis debitoris, & nu. 4. 5. & 6. & quando consentit venditioni, non potest contra illam venire, quia censetur ipsum alienare, n. 7.*

8 *Venditio voluntaria non tollit hypothecam aliis creditoribus etiam posterioribus, qui saltem admittuntur per viam juris offerendi, vel super augmento temporis, idque non procedit in venditione subhasta, & sic necessaria.*

9 *Emptor feudi cum conditione solvendi creditum alicui creditori & reliquum deponere, an teneatur ad interesse pecuniæ dict. creditori solutæ, si per Judicem fuerit datus certus terminus ad probandam anterioritatem illius crediti, & n. 10. per tot. n. 57.*

11 *Mora non committitur in illiquidis, & n. 12. 13.*

13 *Interlocutoria judicis requiritur super liquidatione antè executionem.*

14 *Debitor ante liquidationem non est in mora, dum ignorat quantitatem debitam, & n. 15.*

16 *Creditor petens plus debito, non constituit debitorem in mora, & an debitor possit totum negare, numero 20. 22. 46.*

17 *Debitor non est in mora si creditor plus debito petit, dum habuit justam causam litigandi pro quantitate non debita, & ab interesse excusatur, n. 18.*

19 *Causa justa litigandi excusat à mora.*

20 *Debitor, requisitus judicialiter à creditore petente plus debito, an possit totum negare, vel certum debitum offerre, & n. 21. 22.*

23 *Interesse non debetur ob difficultatem faciendi discussionem, vel dandi speciem, sicut dandi quantitatem, nu. 24. 25. 26. 27.*

24 *Difficultas dandi speciem, vel quantitatem, an impediat moram, num. 25. 26.*

27 *Discussio fieri debet cum interventu creditoris, debitoris, & Judicis.*

28 *Judicium consistit ex tribus personis, actore, Reo, & Iu-*

dico, & sine aliquo ipsorum est nullum.

29 *Iudex quid facere debeat in judice.*

30 *Debitor non debet æstimationem quanti plurimi, si contractus est reciprocus.*

31 *Promittens servum fugitivum non esse, intelligitur culpa promittentis.*

Negligentia imputari non potest facienti omnem diligentiam, ibid.

32 *Mora non adest, ubi per promittentem non stat quin actus fiat.*

34 *Promittens aliquid procurare ab aliquo dicitur promittere factum alienum, & faciendo totum posse excusatur ab interesse, maxime si in obligatione non adsit clausula, quod faciendo totum posse, non excusetur, sed contrarium habetur num. 35.*

36 *Mora quando nocere debet tam creditori, quam debitori, tunc mora debitoris compensatur cum creditoris culpa n. 37. & 41. de ratione n. 42. & mora ultima creditoris praeponderat praecedenti culpa debitoris, numer. 38.*

39 *Conditio rei est melior, quam actoris in pari mora, & num 40.*

43 *Debitor excusatur à promissione jurata, quando omnem diligentiam adhibuit, & non constituitur in mora etiam elapso termino, nisi interveniat judicis praeceptum, n. 44.*

45 *Pœna nunquam exigitur etiam ipso jure, & facto incursa, nisi prius moneatur pars, & judex suam proferat sententiam declaratoriam.*

47 *Decreta, sive praecepta plura requiruntur, ut debitor in mora constituatur respectu interesse.*

48 *Mora vetus censetur remissa per novam dilationem, & nu. 50. 51. & semel commissa si creditor iterum debitorem interpellat censetur remissa, n. 49. mora contracta censetur remissa per subsequentem stipulationem, numer. 5 . 51.*

52 *Factum judicis factum partis reputatur.*

53 *Mora censetur purgata per solutionem, sive deposita facta etiam re non integra, & quando ibid. & n. 54. 55. ac etiam quando fuit renunciatum prorogationi morae, num. 7.*

56 *Stilus servandus est.*

58 *Interesse ex non adimplemento in tempore non facto debetur officio judicis, non autem jure actionis, dum in obligatione non fuit deductum, tanto magis si non adest clausula sub refectione damnorum, & interesse, & ex receptione sortis censetur remissum, n. 59. 60.*

61 *Fructus debitò judicis officio, & ex mora in contractibus bonæ fidei, censentur remissi recepta sorte per creditorem.*

1 IN hac *decisione* fuit discussus articulus, an creditor, qui emit prædium debitoris subhasta cum retentione sui crediti, revocata venditione ad instantiam creditoris anterioris, teneatur ad fructus, sive interesse pro quantitate crediti retenta à die possessionis, vel à die litis contestationis, & fuit determinatus, ut interesse debeatur à die qua fuit ordinata iterum venditio dict. prædii, ut refert *D. Reg. num. 22.* adducens ibi rationem,

2 quia in judicio avocationis pecuniæ à creditore posteriore non venit interesse ex *l. denique, ff. de jure fisci*, ac etiam nam requiritur condemnatio ad interesse, quæ deficiebat in casu hujus decisionis, circa quam.

Observavi primo, quod si creditor anterior fuisset

3 præsens in venditione rei communis debitoris, & in judicio auditus, jus, & obligationem ipsius super re vendita amittit *l. si eo tempore, vers. tum præsentes*, ubi etiam *Bart. & cæteri DD. ff. de remiss. pignor. Amat. variar. resolut. cap. 11. num. 3.* etiam si fuisset tantum moni-

4 tus in judicio *Amat. ibidem num. 4. ex glos. in dict. leg. si eo tempore*, verbo *distrahebatur*, & ita decisum per S.C. ipso patrocinante refert *D. Consil. Staiban. resol. 5. numer. 34. lib. 1. resolut. forens.* sic pariter creditor citatus in liberatione depositi pervenit ex venditione rei de-

5 bitoris, omne jus super ea amittit, etiam si esset anterior, ut ex *d. glos. & Amat. in locis supra citatis* docet *D. Staiban. resolut. 180 num. 67. & 68. lib. 2.* merito quo-

6 ties creditor consensit venditioni alicujus rei factæ per debitorem, illam ab hypotheca liberat *D. Staiban. d. resolut. 180. nu. 30 & 36.* ideo non potest contra eam ve-

7 nire, nam censetur ipse alienare, ut fundat *D. Staiban. loco citato num. 32 & 34. qui num. 37* probat idem esse si totam habuerit d. restitutionem, & quando venditio esset

8 voluntaria rei vendita semper remanet obnoxia aliis creditoribus etiam posterioribus, si illi superent pretium rei venditæ, saltem per viam juris offerendi, vel super augmento temporis, ut docent *D. de Anna alleg. 56. & D. de Franch. decis. 4 6. numer. 8. & 9* quæ tamen conclusio non verificatur in venditione subhasta, & sic necessaria, ex allegatis per *Dom. Staiban. resolut. 5. n. 8 & seqq. lib. 1* quodque repetiit *resol. 284. n. 31. lib. 3.*

Secundo observo, quod pendet decisio facienda in

9 S.C. in causa Excellentissimi D. Magni Comestabilis Columnæ cum Marchione Pollæ, ejusque creditoribus in dictis duabus Aulis in Banca de Scacciavento, nunc Laviani in simili articulo; emit namque D. M. Comestabilis terram Diani cum casalibus subhasta S. C. pro ducat. 50. mil. cum expressa conditione solvendi ducat. 7 .0. Principi Castellionis, & Marchioni Julianæ Regni Siciliæ ultraphatum creditori d. Marchionis, & reliquos ducat. 226;6 depositare quibus adimpletis obtinuit decretum pro consignatione possessionis *citra tamen præjudicium creditorum*, quare mediante decreto S.C. sub die 19 Febru. 1644. fuit ordinatum,

quod procedatur ad liberationem depositi, dummodo ante liberationem M. Comestabilis se obliget infra menses quatuor facere discussionem anterioritatis seu potioritatis crediti dict. Principis super toto pretio terræ Diani, quo termino elapso, & discussione non facta, vel ea facta non apparuerit anterior, vel potior, teneatur deponere totam illam quantitatem, in qua talis se esse non apparuerit, fuit dict. obligatio facta per dict. M. Comestabilem, atquia discussio non fuit facta, nec intra quatuor menses, neque intra multos annos petiit Marchio interesse à M. Comestabili à die 20. Septembris 1644 pro summa ducat. 27 .24. solutorum dict. Principi, dum illos minimè depositavit statim elapsis d. quatuor mensibus, sed tantum fuerunt depositati sub die 14. Maii 16 x. in qua causa *Ego* pro d. D. M. Comestabili lato calamo exaravi juris *dissertationem*, quæ est.

lib. 1. dissertat. sive observat. forens. nunc sub prælo, ideoque pro ornatu hujus decisionis cum articulus sit ferè similis infrascripta excerpsi à dict. dissertatione ad demonstrandum nullatenus deberi interesse petitum ob dict. discussionem non procuratam ex causis infrascriptis.

Primo interesse non debetur, siquidem in judicio

10 avocationis pecuniæ à creditore posteriore, non venit interesse *l. denique, ff. de jure fisci D. Reg. Capyc. Latro dec. 130. num. 22.* ac etiam quatenus d. conclusione tergiversaretur, quod non debet admitti, nec debetur, interesse, in illiquidis enim mora non committitur, ut decisum per S.R.C. adducit *Afflict. decis. 005. num. 1.* quam conclusionem ibi confirmat *Ursill.* similiter *numer. 1.* ex quibus *Nos* comprobavimus in *observat. ad D. Reg.*

11 *Capyc. Latro Marchionem Torelli decis. 21. num. 7.* ac ita judicatum pariter per idem S.R.C. retulimus *ibidem num. 1.* & nunc addimus *Rimin. cons. 245. num. 54. lib. 3. Collam de retrotract. cap. 8. cas. 9. num. 2. Capyc. dec. 17. num. 8. Ciriac. controvers. 61. num. 13 lib. 1. controv. forens. Peregr. cons. 58. num. 12. lib. 3. & Gratian. cap. 244. num. 1. lib. 2.* quod etiam juribus, authoritatibus, ac rationibus docet novissimè *Leotar. de usur. quæst. 84. numero primo*

12 *& seqq.* At quantitas depositanda per M. Comestabilem non erat liquida; in decreto namque S.R.C. non fuit expressa quantitas depositanda, nec minus in obli-

gatione

gatione facta pro illius decreti executione, sed tantummodo fuit per S.R.C. ordinatum, *quod facta, vel non facta discussione teneatur deponere totam illam quantitatem, in qua talis se esse non apparuerit*, & per eadem formalia verba fuit confecta obligatio. & propterea ad hoc, ut M. Comestabilis in mora constitueretur, necesse erat ut in d. decreto fuisset ordinatum *quod facta discussione teneretur deponere totam illam quantitatem, in qua talis se esse non apparuerit, vel illa non facta, deponere duc. 27 24.* quare mora non fuit commissa per M. Comestabilem.

Quod adeò verum est; nam declaratio, sive liquidatio quantitatis depositandæ fuit necessaria, ad hoc ut 13 M. Comestabilis depositum certæ quantitatis facere posset, interloquutoria namque Judicis requiritur super liquidatione ante exequutionem, ut pluribus relatis probat *D. Consil. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 3. num. 44. in princ.* quem *Nos* citavimus in *observ. ad d. decis. 21. nu. 14.* ubi *sub n. 15.* pariter probavimus ante liquida-14 tionem partes non posse scire quantitatem debitam, qua ignorata, nihil peti posse, donec exploratum sit, quod debeatur ex *text. in l. hoc jure. ff. de verb. oblig. & 15 aliis ibidem allegatis*; nec reum esse in mora, dum nescit, quantum solvere debeat *l. non potest 99 ubi Bart. & Dec. in princ. ff. de reg. jur.* sequitur *Thes. lib. 3. qq. for. qu. 71. n. 2.* ubi ita per Senatum Pedemontanum judicatum refert, & confirmat, *Mels. ad consuet. Neap. pur. 22. qu. 42. n. 83. lib. 3.*

Secundo Marchio petiit, quod M. Comestabilis de-16 positaret ducat. 28 00 & visa per S.R.C. instantia prædicta, fuit ordinatum fieri depositum pro summa petita, ideòque dum depositum erat faciendum tantummo-17 dò pro quantitate ducat. 27324. juxtà moderationem factam per dict. S.R.C. meritò dum creditor petiit plus debito moram non committit debitor, & solvere non tenetur, nec etiam partem verè debitam, & sic dict. ducat. 27524 juxtà auream, & singularem doctrinam *Castrens. in l. 2. num. 1. C. de usur. & fruct. legat.* desumptam ex text. singulari in *l. qui solidum ff. de legat. 2* & sic ob 18 partem indebitam ducat. 676 M. Comestabilis habuit justam causam non solvendi, etiam si eam partem debitam, & sic d. ducat. 27324. ad *text. in l. in stipulatione, in princ ff. de usur. Thes. dec. 231 n. 2. D. Cons. Gizzarell. dec. 10. num. 5.* & proindè etiam ab interesse excusatur *Munoz. de rationcin.* qui DD. citat *cap. 17. num. 23. Gratian. cap. 42. nu. 41. & seq. lib. 1. disc. forens.* ac *Leotard. de 19 usur. qu. 84. num. 50* & justa causa litigandi excusat à mora *l. 2 §. si navis ff. ad l. Rod. de jactu DD. in §. lecta ff. si cert. pet.* & probat etiam *glos. in leg. in hac, ff. de condit. indeb. D. Reg. de Marin. cap. 109. lib. 1. quotid. resolut.* tanto magis quia M. Comestabilis obtinuit, & sic indubitabilis redditur conclusio, ut ad interesse minimè adstringatur.

Quæ omnia confirmantur ex traditis per *Dom. Ho-20 stien. ad Surd. decis. 15. ubi num. 5.* pro. ostra quæstione, an creditore plus debito petente, possit debitor in totum negare. & pro negativa adducit *Bart. in leg. 1. §. si 21 stipulanti ff. de verb. obligat.* ubi quod debitor non debet totum debitum negare; sed verum debitum offerre, ac pro affirmativa sententia, ut liceat debitori negare totum debitum, quando creditor plus petierit in quantitate, *ibidem num. 9.* citat *Dec. in l. non potest videri nutare, in princ. ff. de reg. jur.* & stante dissensione opinionum quæstio prædicta ardua, & intricata est, ut vix quænam verior sit, discerni possit ex traditis per *Gabr. lib. 2. communium concl. tit. de expens. concl. 2. num. 2.* nam idem *Bart. in d. l. qui solidum numero 2. ff. de legat. 2.* tenet si is, 22 qui verè est creditor in centum, petiit 150. potest reus se defendere in omnibus, & non solvendo censum debitum non erit in mora, & cum *Bart.* est communis opinio de qua testatur *Cagnol in l. non videtur improbus n. 6. ff. de reg. jur.* qui ad hoc citat *Jas. in l. properandum §. sin autem alterutra, C. de judic. Galiaz. Ruin. & alii in l. 1. § si stipulanti, ff. de verb. oblig. Canonistæ in cap. exhibita de judic.*

Tertiò, mora in M. Comestabili hoc casu non consi-23 deratur, & proindè ad interesse non tenetur, quatenus certa quantitas depositanda in decreto, & obligatione expressa esset, propter difficultatem faciendi discussionem crediti infra d. quatuor menses, cum enim hæc obligatio sit facti, difficultas impedit moram ad *text. in l. si vehenda, §. pen. ff. ad l. Rhod. de jactu, & in l. 1. §. jubes, vers. Si frater, ff. de collat. bon.* etiam si fuerit jurata, *cap. brevi extra de jur. jurand.* per quæ jura ita fir-24 mat *Bart. in l. quod te, num. 14. ff. si cert. pet.* ubi idem procedere affirmat si obligatio esset dandi speciem ex *d. l. quod te, ex l. cum servus, ex l. cum res in princ ff. de leg. 1.* quam *Bartoli* sententiam sequuti sunt *ibi Purpur. nu. 54. ac Alex. nu. 9.* & post alios *Maranta disp. 2. nu. 10. cum seqq.* & licet secus esse in obligatione dandi quantitatem dicat *Bart. ibidem*, quod hæc difficultas non impediat moram allegans *leg. continuus 13. §. illud ff. de verb. oblig.* quam sequutus est *Leotard. de usur. quæst. 84. num. 31.*

Attamen hoc dictum *Bartoli*, & *Asseclarum* in obli-25 gatione dandi quantitatem, neque vera est, & propterea etiam eo casu difficultas impedit moram, ut probatur in *cap. Odoardus de solut.* & melius in *cap. significante de pignor.* ac in *cap. 1. §. licet vassallus si de feud. fuer. controv. inter D. & Agnat.* & facit text. in *l. si duo, §. ait prætor, ff. de constit. pecun.* ut notat *Ruer. in addit. ad Bart. ibidem in verbo moram lit. D.* ac pariter probatur in *l. Thais, §. 1. ff. de fideic. libert.*

Et licet *Bart. sub d. num. 14.* dicat *text. in dict. §. 1.* non 26 obstare, quia ibi respectu servi, non erat dati quantitatis in obligatione; sed ejus respectu debebatur solutio, vel libertatio; nihilominus contrarium probatur *in l. si voluntate, C. de fideicomm. libert.* ut respondit *Ruer. loc. cit.* hinc etiam *Roman. in addit. ad Bartol. ibidem verba ad prædicta lit. E*, remissivè pro resolutione quæstionis, an promissio solvendi quantitatem dicatur obligatio ad factum, citat text. videndum *in leg. liber homo, in fundo, §. fin. ff. de verbor. obligat.* & proptereà dum in casu nostro obligatio faciendi discussionem sit facti, difficultas impedit incursionem moræ, ob quam interesse deberetur.

Difficultas autem faciendi dict. discussionem ma-27 xima fuit, ita ut, nec per annos undecim integrè fieri potuit. & propterea M. Comestabili tribuendum non erit, si facta non sit intra quadrimestre tempus in decreto, & obligatione contentum; illa siquidem, cum facti sit, fieri debebat tribus intervenientibus personis, scilicet, *Judice*, ac *Marchione*, *M. Comestabili*, ejusque creditoribus; Judicium namque ex istis tri-28 bus personis distinctis consistit, & sine aliquo ipsorum est nullum, *cap. forus 10. de verb. obligat. Acatius de privil. lib. 1. c. 7. n. 4* sequitur *Ciriac. controv. 275. nu. 31. lib. 2. controv. for.*

Hinc ex parte sua M. Comestabilis omnem diligentiam, ac posse suum adhibuit pro discussione ordinata, & liberatione depositi facienda creditoribus potioribus, ac anterioribus protestando contra impedientes liberationem depositi, ut latius videri poterit, tam ante decretum S.R.C quo fuit ordinata discussio, quam post usque ad hodiernum diem.

Tamen illa discussio, sive depositi liberatio ob varia impedimenta Marchionis, ac ejus creditorum dilatata fuit, usque ad diem 24. Maii 1644. quo die depositum fuit in parte liberatum, ac reliqua quantitas fuit liberata 6. Aprilis 1645. 28. Martii 1646. & 17. Aprilis 1646. & ad ultimum depositum fuit liberatum sub die 15 Decembris 1654. ac sub die 5. Martii 1655. nec ex parte ipsius M. Comestabilis fuit unquam reclamatum à decretis liberationum, sed benè ex parte Marchionis, & ejus creditorum, ac etiam dilatata ex parte judicis, 29 qui depositum instante M. Comestabili non liberavit, ut

or tenebatur, juxta *d.l.pen. & fin* & comprobant *Graff. except.22.num.149. Amat. resolut.63.num.* aliique adducti per *Graff. ad Constit. pragmat Secil.* §.5. num 3 & dum impedimentum non pervenit ea parte M Comestabilis, sed Marchionis ac Judicis, auditur ipse nullo soluto debito, nec expensis ad tradita per *Gamb. decis. 81.num.11.12* ut in simili tradit *Graff. ubi supra §.39.num. 15.* Simile dicimus in debitore, qui non debet aestimationem quanti plurimi, si contractus est reciprocus, nam tam unus, quam alter adimplere tenetur, tunc enim
30 si creditor ex parte sua prius non adimpleverit debitor non dicitur in mora *leg. Julian. nu.2.§.offerri, ff. de action. empt.* per quae jura ita tenet *Surd dec.179.num 26. D. Hodierna observat..60 num.5.* & latè *Mascard. de probat. conclus.1188.* per totam sequitur Munnos de *Escobar. de ratiocin administrat. cap.17. numer.35* ideoque dum Marchio, ac creditores etiam in discussione intervenire debuissent adimplere prius ipsi debebant scilicet adesse & stare discussioni, ac liberationibus faciendis, non autem reclamare, tantò magis, quia alii creditores comparuerunt instando graduari, obtinuerunt liberationem sub die 17. Aprilis 1646 & sub die 15. Decembris 1654. ac sorores de Canapicco sub die 24. Februarii 16 2 quae fuerunt exclusae per S.C. sub die Aprilis 16 4. ac tandem Princeps S.Severine sub die 2. Maii 16 . qui cum aliis creditoribus ad transactionem devenit pro ducat.500. ut ex decreto S.R.C. sub die 15. Decembris 1654. & sic impedimentum adfuit ex parte creditorum.

Et propterea succedit doctrina *Bartoli in leg. servi*
31 *legati 59. ff. de lege prima* ubi habetur, quod si quis promittit servum fugitivum non esse, intelligitur culpa promittentis; & ideo dum omnem diligentiam adhibuit M. Comestabilis habet locum regula *text. in leg. penult. si petantur, & in leg. fin.* ibi *integratorii ns admonentibus, que intra certum temp.* ut nulla negligentia, aut culpa ipsi imputari possit, & sic in mora quis non dicitur, quando per ipsum non stetit, qui in actus fieret, *leg. et l. & si ff. de usu Surd. cons.374 numero secundo, libro 2.*

Quamobrem M. Comestabilis videtur praemisisse factum alienum, & sic Judicis, ac Marchionis, ejusque
33 creditorum, quo casu faciendo totum posse excusatur ab interesse, etiam quod promissio sit jurata *glos. in fin. in cap. ex rescripto 9.* ubi *Abb. sub numer.10. extra de jur. jurand. Federic. de Sen. cons.122. Burt. cons. 236. volu n.1* aliique quos ad nauseam sequeos adducit *Ciriac. controvers.10 num.19 lib.1 controv. forens.* dum in obli-
34 gatione non adsunt verba , ita ut nec etiam faciendo omne posse suum excusetur, de quibus *D. de Franch. decis. 24* tantò magis, quia nec pariter hoc est simpliciter verum siquidem etiam stantibus verbis praedictis,
35 contrarium de jure probat *Ciriac. ubi sup. num. 66. cum duobus seqq.* ac decisum legimus, & sic ad favorem promittentis apud *Affl. dec.2. 5. 17 Capyc. dec.93. num.6.* licet *D. de Franch. ibid. n.1.* referat decisum juxta suas allegationes exaratas pro Fabio Barapruzio, & sic contra *Affl. ac Capyc.*

Et propterea, dum culpa Marchionis, ejusque credi-
36 torum dissidentium circa eorum potioritatem, ac anterioritatem adfuit in liberatione depositi, ex qua veniebat discussum creditum dicti Principis Castellionis, meritò mora nocere debet tam debitori, quam creditori, ut per DD. *in leg. vinum, & in l. nummis, ff. de in lit. jur.* debitoris, namque mora cum creditoris culpa com-
37 pensatur, *l. si ambo, ubi Castr. ff. de compensat. Afflict. decis.110. numero decimo nono*, & una mora aliam extinguit *Rata Junua decis.144. numer.13. Calvin. de aquit. cap 88 num.18. lib.1.* & ultima mora creditoris praeponderat praecedenti culpae debitoris, *leg. si servum, §. sequitur. ff. de verb. obligat. Afflict. ubi supra num.30.* & in pari mora melior est conditio rei, quam actoris, *Rata*
39 *Junua decis.118. nu.1. Calvin. ibid. nu.12. Ciriac. controv.*

103. nu.50. lib.1 ideoque cum Marchio, ac ejus creditores non curaverunt obtinere liberationem depositi du-
40 cat. 22076. nullum jus, nullaque aequitas suadet, ut saltem interesse debeatur de alio deposito ducat.27 24. in tempore non facto, cum si factum fuisset, neque liberatum foret, ad tradita in puncto per *Calvin. d. n.12.* ubi quod si creditor emptis pignoribus non processerit ad ulteriora, sed negotium sub silentio dimiserit interim interesse aliquod non consequitur; mora namque M.
41 Comestabilis si adfuisset, quod negatur compensari debet cum alia majori commissa per Marchionem, & ejus creditores ad *text. in l. si ambo, ff. de compensat.* per quem *text.* ita probat *D. Reg. Revert. dec.43. n.7.* ideoque Marchio creditor ob ejus propriam moram, sive culpam calicem bibere debet, non autem M. Comestabilis debitor, ut propriis utar verbis *Calvin. d.c.88. n.28.*
42 ea ratione, quia in his sola culpa creditoris attenditur, qui ex ejus incuria, & inertia cum alterius damno locupletari non debet, ac pariter dum negligentia alicujus non debent sibi esse proficua; sed potius damnosa argumento *l. si pupillus. ff. quae in fraud. credit. Calvin. ibid. n.2*.

Ideoque dum M. Comestabilis omnem adhibuit diligentiam, & conatum pro discussione etiam quod cum
43 juramento illam intra quatuor menses facere promiserit, excusatur, ut probant *Ludov. dec. 1 vers.27. nu.6.* ubi de communi testatur *Afflict. et. decis.295. Thom. Ferret. caut.43. al. àsc.44. post caute. Cepalla Marante disp 7. n.13 Natta cons.451. n 42. vol.2. Cephal. cons.437. n.57 lib. 3. & Cravett. cons 272 n.1.*

Quanto dato millies, non tamen concesso, quod M.
44 Comestabilis completis quatuor mensibus fuisset in mora depositandi dict. duc. 27314. adhuc tamen non tenetur ad interesse, quia interpellatio, ac Judicis declaratoria intervenire debet, ut dicimus de eo, qui promisit certa die aliquem praesentare; nam statim adveniente die non incidit in poenam, nisi sequatur interpellatio, ac Judicis declaratio, ut *Bart. in leg. his consequenter, §. sed an. ff. fam. ercisc.* sic etiam clarius *Felin. in cap. Rodulphus num.35. de rescript. Paris. cons.29. num.15 & 16. volum.4 Tiraq. in leg. si unquam in verbo revertatur effect.*
45 *50 numero.398. C. de revoc. donat.* nunquam enim devenitur ad poenae executionem etiam ipso jure, & facto incursae, nisi prius moneatur pars, & Judex suam proferat sententiam declaratoriam, ut tradiderunt *Bursat. consil.14. nu.18. & 21. ac cons.93. n. 21. lib.1 Ruin. cons.153. num.16. lib.1. ac Gabr. lib.7 comm. conclus. de malefic. concl.12.*

Quare Marchio interpellavit M. Comestabilem pro deposito ducat. 28 mil. & licet fuerit sequuta declaratoria Judicis, quod faceret depositum pro summa prae-
46 dicta, tamen fuit postea mediante alio decreto moderatá quantitas depositandi in duc. 27324 & sic usque ad d. diem 8. Martii 1652. mora non fuit commissa ex supra deductis, ac probatis, & nedum unicum, sed plura
47 requiruntur Judicis praecepta, sive decreta contra debitorem ad faciendum depositum, ut in mora constitueretur respectu interesse, ut probatur *in l. qui Romae, §. coheredes. ff. de verb. obligat. ubi glossa in verba saepius* quod verificatur in pluribus, quam duobus *l. servus in verba bis, aut saepius, C. ad leg. Jul. repet.* & ad minus in duobus *l. veluti, §. hoc vero, ff de aedil. l. mariti, §. qui cum seq. ff. de adult.* unita *rubrica, C. si saepius in integram restit. postul.*
48 Quae cum ita sint, jure meritò aliqua mora considerari non potest in M. Comestabili; tantò magis, quia si Marchio institisset, quod M. Comestabilis faceret depositum ducat. 28. mil pro residuo pretii Diani, & Casalium, alias sequestrari introitus, nihilominus supervenit aliud praeceptum, sive decretum D. Consiliarii Ciossi Marchionis Oliveri, tunc causae Commissarii sub die 1. Decembris 1650 quo fuit ordinatum, quod praecisè ac peremptoriè ipse M. Comestabilis infra alios

alios dies quindecim procurasset d. totalem discussionem graduationis, alias termino elapso providebitur super petito deposito, quod quidem decretum fuit per Marchionem acceptatum, nam ad illius instantiam fuit notificatum Procuratori M. Comestabilis per quem semper fuit instatum pro discussione, & sic usque ad d. diem 1. Decembris 1650. nulla adfuit mora ex parte M. Comestabilis, & si aliqua considerari posset, censetur remissa per d. decretum à Marchione acceptatum, & 49 M. Comestabili notificatum; mora namque semel commissa, si creditor iterum ipsum debitorem interpellat, dicitur remittere d. primam moram, & sibi præjudicat *leg. Æmilius 38. alias 39 vers. dicebam, ff. de minor. ubi glosa in verbo magis, & Bart. num. 3. Mantin. de juram. parte 4. effect. 3 nu. 85.* sequitur, & refert *Ciriac. controv. 441. numero 2. lib. 3 controv. for.* sic etiam eadem vetus 50 mora per novam dilationem remissa censetur, ut inquit *glosa in leg. mora in verbo repetendi, ff. de usur. ubi Bart. & cæteri DD.* factum namque Judicis hoc casu, 51 factum partis reputatur, maximè illam acceptantis, *l. ob causam ff. de evict.* ideò mora per priùs contracta remissa censetur per subsequentem stipulationem DD. communiter *in l. stera debemus §. fin. ff. de verbor. oblig.* etiam quod illa secunda stipulatio sit invalida, *l. si Stichum, ff. de novat.* per quem tex. ita in puncto tenet *Cuma. in d. §. fin.* & licet *Castr. Alex.* ac *Jas.* reprehendant *Cumanam* hoc dicentem; tamen ut inquit *D. de Medic. consil. 43. num. 6* nullus Doctor contradicit, quod si secun- 52 da stipulatio sit valida, censeatur remissa mora, & solummodo ultima mora morosum gravat, & illum, qui per prius fuit in mora exonerat *l. illud 17. in fine, ff. de peric. & commod. rei vend. Ciriac. controv. 226. num. 70. lib. 2. controv. for.*

53 Tandem si mora adfuisset, quod negamus, adhuc tamen illa fuit purgata per deposita facta; quamvis enim de jure civili controversum sit, an admittatur purgatio moræ, nihilominus, quia tota purgatio moræ consistit in æquitate canonica, ut per *D. meum Reg. Capyc. Latro dec. 160. nu. 36. lib. 2.* quem *nos* retulimus *in observat. ad ipsum dec. 30. num. 1.* ubi alios DD. pariter adduximus; tamen communis conclusio est, ut si re integra jus creditoris non est factum deterius, admittatur purgatio moræ, *l. si post tres, ibi neque actoris jus ex mora deterius factum sit, consequens est dici defendi eum debere exceptione, ff. si quis cautionibus* comprobat *D. Reg. Capyc. Latro d. dec. 30. nu. 11. ac 18. & dec. 160. num. 8.* prosequitur *Calvin. de aquit. cap. 79. nu. 36. lib. 1.* & ita determinatum fuit per S. R. C. quamvis adesset pactum reso- 54 lutionis contractus, attento stilo S. R. C. in d. æquitate fundato, ut per *D. Reg. Capyc. Latro citata dec. 30. nu. 15. & 23.* de qua decisione memor est *D. Pratus lib. 1. discept. for. c. 21. n. 90. cap. 48. n. 15. & 16.* sequitur *D. Reg. de* 55 *Marinis cap. 131. num. 6. & 8. lib. 1. quotid. resolut.* si verò jus partis sit factum deterius, tunc nec etiam attenta æquitate canonica mora purgari potest, ut fundat *D. Reg. Capyc. Latro d. num. 15. in fin. & d. dec. 160. nu. 20.* ut hæc, & alia ad comprobationem *Nos* deduximus *in ob-* 56 *servat. ad d. decis. 30. num. 2. 3. & 5.* qui quidem stilus servandus est, ut tradiderunt *D. Capyc. Latro dict. decis. 30. num. 19. 20. & 21. ad decis. 74. num. 17. D. Prat. observat. 44. cent. 1. pract. observat. ac D. Consil. Provenzal observat. 17. numero vigesimo, ad consuetud. si quis, vel si qua de success. ab intest.* quos *Nos* retulimus *in dict. observat. 30. numero 6.* prout etiam non admittitur moræ 57 purgatio, si fuerit renunciatum purgationi moræ, ut per *D. de Marta cap. 271. numero quinto, libro primo*, & in casu nostro, neque renunciatio prædicta adest, & sic undique in tuto est M. Comestabilis, dum jus partis non est factum deteriùs, eò quòd adhuc certa pars depositi facti remanet liberanda creditoribus, & reliqua quantitas non fuit liberata, nisi sub die 5. Martii 1655. & sic nullum sentit damnum Marchio ex deposito in tempore non facto.

58 Tantò magis, quia hoc interesse si deberetur, non jure actionis petere posset Marchio, non enim deductum fuit in stipulatione, neque in obligatione depositandi adest clausula *sub refectione damnorum, & interesse*, quo casu jure actionis illud deberi, etiam recepta sorte existimarunt *Amat. resolut. 43. numero 75. libro primo, D. de Medic. consil. 72. numero 20.* ubi *Nos in addit. imprimenda* etiam comprobavimus, ac *D. Reg. Rovitus decis. 9. sub numero nono*, & propterea illud Judicis tan- 59 tùm officio deberi prætendere posset, & hoc casu ex receptione sortis ampliùs peti non potest, quæ conclusio ni fallor probatur *in leg. ultim. ff. de eo quod certo loco*, idque in specie probant *Bald. in leg. 4. numero 3. C. depos.* & melius *Gratian.* qui cæteros DD. colligit *capite 243. numer. 34. & 35. lib. 2. discept. forens.* ex receptione 60 namque sortis creditor interesse Judicis officio debitum remisisse censetur ex juris necessitate, ut habetur per *Gratian. ibidem d. num. 35.* post *Carsar. decis. 38. numer. 12.* idque confirmat *Leotard. de usur. quæst. 91. nu. 2.* proceditque etiam in fructibus, qui Judicis officio, & 61 ex mora debentur in contractibus bonæ fidei ad *text. in l. videamus, §. ex causa ff. de usur. & fruct. Aegat. in leg. fructus, & leg. ult. C. eod.* restituta namque re, vel soluto pretio illius, amplius pro illis agi non potest, *l. eos in princ. C. de usur. Leotard.* qui alios DD. adducit, *ubi supra num. 11. & 12.*

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Mater transiens ad secunda vota, an, & quando teneatur petere tutorem filiis primi matrimonii, & quando successione ipsorum privetur, ex eo quod tutorem non petiit.

SUMMARIUM.

1 *Mater transiens ad secundas nuptias, si filio antea tutorem non petierit, eius successione privatur, quod procedit, sive mater fuerit tutrix legitima, sive testamentaria, num. 2. Ampliа, ut num. 3. & 4. Limita, ut num 17.*

5 *Mater tenetur petere curatorem ventri, quemadmodum filio nato, sub eadem pœna privationis successionis.*

6 *Pœnæ secundò nubentium de Jure Canonico hodie sunt sublatæ.*

7 *Mater transiens ad secundas nuptias succedit tantum in usufructu bonorum filii præmortui, reservata proprietate ad beneficium aliorum filiorum ex primo matrimonio, intellige tamen respectu bonorum immediate à primo viro obvenientium, secus vero in aliis, nu. 8. Limita tamen prædicta, nisi filius defunctus esset unicus, & n. 9.*

10 *Dispositio, per quam mater privatur successione filiorum, cum sit odiosa, habet nonnullas limitationes.*

11 *Mater excusatur à pœna quando alius remaneret contutor. Intellige etiam quando non est locus tutori dativo, vel uti si adsit legitimus n. 12 & 14.*

13 *Mater statim ac transit ad secunda vota, ipso jure tutela privatur.*

15 *Mater, & avia semper in tutela præferuntur, quamvis eis tutela non deferatur, nisi volentibus.*

16 *Mater si est tutrix testamentaria, & velit transire ad secunda vota, an alium tutorem petere teneatur? Et quid si rationes non reddat, an sufficiat quod contutor hoc faciat, nu. 18.*

DECISIO

DECISIO CXXXI.

DE hæreditate Francisci Antonii Muschetti pupilli fuit disceptatum in Curia Civitatis Sulmonis inter Isabellam Pronti ejus matrem, & Petrum, Mariam, & Annam Muschetti proximiores agnatos, interpositisque tam pro una, quam pro alia parte pluribus decretis, causa per viam electionis fori tandem fuit introducta M. C. V. per quam die 24 Decembris 1638. fuit pronunciatum ad beneficium matris, declarando, hæreditatem filii ad ipsam spectare, à quo decreto cum fuisset appellatum ad S. C. dicebant agnati, matrem à successione esse excludendam, quia ad secundas convolaverat nuptias, tutorem filio non petendo, neque rationem administrationis reddendo, reliquave restituendo, juxta dispositionem *text. in l. omnem 6. ad Sen. Consil. Trebell. & Auth. eisdem pœnis, C. de secundis nupt. l. sciant, C. de legit. hæred.* quod etiam lege Digestorum erat provisum, ut in *leg. si minores, ff. qui petant tut. vel curat. & in leg. 2. §. si mater non petiern tutores, ff. ad Senat. Consf. Tertull.* late *Joannes Gutier. de tut. part. 1. c. 16. n. 134. Camill. de Medic. consf. 99. num. 66. cum sequent. Thoro in voto et. nu 59. Gabriel Alvarez de Veluzquez de privileg pauper. 1. part. quæst. 60. nu. 6. cum sequent. & quæst. 3. num. 93. Montan. de tutel. cap. 15. nu. 84. Roias de success. cap. 30. numer. 36. Gomez in l. 14. Tauri, numer. 18.*

2 quod etiam procedit, quando mater erat tutrix testamentaria. quamvis enim *text. in dict. leg. omnem* videatur loqui de legitima, & non de testamentaria, tamen idem procedere in testamentaria, concludit *Bar. in dicta l. omnem, numero 7. Ludovic. Rom. sing. 124. & 125. & consil. 207. & 279. Joannes Neviz. in Sylv. nupt. lib. . sub numer. 52. Cacher. decis. Pedem. 57. Costa de fact. scien. & ignor. distinct. 52. Tiraquell. in tract. cessant. caus. limit. 4. Borgnin. de tutor. & curat. numero 307. Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. jur. univers. libro nono, cap. 26. num. 44.* & alii congesti per *Borrell. in summ. decis. tom. 3. titul. 2.*

3 *de secund. nupt. numero 112.* & etiam procedere in morte civili patris, *Ricc. in collect. 3676.* si non petiit curatorem filio furioso, habetur *in leg. §. quid si curatores non petiit, ff. ad Tertull. Nicolaus de Ubald. in tract. de success. ab intest. in 3. par. princip. in 3. fallent. glos. in leg. 1. in*

4 *vers. 2. casu, ff. qui pet. tutor. Franch. decis. 167. num. 1. & 5.* quia etiam *num. 6. & 7.* ampliat procedere, nedum in matre, sed in avia, & omnibus, qui post ipsam succedere possunt, *Grass. de success. ab intest. quæst. 27. §. successio ab intestato, Gabriel. commun. opin. tit. de tutel. conclus. 1.*

5 *Fusens sing 117. Ossch. decis. 58. Capriol. de success. ab intest. lib. 2. numer. 40. Vivius decis. 432.* sic etiam tenetur curatorem petere ventri *l. 2. §. quod si cum prægnans ff. ad Senat. consul. Tertull. Grat. discep. forens. lib. 1 cap. 72. n. 1. Præses Valenz. cons. 198. nu. 17. vol. 2. Marant. in l. is potest, n. 226. ff. de acq hæred* licet contrarium tenuerit post *Jo Andr. Greg. Lopez in l. 12. tit. 16. parte 6 glos 4. vers. quod autem de muliere,* latissimè *Joseph. Vela dissert. juris controvers. 7. num. 32.* ubi alios *Doctores* in hac materia affert.

Pro confirmatione decreti M.C.V. dicebatur pro parte Isabellæ matris, quod hodie pœnæ secundo nu-

6 bentium sunt sublatæ, *cap. fin. de secund. nupt. Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, numero 132. de constitut. Alexand. Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. titul. de matrimon. resolut. 5. numero 9. Cavall. commun. controvers. commun. quæst. 748* & latissime *Sanchez de matrimon lib. 7. disput. 87. num. 23. Petr. Greg. Tholos. Syntag jur. univers. lib. 9. cap. 26. & 27. Hodier. in l. hac edictali quæst. 21. nu-*

7 *mero 17.* quamvis aliis filiis existentibus mater ad secundas transiens nuptias succederet in usufructu tantum, proprietate reservata ad beneficium aliorum filiorum ex primo matrimonio, juxta dispositionem *text. in leg. fœminæ, §. illud, & l. generaliter, C. de secund. nupt. Gabr. dicto libro 1. tit. de secund. nupt. conclus. 1. numero 15. Petr. Gregor. Tholos. Syntag. jur. dicto libro 9. cap. 26. numero 57. Thesaur. libro primo, quæst. forens. qu. 29. numero 6. Mattheus Mathesil. de success. ab intest. in 2. part. princip. nu. 18. Afflict. decis. 75. numero 4.* & est *text. in § sed quantu, in Auth. de nupt. collat. 4. Sforza Odd. consil. 37. numero 48. Castill. de usufruct. cap. 2. num. 15 Grat. discept. foren.*

8 *cap. 702. numero 25. Paul. Rubeus in decis. Rota Romana noviss. ab anno 1631. decis. 80. numero 10.* quod tamen erit intelligendum respectu bonorum immediate à primo viro obventorum, secus vero in aliis *Rota Romana penes Farinac. in posth. tom. 1. decis. 771.* alias decisiones af-

9 fert *Rubens in dictis decis. noviss. ab anno 163 . dec. 2 1. numero 14.* quando tamen non adsunt alii filii, sed unicus tantum qui superstite matre decesserit, prout in casu, de quo agebatur, & tunc etiam in plena proprietate mater succederet, sive vivente filio, sive post ejus mortem ad secundas convolaverit nuptias, *Nicol. de Ubald. de success. ab intest. in 2. part. n. 17. Paschal. de virib. patr. potest. part. 3. cap. 10. n. 47. Boer. dec. 185. n. 17. Cavall. commun contr. commun. qu. 671. & Bart. in l. liberorum, ff. de his, qui notant. infam. Thes. lun. qu. forens. lib. 1. q. 30. Fab. in suo Cod lib. 5. tit. 5. defin. 16. de secund. nupt. Rot. in novissimis diversorum ab anno 1626. dec. 116. nu. 10. & dec. 181. n. 19. Surd. dec. 99 n. 12.*

10 Cumque dispositio prædicta, per quam mater privatur successione filiorum sit satis rigorosa, ut habetur per *Franch. dec. 167.* nonnullas patitur limitationes,

11 & inter cæteras, quando alius remaneret contutor, *l. 2. §. his illud, & l. matri, C. quando mulier. tutel. offic. fung. pot. Bald in d. l. omnem, numero 8. C. ad Tertull. & in consil 403. libra 4. Surd. consil. 175. numero 26. libro 2.* & ita decisum fuisse in Sacro Consilio refert *Afflict. decis. 75.* ubi etiam *Ursil. Socin. Iun. cons. 16. numero 6. vol. 2. Plot. de in lit. jur. ind. § 5 nu. 27. circa finem, Boer. dec. 276. in fin. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gl. 8. par. 1. n. 11.* ubi ita fuisse in Senatu Cathaloniæ decisum testatur, *Cancer. var. resol. lib. 1. tit. de tut. cap. 7. num. 40 Ricc. de collect. dec. 35 6. Hodier. ad Surd. dec 48.* Sic etiam ubi adesset

12 tutor legitimus. cum pœna legis locum non habeat, nisi ubi est locus tutori dativo, non autem legitimo, *Socin. Iun d. cons. 16. num. 12. vol. 2. Plot. in tract. de in lit. jur. n. 836. Gabr. dicta conclus. 1. num. 28. Paschal. de virib. patr. potest. parte 3. c. 10. nu. 34. & 35. & n 36.* addit, quod quando solum remanent tutores legitimi, tunc mater tenetur declarare ante illius acceptationem, se nolle tutelam recipere, vel eam susceptam renunciare, *Surd. dicto cons. 175. num. 27. Gratian. discept forens. cap. 219. num. 4. tom. 2.* & quod idem sit, quando tacet, & permittit alium administrare, habetur ex *Salyc. in d. l. sciant, num. 10. C. de legit. hæred. Socin. Iun. d. consil. 16. num. 19. cum sequent.* licet hoc, quod dicitur de renunciatione non procedat in matre, quæ statim ac transit ad secunda vota, ipso ju-

13 re tutela privatur, & desinit esse tutrix, *d. Auth. eisdem pœnis, C. de secund. nupt. Doctor. in Auth. Sacramenta C. quando mulier tut. offi. fung. per. Nicol. de Ubald. d. part. 2. num. 22. Costa de judiciis, num. 358. Mastrill. decis. 6. num. 35. libro 1. Farinac. decis. 27 . num. 1. tom. 2. in posth.* Cum ergo in casu prædicto in facto constabat Leonardum Muschetti patrem dicti Francisci Antonij, & virum ipsum Isabellæ decessisse, relictis dicto filio impuberi tutoribus, tam dicta Isabella, quam V. I. D. Fulgentio Pronti, qui tempore secundi matrimonii administrabat, sequitur, dictam Isabellam non subjacere dictæ pœnæ, immo nedum vivebat dictus contutor, sed aderat etiam Hieronymus Muschetti, Francisci Antonii pa-

14 truus, qui in communi vivebat cum Leonardo fratre, & sic cessante testamentario aderat etiam legitimus, & non tenebatur mater alium petere tutorem, ut notant *Doctores* supra allegati, & præcipue *Socin. dict. cons. 16. num. 27.*

15 Insuper ex alio dicebatur, matrem non teneri ad tutoris petitionem, quia pœna legis imposita videtur matri, quando est legitima filii tutrix, ipsa enim,

& avia

& avia semper in tutela præferuntur omnibus tutoribus legitimis, & dativis, non autem testamentariis, ut in *Auth. matri, & avia, C. quando mul. offic. tut. fung. pot.* quod tamen intelligitur, ipsis volentibus, ut post alios dixit *Hieronymus Gabriel cons. 29. num. 49. lib. 2.* secus autem quando esset testamentaria, ut declarat *Bal. in dicta l. omnem, ff. ad Sen. consil. Tertull.* & sic Isabella tanquam tutrix testamentaria huic pœnæ non subjacebat.

16

17 Etiam dicebatur, quod huic pupillo forsan expediebat, non habere tutorem, ne debita hæreditaria perderentur, quo casu excusatur mater, *Alex. in add. ad Bar. in dicta l. sciant, C. de leg. hered. Socin. dicto consil. 16.* vel quando adsunt multi creditores, qui vellent pupillum convenire. *Surd. dec. 48.* ubi etiam, *Hodierna numer. 4. Roman. sing. 105. Marsil sing. 302. Niel. dicta collect. 3576.*

18 Et tandem non obstabat, quod ista mater rationem non reddidit, sufficit enim, quod contutor hoc faciat, ita *Bal. in dicta l. omnem, num 8. C. ad Senat. consult. Tertull.* sequitur *Surd. dicto consil. 175. numer. 26. Mart. vot. 72. & Affl. dicta decision. 75.* Quare die 23. Junii 1640. fuit ad mei relationem decretum Magnæ Curiæ ad favorem Isabellæ matris confirmatum, penes Jacobum Figliola S. R. C. Actorem Magistrum.

OBSERVAT. IN DECIS. CXXXI.

SUMMARIUM.

1 *Mater vidua, quæ non aliter petito tutore ejus filii convolavit ad secundas nuptias, an, & quando privetur hæreditate filii.*

2 *Pœnæ secundo nubentium sunt sublatæ, quæ fuerunt introducta in odium mulieris nubentis infra annum luctus, illæ vero quæ ad favorem filiorum fuerunt ordinata sublata minime sunt.*

D. Marcellus Marcianus *senior Reg. Cons. laudatur, ibid.*

3 *Mater transiens ad secundas nuptias etiam post annum perdit proprietatem bonorum, quæ habuit titulo lucrativo à primo viro, illaque tenetur reservare filiis primi matrimonii retento pro se solum usufructu, & ita decisum adducitur, n. 4.*

5 *Iocalia an præsumantur donata per sponsum sponsæ, an vero accomodata, ut ornatior incedat, & nu. 6. & quæ jocalia subjaceant dispositioni* l. fœminæ, C. secund. nupt. *& n. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*

10 D. Iacobus Gallus *laudatur.*

13 *Mater volens transire ad secundas nuptias debet prius petere alium tutorem dari filio, rationesque administrationis reddere, alias privatur illius successione ab intestato, & per substitutionem, numis, non tamen per fideicommissum, n. 16. 19.*

14 *Bona secundi viri sunt tacitè hypothecata pro redditione computorum facienda per uxorem, quæ contraxit secundas nuptias non petito tutore, nec reddita ratione.*

15 *Mater etiam si nolit transire ad secundas nuptias tenetur intra annum filio impuberi tutorem non habenti petere, ut detur, alias cadit ab illius successione, quod proximioribus in gradu defertur.*

17 *Exceptio non petiti tutoris non transit ad hæredes, ratio adducitur n. 18.*

19 *Mater legataria mariti alicujus rei cum potestate disponendi de illa ad illius libitum an transeundo ad secundas nuptias amittat proprietatem rei legatæ retento solo usufructu.*

1 AGitur in hac *decisione* de pœnis mulieris secundo nubentis, in qua fuit decisum matrem non privari hæreditate ejus filii ob non petitum tutorem antequam convolasset ad secundas nuptias, ut habetur *numer. 18. infra* confirmando decretum M. C. V. quæ decreverat hæreditatem scilicet filii spectare ad matrem, rationes decidendi fuerunt; quia aderat alius contutor testamentarius, ut probat *D. Regent. nu. 11. & 13.* ac etiam comprobat *Farin. in repet. de contract. q. 51. num. 19.* vel quia si non adesset contutor testamentarius, aderit legitimus, ut habetur, *nu. 2. & seq. Farinac. ibid. n. 31.*

Tu autem observa primo circa conclusionem adductam per *D. Reg. nu. 6.* quod pœnæ secundo nubentium 2 hodie sunt sublatæ, nam ista conclusio non est intelligenda ita generaliter, sed eu sint ratione, jure Canonico attento; illæ sunt correctæ, quæ merè in odium mulierum nubentium intra annum luctus introductæ sunt, de quibus *in l. 1. & seq. C. de secund. nupt.* ex quibus nulla filiis potest resultare utilitas; illæ vero, quæ ad favorem filiorum introductæ sunt, & eorum commodo, & utilitati cedunt de quibus in *l. fœmina cum seqq. C. eod.* de jure Canonico non fuerunt correctæ, ita *Cephal. cons. 123. nu. 6 & seqq. vol. 1.* ubi exemplificat, estque communis conclusio Legistarum, & Canonistarum secundum *Abb. in c Ecclesia sancta Maria de constitut.* ac pariter de communi testatur *Sarmient. select. interpretat. c. 4. nu. 4. lib 1. sylva nupt. 3. dicit 1. seu vidua non est nubendum n. 78. & Rol cons. 95. nu. 6. & 14. vol. 1.* quos refert, & sequitur *Farinac. in repertor. de contract. q. 51. num. 2.* & hanc distinctionem etiam secutus est *D. Consil. Marcian.* qui fuit advocatus nemini secundus, *cons. 67. nu 2. lib 2.* ubi inquit, quod in hoc non adest contradictor.

Secundo observa, quod inter alias pœnas, sive provisiones factas in beneficium filiorum illa est, quod 3 mater transiens ad secunda vota, etiam post annum luctus, debet reservare filiis primi matrimonii proprietatem omnium bonorum, quæ à primo viro ex causa lucrativa fuit consecuta retento tantum sibi usufructu, 4 ut in *d. l. fœmina D. Marcian. ibid. nu. 5* & ita fuit per S.C. determinatum de anno 1658. in banca Clavelli Me patrocinante pro D. Victoria Galluria, contra Alphonsinam de Avanzo ejus matrem pro legato duc. 500. eidem Alphonsinæ legatorum per D Vincentium Gallucium ejus virum, nam fuit eidem Alphonsinæ factum assignamentum annuorum introituum d. capitalis duc. 500. quoad usumfructum ejus vita durante tantum stante transitu ad secundas nuptias.

Tertio observa, quod licet olim controversiæ fuerunt inter DD. an jocalia, & alia bona transmissa à 5 sponso sponsæ ante contractum matrimonium in domo sponsæ censeantur donata, vel accomodata ad usum causa, & gratia ipsius sponsis, ejusque honoris, ut ornatior sponsa incedat, ad tradita, ac decisa per *Affl. decis. 315. D. Com. Andr. ecl. controv. 281. per tot. p. 4. Surd. decis. 166. & D. Reg dec. 184. n. 7. 8.*

Hodie tamen cessat hæc controversia ex decisis per S.C. ut refert *D. Reg. Salern. decis. 7.* in qua fuit judi- 6 catum pro donatione, illa tamen jocalia à sponso sponsæ donata subjacent dispositioni juris, ut mortuo 7 viro, si uxor ad secundas convolaverit nuptias, si tantummodo usufructuaria d. jocalium, proprietate tamen illorum filiis reservata, ad *tex. in l fœmina, C. de secund. nupt. & licet D. Salern. decis 8.* referat decisum idem esse servandum in jocalibus transmissis sponsæ per consanguineos sponsi ex doctrina *Bartoli in l. si plures § ad arrogate, nu. 4. ff. de vulga. & pupill a. substit.* 8 attamen Ego semper fui in contraria opinione, ut illa acquirantur pleno jure quoad usumfructum, & proprietatem uxori, etiamsi transierit ad secunda vota uxor, quia illa non proveniunt ex bonis, & liberalitate viri, quo casu loquitur *d. l. fœmina*, sed intelliguntur donata irrevocabiliter contemplatione sponsæ, ut 9 tenuerunt *Bald. in l. cum te, n. 3. C. de donat. ante nupt. & cons. 113. lib. 4. Alciat.* qui alios refert *de præsumpt. reg.*

reg.1. præsumpt.18. Menoch. præsump.6, nu.17. lib.3. Avendan. in l.29. Tauri gl.3. nu.10. & 14. D. Iacob. Gallus, consi. 10 43. *nu.*25. qui fuit vir doctissimus, & Advocatus regalis patrimonii, acertimus defensor, *ac Præsid. ejusd. R.C.S. Ploumac. de inventu par.6. nu.*107. hinc idem *D. Salernit. d. dec.8. num.*10. dicit quod in quæstione per *Bart. excitata in d. §. in arrogato*, adesse varietates opinionum, ideoque subdit *num.*10. *vers. tamen pro decisione d. quæstionis* non fuisse opus ingredi amaritudinem quæstionis per *Bart. formata*, sic pariter *D. de Franch. dec.* 595. proposito in S.C. eodem articulo in causa Marchionis Vallis Siculæ cum Iulio Farnesio subdit *nu.*4. *vers. apparet igitur*, quod quæstio prædicta est difficilis, & quamvis *sub num* 5. referat decisionem relatam per *Salernit. in eadem dec.*8. attamen S.C. noluit causam prædictam determinare, quæ adhuc indecisa manet, quapropter *D. Salernit. n.*12. fundat decisionem authoritate 11 *Napodani in consuet. mulier de dotib.* in verbo *donativo nu.*57. consuetudo etenim prædicta determinat, quod mulier de donativo facto à marito, ac de quarta ab eo constituta filios alere non tenetur, ideoque *Napod.* loco citato quærit, cui bona prædicta, an viro, an uxori quærantur, & determinat quod viro, & proinde dicit *D. Salernit. ibidem* quod *Napodanus*, vel expresse determinat cum *Bartolo* in quæstione per ipsum mota, vel sentit, quod de istis bonis non tenetur alere filium, sicut de donativo facto à marito & sic pari jure censeri, & *sub nu.*13. inquit, ex alia *Napodan.* doctrina per quam æquiparantur donata per consanguineos viri, 12 donatis per ipsum virum, & propterea *d. dec.8. D. Salernitani* minimè substineri potest, dum articulus habet varias DD. opiniones, & licet adducatur *Napodani doctrina*, illa tamen loquitur in donatis à sponso, in quibus nulla adest controversia, tanto magis quia dici. idem, quod *Bart. in d. §. in arrogato*, quem sequi noluit *d. n.*10. & cum hanc quæstionem ego latissimo calamo pertractavi in *dissertatione* exarata in causa Illustrium personarum ad præsens vertente coram DD. arbitria, in qua plures adduxi limitationes ad doctrinam *Bartoli in d. §. in arrogato*, placuit tamen interim hic articulum solum attingere.

Quarto observa, quod si mater tutrix velit transire 13 ad secundas nuptias, debet prius petere alium tutorem dari filio suo, & reddere rationem administrationis, alias privatur ejus successione ab intestato, *ad tex. in l. omnem, C. ad Tertull.* & hic est casus præsentis decisionis, in qua fuit decisum ad favorem matris ex causis relatis per me *num.*1. quæ conclusio ampliatur, ut 14 si mater transierit ad secunda vota non petito tutore, nec reddita ratione administrationis, bona secundi viri sunt tacitè hypothecata pro dicta administratione tutelæ, ut *ex Imola conc l.5. lib.5.* affirmat *Farinac. loco* 15 *supra indicato nu.*15. qui alias ampliationes adducit *nu.* 14. 16. 17. & non solum mater privatur successione filii ab intestato, ut supra dixi, sed etiam per substitutionem, ut post *Imolam d. conclus.5.* tenet *Farin. ibid. n.* 18. 25. non tamen per fideicommissariam substitutio- 16 nem, ut fundat *nu.*42. imo etiamsi mater nollet transire ad secundas nuptias, si infra annum filio impuberi tutorem non habenti non petierit, cadit ab illius successione, quæ proximioribus in gradu defertur *Farinac. loco citato n.*23. qui alias ampliationes, & limitationes re- 17 censet *n. seqq.* adverte tamen, quod hæc exceptio non petiti tutoris non transit ad hæredes, ut *Farin. post Imolam* adductum notat *num.*50. quia jam censetur remissa 18 injuria filio à matre facta secundo nubendo inconsulto filio qui omissa tali accusatione mortuus sit *Menoch. remed.2. adipisc. possess. nu.*34. siquidem pœnæ introductæ a lege contra mulierem secundo nubentem in favorem filiorum locum habent, si eas ipsi filii acceptaverint, alias secus *Roland. cons.*81. *nu.*5. *cum seqq. vol.*3. quem refert, & sequitur *Farin. d. q.*51. *n.*55.

Observa quarto casum, in quo consuluit *D. Marcian.* 19 *d. cons.*67. *n.*6. an si maritus legaverit aliquam rem uxori cum potestate de illa disponendi ad ejus libitum, an transeundo ad secunda vota amittat proprietatem rei legatæ, & retineat solum usumfructum, & pro more adducit tex. in *l. si quando, ff. de leg.* 1. sed contrariam fundat, ut proprietas sit filiorum, retento tantum usufructu per ipsam matrem quoad vixerit, ut habetur *d. n.*6. 7. 8. 9.

Michael Angelus Gizzius.

ARGVMENTVM.

Socii criminis quomodo, & quando probent contra socium nominatum, & nonnulla ad materiam hanc explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Socii criminis de jure communi delinquentem non convincunt, sed tantum faciunt judicium ad torturam, secus autem est de jure Regni, n.*2.

3 Capitul. Regni frequens, & inefrenata, & Constitutionem Divæ mem. *explicantur.*

4 *Confessio trium latronum in tortura fidem facit, nedum contra socios, sed etiam contra receptatores, fautores, & assecuratores forjudicatorum. Amplia, ut numer.* 5. *&* 6.

7 *Princeps ex causa potest statuere, ut uni testi credatur, sive propter qualitatem causa, sive personæ.*

8 *Socii criminis depositio nihil probat, nisi facta repetitione, parte inquisita citata.*

9 *Testis unius dictum, est dictum nullius.*

10 *Socii criminis confessio ut faciat judicium contra socium nominatum quæ requiruntur, & n.*24.

11 *Testes singulares si sint plures numero, an sint conjungendi ad probationem faciendam.*

12 *Testes singulares quando dicantur.*

13 *Socii criminis etiam plures non faciunt ad torturam Amplia ut n. seq.*

15 *Testamentum elidit judicia, & multo magis probationes privilegiatas.*

16 *Tortura est pœna gravior, quam utriusque manus incisio.*

17 *Tortus & non confessus est absolvendus.*

18 *Delictum commissum in Civitate, ubi residens Princeps, & alia Tribunalia suprema gravius punitur.*

19 *Delictum commissum noctis tempore, disrobando aliquam domum cum clavibus adulterinis gravius punitur, qualitas enim potest augere, & minuere delictum, & n.* 20.

21 *Delicta enormia quando non puniuntur, publica lætitia conturbatur, & ira Dei provocatur.*

22 *Socii criminis dictum juncta conversatione, & amicitia cum nominato facit contra ipsum indicium ad torturam.*

23 *Aufugiens pro confesso habetur.*

25 Capitulum Regni Frequens, & inefrenata *quod loquitur in latronibus, procedit etiam in casibus expressis in Regia Pragmatica contra furantes de nocte, quæ est* Pragmatica 3. de furtis.

26 *Confessio duorum sociorum quando concurrit cum aliis urgentibus indiciis, licet non sit sufficiens ad condemnandum reum pœna ordinaria, potest tamen condemnari pœna extraordinaria.*

27 *Delicta noctis tempore commissa non requirunt multas probationes.*

28 *Socius criminis una cum alio teste in delictis, quæ occulte committuntur, facit plenam probationem.*

29 *Fures, & latrones maxime inter se differunt.*

DECISIO

DECISIO CXXXII.

1 DE jure communi socii criminis delinquentem non convincunt, ut possit pœna ordinaria condemnari, sed tantum faciunt indicium ad torturam, ut habetur per *Iul. Clar. in prax. crimi. §. fi. quæst. 21. vers. &* *dictum socii*, *Pequer. decision. 5. & 57.* latissime *Farinacius in tit. de indic. & tort. numer. 145. Foller. in praxi crimin. in 1. par. 2. parv. in verbo Et si confitebuntur, sub numer. 102. Caball. casu 185. Franch. decision. 570. & 577. Reg. Rovit. in Pragm. 6. de receptator. delinquent. Episc. Riccius in decis. Cur. Archiep. 192. part. 2. & collect. 1735. Paschal. de virib. patr. potest. part. 4. c. 3. numer. 41. Regens Tapia in jur. Regn. lib. 5. tit. 43. de confessione publicorum disrobatorum, in rubrica, Caval. pract. commun. contr. commun. quæst. 280. Cavalcan. de Brachio Regio part. 3. numer. 20. Marius Giurba consil. 50. Novar. in Prag. 6. collect. 4. de receptator. delinquent. Castill. decis. 160. num. 2.*

2 In Regno autem particulari lege à *Carolo I. Andegavensi* promulgata cavetur, ut depositio trium latronum in tormentis facta, ita ut unus de confessione alterius sit ignarus, quod probet, & fidem faciat, prout testimonium duorum proborum virorum, quod est *Capitulum*, quod incipit *Frequens, & ineffrenata.* ubi plene *Ioannes Antonius de Nigris numer. 63.* quod tamen fuit temperatum per aliud *Capitulum Carol. II.* incipiens *Constitutionem Divæ memoriæ Domini* 3 *Patris*, ut tunc depositio, sive confessio trium latronum probet, quando inquisiti essent leves, & infamatæ personæ, & sic debet constare de eorum malo modo vivendi, quod tamen fuit ampliatum, ut depositio 4 trium latronum in tortura fidem faciat, nedum contra socios, sed etiam contra receptatores forjudicatorum, ità ut tres ipsorum in tortura probent contra eorum receptatores, fautores & assecuratores, quamvis deponerent de actibus diversis, & singularibus, ut in *Prag.* edita de anno 1563. die 26. Februarii, quæ est 1. §. 6. *sub tit. de exulibus*, & per aliam *Pragmaticam* 5 *de* Mense Augusti ejusdem anni fuit ampliata etiam in dicto duorum latronum, quæ est *Pragmatica 6. sub tit. de receptatoribus delinquent.*

6 Et demum in anno 1581. fuit ampliatum, ut tres delinquentes in tortura confessi probent contra socios in furtis commissis in hac Civitate, tam de die, quam de nocte, cum discalsatione apothecarum, & discalsatione, & scaliatione domus, quæ est *Pragm. de furtis*, de qua *Pragm.* mentionem facit *Franch. dec. 570.* licet eo tempore non impressa.

7 Quæ lex est de jure valida, potest enim Princeps ex causa statuere, ut unico tantum testi credatur, sive propter qualitatem causæ, sive propter qualitatem personæ, *Aret. in cap. super eodem, numer. 2. de testib. Conrad. in templo Iudicum lib. 1. c. 1. §. 4. vers. 5. Reg. Rovit. in dicta Pragm. 6. de receptator. delinquent. num. 6.* est tamen verum, quod ista confessio facta in tortura non 8 probat, nisi facta repetitione, parte inquisita citata, *Consiliarius Theodor. allegat. 97. Novar. in dicta Prag. 6. de receptator. collect. 4. nu. 6.* & debet esse jurata, *Clar. in praxi crimin. dicta q. 21. vers. quæro numquid, Hipolyt. de Marsil. in praxi crimin. vers. diligenter. num. 62. Reg. Rovit. dicta Pragm. 6. n. 3. Caball. resolut. crimin. casu 33. & 185. n. 3.*

Accidit casus in hac Civitate Neap. quod cum permaneret V. I. D. Ioseph de Angelis in ejus domo, & cubiculo cum ejus uxore, noctis tempore cum dormiret, tres latrones habita aliqua intelligentia cum famulo, cum clavibus adulterinis aperiendo januam tentaverunt furari pecuniam, aperiendo plubarium, seu scriptorium, in quo erat inclusa notabilis summa pecuniarum, cumque dictus Joseph aliquem strepitum pedum audivisset, & despertus esset, & incepisset vociferari, & sic etiam ejus uxor, & famula, dicti latrones tentaverunt eum ligare, qui cum se defendere cœpisset (erat enim vir robustus) & validus, prædicti Patronea illum vulneraverunt mortalibus vulneribus, & sic etiam ejus uxorem, & famulam quæ vociferabatur, convocando vicinos; ipsisque læthaliter vulneratis ob metum vicinorum aufugerunt, & captis post aliquos dies Jacobo Parura, & Joanne Dominico Costa insimul cum Æmilio Taurella; dictus Jacobus sponte confessus fuit delictum, & ejus dictum fuit in tortura validatum, qui deponit confitendo, se interfuisse in dicto delicto, & quod intendebant furari ducatos mille, quos intellexerant habere dictum Josephum in ejus arca, sive scriptorio, & simul cum ipso adfuit Joannes Dominicus Costa, à quo fuit vocatus, & quidam *magrentino, & biancolillo, & poco mostaccio biondo*, & sic describendo dictum Æmilium Taurella, pro quo delicto fuit condemnatus ad Regias triremes, sua vita durante; Joannes Dominicus Costa deponit idem, nominando expresse dictum Æmilium, immo addit, quod ipse Æmilius vulneravit cum pugione læthaliter dictum Josephum, uxorem & famulam, qui cum esset per M. C. V. pro hoc delicto ad mortem condemnatus, tamen ex speciali gratia Domini Proregis fuit etiam ad Regias triremes, ejus vita durante transmissus.

Dicebatur tamen pro ipso Taurella inquisito, quod prædictæ duæ depositiones neque faciebant indicium ad inquirendum. Primo, quia unus tantum eum nominavit, qui fuit Ioannes Dominicus Costa, qui 9 principalis fuerat in delicto, & regulariter dictum unius testis est dictum nullius, *l. jurisjurandi, C. de testibus*, & cum tractetur de socio criminis, non potest nisi facere aliquod indicium contra socium nominatum, cum aliquibus tamen conditionibus, de quibus 10 per *Cabal. resol. crimin. casu 33.* ubi dicit, quod si confessio est sponte facta, requiritur ratificatio in tortura, & si est facta in tortura, requiritur ratificatio extra torturam, *Reg. Rovit. in dicta Pragm. 6. in fin. de receptator. delinquent. in ultima impressione*, & si dicatur, quod sunt duo testes, erit animadvertendum quod alius testis non nominavit prædictum inquisitum, sed tantum dixit, *uno magrolillo*, & sic quilibet est singula-11 ris de per se, & non probat, nec ad probationem faciendam testes singulares conjunguntur, *c. cansam, de probat. can. nihilominus 3. quæst. 9.* etiam si sint plures numero, *Mynsinger. observat. 76. cent. 3. Ludovic. decis. Perus. 9. Afflict. decis. 364.* & dicuntur testes singulares, quando diversimode deponunt respectu objecti, vel subjecti, super quo deponunt, aut si in sua depositione contestem non habent, *Capell. Tholos. decision. 331. Bellem. dec. 391. Mynsing. obser. 20. cent. 2. Navar. in collect. ad Pragm de Aleator. collect. 9. num. 10.* quod tanto magis procedit in sociis criminis, quia de jure com-13 muni, quamvis essent plures socii, non facerent indicium ad torturam, nisi accedentibus aliis indiciis, *Mascard. de probat. conclus. 1318. num. 18. Clar. in praxi crimin. §. fin. q. 21. vers. sed pone, quod non unus*, ubi *Balard. numer. 45. Farinacius* latissime *in tit. de indic. & tortur. quæst. 43. numer. 34. Ioannes Grandis de Bello exulum, declaratione 90. fol. 211. Blanc. de indic. ad tortur. numer. 85. Specul. in tit. de testib. §. 1. vers. item, quod est,* 14 *Boer. dec. 319.* & est *text. in l. fi. C. de accusat.* ubi *glos.* hoc ampliat, etiam in delictis exceptuatis, ubi etiam *Salycet.* latissime per *Viscont. in jure commun. conclus. in verb. socii criminis.*

Et demum dicebatur, quod si aliqua fuissent indicia, erant jam purgata per tormentum stanghettatum, non enim ob impedimentum torqueri potuit, 15 per quod tormentum indicia erant purgata, *Alberic. in l. edictum Divi Augusti ff. de quæst. Franch. dec. 577. num. 4.* qui dicit, hoc tanto magis procedere debere in

probatione privilegiata; cum socius criminis de jure nullam probationem faciat, & solum per jura municipalia sit introducta, *Menoch. de arbitrar. judic. casu 273. Vev. comm. opinion. 1000. Clar. in dict. §. fi. quæst. 64. vers. illata tortura*, latissime *Farinacius de indic. ad tortur. quæstion. 40. Viscont. in suis commun. conclusionib. in verbo tortur. reo illata*, est enim tortura pœna gravior, quam utriusque manus incisio, ut in *Auth. ut nulli judicium §. fin.* quia supremas angustias substinere potius est mori, quam vivere, *Hipolyt. de Marsil. in l. divus, ff. de quæstion. Campag. in c. Regni* incipiente *Subditorum, sub n. 63. circa medium*, & quia hic inquisitus fuerat tortus, & non confessus, dicebatur esse absolvendum, *Grammat. decis. 96. Boer. decis. 163. Novar. in collect. ad Prag. Regni, in rubr. de quæst. n. 15. & 16.*

Pro Regio Fisco, & parte querelante dicebatur, quod in hac causa tractabatur de crimine gravissimo, tum respectu loci, fuit enim patratum in Civitate Neap. ubi residet, nedum Princeps, sed etiam omnia Tribunalia suprema, quod auget delictum, *Bal. in l. cum ancillis, C. de incest. nupt. Ioannes de Anan. in cap. in tantum, num. 7. de collus. Ioannes Vitalis in cons. impresso post Practicam Tartagl.* tum quia fuit delictum commissum noctiatempore, & intus propriam domum disrobando, idem *Bal. & Imol. in l. Titius, §. Lucius, in fi. ff. de libr. & psthum. Caphal. cons. 206. num. 4. & Marsil. cons. 85. num. 16.* Satis enim consideratur locus, in quo grassatur, *Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 6. c. 28. numer. 2. Regens Tapia in rubr. de publ. latron. numer. 1. cum sequent.* Item cum clavibus adulterinis, & cum conspiratione famuli, qualitas enim potest augere, & minuere delictum, *l. aut facta §. qualitas, ff. de pœnis, Bal. in l. voluntatis, C. de fideicomm. Menoch. de arbitr. judic. quæst. 11. num. 10. Ioannes Grand. de bello exulum, fol. 57. in rubr. de qualitate*, & proinde non debebat scelus tam enorme impunitum remanere, argumento text. *in l. si ita vulneratus fuerit, ff. ad l. Aquiliam*, quando enim tam enormia delicta non puniuntur, publica lætitia conturbatur, & ita Dei provocatur, *l. nemo, ubi Bar. C. de Episcop. audient.* & interest Reipublicæ, ut malis hominibus purgetur, ita ut in delictis enormibus, liceat quodammodo leges transgredi, & juris ordinem non servare, *Innocent. in cap. 1. de constit. Bal. in l. quid ergo, §. pœna gravior, ff. de his, qui notantur infam. Bar. in l. non solum, §. mandato, ff. de injuriis.*

Et propterea dicebatur, cum de hoc delicto satis contra dictum inquisitum constaret, nedum per depositiones duorum sociorum, sed etiam quia dictæ depositiones erant adminiculatæ aliis probationibus, Primo ex conversatione dicti Taurella cum dicto Joanne Dominico Costa ejus socio in dicto delicto, prout idem Taurella in ejus depositione confitebatur, dicendo quod erant de eadem Civitate Panormi, & cum eo amicitiam habebat, ex eo, quia multo temporis spatio rem habuerat cum ejus uxore, eam in Amasiam tenendo, & quando cum dicto unius ex sociis criminis concurrit etiam mutua inter eos conversatio, facit indicium ad torturam, maxime quando tractatur de hominibus pravis, & facinorosis, *Farinacius de indic. ad tortur. quæstion. 43. numer. 171. cum sequentibus*, & dictus Costa erat aliàs inquisitus de pluribus furtis, & fuerat etiam à dicta Civitate Panormi disterratus, & in hac eadem Civitate pro alio furto carceratus, & dictus Taurella fuit etiam de vagabundaria inquisitus, & Catharina Bartilotta uxor dicti Costa etiam deponebat de secreta alloquutione per tres dies ante delictum habita inter dictum Joannem Dominicum Costa cum tribus aliis Siculis, inter quos describebat personam dicti Taurella eodem modo, & forma, prout eum descripsit Jacobus Patus, quod erat, *un' altolillo magro*, quæ etiam Catharina deponit de alio facto, quod post delictum reversus fuit eadem nocte ejus vir cum duobus sociis, qui cum panno in faciem nolebant se cognosci facere, sed alloquebantur lingua Sicula, prout loquitur ejus vir, & valde conquerebantur, quod non potuerant perficere opus, quod inceperant mordendo eorum digitos, dicendo, quod ille vir robustus, & validus valde se defendit, ita quod amiserant eorum pileos, & mantum, & unus ex ipsis se jactabat, quod eum vulneravit cum pugione.

Quod factum comprobatur etiam ex depositione ipsius querelantis, qui statim vulneratus, & prope mortem existens omnia prædicta deposuerat, & præsertim de defensione per eum facta, ne ligaretur in columna cubilis, & de pileis, & mantis relictis per dictos inquisitos in eorum fuga ob concursum vicinorum, quæ depositio querelantis, & dictæ Bartilottæ circa dictum factum concordabat etiam cum depositione Floridæ Balsamo uxoris dicti Josephi de Angelis, & Camillæ Pastore, famulæ etiam vulnerati.

Quibus etiam addebatur absentatio dicti Taurella inquisiti post delictum; Aufugiens enim pro confesso habetur, *l. si apparitor. C. de cohort. lib. 12. l. si ita liberatum, ff. de bon. lib. cau. decernimus 3. quæst. 9.*

Ex quibus dicebatur pro parte querelantis, & Regii Fisci, quod una tantum confessio socii, qui alium socium nominavit, quando est ratificata, prout fuerat jam factum, quando est adminiculata cum aliis indiciis, facit indicium ad torturam de jure communi, ut voluerunt *Affl. in Const. Regn.* incipiente *Si damna clandestina, num. 50. Clar. in dicto §. fin. quæst. 21.* ubi *Baiard. n. 31.* qui testatur de consuetudine Regni Neapolitani, maxime in criminibus gravibus *Cacher. decis. Pedem. 79. sub num. 38. Menoch. de arbitr. casu 474. num. 43. Mascard. de probat. conclus. 1311. Alex. Trentac. consil. 20. volum. 2. Caputaquens. decis. 288. part. 6 Rico. collect. decis. 224. Franch. decis. 577. Thor. in compend. decis. part. 1. in verbo confessio*, latissime *Farinacius de indic. ad tortur. quæst. 43. num. 145. & 171.* quando nedum adest una depositio, sed confessio duorum sociorum, cum rei, nedum adminiculis, sed veris probationibus dicebatur, esse sufficientes probationes? Verum est enim, quod *c. Regni* incipiens *Frequens & inefrenata*, quod loquitur in latronibus, procedit etiam in casibus expressis *in Regia Pragm.* contra furantes de nocte, edita in anno 1581. quæ est *Pragm. 3. de furtis*, & sic fuisse decisum in S. C. refert *Franch. decis. 570. Viscont. in commun. conclusion. in verbo latrones*, & quamvis dicta *Regia Pragm.* loquatur de confessione trium sociorum criminis, & in hac causa non aderant, nisi duo, tamen quando cum istis duabus confessionibus concurrerent alia indicia urgentia, quamvis non esset sufficiens probatio, non condemnandus esset reus pœna ordinaria, sed posset condemnari pœna extraordinaria, ut practicatum fuisse in S. C. refert *Franch. decis. 577.* in qua quamvis adessent tres depositiones, tamen de prima non fuerat habita ratio, quia jam habuit effectum suum cum tortura illata, & sic etiam fuisse practicatum in Regia Audientia refert *Muscatell. in praxi crimin. fol. 173. num. 28.* à quo decreto cum fuisset appellatum ad M. C. V. constito de bona vita, & fama, non fuit liberatus, sed iterum tortus, & tamen non concurrebant indicia tam urgentia, & mala fama, prout in isto inquisito, tanto magis, quia tractabatur de crimine occulto noctis tempore, in quo non requiruntur tantæ probationes, *Bald. in dicta l. nemo, numer. 3. C. de Episcop. audient.* alii per *Menoch. de arbitr. d. casu 474. n. 35. Grammat. dec. 34. num. 38.* & in furto facto in hac Civitate noctis tempore cum discassatione, sive clavibus adulterinis, quæ satis augent qualitatem delicti, *Gizzarel. decision. 33. in fin.* quo casu socius criminis

criminis unà cum alio teste qoud faciat plenam probationem, voluit *Calcan. conf.* 110. *numer.* 4. quod singulare dictum appellat *Cravetta conf.* 178. *numero* 3. licet de eò dubitare videatur *Menoch. dicto casu* 474.
39 *num.*64. maxima enim constituitur differentia inter simplices fures, & istos latrones, quia primo casu non possunt interrogari, in secundo vero sic, *Farbin. controvers. lib.*9. *cap.*91. & isto casu dictum dictorum duorum sociorum erat satis adminiculatum cum aliis probationibus, & indiciis, & quamvis fuisset inquisitus totius tormento stanghettarom, non visum fuit sufficienter indicia, & probationes evacuare, & proinde cum tractaretur de hac causa per Magnam Curiam in Collaterali Consilio fuit facta paritas, datisque tribus adjunctis, inter quos Ego interveni die 23. Februarii 1639. facta relatione in Collaterali Consilio fuit condemnatus dictus Æmilius Taurella ad inserviendum in Regia Classi maritima in Regiis Navibus per quinquennium, etiam quia habuerat Regiam Commissionem Tribuni Militum, sive Capitanei de Infanteria, licet non habuerit effectum, penes Regni Secretarium.

OBSERVAT. IN DECIS. CXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Confessio mandatarii de jure communi, non faciat indicium ad torturam contra mandantem.*
2 *Socii duo criminis faciant indicium ad torturam, etiam si sint singulares contrarium, numer.* 3. *intellige, ut numero* 4.
4 *Reus quando non potest de complicibus interrogari etiam si sit uti testis examinatus, non facit indicium ad torturam, nec ad inquirendum, n.*5.
6 *Inquisitio quando formari possit contra inculpatum.*
7 *Tortura quando inferri possit ex dicto unius socii.*
8 *Delicta, de quibus inculpatus potest de sociis interrogari referuntur, & n.*9.
10 *Inculpatus si confiteatur de sociis in casibus non exceptis, vel sponte, vel quia fuit interrogatus, non facit indicium ad torturam, ratio adducitur, numer.* 11.
12 *Crimen falsi non est crimen exceptum, ideoque de illo inculpatus non potest interrogari de sociis, sed contrarium fuit decisum, n.*13.
14 *Confessio duorum sociorum criminis non facit indicium ad torturam, quando illi alios patiuntur defectus.*
15 *Confessio socii criminis de jure Regni, nu probet.*
16 *Tortura purgat in partem indicia.*

LUculenter tractavit *D. Reg. in hac decisione*, an, & quomodo socius criminis probet contra socium nominatum, ita ut nullus super addendi locus adsit, ne tamen videar sicco pede pertransire in tali materia infrascripta observanda adnotavi.

1 Primo quod confessio mandatarii jure communi inspecto non facit indicium ad torturam contra mandantem *Farinac.* qui DD. cumulat *q.*44. *n.*2. *de indic. & tortur.* & licet duo socii faciant indicium ad torturam,
2 ut per DD. relatos per D. *Reg. num.* 1. præcipuè ex *Claro* §. *fin. qu.*21. vers. *& dictum socii*, qui *nu.*9. vers. *sed pone, quod non unus*, inquit, etiamsi sint singulares; & ita servari, in hoc Regno Neapolitano; & forsan voluit intelligere de *pragm.* 6. *de receptator. delinquent.* quam adducit *D. Reg nu.*5. quandoquidem contra Clarum,
3 ut duo socii non probet contra socium tenent quamplures DD. præcipuè *Bal. in l. quoniam liberis n.*2. *C. de testib.* qui est communiter receptus ut testatur *Farinac. qu.* 43. *num.*34. *cum seq. de indic. & tortur. Blanch. in l. fin. nu.*385. *ff. de quæst. Grammat. conf.*21. *post num.*11. *conf.* 35. *post num.*25. *& conf.* 61. *post numer.*11. *& decis.*28. *post num.*27. *Natta conf.*298. *nu.*9. *in fine, & num.* 10. *Rolan. conf.*6. *num.*18. *vers. nec obstat, juncto num.*23. *in fine vers.* 4. *respondetur lib.*1. *Bertazol. conf.*28. *n.*3. *conf.*316. *n.*21. & *conf.*333. *num.*18. *lib.*2. *Bursat. conf.*201. *n.* 61. *lib.*2. *Caccheran. conf.*64. *nu.*29. *per tot. Muscardus*, qui plures laudat *concl.*1311. *num.*18. *de probat.* & hanc opinionem com-
4 probat *Farinac. d. q.*43. *num.*41. in iis casibus, in quibus Reus de jure potest de complicibus interrogari, & de duobus mandatariis agit *d. q.*44. *nu.*9. & 10. & quandò delinquens non potest interrogari de sociis, si tamen à Judice interrogetur, vel ipse sponte nominet socios, non probat contra socios *Mascard. d. concl.* 1311. *ead. n.*1. *Menoch. de arbit. casu* 474. *nu.*23. & 24. *Farin. d. q.*
5 44. *n* 4. etiam si d. socius sit examinatus uti testis, non autem uti delinquens, plures adhoc citat, & sequitur *Farin. cita. q.*43. *nu.*5. *cum segq.* & hoc casu minimè ad torturam indicium facit *Farinac. ibid. n.* 4. & *Muscard. ubi sup. n.*9. qui alios citant, & de communi opinione testantur, sed nec etiam facit indicium ad formandam inquisitionem, ut ex multis voluit *Mascard. ib. n.*9. alios citat *Menoc. d. casu* 474. *n.*24. *vers. verum ab hac opinio-*
6 *ne*, & tunc inquisitio formari potest contra inculpatum à delinquente uti socio, si ultra ejus dictum, concursat aliud inditium grave, ut voluit idem *Mascard. ubi supra n.*13. & *seq.* & *Farinac. cita. quæstion.*43. *num.*126. *ad* 131.
7 Undè DD. qui tenent ex dicto unius socii criminis cum aliis indiciis posse inferri torturam inculpato, intelliguntur in delictis exceptuatis, in quibus delinquens potest de sociis interrogari, ut volunt nonnulli DD. quos citat. & sequitur *Farinac. d. q.* 43. *n.*174. *cum segq.* & comprobat *D. Reg. n* 29.
Delicta autem de quibus inculpatus potest de so-
8 ciis interrogari enumeratur per *Gomez. to.*3. *var. cap.*12. *n.*16. *vers.* adde tamen *Muscard. cita. concl.*1311. *à nu.*21. *usque ad* 37. *Menoch. d. casu* 474. *à n.*27. *usque ad* 41. & *Farinac. d. q.*43. *à num.*56. *usque ad* 124. enumerat, nempè læsæ Majestatis divinæ, & humanæ, conspirationis, & conjurationis, falsæ monetæ, latronum, & grassatorum viarum Assassini, maleficiorum, & mathematicorum, adulterii, sodomiæ, lenocinii, & suppositi partus quos etiam recenset *D. Pratus resp. crim.* 23. *n.*41. & extra hos casus delinquens de sociis in-
9 terrogari minimè potest *ad tex. in l. ult. C. de accusat. Menoch.* qui alios citat, & sequitur *ubi supra n.*18. & *seq. Mascard. ead. concl.* 1311. *à n.*1. *Gomez. ubi suprà n.* 16. ubi alia jura adducit, & *Farinac. ad futuritatem d. qu.* 43. *à n.*3. sed si confiteatur de sociis, vel quia fuit in-
10 terrogatus, vel ex se nominet socios etiam si concurrant alia indicia, & præsumptiones, non facit indicium ad torturam, ut tenent *Menoch. ubi supra nu.*25. & 26. *Mascard. ubi nu.*13. *vers. secus autem in causis non exceptis Farinac. d. q.*43. *n.*152, ubi dat rationem, quia quando testis se excludit totaliter, & non admittitur de jure, adminicula non reddunt illum habilem, ut admittatur, ita *Bald. in l. falsus nu.*3. *C. de furt. Marsil. sing.*554. *Cravet. conf.*9. *nu.*19. *Natta conf.*298. *n.*10. *lib.*2. *Rol. conf.* 98. *num* 34. *vol.*4. & faciunt dicta per *Farinac. ead. q.*43. *num.*36.
Hinc *D. Pratus d. resp.* 23. scripsit pro nominato in crimine falsi à condemnatis ad mortem ac torturæ tanquam cadaveribus suppositis, ut esset liberandus,
12 quia in crimine falsi non potest quis de sociis interrogari, quia non est crimen exceptum, in quo licita est interrogatio, ideoque licet facta sit interrogatio, & nominatio, nullum oriri contra nominatum indicium, ac *n.*47. reprobat *Vlpell. conf. crim.*52. *num.*2. asserentem hodie ex generali consuetudine totius Italiæ interrogationem fieri in quocumque casu, cum contrarium dicat *D. Rovit. in pragm.* 4. *de fals. n.*14. aliique per *D. Pratum ibid.* adducti, neque adhibendam esse fidem duobus testibus ad mortem condemnatis; & in tortura extraordinaria illata, confessis cum fuerit ordinatum tor-

queri tanquam cadavera ex decisione *D. Reg. Sanfel.* 283.*nu*.7. ubi fuit Collaterale Consilium decisum socium confessum tanquam cadaver, non esse integræ fidei, & ex *D. Rovito in pragmat. 6. de receptat. delinquen.* tradit *D. Prat. ibid. numer.* 37. *&* 38. sed in fine 53 responsi sub die 3. Aprilis 1653. per Regiam junctam refert decisum, quod torqueatur pro nunc inquisitus, quo torto, & non confesso fuit licentiatus, de ordine excellentissimi Proregis, sed post paucos dies mortuus extitit.

Et in casibus exceptuatis confessio duorum socio-54 rum, etiam adminiculata non facit indicium ad torturam, quando illi alios patiuntur defectus, ultra infamiam resultantem ex confessione delicti, ut probat *Fariu. d. q. 43. n. 178.* ubi latè, defectus autem habentur per *Menoch. d. casu 474. n. 54. 56. Mascard. d. concl. 1511. nu. 55. 41. 43. 44. Farin. ibid. numer. 172. 178. & q. 4. 4. num. 14. cum seqq. Bertazol. cons. 61. num. 16. cum seq. lib. 1. Cacheran. cons. 64. numer. 30.* aliique passim, qui materiam tractant.

Iure verò hujus Regni Neapolitani attento, an talis 55 confessio socii probet habetur per *D. Regentem nu. 2. 3. 4. 5. 6. & e5.* qui fuit datus pro adiuncto ad instantiam Capitanei Æmilii Taurella, ut ex diplomate Excellentissimi Proregis tenoris sequentis liquet, qui fuit condemnatus ad inserviendum in Regis Navibus in classi maritima per quinquennium, ut habetur *in fine decisionis*. & sic ad minorem pœnam, quam alii socii, qui fuerunt condemnati ad serviendum in Regiis triremibus vita eorum durante, & ratio fuit, quia di-56 ctus Taurella purgavit in partem inditia contra ipsum existentia per tormentum stanghettatum, ut inquit *D. Reg. n. 15.*

Por parte del Capitan Emilio Taurelli se ha referido al duque mi Sennor, que ha mucho tiempo, que se halla presso en las carzeros de la Vicaria sin que se trace del despacho de su caussa, delo que le resulta notable perjuizio ademas de no tener otra cossa conque alimentarse sino el pan della Corte por lo que a tenido recurso à S. E. fuesse servido de ordenar que se trate de su despacho, y haviendo venido en su instanzia por las razones que mas particularmente a referido me ha mandado dezir à V. S. que el miercoles 23. del corriente benga V. S. al Collateral como uno delos adjuntos nombrados para dirimir la paridad de Votos, que huvo en el sobre el decreto liberatorio que hizo la Vicaria en la caussa del diho Capitan que la misma orden se a dado alos demas ministros que intervenieren por adiuntos Palatio 22. de Hebrero 1639.

M. A. Gizzim.

ARGUMENTUM.

Interesse an, & quando debeatur à debitore decocto, cui est administratio interdicta, & quid si habeat Curatorem, & an constituatur in mora per adventum diei, & quid in debito illiquido, & quando creditor petiit plus debito.

SUMMARIUM.

1 *Creditor cum hypotheca præfertur omnibus aliis in actione personali.*

2 *Mutuum pro retardata solutione admittit interesse conventum, si in die statuta solutio non fieret.*

3 *Usura non debentur ab eo, qui solvere non potuit, etiam si vellet.*

4 *Interesse non currit hareditate jacente.*

5 *Carceribus mancipati non dicuntur esse in mora; debet enim non status contractus, sed conventionis ponderari, n. 6. & 7.*

8 *Impossibilitas excusat quem à perjurio, & pœna.*

9 *Difficultas solvendi non excusat à mora: intellige, ut num. seq.*

11 *Impossibilium nulla est obligatio.*

12 *Instrumentum an possit liquidari contra prodigum, cui administratio fuit interdicta.*

13 *Mora semel commissa per adultum sui juris non purgatur, neque excusatur per supervenientem prodigalitatem, seu interdictionem.*

14 *Mora an committatur, si tempus destinata solutionis non cedat, nisi postquam meratores foro cesserunt.*

15 *Mora commissa cum defuncto an transeat cum harede, & contra heredem, remissive, declara, ut numero 45.*

16 *Prodigus, & decoctus multam inter se habent affinitatem.*

17 *Mora an committatur, quando debitum est illiquidum, & n. 23. Et quid si agatur de re implicita, & debitor negat se esse debitorem, n. 18.*

19 *Curator non potest solvere debitum, ubi liquido de credito non constat.*

20 *Decoctores sunt satis ad mentiendum proclives.*

21 *Facti dubietas æquiparatur cum dubietate juris.*

22 *Mora cum contineat delictum qualibet causa excusat, & num. 24.*

25 *Debitor, cui plus debito petitur, non est in mora pro parte vere debiti: intellige, ut n. 43.*

26 *Mora ut excludatur qua causa requiritur. Intellige, ut n. 40.*

27 *Mora non attenditur, quando interesse non officio Iudicis, sed ex conventione debetur.*

28 *Mora quando ex eo dicatur committi, & quando interesse debeatur, n. seq.*

30 Text. in l. ad diem, ff. de verb. oblig. *declaratur.*

31 *Pœnalis stipulatio, & interesse quando purificentur.*

32 *Interesse ex re non obstante quocunque casu debetur.*

33 *Impedimentum cedit ad incommodum promissoris, non stipulatoris.*

34 *Stipulatio committitur etiam contra hareditatem jacentem.*

35 *Difficultas superveniens an excuset debitorem à mora, sive pœna, vel interesse conventionali. Declara, ut num. 48.*

36 *Mutuatarius si convenerit de interesse, & tempore solutioni præfixo sit reductus ad egestatem, num excusetur à mora. Refertur decisio, num. seq.*

38 *Debitori moroso lex non opitulatur.*

39 *Instrumentum continens certum debitum dicitur liquidum, quamvis adversus illud per debitorem aliquid obiiciatur.*

41 Text. in l. si quis solutioni, ff. de usuris *exponditur.*

42 *Interesse, quod debetur ex stipulatu, non differt à sorte.*

44 *Plus debito petenti non licet totum debitum negare, sed verum debitum confiteri.*

46 *Mora cum sit delictum, absque culpa non committitur, neque illa potest imputari debitori, qui solvere non potuit.*

47 *Interesse alterius interesse an debeatur, refertur* dec. Minadoi 17

49 *Lucrum cessans, & damnum maxime inter se differunt.*

DECISIO CXXXII.

PEr decoctionem Berardini Galani, & Raymi, & Augustini Maresca compatuerunt in S. C. ejus creditores, inter quos Antonius Pulex præsentavit instrumentum, per quod apparebit, quod de mense Maii 1632. prædicti Mercatores se constituerunt ei debitores in ducatis decem mille per medium Banci, ex causa mutui, quos promiserunt solvere in die 15. Iulii anni sequentis 1633. absque interesse,

esse, quo tamen tempore elapso, & dicta quantitate non soluta promiserunt solvere interesse ad rationem ducatorum octo pro quolibet centenario, usque ad integralem satisfactionem dicti capitalis, & institit in mense Martii 1634. pro solutione dictæ quantitatis, tam pro capitali, quam pro interesse ex effectibus Patrimonii, pro quibus tanquam creditor cum hypotheca veniebat præferendus omnibus aliis creditoribus, qui erant tantum creditores in actione personali, *l. creditor*, §. *si primus*, *ff. qui potior. in pign. habeant.* cum concordantibus, & quamvis nonnulla præcedissent creditores adversus creditum prædictum saltem pro tota quantitate, obtinuit tamen liberationem primò ducatorum 1661. deinde assignationem nominum debitorum aliorum ducatorum 5309. prævia relatione, cum cautione tamen in forma, quibus liberationibus certo modo acquieverunt creditores, & fuit respectu prætensorum per ipsosmet creditores adversus prædictum creditum datus terminus in causa, compilatoque processu per alium Commissarium, obtinuit liberationem restantis quantitatis, salva provisione facienda pro interesse ipsorum, cumque tractaretur de liquidatione, & liberatione prædicti interesse, dicebat creditor, habere intentionem fundatam ex ipso instrumento, in quo interesse erat conventum ad rationem octo pro singulis centum, si in die statuta solutio non fieret, quod fieri posse, nemo est, tam ex Theologis, quam ex Civilistis, & Canonistis qui dubitet, ut post alios tradidit *Senecia de commerciis, & cambiis*, §. 1. *quæstione septima part. 2. ampliat. 8. sub numer.* 183. *versicul. conclude*, *de Ponte de potest. Proreg. tit. de regul. imposit. §. 5. num. 77. f.* 196. *& consil. 41. num. 37. vol. 2. Consiliarius Scipio Theodor. alleg.* 40. *n.* 30. & decisum refert *Regens Revit. in comment. ad Reg. Prag. 1. de usurariis, n.* 45. latissimè etiam *Gartus de credito capit. 2. tit. 7. nu.* 1756. *Farinacius cons.* 562. *lib. & in decis. Rot. Roman.* 335. *&* 372. *vol. 1. Fontanella de pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. glos. 8. numer.* 18. ubi sic decisum refert *Gratian. discept. forens. lib. 2. cap.* 387. *Mangil. de evict. quæstione* 27. *numer.* 10. & novissimè *Noguerol. alleg. 11. tom. 1. num.* 173. *Frater Philippus de la Cruz. Vnsconcello in tract. unico de interesse fol. 9. à terg.* post *Gregorium de Valencia*, *& Navarr. Reg. Constantius ad tres lib. Cod. titul. de fiscal. usur. n.* 42. ubi etiam loquitur de *Bulla Pii Pap. V.* quicquid dixerit *Mascard. conclus.* 933. *n.* 25.

Sed nonnulla opponebantur per creditores adversus prædictum interesse petitum, & primò dicebatur, hoc interesse conventum catenus deberi, quatenus debitor esset in mora solvendi intra statutum tempus, quod si debitor non fuit in mora, neque ei tempus prædictum cucurrit, interesse non debetur, & quod non fuerit in mora probabatur, quia tempore, quo cessit dies solutionis dicti capitalis, debitores erant jam decocti; eisque administratio interdicta, & sic solvere eis permissum non fuit, ut probat *text. in leg. cum quidam*, §. *si pupillo ff. de usur.* ubi usuras non deberi deciditur ab eo, qui solvere non potuit, etiamsi vellet cum dicto casu debitor non sit in mora, hoc etiam probat *text. in l. si, cui legatum*, §. *cessatum*, *ff. ut in possess. legat.* ubi eadem ratione deciditur, quod hæreditate jacente interesse non currit; Nec obstabit quod in Patrimonio à principio fuit constitutus Curator, quia non ad administrandum bona; sed ad lites fuit datus, bona autem omnia fuerunt ad instantiam creditorum in sequestro posita, & proinde etiam si ei administratio permissa fuisset, adhuc solvere non potuisset, & quod propterea mora non continuatur, tanto magis, quia debitores jam erant carceribus mancipati, & quod interesse non currat, probat *text. in leg. sed & si*, *ff. de usur.* ubi non dicitur esse in mora, qui est in vinculis, quod etiam probant *Doctores in leg. quod te*, *ff. si cert. pet.* & præcipue *Alex. num.* 10. *Dec. num.* 54. *Rip. num.* 38. *Curt. Jun. num* 38. & post ipsos *Menoch. de arbit. Jud. casu* 210. *num.* 50. *Gammm decis. Lusit.* 110. *n.* 24 debet. n. non status contractus, sed hic status temporis, in quo convenimus ponderari, ut post *Bald. Ang. & Imol.* scripsit *Alex. in l. nemo potest*, *n.* 35. *ff. de leg.* 1. *Franc. Ant. de Ind. Robert. de liquidat. Instrum. consid.* 4. *n.* 69. quod si procedit in hærede qui bonorum administrationem habet, tanto magis in Curatore ad lites, qui si ignorat hæreditarium debitum, vel de eo dubitet, in mora non dicitur incidere, ita ut ei damnum eveniat, *Alex. Raudens. de analog. c.* 21. *num.* 54. *&* 55. ubi mora non constituitur in eo, qui promisit dotem constituere in eventum matrimonii, quando ante matrimonium prædecessit, quia debitum ignorabat hæres.

Pro quorum confirmatione in puncto adducebatur *Camill. de Medic. cons.* 39. *per totum*, & præcipuè *num.* 15. ubi tenet, interesse non deberi, & in mora non constitui debitorem carceratum, & administratione suorum bonorum privatum, ad quod adducit *Incertum Authorem in tract. de præsentat. instrum. ad formam ritus*, *lim.* 11. *in fi.* & hoc etiam probatur ex traditis per *Alex. in cons.* 92. *vol.* 6. & quod impossibilitas excuset à periurio est *text. in c. brevi*, *de jur. jurando*, & quamvis difficultas solvendi à mora non excuset, *Bar. in dict. l. quod te*, *num.* 14. & *ibi* etiam *Jas. & Ripa* cum aliis adductis ab *Anton. Gabriel. commun. conclus. tit. de solut. conclus.* 9. *numer.* 4. Tamen respondet dictus *de Medicis*, 16. *num.* 19. quod aliud est in difficultate solvendi, aliud vero in impossibilitate, nam impossibilium nulla est obligatio, *l. impossibilium*, *ff. de reg. jur.* ex quibus, & aliis tenet, non posse procedi ad liquidationem instrumenti contra prodigum, cui administratio fuit interdicta, & proinde *in fine* concludit, instrumenta censualia non posse, neque criminaliter, neque civiliter rescindi, quamvis prodigus curatorem haberet, in qua causa etiam consuluit *Paul. Staiban. cons.* 30 *sub n* 6. *cum sequentibus*, & quamvis ex traditis per *Reg. Revert. in pragm.* 5. *de liquidat. instrum.* qui pro creditore in causa simili scripsit contra prodigum, referat fuisse decisum in M. C. V. esse procedendum ad liquidationem instrumenti contra prodigum, verum supersedeatur, in exequutione personali, tam pro debito, quàm pro pœna, tamen præcipuè fundatur, quia fuit tam prodigus, quam ejus curator citatus, ut *numer.* 25. 39. *&* 40. quamvis in contractu adesset annotata, seu statuta dies solutionis, & tamen, ut ipsemet dicit, à dicto Decreto M. C. fuit appellatum, & quod pendebat verbum faciendum in Sacro Consilio, & sic etiam refert *Vinc. de Franch. in dec.* 671. super eodem articulo, qui dicit, quod causa non fuit decisa, sed ipse potius in contrariam videtur inclinare opinionem, & hanc opinionem, quod mora non constituatur, tenent etiam *Gratian. discept. forens. cap.* 243. *numer.* 50. *Marescot. variar. resolut. lib. 2. cap. 124. nu.* 36. & ex Theologis *Cajet. 22. quæst. 62. art. 9. & ult. Rebell. de obligat. Justitiæ tom. 1. par. 2. lib. 8. quæst. 9. & Navarr. lib. de restit. cap. 2. num.* 32 6.

Item *Reg. Revert.* præcipue se fundat, quia mora in suo casu incepit currere antequam bonorum administratio fuisset interdicta, & esset prodigus declaratus, ut dixit *sub num.* 21. *&* 23. & mora semel commissa per adultum sui juris non purgatur, neque excusatur per supervenientem prodigalitatem, seu interdictionem, *Aret. in l. si, qui bene*, *ff. de verb. obligat.* ubi etiam *Jas. num.* 9. *Gregor. Lopez. in l.* 5. *tit. 11. part. 5. litera* D. Sed in casu, de quo agebatur tempus destinatæ solutionis non cessit, nisi postquam cessérant, & bona omnia fuerunt in sequestro ordine Judicis posita, debitoresque carcerati, quo casu moram non commiserunt, ut supra fundatum est, & facit ad prædicta distinctio tradita à *Thesaur. dec.* 247. *nu.* 1. *litter*

tet defunctum debitorem, & hæredem, *Carpan. ad* 16 *Stat. Mediolan. lib. 1. cap. 43. num. 11.* quod magis procedit in decocto, cum quo magnam respectu rerum civilium habet affinitatem, cum nec activè, nec passive possit esse in judicio, *l. item si unus, ff. de recept. arbitr. & l. is, qui bonis, & l. quod de bonis, ff. de cession. bonor.*

Secundo dicebatur, quod quatenus prædicta ex infra dicendis aliquam admitterent difficultatem, ex alio medio interesse non debetur, quia non cogitur de- 17 bitor solvere debitum, de quo dubitatur, & est illiquidum, cum in illiquidis mora non committatur, & proinde neque interesse debetur, *l. 2. C. de usuris, Bald. in l. acceptam. C. eod. titul. de usur. vers. sexto oppone Afflict. dec. 205. idem Bald. in l. in l. in fideicommissis, ff. de usur. & Bart. in regula non potest videri, ff. de regul.* 18 *jur.* dicit, quod non videtur esse in mora ille, qui negat se esse debitorem, quando agitur de re implicita; & ignorat quantum debeat solvere *Vrsil. ad Afflict. dicta decis. 205. in princ. Rota Genuens. decis. 118. & 164. Menter. decision. Aragon. 6. numer. 5. Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 57. numer. 12. Verall. decis. 168. numer. 9. par. 2. & decis. 198. par. 1. Aymon. Cravet. cons. 89. num. 5. Magon. decision. Lucens. 3. num. 4.* stante etiam justa, & probabili causa litigandi, *l. si quis solutioni, in princ. ff. de usur. Menoch. de arbitrar. Iud. casu 220. num. 50.* 19 & in terminis, quod curator solvere non valeat, ubi liquide de credito non constet, *Gutierrez de tutel. c. 17. num. 3. p. 3.*

Et tamen sciens curator Patrimonii, quod quamvis non erat creditor in ducatis decem mille, prout asserebatur, & ex instrumento constabat, tamen erat creditor in aliqua notabili summa, permisit creditori liberari à Commissario dictos ducatos 1665. & assignationem fieri pro aliis duc. 5309. neque poterat annuere liberationi pro tota quantitate, eam in effectu non erat creditor, ut ex relationibus ordine Commissarii factis, & ipse idem hoc negare non potuit pro certa quantitate.

Item multa occurrebant in facto, cum non bene constaret de vero credito, quamvis enim adesset instrumentum, tamen in illo non apparebat de solutione, & numeratione pecuniæ; sed tantum de confessione per medium Banci, & assertio in instrumento erat facta de mense Maii, solutio autem apparebat de mense Junii ejusdem anni, & sic verè tempore instrumenti pecunia non erat soluta, & sic falsa assertio. nec etiam constabat de solutione facta in mense Junii, cum per partitam Banci non apparebat, fuisse factam veram exbursationem, sed erat partita, quæ vulgo dicitur *Passatora*, & ideo Sacr. Consil. indagando veritati voluit, ut ex libris dictæ negotiationis fieret relatio de debito, & credito dicti Antonii Pulicis, ex quibus apparebat, creditum esse minoris quantitatis, & valde dubitabatur de veritate instrumenti, cum debitores erant jam paulò post decocti, & decoctores sunt 20 satis ad mentiendum proclives, ut dicit *Bald. in consil. 249. volum. 1. & in consil. 400. volum. 5. Genuen. decisione secunda numero 34.* & eorum fraudes via numerari possunt, *Stracc. de mercat. titul. de decoct. p. 3. numer. 36.*

Secundò dicebatur, ex aliis non adesse moram, quia curator & si potuisset solvere, non quidem debebat, siquidem communiter asserebatur, prædictum Pulicem non creditorem sed socium fuisse in dicta negotiatione, & instrumentum fuisse factum ad alium finem qui murmuratio habebat aliquam facti subsistentiam, tum quia alii concreditores hoc in judicio asseruerunt, tum etiam quia nonnulli testes ad revelationem excommunicæ multa de prædicta societate depone- 21 bant, quamvis non concludenter, & dubietas facti æquiparatur cum dubietate juris, *Antonius de Butrio, & Imola in capit. cum dilectus, de consuetud.* 22 *Capyc. decis. 10. numero 19. & 20.* & cum mora contineat delictum, quælibet causa excusat, *d. l. quod te, ubi D. ff. si certum petatur. Mascard. conclus. 170. numero 4.*

Item illiquida erat quantitas crediti, & si in instrumento erat certa, tamen ex tunc dubitabatur, & postea clare apparuit, non esse tantam quantitatem, sicuti etiam judicatum fuit, dictam quantitatem ducat. 23 10. mill. diminuendo, ex qua illiquiditate, & ambiguitate cessat mora in solvendo, & usuræ non currunt, ut supra fundavimus, & probat etiam *Theodorus allegat. 40. num. 15. Thor. in compend. decis. tom. 1.* 24 *in verba, mora an committatur*; Immò quælibet causa excusat à mora, *l. accusaturus. ff. ad l. Iul. de adulter. ubi Doctores, Dominus Regens, & Præses Granata Io. Baptista Valenz. cons. 55. num. 83.* & quod curator hæreditatis jacentis excusetur à mora, si non solvit debitum illiquidum, dixit *Gutier. de tutel. dicto capit. 17. num. 5.*

Tertiò dicebatur, non deberi interesse, quia Pulex petiit omnes ducatos decem mille cum interesse in instrumento contentos, tempore, quo non erat creditor in tanta quantitate, prout etiam per Decretum S.C. fuit judicatum, dum eum liquidavit creditorem in minori quantitate, & ipse idem post sententiam viribus præturæ compulsus declaravit, penes ipsum pervenisse ex societate quandam summam, & sic non esse creditorem in ducatis decem mille ex quo 25 juris oritur conclusio, quod illi, qui plus debito petit, non tenetur debitor ad interesse ex mora pro parte verè debita, nisi partem interim solvi petiit, ut probat *text. in leg. qui solidum 80. ff. de leg. 2. Bart. in leg. 3. ff. de usur. Guid. Pap. singul. 446. Verall. decis.* 26 *108. num. 13. par. 2.* & propterea concludebatur, quod si sola facies Iustitiæ moram excludit, *leg. si quis solutioni 24. in principio, ff. de usur. leg. qui sine dolo, ff. de regul. jur. Raudens. de Analog. ubi supra*, & ad eam excludendam sufficit sola illa dubitatio, convento bonum jus sibi favere, *Cravett. cons. 330.* quamvis postea cadet, *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. d. casu 220 num. 53.* quanto magis, ubi omnia prædicta concurrebant.

Quibus tamen pro parte creditoris respondebatur, constituendo differentiam de interesse, quod oritur Judicis officio ob moram, ab interesse, quod ex conventione debetur, primo enim casu procedere 27 possunt quæ in contrarium de infortunio supervenientes fuerunt opposita, quia quando ex conventione debetur, tunc non mora, sed conventio attenditur, ut habetur ex *Thesaur. in decis. 247. num. 2. Hodierna* 28 *ad Surd. decis. 162. num. 4. cum sequentibus*, tunc enim dicitur mora in rem, quia absque interpellatione oritur, ut habetur ex *gloss. in l. sed & si 23. §. aliquando in verbo in re, ff. de usur.* & probat *text. in l. mora 32. ff. eod.* ubi mora intelligitur, non ex re, sed ex persona, idest si interpellatus opportuno loco non solverit, *Menoch. de arbitr. dicto casu 220. num. 6. & num. 20.* & propterea non obstante quocunque casu tenetur 29 debitor ad interesse, sufficit enim, quod cedat dies 30 solutionis, & quod ex eo committatur stipulatio, inter partes inita circa solutionem interesse ut probat *text. in l. ad diem 77. ff. de verbor. obligat.* nec dicatur, quod *text.* loquitur de pœna, non vero de interesse, pa- 31 rificatur enim stipulatio pœnalis, & interesse, dummodo pœna legitimam usuram non excedat, *l. pœnam* 32 *43. ff. de usur.* & quod quando interesse non debetur ex mora in personam, sed ex re ex stipulatu, quod debeatur, non obstante quocunque casu; probat etiam *text. in leg. videamus, la seconda ff. de usur. & l. fin. ff. de naut. fœnore*, & optimè etiam facit *text. in l. centesimam 137. §. illud, ff. de verbor. obligat.* ubi omnia impedimenta cedunt ad incommodum promissoris, non ad impedimentum stipulatoris, ex quo *text.* hoc probant

bant *Bart.* & cæteri, & hic in puncto, quod in certa 34 die est facienda solutio, & ante diei adventum moriatur debitor, & jaceat hæreditas, quod nihilominus committatur stipulatio contra hæreditatem jacentem, firmat *GizZarel. in decis. 9. sub num. 11. vers. sed præter prædicta*, per *text. in dicta leg. ad diem*, quem *text. Paul. de Castrens.* ibi dicit, esse singularem *Cagnol. in d. l. quod te, ff. si cert. petat. num. 109.* hoc etiam 35 tenet *Cartar. in decis. 69. num. 12.* ex authoritate *Bart. Alexan. Castrens. Ruin.* & aliorum, quod quotiescunque in obligatione quantitatis in certa die conventum est de pœna, vel interesse, si non fit solutio in tempore promisso, difficultas superveniens non excusat debitorem à mora, nec à pœna sive interesse conventionali, & hæc quidem distinctio comprobatur etiam per Theologos, ut habetur ex *Frat. Michaele Salone ad D. Thomam 2. 3. quæst. 78. art. 2. controvers. 8. sub nu-* 36 *mer. 17. vers. Dico secundo, fol.* 253. ubi expressè tenet, quod si mutuatarius quando mutuum accipit potens erat, adveniente tempore solutioni præfixo ad solvendum, morbo, infortunio, & alio quocunque casu ad egestatem redigatur, non erit in mora, neque tenetur ad damna, quæ mutuanti ex illa causa contingerent, nisi in eo casu quo à principio contractus ita fuerit conventum, nam licet non teneatur ratione moræ, in qua est sine sua culpa, tenetur tamen ex illa promissione à principio facta, quam omni jure adimplere tenetur, & eum sequitur *Scaccia de commerc. & cambiis, §. 1. q. 7. par. 2. ampliat. 8. sub num. 102. vers. amplio primo fol.* 271.

37 Et tandem dicebatur, hoc fuisse decisum junctis aulis in causa Comitis Roccæ Aspidis cum Curatore Patrimonii Principis Bisiniani, qui fuit condemnatus ad interesse tertiarum, quæ in tempore statuto non fuerant solutæ, non obstante, quod debitor fuisset prodigus declaratus, bonisque interdictus, & ei datus curator, quamvis pro dicto Patrimonio, & Principe scripserat *Medic. in dict. cons. 39. & Paul. Staiban. dicto cons. 30.*

Ad secundum verò objectum de illiquiditate crediti dicebatur, quod respectu ducatorum 6970. qui fuerunt liberati, & assignati nulla poterat cadere difficultas, quin interesse deberetur usque ad diem liberationis, & assignationis, certissimum enim erat creditum. Pro alia verò quantitate, pro qua fuit datus terminus erat animadvertendum, quod terminus non erat datus respectu illiquiditatis crediti, certa enim erat quantitas in instrumento, sed fuit impartitus creditoribus, ut suas fundarent exceptiones oppositas adversus creditum prædictum, cumque creditores, & curator exceptiones non probaverint, propterea à causa ceciderant, non erat, cur interesse cre- 38 ditori non deberetur, cum lex non opituletur debitori moroso, qui ad subterfugiendum debiti solutionem tricas injicit, alias enim maximum sequeretur absurdum, quod cuilibet ex suo mendacio, & oppositionibus minus legitimè factis lucrum consequaretur, & hoc modo malitiis via aperiretur, quod non est permittendum, prout ita respondendo ad *Afflict. decis.* 205. distinguit *Rot. Genuens. dicta decis.* 118. *num.* 3. nec dissentit *Ursil. ad Afflict. in eadem decis. 205. numer. 4.* & hanc distinctionem sequuntur etiam *Hector. Feliq. de societ. capit. 24. numer. 31. & Schenard cons. 61. nu. 213.* 39 nam tunc instrumentum continens certum creditum dicitur liquidum, quamvis adversus illud per debitorem aliquid objiciatur, & in exceptionibus succumbat, prout decisum refert *Cavalcan. decision. 28. & 45. par. 2. num. 60.* & post *Barb. Curt. Jun. Rimin. Cephal.* & alios sequitur etiam *Schenard. dicto cons. 62. numer. 208. 212. & 215.*

40 Ex quibus respondebatur ad *text. in dicta l. si quis solutioni ff. de usur.* cum aliis supra allegatis, quia curator non habuit justam causam litigandi, quia in ea succubuit, & sic juste non provocavit, ut notat ibi *gl. in verbo provocavit*, nec sufficit simpliciter opponere aliquid credito, nisi exceptiones probentur, alias enim daretur occasio, quod quilibet debitor ad evitandam solutionem interesse, aliquid calumniosum opponeret, quod non est permittendum, ut post *Corn.* 41 dixit *Roland. cons. 57. lib. 1. numer. 12.* Et tandem dicebatur, *text. in dicta l. si quis solutioni* non habere locum in eo casu, quando debitor est ex die, vel ex juramento in mora constitutus, quia tunc præcise ad solutionem tenetur, *Paul. de Castr. in l. fin. ff. de condict. furtiv. Dec. in l. qui sine in fin. ff. de reg. jur. Beroius cons. 193. nu. 23. lib. 1. Schenard dicto cons. 62. num. 208.* nam interesse, quod debetur ex stipulatu, non differt à 42 sorte, *Bursatt. cons. 184. num. 29. lib. 2. Schenard. dicto consil. 62. numer. 21.* & proinde semper debetur, non obstante justa causa litigandi, *gl. in §. oportet, in auth. ut nulli Iudic. Schenar. ubi supra num. 250. Anna sing. 183. ubi Anna filius, Loff. cons. 34. in fin. Borgnin. Cavalc. decis. 15. num. 29. & de ususfruct. mul. relict. numero 205.*

Et demum dicebatur, non obstare, quod fuit plus 43 veri debiti petitum, cum satis sit in jure controversum, si tenetur debitor partem debitam solvere ad evitandam moram, ita ut vix videri possit, quæ sit magis communis opinio, de qua quæstione plene per *Ant. Gabriel. commun. conclus. tit. de expens. conclus. 2. 4. Thesaur. decis. 131.* & quod teneatur debitor verum 44 debitum confiteri, testatur *Joseph Ludovic. decis. Perus. 51. numer. 2.* quia in hoc casu dicebatur cessare dispositionem, tum stante juramento, ex traditis per *Capell. Tholos. decis. 209.* & per *Schenard. dicto cons. 62. num. 205.* tum etiam, quia adest dies certus, qui interpellat, prout in propriis terminis *Loffred. d. cons. 25. col. fin. Aymon. Crav. d. cons. 89. nu. 5. in fine, Gabr. dicta conclus. 2. de expens. num. 9. & Schenard. loco citato, num. 206.*

Et quamvis nonnulla replicarentur per Curatorem 45 adversus prædicta, dicebatur enim, quod *Thesaur. in dicta decis.* 247. loquebatur in casu, quando mora erat contracta tempore habili, non vero quando post emersit ex mora solvendi in certa die fuisset in stipulationem deductum, nam cum mora sit delictum, ut 46 supra diximus, absque culpa non committitur, *l. inter stipulantem, §. Sacchum, ff. de verb. obligation.* neque culpa potest imputari debitori, qui solvere non 47 potuit, *leg. 1. in fin. Codic. de an. except.* prout sic decisum in S. C. in causa Universitatis Nocetiæ refert *Minadous in dec. 17. in fine*, ubi quamvis tractaretur articulus, si erat interesse sortis principalis, an verò alterius interesse, tamen ratio decisionis, quare Universitas absoluta fuit, erat, quia Universitas passa fuit multa damna, & erat debitis implicata, taliter quod satisfacere nequiverat, S. C. determinavit, ad interesse non teneri, ex doctrina *text. in leg. cum quidam, §. si pupillo*, ubi *glos. ff. de usur.* cum concordantibus.

48 Respondebatur etiam ad distinctionem *Fratris Michaelis Salon.*, quia loquitur quando creditor passus fuit damnum, dum dicit, quod tenetur ad damna, quod damnum debet probari, hoc autem interesse non debetur tanquam damnum, sed tanquam lucrum cessans, ut dixit *Franch. in decis.* 254. Maxima autem constituitur differentia inter damnum, & lu- 49 crum cessans, *L. non fraudentur*, ubi *Dec. ff. de reg. jur. Magon. Rot. Florent. decis. 132. num. 15. Corn. cons. 300. vol. 4. num. 4.*

Discussa hac causa Sacr. Cons. majorem habuit difficultatem circa veritatem crediti, quamvis enim per decretum dictum Antonium Pulicem creditorem declaraverit, tamen decretum fuit factum ad relationem alterius Commissarii, qui processerat durante absentia Commissarii informati, per quem nonnulla

nullæ fuerunt relata in facto, ex quibus S. C. valde dubitavit de decreto jam facto; cumque tractaretur de Patrimonio decocto, fuit inter nos discussum, quod debebat prius tractari de reclamatione dicti decreti, quæ quamvis nondum fuerat interposita, tamen debebat per Curatorem interponi, & sic fuit supersessum in expeditione dicti articuli, quia si Decretum S.C. quo ad principale veniret revocandum, non erat tractandū de interesse, quibus forsan ad notitiam creditoris pervenientis amplius de dicto interesse loquutus non fuit.

OBSERVAT. IN DECIS. CXXXIII.

SUMMARIUM.

1 Lælius Gizzius *scripsit in jure in causa decisionis 133 pro Creditore.*
   D.Co-sil Petrus Antonius Caravita *laudatur ibid.*

2 *D.Io.Baptista Hoderna fuit curator in causa dec.133. & laudatur.*

3 *Interesse quando debeatur ex mora, & ex quibus causis debitor excusetur.*

4 *Curator ad lites an, & quando possit per Judicem ad libitum removeri, & n.5.cum decis n.6.*

7 *Exceptio perjurii si opponitur in principio litis reservatur ad merita causa, & ita decisum traditur.*

8 *Interesse alterius interesse an debeatur, & quid de interesse alterius interesse quod debetur loca tertiarum post contractum per graduationem, vel per sententiam judicis rescissum, & num.*9.10.11.12.13.14.15. 16. 17.18. 19.20.21.22.23.24.25.26. *& decisiones adducuntur n.* 27.28.29.30.31.32.33.34.

9 *D.Regens* Petrus Antonius Lanarius *laudatur.*

12 *Interesse regulariter non parit aliud interesse, limita, n.* 13.14.18.19.*cum seq.*

16 *Cagnoli sententia in* L. unica num.46.C. de sent. *qua pro eo, quod interest comprobatur à num.*18. *per tot. num.*25.

17 *Usura usurarum non currunt neque post sententiam, limita in interesse lucri cessantis, & damni emergentis, quia usura differt ab interesse n.*18.

29 *Interesse lucri cessantis, & damni emergentis non odiosum, sed favorabile est.*

26 *D. Regens* Scipio Rovitus *hallucinatur in* pragm. 1. de censib.num.3. .& in pragm.3.num.21.de cessio. bonor.

30 *D.Consil.*Cæsar Freccia *laudatur.*

32 *D.Consil.* Jo: Baptista Melior *laudatur.*

33 *D.Consil.*Petrus Caravita *laudatur.*

PRo Antonio Pulice creditore in jure in causa hujus decisionis scripsit *D.Lælius Gizzius* meus frater, qui obtinuit decretum liberationis ducat. 1661. & assignationis aliorum duc. 5309. ad relationem D. Consiliarii *Petri Antonii Caravita* viri nobilissimi, ac doctissimi, ob absentiam D. Authoris, qui erat Commissarius causæ, qui cum rediisset fuit in S. C. tractatum de viribus d. decreti, & sic an interesse debentur à debitore decocto, cui est administrato intervidicta, sed habebat curatorem *D. Jo: Baptistam Hodiernam* hodie Regium Consiliarium meritissimum ex propriis meritis sub auspiciis Excellentissimi *Comitis Castrilli Proregis vigilantissimi* fuit supersessum in decisione d. articuli, quia d. Curator adhuc non reclamaverat à d. decreto; quando autem interesse debeatur ex mora, & ex quibus causis debitor excusetur vide dicta per me *dissert.* . . . *lib.*1. *dissertat. sive observ. forens.* sub prælo, quorum aliquas retuli *observat.* 130. *à n.*10. *per tot. n.*61. interim autem observabis.

Primò dum *n.*2. hic agitur de curatore ad lites dato in patrimonio decocto, scias quod ille ante litem contestatam potest per Judicem ad libitum removeri, & alius in illius locum constitui, ut inquit *gloss. in l. si quis cum procuratorio. §. Julianus, ff. de procurat.* quam *glossam* pro notabili advertit *Bolognetus in margine d. §. Julianus*, illamque sequitur *Bart. ibid. & in l. cum semel, ff. de tutel.* sed lite contestata minimè potest, & ita fuit per S. C. determinatum, cùm enim *Ego* fuissem datus curator ad lites patrimonio Francisci de Rivaldo, & Fabii Spartani mercatorum decoctorum mediante decreto D. Domiciliarii *Jo Francisci Marciani* in banca Vincentii Borrelli, nulla præcedente instantia creditorum fuit per D. Consil. *Staibanum* de anno 1658. datus curator d. patrimonio Hieronymus Morellus ejus domesticus, à quo decreto appellaverunt creditores ad S. C. & obtinuerunt verbum fieri in S. C. quo verbo facto per eundem *D. Staibanum*, fuit per S. C. ordinatum, quod suspenso d. decreto procedatur cum *Me* curatore primo loco constituto stante litis contestatione.

Secundo observa, dum *n.*8. agitur de perjurio scias, quod exceptio perjurii quando opponitur in principio litis, reservatur ejus decisio ad merita causæ, *Moller. lib.*1. *semestr. cap.*1. *an.*1. & fuit per Sacr. Consil. decisum in causa Hieronymæ Migliaccio, cum Andrea Francisco de Capua Principe Roccæ Romanæ qui meus Cliens obiit hic Neapoli die 26. mensis Aprilis 1665. nam sub die 1. Julii 163 . fuit confirmatum decretum d. Causæ Commissarii domi latum sub die 17. Martii 1638. per quod d. exceptio erat reservata ad merita causæ, referente D. Cons. *Merlino*, qui postea fuit Regens, & Præsidens S. C. fuitque d. decretum S. C. confirmatum etiam in gradu reclamationis sub dia 20. Octobris 1638. in banca de Felice.

Tertio, quia *D. Reg. n.*47. agit an interesse alterius interesse debeatur, observabis casum, qui quotidie evenit in nostris Tribunalibus, nam debitore decocto fit graduatio creditorum, per quam omnes contractus intelliguntur rescissi, & non currunt amplius tertiæ, sed debetur interesse capitalis ad eandem rationem tertiarum, ad tradita per *D. Reg. Rovitum in pragm.* 3. *num.* 16. *per tot. n.*28. *de cessione bonor.* & interesse tertiarum S. C. taxat ad rationem quinque pro centenario, quia tertiæ principaliter debentur, & si sint interesse, tamen ut corpus separatum, & de per se, & à jure permissum, ideò pariunt interesse *D. de Franch. dec.*254. *in fine D. Regens Lanar.* qui fuit vir doctissimus, ac nemini *secundus cons.*79. *n.*6. *D. de Anna sing.* 48. D. Consil. *de Anna filius cons.*48. *Thes. lib.*1. *qq. forens. q.*31. *in fine Mastrill dec.*115. *n.*7. *lib.*2. *Musa tom.*5. *capitul. Siciliæ sup. bulla a.*137 & alii passim, ita pariter debetur antefati, quidquid dixerit *Afflict. decision.* 291. qui quotidie circa hoc reprehenditur, ut advertit ibi *Ursil. n.*4. *in fine*, & sic dubitari contingit, an debeatur interesse ad rationem quinq; pro centenario de interesse decurso post rescissionem debito ad eandem rationem tertiarum, in quo articulo scripsit latissimè pro affirmativa opinione pro Eminentissimo D. Hieronymo Cardinali Boncompagno Archiepiscopo Bononiensi in causa quam habet junctis Aulis cum D. Principe Conchæ ejusque creditoribus in banca Carboni, hodie Caroli Morelli, licet enim regulariter interesse non pariat aliud interesse, sicut solet S. C. judicare *Afflict. dec.* 291. *& D. de Franch ead. dec.*254. tamen multi sunt casus, in quibus debetur interesse interessis.

Primo in interesse damni emergentis, & si proveniat ex alio interesse, ut probant *Dec. in c. cum venerabilis n.*60. *de except. Ursil. ad Afflict. dec.*291. *Rota Genua dec.* 87. *num.*8. *Musa dec.*52. *numer.*52. *& Handed cons.*50. *nu.*18. *lib.*3.

Secundo in interesse lucri cessantis, quod tamen est accessorium ad sortem principalem *Cagnol. in leg. unica n.*46. *C. de sentent. quæ pro eo quod interest.* indistinctè tenet per plures rationes, & fundamenta, quod istud interesse pariat aliud interesse, & ita sæpius fuisse judicatum per Senatum Taurinense *Ruin. tamen consil.* 55. *num.*

55.n.18 *lib.2.* contrarium defendit, quem plena manu sequitur *Jo.Bolognet.in d.l.unica, n.129.*

Probatur tamen *Cagnoli* opinio ex regula, non solùm vera, sed indubitata, & à nemine controversa, 16 quod sicut lucra captanda ex pecunia, & sic usuras, omnia jura abhorrent, sic è contra ejus, quod interest tam ratione damni emergentis, quam ratione lucri cessantis, integram emendationem esse faciendam, cuncta jura præcipiunt ita *D.Theod.alleg.40.n.16.vers.itaq;* *Menoch.de arbitr.l.2.cent.2.casu* 119.*n.*1. qui regulam prædictam comprobant quam pluribus juribus, Sacris Theologis, Doctoribus tam Canonistis, quam Civilistis, quos longa serie adducunt.

Et licet usuræ usurarum non currant neque post sen-17 tentiam per *text.in l.fin.C.de usur. rei judic.* neque ex conventione *ex l.fin.C.de usur.* attamen hoc statuit *Justin.* in usuris, quæ ab interesse lucri cessantis, & damni 18 emergentis longè differunt, nam usura odiosa est *cap. super eo, & cap.consuluit dentur,* & lege Pontificia pro-19 hibita, interesse autem lucri cessantis & damni emergentis non odiosum, sed favorabile est, quorum utrumque admittit lex Pontificia, *Menoch.ibid. num.21.vers. cæterum respondere D.Theodor.ubi supra num.* 60. *vers. non obstat,* quod voluit *gloss.in l.1.in vers. Petrum Apostolum in fine, C. de summa Trinit. & fide Cathol.* ubi quod aut quid petitur, ut lucrum, & tunc censetur usu-20 ra, & jura prohibent, secus tamen sicut interesse petatur, hoc enim jure conceditur, & ita servatur in Curia Romana, tradit *D.de Ponte de potestat.Proreg.tit.de regal.impofit.§.4.n.21. Cavalca, dec.23.nu.29.vol.1. sub rubr.de judic.* ideoque quando petitur, ut interesse, non autem ut usura, tunc etiam jure canonico attento debetur, ut bene probat *Rot.* qui de communi testatur *conf.14.l.1.* sequitur aliis relatis *Meller.lib.1.semest.l.c.4. num.9.*

21 Et pariter probatur *Cagnoli* sententia per *text. in l. socium qui in eo, ff.pro socio,* quem tex. ad hoc expendit *D.de Ponte ubi sup.n.22. &* §.5. *n.*67, & facit etiam *textus in l.sed, & partus,* & ibi *gloss.1.ff.de eo, quod met. causa* ubi in illa actione veniunt fructus fructuum, qui 22 dicuntur causa, & *glosam* sequitur, ibi *Angel.* & pariter *Alex.in l.cum fundus in princ.ff.si cert.pet.* hancque opinionem sequutus fuit *Menoch.de arbitr.d.casu* 119.*nu.* 18. *vers.certè dicendum est,* hinc *Signor.conf.65.* dicit lu-23 crum lucri deberi, quia postquam lucratum est, illud lucrum facit sortem, & capitale, & *D.Theod.d.alleg.* 40.*per tot.* præcipuè *n.52.60. &* 61. dicit quod jura, quæ prohibent usuras usurarum nullo modo applicari pos-24 sunt, neque aliquid commune habent cum interesse, & satis est, quod interesse, sit certum, ut ex eo aliud debeatur interesse.

Et eandem secundum opinionem *Cagnoli*, deberi 25 scilicet interesse alterius interesse judicatum per S.C. refert *D.Theod.d.alleg.40. n.50.* in causa Ios Baptistæ Cioffi cum Vincentio Gomes in banca de Felice.

Et propterea ex omnibus supradictis debetur interesse alterius interessis debiti post rescissionem contractus, vel judicis sententiam, vel per graduationem 26 creditorum debitoris, quibus in casibus non debentur amplius tertiæ, sed interesse ad eandem rationem tertiarum, ut per *D.Reg.Rovitum in pragm.3. de censib. n.* 39. *& in pragm.2.n.21.de cess.bonor.ubi a n.17. per tot.n.* 28. fundat interesse alterius interessis decursi post rescissionem non deberi in causa creditorum Fabii de Falco, & *n.*18. vers. nec obstant, inquit, quod contrarium sentientes hallucinantur, sed pace tanti viri ipse hallucinatus est, nam contra ejus scripta fuit per S.C. decisum deberi scilicet interesse alterius interesse decursi post graduationem, per quam omnes contractus rescissi dicuntur, ut inquit idem *D.Rov.ibid.n.22.vers. quod autem* in qua graduatione creditorum de Fabii erat calculatum interesse decursum post graduationem, fol.223, at & per S.C. sub die 15. Martii 1589. fuit liquidatum 27 d. interesse ad rationem duc. quinque pro centenario fol. 225. adversus quod decretum fuit oppositum interesse non deberi alterius interesse post graduationem fol.127. at. & facto verbo in S.C. fuit provisum, quod partes compareant pro discussione intra quatuor dies 28 d. fol. 227. at nihilominus per S.C. sub die 2. Decembris 1601. fuit provisum, quod decretum latum sub die 15. Martii 1589. debitæ executioni demandetur. f.241. at. & sic *D.Rovit.* est hallucinatus in sua opinione, dum noluit referre decisionem contra ejus scripta prolatam.

Sic pariter fuit decisum in causa Tadeæ de Marra 29 cum creditoribus Prosperi de Arimine in banca de Fœlice, siquidem per sententiam Sacri Consilii fuit rescissus contractus ann. ducat. 85. pro capitali ducat. 1000. & condemnatus hæres debitoris ad solvendum capitale, una cum tertiis salva provisione facienda illarum interessi, fol. 151. & deinde fuit facta graduatio, quia comparuerunt alii creditores in qua graduatione fuit calculatum interesse interessis decursi post graduationem, in d.320.1. n. fol. 164. & 265. & quamvis fuisset oppositum illud non deberi post graduationem fol.270. & etiam, cum pro parte d. Tadeæ fuisset replicatum illud omnino deberi, attamen decre-30 to S.C referente D.Consil. *Cæsare Freccia* viro æquissimo, fuit taxatum interesse dicti interessis, licet sub nomine tertiarum ad rationem duc. quinque pro centenario sub die 15. Martii 1605. fol.162. quare per aliud decretum interpositum ad relationem ejusdem sub die 6. Junii 1613. fuit decisum deberi hoc interesse interes-31 sis decursi post graduationem per hæc verba *Decreto per S.C. interesse tertiarum contentarum in sententia S.C.lata sub die 14. Julii .611. fuit liquidatum in ducat. 320.3.12. servata forma calculi in actu producti hoc fuit Cæsar Freccia.*

Ac pariter ita fuit per S. C. determinatum in causa 32 creditorum Ducis Guardiæ, & Macchiæ referente illo doctissimo, & nunquam satis laudando D. Consiliario *Io. Baptista Meliore* in Banca Romani, & in causa Martialis Mincoiellæ, pro quo in jure scripsit *D. Petrus Caravita* Advocatus primi nominis, qui ob ejus doctrinam fuit creatus Regius Consiliarius, ac feudalis lectionis in almo Neapolitano Gimnasio lector, & interpres, cum Alphonso Memoli in Banca Cusini.

Et sic undique patet interesse omnino deberi alterius interessis decursi post rescissionem contractus, sive rescissio sit facta per judicis sententiam, sive per graduationem creditorum debitoris, cum illud debeatur ratione vel lucri cessantis, vel damni emergentis, tanto magis quia hæc nostra opinio est rerum judicatarum S. R.C. authoritate roborata, & opinio D.Roviti corruit, quia rationes per *nos* supra adductas non consideravit.

M.A.Gizzarel.

ARGVMENTVM.

Testamentum factum à filiafamilias, in quo filium infantem instituit, eique morienti absque filiis, & ab intestato patrem substituit, prædecedente eodem die, & coram iisdem Notario, & testibus emancipatione facta per patrem, an sit de jure validum; ad interpretationem *text.in l. filiæ meæ emancipatæ, & agra, ff.solut.matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Filiafamilias quia est in potestate patris de jure communi non potest testari, tamen secundum Consuetudinem Neapolitanam eo ipso, quod nubit, quamvis emancipata non fuerit, sui juris efficitur.*

2 *Etiam præsumitur ex brevitate temporis, & vicinitate actuum, maximè in ultima voluntate.*

3 *Eman-*

3 *Emancipatio facta filiæ infirmæ, quæ statim condidit testamentum quando valeat.*
4 *Fraus, & dolus quia in animo consistunt, ex conjecturis probantur.*
5 *Actum celebratus ab eo, qui est in mortis articulo, quando præsumitur in fraudem, & n. 22. & 25.*
6 *Prohibitus disponere per actum ultimæ voluntatis, si eodem die fecerit testamentum, & donationem, an donatio subsistat, & num. 16.*
7 *Clericus licet possit disponere inter vivos, non potest tamen disponere in mortis articulo per actum inter vivos.*
8 *Legitimatio facta per subsequens matrimonium in mortis articulo, tanquam in fraudem facta non valet.*
9 *Constitutus in articulo mortis quando quis dicatur.*
10 *Descendentium est prima causa succedendi, secunda ascendentium, & deinde collateralium.*
11 *Filiafamilias potest causa mortis ad libitum disponere in beneficium patris; Intellige ut numero sequent. & num. 13.*
13 *Pater non potest sibimetipsi authorari.*
14 *Donatio facta patri cum ejus consensu requirit Judicis decretum pro ejus validitate.*
16 *Emancipatio quando non est facta ad actum testandi solum, an prajudicet.*
17 *Fraus sicuti ex conjecturis probatur, ita etiam per easdem excluditur.*
18 *Fraudem non facit is, qui jure suo utitur, facitque actum à lege sibi permissum.*
19 *Dos ut revertatur ad dotantem satis rationabile est.*
20 *Justum erit dicendum quod est factum lege permittente.*
21 *Moderator, & arbiter quilibet dicitur de re sua.*
23 *Fraudis respectu multum consideratur status præsentis, vel futuri temporis.*
24 *Donatio omnium bonorum non dicitur fraudulenta, nisi aliqua subsit causa fraudandi.*

DECIS. CXXXIV.

1 PRudentia Marincola gravi morbo oppressa cum vellet testamentum condere, & de suis bonis disponere, quia tanquam filiafamilias id ei non erat permissum, *l. si quæramus & l. qui in potestate, ff. de testam.* [licet in Civitate Neapolit. adsit Consuetudo, quod eo ipso, quod filiafamilias nubit, quamvis emancipata non fuerit, fit sui juris, ut habetur in *Consuetudine: Sed mulier, de filiafamilias nubente,* & plura *Franch. decis. 71. 546. & 552.* late de materia per *Tiraq. de legib. connub. l. 1. & gloss.* Sic etiam in Hispania filiusfamilias legitimæ ætatis testari potest, ac si extra patriam potestatem esset, ut in *leg. 5. Tauri*, ubi *Doctores*, & præcipue *Tellus Fernandez*] obtinuit ab Alexandro Marincola patre emancipationem in amplissima forma, & eodem tempore coram eodem Notario, & testibus testamentum condidit, in quo instituto filio impubere, de recenti nato, & in pupillari ætate, vel quandocumque ab intestato absque filiis morienti substituit dictum Alexandrum testatricis patrem, & Doctori Antonio Mandili ejus viro reliquit ducatos ducentum.

Factus est casus, in quo mortua post paucos dies dicta testatrice, decessit deinde filius institutus, orta est controversia inter Alexandrum substitutum, & Antoninum Infantis patrem circa illius successionem, & per Curiam Civitatis Tabernæ obtinuit substitutus, quæ sententia fuit etiam confirmata per Regiam Audientiam Calabriæ ultra in omnibus, præterquam in articulo interesse dotis non consignatæ, fuit pro parte Antonini appellatum ad S. C. in qua causa appellationis dicebat Antoninus pater, luctuosam filii hæreditatem ad se pertinere tanquam patrem, nulla habita ratione de testamento Prudentiæ, quæ tanquam filiafamilias testari nequiverat, non obstante prætensa emancipatione, quæ fuerat facta die 20. Julii 1607. in prima hora noctis. Immediatè circa secundam horam, non deveniendo ad extraneos actus coram eodem Notario, & testibus condidit testamentum, & die 21. ejusdem mensis decessit, & fuit Ecclesiasticæ sepulturæ tradita. ex quo sequitur, quod testamentum erat, ac si esset conditum a filiafamilias, & adhuc in patris potestate existente, non obstante emancipatione, quæ quamvis generalis, tamen quia laborabat in extremis fuit facta in fraudem legis, 2 quod arguitur ex vicinitate actuum, fraus enim præsumitur ex brevitate temporis, & vicinitate actuum, maximè in ultima voluntate, ex notatis in *l. si ventri, §. in bonis ff. de privileg. credit. Dominus Regens Capycius Galeota contr. vers. 49. numero 13. & 16. libro primo.* ad fraudandum Antoninum patrem à successione, ejus filii, prout in puncto probaverunt *Ancharan. consil. 420.* in emancipatione facta filiæ infirmæ, quæ statim condidit testamentum, instituendo 3 filium infantem, eique ipsius testatricis patrem substituendo, excluso marito infantis patre, & hanc opinionem tanquam communem, & indubitabilem amplectitur *Paul. de Castr. cons. 139. volum. 2.* licet non citato *Ancharano Joannes Anania cons. 27. Corn. consil. 19. num. 20 lib. 3. Honded. nissimè consil. 32. volum. 1. Dec. cons. 144. sub num. 6. Menoch. cons. 108. 216. & 334. Maxilla ad Consuet. Barens. in cap. dos à patre, num. 14. Thesaur. Jun. decis. Thesaur. patris decis. 150.* qui sic decisum refert in Senatu Pedemontano, *Polyd. Ripa in tract. de his, quæ fiunt in mortis articulo quæst. 22.* qui de communi testatur post *Paulum Bimium cons. 147. l. 2.*

4 Cujus opinionis ea est ratio, quia fraus, & dolus in animo consistunt, *l. apud Celsum, in princ. ff. de dol. mal. except. l. licet Imperator ff. de leg. 1. Mascard. concl. 438 numer. 7. Gratian. discept. forens. c. 255. num. 4.* & ex conjecturis probatur, *l. dolum, C. de dolo, Mant. de* 5 *conject. ult. volunt. lib. 10. tit. 4. num. 9.* propterea eo ipso, quod actus est celebratus ab eo, qui est in mortis articulo, vel graviter infirmo, qui ex ea infirmitate decessit, præsumitur in fraudem factus, per *text. in l. filia mea emancipata, & ægrè ff. solut. matrim.* & 6 de Jure Canonico est *text. in cap. 2. de renunciat. in 6.* sicut in similli in graviter infirmo, qui erat prohibitus disponere per actum ultimæ voluntatis, & eodem die fecerat testamentum, & donationem, quod donatio præsumatur in fraudem legis, dixit *Cassan. in Consuet. Burgund. tit. de success. rubr. 7. §. 5. vers. sed adhuc, fol. mihi 954. & in resol. 39. in 7. dubio nu. 74.* & eum secuti fuerunt *Mascard. conclus. 562. num. 22. Joannes Andreas de Georg. alleg. 22. sub n. 49. Menoch. consil. 971. Molfes. ad Consuet. Neap. lib. 1. par. 3. quæst 1. numer. 10. Peregr. decis. Patav. 109. Hier. Gabr. cons. 81. lib. 2. num. 70. & 71. Polyd. Rip de actis in mortis articulo dicto* 7 *cap. 22. sub num. 9.* Sic etiam in clerico, qui potest disponere inter vivos, & non potest disponere in mortis articulo per actum inter vivos, *Franch. Sarmiento de reddit. Eccles. par. 4. cap. 4. numer. 6.* ubi dicit quod hoc dubitatione caret, quando statim facta alienatione testator fuit mortuus, *Napod. in Consuet.* 8 *Et si testator, in verbo disponere*, simili modo & in legitimatione facta à patre in mortis articulo per subsequens matrimonium. Aliqui fuerunt in opinione, quod quamvis matrimonium validum sit, attamen substitutus, vel venientes ab intestato non excluduntur, ut fuerunt *Ang. in l. nuper, C. de natur. liber. & in l. sed & quæsitum, ff. de lib. & posthum. Ruin. cons. 118. nu. 7. lib. 1. & consil. 46. num. 8. lib. 2* & alii allegati per *Menoch. consil. 226. num. 21.* & per *Sanchez de matrim. lib. 7. tit. de impedim. matrim. disput. 105. n. 7. Cannetan in extravag. Reg. Siciliæ, incipiente volentes, vers. sed an constitutus*

*ſtituto in mortis articulo, fol.*178. *à terg. Fuſar. de fidei-commiſ. ſubſt. quæſt.*409. *num.* 37. Neq; per reſcriptum impetratum à patre in mortis articulo, *Menoch. conſil.* 9 581. & ſic in aliis ſimilibus caſibus, de quibus latius dixi in *Conſult.* 123. Dicitur autem in articulo mortis conſtitutus qui intra triduum moritur, ſecundum *Alexat. de præſumpt. reg.* 2. *cap.* 26. vel is, qui tali gravi infirmitate eſt oppreſſus, ut judicio Medicorum de ejus ſalute dubitetur, *Giurba in Conſuet. Meſſan. cap.* 2. *gloſſ.* 4. *par.* 1. vel qui intra viginti dies moritur, ſicuti habetur in *Regula Cancellariæ*, de qua per *Quintilianum Mandoſ. in Regula Cancellariæ* incipiente, *Item voluit* quæſt. 5. cumque dicta teſtatrix ea infirmitate deceſſerit intra duos dies, dicebatur, de dicto teſtamento non poſſe haberi rationem, & propterea concludendum erat, quod matri ab inteſtato ſucceſſerat filius, cui filio ſucceſſit ipſe Antonius pater, & proinde debebat declarari, hæreditatem ad ipſum 10 ſpectare, prima enim cauſa eſt deſcendentium, ipſiſque deficientibus ſecunda eſt aſcendentium, tertia vero collateralium, ut in *Auth. de hæredib. ab inteſt. venient. collat.* 9.

Quo teſtamento nullo declarato dicebatur, non potuiſſe Alexandrum teſtatricis patrem ſe defendere cum clauſula codicillari, ita ut valeat diſpoſitio tanquam 11 donatio cauſa mortis; poteſt enim filiafamilias cauſa mortis ad libitum diſponere in beneficium patris. *l.* 1. *in princ. C. de impenend. lucrat. deſcript. lib.* 10. *l. Seium, & l. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & quamvis teſtamentum virtute dictæ clauſolæ ſubſtineri poſſit in vim diſpoſitionis cauſa mortis, tamen requirunt, ut interveniant omnes ſolemnitates requiſitæ à jure in donatione cauſa mortis, ut poſt *Soc.* & alios probat *Surd. conſ.*398. *num.*25. Illud autem eſt præcipuum, ut 12 adſit patris conſenſus, quod deficiente nulla eſt donatio cauſa mortis, *l. filiusfamilias, §. patri autem, ff. de donat. Clar. in §. donatio, quæſt.*6. *num.*3. *Theſaur. deciſ.*150. *& Theſaur. filius quæſt. forenſ. lib.*2. *quæſt.*37. *Craſſus in §. donatio, q.*3. *num.*1. *Handed. conſil.*32. *lib.*1. *num.* 36. qui quidem conſenſus patris, ſive authoritas hic defi- 13 cit, quia non potuit pater ſibimetipſi authorari, ex *text. in l.*1. *ff. de author. & conſenſ. tutor.* ubi *gloſ. & Bart. num.*3. *&* & ex *text. in l.*1. *§. fuit quæſitum, ff. ad trebell. Clar. in dicto §. donatio, quæſt.*6. *ſub num.* 7. innumeros pro utraq; opinione affert *Tiraquell. de leg. connubial. gloſ.* 8. *num.* 115. Et hæc opinio pro invaliditate donationis fundatur ex *gloſ. & Bart. in dicta l.*1. *ff. de author. tutor.* & pro invaliditate donationis non eſſe in judicando recedendum, dixit *Clar. in dicto §. donatio, quæſt.* 6. *num.* 7. & hanc opinionem in judicando eſſe approbatam, & jure ſequendam, dixit *Craſſus in dicta quæſt.* 3. *num.* 1. & eam ſecutus fuit Senatus Pedemontanus, ut habetur ex *Theſaur. Jun. dicta quæſt. forenſ.* 37. *lib.*2. *ſub num.*2. poſt *Theſaur. patrem in dicta decif.* 150. *num.* 14. Sic etiam in Parlamento Gratianopolitano fuiſſe deciſum, dixit *Guid. Pap. quæſt.*223. & cum refert, & ſequitur *Papon. lib.* 7. *tit.* 1. *arreſto* 7. & hanc etiam opinionem late defendit *Jacob. Cancer. lib.* 2. *variar. reſolut. cap.* 1. *num.*63. *Villalob. comm. opin. in verbo filiusfamilias, num* 84. *Suarez recaptarum ſententiarum, in verbo filiusfamilias, num.* 139. *Paſchal.* 14 *de virib. patr. poteſt. cap.*6. *num.* 114. *Manſon. de conſ. exequut. lib.*1. *amplsat.*10. *num.*77. qui dixerunt, ad validandam donationem factam patri requiri Judicis decretum, aliàs nulla erit.

15 Requiritur etiam præſentia donatarii, *l. inter mortis, ff. de donat. cauſ. mort.* prout in terminis in teſtamento cum clauſula codicillari non valere donationem factam abſenti, conſuluit *Socin. conſ.* 112. *num.* 5. *lib.* 1. ſequitur *Clar. in dicto §. donatio, quæſt.*6. *num.* 8. *Harthm. Piſtor. quæſt. jur. lib.*1. *quæſt.*13. *num* 3. Si ergo valere non poteſt ut teſtamentum, ex quo erat teſtatrix filiafamilias, neque ut donatio cauſa mortis, quia deficit decretum Judicis, prædictus Alexander pater à ſucceſſione prædicti ejus ex filia nepotis omnino veniret excludendus.

16 Dicebatur tamen per teſtatricis patrem emancipationem prædictam non fuiſſe factam ad actum teſtandi ſolum, ſed generaliter ad omnia, & proinde validam fuiſſe, ex *text. in l. fin. C. de emancipat. liber.* cumque per emancipationem Prudentia ejus filia erat effecta ſui juris, non obſtante diſpoſitione *text. in l. qui in pote-* 17 *ſtate, & l. ſervum, C. qui teſtam. facer. poſſ.* potuiſſet libere teſtari, nec dici poteſt, emancipationem fuiſſe factam in fraudem, fraus enim ſicuti ex conjecturis probatur, ita etiam ex eis excluditur, *Maſcard. de probat. concluſ.* 815. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 13. *num.* 31. *& lib.* 13. *tit.* 27. *numer.* 6. *& libro* 12. *tit.*17. *num.* 36. una enim præſumtio aliam tollit, *l. divum, ff. de reſtit. in integr. l. non ſolum ff. de rit. nupt.* Nec 18 poteſt dici, quod faciat in fraudem is, qui jure ſuo utitur, facitque actum à lege ſibi permiſſum, *l. nullus ff. de reg. jur. l.*3. *§. is tamen, ff. de liber. homin. exhibend. Conſiliar. Marcian. conſil.* 38. *ſub num.*4. *l.*2. *§. denique ff. de aqua pluv. arcend. l. Proculus, ff. de damno infect. l. ſervus dotalis, ff. ſol. matrim. Tiraq. de retract. in præfat. num.* 68. & vocatos diligentia, non dolus, nec fraus, *l. qui autem, verſ. ſcıendum, ff. quæ in fraud. credit. l. nihil dolo, ff. de reg. juris, Garſias de hypoth. poſt contract. n. Nogherol. allegat.*14. *nu.*125. *&* 126. nec dolus, & fraus poſſunt præſumi in diſpoſitione facta per prudentiam, quæ unicum filium hæredem univerſalem inſtituit, eoque quandocunque decedenti abſque filiis, & ab inteſtato Alexandrum ejus patrem ſubſtituit, & viro fecit legatum ducatorum ducentum, fecit enim actum de jure validum, ſatis enim rationabile eſt, ut dos revertatur ad dotantem, *l. inter ſocerum, §. cum inter, ff.* 19 *de pact. dotal.* & dos à patre profecta, ad patrem debet 20 reverti, *l. dos à patre, C. ſolut. matrim.* & quod fit lege permittente, juſtum erit dicendum, *l. Gracchus, C. de* 21 *adult.* & quilibet de re ſua dicitur moderator, & arbiter, *l. ſed ſi lege, §. conſuluit ff. de petit. hæredit. l. in re mandata, C. mandati.*

Idem dicebatur, quod non eſt verum, quod ex eo ſolo, quod quis facit actum tempore, quo eſt valde infirmus, etiam quod ſit de ſalute deſperatus, dicatur facere in fraudem, ita ut invalidetur actus, & ſi enim 22 *Doctores* diſſentiant, an hæc ſola conjectura ſufficiat, magis tamen communis opinio eſt, hanc ſolam conjecturam non ſufficere, *Alex. in l. ſi quis poſthumus, ff. de liber. & poſth. num.* 4. qui de communi teſtatur, *Jaſ. in d. l. qui ſcit, §. quæſitum, ff. de liber. & poſthum. Dec. in cap. in præſentia, de probation. num.*56. *Anton. Gomez. in l.*9. *Tauri, num.*58. *&* 59. *Gabr. commun. opin. lib.*6. *tit. de legit. concluſ.* 1. *num.* 53. *Molin.* late de *Hiſpan. primogen. lib.*2. *cap.*5. *num.* 27. & melius *in annotatione infra, num.*8. videndus & in *dicta lib.*2. *cap.*10. *num.* 44. ubi reſpondet ad *text. in dicta l. filia mea emancipata, Molin. Jeſuita de contract. diſput.*148. *tom.* 2. *in fin. Covarr. in cap. officii, num.*5. *in poſtrema editione, Mercurial. Merlin. de legitim. lib.*1. *quæſt.* 7. *num.* 27. *Mangil. de imput. legit. quæſt.*110. *num.*19. *Mant. de conject. ultim. volunt. lib.*10. *tit.*4. *num.* 111. *& tit.* 13. *lib.*11. *nu.*6. *Pelaez. de majorat. part.*2. *quæſt.*1. *in princ. Peregr. de fideicomm. art.*24. *num.* 59. & alii per *Franciſcum Molinam de rit. nupt. lib.* 1. *cap.*18. *num.* 62. & per *Menoch. dicto conſ.* 226. *n.*21.

Tertiò conſiderabatur, quod tempore diſpoſitionis factæ à Prudentia habebat filium, quem hæredem univerſalem inſtituit, & multo temporis ſpatio vivere ſperare poterat, erat enim infans, & ſic ſubſtitutio per mortem ſubſtituti evaneſceret, ob quod intereſſe patris ſubſtituti non erat de præſenti, ſed ſpes 23 quædam de futuro, & multum conſideratur reſpectu fraudis ſtatus præſentis, vel futuri temporis, ſicuti in ſimili dicimus, quod diſpoſi in *text. in l. omnes, §. Lu-*

cius, ff. quæ in fraudem creditor. in quo disponitur, quod donatio omnium bonorum præsentium. & futurorum præsumitur fraudulenta, ut per *Andr. de Isern. in cap. 1. §. sed & res, num. 7. per quos fiat investitura; Bal. t.* & cæteri in *l. post contractum, ff. de donat. & in l. nomen, §. fi. ff. de leg. 3. jas.* & alii in §. *item si quis in fraudem. Instit. de action.* tamen hoc intelligitur respectu creditorum præsentium, secus vero futurorum, *Gaspar. de Leoin addit. ad Consuet. Neapol.* in *Consuet. Et si testator, in verbo, advertas, sub num. 19.* nam respectu futurorum alia judicia, & præsumptiones requiruntur, *Salyc. in auth. sed cum necesse, C. de donat. ant. nupt.* alias non dicitur donatio omnium bonorum fraudulenta, nisi aliqua subsit causa fraudandi, *Bellemer. in decis. 715.* licet fuerit omnium bonorum, *Corn. inter cons. Socin. cons. 108. num. 12. vol. 1. Paris. cons. 13. num. 65. vol. 1. Peguer. dec. Cathalon. 49. num. 6.* late de hac materia *Consiliarius Marcianus in dicto cons. 38. per totum.*

24

Et propterea, quod plures conjecturæ concurrere debeant, voluerunt etiam *Cravett. cons. 156. num. 7. Mascard. conclus. 438. Paul. de Castr. cons. 74. lib. 2. Gratian. discept. forens. lib. 2. cap. 255. nu. 27.* & in terminis, quod ex sola gravi infirmitate fraus non præsumatur, nisi quando actua, qui fieret, nec in vita, nec in morte permitteretur, voluerunt *Bursat.* videndus *cons. 43. nu. 73. lib. 1. & cons. 265. n. 23. lib. 2. Menoch cons. 350. num. 12. lib. 4. & Paris. cons. 13 num. 61. lib. 1.*

25

Sed quæ fraus præsumi poterat in hac filia, quæ etiam quod esset filiafamilias, & non emancipata, poterat in beneficium patris disponere per actum donationis causa mortis, quamvis enim satis difficilis visa fuit quæstio *Tiraquel. de leg. connub. dicta glos. 8. num. 135.* si in hoc casu poterat subsistere donatio causa mortis in beneficium patris facta, ex eo, quod pater non poterat sibi ipsi authoritatem præstare, ita ut relatis pro utraque parte opinionibus *num. 182.* ob difficultatem articuli noluerit suam proferre sententiam, & *Cavall. pract. quæst. commun. contr. commun. quæst. 2. 2.* dicit, in hac quæstione pro utraque parte adesse communes opiniones; Quicquid tamen sit de veritate dictæ quæstionis, de qua alio loco (Deo dante) latè, tam respectu donationis causa mortis, quam respectu dispositionis inter vivos, etiam stante *Regia Pragmatica,* quæ in Regno viget, incipiente *Per Excellentem, de Senat. consult. Macedon.* differemus, aut admittitur opinio pro validitate donationis, & hoc casu cessat ratio fraudis, aut vero contraria opinio, & omnes concludunt, posse validari cum Judicis decreto, ut per *Cancer. in lib. 2. variar. resolut. cap. 1. n. 63. & Crass. de success. § donatio causa mortis, quæst. 3.* & alios, & hoc fieri potuit, cum per duos dies post dispositionem factam supervixerit Prudentia.

26

Hæc causa quamvis pluries discussa, adhuc non fuit decisa, si decidi contigerit, ponam decisionem, processus tamen est penes Actuarium de Scacciavento.

OBSERVATIO IN DECIS. CXXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Filiusfamilias de jure communi testari non potest existens sub patria potestate, nec etiam cum patris consensu, de ratione nu. 2. 27. 28. amplia, nu. 3. 4. 10. limita, nu. 11. neque codicillare, neque legare, nu. 5. 34.*

2 *Filiusfamilias testari prohibetur non ratione interesse, ac præjudicii paterni solum, sed quia ejus persona à lege non reputatur legitima ad testandum, & nu. 17.*

3 *Testamentum factum à filiofamilias tempore quo ejus pater existebat captivus, apud hostes, non reconvalescit reverso patre ab hostibus.*

6 *Legatum à filiofamilias factum in testamento, an substineatur vigore clausulæ codicillaris in vim donationis causa mortis, si ille cui fuit factum legatum erat præsens, sed tacebat, & intervenerit patris consensus, & quid si fit absenti, & aliquis pro eo acceptet, interveniente tamen paterno consensu, n. 7.*

8 *Clausula codicillaris, an operetur, si expressè mentionem non faciat de donatione causa mortis, & quid dicatur, si non valet jure testamenti, valeat jure codicillorum, seu cujuslibet alterius voluntatis, ac dispositionis, nu. 9.*

12 *Filium emancipatum potest testari, & an possit emancipare quoad actum testandi tantam remissivè ibid.*

13 *Filiusfamilias ad libitum potest disponere per viam donationis causa mortis, intellige si fiat cum patris consensu, tempore donationis, n. 14.*

15 *Pater non potest consensum præstare filio, qui donat causa mortis ipsi patri, & n. 16. sed requiritur judicis decretum, n. 18. & 19.*

Consensus paternus non requiritur propter interesse, & præjudicium patris solum, sed ad integrandam personam filii. n. 17.

20 *Decretum judicis pro convalidatione donationis causa mortis facienda per filiumfamilias ad beneficium patris interponi debet, vivente filio.*

21 *Consensus paternus in donatione causa mortis per filium facienda ad ipsius beneficium requiritur tempore donationis, quatenus illum præstare possit.*

22 *Filiusfamilias potest testari de eo, quod lucratus est in officio Advocationis absque patris consensu.*

23 *Notarius potest testari absque patris consensu de lucro Notariatus.*

24 *Clericus potest testari absque paterno consensu, tam de bonis acquisitis ante Clericatum, quam post Clericatum, n. 25.*

D. Comes Andreolus laudatur, d. n. 24.

26 *Filiafamilias vidua, quæ vivit jure Longobardorum non potest facere testamentum, etiam cum patris consensu, & rationes adducuntur, nu. 27. per tot. nu. 56. & decisio adducitur, nu. 57.*

30 *Filiusfamilias de dote materna neque testari potest etiam cum consensu patris.*

31 *Testamentum non potest ab alieno arbitrio dependere de ratione, n. 32. & quod sit, n. 33.*

34 *Filiusfamilias neque codicillare potest, sed cum patris consensu potest donare causa mortis, nu. 35. ubi ratio adducitur.*

36 *Testamentum filiifamilias cum patris consensu factum substinetur in vim donationis causa mortis, si adest clausula codicillaris.*

37 *Mulier vivens jure Longobardorum non potest disponere, nisi cum præsentia mundualdi, & numer. 38.*

39 *Filiafamilias, quæ vivit jure Longobardorum non evadit patriam potestatem.*

40 *Consuetudo quomodo sit, & est probanda.*

41 *Requisita ad probandam consuetudinem adducuntur, & n. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.*

50 *Testes in secunda instantia examinati super deductis, & probatis in prima instantia non probant, & dicuntur impertinentes.*

51 *Consensus paternus adhibitus ac præstitus in testamento filiæ non intelligitur præstitus uti mundualdus, sed uti paternus.*

52 *Testamentum metu factum est nullum.*

53 *Metus per conjecturas probatur.*

54 *Filiam debet reliqui titulo honorabilis institutionis in legitimam, & non sufficit si per viam legati legetur legitima, de ratione, n. 55. & 56.*

58 *Donatio facta à patre filio infanti an subsistat, & numer. 59. 60. decisio negativè adducitur, numer. 66.*

59 *Minor septennio, an obligari possit, & an recipere stipulationem quid peralle, septennio in gratiosis,* nu. 60.

61 *Minor infantia quis dicatur, & nu. 62. 63. & an possit recipere feudum,* 65.

64 Tex. in l. servum pupilli, ff. rem pupilli *salvam fore declaratur.*

1 Iure communi stricto filiusfamilias sub patria potestate existens testari nequit *textus* sunt expressi in *l. qui in potestate, in l. filiusfamilias, & in l. quaramus ff. de testam.* quod etiam admittit *D. Regens hic n.* 1. nec etiam cum consensu patris *d. l. qui in potestate,* & ratio 2 illa adducitur, quia filiusfamilias testari prohibetur, non ratione interesse, & præjudicii paterni solum; sed quia ejus persona à lege non reputatur legitima ad testandum, ut voluerunt *Clarus in §. testamentum, q.* 18. *in princ. ubi Bajard.* & alii addentes *Alex. cons. 95. n.* 1. *& seq. vol.* alii relati per *Farinac. in repertor. de ultim. volunt. q. 51. n.* 2. idque procedere etiam in peculio adventitio pleno jure ad filium spectante, & in quo pater 3 pater ususfructum minimè habet, nam neque cum patris consensu testari potest, ut ex *Claro in d. q* 18. *nu.* 2. *Josepho Ludovic. conc. 61. in o. & 4. amplient.* & aliis tenet *Farin. ibid. nu.* 2. etiam si pater existeret captivus 4 apud hostes, nam si postea reverteretur, testamentum per filium factum non reconvalescit, quia à principio fuit nullum ac si à principio pater non fuisset captivus *Clarus loco citato, n.* 9.

5 Imò neque codicillari potest *Farin. ubi sup. n.* 6. neque pariter legare poterit, ut fundat idem *Farin. ibid. n.* 7. qui *n.* 8 tradit aliorum auctoritate, ut tale legatum 6 factum à filiofamiliâs in testamento, sustineatur vigore clausulæ codicillaris in vim donationis causa mortis, sed tunc sustinetur legatum in vim donationis causa mortis, si ille, cui fit legatum fuerit præsens, etiam quod tacuerit, & expressè non acceptaverit, ad tradita per *Clar. in §. donatio q. 6. n. 8. & 9.* & licet aliqui teneant quod isto casu præsentia cum taciturnitate, non sufficit, 7 tu autem teneas *cum Claro,* valet etiam d. legatum ob d. clausulam codicillarem in vim donationis causa mortis si fiat absenti, & aliquis præsens acceptet illum nomine absentis, *ita Farin. loco citato num.* 10. quod intelligit verum si intervenerit patris consensus, *num.* 11.

Imò *Farin. ibid. nu.* 12. de mente *Covarruvias in* 8 *rubr. de testam. p. 3. n.* 10. refert quod *clausula codicillaris* nihil operatur, nisi illa expressè faciat mentionem de donatione causa mortis, sed contra *Covarruvias* tenere *Clarum in d. §. donatio qu. 6. nu.* 9. sed benè operatur *d. clausula codicillaris,* si non expressè de dona-9 tione causa mortis loquatur, sed dictum sit hoc modo, *Si non valet jure testamenti, valeat jure codicillorum, seu cujuslibet alterius voluntatis, ac dispositionis,* nam propter illud verbum *dispositionis,* sustinebitur illud legatum à filiofamilias factum in d. duobus casibus præcedentibus de quibus *nu* 6. 7. ita firmat *Farin. d. q. 51. n.* 14.

Hæc tamen regula negativa supra firmata *n.* 1. ut filiusfamilias non possit testari, etiam cum consensu patris plures recipit limitationes de quibus *Farin. ibid à n. 15. per tot. n.* 29 ad quem recurre, quando casus occurrerit, ne transcribam illius dicta per extensum, sub qua 10 regula negativa comprehenditur filiafamilias, quæ vellet testari de bonis maternis & de dote adventitia habita ab extraneis *Clarus in d. §. testamentum cita. q. 18. n.* 3. & aliis adducti per *Farin.* ubi supra *n.* 4.

Inter limitationes adductas per *Farin.* illa habetur 11 *n.* 22. ut filius emancipatus testari possit ex *Cepolla caut.* 113. *in fine* ubi etiam habetur, an filius possit emancipari quoad actum testandi tantum, ex eodem *Cepolla caut.* 147. *n.* 1. *Vivia loco ibi citato.*

Et deveniendo ad casum in *hac decisione* propositum, & discussum, non tamen determinatum, dum filia erat emancipata in amplissima forma per patrem, & eo-12 dem die coram eisdem Notario, Judice, & testibus fecit testamentum, in quo instituit hæredem ejus filium impuberem, quo in pupillari ætate, vel quandocunque ab intestato hinc filiis decedente substituit ejus patrem, ac ejus viro legavit duc. 200. & mortua d. filia infra duos dies, deinde decessit, in pupillari ætate filius institutus, fuit dubitatum an pater & sic Avus succederet vigore d. substitutionis, dum è contra allegabatur fraus in d. emancipatione, ex quo fuit facta sub die 10. Jul. 1607. in prima hora noctis, & testamentum fuit confectum eadem die circa secundam horam noctis, & filia decessit sub die 11. ejusdem mensis, & anni, & quidquid sit de hac fraude, etiam illa cessante, dicimus testamentum non sustineri in patris substituti beneficium quandoquidem licet pater prætendisset hæreditatem nepotis ad se spectare vigore clausulæ codicillaris, quæ operatur, ut valeat testamentum in vim donationis causa mortis, 13 cum possit filiusfamilias ad libitum disponere per viam donationis causa mortis in beneficium patris per jura adducta per *D. Regentem n.* 11. attamen conclusio prædicta non est undiq; tuta, sed cum distinctione accipienda 14 est, ut si fiat cum patris consensu valida sit, sine autem patris consensu nullo modo valet, ut deciditur in *l. filius familias, ff. de donat.* eamque distinctionem secuti sunt DD. relati per *Farin. d. q. 51. n.* 10. & quia non adfuit patris consensus, ut refert *D. Reg. num* 13. jure merito d donatio non substinetur d *l. filiusfamilias, §. patri autem* quem citat etiam *D. Reg. n.* 12.

Imò etiamsi pater fuisset præsens, cujus præsentia in 15 tali donatione requiritur ex notatis supra *n.* 14. & per *D Reg. n.* 15 & ejus consensum præstitisset in actu donationis causa mortis factæ, prout in d actu requiri fundat *Farin d. q. 51. sub n.* 27. adhuc illa est nulla, in d. namque casu pater non potest in sui commodum consensum præstare secundum veriorem, & magis commu-16 nem opinionem de qua *Clarus in d. §. donatio d. qu. 6. nu.* 7. omninò videndus & alii quos refert, & sequitur *Farin.* ubi sup. *n.* 34. *Tiraq. tamen de legib. connubial. nu. 115. per tot. usq. 122. & seqq* refert hinc indè contrarias opiniones, rationes, & authoritates, qui suam noluit proferre opinionem, tamen de magis communi opinione cum *Clar.* tenet etiam *Joseph. Ludovic. concl.* 1. *in princ.* & vers. *sed sive dicitur consensus,* ubi *cum Claro* testatur *de plusquam communiori opinione,* & concor-17 dantes allegat, & vers. & *hoc opinio est tenenda,* quia talis paternus consensus non propter interesse, & præjudicium patris solum sed ad integram personam filii requiritur, ut optimè fundat *Menoch.* ibi adductus, estque magis communis opinio, ut per *Clarum in d. qu. 6. nu. 6. Farin. d. qu. 51. nu. 0. & 31.* & litè comprobat *D. Reg. d. n.* 12. ideoque *num.* 14. probat ad illius validita-18 tem requiri judicis decretum, quod etiam, voluit *Farin. loco citato n.* 35. ex *Cast. Covarr. Claro, & Josepho Ludovico in locis* ibi adductis.

Et licet *D. Reg. n.* 26. videatur pro Avo concludere 19 ex quo ... servanda est opinio pro validitate donationis, quia nulla fraus considerari poterat ex traditis per ipsum *à n* 16 *per* 26. aut verò attendenda est contraria opinio, ut nulla dicatur donatio illam tamen posse convalidari, mediante judicis decreto, ex *Cancerio, & Crasso,* ibi adductis, quia testatrix supervixit per duos dies, 20 quod tamen fieri posse *Ego* satis dubito, nam illam erat interponendum vivente filia disponente, non autem illa mortua, & propterea, etiamsi admittere velimus opinionem, ut possit pater sibimet authorari, dum nullus 21 adfuit patris consensus tempore dispositionis factæ, neque illius præsentia, non video quomodo possit pater obtinere vigore d. substitutionis etiam quod nulla adesset fraus, ex omnibus supra adductis, cum stante nullitate testamenti, sive donationis causa mortis, hæreditas prædicta spectet ad Antonium patrem infantis mortui, juribus vulgatis.

pariter notabis, quod filiusfamilias quidquid in
22 officio Advocationis à suis clientulis perceperit, de eo absque patris consensu testari poterit, nam quamvis *Specul. in tit. de actore*, teneat negativam opinionem; nihilominus contraria affirmativa opinio est magis communis, ut testatur *Jas. in l. fin. num. 1. C. de inoff. testam.* cum illud lucrum reputatur tanquam quasi castrense peculium ad tradita per *Clar. in §. plane, & in d. testamentum q. 18. n. 7.* idemque procedere in Notario
23 filio familias dicit *Joach. ad Clarum d. q. 18. lit. H, verbo Advocati ex Cappell. Tholos. & ibi Aufer. dec. 10.*

Sic etiam inter limitationes adductas per *Farin. d. q. 51. n. 23.* illa se offert, ut Clericus possit testari absque
24 paterno consensu, ad quam fundandam sententiam novissimè *D. Comes Andreolus* in omni materia doctissimus, ac subtilissimus doctor *controv. 3:6. n. 2. p. 4.* quadraginta septem DD. cumulat illamq; rationibus comprobat *n. 3. 4. & 5.* subdit tamen *d. n. 4* quod licet filius
25 clericus validè testetur sine patris consensu, tam de bonis ante clericatum, quam post clericatum acquisitis attamen de acquisitis ante clericatum non potest præjudicare patri in usufructu super eisdem competenti ex *Cæsare de Grassis dec. 1. de testam. Carolo de Grassis de effect. clericat. effect. 19. nu. 67. Gratian. c. 464. per tot. lib. 3. discept. forens.* & aliis ibi citatis.

An autem filiafamilias vidua cum patris consensu
26 valeat condere testamentum, si vivat jure Longobardorum, hic casus fuit discussus, ac decisus per M. C. V. & in appellatione per S. C. siquidem in anno 1600 Jacoba de Avagliano vidua Civitatis Nuceriæ paganorum cum patris consensu testamentum condidit, in quo legavit Lucio Pepi ejus unicò filio legitimam tantum hæredes universales instituit ejus fratres cum clausula codicillari in forma ideoque instante D. Lucio filio per M. C. V. fuit declaratum nullum d. testamentum & cum fuisset per fratres institutos hæredes appellatum ad S. C. infra scripta per *Me* in principio Advocationis allegata fuerunt pro confirmatione decreti M. C. V.

27 Vera est juris conclusio filiumfamilias sub patris potestate constitutum testari non posse ex *tex. in l. qui in potestate, ff. de testam. l. 3. cum glossa, C. qui testam. facer. poss. l. tam is, §. filiusfamil. ff. de mort. caus. don.* & nec
28 etiam accedente patris consensu per tex. expressum in *§. 1. instit. quib. non est permiss. facer. testam. & d. l. qui in*
29 *potestate* ubi *Bart. & Cast.* qui dicunt quod nec etiam potest codicillari per *tex. in l. x. ff. de leg. 2.* & dicitur expressè *in l. consistentur, ff. de jur. codic. ill. Aret. in d. l. qui in potestate col. 3. vers. & ad rationem,* & sic etiam filia, nam non potest testari de sua dote adventitia, *Alex.*
30 *de communi in l. feminam, C. qui testam facer. poss. Clar. in §. testamentum q. 18. n. 2. & §. donatio q. 6. n. 8. Gasp. Thesaur. q. forens. lib. 4. qu. 67. num 8. D. Pascal. in tract. de virib. pat. pot. c. 6. nu. 136. & Gratian. discept. forens. c. 29* qui omnes de communi testantur.

Rationem adducunt omnes supra citati DD quare etiam cum patris consensu non possit filiusfamilias testari, nam testamentum non potest dependere ex alieno
31 arbitrio, quod jure fundatur, ex *tex. in l. velle non dicitur, ff. de reg. iur.* ubi velle non creditur, qui obsequitur
32 imperio patris, vel domini, ideo non dicitur actus voluntarius, qui jussu patris facit, quia ex voluntate fieri dicitur, quod ex libero mentis arbitrio proficiscitur *tex. in c. 1. §. voluntatem 19. q. 1.* Et per obedientiam propria mutatur voluntas, quod verbum dicit *tex. in c. sicut consuetudo 8. q. 1.* quod est notandum. & *Dec. in l. d. l. velle* ubi alios infinitos allegat, propterea, cum testamentum sit voluntatis nostræ decreto, quod post mortem
33 suam quis fieri velit *l. 1. de testam.* ideo *jussu; & obedientia* patris factum non valet, nam non potest pendere ex alieno arbitrio *l. illa institutio ff. de hered. instit.*

Et licet in testamento prædicto adsit clausula, quod
34 *si non valeat jure testamenti, valeat jure codicilli, vel donationis causa mortis*, adhuc substineri non potest, nam codicillari non potest, qui testamenti factionem non habet, ut in *dict. l. consistentur*, potest tamen filius
35 familias cum patris consensu donare causa mortis, quia donatio causa mortis est magis contractus, quam ultima voluntas, ut in *l. x. ff. de dot. privileg.* & post *Bart. in d. l. qui in potestate*, tenent communiter supracitati DD.
36 præsertim *Jas. in d. l. feminam, & Clar. in d. §. donatio q. 6. n. 8.* in puncto dicit posse substineri testamentum, in vim donationis causa mortis si sit facta donatio præsenti, & cum stipulatione, alias donatio non valet per *tex. in l. absenti ff. de donat. caus. mort. l. illud, C. de Sacros. Eccles.* & etiam requiritur stipulatio *Dec. cons. 245 col. pen. Clarus d. §. donatio d. q. 6. 12. & 14. & D. Paschalis loc. cit. n. 118.*

Propterea, cum in testamento prædicto non adsit præsentia donatariorum fratrum testatricis, nec stipulatio pro eis, sed solum clausula prædicta in institutione hæredum facta in personam fratrum, non potest substineri in vim donationis causa mortis.

Nec obstat, mulieres in ea Civitate vivere jure Longobardorum, nam ea lege mulieres magis ligantur in
37 disponendo, & contrahendo cum interventu Mundualdi, ut per *Affl. dec. 261. n. 9.* quod secus jure Romano, nec ex hoc inducto pro earum majori cautela, potest
38 inferri filiasfamilias patriam potestatem posse evadere, quod jure cautum non reperitur, & *Vesill. in addit. ad Affl. d. dec. 261.* contra *Gram. cons. 87.* tenet quod filia
39 familias non evadit patriam potestatem de jure Longobardo, quod si tanquam privilegium allegaretur, ab allegante esset probandum *l. cum te, & l. sive possidetis, C. de probat. l. qui accusare, C. de edend. l. cum indebiti. ff. de probat.* & adhuc non probatur allegatum jus Longobardum sive consuetudo ex contradictione testium examinatorum per partem adversam.

Nam consuetudo, cum sit facti est probanda *Mascard. de probat. concl. 529. n. 1. 2. & concl. 1393. n. 6.* &
40 admittitur probatio in contrarium *idem concl. 426. nu 23,* & quatuor sunt necessaria ad probandam consuetudinem, scilicet mores, tempus, ratio, & populi consensus *Rocch. de Curt. in c. fin. de consuet. nu. 10 in fin.* & testes
41 debent reddere causam scientiæ, & constare de actorum frequentia, & pluralitate, *Bart. in l. de quibus n. 21 ff. de leg. Cons. l. a vers. sed quaero quid deponunt testes, C. quae sit long. consuetud.* & ita debet esse actuum frequentia,
42 ut unicus actus interveniens contra consuetudinem interrumpat præscriptionem *Abb. in c. cum dilectus n. 19. & ibi Rocch. de Curt. sect. 4. nu. 32. 66. & 71. de consuetudine* & debet probari in individuo, & speciali casu, de
43 quo agitur, ut probat *Alex. Bald. in c. Cynu. de tempore, & alii relati per Gratian.* latè differentem in suis *discept. forens. c. 79.*

Cessant autem in casu proposito requisita consuetu-
44 dinis: nam non probatur de tempore, quod debet esse ad minus decem annorum *addent. ad Fely. in c. statuimus, de maior. & obed.* & quod venerit in notitiam populi, vel majoris partis ita *Rocch. de Curt. in d. c. fin. super gl. fin.* item mores nec probantur, nam debebat probari frequentia actuum pluribus documentis instrumentorum
45 publicorum *eadem Mascard. concl. 425. numer. 1.* & frequentia actuum *idem concl. 424.* ratio quoque ces-
46 sat quæ omninò exigitur in consuetudine, quæ est contra jus, *Rocch. de Curt. super glos. in verbo rationabilis*
47 *vers. a.* & jus longobardum non est lex neque ratio, ideò recessit ab aula, *Marant. disp. 2 n. 3.*

Deficit etiam populi consensus, aut expressè, aut ta-
48 citè per frequentiam actuum, *Rocch. de Curt. in d. gl. final.* Imò etiam requiritur Principis approbatio ad in-
49 ducendam consuetudinem, *l. sed et, ff. de leg.* & tenet *Gratian. discept. forens. loco citato*, & oportet testes deponere de actuum frequentia, & diuturnitate temporis, & etiam quod testes concordent in tempore, alias sunt singulares, *Alex. cons. 45. n. 3. lib. 2. Grassan. decis. March. 148. n. 12. Caber. dec. 99. n. 7.*

Nec

Nec obstant probationes testium per partem ipsorum de Avagliano in secunda instantia, ex quo sunt articuli de jure non admittendi tanquam continentes illud 50 idem, quod in principio primæ instantiæ, & adest protestatio impedimentium & decretum quod habeatur ratio, quæ de jure habenda est, & omninò cum depositionibus testium sunt rejiciendi ex adductis latè per *D. de de Franch. dec. 210.*

Prædictis accedat, nam secundum prætensa neque adest consensus, & authoritas Mundualdi in testamento, nam, & si adsit authoritas patris, non adsuit, nec 51 Mundualdus nec poterat, ut talis intervenire, ex dictis per *Visll. dec. 261.* dum agebatur de ejus commoditate, & de instituendo hæredes filios, quorum bona quoad ulumfructum pati l quærebantur, & una, & eadem persona cum parte de jure censentur.

Quapropter testamentum factum per dictam Jacobam omni jure fuit, & est nullum, & decretum M. C. V. 52 est confirmandum, eo magis cum adsit probata conjectura metus, quod fuit factum testamentum vi, & obedientia patris ite ejusdem domo procurando institui hæredes filios, fratres testatricis excludendo propium filium cui legitimam tantum reliquit legati titulo, de qua vi deponunt plures testes, qui dicunt fecisse testamentum, ut obediret patri, ac vi, & metu, qui hoc casu 53 probari potest per conjecturas *l. 3. ff. ex quibus causis majores, Anchar. in c. Sanctimus col. 2. in fin. nu. 4 quo tempore miles, Anchar. cons. 299. Dec. cons. 217.* & ea sola præsentia majoris præsumitur metus, *Menoch. de arbitr. jud. cas. 136. numer. 8. Boer. decis. 101. Carber. decis. 179.*

Non omittam testamentum prædictum ex alio esse 54 nullum, quia Lutius Pepe filius dictæ Jacobæ non fuit titulo honorabili institutionis in legitima institutus, sed tantum legavit ei legitimam, quo casu dicitur præteritus, ut in §. *aliud quoque capitulum, Anth. ut cum de appell. cognosc. Bart. cons. 22. vol. 1. Angel. cons. 99. nu. 2. Imol. in l. cum ex filio, §. pen ff. de vulg. Ias. in auth. novissima n. 3. C. de inoff. testam. Clar. in §. testamentum, q. 38.* & post eos *Surd. dec. 297. num. 9.* filius enim est honorandus titulo institutionis *cap. si pater de testament. in* 55 *6.* ubi *Ioan. Andr. Anchar. & Franch. & Imol. in cap. Raynutius de testam. & Ias. ubi supra*, nec est subtilitas juris filium esse instituendum, sed quia, per hoc habet beneficium juris accrescendi repudiante cohærede, & immissionem ex *l. fin. C. de edict. div. Adr.* quod non habet legatarius, propterea est honorandus titulo institutionis, ut advertit magistraliter *Clar. loc. cit.* & propterea cessante institutione in personam filii cor- 56 ruit testamentum *Auth. ex causa, C. de lib. præterit.* qui non potest salvari ex clausula codicillari ex supradictis.

Quare die 30. Junii 1613. discussis solemniter meritis causæ in S. C. sedentibus pro Tribunali *D. Petro Iordano Ursino Præsidente, & DD. Consiliariis Petro* 57 *Antonio Caravita, D. Thoma Carleval. D. Flaminio Constantio* causæ relatore, *& Thomo de Franchis* fuit confirmatum decretum M. C. quo fuerat declaratum nullum testamentum Jacobæ de Avagliano, in banca Jacobi Figliolæ.

Et dum in hac decisione *n. 14.* fuit facta mentio an donatio facta à filio patri valeat, observandum erit, quid è contra si pater donaverit filio annorum novem 58 præsenti, & acceptanti an subsistat donatio, articulus accidit disputandus in R. C. S. Refutaverat enim Excellentissimus M. Comestabilis D. Philippus Columna Excellentissimo D. Federico Columna ejus filio primogenito præsenti, & acceptanti statum Aristæ in anno 1609. quo tempore d. refutatarius erat annorum novem, & Regius Fiscus prætendebat eadem relevium, sed duplicatum à M. Comestabili D. Marco Antonio Columna hærede D. Philippi ob illius mortem, ex quo 59 dicebat refutationem esse nullam, quia donatio facta Infanti non tenet, sed pro responsione, *Ego* qui partes D. Comestabilis tuebar dicebam minorem septennio nec se obligare, nec recipere stipulationem posse *l. 1. ff. de verbor. obligat.* & probat *Narbona de ætate tit. annus septimus qu. 3. n. 1. & 2.* sed proximus sep- 60 tennio in gratiosis & in iis, quæ concernunt ejus utilitatem absque tutoris interventu posse recipere stipulationem & agere, ut cavetur in § *pupillus instit. de inutil. stipulat. in l. 1. §. pen. ff. de actio. & oblig. & in l. denatarum rerum 3. C. de acquir. & retin. poss.*

Contendunt tamen D D. quisnam intelligatur ma- 61 jor infante, vel proximus infantiæ, ut agere, & stipulari valeat pro se, *Theoph. in d. §, si pupillus* arbitratur infantiæ proximum esse qui septimum, vel octavum annum peragat, quod *Menoch. de arbitr. casu 37. n. 27. lib. 2* capiat de septennio, & octavo anno completo, cui opinioni adstipulatur *Mandos. de ætate minor. cap. 3. n. 3.*

Accurs. verò in d. §. si pupillus, infantiæ proximum 62 existimat illum, qui peracto septennio inter annum decimum, & dimidium existit, quem secuti sunt alii relati per *Narbonam ubi sup. tit. annus decimus cum dimidio q. 2. nu. 11.*

His tamen confutatis *Menoch. d. casu 37. n. 44.* certam ætatem proximo infantiæ, nec jure præscriptam, 63 nec designari posse concludit, sed judicis arbitrio existimandam probat ex DD. ibi adductis, & hanc esse veram sententiam fatetur *Narbona, ibid. sub n. 10.*

Ideo pro vera articuli resolutione adducebam ex- 64 pressum *Caii* responsum in *l. servum pupilli, 6. ff. rem pupilli salvam fore*, quod responsum non recipit exceptionem, & utrumque determinat ibi, *servum pupilli stipulari, ita necesse est, si pupillus abest, aut fari non potest, nam si præsens est, & fari potest, etiamsi ejus ætatis erit, ut non intelligat, quid agat; tamen propter utilitatem receptum est recte eum stipulare, & agere*, & in 65 propria materia feudali, quod possit major infante sine tutore recipere feudum, & investiri, concludunt feudistæ *in c. unico §. si minorum, si de feudo fuer. controv. Zasius in epitome feud. par. 5. cap. 1. Blanch. de feudo tit. 1. cap. 5.* & alii apud *Borcel. b. a. tit. qui feud. dare & recip. poss. cap. 5. sub n. 46. vers. majores autem infante.*

At quia decisum reperii per S. C. junctis tribus an- 66 nis referente D. Consil. Vitellio, qui fuit Advocatus maximi nominis, & existimationis decisum in causa creditorum Marini Falesii cum filiis, quod donatio facta à patre filiis infantibus etiam Notario pro illis stipulando, & recipiente cum constituto, & precario non teneat, in banca Fratiorum, postea Francisci Fontana, ac iterum decisum in causa unius Jesanelli de Atripalda ad relationem *D. Lanarii* in banca ... ut notatum habeo allegatione pro Vincentio de Laudisio, ubi idem articulus discutiebatur, ideoque consului pro transactione cum Regio Fisco, cum quo etiam in dubiis quæstionibus privatus obsistere nequit, prout fuit executum quam decisionem refert *D. Rovit. dec. 3. num. 2.* illam tamen emanasse, quia erat facta in fraudem juris congrui, & sic erat simulata ut ita lis *num. 5. 6. 7. cum plurib. seqq.* nam alias donatio fieri potest Infanti Notario stipulanti pro eo cum constituto, & precario ex *l. 2. ff. rem pupilli salvam fore, nu. 3.*

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Constitutio Regni incipiens *In aliquibus* an habeat locum, nedum in successione paterna, sed etiam in bonis maternis, ad interpretationem decisionis S. C. relatæ per *Afflictum decis.* 178.

SUMMARIUM.

1 *Filiæ quando subingrediantur locum matris, ita ut extantibus masculis non sit locus* Constitutioni In aliquibus.
2 Constitutio In aliquibus *an habeat locum in bonis maternis, & quid si adsit Consuetudo.*
3 *Consuetudo in successione plurimum valet.*
4 *Avus licet per statutum excludatur, non tamen excluditur avia.*
5 *Statutum excludens fœminas ab hereditate ascendentium non procedit in hereditate matris.*
6 *Renunciatio facta per matrem non nocet filiis, matre præmortua.*
7 *Parentum appellatione veniunt tam pater, quam mater, & num.* 17.
8 *Masculinum regulariter concipit fœmininum, quod etiam procedit in pœnalibus num.* 9.
10 *Fœmina per* Constitutionem *non omnino intelliguntur exclusa à successione parentum, sed tantum datur prælatio masculis, in eodem gradu existentibus.*
11 *Fœmina pendente dotatione non dicitur exclusa, nec consideratur agnationis ratio, quando non est exclusa in perpetuum.*
12 *Statutum excludens fœminas per masculos ejusdem lineæ, & gradus, non dicitur odiosum, sed favorabile.*
13 Glos. Constitutionis In aliquibus *in verbo maritare explicatur.*
14 *Frater in tantum excludit sororem à successione matris, in quantum eam dotat de parag[i]o de bonis maternis, ubi recensentur opiniones Peritorum Regni, relata per* Andr. de Isern.
15 *Materna hæreditas strictius debetur filiis, quam paterna, & num.* 22.
16 *Odiosa sunt restringenda.*
18 *Ratio ubi eadem est, ibi idem jus.*
19 *Primordium semper est attendendum, ad quod refertur quicquid sequitur.*
20 *Ratio legis plus valet, quam ipsa lex.*
21 *Lex non adaptatur, nisi ad ea, quæ frequentius accidunt.*
23 *Refertur* decis. Afflict. 178. *& ejus ratio.*
24 Consuetudines Neapolitanæ, *quæ de successione loquuntur, non habent locum in bonis sitis extra districtum Civitatis.*
25 *Consuetudo Nobilium Capuanæ, & Nidi loquitur tantum de exclusione à successione filiorum, quandocunque morientium ab intestato.*
26 *Consuetudo licet sit stricti juris, nihilominus ex paritate rationis extenditur de casu.*

DECISIO CXXXV.

Fuit in causa V. I. D. Scipionis Picollæ cum Hæredibus Delichæ Picollæ dubitatum, si in hæreditate quondam Gratiæ Donnepernæ succedere debebat ipse solus tanquam masculus virtute dispositionis *Constitutionis Regni* incipientis *In aliquibus*, per quam statuitur, quod extantibus masculis fœminæ non succedant, sed masculus, cum onere tamen dotandi sorores, quod statutum viget fere per totam Italiam, an vero dictæ filiæ Delichæ repræsentando personam matris deberent succedere insimul cum ipso Scipione masculo.

1 Dubium faciebat, quia ipsæ filiæ, & hæredes Gratiæ Donnepernæ subingrediebantur gradum, & locum matris, ut habetur in §. *reliquum, in auth. de hæred. & falcid. Angel. cons.* 164. *col.* 5. *Menoch. præsumpt.* 95. *num.* 6. *lib.* 4 & proinde cum sint in æquali gradu cum ipso Scipione, debebant etiam æqualiter succedere in bonis communis matris, & hoc non obstante dicta *Constitutione Regni* incipiente *In aliquibus*, per quam masculi in successione parentum fœminis præferuntur, cum onere tamen dotandi, quia *Constitutio* prædicta procedere dicebatur in successione patris, non autem matris. Ad quod adducebatur primò *gl. Marini de Caramanico in dicta Constitutione, in verbo maritare*, ubi *in fine* dicit, quod dicta *Constitutio* non loquitur de bonis maternis, & hoc videtur fundari ex verbis ejusdem *Constitutionis*, ubi loquitur de successione patris, nec de matre facit verbum, ibi, *mortuo, tam filios, quam filias puberes.*

2 Ad idem adducebatur secundò doctrina *Andreæ de Isern.* in eadem *Constitutione, in verbo maritare*, & plenius in 10. *col. vers. sed nunquid filius*, ubi plene disputat articulum, referendo opiniones Peritorum Regni pro, & contra; & tandem concludit, quod opinio, quod ubi adest consuetudo, dicta *Constitutio* locum habeat, etiam in bonis maternis, est vera. sed quod debeat consuetudo probari, qua non probata, verior est opinio; quod non habeat locum in matre, & hoc est etiam, quod voluit *Afflict. in decis.* 178. *in primo dub.*, ubi quia in Civitate Neap. adest consuetudo. fuit ita judicatum, cum qua opinione *Affl.* etiam transit *ibidem Vrsill.* hoc idem tenuit etiam dictus *Andr. de Isern. in cap.* 1. *sub num.* 15. *de his qui feud. dare poss. vers. Tunc ergo.* plurimum enim valet

3 consuetudo in successione, *Gugliel. de Benedict. in cap. Raynutius, in verbo Et uxorem, nomine Adelasiam, num.* 289. *de testam. Garf. Mastrill. decis.* 55. *nu.* 28. *Petra ad Grammat. decis.* 63. *num.* 4. eandem etiam opinionem sequutus fuit *Scipio Bucinus in Consuet. Neapolis* incipiente *Si moriatur, de success. ab intest. in addit.* incipiente *Per istam Consuetudinem, sed mihi* 70. & ex modernis eam tenuerunt *Hediera ad Surd. in decis.* 8. *num.* 12. *Dominus Regens, & Præsidens S. C. Vrsinus de success. feud. quæst.* 7. *art.* 3. *num.* 25. *Maria de success. legal. par.* 3. *quæst.* 6. *art.* 5 & sic decisum dicit *Surd. in decis.* 9. quæ opinio fundari etiam potest ex his, quæ dixit *Bald. in l. quicunque num.* 12. *C. de serv.*

4 *fugit.* ubi ait, quod si statuto cavetur, quod existente patruo non succedat avus maternus, non obstante statuto succederet avia, quia statutum est stricte intelligendum, cum sit juris communis correctorium, *glos. in clement.* 2. *de ætat. & qualit. Molina* post alios, quos allegat *de Hispan. primogen. cap.* 5. *nu.* 21. hoc etiam confirmat *Socin. Jun. in cons.* 3. & 23. *lib.* 1. post

5 *Fulgos. cons.* 54. ubi probat, quod statutum excludens fœminas ab hæreditate ascendentium, non procedit in hæreditate matris, ea ratione, quia ratio motiva prædictorum statutorum est favor agnationis conservandæ quæ non conservatur per fœminas, *Bald. & alii in l. maximum vitium, C. de liber. præter l. pronunciatio in fine, ff. de verb. signif.* & ex his concludebatur pro parte hæredum prædictæ quondam Delichæ Picollæ quod cum in Civitate Tursi, ubi casus evenit, non vigeat consuetudo, prout in Civitate Neap. sed tantum *dicta Constitutio Regni In aliquibus*, quæ non loquitur de successione matris ipsæ ex persona eorum matris succedere debebant, non ex pro-

6 pria persona, non obstante matris renunciatione, ex traditis per *Franch. in decis.* 67. & *Ego* late dixi *in dec.* [illegible] 3.

Verum pro parte dicti Scipionis dicebatur, quòd *Constitutio* prædicta semper fuit intellecta, ut loquatur etiam de bonis maternis, quia quamvis det exemplum in patre, attamen à principio generaliter loqui-

tur

tur de parentibus, ibi, *qua parentum votis &c.* & inferius, quia licet loquitur de patre mortuo, tamen subjecit postea, *ad parentum successionem, &c.* & ap- 7 pellatione parentum veniunt tam pater, quam ma- 8 ter, *Andr. in dicta Const. in verbo parentum*, & quamvis lex loquatur de patre, erit intelligenda etiam de matre regulariter enim masculinum concipit foemininum, quando verbum à lege profertur, *l. justa, l. non est, & l. quisquis, ff. de verb. signif.* & ubi verbum masculinum profertur à lege, sive odium contineat, sive 9 favorem, foeminas comprehendit, *l. 3. in princ. ff. de negot. gest. l. 1. §. 1. ff. de constit. pecun.* quod procedere etiam in poenalibus habetur ex *text. in l. si quis id, quod, ff. de jurisdict. omn. Jud. Alber. in l. quicunque num. 9. C. de serv. fugit. Regens Ursinus in dicto tract. de success. feud. par. 2. quaest. 7. art. 3. num. 5. & 6.* dicit, hoc etiam procedere in *Constitutione Regni, Ut de successionibus*, ubi *gloss.* verba illa *excluso patre* interpretatur, idem in matre procedere, maxime ubi eadem viget ratio, *l. illud, ff. ad l. aquil.* & quod quotiescunque adest eadem ratio, masculinum concipiat foemininum, late fundat *Gratian. discept. forens. cap. 447.* & propterea dicebatur, quod cum nulla possit diversitatis ratio considerari in successione patris, vel matris, non posset diversimode fieri interpretatio de uno, quam de alio casu.

10 Nec ratio tradita, quod *Constitutio In aliquibus* sit promulgata ratione conservandae agnationis, est vera, non enim per *Constitutionem* foeminae sunt exclusae à successione parentum, sed tantum datur praelatio illis masculis, qui in eodem gradu existunt, quo casu non dicitur considerata ratio conservationis bonorum in agnatione, sed ratio praedilectionis, ita post *Bald. Alex. Socin. Curt. Aymon.* & alios fundat *Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 5. num. 50. vers. septima conclusio*, & post ipsum in propria materia dictae *Constitutionis Regens de Pont. de potest. Proreg. tit. de success. mulier. num. 26. & 27. Peregr. de fideicomm. art. 25. num. 26.* Item non sunt exclusae foeminae in totum, sed tenetur frater dotare, *Affl. in dicta Constit. In aliquibus, num. 25. Vrsill. ad decis. Affl. 335. num. 11.* & 11 dicuntur exclusae modificative, *Georg. alleg. 11. num. 18.* & ideo pendente dotatione non dicuntur exclusae, *Ann. alleg. 117. num. 11.* nam agnationis ratio non erit, quando non sunt exclusae in perpetuum, *Guilielm. Mariscott. de success. Regum, num. 33. Molfes. ad Consuet. Neap. par. 3. quaest. 23. & de renunciat. quaest. 1. num. 32. & part. 4. quaest. 6. num. 3. Franc. de Amic. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. §. hanc difficultatem, num. 4. fol. 112.*

12 Et hoc casu, quando statutum excludit foeminas propter masculos ejusdem lineae in existentibus in aequali gradu, tunc non dicitur odiosum, sed favorabile, *Molin. in dicto lib. 3. de primogen. Hispan. cap. 4. nu. 18. de Ponte de potest. proreg. dicto tit. de success. mulier. num. 18.* & sic causa exclusionis foeminarum est solum concursus cum sexu masculino, *Regens Rovit. in cons. 23. num. 11. vol. 1.*

13 Ad doctrinam *glos. & Isern.* respondebatur, quod *glos.* potius hanc firmat opinionem ad exclusionem sororis, etiam à bonis maternis, in *verbo maritare*, ibi, *& nota, quod si pater dedit dotem filia de paragio, vel frater, excluditur filia sive soror a successione materna*, quam *glos.* interpretando *Andr. de Isern. in eadem Constitutione* super *verbo maritare* dicit, quod haec *glos.* nova est, & non est in alio apparatu, & ideo eam reprobando in contrarium affert simile, scilicet, quando nupta per patrem vult succedere in feudo materno, & filiam in capillo excludere, quod visum est antiquis Peritis Regni, quod succedat nupta, illa ratione, quia dotata excluditur à successione dotantis tantum, ut notatur in sequenti *Constitutione*, in *verba excluditur*. & ex his infert, quod non est haec *glosa* bona, nisi dicas, filium excludere filiam sororem suam, etiam in successione matris, si det dotem sorori pro illis bonis secundum paragium, licet sit do- 14 tata de bonis patris, & sic in ista prima opinione concludit, quod in tantum frater excludit sororem à successione matris, in quantum eam dotet de paragio de bonis maternis; non enim excluditur, nisi sit dotata de illis bonis, de cujus haereditate agitur, ut infra dicam, transeundo postea ad aliam opinionem dicit, quod alii Periti dixerunt, quod à successione matris 15 non excluditur per filium, nisi in feudo, propterea, quia recipit dotem à patre, nam strictius debetur filiae materna haereditas, quam paterna; & haec est secunda opinio, licet videatur etiam posse conjungi cum prima ex eo, quod in eadem fundatur ratione, quia recipit dotem à patre, ergo idem esset, quando recipit dotem à matre, tertia, & ultima opinio est aliorum Peritorum Regni, qui approbant, quod per dictam *Constitutionem* praeferantur filii, etiam in successione paterna; sed quod filius sorori suae debeat dotem de paragio dare de bonis patris, sicut portionem legitimam, non sicut meram dotem, quamvis esset dotata à patre, & sic videtur, quod omnes tres opiniones Peritorum Regni, relatae ab *Andr. de Isern. in dicta constitutione* incidunt quasi in eundem sermonem, quod vel non excludatur, nisi sit dotata, vel si excludatur, debeat dotari, & se remittit ad ea, quae infra plenius dicit, & hanc quidem quaestionem disputavit infra in eadem *Constitutione, in verbo quintumdecimum, in dicto versiculo, sed nunquid filiis praeferatur, col. 10.* in quo loco duas tantum refert opiniones Peritorum Regni, unam, quod nullo modo excludatur filia per dictam *Constitutionem* ab haereditate matris, & proinde, quod in bonis maternis succedat ea ratione, quia *Constitutio* non loquitur de successione materna, sed paterna, & ideo debet remanere in dispositione juris communis, *l. praecipimus, in fine, C. de appellation.* & argumento *text. in l. si minor, ff de verb. obligat. l. 1. C. de caduc. tollend.* nec etiam dixit de successione parentum, quia eo casu forte intelligeretur de matre, *l. si quis à liberis, ff. de liber. agnoscend.* & quamvis in lucta dixerit, *votis parentum*, hoc posuit, ut amplecteretur eorum communem dilectionem, & proinde si remanet exhaeredata à patre, non debet idem esse in matre, quia in poenalibus non extenditur, *l. crimen, ff. de poenis, & l. Sancimus* 16 *C. eod.* odiosa enim sunt restringenda, *l. cum quid m. ff. de liber. & post.* Alia vero, & secunda Peritorum Regni opinio, quam refert, est, quod *Constitutio* intel- 17 ligatur etiam de successione materna, quasi appellatione patris contineatur mater, sicuti appellatione fratris continetur soror, *l. tres fratres, ff. de pactis, l. Lucius §. quaesitum, ff. de legat. 3.* Secundo, affertur 18 ratio, quia in successione matris eadem est ratio, quae in successione patris, & ubi eadem est ratio, ibidem jus, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* nec aliqua vera ratio diversitatis assignari potest, & propterea masculinum concipit foemininum *l. qui duos, ff. de leg. 1.* Tertio affertur ratio fundamento opinionem pro affirmativa, etiam ex verbis dictae *Constitutionis*, ibi, *votis paren-* 19 *tum*, quia sic est intelligenda tota *Constitutio*, nam quicquid sequitur, ad primordium refertur, *l. 1. in fin. C. de impone lucrat. descript. & regula, circa finem, ff. de jur.* 20 *& fact. ignor.* & plus valet ratio legis, quam ipsa lex, *l. verum, ff. de furt. l. non omnium, ff de legib.* Quarta affertur ratio, quia raro invenitur, quod mulieres non habeant, nisi dotes, etiam semper praeferatur masculus per istam *Constitutionem*, & propterea haec *Con-* 21 *stitutio* non loquitur de matre, quia ad ea quae frequentius accidunt lex adaptatur, *l. nam ad ea, ff. de leg.* Subnectit tamen postea & quintam rationem, traditam à Peritis Regni, quia hoc probatur per generalem consuetudinem, quam opinionem veriorem esse

tenet, consuetudine probata, & proinde, illam probari debere, illaque non probata primam opinionem approbat, hoc idem etiam dixit in dicto *cap. 1. sub num. 15. de his, qui feud. dar. poss.* se remittendo ad ea, quæ scripsit in *dicta Constitutione*, opinionem prædi-

22 ctam fundando. quia de jure Longobardorum, quod habet locum in Regno strictius debetur filiæ matris, quam patris hæreditas juxta notata per *Carolum Glossatorem Legum Longobardorum*, quam glos. dicit, multum in Regno approbari in *l. 2. in fine, in tit. de eo, quod pater filia*, & in *l. si qua mulier, de Sanctimonia*, licet male allegetur ab *Isernia*, tam in dicta *Constitutione*, quam etiam in dicto *cap. 1. de Sanctiss. Episcop.* ut advertit *ibidem Episcopus Laparulus in verbo Sanctiss.*

23 Discusso hoc negotio visum fuit, quod cùm tempore *Afflict.* hæc quæstio accidisset, fuit interpretata Consuetudo, etiam in successione matris, ut dicta *decis.* 178. in qua erit animadvertendum, quod ratio decisionis fuit. quia dicta *Constitutio* dicit, *parentum*, notentur, quæso, verba *Afflicti v. 3. Super hoc dubio fuit conclusum, quod sicut in bonis patris filius masculus præfertur filia fæmina in successione, dum tamen sororem maritet secundum paragium*, ut in *Constitutione Regni In aliquibus, in bonis maternis masculus præfertur sorori in successione bonorum maternorum, dummodo sororem maritet, & dotet secundum paragium*, & dat *Affl.* rationem dictæ decisionis, quia dicta *Constitutio* dicit, *parentum*, & sic intelligitur de patre, & matre, & hæc fuit ratio fundamentalis decisionis, & licet postea adducat *Andream* tenentem, debere probari consuetudinem, & quod in casu suo non oportuit eam probari, cum adsit *Consuetudo Neapolitana* in scriptis redacta, illa secunda ratio fuit ad majorem corroborationem, qui nec *Affl.* in dicta opinione residet, sed tantum refert, eam tenuisse *Andream*.

24 Quod & alia evidentissima ratione comprobatur, nam *Consuetudines Neapolitanæ*, quæ de successione loquuntur, non habent locum in bonis sitis extra territorium Civitatis Neap. & ideo filia fœmina virtute dictæ *Consuetudinis* in bonis sitis extra districtum Civitatis succedit unà cum masculis, ut dicit *Jo. Angel. Pisanel. in proœm. Consuet. Neapolit. fol. 44* modo casus de *Affl.* non evenit in Civitate Neap. sed in Civitate Surrenti, & quamvis matrimonium in dicto casu *Affl* fuisset contractum secundum Consuetudi-

26 nem Nobilium Civitatis Neap. ut patet in assertione, tamen in dicta Consuetudine nihil loquitur de hoc casu, nisi de exclusione à successione filiorum, quandocunque morientium ab intestato, ut in Capitulis dictæ Consuetudinis Nobilium Capuanæ, & Nidi, positis per *Camillum Salernum in addit. ad Consuetudines Neapolitanas, in consuetudine, Si quis, vel si qua, de success. ab intest. fol.* 131. cumque non obstante, quod casus evenit in Civitate Surrenti, ubi non viget Consuetudo Neapolitana, fuerit decisum, filiam fuisse exclusam à matris successione, sed tantum debere dotari de paragio, necessarium est fateri, per Sacrum Consilium hanc opinionem fuisse sequutam, & hanc etiam opinionem novissimè sequutus fuit *Regens Carolus Tapia Marchio Belmontis in dicta Constitutione In aliquibus, vers. quarto advertendum est, fol.* 148. ad quod etiam facit, quod dicit *Molfes. ad Consuetud. Neapolit. par. 4. tit. de bonis. q. 1. nu.* 4. quod

26 licet consuetudo sit stricti juris, nihilominus ex paritate rationis extenditur de casu ad casum, & ad personas in simili ratione vertentes, ut ex pluribus probavit *Natta cons. 98. num. 13. & 23. & Sord. decis. 139. num.* 8. & quidem semota illa ratione conservandi bona in agnatione, de qua supra diximus, non se fundari *Constitutionem* prædictam, sed in prælatione masculinitatis, quæ vera ratio diversitatis assignari potest ut masculus præferatur in successione patris, & non matris. Et proinde die 4. Maii 1639. fuit decisum spectare, & spectavisse integram hæreditatem Gratiæ Donnepernæ Scipioni masculo, cum onere tamen solvendi dotem de paragio de dictis, bonis hæredibus Deliche Piccollæ pro concurrenti quantitate legitimæ, juxta liquidationem faciendam, penes Actuarium.

OBSERVATIO IN DECIS. CXXXV.

SUMMARIUM.

1. Constitutio Regni *incip.* In aliquibus, *per quam extantibus masculis filia fœmina non succedunt, sed dotantur de paragio, qua loquitur in successione patris, an habeat etiam locum in successione matris, & decisum affertur affirmativè, de ratione, n.* 3.
2. Constitutio Regni *incip.* ut de successionibus *qua loquitur de bonis feudalibus procedit, tam in successione paterna, quam materna, de ratione, n.* 3
3. *Mater jure communi attento onus dotandi filiam non habet, nisi in subsidium secus de jure Regni, n.* 4.
4. *Onus dotandi de jure Regni spectat ad patrem, matrem, fratrem, & sororem primogenitam.*
5. *Filia à patre, vel à matre dotata excluditur ab illorum successione ab intestato.*
6. *Statutum exclusivum fœminarum viget per totam Italiam.*
7. *Masculi vocati simpliciter per statutum excludunt fœminas paris gradus, non autem proximiores, ratio traditur, n. 8 & 10.*
8. *Masculus qui est ulteriori gradu non excludit fœminam primi gradus.*

 D. Thom. Miand. Præsid. R. S. C. laudatur, ibid.

9. *Filia defuncti excludit patruum.*
10. *Dotatio fit ut, ut fœmina dotata excludatur à masculis ejusdem gradus, non autem ab aliis.*
11. *Soror exclusa propter paragium habitum de bonis patris, & matris, non excluditur à successione Collateralium, nam propter unicam dotationem non excluditur ab omni successione tam de jure regni, quam communi, nu.* 11.

13. *Exclusio fœminarum vigore constit. in aliquibus, quarè fiat.*

 Soror à fratre dotata in illius successione non excluditur a sorore in capillo, sed succedunt æqualiter, ibid. & nu. 19.

14. *Constitutio in aliquibus loquitur in allodialibus, & feudis planis & de jure Longobardorum; constitutio vero, ut de successionibus in feudis quaternatis, & de jure Francorum.*
15. *Soror primogenita dotata à fratre, admittitur ad illius successionem æqualiter collata dote cum sororibus in capillo.*
16. *Soror dotata censetur exclusa ab hæreditate dotantis vigore constit. ut de successionibus, non autem in aliquibus, & nu.* 17.

18. *Sorores æqualiter admittuntur ad successionem, etiam si adsit aliqua in capillo vigore constit. in aliquibus.*

20. *Filia fœmina succedit, si existat frater incapax non obstante statuto exclusivo fœminarum.*

 D. Camillus de Medic. laudatur, ibid.

21. *Constitutio in aliquibus habet locum solum in successione patris, et matris, non tamen fratris, Soror etiam dotata succedit fratri, ibid.*
22. *Paragium in filia nupta, non excedit legitimam, sed in capillo usque ad virilem ascendere potest.*
23. *Filiafamilias si moriatur ante nubilem ætatem transmittit paragium ad ipsius hæredes & decisio adducitur.*

 Dos, sive paragium succedit loco legitima, qua ad hæredes transmittitur, ibid.

24. *Filia monialis, consideratur tantummodò ad augendam legitimam*

timam de tertia in semissem posita tamen dote in cumulo hareditatis, & decisio affertur.

25 *D. Regens Marcian. scripsit in materia constit. ut de successionibus, & in aliquibus pluribus in locis citatis.*

1 DUbitatum fuit in hac decisione, an constitutio *Regni* incip. *in aliquibus de success. filior. Comit.* per quam statutum erat, quod stantibus filiis masculis, fœminæ non succedant; sed tantum masculi cum onere dotandi sorores, an procedat etiam in successione matris, & discusso articulo ad partes per *D. Regentem*, tandem sub die 4. Maii 1637. refert per S.C. judicatum ad favorem filii masculi cum onere tamen solvendi dotem de paragio de bonis matris hæredibus sororis pro concurrenti quantitate legitimæ, ut refert *sub n.16.* de qua decisione meminit, & eam secutus est *D. Reg. Marcian. disp.6. n.48. lib.2. disp. forens.* ubi subdit, nedum *d.* 2 *constit. in aliquibus*: sed etiam *ut de successionibus de success. nobil.* quæ loquitur de bonis feudalibus, proce- 3 dere etiam in matre, nam licet matri jure communi attento, nullum onus injungatur dotandi filiam, nisi in subsidium, ut inquit *D. Marcian. ibid. nu. 46. & Ego* pariter probavi *observat.38. nu. 7.* injungitur tamen d. 4 onus *de jure Regni* per *d. constitutiones* licet per illas onus dotandi fuit impositum solommodo patri, matri, fratri, & sorori primogenitæ, aliis verò personis nequa- 5 quam, ut per *D. Marcian. d. disp.6. n.55.* & ideo, quando fuit à matre dotata & de ejus bonis excluditur ab illius successione, sicut de paternis bonis, ut fundat idem *D. Marcian. ubi supra nu. 47.* & quia articulus fuit fusissimè discussus, & apud *Me* nulla remanet dubitandi difficultas, ideò cum d. decisione pertransco, quoad articulum.

6 Cumque, ut inquit *D. Reg. n.2.* d. statutum viget ferè per totam Italiam, & plures excitantur quæstiones, ut est videre apud *Brunum*, qui amplum *tractatum* edidit super d. statuto exclusivo fœminarum, ideo ad illum remitto benignissimum lectorem, ne illius scripta transcribere videar, solummodo observabo infrascripta, quæ in praxi, & in foro judiciali sæpius excitari occurrunt in materia *d. constitutionis in aliquibus, & ut de successionibus* in hoc Regno vigentibus.

Primò observo, quod recepta est omnium penè DD. 7 sententia; quod masculi ita simpliciter, & absolute vocati in statuto, excludant fœminas paris gradus, non autem proximiores, ut habetur per *Castr. cons. 47. vers. contrarium puto verius lib.1.* ubi rationem assignat, 8 quia aliàs sequeretur absurdum, nam quilibet masculus qui esset in decimo gradu excluderet fœminam primi gradus, & post alios ita etiam voluit *Menoch. cons. 317. n.4. & 5. & cons.936. sub n.31 & 32.* & comprobat *Thesaur. dec.57. sub n.3.* ac D Præsid. *Minad.* vir scitissimus in *d. constit. in aliquibus not.4. sub n.21.* qui ita de- 9 cisum affirmat in terminis *statuti, quod stantibus masculis, fœmina non succedant*, ut filia defuncti excludat patruum de qua quæstione latè agit *Fusar. de substit. q.402.* videndus, refert, & sequitur *D. Censal. ad Peregr. ar.26. vers. sed tamen observo fol. 214.* & vers. *seq. incip. Ex quibus dignoscitur* & ponderat *dec.22. sub* 10 *n.5. D Rovit*, per quam fuit decisum, quod dotatio benè efficit, ut fœmina dotata excludatur à masculis ejusdem gradus, non autem ab aliis.

Secundò observo, quod soror exclusa propter para- 11 gium habitum de bonis patris & matris, non excluditur à successione Collateralium *Capy. decis. 153. D. de Anna alleg. 70. n.48. in fine, & D. Regens Capycius Galeota in addit. ad D. Camill. de Medic. cons. 11. sub nu.34.* quem laudat *D. Censal. ibid. vers. quibus omnibus, fol.215.* & quod soror per unicam dotationem non excluditur ab omni successione attentis *d. constitutionibus Regni in aliquibus, & ut de successionibus*, sed tantum à successione dotantis, voluerunt *D. de Franch. dec.161. n.3. & dec.307. n.14. Dec. cons. 433. Menoch. cons.417. n.3. vol.5. D. de Anna cons.45. nu. 73. Thes.* 12 *decis.62.* prout est de jure communi ad tex. capitalem in *l. quoniam novella in fine, C. de inoffic. testam.* sequitur, & ipsos, & refert *D. Censal. loco cit. vers. quinto fol.218.*

Tertiò observo, quod causa exclusionis fœminarum 13 in *d. constit. in aliquibus*, non est dotatio, & conjugatio, sed concursus cum sexu masculino, ideoque si frater dotavit sororem & moriatur absque descendentibus ab intestato, superstitibus d. sorore ab ipso dotata, & alia sorore in capillo, hæc non excludit dotatam, sed collatis dotibus, vel tamè partem detracto à sorore in capillo consimili paragio, succe[ss]ione æqualiter, non tamen superstite alio filio masculo, ex solemni *decis.161. Afflict.* 14 quæ quidem *constitutio in aliquibus* distinguitur a *constitut. ut de successionib.* illa etenim loquitur in allodialibus, & feudis planis, ac de jure Longobardorum, ista verbo loquitur de jure francorum, & in feudis quaternatis *D. de Franch. in addit. ad consuet. si moriatur de success. in addit. incip. quid autem si puber*, & non dissentit *Caravita ad Afflict. d. dec. 161.* & confirmat *D. Rovit. cons.23. à nu.12. vol.1.* ubi semper judicatum, ac 15 practicatum fatetur, quod primogenita dotata à fratre, illo mortuo admittatur ad successionem æqualiter collata dote cum sororibus in capillo, ex *Ant. de Alexandro in d. consuet. si moriatur in addit.* incip. *adverto, & Camillo Salerno ibid.* qui causas decisas reportant, illasque repetit *D. Rovit. d. n.12.*

Quartò observo, quod conclusio illa, quam commu- 16 niter DD Regnicolæ tradunt, ut soror dotata censeatur exclusa ab hæreditate dotantis procedit in terminis *d. constit. ut de successionibus*, non autem *constitut. in aliquibus*, ut notant *Iser. in d. constit. in aliquibus, vers. super*, verbo *maritare*, & in *constit. de successionibus*, ubi intelligunt omnes sororem excludi à successione, si sit dotata de bonis ejus, de cujus successione agitur, ut ibi glosatur per *l. quoniam novella in fine, C. de inoffic. testam.* de qua supra *num. 12.* & paulò post, quis dotata excluditur à successione dotantis tantum ut notatur in *constit. ut de successionibus* super vers. *excluditur*, idemque voluit *in cap. 1. de nat. success. feud. nu. 15.* ubi etiam *Affl. n.22. & 57.* refert & sequitur *D. Censal. in d. art.16. vers. secundo observa, fol. 218.* qui in vers. incip. *tertio habent etiam observa*, ait quod conclusio, quam tra- 17 dunt DD ut soror dotata à fratre excludatur, non solum per alium fratrem masculum, sed etiam per sororem in capillo intelligatur juxta terminos *d. constit. ut de suc-* 18 *cessionibus*: non autem *constit. in aliquibus* secundum quam admittitur æqualiter cum sorore in capillo ad tradita per *D. Rovit. d. cons.23. sub n. 14. 15. & 16.* quia limitatio fuit tradita à DD. in favorem fœminarum, nam dum per *constit. ut de successionibus*, tanquam do- 19 tatæ simpliciter in omni casu videbantur exclusæ, hoc dictum generale restrinxerunt, & limitaverunt, ut deberet intelligi in bonis dotantis tantum.

Quintò observo, quod stante statuto, ut stantibus 20 masculis, fœminæ non succedant, si tamen filius, vel frater existat incapax, non impeditur filiæ succedere, ut tenet, *Bart. in l.1 §. qui habebat per illum tex. ff. de bonor. possess. contra tab. sub nu.2. & 3.* de quo meminit *D. de Medic.* Advocatorum Princeps *cons.61. num.13.* & comprobat *Fusar. q. 318. n. 103. cum seqq. de substit.* quos refert & sequitur *D. Censal. ad Peregr. d. art.16. fol. 219. vers verum declara.*

Sextò observo, quod *constit. in aliquibus* verificatur 21 tantummodo in successione patris, ac matris, non autem fratris, in qua etiam soror quamvis dotata admittitur, nec habet locum *d. constit.* ad tradita per *D. Marcian. disp.83. n.3.* ex ratione adducta *n.25* nam *constitut.* excludit fœminas à successione dotantis tantum, ex *Isernia & Anna*, quos citat.

Septimò observo, quod S. C. in casu hujus decisio- 22 nis mandavit dari dotem de paragio pro quantitate legitimæ

girimæ hæredibus sororis, & ratio fuit, quia paragium in filia nupta non excedit legitimam, in filia verò innupta, & in capillo exist. nec potest excadere legitimam, & usque ad virilem portionem, ascendere, ut *Nos* probavimus *observ.* .9. *n.* 20.

Octavo observo, quod filia per *d. constit. in aliquibus* exclusa stantibus masculis, si moriatur ante nubilem 23 ætatem transmittit ad illius hæredes dotem de paragio, ut fuit decisum per S. C. junctis Aulis die 9. Julii 1597. in causa Jo. Andreæ Gambacurtæ cum Baldaxare Gambacurta in banca de Felice, & penes Secretarium, & ratio est, quia dos sive paragium succedit loco legitimæ quæ ad hæredes transmittitur, vulgatis juribus, & filia monialis consideratur tantummodo ad augendam legitimam de tertia in semissem posita tamen de dote 24 in cumulo hæreditatis, ut fuit determinatum per S. C. pro Hectore Caracciolo contra Isabellam Caracciolam de mense Aprilis 1591. in banca Amatrudæ.

Nono circa constitutionem, *ut de successionibus* plu-25 ra dixi *D. Reg. Marcian. disp* 2. *nu.* 17. 19. 21. 08. *disp.* 3. *n.* 25. *disp.* 5. *nu.* 16. 18. 19. *disp.* 6. *nu.* 6. 10. 13. 27. 48. *lib.* 1. *disp. forens. disp.* 88. *nu.* 5. 13. 15. 21. 89. *nu.* 19. 25. 27. 69. *lib.* 2. *& circa constit. in aliquibus ogit disp.* 4. *n.* 12. *disp.* 6. *n.* 48. *d. lib.* 1. *disp.* 83. *n.* 35. *l b.* 2.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Tempus duorum mensium præfixum à *Regia Pragmatica* personis privilegiatis petendi in integrum restitutionem ad pinguius probandum, quæ restitutio primum, & secundum beneficium in Regno appellatur, an intelligatur, tam respectu Rei, quam Actoris.

SUMMARIUM.

1 *Primum & secundum beneficium, quod est restitutio in integrum, qua conceditur personis privilegiatis adversus lapsum termini, fuit ampliatum etiam ad mulieres.*
2 *Primum, & secundum beneficium ex decreto S. C. lato in anno* 1535. *debebat peti infra* 24. *horas post listam causarum publicatam in Valvis aularum Sac. Cons.*
3 *Decreta S. C. ut leges habenda sunt.*
4 *Introducta causa est preclusa via beneficiis.*
5 *Beneficium primum, & secundum quo temporis intervallo peti debeat, & an dispositio* Regiæ Pragmaticæ *procedat, nedum in reo, sed etiam in actore, num.* 6. *&* 7.
8 *Dispositio* Pragm. 16. de ord. jud. *lata in anno* 1621. *est introducta ad finem resecandi dilationes.*
9 *Dilationes solent ex parte reorum procedere, non autem actorum, quorum non est fugere.*
10 *Ratio legis ubi cessat, debet cessare & ejus dispositio.*
11 *Ratio est Anima legis.*
12 *Actor an teneatur facere depositum pro pœna nullitatum proponendarum, exequuta sententia, intellige, ut num.* 28.
13 *Refertur decisio S. C. contra aliam relatam per* Jo. Baptistam de Thoro in verbo beneficia, tom. 2.
14 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda,*
15 *Actor, & reus non debent ad imparia judicari.*
16 *Æqualitas in judiciis est servanda.*
17 *Reo non debet plus licere, quam actori.*
18 *Actori non licet quod reo denegatur.*
19 *Actor, & reus sunt correlativa, & sicut actor debet probare intentionem suam, ita & reus exceptiones.*
20 *Actor prius debet incipere, & complere, quam reus.*
21 *Reus semper favorabilior est, quam actor, contra opinionem* Ang. & Castrens.
22 *Actor, & reus non comparentes in statuto termino post litem contestatam, mulctantur pro æqualibus partibus in decima parte litis motæ,*
23 *Hostica exceptio potest etiam opponi per actorem, si sit absens causa Reipublicæ.*
24 *Actor, & reus sunt in pari causa quoad omnia.*
25 *Actores multoties dilatant lites, & rei judicium prosequuntur.*
26 *Actor quando non vult litem prosequi, reo instante potest citari.*
27 *Dilatio non conceditur actori, quæ non sit etiam concedenda reo.*

DECISIO CXXXVI.

1 IN hoc Regno Neapolitano restitutio in integrum quæ conceditur personis privilegiatis adversus lapsum termini, vocatur primum, & secundum beneficium, ex quo bis conceditur, de quibus per *Novar. in collect. ad Pragmaticas Regni, in Pragmatica* 16. *de ord. jud. collect.* 14. quod fuit ampliatum etiam ad mulieres, ut in *Constit. Regn.* incip. *Obscuritatem*; Verum quia multoties litigantes hac occasione protelabant expeditiones causarum in infinitum, attendebant enim tempus expeditionis causæ, & tunc petebant dictas 2 restitutiones, sive primum & secundum beneficium, non obstante decreto S. C. lato in anno 1535. in quo cavebatur, quod peti deberetur infra 24. horas post listam causarum publicatam in Valvis aularum S. C. quod decretum est publicatum, sive registratum in *Pragm.* 53. *de offi. S.C.* & hoc ea ratione, quia decreta 3 S. C. pro lege debent observari, quando in similibus promulgata sunt, ut per *Reg. Pragm.* 47. §. *fin. eod. tit.* ut advertit *Regens Rovitus in dicta Pragm.* 52. Tamen quia *Pragm.* prædicta non erat in observantia, sed ad 4 finem, ut evitarentur dilationes per S. C. interponebatur decretum causam esse introductam, post quod decretum beneficium non concedebatur, ut habetur per *Franch. decis.* 26. *nu.* 9 *&* 10. licet de hoc etiam dubitabatur; stante alia decisione relata per *Menad. decis.* 25. *Masul. ad Capyc. decis.* 9. *Thesaur. decis.* 33 *Gizzar. decis.* 12. obi *Addentes*, ex iis dicit *Rovitus in dicta Pragm. sub n.* 2. quod vidi dubitari de veritate dictarum decision. Ideo ad evitandum litigantium dilationes in anno 1621. fuit promulgata alia *Pragm.* qua cavetur, ut primum beneficium peti non possit nisi infra triginta dies, numerandos à die intimationis publicationis in causa, & secundum infra alios triginta dies immediate sequentes, & in causis ubi testes non examinantur, & sic in eis non fit publicatio, terminus dictorum duorum mensium currit à die conclusionis intimatæ ut 6 in *Pragmat.* 16. *de ordine judiciorum*, fuit tamen dubitatum in causa Notarii Iosephi Palomba cum Francisco Camera, utrum dispositio dictæ *Regiæ Pragmaticæ* procedat nedum in Reo, sed etiam in Actore, ita ut elapsis dictis duobus mensib. excludi debeat à dictis beneficiis.

Allegabatur pro Actore, qui primum beneficium petebat decisio S. C. relata per *Thorum in secunda parte Compendii in verbo Beneficia, sive restitutiones in integrum, fol.* 44. ubi refert, in an. 1623. ad relationem Regii Consiliarii *Marcelli Marciani* in causa Joan. Antonii della Grotta cum Aloysio de Aloye fuisse decisum, *Regiam Pragmaticam* prædictam habere locum respecto 7 Rei conventi, non autem respectu Actoris, cui re opus prædictum petendi beneficia nonco [illegible] petii, affirmatur ra-8 tio, quia cum lex sit introducta ad finem resecandi dila-9 tiones, ut dicitur in *Proœmio dictæ Pragmaticæ*, quæ dilationes solent ex parte Reorum procedere, non autem actorum, quorum non est fugere; *Specul. tit. o. de contumac.* §. 3. *n.* 2. *Item dec.* 0. *n.* 4. *de sequestrat. poss. & fruct. in* 10 *novis*, quæ cum non militent in actore, qui expeditioni vacare solet, debet cessare & legis dispositio, *l. in emns, ff. de adoption* & quamvis hoc non exprimatur in *Pragmatica*, tamen colligitur ex ratione motiva 11 illius; Ratio enim est anima legis, *l. cum ratio, ff. de bonis*

bonis damnator. & pro prædictorum comprobatione affert aliam decisionem in olio casu, quem finalem vocat, ex eo, quia quamvis ad finem, ut quis possit dicere de nullitate sententiæ, debeat facere depositum pro pœna nullitatum, ut habetur in *Pragm. 4. §. 16. de dilationibus,* quæ quamvis generaliter loquatur, & sic generaliter intelligi debeat, *l. de pretio, ff. de publ. in rem action.* tamen in causa Venerabilis Monasterii Sancti Sebastiani cum Dominico de Donna fuit decisum non teneri actorem facere depositum pro pœna nullitatum, exequuta sententia.

Quibus tamen non obstantibus contrarium fuit decisum in S.C. in causa prædicta die 25 Januarii 1637. in Banca de Scacciavento Actorum Magistri S. C. ex regulis vulgaris, quia cum lex generaliter loquatur, generaliter etiam est intelligenda, dicta *l. de pretio, ff. de publ. in rem action.* nec debent actor, & reus ad imparia judicari, *l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Mastrill. decis. 243. num. 17. Vivius decis. 055. num. 41. Franch. decis. 136. num. 3.* æqualitas enim est in judiciis servanda, *l. non tantum, ff. de re judic. l. viro, ff. solut. matrim. l. in sacris, la terza, & ibi glos. in vers. custodiri, C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.* nec debet plus licere reo quam actori, *glos. in Constit. Regn.* incipiente *Constitutionem prædecessorum nostrorum, sub tit. in quibus rebus petatur trigesima, in verbo damnatos* nec actori licet, quod reo denegatur, *can. 2. 4. quæst. 4. Barbos. in opusc. princ. jur. vers. l. litera A. num. 13. cap. 2. de mut. petit.* Sunt enim actor, & reus correlativi, & sicut actor debet probare intentionem suam, ita & reus exceptiones, *l. siquidem C. de excep.* Immo actor prius debet incipere, & complere, quam reus, *l. exceptionem, C. de probat.* & acta actoris debent præcedere, *Marant. in proœm. sui specul. num. 11.* & prius intentionem suam fundare, & probare, *Bald. in d. l. siquidem, num. 2. C. de excep. Gayl. de pignor. act. observat. 16. num. 10.* prius etiam jurat de calumnia, *gl. in l. 2. vers. actor, ff. de excep.* prius etiam declarat circa usum *Ann. singul. 454 Thor. vot. 34. num. 31. cum sequentibus,* & quamvis *Angel. in l. inter stipulantes, §. si Sti bum, num. 4. ff. de verb. obligat. & Paul. de Castr. in l. de die, num. 2. ff. qui satisdar. cogant.* dixerint quod actori favendum est in principio litis in medio utrique, sed in fine favendum est reo, ut in dubio absolvatur; attamen semper favorabilior est reus, quam actor, *l. fin. ff. de servo, Andr. de Isern. in Constit. Regni* incipiente. *Si quis in posterum. in verbo illud etiam, fol. 35 col. 1. in vers. si pluries,* & in puncto, quod in pœnalibus judiciis idem statuitur de actore, quam de reo, adest *Regni Constitutio* incipiens *Contingit interdum,* ubi etiam *glos. & Isern.* quod si in statuto termino post litem contestatam non comparent, tam actor quam reus in decima parte moræ litis pro æqualibus partibus mulctantur; Secundò adduci potest id, quod dixit *Isernia in Constitutione Regni* incipiente *Hostici exceptionem,* per quam cavetur quod qui ob bene causa Reipublicæ possit exceptionem hostici opponere, qua opposita, & probata per quindecim dies antequam iter capiat, & quindecim dies postquam reversus fuerit immunitatem responsionis habebit, ita ut neque procuratorem teneatur relinquere. Quærit *ibi Isernia in verbo, item an actor, fol. 118. col. 1.* ubi quia lex loquitur de reo, & non de actore, & actor post litem contestatam tenetur ad instantiam rei litem prosequi, utrum si sit absens causa Reipublicæ possit eandem exceptionem opponere, & concludit, quod sic, ea ratione, quia de actore est eadem causa cum illa, & quod idem procederet, quando actor esset infirmus, quia utrobique justa est causa, ut quia submonitus, vel infirmus, & actor, & reus sunt in pari causa quoad probationes, & præsumptiones, & quoad omnia. *Menoch. præsumpt. 90. lib. 2. n. 16. Affl. decis. 379. Castill. de tert. debit. cap. 13. num. 4.*

Nec obstabit, quia *Pragm.* sit emanata ad evitandum dilationes, quod non militat in actore, qui etiam multoties actores dilatant, & rei judicium persequuntur, quod possit fieri habetur ex *text. in auth. qui semel, C. quomodo, & quando judex,* ubi habetur, quod quando actor non vult litem prosequi, reo instante citari potest, *Bald. in d. l. mandatum, vers. fin. C. mandati, Marant. in suo Speculo par. 6. in verbo vel ò concipiatur citatio, num. 87.* nec aliqua dilatio est concedenda actori, quæ non conceditur reo, *cap. 2. de mutuis petit. cap. non debet, de reg. jur. in 6.* quia debet instructus ad causam venire, *Veral. dec. 15. p. 1. Crescen. decis. 5. de dilat. Cassador. decis. 1. eod. tit. de dilat.* omnes enim dilationes, & termini sunt communes utrique parti, *c. 5. de mutuis petition. cap. non debet, de reg. jur. in 6. Alex. cons. 65. n. 1. vol. 1. Reg. Rovit. in pragm. 1. de bon. prodit. n. 57.* ubi ampliat etiam respectu Regii Fisci, & plene de hac materia *Petr. Greg. syntag. jur. univ. lib. 4 c. 8.* nec de decisione relata per *Thorum in dicto verbo Beneficia* fuit habita ratio, quia Ego miratus de tali decisione contra juris regulas, de ea verba feci cum Regio Consiliario Marcello Marciano, ad cujus relationem refert *Thor.* fuisse interpositum decretum, qui negavit, nunquam hoc ad sui relationem fuisse decisum, & propterea volui hanc decisionem notare, non quod casus dignus esset decisione: nam, ut alias dixi, multa transeunt ex variis figuris causarum, & propterea qui non interfuit decisionibus, & non scit, ex quibus causis motus fuerit Senatus, non potest decisiones referre.

Nec tandem obstat alia causa decisio relata in verbo quotiescunque exequuta sententia proponuntur nullitates per viam actionis, nec actor, nec reus faciunt depositum, *Pragm.* enim fuit emanata, quando nullitates proponuntur ad finem impediendi exequutionem sententiæ, ut expresse dicitur in *Pragmatica 5. §. 3. de Offic. Sacr. Cons.* quæ *Pragmatica* fuit declarata, & restricta circa modum nullitates proponendi in dicta *Pragm. 4. §. 16. de dilationibus.*

OBSERVATIO IN DECIS. CXXXVI.

SUMMARIUM.

1 Decisio 136. D. Regentis *est duplicata cum* dec. 91. *lib. 1.*

2 *Beneficium primum & secundum conceduntur absque probatione læsionis, sed ad simplicem petitionem privilegiati, & conceduntur in causa liquidationis, vel appellationis, si in causa principali concessa non fuerint num. 3. & 4. & ita decisum, numer. 5.*

6 *Restitutio in integrum conceditur mulieri viduæ adversus omissam reclamationem per ejus procuratorem, tamen magis si sit decrepita, & absens ne dum à loco judicii, sed à Regno; & constat de bono jure ipsius, & decisio adducitur, num. 7.*

8 *Beneficia non dantur in judicio spolii moto post possessorium summarissimum super manutentione, lite pendente, ubi de ratione, & nu. 9. ubi etiam decisio adducitur.*

10 *Restitutio in integrum, quæ conceditur minori, an prosit etiam majori, & distinguendum est, ut nu. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.*

20 *Major in individuis adversus sententiam an juvetur beneficio minoris, & n. 21. 22. 23. 50.*

24 *Appellatio debet declarari deserta ubi minor non tractat de damno, sed tantum de non captando lucrum, & nihil de novo deduxit in appellatione, amplia, nu. 25.*

26 *Minor in judicio læsus potest habere recursum contra tutorem si est solvendo, & nu. 27. & non restituitur ex solo lapsu fatalium, sed oportet probare, quod sit læsus.*

28 *Renunciari an possit sententia obrepta ad intell. l. 6.*

Judex

judex circumvento, ff. de minor. & nn. 29. 30. 31. 32. 33. & 34. ubi rationes adducuntur.

35 *Agens non potest judicio moto renunciare.*

36 *Clericus qui egit contra laicum coram judice laico si ibi fuit reconventus à laico non potest judicio per ipsum moto renunciare.*

37 Tex. in l. si judex circumvento, ff. de minor. *declaratur, & n. 38. 39. 40. 41. & 42.*

43 *Appellatio dicitur præsidium innocentiæ, & theriaca contra venenum judicis.*

44 *Appellatio interposita ab uno ex litigatoribus prodest alteri, qui non appellavit, & interposita à victo prodest etiam victori, qui potest petere sententiam reformari, quo ad condemnationem expensarum omissam per judicem primæ instantiæ, n. 45.*

46 *Victor ubi victus non appellavit, poterit appellare ab omissione condemnationis expensarum, & in cæteris sententiam approbare.*

47 *Appellans potest appellationi renunciare, intellige re integra, idest antequam expedita sit citatio pro prosecutione appellationis, hoc enim casu non admittitur revocatio, nisi appellato consentiente n. 48.*

49 *Renuncians liti censetur renuntiare instantiæ & omni juri, quod in judicio deductum fuit etiamsi ob causam de futuro facta esset renunciatio.*

50 *Collitigator in individuis, & connexis consequitur ex persona alterius collitigatoris, quod ex propria persona consequi non potest, ubi eadem causa, eadem defensio, & idem jus est omnium.*

1 HÆc decisio 136. est duplicata cum *decisione 91. lib. 1.* in eadem causa compilata sub diversa tamen methodo, ubi plura *Ego in observat.* adduxi ad illius ornatum, ideo repetenda non sunt hic, sed ad ibi dicta recurre tu, benigne lector, ne tamen sicco pede pertransire videar in materiis hujus decisionis infrascripta alia observo in gratiam lectoris.

Primò, quod primum, & secundum beneficium conceditur absque aliqua læsionis probatione, sed ad 2 simplicem privilegiati petitionem, ut post alios fundat D. Reg. *Marcia disp. 19. sub numer. 1. lib. 1. disput. forens.* ubi meminit de *D. Auctore in d. decis. 91.*

Secundò, nam si privilegiatus in causa principali beneficia non petierit, nec habuerit, concedenda 3 erunt in causa liquidationis, vel appellationis, ut decisum habemus apud *Affl. decis. 31. & 114.* secus tamen est si in causa principali beneficia fuerint concessa, ne plures dentur restitutiones, ut tradit *D. Marcian. ibid. num. 2.*

Tertiò nam licet per *pragmat. 16. de judic.* sit expressè sancitum, ut elapso bimestri tempore à die pu-4 blicationis, vel conclusionis notificatæ non concedantur amplius beneficia; attamen si in causa principali non fuerint concessa erunt concedenda in causa liquidationis, vel appellationis, ut sup. *n. 3.* probatum extat, ideoque *D. Marcia. ubi sup. nu. 3.* refert per S. C. sub die 28 Septembris 1649. ipso votante ad relationem 5 D. Consil. *Jo. Baptista Amendola*, nunc R. C. S. Præsidentis Decani viri solertissimi, ac Domini mei singularissimi in causa Portiæ de Corvlacum Barone J. Baptista de Corvis in banca de Burrello decisum, esse concedendum secundum beneficium, ex quo in causa principali habuerat primum juxta *d. decis. Afflict.*

Quartò observo, quod mulieri viduæ adversus omis-6 sam reclamationem per ejus procuratorem datur in integrum restitutio, tanto magis si sit senex decrepita, & absens nedum à loco judicii, sed à Regno, & si constat de bono jure ipsius principalis, & tamen procurator omisit appellare, ut liquet ex traditis per *D. Marcian. loco cit. à n. 6. vers. cum igitur per tot. nu. 22.* ex quibus omnibus, & præcipuè ex justa causa ignorantiæ propter absentiam, concurrente etiam sive dolo, sive simplicitate procuratoris, & notoria justitia principalis quarè obtinuit *D. Marcian.* palmam, ut advocatus causæ sub die 19. Junii 1640. dum fuit provisum per S. C. esse defendendum petitæ in integrum restitutioni ob 7 omissam reclamationem, ut ipse testatur, n. 15. etiam in gradu reclamationis, & nullitatum in banca Juvenis, de qua decisione etiam testatur *D. Consil. Arias de Mesa causa relator lib. 3. var. cap. 44. n. 19. & 23.*

Quintò observo, quod beneficia non dantur in judicio spolii intentato post possessorium summariissimum super manutentione lite pendente secundum *Pisanell. ad* 8 *Affl.* ubi rei decisum refert *dec. 156.* quia possessorium recuperandæ, ut incidens, & emergens summariissimi perdit naturam suam, & assumit naturam sui principalis *D. de Franch. dec. 511.* & cum casus accidisset in R. C. S. inter Jacobum Alfetium, & Civitatem Aquilæ, ubi Jacobus à principio deduxit utrumque possessorium tam retinendæ summarium, quam summariissimum secundo loco in alio libello, in quo dixit, quod Civitas in contemptum provisionum d. R. C. S. eidem intimatarum, lite pendente de facto spoliavit ipsum cursu aquæ vivæ fluentis in suum viridarium, & per R. C. S. fuit datus terminus super omnibus, & productis testibus per Alfetium, & facta publicatione, Civitas ratione possessorii recuperandæ cumulati petiit beneficium & quia opponebatur per Alfetium, quod spolium erat incidens & retinebat naturam sui principalis, propterea servata forma decisionum relatarum per Pisanell. per R. C. S. facto verbo per D. Præsid. Camillum de 9 Curtis virum doctissimum die 9. Februar. 1601. in banca . . . . fuit provisum, quod procedatur ad expeditionem causæ possessorii summariissimi absque beneficio.

Sextò observo circa restitutionem in integrum concedendam, an illa quæ conceditur minori prosit etiam majori, & distinguendi sunt duo casus juxta ea, quæ scripsi tempore, quo in publico gimnasio audiebam 10 *D. Jo. Laurentium de Ruggerio* vespertinæ lectionis primarium lectorem in discursu cũ aliis auditorib. habito.

Primus est, si tractaretur, quando sententia est lata contra minorem, & majorem, si minor reclamaverit, & major non, an hæc reclamatio prosit majori lata sententia in favorem minoris, ut ea se juvare possit, & hoc casu, dico quod non inspicitur an reclamans fuerit minor, vel major, sed tantum inspicitur an una, eademque sit 11 causa defensionis, & tunc reclamatio unius proderit alteri *tex.* est clarus *in l. 1. C. si unus ex pluribus*, & clarior *in l. 2. in princ.* quæ jura procedunt quando una tantum est causa defensionis declarat, *Alex. in l. minoribus 1. col. vers. item nota & ibi Jason. in mag. nota, §. de his, qui ut indig.* sequitur *Aymon. in cons. 45. 1. col vers. ad idem facit 1. vol. & in cons. 278. 1. col. vers. hoc ita 1. vol.* nec hoc casu per jura prædicta, consideratur an causa sit, vel non sit dividua.

Secundus si tractatur an lata sententia contra minorẽ, & majorẽ, quę respectu utriusq. transiit in rem judicatam, verum minor adversus fatalium decursum petũ in integrũ restitutionem, an hoc casu restitutio hæc prosit 12 majori, & dico quod transactio, & jus jurandum sententiæ æquiparantur *l. 1. cum glos. ff. de jurejuran.* quando enim est una, & eadem species defensionis habemus *tex. clar. in l. 1. C. si in commun. eademq; causa*, ubi erant frater, & soror, qui transegerant, mulier videlicet contrahendo, & frater ratificando, & minor mulier restituitur 13 & frater non, & est restitutio non prodest majori fratri, & *glo.* ibi ponit exemplum, quod agebatur rei vendicatione, & quod unica fuisset causa defensionis apparet, quia frater, & soror erant, & in una eademque re, postquam omnes ab uno, eodemque patre dependebant, non poterat plus juris unus, quam alius habere. At clarior *tex. in l. 2. C. si unus ex pluribus in secunda responso* cujus tex. verba formalia sunt hæc primo dixerat appella-14 tionem unius alteri prodesse in primo responso, deind

subd

e

subdit, *qui, si ætatis auxilio unus contra sententiam restitutionis impetraverit, majori, qui suo jure non appellaverit rescriptum non prodest*, & hoc secundum responsum debet intelligi esse in eadem causa in qua primum responsum est, in quo *Imperator* respondit appellationes unius alteri procedere, quod declaratur in secundo casu, dixi, quando est una, & eadem species defensio- 15 nis, apparet ergo ex *tex.* sic declarato, quod quando major restituitur adversus sententiam etiam quod sit una eademque causa defensionis, restitutio ei concessa non prodest majori *Bart. in d. l.* 1. assignat rationem, quia beneficium datur ratione minoris ætatis *Bal. in d. l.* 1. *C. si in communi eademque causa*, apertius declarat 16 rationem *d. l.* & dicit rationem diversitatis esse, quia in casu *l.* 1 § *si in communi eademque causa*, & *l.* 2 *secundo responso* minor juvatur singulari beneficio restitutionis, sed in communi beneficio appellationis in quo plures 17 eodem jure participant, factum unius prodest alteri, etiam in iis quæ divisiones recipiunt, immo de jure est expeditum restitutionem concessam minori adversus sententiam non prodesse alteri minori consorti ejusdem litis *Salic. in d. l.* 1. *C. si unus ex pluribus pen. colum.* 18 *vers. jux. hoc quæro*: Ex prædictis ergo apparet quod licet sit una eademque causa defensionis, licet appellatio unius prosit alteri etiam in individuis, nihilominus restitutio unius alteri non prodest, quæ jura, & decisiones clare procedunt, ubi tractatur de solutione quantitatis pecuniæ, & de jure est clarum quod labor, & pecunia divisionem recipiunt *l. scio ff. de annuis lega.* quem *tex. ad hoc* allegat *And. in c. ammet filii* 2. *col. si de feu. defuncti milit.* & *per dict. l. scio* plura ad propositum ponit *Paris. in tract. de re integra feudorum in cap. pene prosunt duo domum* 3. *colum.* & patet hoc ad sen- 19 sum & profecto mirum videretur, quod major, qui ex sua negligentia patitur cursum fatalium, velit ex persona minoris juvari in prosequendo id quod ad ipsum spectat, & amissum est.

Nec in casu isto, oportet ingredi materiam, an in 20 individuis major adversus sententiam juvetur beneficio minoris, nihilominus, ut casus iste clarius decidatur, dico communem esse opinionem quod major adversus sententiam etiam in individuis non gaudeat beneficio minoris, hanc esse communem opinionem testatur *Iacobi de Sancto Georgio in d. l.* 1. 1. *col. in fin. C. si in communi eademque causa*, ubi respondet ex mente *dicto ad l. si communem*, *ff. quemadmod. servit. amitt.* 21 quod procedit respectu servitutis conservandæ, cum præscriptio non currat contra minorem, secus autem est, respectu servitutis, amissæ restituendæ, ut pulchre considerat, *Pet. de bellapertica ibidem*, & est casus noster in quo tractatur de restitutione in integrum adversus lapsum fatalium decursorum tam contra minorem 22 quam contra majorem, & ex hoc infero ea, quæ ponunt *docti moder. per d. l. si communem* in individuis majorem gaudere beneficio minoris procedere respectu servitutis conservandæ, non autem amissæ restituendæ, vel recuperandæ, & regulam prædictam ponunt, *Decius post alios in l. si emancipati in glo.* 1. *C. de collatio*, *Afflict. in decis.* 213. *Boer. in dec.* 300. *in* 1. *col. vers. nec obstat sub. par. Cotta in memoralibus* in verbo *connexorum*, & in verbo *sententia Soc. Iun. in trac.* 1. *in* 1. *dubio Aymon. in consi.* 236. 1. *vol.* Et ex iis clarè apparet 23 quod si, in individuis major non gaudet beneficio minoris, ex prædictis, quanto magis dicendum est in casu de quo agitur ubi tractatur de materia dividua, scilicet de solutione quantitatis.

Nec omitto dicere quod judex ubi videt sententiam 24 latam cum maxima causæ cognitione, nec de novo aliquid videt deductum, & etiam quod minores non tractant de damno, sed tantummodo de non captando lucrum, deberet etiam respectu minoris appellatio- 25 nem declarare desertam, eo magis, quia potest habere recursum contra tutores, quando solvendo sunt ita in specie respondet *Hieron. Grat. in respons.* 119. in casu proposito *ult. col. vers. tertio dato vol.* 1. ibi respondet mi- 26 nori non dari restitutionem in integrum eo solo, quod lapsa sint fatalia, sed oportere probare quod sit læsus, item, quod quia dicti tutores sunt solvendo minor non 27 restituitur, sed debet agere contra tutores, & curatores plenè *Alex.* 9. 55. *quoniam col. ult.* 3. *vol. in fin.*

Circa tamen conclusionem de qua *D. Regens nu.* 26. observavi casum similem, & practicabilem in judiciis, 28 an possit renunciari sententiæ obtentæ. puta Titius vendidit domum Caio pro franca, & libera, illaque reperta obnoxia pluribus creditoribus, & instituto judicio per Caium contra Titium venditorem obtineat sententiam, per quam condemnatur ad recipiendum domum, ac ad restituendum pretium Caio emptori, si possit d. emptor dicere nolo uti sententia, & sic se pœnitere per regulam textus in *l. si judex circumvento*, *ff. de minor.*

Et negativè in casu prædicto mihi proposito ab ami- 29 co timoratæ conscientiæ respondi, venditor namque potest petere executionem sententiæ pro parte emptoris illo invito ex notatis per Bartolum in *l. si post mortem*, *ff. de bonor. possess. contra tabul.* nam in judiciis qua- 30 si contrahitur *l.* 3 §. *item scribit*, *ff. de pecul.* & à contractu non potest recedi, nisi consensu duorum *l. ab emptione*, *ff. de pact. l.* 1. & 2. *C. quan. lic. ab empt. disced.* sic pariter in judiciis confessio sit parte præsente, & ac- 31 ceptante, ideo non potest revocari *l. certum*, §. *si quis, absente*, *ff. de confess.* Hinc dixit *Castr. in l. quoties nu.* 6. *ff. sol. matrim.* quod qui aliquid dicit in judicio, 32 ex quo altera pars prætendit aliquam utilitatem, non potest postea pœnitere invita altera parte, & *Innoc. in* 33 *cap. ex conquestione n.* 3. *de restit. spoliat.* inquit quod rescriptum fit commune per præsentationem, adeo quod Reus potest illo uti invito Actore præsentante, & è 34 contra, quod tamen intelligunt. *Roman. cons.* 343. *ac Franc. Aret. consil.* 33. post decretam citationem, ergo tanto fortius lata sententia non licebit pœnitere.

Item agens non potest judicio moto renunciare 35 *Auth. qui semel*, *C. quom. & quando judex l. postquam lite*, 36 *C. de pact.* ex quibus juribus *specul.* quem refert *Afflict. dec.* 173. ait quod si clericus agit coram judice laico contra laicum, qui ipsum reconvenit, quod Clericus non potest pœnitere, & judicio cœpto non potest renunciare in præjudicium juris quæsiti.

Dicebam etiam quod *d. l. si judex circumvento* de- 37 bet intelligi, prout DD. illam communi calculo intelligunt, ut procedat in casu speciali, quando agit minor, obtinet sententiam, & non vult uti, prout tex. ille 38 concedit, ut utatur si velit, rationem assignat *Bald.* videndus *in l.* 4. *ff. de edil. actio. nu.* 7. ubi specificè determinat istam quæstionem, inquiens. Pone lata est sententia, quod venditor recipiat rem, & reddat pretium, an ex ista sententia nascatur venditori actio in factum, si emptor non vult uti sententia, & dici, videtur quod non per *tex. in l. illud*, §. *fin. ff. de edil. edicto*, sed ibi dicit 39 ipse *Bald.* res nondum transivit ad condemnationem utriusque partis hic sic, & ideo standum esse sententiæ.

40 Tandem dicebam *Tiraq.* tractare hanc materiam diffusè *in tract. de retractu lignag. ad finem tituli q.* 4. *à nu.* 24. *usque ad* 31. ubi allegat multa more suo, & concludit non licere pœnitere, respondens textui *in d. l. si judex circumvento*, ut procedat de jure speciali minorum; sed quando sumus in casu non privilegiato, prout in casu supra proposito, procedunt regulæ supra traditæ, & aliæ quamplurimæ, quæ adduci possunt, ut standum sit sententiæ, & allegat *doctrinam Baldi* supra relatam, qua deciditur casus propositus.

Septimo observa circa appellationem, quod illa dicitur præsidium innocentiæ, ac theriaca contra venenum judicis, ut voluerunt *Bal. in l. unica in fine*, *C.*

ff. de moment. possess. appell. Gul. de Benod. in capit. Rainutius par. 2. in verbo mortuo itaque testatore, il primo num. 270. de testam. quos refert, & sequitur *Meller. lib. 4. semestr. cap. 23. n. 5.* illaque est communis, ideo 44 si unus tantum ex litigatoribus appellat, etiam actor, qui non appellavit uti potest *l. fin. ubi Bald. C. de appellat. Guid. Pap. de appellat. q. 118.* hinc *Hippol. de Marsil.* 45 *in pract. crim. §. interest. in fine,* inquit, quod appellatio interposita à victo prodest etiam victori, qui, illa uti potest & petere sententiam judicis primæ instantiæ, si forte in ea omisit condemnationem expensarum, 46 quantum ad hoc reformari, sin verò victus non appellat, tunc poterit victor appellare ob omissionẽ expensarum, & in cæteris sententiam approbare sequitur, *Meller. d. lib. 4. cap. 35.* ideoque ad intellectum eorum, quæ *tradedit n. 29. cum pluribus seqq.* adverte, quod etsi 47 is, qui appellationem interposuit, ei renunciare possit, ita ut nec quidem alter uti queat ad tradita per *Bald. in l. 2. C. de consort. ejusd. lit. & Guid. pap. de appellat. quæst. 110.* quod tamen intelligit *Meller. d. cap. 35. vers. in Aula* 48 *tamen* re integra, non alias, & quod res integra dicitur in casu prædicto antè emissam citationem pro prosecutione, vel justificatione appellationis, nam postea ei renunciari, nisi appellato consentiente, non permittitur, & ita servari in Aula Electoris Saxoniæ affirmat *ibid. Meller.*

Et ultimo, observo, quod renuncians liti, non tan-49 tum instantiæ, sed omni juri, quod in judicio deduxit renunciasse censetur, etiamsi ob causam de futuro, renunciatio facta esset *Castr. in l. postquam liti, & ibi etiam Dec. C. de pactis argum. l. fratres, C. de transact. Meller. lib. 4. semestr. c. 1. n. 3.* & circa dicta supra *num. 20.* notabis quod in individuis, & connexis ratione com-50 munionis, & connexitatis ex alterius persona sæpè quis consequitur quod ex propria persona consequi non potest, maximè ubi omnium est unum, & idem jus, una, & eadem causa, unus, & idem modus agendi, ut ex *Iasone, Felino, Menochio, Cassanto, Covarruvias in locis ibi citatis,* tradit *Meller. d. c. 1. n. 27.* quod nota ad ea quæ dicta sunt sup. *n. 25. & seqq.*

Michael Angelus Gezzius.

ARGVMENTVM.

Retentio an, & quando detur possessori, & utrum detur hæredi, qui actualem possessionem non habuit, ex quo bona erant sequestrata ordine Iudicis, & quid quando fuit res exposita venalis, & accensa candela liberata, licet nondum habuerit effectum venditio ob nullitates allegatas, & num hæres accipiendo rem hæreditariam in affictum, sibi præjudicet in possessione, & an pro credito illiquido detur retentio; & quando dicatur liquidum, vel illiquidum, & multa de herede cum beneficio legis & Inventarii.

S U M M A R I U M.

1 *Retentio non datur, nisi possessori.*
2 *Possessio in haeredem non transfertur, nisi fuerit apprehensa; quod etiam procedit in feudo, n. 3. & n. 34.*
4 *Debitor habendo rem pro derelicta, possessionem in manu Iudicis relaxando, amplius ei regressus non datur, quamvis ab alio res non occupetur.*
5 *Iudex quando interponit secundum decretum ad instantiam creditorum, tunc transfertur possessio naturalis, & vera, licet per actum fictum.*
6 *Sequestrum à Iudice factum regulariter possessionem non tollit, nisi dignoscatur, quod eo animo fuerit, ut possessionem auferret.*
7 *Possessio amittitur propter conductionem rei propria à manu Iudicis; Intellige, ut n. 41.*
8 *Venditio dicitur perfecta eo ipso, quod facta oblatione, & candela accensa, illaque extincta remaneret ultimo licitatori pro pretio per eum oblato.*
9 *Venditor rei feudalis etiam post perfectam venditionem potest illam revocare virtute* Constit. Regni Constitutionem Divæ memoriæ.
10 Constitutio *incip.* Constitutionem Divæ memoriæ *non habet locum in venditione necessaria.*
11 *Alternatio voluntaria satis differt à necessaria.*
12 *Retentioni locus esse non potest, ubi non est possessio.*
13 *Hereditas non adita non transmittitur, nisi ad heredes suos.*
14 *Actio ad feudum dicitur feudalis.*
15 *Assensus Regius si fuerit expeditus post mortem unius ex contrahentibus, an valeat.*
16 *Hereditas semel adita non potest amplius renunciari.*
17 *Heres suus potest infra triennium non obstante renunciatione hereditatem adire.*
18 *Contrariorum quando sit eadem disciplina.*
19 *Inventarii confectio in Statu Mediolani non prodest; quid si heres habeat bona in alio Dominio, n. seq.*
21 *Heres cum beneficio inventarii dicitur propriè heres; Contrarium, ut n. 30.*
22 *Heres non potest pro parte esse heres, & pro parte non, quia alia pars etiam eo invito illi accrescit.*
23 *Testator ratione diversorum patrimoniorum potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod non procedit respectu heredis, ut possit pro parte acceptare, & pro parte non, num. seq.*
25 *Inventarii beneficio uti non potest qui omnia bona, etiam in aliena Provincia existentia non descripserit.*
26 *Inventarii confectio an incipiat a die aperturæ testamenti, vel delatæ hereditatis ab intestato, utraque opinio refertur.*
27 *Hereditas animo aditur.*
28 *Aditio fit statim ac heres petiit in M.C.V. expediri decretum præambuli ad sui beneficium.*
29 *Cessio non operatur, nisi pro ea quantitate, quæ vere fuerit soluta.*
30 *Retentio non datur, ubi creditum redditur illiquidum; Declara, ut n. 44. & 45.*
31 *Professio non admittitur per sequestrum à Iudice factum.*
32 *Primum, & secundum decretum quando, & qualiter sit interponendum.*
33 *Interdictum retinendæ possessionis an competat pro possessione sequestrata.*
35 *Possessio transfertur heredi per Colonum, maxime quando Colonus solvit heredi pensionem, numero sequenti.*
37 *Barones in Parlamento generali donant tam pro se, quam pro suis Universitatibus*
38 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis.*
39 *Iussus mitti in possessionem si impeditur, perinde habetur, ac si possideret, & competit ei interdictum retinendæ, num. seq.*
41 Text. in l. si aliquam rem, ff. de acq. possess. *expenditur.*
42 *Possessio animo amittitur.*
43 *Exceptio nullitatum, quæ resultant ex eisdem actis impedit exequutionem decreti.*
46 *Sententia non dicitur inter alios acta, existente legitimo contradictore.*
47 *Iure diverso alteri succedere non est inconveniens.*
48 *Testator secundum* Consuetud. Neap. *potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
49 *Bona ubi sunt in diversis locis, successio etiam diversimode regulatur.*
51 *Statutum disponens aliquid contra heredem, an habeat locum contra heredem cum beneficio legis, & inventarii.*
52 *Heres cum beneficio legis, & inventarii potest se tueri in illis locis, ubi viget hoc beneficium, non in aliis, prout in Statu Mediolani.*

53 *Inven-*

53 *Inventarii vicem aliquando supplet descriptio bonorum.*

54 *Hæres non tenetur ad pœnam non conficiendo inventarium, quando nulla potuit esse fraus.*

55 Text. in l. per diversas, & ab Anastasio, C. mandati expenduntur.

56 *Lex exorbitans à regulis Juris communis, non est servanda.*

57 L. per diversas *cum* Anastasiana Constitutione C. mand. *in Gallia non obtinere, multi scripserunt.*

58 *Doctori asserenti de consuetudine an sit credendum.*

DECIS. CXXXVII.

INstantibus creditoribus quondam Illustris Principis Asculi fuit nedum exposita venalis dicta Civitas Asculi, sed pluries subhastata, & non invento emptore fuit sequestrata, & postmodum ordine Sacri Consilii affictata, & demum cum fuisset facta oblatio pro ejus pretio, fuit accensa candela, eaque extincta fuit liberata ultimò licitatori, qui emerat pro persona nominanda, per quem postea fuit nominatus Illustris Princeps Melfiæ, licet ipse nominationem non acceptaverit, impugnando potestatem licitatori datam, & quamvis fuisset per decretum S. C. dictum, quod faceret dictus Illustris Princeps Melfiæ depositum, attamen de dicto decreto dixit de nullitate.

Quibus stantibus comparuit Illustris modernus 1 Princeps Asculi, & præsentando cessionem, quam habuerat cujusdam crediti ab hæredibus Nicolai Cipriani, tam pro dicto credito, quam pro aliis suis prætensis creditis anterioribus, petiit retentionem dictæ Civitatis, offerendo solvere, vel deponere illud plus pretii, quod forte valeret in beneficium creditorum pro concurrenti valore ipsius, cui instantiæ se opposuerunt creditores; Et primò dicebatur, retentio- nem non posse dari, nisi possessori, *l. communi dividundo*, *§. inter eos*, *ff. commun. dividundo*, *Soc. consil.* 224. 2. *volum.* *Franch. decision.* 527. *numer.* 11. & late in *decision.* 134. & 138. ubi loquitur etiam quando fecit meliorationes, *Serap. decis.* 738. *numer.* 4. *Ego in decision.* 25. *numer.* 15. Et quod Illustris Princeps non erat possessor dictæ Civitatis Asculi. Primò, quia nunquam ip- 2 sius possessionem apprehendit, cum possessio in hæredem non transferatur, nisi fuerit apprehensa; *l. cum duobus*, *§. idem respondit*, *in secundo verbo dominium dedit*, *ff. pro socio*, *l. commissa*, *ubi Bart.* & alii *ff. de publican.* *l. denique ff. ex quib. caus. majores*, *Iason. cons.* 148. *numer.* 4. *lib.* 4. *Paz. de tenuta cap.* 50. eo magis, quia tem- 3 pore mortis principis patris reperiebatur ordine Judicis affictata, quod procedere etiam in feudo, late fundat *Reg. Revert. in Prag.* 11. *de feudis*, *numer.* 124. *cum sequent.* quicquid dixerit *Bald. in l. cum antiquioribus versiculo decimo*, *C. de jur. deliber.* cum communis opinio sit in contrarium, ut possessio in feudalib. non transeat absque apprehensione, idem *Bald. in c.* 1. *in fine*, *an mutus*, *vel surdus*, *Ias. in l. quoniam sororem*, *in fine*, *C. de jur. deliber.* *Paris cons.* 1. *numer.* 160. *vers. si vero*, *lib.* 1. *Tiraquell.* & alii relati à *Paz. de tenuta cap.* 48. *numer.* 1. & 7.

Secundò dicebatur, quod quamvis Illustris modernus Princeps possessionem apprehendisset, adhuc ab ipsa jamdiu cecidit, quia cum simus in Patrimonio decocto, ubi adsunt innumeri creditores, ita ut bona non sufficiant, & fuit propterea facta ipsorum graduatio, sive relatio, & Judex sequestrando 4 apposuit manus, dicto casu debitor habendo rem pro derelicta, possessionem in manus Judicis relaxavit, & propterea amplius ei regressus non datur, quamvis ab alio res non occupetur, ut est *glos.* singularis *in l. prætoris*, *in princip. in verbo capere*, *in fine*, *ff. de damn. infecto*, ubi *Alex. num.* 3. eam mirabilem, & singularem appellat, & ante ipsum *Bald. in l.* 2. *§. si absit*, *num.* 3. *ff. si ex noxali caus. agat.* *Afflict. de exequutione*, *cap.* 32. *§.* 6. *fol.* 149. *Gratian. discept. forens. cap.* 175. *num.* 18. quod eo magis procedit, quando in instrumentis ad beneficium creditorum adest constitutum, & pre- 5 carium, quo casu quando Judex ad instantiam creditorum interposuit secundum decretum, transfertur possessio naturalis, & vera, licet per actum fictum *l. quadam mulier*, ubi *glos. ff. de rei vendic.* *Tiraquell. de jur. constit. par.* 2. *num.* 2. & *par.* 2. *ampliat.* 2. *numer.* 2. eo 6 enim casu constitutum revocatur, *Lancellot. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 19. & quamvis regulariter sequestrum à Judice factum possessionem non tollat, *Gomes. in reg. Cancellar. de annal. possess. quæst.* 46. *vers. adde*, *Rebuff. de sequestr. glos.* 1. *num.* 10. & *Rot. Rom.* apud *Coccin. decision.* 278. attamen hoc procedit in illo sequestro, quod fecit Judex, ne partes venirent ad arma, *Mandell. de Alba cons.* 75. *num.* 2. nisi Judex eo animo faceret, ut possessionem auferret, ita post *Albam in allegato cons.* *Paz. de tenuta cap.* 10. *nu.* 41. & in dubio sic esse intelligendum, nisi contrarium probetur, habetur ex *text. in l. licet*, *ff. deposit.* & *in l. 1. C. de prohib. sequestr. pecun. glos. in d. interesse puto*, *in verbo approbatum ff. de acquir. possess.*

Tertio dicebatur possessionem amisisse, non solum per dictum sequestrum, verum etiam quia, dum non inveniebatur emptor, fuit pluries Civitas prædicta ordine Judicis locata, prout hodie quoque est; & ipse idem Illustris Princeps per intermediam personam Antonelli Succi, eam conduxit, & sic quamvis dubia es- 7 set opinio; si ex sequestro tollatur possessio, attamen dum ipse idem eam in affictu à manu Judicis recepit, possessionem amisit, ex *text. in l. si aliquam rem*; ubi omnes fere *DD. ff. de acquir. poss.* *Costa* post alios *de fact. scient. & ignor. cent.* 2. *dist.* 89.

Quartò dicebatur, quod tempore habitæ cessionis crediti à dictis hæredibus Nicolai Cipriani dicta 8 Civitas Asculi erat jam vendita, eo enim ipso, quod ad instantiam creditorum ponitur sub hasta, & facta oblatione, & candela accensa remanet res vendenda ultimo licitatori pro pretio per eum oblato, res non dicitur amplius integra, perfecta enim dicitur venditio; quando facta oblatione est accensa candela, illaque extincta, *Fab. de Monte in tract. de empt. & vendit. par.* 5. *sub num.* 90. *Afflict. de exequutione §.* 6. *cap.* 101. *num.* 13. *Guid. Pap. decis.* 22. *numer.* 2. maxime in venditione sub hasta, quæ fit ad instantiam creditorum, ne pars lædatur, *l.* 1. & 2. *C. de fid. instrument. lib.* 10. & 9 quamvis in hoc casu tractaretur de re feudali, & propterea etiam post perfectam venditionem posset idem venditor revocare venditionem, & habeatur, ac si non esset facta, per *Constitutionem Regni*, incipientem *Constitutionem Divæ memoriæ* & factum Judicis dicatur factum partis, attamen satis differt venditio voluntaria, quam facit idem Dominus, à venditione necessaria, quæ fit per Iudicem ad instantiam 10 creditorum, cujus authoritas deluderetur, ut dixit *De Ponte in decision.* 1. *num.* 15. *Constitutio* enim loquitur de alienatione voluntaria, non de necessaria; & proinde tanquam casus omissus remanet in dispositione juris communis, *l. quicquid astringendæ*, *ff. de verb. oblig.* 11 & satis differt alienatio voluntaria à necessaria; *l. divus ff. de petit. hæred.* *l. peto*, *§. prædium*, *ff. de legat.* & propterea fuit pluries decisum, quod dicta *Constitutio* per quam conceditur revocatio, non procedit in alienatione necessaria, quæ fit per Iudicem, instantibus creditoribus sub hasta, prout fuisse decisum tempore Regis Ferdinandi in causa Bartholomæi Carafæ, refert *Freccia in limit.* 6. ad dictam *Constitutionem Divæ memoriæ*, plures alias decisiones refert *Ioann. Vincentius de Anna in repetitione dictæ Constitutionis in* 3. *par. num.* 23. quicquid dixerit *Papon. lib.* 21. *tit.* 7. *arrest.* 29. *Cencius decision.* 186. cum ergo Illustris Princeps

Digitized by Google

rem non possideat, ex supradictis, retentioni locus esse non poterat, *l.1. ff. quibus mod.pign. vel hypoth.solvit. si non fortem, §.si centum, ff. de condit.indeb.l.hæreditati 22.ff.de heredit. vel action.vendit.Neguf. de pign.or.par. 5.membro 4.n.6. Franch.dicta dec.527.n.11. Gratian.discept.forens.cap.314. num.17.*

Insuper dicebatur, ex alio illustrem Principem in dicta petita retentione non posse obtinere, quia creditum, pro quo retentionem ei competere instabat, non erat liquidum, multa enim occurrebant adversus creditum Cypriani, & primò respectu cedentis, & præsertim ob cessionem factam à Mattio Capello, cum hoc jus spectabat ad Joannem Baptistam ejus patruum, nec constabat, Fabritium ipsius cedentis patrem adivisse hæreditatem Joannis Baptistæ, & hæreditas non adita, non transmittitur, nisi ad hæredes suos, *l.quoniam sororem, C.de jur.deliber.*

Dicebatur etiam, quod dictus quondam Joannes Baptista, fuit etiam cessionarius Luciæ Monetæ, cumque tractetur de actione ad feudum, quæ etiam feudalis dicitur, *Ioannes Vincentius de Ann.alleg.122.nu.7.* nullo modo fuit translata in dictum Joannem Baptistam, absque quo in cessione fuisset expeditus Regius assensus, nec obstat, quod post mortem Joannis Baptistæ ille fuerit expeditus, quia neque valet, sed oportet, ut hæres novam faciat cessionem, & super illa impetretur Regius assensus, late *Regens Rovitus in Pragm. 1. de fide memorialium, num.13.* ultra quod neque assensus fuit expeditus in forma Regiæ Cancellariæ, sed per verbum, *fiat*, & jam biennium datum pro ipsius expeditione est elapsum.

Ex alio dicebatur etiam, quod creditum non erat liquidum, quia nulla erat habenda ratio de sententia facta Mediolan, cum fuerit res inter alios acta, & ipsis non auditis, & fuit fundata in falsa assertione, quod ipse Illustris Princeps non erat Patris hæres cujus contrarium apparebat ex actis, in quibus fuit producta fides decreti præambuli M. C. V. per quod fuit declaratus hæres universalis sui patris, qua hæreditate adita non potuit amplius ei renunciari, *l. sicut major 4. & l.3. C. de repudiand. heredit.* quamvis enim filius, qui renunciavit, possit infra triennium, illa non obstante ipsam adire, *l.fin.C. eod. tit.* ea tamen adita renunciari non potest, non est enim in hoc contrariorum eadem disciplina, ut advertit *Salyc. in dict.l. num. 1.*

Et quamvis prædictus Illustris Princeps sentiens difficultatem replicaret, quod ipse in Statu Mediolani renunciavit hæreditati, ea ratione, quia ibi inventarium non prodest, ut habetur ex *Carpan. ad Statut. Mediolan.cap.272. lib.1. fol. 276.* sub *rubrica, quod nullus beneficio inventarii possit esse heres*, & proinde ipse in illo Dominio renunciavit hæreditati, in Regno vero Neap. in quo viget dispositio juris communis, ut posset hæres beneficio inventarii se juvare, adivit hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii, juxta formam traditam in *l.fin. C.de jur.deliber.* quod fieri posse in dicto Statu, testatur idem *Carpan. in loco* proxime citato, *numer.87.* ubi asserit, similem casum fuisse decisum alias cum eodem Principe Asculi.

Tamen prædictis replicabatur primò, quod dicto Illustr. Principi deficiebat factum, siquidem se fecit declarare hæredem universalem, nedum in bonis sitis in hoc Regno, sed generaliter in omnibus, & quibuscunque bonis, ubicunque sitis, & hæres cum beneficio legis, & inventarii dicitur propriè hæres, ut per *Franch.decis.84. num.2.* ubi quod inventarium non dicitur *herba bettonica*, & de jure cum hæreditas sit quid universale, *l.1. & 2. ff. de acquir.hered. l.ex asse ff.eodem tit.* non potest hæreditatem pro parte acceptare, pro alia vero parte non, quia alia pars etiam eo invito ei accrescit, *l.si quis heres 35.ff. eod. tit.*

Et licet quis possit ratione diversorum patrimoniorum decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, ut post *Bart. in l.si arrogator, ff. de adoption, & Bald.in auth.defuncto, ad Tertull.* notavit *Frecc. in Consuetudine. Et si testator, sub numer.27. fol.181.* hoc intelligitur respectu testatoris, non autem respectu hæredis, ut possit pro parte acceptare hæreditatem, pro parte vero non, neque quoad bona, neque quoad tempus, *l.jus nostrum, ff. de reg.jur.l. hæredem ex die, ff. de hered. instituend.l.1.2. ff. de acquir.hared.Gratian. discept. forens.c.148.numer.20. Franch.* qui ita decisum refert *decis.31. numer.11.* ubi in propriis terminis dicit, quod & si hæres dicat, adire velle hæreditatem pro una parte, pro alia vero repudiare, in totum adiisse dicitur, ex doctrina *Bart. in dicta l.1. versicul. secundo quæro*, ubi etiam *Angel. in princip. ff. de acquir. hered.* & proinde erit obligatus omnibus creditoribus hæreditariis.

Nec de inventario facto in Regno Neapol. dicebatur esse habendam rationem, quia in eo non fuerunt omnia bona descripta, & signanter bona sita in Statu Mediolani, debent enim in inventario describi etiam bona in alia Provincia existentia, *dicta l.fin. §. sin autem dubius, C.de jur.deliber.* cumque essent res magni valoris, dolus præsumitur, & proinde beneficio inventarii uti non potest, *Gaspar. Ant. Thesaur. quæst.forens.lib.1.quæstion.50.ex num 26. Crass. in §. inventarium, lib.2. quæst.12. Fachin. controvers. jur.lib.4. capit.47.* & *Ego* late dixi *in decision.129.* ultra quod non fuit in tempore à lege statuto confectum, aut enim attendimus opinionem eorum, qui dicunt, tempus trium mensium datum à lege ad conficiendum inventarium incipere à die aperturæ testamenti, vel à die delatæ hæreditatis ab intestato, prout probare videtur *text. in dicta l.fin.sin autem dubius*, ibi *à die, quo cognoverit fuisse apertas tabulas, vel delatam hæreditatem ab intestato*, quam opinionem fundat late *Gizzarell. decis. 43. nu.7.* & mors Principis patris fuit die 27. Februarii 1623. inventarium die 8. Novembris anni sequentis 1624. aut vero attendimus opinionem magis æquam, & communiorem, quod tempus currat à die aditæ hæreditatis, sequendo opinionem *glos. in dicto §. sin autem, in verbo delatam*, quod statim fit, cum hæres declarat animum suum, velle hæreditatem adire, hæreditas enim animo aditur, *l.gerit. ff. de acquir. heredit.* quod fit, cum hæres petit, in Magna Curia expediri decretum præambuli ad sui beneficium, *l.Paulus*, quæ alias incipit *Per procuratorem, ff. eod.tit.* & ista instantia fuit facta die 15. Martii 1624. & sic erant septem menses elapsi.

Dicebatur denique, quod quatenus creditum Cipriani esset verum, non poterat Illustris Princeps retinere, nisi pro quantitate vere ipsum soluta dictis creditoribus, ad *text. in l. per diversas, & l. ab Anastasio, C.mandati*, ex quibus omnibus cum creditum reddatur illiquidum, non posset obtinere Illustris Princeps retentionem, sed erit procedendum ad exequutionem venditionis jam factæ, & respectu prætensorum per ipsum erit dandus terminus in causa, ut in puncto decisum refert *Surdus* denegando retentionem pro credito illiquido, vel de [illegible] liquidando *in decis.46. in fin.* sequitur *Gratian. lib.4. discept. forens.cap.731. num. 14.*

Quibus omnibus pro parte dicti Illustris Principis respondebatur, quod sequestrum factum à Iudice ad instantiam creditorum, possessionem non tollit, *l.interesse, ff. de acquir. possess.* quod maxime procedit, quando certus est possessor, & sequestrum fit, ad hoc ut adversarius sit securus, *Consiliarius Marcianus consil.1. num.59.* nec termini primi, & secundi decreti sunt adaptabiles ad casum, de quo agebatur, illa enim obtinent, ubi reus citatus contumax non curat comparere, nec causam per se, vel per alios defendere,

re, nec litem prosequentes satisdare, *l. dies, §. si forte ff. de damn. infect. Roffredus Beneventan. in tit. a quib. act. interp. primum, vel secundum decretum, in princ. & num. 1. & 2. & Spec. in d. tit. §. sequitur, in princip.* ubi ponit tria requisita, ad hoc ut possit ad dictum primum decretum deveniri, contumacia scilicet denunciatio, summaria cognitio, quæ quidem cognitio requiritur, tam in realibus, quam in personalibus actionibus, *Speculat. in dicto §. sequitur, numer. 8. versicul. sed nunquid*, & hoc casu si reus infra annum comparet, & præstiterit cautionem de judicio sisti, refectis expensis possessionem recuperat, *cap. quoniam §. in aliis, ut lite non contest.* de quo etiam primo, & secundo decreto est totus *tit. de eo, qui mittitur in possessionem causa rei servandæ, auth. et, qui de bonis auctor. Iudic. possid. Speculat.* post *Iacob. de Belvis*, & alios in *dicto §. sequitur, num. 9. in tit. de satisd. §. dicto versicul. porro, & §. nunc de effectu, numer. 12.* & de forma procedendi in dicto primo & secundo decreto *Odofred. in dicto tit. num. 9. Speculat. de secundo decreto, §. nunc dicendum, colum. 1. 2. & 3.* differt autem in hoc actio personalis à reali, nam in actione personali immissus non possidet, sed tantum rem detinet causa custodiæ, & rei servandæ, ut debitor contumax tædio affectus compareat, *Roffred. in dicto tit. de primo, & secundo decreto, Specul. in eod. tit. §. jam nunc de effectu, numer. 6.* In reali vero actione sequestrum quavis auferat possessionem à manu debitoria, etiam infra annum, secundum opinionem *Azon.* quem refert *glos. in l. 3. §. generaliter, ff. de acquir. possess. Bar. in l. prima, in 9. quæstion. ff. de oper. nov. nunciat. & in l. si finita, §. Julianus, ff. de damn. infect.* est enim effectus hypothecæ, ut nullus ex primo decreto possideat, *Specul. in dicto §. nunc de effectu, num. 9. Alex. in dicto §. generaliter, num. 21. & Ias. num. 24. Menoch. de retinend. possess. remedio 3. num. 220.* & ex his casum, dicebatur, non esse applicabilem, quia deficiebant omnia requisita, siquidem Illustris Princeps non erat contumax, quia jam erat in judicio, & procuratorem constituit, nec Iudex interposuit primum, nec secundum decretum; sed ad instantiam creditorum apposuit manus propter æs alienum, quo casu domi-

33 nus sua possessione non privatur, sed suo nomine detinetur, ita quod ipsi competat interdictum retinendæ possessionis, *Ioannes Faber in l. 1. C. de prohib. sequestr. pecun. & in §. retinendæ, Instit. de action. Menoch. dicto remedio 3. de retinend. poss. num. 86.* qui ex *Cyn. Bar.* & aliis fundat, quod primus possessor possessionem non amittit, quod ampliat *numer. 90.* etiam si sequestrum subrogaretur loco primi decreti, & etiam si Judex possessionem penes se retineret, & allegat *Aret. in cap. examinata, col. 1. de judic. Coras. in cap. 2. de dolo, & contumac.*

Ad secundum dicebatur, quod non poterat dubi-

34 tari de possessione ipsius Illustris Principis, quamvis enim possessio defuncti non transferatur in hæredem, nisi apprehendatur, *l. cum hæredes, & ibi Doctores, ff. de acquir. poss. §. Cassan. in Consuet. Burg. in tit. de success. rubr. 7. §. seu ensuite*, quod procedere etiam in feudo, voluit *Andr. de Isern. in cap. 1. num. 2.* ubi *Laparulus in lit. H. quo tempore miles, Regens Galeota controvers. 36. numer. 29. lib. 1.* quicquid dixerit *Bald. in l. cum antiquioribus, colum. 6. vers. decimo, C. de jur. de liber. Ias. in l. quoties, colum. 7. C. de rei vendic. Cephali consil. 30.* quibus respondet *Tiraquel. in tract. le mort saisit le vif. declarat. 4. numer. 7.* tamen quia tempore mortis quond. Principis patris Civitas Asculi erat locata, & eo pendente obiit, quamvis hæres possessionem non

35 accepisset, dicitur possidere per colonum, *Alex. in l. qui universas, §. quod per colonum, in primo notab. ff. de acquirend. possess.* ubi etiam *Angel.* & ita conclusum fuisse per Sacrum Consilium, refert *Affl. decision. 315. numer. 4. & 167. in princ. Natt. cons. 538. Gratus cons. 10. numer. 7. vol. 1.* maxime quando colonus solvit hæredi

36 pensionem, *De Ponte decis. Collat. 46. num. 41. Mascard. de probat. conclus. 1186. num. 16. Bonbatend. conclus. 93. Roland. à Valle cons. 47. vol. 2. num. 16. & 17.* & solutionem fuisse factam ipsi dicebatur, quia de ordine Judicis pecuniæ fuerunt liberatæ Creditoribus hæreditariis, factum enim Iudicis dicitur factum partis, *l. pignori, ff. famil. hercisc. l. si ob causam, C. de evict. Menoch. cons. 518. num. 8.*

Dicebatur amplius, quod quatenus prædicta aliqua haberent difficultatem, cessare debebat, ex facto siquidem dubitari non poterat, quod dictus Illustris Princeps semper Princeps Civitatis Asculi fuit nominatus, & uti talis nedum se subscripsit, verum uti Baro, & utilis Dominus ejusdem Civitatis vota dedit, & pro tali semper fuit habitus, & reputatus, & sic possedit, & possidet Titulum cum honore, & præro-

37 gativa, etiam Magnati Hispaniarum, Barones enim Regni in Parlamento generali comparent, nedum pro se ipsis, sed etiam pro suis Universitatibus, & pro eis faciunt donativa, & offerunt servitia Regi, ut habetur per *de Pon. de potest. Pror. tit. 4. de regal. impos. in princ. num. 24. Mastril. de magistr. lib. 5. cap. 15. numer. 50.* quæ possessio dicebatur, sufficere debere; sicuti in casu magis difficultabili dixerunt *Cuccin. decision. Rot. Rom. 325. & 358. & Cavaler. decis. 185.* quos refert *Reg.*

38 *Rovitus in prag. tit. de feud.* sub *num. 92.* & quamvis instrumentalis possessio non sit de per se sufficiens, cum non sit possessio actualis, attamen alio non existente in possessione sufficit ad manutentionem, *Paul. Æmil. Verall. decis. 201. num. 2. par. 3. Lancell. de attent. 2. par. cap. 19. num. 45. Milan. decis. 3. lib. 1. numer. 131. Dominus Valenzuela cons. 177. numer. 76.* & sufficit, qualis sit possessio, *Rebuff respons. 113. ex text. in l. 2. ff. uti possi-*

39 *det.* sic etiam in possessionem mitti jussus, si impediatur possessionem capi, perinde habetur ac si possideret, *Bald. in l. ob maritorum, num. 6. C. ne uxor pro mari-*

40 *to*, & alii per *Reg. Rovitum in loco proxime allegato, numer. 96.* qui *numer. 98.* affert aliud simile, quod qui jussus est possidere, si ab adversario impediatur, competit ei interdictum retinendæ, *Menoch. de retinend. possess. remedio 1. quæst. 2.* ex quib. concludi videbatur, quod in retentione petita non erat necessaria illa actualis possessio perceptionis fructuum, illos ad sui commodum absque impedimento creditorum expendendo, sed sufficit animo possidere, licet corpore alieno, per locationem factam à Judice ad instantiam Creditorum.

41 Ad tertium vero objectum de dispositione *text. in l. si aliquam rem, ff. de acquir. possess.* dicebatur, non obstare, loquitur enim, non in debitore cujus bona etiam ipso nolente instantibus Creditoribus Iudex locat, sed in eo, qui scienter conduxit rem suam putans esse locatoris; taliter enim conducendo, videtur suam possessionem transferre in locatorem, argumento *text. in l. qui bona fide, ff. de acquir. possess.* quod ex eo fundatur, quia possessio animo amittitur, *l. si quis, §. dif-*

42 *ferentia ff. eod. tit. de acquir. possess.* & hoc est quod voluit *glos. in d. l. si aliquam rem,* per *text. in l. quod meo ff. eod. titul.* licet non sit *gl.* communiter recepta, cum eã impugnet *Bar. ibidem, column. 2. vers. sed quæritur utrum perdatur, & in d. l. quod meo, in prin.* & falsam esse opinionem *d. gl.* dixit *Iac. de Aren. in d. l. si aliquam rem,* verum sequendo opinionem *gl.* cum qua etiam concordat alia *gl. in l. qui rem, C. locat.* ubi *Doctores*, tamen *Cyn. & Dyn. in l. ad prolationem, C. locat. & Alex. in d. l. si aliquam rem, nu. 15. & Ioannes de Imol.* ac cæteri *Doctores* communiter concordant, esse intelligendam in dicto casu, quando dominus, idemque possessor conducit scienter rem suam, tanquam non suam, quod etiam probatur ex eodem *tex. in d. l. si aliquam rem*, ubi *Iurisconsultus* videtur facere distinctionem, utrum scienter conduco rem meam uti locatoris, vel uti propriam ipsiusmet conductoris, nam primo casu

perditur, quia dominus putat, non possidere, nec esse suam, & proinde transfertur possessio in locatorem, secundo vero casu non, quia si sciens, rem esse meam, eam conduco, quia impeditus sum à Iudice, ne utar commoditate percipiendorum fructuom, tunc nec possessionem amittit conducens, nec eam in locatorem transfert, *l. si me in vacuam, ff. eod. tit.*

Nec dicebatur obstare quartum motivum, quod jam erat vendita Civitas prædicta Asculi, quia à decreto liberationis fuerat dictum de nullitate, tam per dictum Ill. Principem, quam etiam per dictum Ill. Principem Melfii, pro quo prætendebatur, Civitatem prædictam fuisse emptam per oblationem pro persona nominanda, qui nedum repugnabat dictæ emptioni, sed impugnabat potestatem oblatoris; per 43 quas nullitates impedita fuit exequutio decreti prædicti, quia ex eisdem actis prætendebatur resultare, *Ruin. cons. 131. in fi. vol. 4. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 1. casu 9. n. 2. Oldr. cons. 146. num. 1. Lanfr. dec. 471. Vivius dec. 495. Benintend. dec. Bonon. 67. n. 12.* & est *text. in l. 1. C. de execut. rei judic.*

Ad quintum de debito illiquido replicabatur, satis esse liquidum creditum ex sententia lata per Supremum Italiæ Consilium, & liquidatione facta dicti crediti, & quamvis nonnulla replicarentur adversus liquidationem interesse dicti crediti, ex eo, quod non fuerunt auditi creditores, de quorum interesse principaliter tractabatur, sed fuit facta cum Curatore, dato post cessionem crediti, tempore, quo sciebat Illust. Princeps, adesse Creditores, tamen respectu principalis non fuit visa probabilis difficultas, ex eo, quod debebatur interesse, dubitabatur tamen, ad quam quantitatem interesse ascendere po- 44 tuisset; & ideo dicebatur, quod quamvis Creditores stare nollent liquidationi factæ, attamen interim ad ipsum Illustr. Principem spectabat retentio, ea tradita per *Socin. in consil. 90. in 4. volum.* qui in propriis terminis consuluit, subdens, non esse audiendum debitorem offerentem cautionem, & post eum *Gram. in decis. 58. numer. 10.* ubi allegat doctrinam *Bar. in l. Iulianus, in fine, ff. de condict. indebit.* ubi facta reformatione, quod omnes repræsaliæ debeant revideri, & quæ fuerint reprobatæ, non valeant, interim potest fieri exequutio, licet in futurum possent revocari, cum multis aliis similibus, & proinde sub *numer. 11. in fine*, con- 45 cludit, quod quando certum est, esse creditorem, & dubitatur de quantitate, quod interim retentio competat, & respondit ad *text.* & ibi *gl. in l. si C. commodati*, ex qua *gl.* probatur, quod retentio non datur nisi pro liquidis, secus vero pro illiquidis, cum *Bald. in l. si causam, de exequut. rei judic.* & hoc intelligitur tantum, quando retinere volens, poterat actionem personalem intentare, secus vero quando habet actionem hypothecariam, quia poterit pignori incumbere; donec liquidaretur, in quibus procedit id, quod habetur ea *Rota*, de qua per *Addit.* ad *decision. Ludovis. 489. num. 24. & Cavaler. decis. 459. numer. 3.* ut declaravit eadem *Rota* apud *Rubeum decis. 5. in decision. ab anno 1631. numer. 4. Peregr. de fideicommiss. articul. 36. num. 153.*

Quod vero dicebatur de sententia Mediolani la- 46 ta, in qua non fuerunt creditores auditi, respiciebat liquidationem interesse, non autem creditum principale, quod fuerat rite, recteque determinatum per sententiam Supremi Consilii Italiæ cum ipsomet debitore, qui egregie se defenderat; & sufficit, sententiam fuisse factam cum legitimo contradictore, *l. de unoquoque*, ubi in terminis *Angelus*, & alii *Doctores, ff. de re judic.* idem *Angel. in l. eum filium, n. 6. ff. de verb. oblig. Covarr. practic. quæstion. c. 13. Alex. consil. 356. lib. 2.*

Ulterius dicebatur, quod nulla erat habenda ratio, quod Illustris Princeps in contractu celebrato in Civitate Mediolani dixerat, non esse patris hæredem, quia in illo Statu inventarium hæredi non prodest, & propterea noluit hæreditatem ibi acceptare: ut apparet ex dicto *Statuto Mediolanensi cap. 272.* & ibi *Carpan.* & hoc idem asserebatur per Senatum in requisitoria facta Sacro Regio Consilio, in Regno vero Neapolitano, ubi inventarium juvat, se declarari fecit hæredem cum beneficio legis, & inventarii.

Nec prædictis obstat, quod quis non poterit pro parte esse hæres pro parte vero non, quia hoc bene procedit in Statu Mediolani, ubi hic punctus alias fuit decisus in personam alterius Principis Asculi 47 cum ejus fratribus, ut refert *Carpanus in d. statuto, litera D. & E.* nec est inconveniens, ut alteri diverso jure succedatur *l. 1. C. quando non petent. part. l. nam & si parentibus, ff. de inoff. testam.* sicuti in simili dicimus, quod licet quis de jure communi non possit decedere pro parte testatus, pro parte vero intestatus, *l. jus no-* 48 *strum, ff. de reg. jur.* fallit etiam in Civitate Neap. secundum Consuetudines dictæ Civitatis, quod possit quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, ut dixit *Naped. in Consuet. Et si testator, in verbo perveniat, numer. 26.* ubi *Fec. & Bucin.* & idem *Naped. in Consuetud. Filiusfamilias, num. 8. Molfesius* in suis *Comment.* ad dictas *Consuetud. par. 4. quæst. 40. n. 5. & 6. Surd. cons. 513. 4. vol.* quia tunc duplex censetur patrimonium, sive hæreditas, & duplex ille indicatur homo, cui uno jure succeditur in uno patrimonio, & alio ju- 49 re succeditur in alio, & *num. 16.* in terminis, quando haberet bona in diversis locis, in quibus essent diversa statuta, sequitur *Molfesius in addit.* ad dictam *quæst. 40. in 2. volum.*

50 Secundo dicebatur, quod hæres cum beneficio legis, & inventarii non dicitur proprie hæres, sed quasi hæres, *gloss. in l. fi. in computatione, in verbo confundantur, C. de jure deliberandi, Cephal. cons. 103. num. 7. Bordellon. cons. 1. num. 30.* & est notabilis ad hoc 51 doctrina *Bart. in dicto §. in computatione*, ubi infert ad statutum disponens aliquid contra hæredem, non habere locum contra hæredem cum beneficio legis, & inventarii.

52 Et quatenus sit proprie hæres, licet non possit se juvare beneficio legis, & inventarii adversus creditores Status Mediolani, bene potest se tueri beneficio inventarii adversus creditores Regni Neapolis, & ideo solvendo creditoribus anterioribus dicti Status, prout solvit, potest retinere bona hæreditaria in hoc Regno, quod sibi licet, nedum tanquam creditori hypothecario vigore cessionis obtentæ à dictis creditoribus, sed etiam uti hæredi, virtute beneficii dictæ *legis fi. C. de jure delib.*

Nec defectus inventarii oppositus dicebatur posse suffragari creditoribus, tum quia defectus oppositus cessionis dici non aderat, nec præsumi poterat, tum quia in ipso aditionis actu declaraverat non adesse alia bona, nisi prædictam Civitatem Asculi, & jus luendi quarundam domorum, & fuit dictum per Judicem, quod præsens comparitio conservetur in actis, pro futura cautela, immo & Illustris Princeps Conchæ 53 creditor, qui magis urgebat, & urget, hoc idem declaraverat in alia petitione, quæ quidem, descriptio sufficere deberet pro inventario. post *Mierez, & Laderch.* dixit *Cancer. variar. resolut. 10. tit. de inventario, num 109.*

Rursus certum est, penes ipsum hæredem non remansisse bona mobilia, non erat enim in Civitate tempore mortis patris, qui cum in suo testamento reliquisset Exequutores Illust. Marchionem Mansæ, & Spectabilem tunc Regentem Valenzuela, qui sic etiam declarati fuerunt per decretum Magnæ Curiæ Vicariæ prævia descriptione dictorum mobilium,

quo

quæ de eorum ordine fuerunt consignata cuidam tertio & & demum vendita ordine Generalis Auditoris Exercitus, & creditoribus pretium liberatum, & sic nihil remansit in hæreditate, nisi dicta Civitas, & jus 54 luendi domus, quo casu quando nulla potuit esse fraus neque hæres non facto inventario tenetur, ut post *Mierez, & Cancer.* sic judicatum refert *Fontan. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 5. num. 47. Gaspar. Baeça de debit. inope, cap. 6. num. 20. Montan. de tuel. reg. 5. au. 97. Vrvium decis. 25. num. 12.* & *Ego* latè dixi *in dec. 44. numer. 4.* quod tanto magis dicebatur procedere, stante etiam confessione creditoris, *Cepoll. cautel. 7.* & post *Bald. Paul. de Castr.* & alios *Gizzarel. decis. 56. n. 4. & 5.*

55 Nec demum dicebatur, obstare dispositionem *text. in l. per diversas, & ab Anastasio*, quia leges prædictæ introductæ fuerunt in odium redemptorum litium, non autem respectu possessorum, & hæredum, ad finem retinendi res possessas & bona hæreditaria, ut declarant *ibi Bal. Sal. Paul. de Castr.* & communiter 56 alii *Doctores, Alciat. responsio. 24. n. 11. lib. 8.* qui am-57 plius *num. 2.* dicit, dictas *leges* tanquam exorbitantes, & legibus Canonicis contrarias in multis partibus non observari, prout de Regno Franciæ testantur *Gothofredus, & Brigaonius in locis* allegatis ab *Anton. Fabr. lib. 4. tit. 26. diffin. 9. num. 2. in Codice*, & sic practicari in Statu Mediolani, ut possit dictis *legibus* dispensari, prout dispensatum fuit in præsenti casu, & quod stante dispensatione creditor possit nedum quantitatem solutam recuperare, sed majorem, testatur 58 *Carpan. ad Statut. Mediol. tom. 1. capit. 405. numer. 55. & 56.* eorumque dictis stari debere, habetur ex *Dec. in l. 2. §. versus fin. ff. si certe. pet. & cons. 403.* maximè Doctoribus in Curia versatis, *Alexand cons. 5. num. 8. lib. 3. idem Dec. cons. 472. num. 16. Paris. consil. 25. numer. 17. & 18. Mars. in practic. crimin. §. constante, numero 15.*

Quibus omnibus discussis junctis Dominis Regiis Consiliariis duarum aularum, quanquam prima vice fuisset datus terminus respectu prætensionum per dictum Illustr. Principem, & interim, quod exequi deberet decretum venditionis, tamen cum fuisset pro parte Ill. Principis reclamatum, re maturius perpensa die 7. Maii 1657. ad mei relationem iterum, ac magis latè discusso negotio, etiam cum aliquibus adjunctis datis fuit determinatum, licet cum aliqua disparitate votorum, competere dicto Ill. Principi retentionem petitam pro quantitate ejus crediti liquidanda, pro cujus liquidatione, ac super omnibus hinc inde prætensis intra quatuor dies audiantur partes, quamvis enim nonnulla in facto opponebantur, tum circa quantitatem crediti, tum etiam circa anterioritatem, & obligationem Dominæ Eustasiæ de Guzman, respectu aliquorum ex creditoribus visum fuit, quod omnia veniebant discutienda in prædicta liquidatione penes Carolum Strinam Actor. Magistr.

OBSERVATIO IN DECIS. CXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Retentio competit creditori, cum assensu super feudo intellige, n. 12. 15. 16. 17. 18.*
2 *Retentio competit pro meliorationibus super re meliorata, si illæ sunt necessariæ, & sunt liquida, n. 4.*
Meliorationes necessariæ quæ sint d. n. 2. & 3. & quomodo probentur in facto n. 10.
4 *Cautio præstari debet de solvendis meliorationibus si non sunt liquida, tanto magis si agatur cum idoneo divite, ac non suspecto, numer. 5. ac ex aliis deductis, n. 6. & 7. 8. 9.*
Capyc. dec. 27. reprobatur d. n. 4.
6 *Meliorationes an sint æstimandæ secundum tempus, restitutionis, an verò secundum tempus, quo facta sunt, & quando res est deteriorata an debeantur n. 11. si sunt magni valoris; & valdè onerosa, an debeantur, num. 12. & 13.*
13 *Retentio non datur marito pro meliorationibus factis in re dotali, sed datur illo soluto matrimonio contrà heredes uxoris, maximè si sunt facta post casum restitutionis dotis, tunc enim compensantur cum fructibus n. 14.*
15 *Mulier habet retentionem pro ejus dotibus, & antefato mortuo viro, etiam si creditum non est liquidum, nu. 16. & ita decisum adducitur, n. 17. & 18.*
18 D. Io. Baptista Filigetius *Regius Consil. laudatur.*
D. Erasmus de Ponte *Regius Consil. laudatur ibid.*
D. Io. Baptista Pisanellus *Presid. R. C. S. laudatur ibidem.*
20 *Inventarium ab herede an faciendum sit intra trimestre à die apertura testamenti, vel à die delata hereditatis.*
21 *Aditio hereditatis fit per instantiam declarari heredem etiam per mandatum attentidum dummodo de mandato constet.*
22 *Monasterium an succedeat ex persona Monachi, ipso jure absque facto monachi, an verò requiratur factum monachi.*
23 *Retentio non datur emptori feudi facta revocatione vigore constitutionis divæ memoriæ, & ita decisum traditur n. 24. sed in contrarium duæ decisiones adducuntur, n. 25. & 26.*
24 D. Constantinus Cæsarus *laudatur.*
D. Antonius D. Ponte *laudatur, ibid.*

IN causa venditionis Civitatis Asculæ pro creditoribus contra Principem Melphiæ emptorem allegavit *D. Reg. Marcianus*, ut habetur *disp. 91. lib. 2. disp. forens.* & obtinuit quod d. Princeps Melphiæ faceret depositum ducat. 125. m. pro pretio d. Civitatis, vel se concordet cum creditoribus Principis Asculi sub die 23. Iunii 1632. à quo decreto de nullitate dixit Princeps Melphiæ, ut notat *D. Marcian. d. disput. 91. in fine*, ac etiam *D. Author hic in principio*, quare pendente discussione nullitatum Princeps Asculi petiit retentionem d. Civitatis pro ejus creditis, creditores autem huic retentioni se opposuerunt, ex rationibus adductis per *D. Authorem à numero 1. per tot. num. 30.* quibus per Principem Asculi plures fuerunt datæ responsiones *n. 31. per 58.* quamvis super dicta retentione fuisset datus terminus, & ordinatum, quod interim exequeretur decretum venditionis dictæ Civitatis, tamen cum à d. decreto reclamasset Princeps Asculi, facta relatione in S.C. per *D. Authorem* sub die 7. Maii 1657. junctis 1 Aulis cum adjunctis datis, re maturius perpensa, ac magis latè discusso negotio, etiam cum aliqua disparitate votorum, fuit determinatum competere d. Principi Asculi retentionem petitam pro quantitate ejus crediti liquidanda, pro cujus liquidatione ac super omnibus hinc inde prætensis fuit datus terminus in banca Caroli Strinæ, ut refert *C. Auctor. d. n. 58. vers. Quibus omnibus* circa quam decisionem plura observo.

Primò siquidem pro meliorationibus licet detur re-2 tentio, juxta *l. si præsidium 16. C. de præd. minor. & l. 1. C. de uxor. milit.* adducta per *D. Marcian. disp. 100. nu. 25. in fine lib. 2 disput. forens.* hoc tamen intellige pluribus concurrentibus, scilicet si illæ sunt necessariæ, *l. quod dicitur §. si dos, ff. de impens. in reb. dotal. factis l. dominus, C. de rei vendic. Intrigl. dec. 1. n. 12. & Gratian. cap. 957. n. 34. 35. lib. 5.* ita ut illis non factis res aut peritura, aut deterior facta esset *l. impensæ 79. ff. de ver-3 bor. signific.* hinc novum ædificium inter impensas necessarias non connumeratur, sed ita demum si sit necessarium *l. divortio §. impendi. vers. planè ff. sol. matrimo l. 1. §. inter necessarias, ff. de impens. in reb. dotal. factis*, item quod sint liquidæ, nec de brevi liquidari possint,

quo casu sufficit cautio de illis solvendis facta liquidatione; prout contra *Capyc.dec.*17.& alios adductos à *Menochio de recuperand.possess.remed.*15.*n.*569. vers. *contrarium verius est* magis communiter concludunt *Bald.cons.*309.*n.*4.*vol.*2.*Goz.ad.cons.*100.*n.*21. *Cavalc.* qui alios refert *dec.*28. *in addit. n.*6. ubi ita judicasse refert *Beninten.decis.Bonon.* 77. ubi in fine ita determinatum inquit, *Gama dec.*4.*num.*3.*Puteus decis.* 471. *alias* 461.*n.*4.& *seqq.vol.*2.ubi contrariis & præsertim *Capycio d.decis.*17.respondet *Anton.Macerat. var. resol.c.*22. *num.*9. maxime quando agitur cum idoneo divite; & non suspecto, ut ex aliorum placitis voluit *Statil.Pacif.de Salnia interd.inspect.*2.*num.*15.& *Monac.*post alios *dec. Bonon.*24.*nu.*23. at etiam quia dum quæstio inter scribentes sit, an meliorationes æstimandæ sint secundum tempus restitutionis, vel potius secundum tempus factarum expensarum, de qua quæstione late *Menoch.d.remed.*15.*n.*557.*Macerat. var. resolut. cap.* 23. *per tot.D.Consil.Theodor. alleg.*74. *nu.* 6.vers.*non autem*,& propterea stante tali dubietate, admittenda est cautio, ut in terminis concludit idem *Macerat.c.*22.*n.*10.

Et licet in contrarium dici possit, ut sufficiat constare de meliorationibus in genere, quasi ex oculari inspectione appareat impensum esse, ut quamvis earum quantitas certa non sit, illas omninò solvendas esse, nulla habita ratione cautionis præstandæ, prætendatur, ex notatis per DD.congestos per *Intrigl.d.dec.*1. *n.*2.& 3. nam contrarium existimarunt nonnulli DD. non spernendæ auctoritatis, quos recenset *Mastrill. dec.*98.*num.*7 *cum seqq.*& proprie *num.*9. *Intrigl. ead. dec.*1.*num.*8.secundum quos *n.*40.*in fine* ita judicatum refert, quemadmodum pro illis decisum testatur *Monach.*[illegible]*dec.*24.*in princ.*& *in fine.*

Nec constare poterit de meliorationibus in genere in facto antiquo, nisi prius constet de antiquo rei statu, ut aliorum authoritate docent *Monac. ibi.nu.*16. vers. *item non deposuerunt*; & ita decisum sæpius affirmat *Seraph.dec.*958.*n.*3.*p.*1.& *dec.*1453.*n.*5.*par.*2.potest namque evenire; quod res in aliquo sit deteriorata quo casu melioratio cum deterioratione compensatur & restitutio rei fit absque ulla condemnatione meliorationum *Gama dec.*312.*num.* 1. aliique quos recenset *Statil.pacif.ubi sup.n.*258.imo si meliorationes, sive impensæ sunt magnæ, & valde onerosæ, non debentur tanquam in fraudem factæ, ut voluerunt *Boer.decis.* 47.*num* 7.*Gama ubi supra num.*1.*Intrigliol.* qui cæteros recenset *ead.dec.*1.*n.*11.*ex l.in fundo ff.de rei vend.*& *l.si servos ff.de pignorat.actio.*& ex aliis comprobat *Gratian.c.*657.*n.*3.*lib.*5.*discept.forens.*

Ideòque dixit *Menoch.d.remed.*15.*n.*553. ex aliorum voto, quod si meliorationes, & impensæ ad maximam ascendant quantitatem, ita ut commodè solvi non possint; nec necessariæ, nec utiles sunt, & si illæ factæ sint à marito, illi minimè datur retentio, sed actio tantum soluto matrimonio, *l.unica,§.sed nec ob impensas, C.de rei uxor.actio.Garz. de expens.* & *meliorat. c.*6. *n.*19.*in fine*, maximè si sint factæ post casu restitutionis dotis quo casu censentur factæ in re aliena, & non deducuntur, sed compensantur cum fructibus perceptis, ut latissimè probat *Mura decis.* 51.*nu.*13. *cum seq.* Et ita judicatum refert *Roudens.decis. pisa* 31.*n.*314.vers. *circa melioramenta par.*1.*per text.in l.sumptus.ff.de rei vendic.*& propterea sufficere cautionem de solvendo meliorationes liquidandas dubitari minimè potest ex omnibus supra adductis.

Secundò observo, quod mulier pro ejus dotibus, & antefato mortuo viro habet retentionem bonorum viri, donec satisfiat de ejus credito, ut voluerunt *Cavalc.de usufr.num.*138.*Bursat.cons.*8.*nu.*15.& *cons.* 9.*n.*41.*vol.*1.*Amat.resol.*39.*nu* 57.*Fontanell.de pact. nupt. tom.*1.*claus.*7.*glos.*3.*p.*10.*n.*20.*D.Præsid. Merlin. controv.* 83.*cent.*1. *D.Consil. Gizzarel. decis.* 44. ubi addentes, quod tamen procedit, si creditum sit liquidum, hinc mortuo Excellentissimo de Frederico Columna Principe Buteræ in anno 1641.petiit in Collaterali Consilio Excellentissima D. Margarita de Austria Brancifortes, & Columna Principissa Buteræ vidua d. qu. D. Federici retentionem bonorum feudalium d. quondam ejus viri pro ejus dotibus, antefato, & aliis creditis, & per Collaterale Consilium ad relationem *D.Didaci Bernaudi de Zufia* Regiam Cancellariam Regentis, nunc Præsidentis S.C. meritissimi ac Marchionis Mastonti sub die 28. Januarii 1642. ad solam petitionem d.Principissæ fuit provisum, quod immittatur in possessionem bonorum feudalium Excellentissimus M. Comestabilis D.Marcus Antonius Columna frater, & fuit in eodem decreto impartitus terminus super liquidatione dotium, antefati, & aliorum prætensorum per Principissam, verum interim bona feudalia sequestrentur, & sic Principissa à d. retentione fuit exclusa post modum præsentavit nonnullas scripturas, ex quibus prætendebat fundare ejus credita, petiitque sibi restitui tenutam D. bonorum feudalium, & per Collaterale Consilium ad relationem ejusdem *D.Reg Zufia* sub die 8. Augusti 1642. fuit provisum, quod assignentur eidem Principissæ Terræ Cerri, Galatti & Pisilani, statusque Assisæ, & Manupelli pro nunc loco pignoris in computum ejus crediti in actis deducti, & eorum interesse, & sic pariter fuit denegata retentio omnium feudorum petita, & solummodo fuerunt assignati fructus d.terrarum, donec satisfiat liquidatis creditis, ut constat ex processu penes Franciscum Anastasium Regium à mandatis scribam, patrocinantibus pro d.Principissa DD. Consiliariis *Jo.Baptista Filingerio* & *Erasmo de Ponte*, tunc Advocatis nemini secundis & jura D.Comestabilis tuebantur *Ego*, *ac D.Præsid. Jo: Baptista Pisanellus* Advocatus pariter primi ordinis, & assignatio processit, quia fuit habitum pro verò d. Principissam esse creditricem in aliqua ingenti summa, licet jura D. Magni Comestabilis non essent tunc deducta, ut liquet *ex dec.*157.*D.Regentis* super dissequestro per D.M.Comestabilem petito, emanata, ubi in *observat.*de veritate d. sseremus.

An autem inventarium ab hærede fieri debeat intra trimestre à die aperturæ testamenti, vel à die delatæ hæreditatis, de quo articulo agit *D. Author. nu.*16. *cum seqq.*& *Ego* plenissime ser pro Excellentissimo M. Comestabili Columna *dissert.* 1. 2.& 3.*lib.* 1.*dissertat. sive observat.forens.sub prælo.* ubi recurre in casu contingenti, cum materiam habes pleniè explicatam, & dum quis petit declarari hæredem adire dicitur, ut fundat *D.Author.n.*28.ita etiam si faciat mandatum ad adeundum, adire dicitur; cum hi actus pendeant à solo animo, Eminentiss. *Cavalcr.* optimè *dec.* 244.*n.*2.de quo mandato constare debet, ad tradita per eundem *Cavaler.dec.*272.*n.*4.qui in *dec.* 346.*n.*1. ponit quæstionem, an Monasterium succedens ex persona Monachi, succedat ipso jure absque facto Monachi secundum opinionem *Canonistarum*, vel requiratur factum Monachi secundum opinionem *Legistarum*, & quod opinio *Canonistarum* sit amplectenda, fundat tanquam magis communis, & favorabilis Religioni ex *Gratian.c.*362.*n.*10.*lib.*2.*discept.forens.*

Tertiò observo, quod emptor revocans emptionem feudi vigore *constit.incip.constitutionem Divæ memoriæ*, non habet retentionem feudi, donec ipsi restituatur pretium cum interesse, nam licet *D. Marcian.disp.* 100. *lib.* 1. *disput.forens.* scripsit pro retentione ad favorem Marchionis Fuscaldi emptoris Sancti Marci *salvo Regio assensu*, & *non aliter* à D. Antonio Ursino Duce Gravinæ, quia tamen d.Civitas cum vitio pervenit ad D. Marchionem, nedum quia Rex assensum præstare recusavit, & sic sine assensu emit, ex traditis per *D.Marcian.num.*1.ubi citat jura sed etiam nam idem Rex alienationem d.Civitatis expressè prohibuerat

subuerat in concessione d. Civitatis in transactione inita inter ipsam Catholicam Majestatem & D. Ducem, aliosque interesse prætendentes super successione status Principis Bisiniani per *doctrinam Baldi in cap. si Vasallus n. 2. si de feudo fuer. controv.* ubi concludit nunquam esse locum retentioni, quoties agitur de re inalienabili, *& Baldum* adducit *idem D. Marcia. n. 5.* & licet his duabus rationibus latissimè fuerit responsum

24 per *D. Marcian. nu. 6. per tot. num. 37.* nihilominus sub die 18. Ianuarii 1630. per S. C. junctis Aulis, fuit data immissio d. Civitatis Ducissæ Sarmonetæ, & Gravinæ sorori, & hæredi d. Ducis. Verum fructus, & introitus d. Civitatis remanserunt sequestrati, tam respectu prætensorum, per dictum Marchionem, quam aliorum creditorum quon. Ducis Gravinæ, & quod Ducissa præstaret cautionem de solvendo quicquid fuerit judicatum in beneficium Marchionis in banca de Cantone, ut habetur per *D. Marcian. in fine d. disputationis*, qui ad se excusandum, eo quod succubuit in d. retentione, subdit, quod retentio fuit denegata ob concursum aliorum creditorum, contra quos non militabat exceptio retentionis, sed pro majori securitate Marchionis, nedum fuit ordinatum sequestrum, sed etiam cautio præstanda per D. Ducissam: nam fidejussio operatur, ac si Marchio habuisset rem ipsam, ex traditis in puncto per *Hering. de fidejusser. cap. 15. effect. 34. nu. 127.* ideoque concludit plenius fuisse consultum Marchioni per cautionem, quam per retentionem, dum ab ea excludi poterat per alios creditores Ducis.

Notandum tamen erit, quod alias S. C. retentionem

25 tribuit in similibus, nam revocata alienatione vigore d. *constit.* Terræ Collis Torti venditæ per Principem Macchiæ Felicianæ Spinellæ ejus matri, ex quo Regius assensus obtentus non erat registratus in quinternionibus R. C. S. servata forma clausulæ resolutivæ *alias habeamur pro non præstito* in eodem assensu appositæ, ac pariter quia non fuerat præstitum juramentum ligii homagii servata forma *pragm. 19. de feud.* per S. C. fuit declarata nulla venditio prædicta, & interim data retentio Francisco Gambacurtæ legatario pretii prædicti, ut in processu in banca Cioffi, patrocinante pro D. Francisco D. *Constantino Casaro* Advocato docto, & erudito, & pro d. Principe *D. Antonio de Ponte* Advocatorum facilè Principe ob ejus doctrinam, & eloquentiam tam dicendo, quam scribendo omnibus officialibus charissimo, & singulari meo domino.

Et iterum cum fuisset revocata alienatio vigore d.

26 *constit.* terræ Gerræ parvæ per V. I. D. Hiacinthum Mortillum, emptorem, ex quo non erat præstitum juramentum ligii homagii, fuit per S. C. condemnata D. Portia Caracciola venditrix ad recipiendum terram & ad solvendum pretium d. Hiacinto, ac interim licere retinere d. terram, ut ex actis in Banca de Scacciavento nunc Lavlani. *M. A. Gizzius.*

ARGUMENTUM.

Conjecturæ adversus obligationem captam penes acta Curiæ an, & quando sint sufficientes ad probandum obligationem non esse veram, & an servata forma *Regiæ Pragmaticæ* ob defectum subscriptionum duorum testium, & num obligatio de exhibendo mobilia ad omnem ordinem Iudicis, comprehendat creditores, qui tempore obligationis non erant in judicio, & an, & quando dicatur, obligationem esse dolosè factam.

SUMMARIUM.

1 *Mulier honesta pro quolibet actu faciendo, in quo tenetur personaliter comparere, non tenetur accedere ad Curiam, sed in Ecclesia propinquiori.*

2 *Verisimile quod non est, credi non debet.*

3 *Scriptura, sive instrumentum quamvis de per se sit probatio probata, tamen minuitur illi fides, quando de ejus veritate controvertitur.*

4 *Testes deponentes, habere notam manum, an probent, ubi declaratur decisio S. C. relata per* Afflict. dec. 181. *& n. 33.*

5 *Instrumenti fides ut minuatur, præsumptiones habentur pro plena probatione in civilibus; quod procedit tam in præsumptionibus orientibus ex visu visibili, quam invisibili, sed considerabili, numer. seq.*

7 *Obligatio sive fidejussio, quæcunque, quomodo, & qualiter ab Actuariis capi debeat, & n. 34.*

8 *Sententia lata contra Correum, alteri Correo non obstat.*

9 *Obligatio, sive fidejussio de exhibendo non comprehendit, nisi illos creditores, qui tunc temporis erant in judicio, Declara. ut n. 37.*

10 *Fidejussio de judicio sisti an operetur respectu omnium creditorum, qui postea in judicio supervenerunt.*

11 *Obligatio, sive fidejussio cum sit stricti juris, non extenditur de una persona ad aliam.*

12 *Immissione ejus, qui est immissus, ita demum alii creditores pessant uti, & ea juvari, si compareant infra quatrennium inter absentes, & infra biennium inter præsentes.*

13 *Metus exceptio potest opponi etiam contra tertium, ac etiam si per mille manus transiret, número 15.*

14 *Consensus deficit, ubi actus fit propter metum.*

16 *Metus ut probetur, nedum sufficit, si intervenerit facto, verum etiam quando minæ intervenerant, & fundis in casu, quo cadit metus reverentialis.*

17 *Metus an inducatur per preces importunas viri erga uxorem.*

18 *Mulier bene composita debet æstimare, mores viri esse legem vitæ suæ, secundum* Arist.

19 *Contractus ab uxore gestus ob nimiam viri importunitatem rescindi potest, ac si metu esset celebratus.*

20 *Metus per conjecturas probatur, & plus creditur duobus testibus de metu affirmantibus, quam mille metum negantibus.*

21 *Metus uxoris respectu viri præsumitur durare, donec ejus ira duraverit.*

22 *Instrumentum dicitur probatio probata, & facit rem certam, & manifestam, n. seq.*

24 *Instrumentum & verum, & solemne præsumitur.*

25 *Obligationes penes acta M. C. V. quam executionem habeant.*

26 *Apud Acta id fieri dicitur, quod apud Iudicem fit.*

27 *Obligationes nedum possunt recipi per Actuarium de jure communi, sed etiam per ejus Scribam, dummodo ab ipso signentur. Corrigitur tamen hoc de jure Regni, ut per* Prag. 9. sub tit. de Actuariis.

28 *Stylus Curiæ pro lege est servandus.*

29 *Stylus semper observatus, tollit omnem dubitationem.*

30 *Notario, sive Magistro actorum ratione sui officii credendum est.*

31 *Veritas nunquam tollitur, aut vitiatur ex falsa assertione.*

32 *Veritati cedit verisimilitudo, sive opinio.*

35 *Notarii, sive Actuarii an debeant cognoscere contrahentes.*

36 Novarius, & alii *notantur tanquam non bene versati in practica Regiorum Tribunalium.*

38 *Fidejussio*

38 *Fidejussio de judicio sisti ad quid fuerit inventa.*

39 *Fidejussor non tenetur repræsentare principalem obligatum, nisi usque ad sententiam proferendam.*

40 *Fidejussio de judicio sisti non durat perpetuo, sed trienmo solvitur.*

41 *Fidejussio non extenditur ad personas, & causas extraneas.*

42 *Fidejussio, sive obligatio de exhibendo ad omnem ordinem est ampla, nec restringitur ad certas personas.*

43 *Sequestrum ad instantiam unius creditoris, prodest aliis.*

44 *Sequester, sive depositarius non potest sine decreto Judicis bona sequestrata restituere.*

45 *Depositarius, qui pecuniam deposito acceptam alio mutuo dederit, ipse tenetur.*

46 *Testes criminosi neque in Civilibus, neque in Criminalibus probant.*

47 *Minæ non sufficiunt ad metum inferendum, quando non est solitum illas exequi.*

48 *Metus excluditur propter consanguineorum uxoris interventum.*

DECISIO CXXXVIII.

CUm urgerent creditores V.I.D. Octaviani Coppola, Antonia de Boctia ejus uxor ad finem, ne executionem pateretur ad instantiam creditorum dicti sui viri super bonis mobilibus, & præsertim super libris, quorum maximam habebat copiam prædictus ejus vir, petiit in magna Curia Vicariæ, super illis se assecurari facere pro suis dotibus, & antephato, & pendente judicio obtinuit, sibi consignari, prævia tamen ejus fidejussione, de illa exhibendo ad omnem ordinem ipsius M. C. V. qua consignatione facta siluit judicium assecurationis, & mobilia, & libri fuerunt venditi, & pretium eorum in proprium, & dicti ejus viri usum fuit conversum, mortuo viro, cum inter alios creditores ipsius esset Victoria Salamanca, quæ erat creditrix hypothecaria anterior, institit pro exhibitione dictorum mobilium, & librorum, ad hoc ut posset de suo credito satisfieri, & tam per M.C.V. quam per Sacrum Consilium fuerunt plura decreta interposita, quod exhibeat, cumque tractaretur de ipsorum decretorum executione, plura opponebat dicta Antonia, ex quibus prætendebat non teneri.

Et primo negabat, obligationem esse veram, & quamvis appareret stipulata in actis, & sua manu subscripta, tamen ex aliquibus conjecturis, & præsumptionibus dicebatur probari, non esse veram. Primo, quia in principio Actuarius scripsit, fuisse stipulatam in eadem Magna Curia, quod non erat verisimile, cum mulieres honestæ pro quolibet actu faciendo, in quo tenentur personaliter comparere, non 1 tenentur accedere ad Curiam, sed in Ecclesia propinquiori, ubi venit Actuarius, & fit mentio de accessu *l. 2.* ubi *Paul. de Castr. num. 6. C. de his, qui veniam ætat. impetra. Follor. in addit. ad Marant. in suo Speculo par. 6. in 8. actu, & producuntur scriptura, nu. 5. de Judæo. Robert. in praxi liquidat. instrum. consid. 4. num. 7. Galter.* similiter *in praxi liquidat. instrum. 2. par. tertia partis principalis, rub. 3. n. 19.* cumque non sit hoc verisimile, ipsam Antoniam accessisse ad Curiam, non 2 est credendum Actuario ita asserenti, quia quod verisimile non est, credi non debet *leg. fin. ff. quod met. caus. cap. quia non est verisimile, extra de præsumpt. Grammat. dec. 28. n. 1. Giurba cons. 71. num. 16. Augustin. Barbos. axiom. 235.*

Secundo debebat argui, obligationem non esse veram, quia per testes constabat de conquestu ejusdem Antoniæ, statim atque ad ejus notitiam perve- 3 nit dicta obligatio, & quamvis scriptura, sive instrumentum sit de per se probatio probata, attamen minuitur illi fides quando de ejus veritate controvertitur. *Dec. cons. 474. num. 3. Cacheran. decision. 129. numer. 7. Borgnin. Cavalcan. dec. 46. numer. 194. tom. 1.* Istis astipulabatur, quod duo testes, qui manum Antoniæ notam habebant, deponebant, sibi non videri, manu 4 illius fuisse subscriptam, & quamvis testes habere, vel non habere notam manum, non probent, tamen cum aliis probationibus, & præsumptionibus conjunguntur, *Afflict. dec. 181. Grammat. decis. 84. Ann. allegat. 85.* Immò nonnulli tenent contra opinionem *Afflict.* & aliorum, quod testes taliter deponentes, probant *Rota divers. decis. 124. part. 2. & 553. parte prima, Achill. de Graff. decis. 2. de fid. instrum. Paleoth. de-* 5 *cis. 173. Ric. collect. decis. 774.* & cum simus in civilibus, præsumptiones habentur pro plena probatione ad finem minuendi fidem instrumenti, vel obligationis, *Farinacius* post alios *de falsitat. & simulat. quæstion. 152. par. 2. numer. 10. & sequent.* & sic deci- 6 sum in Rota Romana asserit idem *Farinac. decis. 451. tom. 1. in posthum.* quod procedere tam in præsumptionibus, quæ oriuntur ex vitio visibili, quam invisibili, sed considerabili, secundum intellectum, Idem *dict. quæst. 152. n. 13.* cum *seqq. Verall. decis. 4. par. 2. Thesaur. quæst. foren. lib. 1. quæst. 47. Vivius dec. 81. Ricc. decis. Curæ Archiep. 27. par. 2.*

7 Tertio opponebatur exceptio, quod quamvis esset vera obligatio, erat tamen nulla, ex quo deficiebat subscriptio duorum testium, ad quod producebantur verba *Regia Pragmatica* de anno 1603. quæ est *pragm. 15. de Actuariis*, ibi (*che debbia la persona, che pleggiara, ò si obligara sottoscriversi di propria mano, in presenza almeno di due testimonii, ch'asseriscano conoscerlo*) quæ *pragm.* fuit ab aliquibus *Doctoribus* Regnicolis intellecta, quod testes debeant subscribere, & dicere, quod cognoscunt obligatum, & fidejussorem, ut fuerunt *Capiblancus de Baronibus pragm. 1. numer. 349. Tassonus in prag. de antephato vers. 9. observat. 3. num. 35. Novarius in d. prag. 15. de Actuar. collect. 13. num. 24.* secundum novissimam editionem, *Gaitus de credito cap. 3. tit. 2. num. 720. Galter. in prax. liquid. instrum. par. 1. primæ partis, in verbo in publica forma sumptum, num. 38.* & quamvis cum esset opposita hæc exceptio per viam nullitatis per Hieronymum Perottam fidejussorem dictæ Antoniæ, fuisset rejecta, tamen ultra quod fuit tractata per viam nullitatis, & non fuit in totum rejecta, sed fuit dictum, quod partes compareant ad dicendum, quare obligatio, & fidejussio non debeant incusari, etiam si esset princi- 8 paliter discussa, si constat de justitia, sententia lata contra correum, alteri correo non obstat, ut ex *text. in l. amiss. 53. §. fin. ff. de fidejuss.* & ex *Surdo Scacc.* & aliis pulchre probat doctissimus *Regens Galeot. controvers. 61. n. 11. & 57. tom. 1.*

Quarto opponebatur exceptio, quia etiam data veritate, & validitate obligationis respectu prædictæ Victoriæ creditricis, quæ insistebat pro exhibitione, 9 nullum jus ei competebat, siquidem prædicta obligatio non comprehendebat, nisi illos creditores, qui tunc temporis erant in judicio, *Bald. in l. fin. nu. 3. C.* 10 *de bon. author. Judic. possid.* ubi etiam *Salyc. num. 8.* qui loquendo in fidejussione de judicio sisti, dicunt, illam operari respectu illorum creditorum, qui egerant, secus autem respectu illorum, qui postea supervenerunt, immo nec illis proderit, si mutent modum agendi, *l. non à Judice 63. §. 1. ff. de judic. Roman. cons. 210. num. 11. Mastrill. dec. 126.* ubi plene de materia. Nec prædictis dicebantur obstare *text. in leg. si unus*, alias *cum unus, ff. de bonis author. Judic. possid.* & *l. fin. C. eod. tit.* ex quibus juribus probatur, quod immissio facta 11 à Judice ad beneficium unius creditoris, prodest etiam aliis, satis enim differt immissio, quæ fit à Judice, &

obligatio,

obligatio, seu fidejussio, quæ est stricti juris, quæ non extenditur de una persona ad aliam, ut advertit *Ma-*
12 *strill.d.decis.*116.*n.*19.& quatenus dispositio prædictorum jurium posset extendi etiam ad fidejussionem, sive obligationem, tamen non procederet, nisi respectu creditorum, qui infra quatriennium comparuissent inter absentes, & infra biennium inter præsentes, ut habetur ex *gloss.* in dicta *l. cum unus*, & est *text. in leg. fi. C. de bon. authorit. Judic. possid. Negus. de pignorib. 2. membr. 3. part. numer. 9. vers. quarto restringitur.*

Et demum opponebatur, obligationem quatenus veram fuisse vi, & metu extortam, quia postquam ejus vir mediante dicta obligatione putaverat, mobilia, & libros, tanquam dictæ Antoniæ consignatos retinere, illos contra voluntatem illius, immò & ipsa recusante vendidit, & alienavit, & quamvis emptor voluit pro sua cautela, ut pretium solveretur ipsi Antoniæ, tum eisdem vi, & metu permisit, pretium in proprios viri usus converti, & licet ipse emptor
13 non fuerit particeps metus, tamen dicebatur; quod hæc metus exceptio opponi poterat etiam adversus tertium; ex *text. in l. apud Celsum, §.fin.ff de dol. mal. & met. except. l. si cum exceptione* 14.*§.in hac §. aliquando, & §.pedius ff.de eo, quod met.caus.l. metum* 9.*§.sed quod prætor, ff. eod.tit.* estque ratio; quia ubi
14 actus fit propter metum, deficit consensus, & proinde nulla est obligatio, *l.*1.*§.adeo, in fin.ff de pactis, Berengar. Fernand.in l.pacta conventa, num. 9. ff. de contrah.emp.*ex quibus juribus dicit *gloss.in d.§. in fin.*
15 ubi etiam *Zasius*, & alii, quod metus exceptio potest opponi tertio, etiam si per mille manus transiret, sequitur *Cujac. in paratitlis, tom.2.Digest.lib.*44.*tit.*4. *Celsus Bargal.in tract.de dolo, lib.*4.*cap.*2.*nu.*78.*Fontanell. de pact.nuptial.tom.*2.*claus.*7.*glos.*2.*par.*5. *ex nu.* 20.latè *Avend.* qui cæteros collegit in *tract.de mot. lib.* 1.*cap.*12.*n.*19.*cum seqq.* & sic decisum refert *Vrsill.* ad *Afflict.decis.*263. *num.* 6. *Biloch. de absolut.à juramen. c.*3.*numer.*5.*Borgnin.Cavalcan.decis.Fr.* ... *an.*13.*par.* 2. *num.*49.*Michael Crassanter commun.opinion. titul.de his, quæ vi,met.caus.fiunt, num.*17. *Thor. in compend. decision. tom.*1.*Verbo contractus meticulosè factus, fol.* mihi 119.

Nec de probatione metus dicebatur posse dubitari, siquidem probatum fuit, Octavianum ejus virum esse valde iracundum, cui non poterat uxor contradicere, & quod venditio librorum fuit tractata, & conclusa per ipsum sine scientia, & consensu ipsius Antoniæ, immo nedum dictæ venditioni dissensit, sed postea illa facta procuravit ad minus, pretium debuisse in emptionem converti, & non potuit obtinere, sed mortem ei minavit, nisi emptori quietationem faceret, & unus testis deponebat, quod eam
26 verberavit, & metus nedum sufficit, si intervenerit facto verberando metum passum; quo casu nulla cadit difficultas, ut per *Thesaur.quæst.forens.lib.*1.*q.*51. *num.*8.verum etiam quando minæ intervenerunt, & sumus in personis, quibus reverentia debetur, de quibus per *Basilium de matrimonio, lib.*4.*cap.*5.*numero* 2. ut in uxore tradit *Bart.in l.*1.*§. quæ honorande num.* 4. *ff. quarum rerum actio non detur, Menoch.* & alii relati à *Fab. de Ann.consil.*73.*num.*16.& alii allegati per *Visc.* in suis *communibus conclus.in verbo metus*, & per *Sanchez. de matrim.lib.*4.*disput.*6.*num.*6. & per *Farinac. in fragm.crimin.tom.*2.*in verb.metus, num.*120.*&* 125. *Capyc.decis.*159.*num.*32.*Franch.decis.* 80. *num.*1. *Ricc. collect.decis.*1176. *& Mari ad Gramm.decis.*103.*nu* 23.
27 & nedum minæ, verum etiam preces importunæ viri erga uxorem sufficere ad nullitatem actus, voluit *Afflict.decis.*69.*Franch. dec.*180.*Molfes. ad Consuetud. Neap.tom.* 2. *tit. de consens. mulier q.*7.maxima enim est reverentia, quæ viro ab uxore debetur, ad quod adducebatur etiam illud, quod dixit *Arist.lib.*1.*cap.*1. *œconom.* ubi inquit, *Æstimare debet mulier bene composita, mores viri esse legem vitæ suæ, & Cato* apud *Livium lib.*34.aiebat, *Majores nostri nullam, nec privatam rem quidem agere fœminas sine viro voluerunt, sed in manu esse virorum, & Neuiz. in Sylva nuptiali fol.* 67.*à ter.col.*1.dixit, *Mariti uti pauperibus mulieribus tanquam servis,*& ideo *Gutierrez Canonic.quæst. capit.* 37.*lib.*1.*num.*17. dixit contractum gestum ab uxore ob nimiam viri importunitatem esse rescindendum, sequitur *Basilius Pont.de matrim.lib.*4.*c.*12.*n.*5.*in fin.* ubi etiam plura ad materiam metus.

20 Et adeo ista metus probatio est difficilis, ut admittantur testes singulares, affines, & alii de jure in aliis non admittendi, immo etiam per conjecturas probatur; & magis creditur duobus testibus de metu affirmantibus, quam mille metum negantibus. *Ann.alleg.* 214. *Minad.cons.*28.*Honded.cons.*29.*num.*21.*lib.*1. *Farinac.* in alleg. *tom.*2.*fragm. crimin. in verba metus, nu.* 197.*Franch.dec.*180.*num.*5, & propterea faciles debent esse judices ad pronunciandum, mulieres metu virorum contraxisse, *Thesaur. quæst.forens.lib.*1.*d. quæstio.* 51.*Fontanell.d.claus.*7.*gloss.*2.*par.*5. *tom.* 2, ex *numer.* 43.
21 nec temporis lapsus deberet ei officere, quia metus uxoris respectu viri durat, donec vita ejus duraverit, *Rebuff.lib.*1.ad *Constitut. Gall. tract.de rescis. contract. art. unic.gl.*22.*num.*1. *Joan.Vinc.de Annad.alleg.*114. *n.* 4. *Ludovis.dec.*392.*n.*5.

Pro Creditrice tamen dicebatur, ridiculum esse
22 asserere, obligationem non esse veram, cum instrumentum dicatur probatio probata, *l. cum precibus, C.de probat. Joseph. Ludov. decis.Lucens.*54.& *Perus.*50. & propterea habens quis pro se instrumentum, dicitur habere intentionem fundatam, *Rota Genuens.dec.* 122.& facit rem notoriam, & manifestam, eadem
23 *Rota decis.*109. & quod apparet per instrumentum, dicitur certum, & manifestum, eadem *Rota in decis.* 213.*Ricc.collect.decis.*1090. *Barbat. in cap. fin. de libell. oblat. Bar. in leg.*1.*in princ.in vers.venio ad quæstionem ff.de oper. nov. nunciat. Bald.in l.siteres ff. de probat,*
24 *Grammat. decis.*43.*numer.*10. *&* 11.ubi etiam habetur, quod ex instrumento duæ oriuntur præsumptiones, quod sit verum, & quod sit solemne, *Bald.in capit.*1. *§.instrumentum, de not. feud. Menoch.de præsumpt.lib.* 1.*q.*199.*n.*14.*& præsump.*44.*lib.* 2.*&* 122. *num.* 4.*lib.*3.
25 quod tanto magis procedere debet in obligationibus factis penes acta M. C. V. quia sunt tanquam promissiones factæ in judicio & habent vim confessionis; & proinde parte non citata accusantur, & exequuntur, *gloss.in auth. generaliter, Cod. de Episcop. & Cleric.* & in *l.enim, pro quo,* ubi *Bald.Castrens.& Alex.ff.de in jus vocand.* & sic in praxi observari in M.C.V. apparet ex *Rit.*128. *Reg.Rovit. in pragm.* 2. *de jurisd.invic. non*
26 *turband.num.*9. qui *num.* 10. dat rationem, propter Judicis authoritatem & dicitur fieri apud acta, quod fit apud Judicem, *l. in donationibus,* juncta *l. præcedenti, C.de donat.* non quod ipsi Judices scribant, sed quia ipsis mandantibus acta fiunt, *l.*1.*§.sed neque, C. de veter.jur. enucleand.l.item autem § gessisse ff.de ad-*
27 *ministr.tutor.*& de jure communi nedum ipse Actuarius poterat illas obligationes recipere, sed etiam ejus Scriba dummodo ab ipso signentur, *Mohedan. decis.*247. verum in Regno per *Regiam Pragm.* 9. *de Actuariis* necesse est, ut per ipsummet Actuarium scribantur, & signentur, *Reg.Rovit.in d.pragm.*9. nec quia mulieres honestæ non solent accedere ad Curiam, potest redargui scriptura de falso, quia practica inolevit, ut Judex ex multitudine negotiorum non assistat in Banca, ex quodam mandato generaliter injuncto Actuariis obligationes, & fidejussiones recipiendi absque ipsius interventu, & respectu mulierum honestarum vel aliarum personarum, quæ non accedunt ad Curiam, Actuarii accedunt ad earum domum, & illas recipiunt, & scribunt, *Constitutus penes acta*

&

& stylus Curiæ est pro lege servandus, *Franch. decis. 470. n. 4. vers. motis etiam fuerunt*, & *n. 5. Affl. in Constit. Præsenti lege 4. notab. & decis. 175. Thesaur. in proœm. decis. Pedem. num. 32. Ferrer. in observat. Cathal.* 29 *par. 1. cap. 505.* & hic stylus in judiciis taliter semper observatus, omnem tollit dubitationem, *Reg. Revu. in pragm. 3. de delat. n. 17.* tantò magis, quia de veritate obligationis deponunt testes, qui interfuerunt, & con- 30 stat de bona qualitate Actuarii, cui ratione ejus officii credendum est, ut post *Specular. & Abb.* tradit *Capyc. decis. 61. in fin.*

Minus obstat conquestus ipsius, quia nec erat sufficienter probatus, neque probatus relevaret, conquæstus enim partium veritatem non mutat, alias esset in voluntate ipsarum, negare contractum, ex 31 falsa enim asseveratione nunquam veritas tollitur, aut vitiatur, *l. cum falsa*, ubi *Cart. num. 4. C. de jur. & fact. ignorant. l. si aliquam rem, & l. si me & Titium* [illegible] *ff.* 32 *de acquir. possess. Durand. decis. 357. num. 30.* & cum habemus veritatem facti, non est curandum de qualibet opinione, sive verisimilitudine, *cap. veritate 8. distinct. Rom. cons. 340. numer. 9.* nihil enim fortius dicitur ipsa veritate, *gl. in cap. 1. in vers. veritas, de offic. deleg. Saraph. de privileg. jurament. privileg. 90. num. 6.* neque 33 de dictis duobus testibus dicebatur esse curandum, dum non deponunt, non esse subscriptam manu dictæ Antoniæ, quia de jure non probatur, ut ex *Afflict. in d. decis. 181.* & aliis; nam supra dicta fundata ex *Rot. Rom. diversor. in d. dec. 324. par. 2.* ac *de Grass. decis. 2. de fide instrumentor. & Paisot. d. decis. 173.* procedunt concurrentibus aliis adminiculis, ut habetur ex eadem *Rota divers. decis. 353 par. 1.* & est de stylo Curiæ Romanæ, ut declaratur in *dec. 570. par. 1. divers. & Ricc. in d. collect. 774. in fin.*

34 Quod autem opponebatur de nullitate obligationis, ex quo duo testes non se subscripserant, sed tantum Actuarius, dixit, quod obligati erant noti duobus testibus in obligatione nominatis, advertatur, quia nunquam *Regia Pragmatica* se somniavit hoc dicere, sed tantum quod obligatio fiat in præsentia duorum testium, qui declarent cognoscere obligatos, prout jam erat factum, & ita semper fuit dicta *Regia Pragmatica* observata, prout testatur *Reg. Revu.* magnus practicus in *pragm. 6. numer. 6. de offic. Magistr. Justitiar.* verba enim *pragmatica* tanquam juris commu- 35 nis correctiva debent strictè intelligi, & de jure communi Actuarii, sive Notarii ad aliud non sunt obligati, quam ex eorum assertionibus contrahentes cognoscere, *Franch. decis. 261. Rota divers. decis. 454. p. 1. Novar. in collect. ad dictam pragm. 15. de Actuariis* 36 *num. 12.* licet ipse cum aliis erraverit in practica dictæ *Reg. Pragm.* circa subscriptionem duorum testium, quia non multum in Regiis Tribunalibus fuerunt versati, & Nos vidimus fidem omnium ferè Actuariorum M. C. V. quod nunquam consueverunt subscribi facere testes in similibus obligationibus; & proinde meritò fuit hæc exceptio rejecta, quando fuit opposita per fidejussorem.

37 Ad quartam verò oppositionem, quod illa obligatio non prodest Victoriæ, quæ illo tempore non erat in judicio, ex doctrina *Bar. in l. fin. n. 3. C. de bon. auth. Jud. possid.* cum aliis supra allegatis, dicebatur, non militare, quia loquuntur in fidejussione de judicio sisti, quæ est stricti juris, *l. quidquid astringendæ 99. & l. in conventionalibus 52. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ex apin.* & *l. si in pignore, ff. de fidejuss. Alex. cons. 33. n. 1. vol. 2. Anchar. Regiens. q. 67. num. 23.* cum aliis per *Dom. Va-* 38 *lenz. cons. 9. n. 15. lib. 1.* fidejussio n. de judicio sisti fuit solum à jure inventa pro assecuratione judicii, ob fugæ timorem personæ, quæ debet in loco judicii assistere, ne judicium reddatur elusorium, *l. sciendum*, ubi *Bart. n. 5. ff. qui satisdare cogant. l. properandum, §. sin autem reus, C. de judic. Affl. decis. 88. Gramm. decis.* 95. *Borrell. in sum. dec. lib. 3. tit. 13. de fidejussoria cautione* 39 *num. 18.* nec tenetur fidejussor, quod intrat in judicio principalis obligatus, nisi usque ad sententiam proferendam *gl. in l. si quis reum*, ubi *Bar. ff. de custod. & exhibit. reor. Foller. in prax. crimin. in fragment. n. 261. Hipolyt. de Marsil. de fidejussor. num. 1*[illegible], idem *Borrell. loco* supra proximè citato, *num. 273.* ubi etiam quod si reus fuerit per sententiam absolutus, vel aliter sopiverit negotium, pro quo assister debebat amplius fidejussor non tenetur, *Affl. in constit. Regni sæpe contingit, n. 4. Alex. Jas.* & alii in *l. 1. in fidejussorem, ff. qui* 40 *satisd. cogant.* tum quia hæc fidejussio de reum præsentando, vel de judicio sisti non durat perpetuò, sed triennio extinguitur, *Molin. disp. 547. Dom. Valenz. cons. 16. 1. vol. num. 14.* & ideo perempta instantia non erit obligatus, nec principalis, nec fidejussor. *leg. cum lite mortua, ff. judic. solvi*, ubi etiam *Bar. Hering. de fidejussor. cap. 20. §. 9. numer. 13. Caravit. in Rit. Magn. Cur. Vic. 44. num. 12. Borrell. ubi supra, nu. 275.* & ideo 41 non mirum si cum fuerit præstita fidejussio respectu illarum personarum, quæ judicium instituerunt, non extenditur ad alios, qui postea supervenerunt, quia fidejussio non extenditur ad personas & causas extraneas, *l. si unus, §. omnia, ff. de pactis, Salyc. in l. terminato, Codic. de fructib. & litium expensis Joseph. Cumia in Ritibus Regni Siciliæ cap. 65. Franch. decis. 601. num. 1. Dom. Valenz. d. cons. 9. num. 28.* ubi etiam latè de materia.

42 Obligatio autem, seu fidejussio de exhibendo bona mobilia ad omnem ordinem Judicis, est magis ampla nec restringitur ad certas personas. *l. Senatusconsulto ff. de offic. Præsid. l. si fidejussor, §. si satisdatum, ff. qui satisd. cogan. Roman. cons. 314. numer. 4.* & habetur loco sequestri, *Ioann. Robert. receptar. sententiarum lib. 3. capit. 21. Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. casu 87.* fidejussio enim in casu prædicto non restringitur ad certas personas, neque ad certam causam, sed præstatur ad finem exhibendi mobilia, quotiescunque compareret aliquis creditor, & maximè anterior, & Iudex ad ejus instantiam mandat exhibitionem, & sic non solum procedit dispositio *textus in dict. leg. cum unus, ff. de bon.* 43 *author. Iudic. possident.* qui *text.* communiter solet allegari, quod sequestrum factum ad instantiam unius creditoris, prodest omnibus, sed ille erat casus magis dubitabilis, siquidem mulier comparuit in judicio, petendo assecurationem super mobilibus, ne molestaretur ad instantiam creditorum viri, & ipsi fuerunt consignata mobilia prædicta cum cautione de exhibendo ad omnem ordinem, quæ verba aliud non important, nisi ad omnem ordinem, quando comparuerint creditores anteriores, prout casus evenit, & quod plus est, quia in casu prædicto mulier erat depositaria, sive sequestrataria, & proinde non potuit 44 absque decreto Iudicis bona sequestrata eidem restituere, sive eorum pretium, *l. si oleum, in fin. ff. de dol. mal. Ludov. Rom. cons. 187.* neque in hoc casu ei suc- 45 curritur, quia si depositarius acceptam deposito pecuniam alteri mutuo dederit, ipse tenetur, *l. si is, qui depositum C. deposit.*

Nec tandem obstare dicebatur prætensus metus, tum quia non erat sufficienter probatus, nam ex quinque testibus examinatis duo sunt ejusdem Antoniæ consanguinei, tres verò inquisiti de pluribus, & enormibus delictis, de furto, pluribus falsitatibus, & lenociniis, & sic non probans, testes enim criminosi 46 non probant, neque in Civilibus, neque in Criminalibus, *Nellus in tract. de testib. n. 15. Steph. Aufrer. in eod tract. de testib. nu. 25. Alber. de Maletis de testibus c. 3. n. 1. Specul. in tit. de teste §. 1.* sub *n. 24. vers. item opponitur; quod est criminosus*, & maximè lenones *l. 1. & l. athletas §. ait prætor, ff. de his, qui notant. infam.* idem *Aufrer. de reprobat. test. nu. 63. Farinac.* latè *de reprobat. test.* sic etiam fures, & latrones, *Nepos de Monte*

Albano

Albano in d. tract. de testib. num. 22. & *Nellm de Sancto Gemiuiano num.* 18. *Jodoc. Damhouder. in centur. crim. tit. de reprobat. test. n.* 19. Rursus dicebatur, quod huic prætensæ probationi non erat adhibenda fides, quia ex aliis testibus constabat, Octavianum virum fuisse pacificum, non iracundum, nec solitum minas exe-47 qui, quo casu minæ non sufficiunt ad metum inferendum, *Gamma decis.* 250. *n.* 4. *Boer. dec.* 100. *nu.* 12. *Menoch. lib.* 3. *præsu npt.* 126. *n.* 24. & *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *casu* 135. *n.* 4. *Mascard. de probat. conclus.* 1055. *num.* 18. *Crav. cons.* 49. *num.* 1. & ipsa Antonia erat, prout 48 est fœmina virilis, & habebat cognatos, & consanguineos, qui erant in dignitate, & Magistratibus majoribus constituti, cum quibus, se consulebat, ac eam protegebant, ut ex eisdem testibus examinatis per Antoniam constabat, quæ præsumptiones metum excludunt, quia interventus consanguineorum metum excludit, *l. transactionem, C. de transactionib.* quamvis minæ præcessissent. *Gamma decis.* 346. *nu.* 5. & prædicti ejus consanguinei semper aderant in Civitate, & ipsa semper cum eis & in eorum domibus conversabatur, & quotidie erat, immo in eadem domo cum ipsa Antonia habitabant duo alii ejus consanguinei, *Menoch. lib.* 3. *de præsump. d. præsump.* 126. *Gaspar. Anton. Thesaur.* qui sic decisum refert *d. q.* 51. *num* 17. & 23. & tanto magis, quia semper habitavit in Civitate Neap. ac etiam ratione loci metus excluditur, *l. fi. ff. quod metus causa, Menoch. ubi supra, n.* 1.

Ex quibus die 15. Junii 1639. judicavimus, quod prædicta Antonia exhibeat tot bona mobilia eidem consignata, quæ ascendant ad summam ducatorum quatuorcentum, quod erat creditum dictæ Victoriæ anterius, vel faciat depositum dictæ quantitatis, & fuit etiam consideratum, quod attento competu dictæ quantitatis crediti prædictæ Antoniæ, erat penes ipsam aliqua quantitas ultra prætensum creditum, penes Actuarium Sollatium.

OBSERVATIO IN DEC. CXXXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio, sive fidejussio per Actuarum Magistros Tribunalium, & Curiarum Regni est capienda in præsentia duorum testium, qui asserant cognoscere obligatum, juxta R. Pragm.* 15. *de Actuar. & an debeat subscribi à duobus testibus requisitis in d. pragm. qui pariter affirment cognoscere obligatum, vel fidejussorem negativa opinio adducitur, ut sufficiat subscriptio Actuarii; qui asserat obligatum esse sibi cognitum ex relatione duorum testium nu.* 2. 3. & 4. *sed affirmativa opinio defenditur, ut requiratur subscriptio testium, n.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. 17. 18. 19. 20.

5 *Obligatio judiciaria stipulata penes acta paratam habet executionem tam de jure communi, quam de jure Regni, intellige si est incusata, n.* 6. & *de jure communi subscriptionem testium non requirit, n.* 7.

8 Pragm. 15. de Actuar. *fuit promulgata ad fraudem tollendam, sic etiam* pragmat. 16. eod. tit. nu. 21.

15 D. Regens Rovit. in pragmat. 36. nu. 6. de offic. Magistri instit. *non probat ad quod adducitur.*

16 *Dictum Doctoris intelligi debet secundum jura, & DD. quos allegat.*

19 *Verba* pragmaticæ, *quando sunt dubia ex observantia subsecuta interpretantur.*

22 *Forma dicitur inducta quoties* statutum, vel pragm. *aliquid de novo inducit, quod jure communi non requiritur.*

23 Sub*scriptio Actuarii, vel Notarii,* ubi in *aliquo actu requiritur, non potest adimpleri per æquipollens.*

24 *Obligatio, quæ caret subscriptione duorum testium, si ab obligato non negatur habet executionem paratam & nu.* 25. 28.

25 *Conventio stipulatione, & juramento roborata suum effectum sortitur, licet deficiat in solemnitate, de ratione, n.* 26.

26 *Statutum, quod exigit certam solemnitatem, non destruit contractum juramento firmatum, & tanto magis, si non annullatur de jure communi, sed tantum ex statuto, n.* 27.

29 *Actuarius, qui cautionem capit ab aliquo creditore, cui certa quantitas per Judicem fuit liberata, cum cautione de restituendo, cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem Judicis etiam in casu evictionis, rei vendita de cujus pretio fuit facta liberatio, si res vendita evincatur à creditore anteriori, & tam creditor, quam fidejussor sint decocti, dum Actuarius tenetur juxta* pragmat. 17. de Actuar. *an cogi possit per emptorem pro toto pretio rei empta, vel solum pro quantitate liberata creditori, cujus cautionem Actuarius cepit, & quod teneatur ad totum pretium rei vendita, num.* 30. 31. *contrarium, num.* 32. & 33. *sed prima opinio comprobatur, n.* 34. 35. 36. 37. 38. 39. & *ita decisum adducitur, n.* 40.

30 *Actuarius, sicut cæteri magistratus, & officiales, qui ex officio capiunt fidejussores non idoneos tenentur in subsidium ad omne totum, & id in quo fidejussor tenetur.*

31 *Actuarius vigore* pragm. 17. de Actuar. *habet quatuor menses, ad faciendam discussionem super bonis principalis; & fidejussoris; quo elapso tenetur de proprio, nam ipse probare debet fidejussorem esse idoneum.*

32 *Actuarius non tenetur nisi ad sortem, pro qua fidejussionem capit, non autem ad usuras, & interesse.*

33 *Fidejussor non tenetur ad interesse, nisi in duobus casibus hic expressis, contrarium, n.* 34. 35. 36. 37. 38. 39. & *decisum adducitur n.* 40.

34 *Fidejussor, quando se obligavit ad pœnam dupli, censetur se obligare ad interesse, sic etiam ubi promisit in omnem causam, idest cui, quibus, quando, & ad omnem ordinem judicis etiam in casu evictionis, n.* 35.

36 *Verbum* restituere *comprehendit omnem causam, conditionem, &* utilitatem.

37 *Fidejussor tenetur nedum ad interesse damni, sed etiam lucri cessantis, ac pariter ad rem restituendam cum fructibus, n.* 38. & *decisio adducitur contra Actuarium, n* 40.

39 D. Regens Rovit. cons. 84. lib. 2. *procedit ubi promissio est facta cum dictione taxativa* tantum.

41 *Metus reverentialis respectu viri cum enormi læsione uxoris, sufficit ad rescindendum contractum.*

42 *Persuasio nimia habetur loco coactionis, & compulsionis.*

43 *Contractus stante læsione præsumitur meticulosus ob nimiam reverentiam, licet minæ, & verbera non adsint.*

44 *Reverentia cum minis inducit aptum metum ad rescissionem.*

45 *Metus minor in muliere, quam in masculo consideratur.*

46 *Verba blanda dominorum, vel superiorum metum inferunt.*

47 *Metus à marito uxori illatus in beneficium tamen tertii contrahentis, metum tamen ignorantis, & de ipso non participantis, non nocet tertio, contrarium, n.* 48. *tanto magis dum maritus fuit causa immediata acquirendi tertio metum ignoranti, n.* 49.

50 *Fidejussor de parendo mandatis S. C. in liquidatione instrumenti contra quem fuerunt expedita literæ executoriales realiter, & personaliter etiam contra principalem, si principalis stante decreto generali ob ferias activas præstet aliam cautionem de se præsentando, vel concordando finitis feriis, an censeatur liberatus per secundam cautionem, & negativè concluditur, n.* 51. 52. 53. 54.

52 *Novatio hodie non fit, nisi expressè dicatur.*
53 *Fidejussor tenetur novatione non facta, sic etiam si prorogetur tempus per Principem, n. 54.*

1 Agebatur in *hac decisione* de interpretatione *Regia Pragmatica 15. de Actuariis*, & de illius requisitis validitate obligationis stipolatæ apud acta M. C. V. statuitur namque in d. pragmatica, *che debbia la persona, che si obligarà, e pleggiarà sottoscriversi di propria mano sua in presenza almeno de due testimonii, o'hasserischano conoscerlo, & dichiarino la qualità di essi*, obligationem tamen de qua in hac decisione agebatur, non erat subscripta à duobus testibus, sed tantum ab Actuario M. C. V. qui in sub-
2 scriptione addit, qualiter obligati erant noti duobus testibus, quare *D. Reg n. 34* respondens supradictæ nullitati propositæ ex defectu subscriptionis dd. duorum testium, inquit, quod d. *pragmatica 15.* non se somniavit hoc dicere, ut scilicet duo testes debeant se subscribere, cum attestatione, ut supra, sed tantum, quod fiat obligatio in præsentia duorum testium, qui declarent cognoscere obligatos, prout erat factum per subscriptionem Actuarii, & sic videtur concludere, quod minimè sequiratur subscriptio duorum testium, sed sufficiat subscriptio Actuarii cum dicta attestatione, & quod tali modo semper d. pragmatica fuit observata adducens
3 in testimonium *D. Regentem Rovitum in pragm. 36. nu. 6. de offic. Magistr. Justitiar.* ac proindè *D. Regens nu. 36.* dicit errasse *Novarium & alios sequentes*, qui om-
4 ninò requiri subscriptionem duorum testium asserunt, quapropter per S.C. fuit judicatum, quod Antonia de Boctis obligata exhibere mobilia, super quibus perierat assecurationem stante urgentia creditorum Doctoris Octaviani Coppola ejus viri, exhibeat mobilia tantum valoris duc. 4[illegible]0. pro credito Victoriæ Salamanca creditricis anterioris, vel faciat depositum dictæ quantitatis, ut habetur in fine hujus *decisionis* versic. *ex quibus*.

Circa cujus decisionis veritatem observa, quod obligatio judiciaria stipulata apud acta, paratam habet executionem, nè dum de jure communi *ad tex. in l. cum*
5 *pro quo, ff. de in jus vocan.* & voluerunt pariter *Thes. dec 26. & Fontanell. dec. 22. n. 10. lib. 2.* sed etiam *de jure Regni* ut *in Ritu M. C. V.* 128. ubi *Carav. num. 1. D. de Franch. dec. 118. n. 7 & dec. 200. nu. 22. atque dec. 656. D. Consil. Roccus resp. 21. num. 5. lib. 1. D. Cors. Marcian. cons. 82. n. 2. lib. 1.* post *D. Regentem hic nu.*
6 25. aliique passim, quod tamen intellige, ut antequam executioni demandetur sit incusata, quo casu paratam obtinebit executionem, ut voluit *D. de Franch. d. de-*
7 *cis. 118. num. 7. 8. & 9.* quæ obligatio penes acta jure communi attento minimè subscriptionem testium requirit *l. in donationibus, C. de donation.* per quam *Bal. ibid.* dicit quod consuetudo mundi ita observat & docet *Grammat. cons. civil. 65. n. 2.* ubi reprobat *Lucam de Penna in hac parte, C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.*
8 aliter dicentem, sed ad fraudem tollendam fuit emanata d. *pragm. 15.* ut fiat in præsentia duorum testium, qui testentur cognoscere obligatum, qui pariter se subscribat.

Sed ut verum fatear hic articulus altiorem requirit indaginem, ut scire valeamus, an subscriptio testium omninò requiratur in obligatione capienda per Actuarium. Ideoque ante omnia discutienda sunt verba dictæ *Pragmaticæ*, fuit namque supplicatum in Parlamen-
9 to generali in anno 1600. per hæc verba *Item perche li Mastro d'Atti tanto della Regia Camera della Summaria, Conseglio, Vicaria, & altri Tribunali pigliano diverse obliganze, & pleggiarie di persone, li nomi delli quali pur che siano di persone habili, e sufficienti, & in verità poi sono altre persone fallite, & inhabili del medesimo nome, o molte volte si trovano obligate persone, che negano espressamente, che mai si sono obligati, per evitare le frandi, supplicano V. E. resti se vim commandare, che in tutte l'obliganze, che si pigliaranno da qualsivoglia Mastro d'Atti di qualsivoglia Tribunale debbia l'obligando sottoscriversi de sua propria mano in presen-*
10 *za di due Testimonii, che asserischano di conoscerlo, e declarino le qualità dell' obligato, o non sapendo scrivere, si debbia sottoscrivere il Notario por esso, che asserisca conoscere lo d. obligato;* Cui supplicationi Excellentiss. Prorex D. Franciscus de Castro cum v[illegible]ro Collateralis Consilii, ordinavit obligationem, vel fidejussionem esse capiendam per Actuarium modo quo supra fuit petitum, & fuit addita clausula *altramente non si possa*
11 *pigliare d. obliganze, o pleggiarie dalli Mastri d'Atti, e ciascheduno di essi, sotto pena alli contravenienti per ciascheduna volta di ducat. mille d'applicarsi al Regio Fisco, oltre l'obligo di pagare quello, che importarà d'obliganza ò pleggiaria, al che ordiniamo, che stia obligato principalmente il predetto Mastro d'Atti perche non pigliandosi le dette obliganze, o pleggiarie nella forma predetta, saranno nulle, e di niun vigore, ne sarà giusto, che gl'interessati sentissero danno per fraude, ò d[illegible]tuta del Mastro d'Atti*, quæ quidem *Pragmat. 15.* fuit confirmata cum nonnullis declarationibus per Excellentissimum Comitem Vanavente Proregem in anno 1603. ut in *pragm. 16. eod. tit. de Actuar.* per hæc verba, *Dichiaramo, che nelle obliganze, e pleggiarie, che da qua avante si pigliaranno basti la sottoscrittione dell' obligato sapendo scrivere in presenza però di due*
12 *testimonii, quali reconoscano la persona, & in caso, che non sappia scrivere, del che si stia all' assertione, che ne farà il Mastro d'Atti in suo nome similmente, e nelle obligationi, e pleggiarie, che saranno di cinquanta ducati in basso, nelle quali per trattarsi di poca quantità, non si sogliono essi al spesso commettere frandi, basti la sottoscrittione del principale, che si obligarà, ò pleggiarà sapendo scrivere, o dell' Attuario tantum non lo sapendo.*

Ex d. igitur *pragm. 15.* non habemus expressè, quod obligatio, vel fidejussio debeat subscribi à duobus testibus modo quo supra, alias sit nulla, sed solum, quod
13 nisi capiatur in præsentia dd. duorum testium sit nulla ibi, *perche non pigliandosi le dette obliganze, ò pleggiarie nella forma predetta saranno nulle, e di nissuno vigore*; Ideoque D. Prorex mandavit, ut ultra pœnam duc. mille Actuarius teneatur solvere quantitatem contentam in d. obligatione, aut fidejussione ibi, *oltre l'obligo di pagare quello che importarà d'obliganza, ò pleggiaria*, & secundum meum videre, decisio non potest substineri ex ratione adducta per *D. Reg nu. 34.* quod scilicet *pragm. 15.* nullatenus requirat subscriptionem duorum testium, sed tantum, quod co-
14 ram illis subscribatur à principali, qui teneantur cognoscere obligatum, & quod stetur assertioni Actuarii, auctoritate *D. Rovit. in pragm. 36. num. 6. de offic. Magistr. Justitiar.* Nam *D. Rovitus*, illud non pro-
15 bat, hoc namque tantum dicit, *Et dnm en secundo capite hujus pandecta agitur de obligationibus, quæ capiuntur in Palatio M. C. scias, quod hodie Magistri Actorum in hujusmodi obligationibus ab ipsis recipiendis, tenentur facere fidem, quod habent notas personas contrahentium, saltem ex relatione duorum testium sibi cognitorum, ut in cap. 3. inter gratias Ducis Ossunæ, fol. 276. & in novissima impressione est pragm. 15. de Actuar.*
16 hæc ille, Doctoris namque dictum intelligi debet secundum jura, & D. D quos allegat. & tamen Pragmatica supradicta hoc dictum *D. Rovit.* minimè expreiré hoc probat, ideo de veritate articuli est indagandum.

Quare cum D. Prorex voluit occurrere fraudibus prout petierat Civitas quæ noluit stare assertioni faciendæ per Actuarium, ejus namque fidem noluit se-
17 qui ideò voluit requiri præsentiam duorum testium, qui si non subscriberent, fraudem Actuarius facilius committere poterit ex attestatione per ipsum faciend[illegible],

quod

18 quod obligatus erat notus duobus testibus, & sic secundum meum videre, testium subscriptio cum attestatione se ipsos cognoscere obligatum omninò requiritur, aliàs nulla remanet obligatio; Item si verba *Pragmaticæ* essent dubia, prout sunt clara, adhuc ea observantia subsequuta, *statutum*, seu *Pragmatica* interpretatur, & tamen omnes post d. pragmaticam fuerunt subscriptæ, & ad præsens subscribuntur à duobus testibus per hæc verba. *Jo. N. sono testemonio e conosco la d. obligata*, & de fide Actuariorum, de qua *D. Reg. nu.* 36. nulla esse habenda ratio, nam in contrarium esse 20 veritas, & perscrutari poterit liber obligationum cujusque Actuarii, ut veritas elucescat, & illam fidem forsan fecerunt, ut fraudem facilius committere possent contrà disposita in *d. pragmat.* 15. & etiam *pragm.* 16. ibi, *e perche tutta questo si è fatto à fine d'evitare* 21 *gl'inganni, è suppositioni delle persone*; ideoque quotiescunque statutum aliquid novi inducit cum certis 22 modificationibus, quicquid ibi exponitur dicitur esse pro forma, illaque non servata, actus est nullus, ut probat idem *D. Rovit. in pragm. 1. n. 17. de persequend. malefactor.* & dum de jure communi testes non requiruntur in obligationibus penes acta, ut diximus *n. 7.* & in *d. pragm. 15.* requiritur, ut fiat coram duobus testibus, illa servari debet, aliàs est nulla, ut post *D. Rovit. ubi supra*, fundant etiam *Amat var. resol. lib. 2. resol. 66. Menoch. cons. 777. n. 3.* aliique per me adducti *dissert. ... n. 1. lib. 1. dissert. seu observ. forens.* sub prælo pro Excellentissimo D. M. Comestabili columna exarata.

Quod adeo verum est, nam ubi requiritur sub-23 scriptio Actuarii, sive Notarii in aliquo casu, illa est adeò necessaria, ut non possit per æquipollens adimpleri, ut ex *Borrello de Magistrat. edict. lib. 2. cap. 15. num. 13.* tenet *D. Rovit. in pragm. 9. sub numer. 2. de Actuar.*

Sed omissa quæstione, an subscriptio testium sit necessaria, ex alio tamen substinetur d. obligatio, & sen-24 tentia ritè emanavit à nostro S.R.C. nam licet à principio Antonia negasset dictam obligationem, hanc tamen negativam substinere nequivit, ideoque dixit illam fecisse vi, & metu mariti, si ergo acceptat obli-25 gationem, licet dicat illam carere solemnitatibus à *pragmatica* requisitis, succedit conclusio à DD. admissa, quod conventio stipulatione, & juramenta roborata suum effectum sortiri debet, licet deficiat in solemnitate, cujus conclusionis ratio illa adducitur, nam *sta-26 tutum* quod exigit certam solemnitatem, non destruit contractum juramento firmatum, ut de communi opinione testatur *Ant. Gabriel lib. 1. comm. conclus. tit. de jurejur. concl. 5. nu. 14. & 15.* vers. *contrarium tamen* quod indubiè procedit, dum contractus non annulla-27 tur de jure communi, sed tantum ex *statuto*, ut in casu nostro, *ita Gabriel. l. 1. comm. concl. tit. de clausul. concl. 10. limit. 5. num. 16.* ideoque dum Antonia 28 fatetur se esse obligatam, ex d. confessione potuit condemnari, ut tenet *Iser. in constit. Regni incip. Prosequentes.*

Notandum pariter erit, quod dum Actuarius tenetur ad solvendum creditori illius creditum, quando non observat disposita in *d. pragm. 15. & 16.* dubitari po-29 terit, an Actuarius, qui cautionem capit ab aliquo creditore, cui per Judicem facta graduatione fuit liberata aliqua quantitas perventa ex venditione domus debitoris cum cautione de restituendo, cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem Judicis, etiam in casu evictionis d. domus, si illa evincatur à creditore anteriori, qui in graduatione non erat graduatus, quia non comparuerat, si emptor, ea quo tam creditor quam fidejussor, sunt decocti, agit contra Actuarium, an possit cogi per emptorem pro toto pretio domus, an verò pro quantitate tantum, per quã fidejussionem cepit, & dicas, quod tenetur Actuarius ad totum pretium domus; Actua-30 rius enim sicut cæteri Magistratus, & Officiales, qui ex officio capiunt fidejussores non idoneos teneri in subsidium ad omne totum, & id, in quo fidejussores tenentur *l. 1. §. Magistratus*, ubi *Bald. ff. de Magistr. conventen. §. sciendum instit. de satisdat. tut. vel curat. Auth. generaliter, C. de Episc. & Cler.* ubi *glo. in verbo officii l. fin. C. de Magistr. Conven. Peregr.* post multos *de jure fisci lib. 6. tit. ... nu. 58. in fine*, & in hoc Regno adest *pragm. 17. de Actuar.* ubi statuitur terminus 31 quatuor mensium Actuario ad faciendum discussionem super bonis principalis, ac fidejussoris, quo elapso tenetur de proprio ipse Actuarius, cui nè dum vigore *d. pragmat.* sed etiam *de jure communi* incumbit onus probandi fidejussorem esse idoneum *l. si verò, §. qui pro rei, ff. qui satisd. cogant. l. non est necesse ff. de probat.* & post multos *Mascard. de probat. concl. 782. num. 1.* alios etiam allegat *Grat. cap. 135. nu. 37. & 38. & cap. 527. per tot.*

Ex parte tamen Actuarii dici potest ipsum non te-32 neri, nisi ad sortem, pro qua fidejussionem cepit, non autem ad usuras, & interesse. Magistratus namque ratione fidejussionis malè acceptæ non tenetur plusquam ipse fidejussor DD. tradunt *in d. §. sciendum instit. de satisd. tut. vel curat.* & fidejussor non tenetur ad inte-33 resse, nisi in duobus casibus scilicet, vel quia fidejussit in omnem causam *l. quæro, ff. locat.* vel quia expressè ad usuras se obligavit, & interesse promisisset ad tradita *l. centum Capuæ, ff. de eo, quod certo loco*, aliàs verò fidejussor ad interesse minimè tenetur *l. fidejussores Magistratuum, §. 2. & l. fin. ff. de fidejuss.*

His tamen non obstantibus Actuarius tenetur ad to-34 tam evictionem secutam dum fidejussor se obligavit ad pœnam dupli, quod venit loco interesse, & loco illius gratia vitandæ difficultatis in probando interesse censentur partes se obligare, ita dicit *Bart. in l. in omnibus, ff. de preter. stipul.* & probatur *in l. fin. ff. eod.* & habetur in *dec. Bonon. 16. in fine*, & adest pariter pro-35 missio in omnem causam, dum fidejussor se obligavit restituere *cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem Judicis, etiam in casu evictionis*, nam sub verbo *resti-36 tuere* comprehenditur omnis causa, conditio, & utilitas, quam habiturus esset creditor, si ei lis, vel controversia facta non fuisset, ut ad literam docet *text. in l. restituere, in l. cum prætor, in l. fin. §. fin. ff. de verb. signif.* 37 & sic tenetur, nedum ad interesse damni, sed etiam lucri cessantis, *Alciat. & Rebuff. in d. l. restituere, & in l. videamus, §. fin. ubi DD. ff. de usur.* & magis punctualiter, si aliquid sit liberatum alieni cum cautione 38 de restituendo ad omnem ordinem Judicis, quod si deindè condemnetur principalis, cui res fuit liberata ad rem restituendam cum fructibus, quod fidejussor teneatur, nedum pro ea re, per quam fidejussit, sed etiam pro fructibus, dicit decisum *Surd. dec. 112. per tot.* precipuè *n. 9. & 10.* & propterea non obstat *D. Rovit.* 39 *consf. 84. lib. 2.* ubi contrarium sobstinet per jura pro Actuariis allata supra *n. 32. 33.* ibi namque aderat dictio taxativa *tantum*, ut dicit *n. 7.* vers. *quia fidejussia*, ideoque interesse non debetur, meritò obstare non potesit, imò per nostram opinionem adduci potest *D. Rovit.* & 40 secundum nostram opinionem fuit per S.C. determinatum in causa Marchionis Sancti Marzati cum hæredibus Joannis Andreæ Bortelli Actuarii S. C. in Banca de Martino, emerat namque Petrus Antonius Mastrillus quasdam domos ad extinctum candelæ à patrimonio Comitis Loreti urgentibus creditoribus pro duc. 12,000. francas & liberas ab omni onere de quibus fuerunt liberati duc. 2000. Tiberio Pignatello cum cautione Tiberii Tagliaferri de restituendo *cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem S. C. in casu evictionis dd. domorum*, & cautio fuit capta per d. Joannem Andream in anno 1621. cumque Marchio Sancti Marzati hæres d. Petri Antonii fuisset condemnatus ad solvendum nonnullas pecuniarum quantitates diversis creditoribus d. Comitis ex causa census, & aliorum jurium, egit, in S.C.

contra d. Tiberium fidejussorem Tiberii Pignatelli ad restituendum d. duc. 3000. stante evictione jam sequuta, unà cum omnibus damnis, expensis & interesse, & servatis servandis fuit condemnatus ad quantitatem liquidandam, quæ deinde per aliud decretum fuit liquidata in duc. 4105. usque ad annum 1629. & cum fuissent reperti non solvendo d. Tiberius Pignatellus, & d. Tiberius fidejussor, etamque notorie decocti, petiit idem Marchio condemnari hæredes D. Joannis Andreæ Actorum Magistri ad solvendum d. duc. 4106. unà cum interesse, damnis, & expensis stante decoctione obligatorum, etiam vigore *Regiarum Pragmaticarum*, & compilato processu fuerunt d. hæredes condemnati ad solvendum d. duc. 4106. patrocinante pro d. Marchione D. Augustino Ceva Grimaldo Advocato docto in banca de Martino.

D. Regens n. 13. cum seq. agit. de metu à marito uxori illato, ideoque nonnulla adnotare volui. Primò, quod metus reverentialis respectu viri cum enormi læ- 41 sione uxoris sufficit ad cujuslibet rescissionem contractus adnotata in vulgata *l. 1. §. quæ oneranda, ff. quar. rer. actio non dat.* prout etiam tenent *Crav. cons. 1. n. 12. Aret. cons. 24. col. 2. Curt. Jun. cons. 141. n. 18.* ubi 42 etiam, quod nimia persuasio, per quam aliquis ad aliquid faciendum inducitur, habetur loco coactionis, & compulsionis *Capyc. decis. 159. n. 34. Grammat. dec.* 43 *103. nu. 49.* ubi latè explicat contractum stante læsione præsumi meticulosum ob nimiam reverentiam, licet minæ, & verbera non adessent, tradens, omninò mulieribus esse subveniendum, & ipsa reverentia cum 44 minis inducit aptum metum ad rescissionem, ut tradunt DD. *in d. §. quæ oneranda, Canonistæ, in c. sanctam matrimonii de off. deleg. & Civilistæ in l. interpositas, C. de transaction.* & minor metus in muliere, 45 quam in masculo consideratur *glo. in nomb. in c. cum locum in verbo metum de sponsali*, quo casu testes singulares sufficiunt *Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta nu. 25. ff. de verb. oblig.* sic etiam minæ *Grammat. dec. 5. num. 15.*

Secundò etiam blanda verba Dominorum, vel Supe- 46 riorum metum inferunt *Hippol. sing. 645.* per notata *in l. 1. C. si Rector. provinc.* & metus etiam per suspiria, & lachrymas detegitur *Alex. cons. 100. n. 11. vers. secunda præsumptio vol. 3.* ac etiam per conjecturas *D. de Anna Alleg. 104. vol. 2.*

Tertiò, an metus à marito illatus in beneficium ta- 47 men tertii contrahentis metum ipsum ignorantis, & de ipso non participantis noceat tertio, & videtur negandum ex tradita per *Bart. in l. nam, & Servum, ff. de negot. gest.* sed contrarium esse verius, si utilitas ad uxorem pervenit, & proindè rescindatur contractus, *Cravett. cons. 253. nu. 7. vers. sed istud dictum*, item actio metus dicitur in rem scripta, & competit contra tertium possessorem cui benè obstat potissimè cum vero simi- 48 liter id cogitare potuerit, sciens viri terribilitatem, & quod uxor propter viri metum palam protestari ausa non fuit, tunc enim metum passo erit subveniendum etiam contra tertium ignorantem, ita concludit *Cravet. d. cons. 253. n. 6.* & ob id testatur *Ursill. ad Afflict. dec. 263. in fine* sua tempestate nunquam S.C. hanc opinionem in favorem ignorantia contra metum passum sequutum fuisse, sed sufficere decrevit contractum esse meticulo- 49 sum, vel per vim confectum, tanto magis, quia maritus fuit causa immediata acquirendi tertio metum ignoranti, ut tenent *Bart. & Alber. in rubr. ff. si quis aliq. testa. prohib.*

Et dum *D. Regens. n. 28.* agit de fidejussione de Judicio sisti, quam satis distare probat à fidejussione de calbendo per *tot. n. 45.* ex rationibus, ibi adductis, quid di- 50 cendum de fidejussione præstita de parendo mandatis S.C. dum debitor fuit citatus super tenore instrumenti, qui præsentavit supplicationem de verbo faciendo in S.C. comparente tamen ipso debitore personaliter, ac præstita cautione de parendo mandatis S.C. & relatione secuta per S.C. fuit causa remissa eidem M.C.V. quæ procedere deberet ad interrogationem, pro cujus exequutione per M.C.V. vocatus fuit conventus, & quia non comparuit ipsum condemnavit, mandavitque, quòd incurretur pœna fidejussionis contra principalem, & fidejussorem, & ita exequutum fuit & pariter fuerunt consignatæ literæ executoriales creditori realiter, & personaliter contra debitorem, & fidejussorem, & cum supervenissent feriæ æstivæ d. debitor inaudito creditore cautionem dedit per totas æstivas ferias de concordando, vel præsentando virtute *decreti generalis*, an hoc casu fidejussor molestari possit à creditore. & dicendum est. quod prima cautio novata minimè dicitur per secundam præstitam de concordando, vel de præsentando ipsum debitorem finitis feriis, de jure etenim cautio 51 novari non potest per debitorem, vel fidejussorem, etiam audito, vel invito creditore, ut post multas discussiones tradunt, atque decidunt *Bart. Bald. & Castr. in l. si mandato meo, §. item si dum negotia mea, ff. mandati* per verba in illo tex. à I.C. Paulo prolata, quod expressius firmat idem *Bald. in l. si pater, C. de Collat.* quam opinionem communiter Peritissimi probant, *Cin. in l. 2. C. de sentent. quæ sine cert. quantit.* & *in l. qui autem, §. sed & si quis, ff. de const. pecun.* & ita judicatum per Collaterale Consilium refert *D. de Franch. dec. 202. n. 1.* per tex. *in d. §. item si dum negotia mea*, 52 tanto magis, quia hodie novatio non præsumitur, nisi expressè dicatur *l. fin. C. de novat.* & quando novatio minimè fit, fidejussor à prima obligatione non libera- 53 tur, ut per *Thes. dec. 125.* ubi *Addit. in filio* qui casum nostrum expressè decidit, dum voluit, quòd fidejussor 54 non liberatur, si prorogatio debitori fiat per Principem, quia creditor debet Principi obedire, ad *tex. in l. velle non creditur. ff. de reg. jur.* prout est dilatio concessa per ferias æstivas vigore *decreti generalis*, & proinde fidejussorum prima cautione non est liberatus per secundam cautionem, & debitum solvere compellitur, sed vide *D. Sanban. resol. 31. lib. 1* ubi contrarium tenet, sed malè ex prædictis.

M. A. Gizzius.

A R G U M E N T U M.

Quæ probationes sufficiant. & quomodo probetur, quem esse natum ex legitimo matrimonio, ad finem, ut patri succedere possit, & an, & quando interposito decreto præambuli, debeat in causa appellationis dari terminus.

S V M M A R I V M.

1 *Appellationis causa est accessoria ad causam principalem, nec in causa appellationis potest tractari de justitia, nisi dato prius termino, & compilato processu, prout in prima instantia, n. seq.*

3 *Scholarem quem non esse, probatur ex eo, quia non est descriptus in libro scholarium.*

4 *Matrimonium secundum* Concil. Trid. *nedum debet solemnizari à proprio Parocho, sed etiam debet describi in libro ad hoc destinato.*

5 *Puteolanæ consuetudo circa matrimonii, solemnizationem, quæ fit post traductionem sponsæ ad domum viri, adducitur.*

6 *Hæres potest possidere alio jure, quam uti hæres.*

7 *Lege contradicente quod fit, cassum, & inutile reputatur.*

8 *Tutor, qui administrat bona hæreditaria, sibi non præjudicat in jure suo, super eisdem bonis competente.*

9 *Filii naturalis hæreditas spectat ad proximiores ex parte matris.*

10 *Ter-*

10 *Terminus ad impugnandum in secundo judicio, etiam publicatis attestationibus an sit impartiendus.*
11 *Matrimonium esse contractum, asserti incumbit probatio.*
12 *Testes de auditu non probant matrimonium contractum.*
13 *Confessio simpliciter facta de matrimonio non nocet, si postea apparet non esse solemniter contractum.*
14 *Testium præsentia cum Parochi interventu non sufficit ad probandum matrimonium, nisi testes intelligant illorum mutuum consensum.*
15 *Matrimonium quamvis sit probandum per librum Parochi, non tamen excluduntur aliæ probationes, quæ magis probant.*
16 *Testis unus de veritate cum duobus aliis ex fama probant matrimonium. Item probatur per publicam vocem, & famam, & per diutinam cohabitationem, n. seq.*
18 *Matrimonium quamvis non possit probari ex conjecturis, & præsumptionibus, lo attatur tamen, ubi non agitur de matrimonio principaliter, sed solum ad effectum, ut filius tanquam legitimus possit admitti ad successionem.*
19 *Hæres tenetur factum defuncti ratum habere.*
20 *Præambuli decreta, per quæ aliquis declaratur hæres ex testamento, vel ab intestato, semper solent tractari in M.C.V. & dicuntur decreta interlocutoria, n. seq.*

DECISIO CXXXIX.

SCipio Capomaza defunctis Camillo, & Joanne Baptista fratribus utrique conjunctis per Curiam Civitatis Puteolorum declarare se fecit illorum hæredem, verum quia ex Camillo, & Olimpia de Costantio ortus fuerat Joannes Baptista, respectu ejus hæreditatis declaratus fuerat hæres per intermediam personam dicti Ioannis Baptistæ, prout per ipsum fuerat petitum.

Animadvertens tamen postea, quod in successione dicti Ioannis Baptistæ concurrebat etiam Reverendus D. Joannes Iacobus de Costantio avunculus, & fratres prædictæ Olimpiæ matris filii, & hæredes dicti Scipionis mutato judicio instituerunt, declarari hæredes ex propria persona dicti Camilli patrui, nulla habita ratione dicti Ioannis Baptistæ, ex quo non erat de legitimo matrimonio natus, & examinatis testibus in M. C. V. ex quibus probare conati fuerunt, non fuisse solemnizatum matrimonium inter dictum Camillum, & Olimpiam, cum qua quamvis fuisset tractatum, & conclusum, tamen quia orta fuit differentia ex causa quantitatis dotis, non fuit aliter solemnizatum, & interim orto dicto Ioanne Baptista decessit Olimpia.

Ex adverso autem pro parte dicti Reverendi D. Ioannis Iacobi prætendebatur, matrimonium vere fuisse contractum, & ita pro parte prædicti Scipionis confessatum, & proinde petiit, se declarari hæredem pro medietate prædicti Ioannis Baptistæ ejus nepotis, & per intermediam ipsius personam pro quarta parte Vincentii ejus patrui, & examinatis testibus de matrimonio, ita obtinuit decretum præambuli, à quo cum fuisset appellatum in Sacro Consilio, fuit in parte approbatum, in parte vero reformatum, nam respectu hæreditatis Camilli fuit confirmatum, respectu vero illius quartæ partis hæreditatis Vincentii fuit datus terminus, à quo decreto cum fuisset reclamatum, etiam per viam restitutionis in integrum, & obtenta Regia decretatione, quod verbum faciat, ad finem videndi, si erat deferendum petitæ restitutioni in integrum, quæ causa, quamvis reclamatio debebat tractari ad relationem M. C. tamen nescio, quomodo fuit commissa in S. C. & ordinatum, quod ista reclamatio tractaretur junctis Consiliariis duarum aularum, in qua causa reclamationis duo dicebant filii, & hæredes dicti Scipionis; & primò in ordine dicebatur, esse impartiendum

1 terminum in causa, cum enim in M. C. V. fuerit datus terminus, causa appellationis debebat tractari eodem modo, & forma, prout in prima instantia, *l. 1. ff. an per alium caus. appell. Franc. dec. 120. & 3*?*0. num. 18.* appellatio enim dicitur accessoria ad causam princi-

2 palem, *Dec. in rubr. ff. de appellat.* & ideo cum lis erat contestata in judicio ordinario, debebat etiam ordinarie procedi in causa appellationis, & propterea dicebatur, quod non erat opus tractare de justitia causæ, quæ erat postea tractanda, dato prius termino & compilato processu, *l. in causæ cognitione, ff. de minor. l. si minor. 25. annis, §. fi. & ibi glos. f. ff. eod.*

In justitia vero dicebatur, quod satis constabat non fuisse inter dictos conjuges celebratum matrimonium. Primò ex libris Parochi, qui illis perquisitis fidem fecit, non reperisse, fuisse tale matrimonium solemnizatum, ad quod adducebatur doctrina

3 *Bart. in l. cum quis 13. Cod. de reb. credit.* ubi dicit, quod constat, quem non esse scholarem ex eo, quia

4 non fuit repertus in libro Scholarium, quod & tottius procedit, stante *Concilio Tridentino de reformat. matrim. cap. 1.* ubi habetur, quod nedum matrimonium debet solemnizari à proprio Parocho, sed quod debet describi in libro ad hoc destinato, nec mirum, quod prædicti Camillus, & Olimpia fuerint reputati tanquam

5 conjuges, quia mos est in dicta Civitate Puteolorum traducere ad domum sponsam statim atque inter consanguineos conclusum matrimonium, & postea ad domum traductam solemnizatur, ut ex fide facta per dictam Universitatem, & quod ista solemnitas non fuit completa, quia interim insurrexerunt altercationes cum dotantibus circa dotem, & isto medio tempore Olimpia decessit.

Nec dicebatur obstare illa assertio facta per quondam Scipionem, qui petiit declarari se facere hæredem Camilli per intermediam personam Ioannis Baptistæ, quia ipse possedit hæreditatem, non uti hæres ipsius, sed continuando possessionem, quam habebat pro communi, & indiviso cum Camillo, & D. Vin-

6 centio fratribus, juxta *text. in l. pro hærede 20. ff. de acquir. hæred.* & proinde poterat possidere alio jure, quam uti hæres, & mortuo Camillo ipse potuit possessionem continuare, uti Camilli hæres, non habita ratione Joannis Baptistæ, *l. fi. C. de natural. liber. §. si quis autem, & §. consideremus, in auth. de trient.*

7 *& semiss.* cumque Ioannes Baptista fuerit incapax, omne id, quod subsequutum fuisset, quia lege contradicente, cassum, & inutile fuit, *l. non dubium, C. de legibus*, nec illa enunciatio, quod erat filius legitimus, & naturalis, veritatem mutat, fuit enim facta honoris causa, ob honorem familiæ de Constantio, nobilis in dicta Civitate.

8 Sic etiam considerabatur, quod quamvis quondam Scipio uti tutor Ioannis Baptistæ administraverit bona hæreditaria, remansa in hæreditate Camilli, non se præjudicavit in ejus juribus, in eisdem bonis sibi competentibus, *ex text. in l. quædam 26. C. de administrat. tut.* ibi, *quod lex nostra sua sibi jura immutilata reservat.*

Secundo dicebatur, quod quando aliquid dubii esset circa prædictum matrimonium, omnino debebat terminus impartiri, non potuerunt enim conventi se defendere in Magna Curia, quia dictus actor duo instituit judicia, & in uno tantum fuit datus terminus, in quo instituit solùm, se declarari hæredem Ioannis Baptistæ pro medietate, in quo judicio non se defenderunt conventi, quia nullum habebant in-

9 teresse, ex eo, quod hæreditas nepotis naturalis spectabat ad proximiores ex parte matris, nedum pro medietate, sed in totum, *Card. Paleoth. de noth. & spur.*

c. 39. num 4. & *cap. 38. num. 6. §. penult. Institut. de success. cognat. l. sed vulgo quæsit. ff. ad Tertul. l. si qua, C. ad Orfitian. § novissime Instit. eod. tit. Franch. dec. 640. num. 2.*

In secundo vero judicio, in quo asserebat, Joannem Baptistam esse filium legitimum, & naturalem Camilli, natum in Constantia matrimonii cum dicta Olimpia, petiit, se declarari hæredem, nedum in bonis Camilli pro medietate, verum in quarta parte Vincentii, non fuit datus terminus, tempore, quo per hæredes Scipionis nedum fuerat petitus, sed fuerunt revocatæ omnes, & quæcunque confessiones, factæ de legitimitate Joannis Baptistæ, tanquam factæ honoris 10 causa, qui non fuit aliter impartitos, & cum tractaretur de mero facto, in quo non potuit se defendere, etiam publicis attestationibus non poterat ipsis negari, *c. ex tenore 35. extra de testibus, Afflict. dec. 33. Ann. singul. 501. Franch. dec. 631.*

Dicebatur tandem, quod quando prædicta omnia deessent, non esse prædictum Joannem Jacobum in probatis de dicto legitimo matrimonio contracto, & 11 certum est, quod actori incumbit probatio de legitimo matrimonio, ut dixit *Napod. in Consuetud. Si mulier nupta, in verbo nupta,* per *tex. in l. si negot,* & *l. si quis à liberis §. si vel parens, ff. de liber. agnoscend. Dec. cons. 471. Reg. Rovit. cons. 2. num. 21.* ubi de communi testatur

12 Probatio tamen non relevat; quia aut loquimur de testibus, qui deposuerunt de auditu, & isti non probant, tanto magis in hoc casu, in quo Camillus honoris causa ita decere debebat, *l. testium.* ubi *glos. C. de testib. c. tam literis, extra eod. tit.* aut intendit hoc probare 13 per confessionem, factam à Scipione, & nunquam fuit facta confessio de sollemnitate matrimonii *Afflict. decis. 25*

14 Nec tandem duo testes de visu examinati concludunt, quia olita quod una est fæmina, & quamvis deponant, præsentes fuisse in actu contracti matrimonii, cum interventu Parochi, non tamen deponunt, audivisse, inter ipsos adfuisse illud mutuum consensum, non enim sufficit præsentia, nisi intelligatur illud mutuus consensus; qui est necessarius ad matrimonium, *Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disput. 39.* per *tex. in l. Titio 109. ff. verb. & ver. sig.* & ex his concludebatur, esse reformandum decretum prædictum, stante quod Joannes Jacobus actione carebat, & esse excludendum, juxta *text. in l. si pupilli, in fi. ff. de negot. gest.*

Pro actore vero dicebatur, decretum Sac. C. esse confirmandum, quia satis indubie constabat, prædictum Joannem Baptistam ejus nepotem fuisse filium legitimum, & naturalem Camilli, natum in constantia matrimonii cum Olimpia de Constantia ejus so-15 tore utrinque conjuncta, quamvis enim matrimonium probari possit per librum Parochi, ut dixit *Jas. in l. admonendo, num. 132* per illum *tex. de jur. jur.* de quo etiam per *Rice. collect. decis. 3151.* non tamen excluduntur aliæ probationes, quæ magis probant, quam liber, & ideo probari per duos testes, qui fuerunt præ-16 sentes contractui matrimonii habetur ex *Capitaq. dec. 205. par. 2.* & nedum per duos testes, sed etiam per unum de veritate, cum duobus aliis de fama probari matrimonium consta. ex *Fabr. defi. 8. C. de probat. Ca-17 sare de Graff. decis. 1. de sponsalib.* & etiam per publicam vocem, & famam, ex *Verall. dec. 203. 2.* & per diutinam cohabitationem, & famam de matrimonio, & contractibus matrimonialibus, ac aliis adminiculis *Put. decis. 103. par. 1.* quæ omnia colligit *Episc. Rice. in collect. dec. par. 2. collect. 219.* & quamo-18 vis matrimonium ex *Concilio Tridènt. in c. 1. in primis verbis, sess. 24.* non possit probari ex conjecturis, & præsumptionibus, hoc tamen limitatur, ubi non agitur de matrimonio principaliter, sed solum ad effectum ut filius tanquam legitimus possit admitti ad successionem, quo casu sufficit, ex conjecturis, & præsumptionibus matrimonium probari, *Put. dec. 72.* in una Venetiarum, *lib. 1. Rice. collect. 2079.* cumque in casu prædicto nedum adessent præsumptiones, quia fuerunt plures testes de auditu producti, nempe ab eodem Camillo matrimonium fuisse solemniter contractum, inter quos Vicarius, & Magister Actorum dictæ Civitatis Puteolorum, ac etiam uti legitimos conjuges fuisse habitos, tractatos, & reputatos, sic etiam de publica voce, & fama & quod publicè ita erant habiti; quod sufficere, habetur ex *Cassad. decis. 3. num. 7. de probat.* sed ipse idem Joan. Baptistæ pater eum filium legitimum nominavit. *Cornaz. decis. Lucens. 21.* & *Trevis. decis. Venet. 60. Farin. decis. Roman. 157. num. 16.* duo testes de visu deponebant de sollemnizatione matrimonii; item hoc idem con-19 fessus fuit idem Scipio, cujus actores erant etiam hæredes, ac tenebatur factum defuncti ratum habere, vulgata *l. cum à matre, C. de rei vendic.* & ut talia se fecerat tutorem declarare, & uti tutor dicti Joannis Baptistæ bona Camilli ad ipsum perventa administraverat, nec aliter est præsumendum, quod dicta Olimpia de nobili familia de Constantio de eadem Civitate, cum tot, tantisque nobilibus consanguineis, pati vellet permanere per tot annos in concubinatu cum dicto Camillo, & potius hoc erat inventum dictorum conventorum, ad finem, ut avunculus non succederet in ea portione, quæ ad eum de jure spectabat; fuitque hoc absque ulla hæsitatione habitum pro vero in S. C.

Ad illud vero, quod opponebatur de ordine, quia 20 debebat dari terminus in causa, dicebatur, quod decreta præambuli, per quæ aliquis declaratur hæres ex testamento, vel ab intestato; semper solent tractari in M. C. V. quia respiciunt solum, si aliquis sit hæres, de quo per *Ritum M. C. V. 181.* ubi *Caravit. numero 3.* tradit formam decreti prædicti, & *numer. 4. & 5.* ubi etiam, quod in informatione capienda non est necessaria partis citatio, quia sufficit qualiscunque probatio, *Afflict. in Const. Regni Eos, qui scienter, qua. 4. numer. 10.* & dicitur quædam declaratio, & fit absque tela judiciaria, ubi tamen non est contradictio, *Sca-21 glion. in rit. M. C. V. 282.* quod decretum dicitur decretum interloquutorium, ut dixit idem *Scaglion. in rit. 163. num. 04.* & propterea quando ab eo appellatur ad S. C. causa non committitur, sed fit solitum decretum per Spectabilem Præsidem Sac. C quod M. C. verbum faciat de dicto decreto in S. C. est verum, quod multoties quando adest partis contradictio, & negotium requirit altiorem indaginem, solet per S. C. provideri, quod causa remaneat in S. C. & tunc causa committitur; verum in hac causa non fuit hoc observatum, sed facto verbo per Magnam Curiam fuit confirmatum decretum præambuli expediti per Magnam Curiam Vicariæ respectu bonorum Joannis Baptistæ, respectu vero bonorum Vincentii fuit datus terminus in causa, à quo decreto cum fuisset reclamatum & obtentum, iterum verbum fieri, reperitur certo modo commissa causa in Sacro Consilio, quæ commissio fuit præter ordinem facta, & ideo illud verbum, quod erat faciendum ad relationem Magnæ Curiæ, fuit factum ad relationem Regii Consiliarii causæ Commissarii, & quia visum fuit, bene fuisse judicatum, ex quo ipsa bona obvenia Joanni Baptistæ à Camillo parte, quæ mediante persona tutoris fuerunt possessa per Joannem Baptistam filium, bene cadere poterat decretum præambuli, quia erat filius, & fuit habitum pro absoluto, quod erat filius legitimus, & naturalis, quo vero ad portionem spectantem ex hæreditate dicti Vincentii patrui, erat tractandum, non per viam decreti præambuli, sed via ordinaria, & ideo die 25. Februarii 1639. fuit

coo

confirmatum decretum Sacri Consilii, factum ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ, penes Actuarium Figliola.

OBSERVATIO IN DECIS. CXXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Judex laicus est competens, ubi quæstio facti, non juris circa matrimonium, quando dubitatur, an sit solemnizatum, præsertim si agitur de petitione hæreditatis.*

2 *Matrimonium qualiter probetur, probatur tamen per testes de auditu. num. 3. ex libro parochi, nu. 4. per parentes, fratres, & consanguineos, nu. 5. item ad effectum legitimitatis filiorum probatur per instrumentum dotale receptionis dotium, reputationem, & famam, nu. 6.*

7 *Legitimitas in dubio judicanda est, scilicet filios legitimos esse.*

8 *Matrimonium probatur per duos testes, qui fuerunt præsente contractu matrimonii, item per unum testem, qui fuit præsens cum aliis adminiculis, nu. 9. item per duos testes deponentes de sponsalibus de futuro, & per duos alios deponentes de concubitu, & cohabitatione, nu. 10. item ex confessione conjugum, nu. 11. nisi agatur de alterius matrimonii præjudicio, n. 12. per famam publicam, n. 13.*

14 *Matrimonium quoad legitimitatem filiorum, & filios esse legitimos probatur ex communi reputatione, & hoc casu ex levioribus conjecturis, n. 15 nempe ex præcedenti tractatu de contrahendo, & per dispensationem super impedimento obtentam, n. 16. ex depositione unius testis præsentis cum aliis adminiculis, num. 17. ex tractatu & cohabitatione usque ad obitum ipsorum conjugum num. 18. ex denominatione vir, & uxor, enunciatione in publicis instrumentis, vel testamentis, nu. 19. item si filii successerunt in bonis subjectis fideicommissi, nu. 20. item ex communi reputatione, publica, voce, & fama, cohabitatione, & tractatu, nu. 21. item ex diutina cohabitatione decem annorum cum communi fama, & reputatione, & tractatu maritali sub nu. 21.*

22 *Tutor, & curator tenentur inventarium de bonis pupilli, & adulti conficere, alias juratur in litem contra ipsos.*

23 *Administrator etiam tenetur inventarium facere, alias tenetur actione mandati.*

24 *Juramentum in litem non datur pro quantitate petita, sed Judex taxat, n. 25. & ita decisum adducitur, nu. 26. & 28. non tamen datur contra hæredes tutoris, curatoris, & administratoris, n. 29.*

27 D. Jo. Baptista Muscettula *Consil. laudatur.*
D. Thomas Caravita *Consil. laudatur, ibid.*

28 D. Ascanius Raetanus *Consil. laudatur.*

30 *Dominus directus consus an debeat exhibere libros ad instantiam emphyteutæ ad finem videndi solutiones factas, vel jurare illos non habere, ubi decisio.*

31 *Terminus ad convincendum dari debet, & ita decisum traditur.*

32 *Appellatio debet tractari eo modo quo fuit tractata causa principalis in prima instantia.*

33 *Causa si in prima instantia fuit summaria eodem modo agi debet in secunda, & tertia instantia, & numer. 34.*

35 *Appellatio interposita ab interlocutoria, regulatur, ut interlocutoria.*

36 *Appellatio à decreto præambuli expediti per M.C.V. cum sit interlocutorium, contrarium, nu. 37. & 46. estque diffinitivum, n. 39 vel saltem dicitur mixtum. n. 41. 43 44*

37 *Interlocutorium decretum quodnam sit, & sine solemnitate profertur, n. 38. & revocari potest per judicem qui illud protulit, n. 40.*

39 *Decretum diffinitivum, quodnam sit, & non potest revocari per eundem judicem, nu. 40. intellige, ut nu. 41.*

42 *Decretum interlocutorium habens vim diffinitivi quod mixtum appellatur quodnam sit & nu. 4. 45.*

44 *Decretum taxationis expensarum dicitur mixtum.*

46 *Appellatio à decreto præambuli est committenda in S. C. non autem determinari debet ad relationem M. C. V. & licet quandoque sit determinata ad relationem M. C. V. hoc processit ex incuria procuratorum, n. 47.*

48 *Appellatio ab interlocutoria determinatur ex eisdem actis, sed à decreto diffinitivo committitur in S. C. num. 49. & decisiones adducuntur, numer. 50. & 51.*

51 D. Consil. D. Ferdinandus Quadra *laudatur.*
D. D. Alvarus Quadra *laudatur, ibid.*
DD. Aloysius Quadra *Episcopus Motulensis laudatur, ibid.*
D. Carolus Tapia *Regens, Marchio Belmontis laudatur, ibid.*

IN causa hujus decisionis, interesse habebat Reverendissimus D. Jo. Jacobus de nobili familia de Constantio Puteolanus, qui erat Præpositus Terræ Ausæ sub dominio Excellentissimi D.M. Comestabilis Colunnæ ad cujus instantiam *Ego* partes d. Præpositi tuebar cum cæteris illius Advocatis, & victoriam pro eo obtinuimus, dum matrimonium verè contractum erat per verba de præsenti, ut testatur *D. Reg.*

Ideoque observabis primò, quod hic incidenter agebatur de matrimonio, & quæstio facti non juris erat, an matrimonium esset sollemnizatum per verba de præsenti, quo casu judex laicus est judex competens, præsertim si quæstio oriatur occasione petitionis hæreditatis, prout erat casus hujus decisionis ad tradita per *Bar. in l. ita ff. sol. matrim.* quem adducit *D. de Franch. dec. 362. n. 3.* qualiter autem matrimonium probetur habes apud *Verall. decis. 205. alias prima verbo matrimonium, & seq. par. 2. Beer. cons. 10. Menoch. cons. 34. & 259. Franch. Marc. dec. 201 par. 2. aliosque relatos per D. Amendola ad D. de Franch. d. d. 36. n. 1. 3. 4. 5. 6. qui n. 2. ex eod. Menoch. de arbitr. judic. casu 4 5. n. 2.* inquit probari per testes de auditu in casu ibi relato.

Sed magis in specie probatur matrimonium ex libro Parochi *D. Riccius par. 1. resol. 118. in praxi matrim.* Item per parentes, fratres, & consanguineos, idem *D. Riccius d. par. 1. res. 2. 9. n. 1.* Item matrimonium ad effectum legitimitatis filiorum probatur per instrumentum dotale receptionis dotis, reputationem, & famam *Putc. dec. 68. lib. 1.* & in dubio judicandum pro legitimitate, scilicet legitimos esse filios *Putc. decis. 2. lib. 3. n. 1. & 2.* Item per duos testes, qui fuerunt præsentes contractui matrimonii *Verall. decis. 207. par. 2.* Item per unum testem, qui fuit præsens, cum aliis adminiculis, ut in casu isto *Seraphin. dec 1000. n. 2.* Item si duo testes deponunt de sponsalibus de futuro, & duo alii de concubitu, & cohabitatione *Verall. dec. 210. p. 2.* Item ex confessione ipsorum conjugum, vel alterius ipsorum, idem *Verall. dec. 210. p. 2.* nisi agatur de alterius matrimonii præjudicio, *idem decis. 209. ead. par. 2.* Item per famam publicam *Cæsar. de Graff. dec. 181. alias 6. nu. 2. in tit. qui filii sint legit. sanctissimus Ludovis. dec. 247. nu. 19. & decis. 248. n. 3.* Item quoad legitimitatem filiorum, & filios esse legitimos probatur matrimonium ex communi reputatione *Seraph. dec. 1000 par. 1.* quæ decisio fuit confirmata iterum per Rotam apud *Ludovis. dec. 247. in princ. & n. 3.* & iterum similiter decisum apud eundem *dec. 248 Rubeus par. 1. singul. ad dec. 1000. Seraph. fol. mihi 67.* & sic quoad legitimitatem filiorum matrimonium probatur ex levioribus

16 conjectutis *Seraph. dict. dec.* 1000. oempe. Primò ex præcedenti tractatu de contrahendo, & per dispensatio-
27 nem super impedimento obtentam, Secundò ex depositione unius testis, qui fuit præsens contractui matri-
18 monii cum aliis adminiculis. Tertiò eo quod uti conjuges se tractabant, & simul cohabitabant usq; ad obitū.
19 Quarto ex eo quod se nominabant vir & uxor, & sic reperitur denunciatum in publicis instrumentis, vel testa-
20 mentis ab ipsis conjugibus, vel coram aliquo. Quinto si filii successerunt in bonis subiectis fideicommisso.
21 Sexto ex communi reputatione publica voce, & famæ cohabitatione, & tractatu, quia tanquam conjuges se mutuo tractabant, ut reassumit *Seraph. dec.* 1000. confirmatæ apud Ludovis. *d. dec.* 247. *in princ. & n.* 19. ut supra *nu.* 14. notavimus, & quod diutina cohabitatio putà decem annorum cum communi fama, & reputatione, & tractatu maritali præbet matrimonium, est texexpressus *in c. illud, ubi Abbas num.* 8. *circa finem versic. unde dico de prescript. Fuse. dec.* 103. *lib.* 2.

Et dum *D. Reg. n.* 8. agit de tutore observabis secundo,
22 quod tutor & curator tenentur inventarium de bonis pupilli, & adulti conficere, alias juramentum in litem datur pupillo contra tutorem, & adulto contra curatorem, qui inventarium non fecit pro bonis administratæ tutelæ, vel curæ cum tamen perfectæ ætatis fuesint extraditis per *Gutier. de tutel. p.* 2. *c.* 1. *n.* 15. *in fine*, qui loquitur in matre tutrice pertea. *in l. tutor, qui repertorium, ff. de admin. tutor. Peregr. de fideicomm. art.* 35. *post n.* 27. ubi *D. Consal. in observat. fol.* 355. *vers. illud tamen, & Ego* dixi *observat.* 13. *nu.* 18. *in fine*, id-
23 que procedit contra quemlibet administratorem *l.* 1. *§. officio, ff. de tutel. & ratio. distrah. l. cum servus, ff. de cond. & demonstrat. l. cognoscere, §.* 1. *ff. de verbor. signif. l.* 3. *ff. de eden.* cum simil., nam qui non reddit rationem, tenetur mandati, alia actione, quia dolo facit, ideo-
24 que in litem juratur *d. l. tutor. qui repertorium, & d. §. officio* non, tamen statuit quantitati, pro qua juravit pupillus, adultus, vel alius, sed judex d. juramentum
25 taxat, & restrenat *l. videamus, ff. de in lit. juran.* Hinc cum Maria de Andrea Civitatis Piscinæ jurasset in li-
26 tem contra Felicem de Andrea ejus matrem, & tutricem, eo quod inventarium non confecerat, in annuis ducentum fructuum perceptorum, fuit per M. C. V.
* sub die 15. Junii 1646. ad relationem D. Judicis *Jo.*
27 *Baptista Masecutula*, qui postea fuit Regius Consiliarius dignissimus cum interventu D. Judicis *D. Thoma Carabita*, qui nunc similiter est Regius Consiliarius Doctissimus, & æquissimus, provisum quod pro nunc deferatur juramentum in animam d. Mariæ usque ad summam ducatorum quadraginta in quolibet anno, in banca Mongelli & interposita appellatione
28 ad S. C. per D. Mariam in banca despera fuit confirmatum decretum M. C. V. sub die 28. Februarii 1659.
* referente D. Consil. *Ascanio Raetane* viro doctissimo, ingeniosissimo, ac omnibus numeris absoluto, meoque particulari domino, & amico singularissimo cum interventu DD. Consiliariorum *Ciosi* Marchionis Oliveri, *Pepi Vallemiglia, & Rocca*. Me pro dicta Maria patro-
29 cinante, non tamen juratur in litem contra hæredes tutoris, curatoris, vel administratoris, illi namque de dolo defuncti non tenentur, nisi quatenus ad eos pervenesit *l. in heredem, ff de d. m.*

Sic pariter tertiò observa, quod cum Franciscus Vollarus, qui fuit Judex M. C. conventus ab Hebdomadariis S. Georgii Majoris pro solutione censuum pe-
30 tiisset libros exhiberi, ex quibus dicebat constare de
* solutione, per S. C. sub die 14. Julii 1615. fuit ordinatum, quod Hebdomadarii exhibeant, vel declarent cum juramento, quod illos non habent, qui declaraverunt habere nonnullos, quos exhibuerunt, alioque dixe-
31 runt non habere, quare cum Vollarus petiisset terminum ad convincendum, quamvis mediante decreto D. Consil. *de Morra* sub die 28. Aprilis 1616. fuisset ordinatum quod oppositis non obstantibus procedatur adulteriora, tamen per S. C. 22. Junii 1616. fuit conces-
* sus terminus ad convincendum, & compilato termino prædicto, quia nihil fuit probatum per Vollarum sub die 14. Iulii 1617. fuit provisum, quod procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione causæ, alia librorum exhibitione petita non obstante in banca de Felice.

Hinc etiam quarto observabis circa dicta per *D. Reg.*
32 *num.* 1. *&* 2. ut causa appellationis debeat tractari eo modo, & fœmina prout actum fuit in causa primæ instantiæ.

Quod si causa in prima instantia fuit summaria eo-
33 dem modo debet tractari causa appellationis, & sic in secunda instantia *Angel. in l.* 1. *per illum tex. ff. ut per alium caus. appellat.* & non solum in secunda instantia, sed etiam in tertia *Cassad. decis.* 8. *de rescript. Honded. consil.* 94. *nu.* 54. *lib.* 1. *Caroc. dec.* 115. *per totam*, & sic servari in S. C. testatur *D. de Franch. decis.* 520. *nu.*
34 3. ubi quod si in M. C. V. contra committentes gravissima delicta proceditur per horas, & condemnatur inquisitus, si causa appellationis committitur in S. C. ibi similiter proceditur per horas ipsumque secutus est *Fontanella dec.* 170. *n.* 7. quæ observantia credo, quod fuit desumpta *ex pragm.* 44. *§ item si aliquis de offic. S. R. C.* ibi, *& postea datur terminus non longior, quam in causa principali ad probandum id, quod relevaros appellantem* licet *d. pragmatic.* non alleget *D. de F. n. b.*
35 nec alius ex nostratibus quem hucusque vidi, & proindè appellatio interposita ab interlocutoria regulatur, ut interlocutoria *Bart. l.* 22. *lib.* 1. *Cancer. var. res. lib* 3. *cap.* 17. *n.* 153.

Et tandem observo circa conclusionem traditam per *D. Reg. num.* 51. quod appellatio à decreto præ-
36 ambuli expediti per M. C. V. determinatur per S. C. ad relationem ejusdem M, C. V. cum sit interlocutorium tanquam latum absque causæ cognitionem, & termino, licet aliquando causa appellationis committatur in eodem S. C. ex causis ibi relatis, nam dubitavit an sit interlocutorium in causa Excellentissimi
37 D. M. Comestabilis Columnæ cum Excellentissima Principissa Buteræ, ut in mea dissert. *lib.* 1. *dissertat. sive observat. forens.* interlocutorium etenim est
38 illud quod tantummodo aliquam exceptionem in judicio emergentem tangit per quam non imponitur finis controversiæ, & sic negotium principale decidendum remanet *l.* 2. *ff. de appellat. recip. l. si fusta, §. falsanum, ff. de damno infecto Bal. in l.* 1. *ff. de re judic. Marant. in Specul. p.* 6. verbo, *& demum fertur sententia, num.* 2. *&* 3. *Asin. in prax. judic. §.* 32. *cap.* 17. *num.* 2. *Menoch. de recuper. possess. rem.* 4. *num.* 45. *D. Borell. in summa decis. lib.* 3. *tit.* 29. *num.* 4. quod per diffinitivum reparari solet *Aret. cons.* 106. *num.* 11. *vers. tum quia*, & sic acta ordinatoria, non decisoria respicit *Tholos. de appellat. lib.* 1. *c.* 4. *Cancer. var. res. lib.* 3. *c.* 18. *n.* 5. & sine solemnitate profertur *Menoch. ubi sup. n.* 45. & de sui natura ex eisdem actis revidetur.

Et propterea illud diffinitivum esse substinui: nam
39 negotium primum in petitione deductum, de quo principaliter altercatur diffinit, & nihil remanet agendum *l. post sententiam, C. de sent. & interlocut. omn. in d. l. ff. de re judic. Menoch. de adipisc. possess. rem.* 4. *n.* 84. *Guido Pap. decis.* 16. *n.* 1. *& dec.* 220. *nu.* 2. *D. Reg. noster dec.* 96. *n.* 18. *&* 19. *D. Rovit. ad prag.* 25. *n.* 3. *de offic. S. R. C.*
40 quod adeo verum est, ut diffinitivum, non autem interlocutorium, quia diffinitivum non potest revocari per eumdem judicem. interlocutorium vero simpliciter, vel habens vim diffinitivi semper revocari potest per eundem judicem ad tradita per *Capic. dec.* 1. *nu.* 23.
41 quem secutus est *D. Vrsias dec.* 3. *n* 9. & nunquam vidimus decreta præambuli fuisse revocata per eandem M. C. V. sed tantummodo per S. C. vel per d. M. C. V.

præce-

præcedente tamen supplicatione cum regia decretatione quod M. C. V. de justitia provideat audito supplicante, vel quando de nullitate decreti fuerit dictum.

Vel saltim d. decretum præambuli esse interlocutorium habens vim diffinitivi, quod mixtum vocatur 42 substinui in d. *dissertat.* quia injungit illud, quod per diffinitivam diffinitur. *Felyn. in rubr. de re judic. Ranchin. ad Guid. Pap. decis.* 12. alios allegant, sequitur *Maranta ubi sup. nu.* 42. *D. Revert. in pragm.* 25. *nu.* 43 3. *de offic. S. R. C.* sic etiam vim diffinitivi habere dicitur, ubi quæstio principalis diffinitur, & damnum irreparabile continet, cum non expectat post se aliam sententiam ab eodem judice ferendam, argum. *l. 1. ff.* 44 *de re judic. Cancer. d. c. 17. nu.* 134. ut est sententia taxationis expensarum *Cancer. loco citato num.* 137. & tandem omnia interlocutoria, per quam finitur judicis 45 officium, & suæ jurisdictioni finem imponit, habet vim diffinitivæ *Cancer. ibidem num.* 149. *Mising. observat.* 88. *cent.* 3. *D. Borell. in summa dec.* 29. *lib.* 3. *tit.* 29. *an.* 19.

Ideoque causa appellationis à decreto præambuli 46 est committenda in S. C. non autem determinari poterit ad relationem M. C. V. & plura exempla adduci possent de commissione causæ appellationis in S. C. à decreto præambuli, & primo interposito decreto præambuli per M. C. V. hæreditatis qu. D. Antonii de Palma, cum fuisset appellatum ad S. C. fuit causa appellationis commissa, ut in Banca Borrelli, secundo idem fuit servatum in causa præambuli Ducis Sanctæ Agatæ Gothorum de qua *D. Revert. dec.* 51. *n.* 2. Tertio in causa præambuli Stephani Scarpati, ut per eundem *D. Revert. ubi s. n.* 1. & millies.

Et licet aliquando sit ordinatum fieri verbum per 47 M. C. V. in S. C. à decreto præambuli stante appellatione interposita, hoc provenit ex incuria Procuratorum, qui ita petunt, non tamen per hoc dici poterit decretum esse interlocutorium, non autem diffinitivum, vel habens vim diffinitivi, licet namque quando appellatur ab interlocutorio decreti M. C. V. per D. Præsidem S. C. ordinatur fieri verbum ad re48 lationem M. C. V. *in SC.* ut notat etiam *D. Revert. in prag.* 18. *num.* 1. *de offic. S. R. C.* quo casu propriè fieri solet ex eisdem actis *l. 1. in fine ubi DD. C. de relat.* à de49 cretis diffinitivis, causa appellationis committitur in S. C. ut servat praxis, de qua testatur *D. Consil. Hodierna ad Surdum dec.* 36. *sub num.* 7. post *D. Regentem nostrum d. dec.* 96. *n.* 21. attamen observantia S. C. ea 50 est ut facta relatione per M. C. V. provider, quod committatur causa in d. S. C. vel quod causa remaneat in eod. S. C. coram Commissario hæreditatis, de qua agitur, ut sic servari quotidie videmus, ut practicatum fuit in * causa præambuli Capitanei Simonis Colla in Banca Carboni, & in causa præambuli Leonis Varonis, nam interposito decreto præambuli in personam Marini Vanni, ab eo appellavit Franciscus Vannus, obti51 nuitque regiam decretationem, quod M. C. V. verbum faciat in S. C. in anno 1607. & facta relatione in S. C. per judicem *D. Ferdinandum de Quadra* postea Regium Consiliarium doctissimum, & æquissimum, de cujus familia hodie extant Dom. Aloysius Episcopus Motulensis Theologus doctissimus, & Don Alvarus Advocatus primi ordinis, & maximæ æstimationis, apud Clientes sub die 21. Martii 1607. * in Aula D. Consiliarii *Caroli de Tapia* postea Marchionis Belmontis, ac Regentis dignissimi, fuit per S. C. provisum, quod causa committatur in d. S. C. fuitque commissa Regio Consiliario *D. Didaco de Barrescia*, ut ex actis in Banca tunc Jo. Baptistæ Borrelli nunc vero.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Testamentum ad pias causas factum an, & quando dicatur perfectum ratione voluntatis, ad hoc ut valere possit, & quando potius dicatur præparatio ad testandum, quam testamentum, & nonnulla ad declarationem *text. in l. si quis 25. ff. de testam.* & in *auth. quod sine, C. eod. titul.*

SUMMARIUM.

1 *Testamentum ad pias causas probatur per duos testes, nec in eo sunt necessariæ sollemnitates, à jure civili requisitæ, Intellige, ut num.* 24.

2 *Testatorem ad unam testandi formulam se restringere voluisse, non est verisimile.*

3 *Lex magis favet testamentis, & ultimis voluntatibus quàm contractibus.*

4 *Testamentum imperfectum ratione voluntatis, quamvis inter liberos non valet, & numer. 6. Contra, numer. 7. Verior sententia, num. 9. Declara, ut numer. seq.*

5 *Tractatus ut subsistat, debet esse perfectus.*

8 *Causa pia est minoris privilegii, quam liberorum, extra tamen legitimam portionem eis jure debitam.*

11 *Posteriora derogant prioribus.*

12 *Immissio ex edicto Divi Hadriani quibus in casibus habeat locum.*

13 *Testamentum ut dici possit, non sufficit, testatorem dixisse, testari velle, sed quod in effectu testetur.*

14 *Scriptura, sive schedula reperta in libro Tabellionis, non publicata, etiamsi in ea sint appositi testes, neque inter liberos probat.*

15 *Preparatio ad testandum non potest dici testamentum.*

16 *Testamentum, quod sit imperfectum ratione voluntatis, cui incumbat, onus probandi.*

Traditur distinctio inter testamentum scriptum, & nuncupativum, ibid.

17 *Testes pro deponenda voluntate defuncti sunt cautè examinandi.*

18 *Testator videtur suam voluntatem suspendisse, quousque fuerit per Notarium in scriptis de more redacta, quæ neque valet favore piæ causæ.*

19 *Testator si expresse in scriptis testari voluit, tunc testamentum neque potest ut nuncupativum valere.*

20 *Voluntas perfecta quæ, & quotuplex sit.*

21 *Testator, qui animo testandi in scriptis suam dispositionem Notario narravit, & deinde in aliam horam stipulationem distulit, & interim obiit, talis dispositio, neque inter liberos, neque ad pias causas valet.*

22 *Sententia in Scriptura non dicitur, quam parat Judex in libellum redigere.*

23 *Verba illa,* vulo instituere, *respiciunt potentiam, non actum.*

25 *Testamentum primum omni sollemnitate vallatum, ubi est instituta aliqua causa pia, facit cessare secundum minus sollemne, etiam ad pias causas.*

DECISIO CXL.

PEr ultimum, quod condidit testamentum Della Mazza fuerunt instituti hæredes Silvia ejus soror, & V. I. D. Prosper de Alexio ejus vir in usufructu, Reverendi vero Patres Oratorii, quos Hieronymitas vocant in hac Civitate Neapolis in proprietate,

rate & ſic fuerunt declarati, præcedente decreto præambuli M. C. V. exceptis tamen bonis ſubjectis *Conſuetudini Neapolitanæ*, de quibus non poterat diſponere, niſi de medietate, quæ de jure conſuetudinario debebant ad dictam Silviam ſororem pervenire, etiam quoad proprietatem.

Pro parte Venerabilis Monaſterii Sancti Severi Ordinis prædicatorum fuit prætenſum, dictum teſtamentum fuiſſe revocatum per aliud teſtamentum, in quo hæredem in uſufructu reliquerat eandem Silviam ſororem, incluſa in eo medietate bonorum antiquorum, ad ipſam ſpectante, in proprietate vero inſtituerat dictum Venerabile Monaſterium, & proinde obtinuit à ſuo Delegato ſequeſtrum omnium bonorum remanſurum in ejus hæreditate, & quod M. C. V, non procederet.

Ad quod fundandum produxit quandam fidem privatam, factam à Notario Joanne Baptiſta de Bononia, qui fidem faciebat, fuiſſe vocatum pro parte dictæ Deliæ pro faciendo teſtamento, ipſumque reperit in lecto, & voluit ſemotis omnibus, qui ibi erant, ipſum Notarium alloqui, cui dixit, velle facere teſtamentum clauſum, & inſtituere hæredem univerſalem in proprietate dictum Venerabile Monaſterium Divi Severi, & in uſufructu dictam Silviam ejus ſororem, & Proſperum de Alexio conjuges, incluſa tamen in dicto uſufructu portione bonorum antiquorum, cumque ipſe Notarius alium etiam Notarium ſecum duxiſſet, nomine Dominicum de Maſe, eidem eandem voluntatem teſtari volentia declaravit, & dixit, ut illud ſcriberet, & dum incipiebat ſcribere, antequam ſcriptura completetur, deceſſit Delia, de quo facto fidem faciebat etiam dictus Notar. Dominicus de Maſe.

1 Dicebatur pro parte Venerabilis Monaſterii, hoc teſtamentum tanquam ad pias cauſas ſuam habere firmitatem, non enim in eo ſunt neceſſariæ ſollemnitates à jure requiſitæ, ſed ſufficit, quod probetur per duos teſtes, *cap. relatum, & c. cum eſſes, de teſtam. Bart. in l. 1. numer. 75. C. de ſacroſ. Eccleſ.* nam ſublata ſollemnitate teſtamenti, introducta de jure civili, de qua in *l. hac conſultiſſima, C. de teſtam.* relinquitur diſpoſitioni juris naturalis, vel gentium, ſecundum quod in ore duorum, vel trium verificatur, etiam ſi ſint fœminæ, & etiam ſi ſit Monacus, vel Abbas ejuſdem Monaſterii, cum ad ipſum non reſpiciat commodum, niſi in univerſum, *l. in tantum, §. univerſitatis, ff. de rer. diviſ. cap. cum nuncius, & cap. inſuper de teſtib.* ubi *Innocent.* & *cap. Et ſi Chriſtus, in fin. de jure jurand.*

2 Et quamvis Notarius dicat, teſtatricem voluiſſe in ſcriptis teſtari, non tamen eſt, cur non poſſit hoc teſtamentum uti nuncupativum valere, non enim eſt veriſimile, teſtatorem ad unam teſtandi formam ſe reſtringere voluiſſe, ut ex argumento *text. in l. 3. ff. de milit. teſtam.* tenuit *Bar. in l. fi. C. de jur. codicill.* & eum ſequitur, & de communi opinione teſtatur *Gregor. Lopez in l. 1. tit. 1. part. 6.* nam favorabilior lex eſt teſta-
3 mentis, & ultimis voluntatibus pro eorum validitate, quam contractibus, *l. quæ de legato, ff. de leg. 1. l. fi. de conſtit. princ.* & ſi in contractibus venit ex bono & æquo id, quod nec cogitatum, neque expreſſum eſt, *l. 1. ff. de oblig. quæ ex quaſi contractu naſcuntur, l. ita ſtipulat. ff. de verb. oblig.* ergo magna cum ratione hoc fieri debet in teſtamentis, lex enim multum favet voluntatibus teſtatorum.

4 Ruſus, quamvis teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non valeat, *l. ſi quis, ff. de teſtam. l. furioſum, C. qui teſtam. facer. poſ. Burg. de Paz. in ll. Tauri, in 2. par. legis tertiæ, in 2. concluſ. num. 223.* ubi ponit exemplum in patre, qui coram tribus teſtibus declaravit, velle inſtituere hæredem ejus filium, eique aliqua prælegata relinquere, eos rogans, ut declarationem illam ab aliquo Notario ſcribi curarent, & exinde teſtes rogarentur, ante quos declaratio ipſa in publicam formam redigeretur, verum ea omnia antequam adimplerentur pater mortuus ſit, dicit, hoc teſtamentum non valere, quamvis inter liberos, quia
5 eſt imperfectum ratione voluntatis. multa enim tractantur, quæ non perficiuntur, & multa dicuntur, quæ non fiunt, *l. ſciendum §. dictum, ff. de ædil. edict. l. eleganter, in princ. de condict. indebit. l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ff. de minor. c. 1. de ſucceſſ. ab inteſt.* ibi. *Si*
6 *autem ante objecerint, quam hoc fecerint*, & ideo teſtamentum imperfectum ratione voluntatis nec inter liberos valet, ut eſt *gloſ.* communiter recepta in *d. l. ſi quis* per illum *text. D. de teſtament. Aretin. ibidem*, qui de communi teſtatur; *Paul. de Caſtr. in d. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtament. Gugl. de Bened. Abb. Alex. Guid. Pap. Ant. Rub.* & alii allegati à *Burgos de Paz* in loco ſuprà citato, n. 227. *Rod. Suarez in repetit. l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam. in 4. quæſt.*

7 Tamen non deſunt graviſſimi Authores, qui tenent, teſtamentum inter liberos valere, etiam ſi fuerit imperfectum ratione voluntatis, & fuit *Curt. jun. in d. §. ex imperfecto*, per *text. in l. fin. C. famil. erciſc.* ibi, *ſive cœptum, neque impletum teſtamentum*, & in *conſil. 12.* & ante ipſum *Roman. in repet. 1. auth.* ſimiliter in 18. *ſpeciali ultimarum voluntatum, C. ad leg. falcid. Bar-*
8 *bat. conſ. 58. volum. 4.* & magis favet jus piæ cauſæ quam liberis, extra tamen legitimam portionem, *Covar. in d. cap. relatum, num. 10. de teſtam.* poſt *Bart. in l. 1. num. 74. C. de ſacroſ. Eccleſ. Burgos de Paz in d. 1. par. legis tertiæ, 2. concl. numer. 241. ad ll. Tauri*, quic-
9 quid tamen ſit in propoſita quæſtione, cum verior ſit ſententia illorum, qui tenuerunt, teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, nec inter liberos, nec favore piæ cauſæ valere, ut habetur ex eodem *Burgos de Paz*, qui cæteros allegat, & ad rationes in contrarium adductas reſpondet *ibidem numer. 248. & 249. Pariſ. conſil. 146. vol. 2. num. 31. Aret. in d. l. ſi quis, ff. de teſtam. Socin. jun. conſ. 147. vol. 2. num. 12. Gomez. in 2. par. legis tertiæ Tauri, ex numer. 105. Tell. Fernand. in eadem 2. p. legis tertiæ Tauri, n. 18* & tenent *D D. in d. §. ex imperfecto*, prior ſententia procedere dice-
10 batur, quando teſtamentum taliter eſt imperfectum, quod in eo hæres ſcriptus non ſit, quando tamen in illo reperitur jam facta hæredis inſtitutio, tunc niſi probetur, teſtatorem ad alia, inſtituendo, vel legando procedere voluiſſe, ſecundum teſtamentum, etiam non integre ſcriptum, vel dictatum, prævaleret, prout poſt *Paul. de Caſtr. Imol. & Aret. in d. l. ſi quis cum teſtamentum, ff. de teſtament.* per illum *text.* in terminis tradidit *Didacus Rodericus Alvaradus de conjectura mente defuncti, lib. 3. cap. 2. §. 1. num. 14.* ex quibus concludebatur, quod cum in dicta diſpoſitione non deficiat hæredis inſtitutio, non legata, non locus, ubi ſepelienda erat teſtatrix, nec fuit probatum, velle alia diſponere, debebat hoc ſecundum teſtamentum valere, *l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis, ff. de leg. 1. l. 3. C. de ſacroſ. Eccleſ.* poſteriora enim derogant
11 prioribus, *§. poſteriora, Inſtit. quib. mod. teſtamentum infirm. l. 1. & l. cum in ſecundo, ff. de injuſt. rupt. & irrit. teſtam. l. hæredes palam, in fine principii, ff de teſtam.* & *l. cum tabulæ, ff. de ſecund. tabul.*

Pro parte vero dictorum Silviæ Mazzæ, & V. I. D. Proſperi de Alexio conjugum, quibus magis utile erat primum teſtamentum, quia in uſufructu in quo ibidem erant inſtituti, non comprehendebatur portio dictæ Silviæ, virtute *Conſuetudinis Neapolitanæ* debita, ac etiam pro parte prædictorum Reverendorum Patrum Oratorii, qui in dicto primo teſtamento erant in proprietate inſtituti, dicebatur, de prædictis fidibus Notariorum, ſive Tabellionum nullam debe-
12 ri haberi rationem, ad finem infirmandi primum teſtamentum

stamentum, & circumscripto articulo, immissionis ex remedio introducto per *tex. in l. fi. C. de edict. Div. Hadrian.* quod ipsis competebat, ex eo quia habebant testamentum, non abolitum, nec cancellatum, neque ex alia sui parte suspectum, & id, quod pro parte dicti Venerabilis Monasterii Divi Severi prætendebatur, non solum requirebat altiorem indaginem, sed nullam habebat subsistentiam, & ideo immissionem impedire non valebat, tamen ut ea nunc justitia causæ indicaretur, dicebatur, quod in hac causa non erat tractandum de testamento coram duobus testibus condito, quia in hoc facto fundatum non erat, sed tantum dictus Notarius fidem faciebat dictam Deliam ei dixisse, quod testari volebat, ad finem autem ut testamentum dici possit, non sufficit, quod dicat se testari velle, sed quod in effectu teste-

13 tur, quod vel probari debet per testamentum manu testatoris scriptum, vel per duos testes probari scriptum fuisse testatore dictante, vel saltem, suam esse voluntatem declarante *Loffred.* post alios *cons.* 14. post *num.* 65. *Gramm. decis.* 62. *num.* 9. ex doctrina *Bald. Alex. Socyn. Paul. de Castr.* & aliorum *in d. l. hac consultissima, §. ex imperfecto*, & in *auth. quod sine, C. de testam.* immo dixit *Bald. in d. auth. quod sine*,

14 quod etiam si inveniatur scriptura in libro Tabellionis non lecta, & si in ea testes appositi sint, nec inter filios probat, & cum sequitur *ibidem Paul. de Castr.* & *Corn.* & de communi testatur *Aret. in d. l. si quis, col. penult. ff. de testam. Burgos de Paz.* in loco proxime allegato, sub *nu.* 218.

15 Et propterea dicebatur, quod nullo modo poterat dici testamentum, sed quædam præparatio ad testandum, prout punctualiter consuluit *Oldrad. consil.* 119. qui ponit casum, in quo testator duos testes vocavit, & quendam clericum, à quo scribi fecit accurate ejus bona in quibus hæredes instituit pauperes Christi, & nonnulla legata fecit, ab hærede præstanda, deinde dictos testes rogavit, ut ab aliquo Tabellione ordinationem à se factam describi facerent, ipsamque dispositionem in formam redigerent, & consuluit quod etiam quod sit pia causa instituta, dispositio non tenet, quia re vera non dicitur testamentum, sed præparatio ad testandum, & *Oldrad.* sequuti fuerunt *Joan. Andr. ad Specular. in tit. de instrum. edit. §. compendiose*, in *addit.* incip. *ex patre*, *Alber. in d. l. hac consultissime, §. fi. Castrens. cons.* 450. & *consil.* 102. *lib.* 2. *Anchar. in cap. cum esset, de testam. qu.* 10. *Ann. consil.* 5. *Guid. Pap. consil.* 55. *col.* 2. & *qu.* 532. *Jas. consil.* 151. *col.* 3. *lib.* 4 ubi de communi testatur, alius refe- rens, *Gugl. de Benedict. in c. Raynutius, in verb. testamentum, de testam. Covarr. in d. cap. relatum, eod. tit. Gramm. d. decis.* 62. & alii allegati à *Burgoz de Paz ad ll. Tauri. d. l.* 3. 1. *par. tertiæ partis conclus.* 1. *numer.* 252. & per *Gratian. discept. forens. tom.* 5. *cap.* 969. *nu.* 23. *Clar. in §. testamentum, qu.* 7. & 9. *Cravett. in §. testamentum, qu.* 12. *Gramma. dec.* 221. *num.* 3. ubi sic decisum refert multos congerit *Ant. de Amat. variar. resolut. cap.* 8. *num.* 18. *Linglen. decis.* 24. 9. 8. *nu.* 6. *Castill. decis.* 59. *nu.* 55. *Ludovis. decis.* 375. *Costa. de remed. subsid. remed.* 109. *nu.* 15. *Polyd. Ripa observ.* 323. *Surd.* & *ibi Hadiern. dec.* 262. & *consil.* 258. *nu.* 23. *Anna alleg.* 19. *num.* 31.

Quod etiam clare probatur ex *text. in l. fideicommissa §. quoties ff. de leg.* 3. ibi. *Quoties quis exemplum testamenti præparat, & prius decedat, quam testetur, non valeat*, hoc idem probatur ex *l. quidam cum filium*, & *ibi DD. ff. de hæred. instit.* & in *l. Lucius, ff. de milit. testam.* cum aliis concordantibus, & sic nedum dicitur testamentum imperfectum ratione voluntatis, sed non potest dici testamentum, nisi præparatio ad testamentum.

16 Nec obstat, quod dicebatur, quod quando adest hæredis institutio, & legata, debet probari, testatorem voluisse ulterius disponere, ad finem, ut dicatur imperfectum ratione voluntatis, juxta *Fabr. ent* responsum *in dict. l. si quis*, itam quatenus esset testamentum, licet imperfectum ratione voluntatis, in dubio non est præsumendum, ait *Bald. in dict. l. si quis*, adhæc illud dictum *Bald.* non est sic indistincte tenendum, sed cum distinctione, de qua per *Tell. Fernand. ad ll. Tauri, in* 2. *par. legis tertiæ*, sub *nu.* 19. qui distinguit, quod aut loquimur de testamento, de quo fuit confecta scriptura, aut vero de nuncupativo in primo casu eo ipso quod scriptura non est completa, & absoluta, tunc quia potius dicitur, testatorem cœpisse testamentum facere, non dicitur perfectum ratione voluntatis, sunt exemplum *Bald.* & *Paul. de Castr.* attestatore, qui post institutionem factam, & legata obmutuit, dant rationem quia potuit addere conditiones, & mutare testamentum, & ideo dicitur imperfectum quod clarius explicat *Bald. in d. auth. quod sine, Cod. de testam.* quod donec fuerit lectum testibus, dicitur imperfecta voluntas, ut ex *Paul. de Castr. Socin. jun. Ruin. Covar.* & aliis concludit *Tell. Fernan. loc.* supra citato, aut vero loquimur de testamento nuncupativo, in quo non intervenit scriptura, & est secundus casus, & tunc plura requiruntur, ad hoc ut dici possit testamentum perfectum ratione voluntatis, pendet enim ex testium depositionibus, ita ut ex illis constet, ulterius velle progredi, & quod verbis expressis finem fecerit dispositioni, & ideo *Tell. Fernand.* admonet Judices, ut sint cauti in commit-

17 tendo examinationem prædictorum testium, & quod si sibi casus evenisset, & essent recepti testes coram aliquo extra Judicium, iterum ipse eos interrogaret, ut cognoscere valeret, si testamentum fuerit perfectum ratione voluntatis, vel non, ex qua distinctione apparebat, nullo modo posse dici testamentum perfectum ratione voluntatis, quia testatrix dixit, velle in scriptis testari, & vere testamentum non fuit scriptum, si vero dicamus, voluisse testari nuncupative huc contradicit dispositioni Tabellionis, qui deponit, voluisse testari in scriptis, nec ex ejus depositione constat, testamentum fuisse completum, nec testatricem testatam fuisse, sed testari voluisse, & dixit *Magdalen. de numero testium in testam. cap.* 5. *par.* 2. sub *num.* 15. quod quando voluntas non est perfecta con-

18 vocatio Notarii & publicatio adhibetur per testatorem, ad hoc ut sua voluntas per eum perficeretur, quæ nisi fuerit per Notarium in scriptis de more redacta, videtur suam voluntatem suspendisse, & tunc neque favore piæ causæ valeret, sequitur *Hadiern. ad Surd. dict. decis.* 292. *num.* 13. *Gramm. ad decis.* 2. *num.* 13. *Anton. de Amat. resolut.* 8. *num.* 18. *Ego in decis.* 7. *num.* 13. *Mant. de conject. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 4. *num.* 6. *Ruin. cons.* 1. *num.* 7. *vol.* 3 & quotiescunque con-

19 stat, testatorem velle scriptis testari, tunc testamentum neque potest ut nuncupativum valere, *Tell. Fernand. ad ll. Tauri in* 5. *part. legis tertiæ, num.* 5. post *Joan. de Blanosceon d. §. per nuncupationem.* Nec in hoc casu erant vere duo testes, sed tantum Tabellio; alius autem deponit de dicto ejusdem Tabellionis, & sic non poterat dici, nisi quod testatrix incepisset velle testari, quo casu etiam favore piæ causæ testamentum non valere habetur ex dicto *cons. Old.* 119. *Anchar. in rubr. de testa. lib.* 6. *col.* 2. *Roman. in auth. similiter, C. ad leg. falcid. n.* 8. & ex aliis supra adductis. Ita enim favet testamento imperfecto ratione solemnitatis favore piæ causæ, vel liberorum, secus autem ratione voluntatis, & ita procedit *text. in l. in testament.* 16. *de fideicom-*

20 *miss. libert.* ut declarant *Bar.* & alii in *d. l. si quis* & dicitur voluntas perfecta, quando constat de perfectione voluntatis, concludit *Bar. in l.* 1. *in princ. C. de test.* & *Jas. in cons.* 196 *col.* 2. *vol.* 2. quem *Ego* etiam allegavi in *d. decis.* 7. *n.* 20. ubi dicit quod quadruplex perfectio requiritur in testamento, hoc est in materia,

forma

52 *Novatio hodie non fit, nisi expressè dicatur.*
53 *Fidejussor tenetur novatione non facta, sic etiam si prorogetur tempus per Principem*, n. 54.

1 Agebatur in *hac decisione* de interpretatione *Regia Pragmatica* 15. *de Actuariis*, & de illius requisitis validitate obligationis stipulatæ apud acta M. C. V. statuitur namque in d. pragmatica, *che debbia la persona, che si obligarà, o pleggiarà sottoscriversi di propria mano sua in presenza almeno de duo testimonii, c'hasseriscano conoscerlo, & dichiarino la qualità di essi*, obligationem tamen de qua in hac decisione agebatur, non erat subscripta à duobus testibus, sed tantum ab Actuario M. C. V. qui in sub-
2 scriptione addit, qualiter obligati erant noti duobus testibus, quare *D. Reg. n.* 24 respondens supradictæ nullitati propositæ ex defectu subscriptionis dd. duorum testium, inquit, quod d. *pragmatica* 15. non se somniavit hoc dicere, ut scilicet duo testes debeant se subscribere, cum attestatione, ut supra, sed tantum, quod fiat obligatio in præsentia duorum testium, qui declarent cognoscere obligatos, prout erat factum per subscriptionem Actuarii, & sic videtur concludere, quod minimè requiratur subscriptio duorum testium, sed sufficiat subscriptio Actuarii cum dicta attestatione, & quod tali modo semper d. pragmatica fuit observata adducens
3 in testimonium *D. Regentem Rovitum in pragm.* 36. *nu.* 6. *de offic. Magistr. Justitiar.* ac periodè *D. Regens nu.* 36. dicit errasse *Novarium & alios sequentes*, qui om-
4 ninò requisi subscriptionem duorum testium asserunt, quapropter per S.C. fuit judicatum, quod Antonia de Boctis obligata exhibere mobilia, super quibus petierat assecurationem stante urgentia creditorum Doctoris Octaviani Coppola ejus viri, exhibeat mobilia tantum valoris duc. 4.0. pro credito Victoriæ Salamanca creditricis anterioris, vel faciat depositum dictæ quantitatis, ut habetur in fine hujus *decisionis* versic. *ex quibus.*

Circa cujus decisionis veritatem observa, quod obligatio judiciaria stipulata apud acta, paratam habet exequutionem, nè dum de jure communi *ad tex. in l. eum*
5 *pro quo, ff. de in jus vocan.* & voluerunt pariter *Thes. dec* 26. *& Fontanell. dec.* 25. *n.* 10. *lib.* 2. sed etiam *de jure Regni* ut *in Ritu M. C. V.* 128. ubi *Carav. num.* 1. *D. de Franch. dec.* 118. *n.* 7. *& dec.* 200. *nu.* 22. *atque dec.* 656. *D. Consil. Roccus resp.* 21. *num.* 5. *lib.* 1. *D. Cors. Marcian. cons.* 82. *n.* 2. *lib.* 1. post *D. Regentem hic nu.*
6 25. aliique passim, quod tamen intellige, ut antequam exequutioni demandetur sit incusata, quo casu paratam obtinebit executionem, ut voluit *D. de Franch. d. de-*
7 *cis.* 118. *num.* 7, 8. *&* 9. quæ obligatio penes acta jure communi attento minimè subscriptionem testium requirit *l. in donationibus, C. de donation.* per quam *Bal. ibid.* dicit quod consuetudo mundi ita observat & docet *Grammat. cons. civil.* 65. *n.* 2. ubi reprobat *Lucam de Penna in hac parte, C. de proxim. sacr. scrin. lib.* 12.
8 aliter dicentem, sed ad fraudem tollendam fuit emanata d. *pragm.* 15. ut fiat in præsentia duorum testium, qui testentur cognoscere obligatum, qui pariter se subscribat.

Sed ut verum fatear hic articulus altiorem requirit indaginem, ut scire valeamus, an subscriptio testium omninò requiratur in obligatione capienda per Actuarium. Ideoque ante omnia discutienda sunt verba dictæ *Pragmaticæ*, fuit namque supplicatum in Parlamen-
9 to generali in anno 1600. per hæc verba Item *perche li Mastro d'Atti tanto della Regia Camera della Summaria, Conseglio, Vicaria, & altri Tribunali pigliano diverse obliganze, & pleggiarie di persone, li nomi delli quali pur che siano di persone habili, e sufficienti, & in verità poi sono altre persone fallite, & inhabili del medesimo atto, e molte volte si trovano obligate persone, che negano espressamente, che mai si sono obligati, per evitare tutte le frandi, supplicano V. E. resti se vita commandare, che in tutte l'obliganze, che si pigliaranno da qualsivoglia Mastro d'Atti di qualsivoglia Tribunale debbia l'obligando sottoscriversi di sua propria mano in presen-*
10 *za di due Testimonii, che asseriscano di conoscerlo, e declarino le qualità dell' obligato, e non sapendo scrivere, si debbia sottoscrivere il Notario per esso, che asserisca conoscere lo d. obligato*; Cui supplicationi Excellentiss. Prorex D. Franciscus de Castro cum voto Collateralis Consilii, ordinavit obligationem, vel fidejussionem esse capiendam per Actuarium modo quo supra fuit petitum, & fuit addita clausula *altrimente non si possono*
11 *pigliare d. obliganze, ò pleggiarie dalli Mastri d'Atti, e ciascheduno di essi, sotto pena alli contraventori per ciascheduna volta di ducat. mille d'applicarsi al Regio Fisco, oltre l'obligo di pagare quello, che importarà d'obliganza o pleggiaria, al che ordinamo, che stia obligato principalmente il predetto Mastro d'Atti poiche non pigliandosi le dette obliganze, o pleggiarie nella forma predetta, saranno nulle, e di niun vigore, ne sarà giusto, che gl'interessati sentissero danno per fraude, ò difetto del Mastro d'Atti*, quæ quidem *Pragmat.* 15. fuit confirmata cum nonnullis declarationibus per Excellentissimum Comitem Vanavente Proregem in anno 1603. ut in *pragm.* 16. *eod. tit. de Actuar.* per hæc verba, *Dichiaramo, che nelle obliganze, e pleggiarie, che da qua avante si pigliaranno basti la sottoscrittione dell' obligato sapendo scrivere in presenza però di due*
12 *testimonii, quali riconoscano la persona, & in caso, che non sappia scrivere, del che si stia all' assertione, che ne farà il Mastro d'Atti in suo nome similmente, e nelle obligationi, e pleggiarie, che saranno di cinquanta ducati in basso, nelle quali per trattarsi di poca quantità, non si sogliono cossi al spesso commettere fraudi, basti la sottoscrittione del principale, che si obligarà, ò pleggiarà sapendo scrivere, ò dell' Attuario tantum non lo sapendo.*

Ex d. igitur *pragm.* 15. non habemus expressè, quod obligatio, vel fidejussio debeat subscribi à duobus testibus modo quo supra, alias sit nulla, sed solum, quod
13 nisi capiatur in præsentia dd. duorum testium sit nulla ibi, *poiche non pigliandosi le dette obliganze, ò pleggiarie nella forma predetta saranno nulle, e di nissuno vigore*; Ideoque D. Prorex mandavit, ut ultra pœnam duc. mille Actuarius teneatur solvere quantitatem contentam in d. obligatione, aut fidejussione ibi, *oltre l'obligo di pagare quello che importarà d'obliganza, ò pleggiaria*, & secundum meum videre, decisio non potest substineri ex ratione adducta per *D. Reg. nu.* 24. quòd scilicet *pragm.* 15. nullatenus requirat subscriptionem duorum testium, sed tantum, quod co-
14 ram illis subscribatur à principali, qui teneantur cognoscere obligatum, & quod stetur assertioni Actuarii, auctoritate *D. Rovit. in pragm.* 36. *num.* 6. *de offic. Magistr. Justitiar.* Nam *D. Rovitus*, illud non pro-
15 bat, hoc namque tantum dicit, *Et dum in secundo capite hujus pandectæ agitur de obligationibus, quæ capiantur in Palatio M. C. scias, quod hodie Magistri Actorum in hujusmodi obligationibus ab ipsis recipiendis, tenentur facere fidem, quod habent notas personas contrahentium, saltem ex relatione duorum testium sibi cognitorum, ut in cap.* 3. *inter gratias Ducis Ossuna, fol.* 176. *& in novissima impressione est pragm.* 15. *de Actuar.*
16 hæc ille, Doctoris namque dictum intelligi debet secundum jura, & D D quos allegat, & tamen Pragmatica supradicta hoc dictum *D. Rovit.* minimè expressè hoc probat, ideo de veritate articuli est indagandum.

Quare cum D. Prorex voluit occurrere fraudibus prout petierat Civitas quæ noluit stare assertioni faciendæ per Actuarium, ejus namque fidem noluit se-
17 qui ideò voluit requiri præsentiam duorum testium, qui si non subscriberent, fraudem Actuarius facilius committere poterit ex attestatione per ipsum faciendà,

quod

18 quod obligatus erat notus duobus testibus, & sic secundum meum videre, testium subscriptio cum attestatione se ipsos cognoscere obligatum omninò requisitus, aliàs nulla remanet obligatio; Item si verba *Pragmatica* essent dubia, prout sunt clara, adhuc ex obser-19 vantia subsequuta, *statutum*, seu *Pragmatica* interpretatur, & tamen omnes post d. pragmaticam fuerunt subscriptæ, & ad præsens subscribuntur à duobus testibus per hæc verba. *Jo. N. sono testimonio, e conosco lo d'obligato*, & de fide Actuariorum, de qua *D. Reg. nu.* 20 36. nulla esse habenda ratio, nam in contrarium esse veritas. & percunctari poterit liber obligationum cujusque Actuarii, ut veritas elucescat, & illam fidem forsan fecerunt, ut fraudem facilius committere possent contrà disposita in *d. pragmat.* 15. & etiam *pragm.* 16. ibi, *e perche tutto questo si è fatto à fine d'evitare* 21 *gl'inganni, è suppositioni delle persone*; Ideoque quotiescunque statutum aliquid novi inducit cum certis 22 modificationibus, quicquid ibi exponitur dicunt esse pro forma, illaque non servata, actus est nullus, ut probat idem *D. Rovit. in pragm. 1. n. 17. de persequend. malefactor.* & dum de jure communi testes non requiruntur in obligationibus penes acta. ut diximus *n.7.* & in *d. pragm.* 15. requiritur, ut fiat coram duobus testibus, illa servari debet, aliàs est nulla, ut post *D. Rovit. ubi supra*, fundant etiam *Amat var. resol. lib. 2. resol. 66. Menoch. cons. 777. n. 3.* aliique per me adducti *dissert.*.... *n. 1. lib. 1. dissert. seu observ. forens.* sub prælo pro Excellentissimo D. M. Comestabili columna exarate.

Quod adeo verum est, nam ubi requiritur sub-23 scriptio Actuarii, sive Notarii in aliquo casu, illa est adeò necessaria, ut non possit per æquipollens adimpleri, ut ex *Borrello de Magistrat. edict. lib. 2. cap. 12. num. 13.* tenet *D. Rovit. in pragm. 9. sub numer. 2. de Actuar.*

Sed omissa quæstione, an subscriptio testium sit necessaria, ex alio tamen substinetur d. obligatio, & sen-24 tentia ritè emanavit à nostro S.R.C. nam licet à principio Antonia negasset dictam obligationem, hanc tamen negativam substinere nequivit, ideoque dixit illam fecisse vi, & metu mariti, si ergo acceptat obli-25 gationem, licet dicat illam carere solemnitatibus à *pragmatica* requisitis, succedit conclusio à DD. admissa, quod conventio stipulatione, & juramento roborata suum effectum sortiri debet, licet deficiat in solemnitate, cujus conclusionis ratio illa adducitur, nam *sta-26 tutum* quod exigit certam solemnitatem, non destruit contractum juramento firmatum, ut de communi opinione testatur *Ant. Gabriel lib. 2. comm. conclus. tit. de jurejur. concl. 5. nu. 14. & 15.* vers. *contrarium tamen* quod indubiè procedit, dum contractus non annulla-27 tur de jure communi, sed tantum ex *statuto*, ut in casu nostro, *ita Gabriel. l. 1. comm. concl. tit. de clausul. concl. 10. limit. 5. num. 16.* Ideoque dum Antonia 28 fatetur se esse obligatam, ex d. confessione potuit condemnari, ut tenet *Iser. in constit. Regni* incip. *Prosequentes*.

Notandum pariter erit, quod dum Actuarius tenetur ad solvendum creditori illius creditum, quando non observat disposita in d *pragm.* 15. & 16. dubitari po-29 terit, an Actuarius, qui cautionem capit ab aliquo creditore, cui per Judicem facta graduatione fuit liberata aliqua quantitas perventa ex venditione domus debitoris cum cautione de restituendo, cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem Judicis, etiam in casu evictionis d. domus, si illa evincatur à creditore anteriori, qui in graduatione non erat graduatus, quia non comparuerat, si emptor, ex quo tam creditor quam fidejussor, sunt decocti, agit contra Actuarium, an possit cogi per emptorem pro toto pretio domus, an verò pro quantitate tantum, per quã fidejussionem cepit, & dicas, quod tenetur Actuarius ad totum pretium domus; Actua-30 rius enim sicut cæteri Magistratus, & Officiales, qui ex officio capiunt fidejussores non idoneos teneri in subsidium ad omne totum, & id, in quo fidejussores tenentur *l. 1. §. Magistratus*, ubi *Bald. ff. de Magistr. conventen. §. sitendum instit. de satisdat. tut. vel curat. Auth. generaliter, C. de Episc. & Cler.* ubi *glo. in verbo officii l. fin. C. de Magistr. Conven. Peregr.* post multos *de jure fisci lib. 6. tit.* ... *nu. 28. in fine*, & in hoc *Re-gno* adest *pragm. 17. de Actuar.* ubi statuitur termina 31 quatuor mensium Actuario ad faciendum discussionem super bonis principalis, ac fidejussoris. quo elapso tenetur de proprio ipse Actuarius, cui nè dum vigore *d. pragmat.* sed etiam *de jure communi*, incumbit onus probandi fidejussorem esse idoneum *l. si verò*, *§. qui pro rei, ff. qui satisd. cogant. l. non est necesse ff. de probat.* & post multos *Mascard. de probat. concl. 782. num. 2.* alios etiam allegat *Grat. cap. 135. nu. 37. & 38. & cap. 527. per tot.*

Ex parte tamen Actuarii dici potest ipsum non te-32 neri, nisi ad sortem, pro qua fidejussionem cepit, non autem ad usuras, & interesse, Magistratus namque ratione fidejussionis malè acceptæ non tenetur plusquam ipse fidejussor DD. tradunt *in d. §. sitendum instit. de satisd. tut. vel curat.* & fidejussor non tenetur ad inte-33 resse, nisi in duobus casibus scilicet, vel quia fidejussit in omnem causam *l. quaro, ff. locat.* vel quia expressè ad usuras se obligavit, & interesse promisisset ad tradita *l. centum Capua, ff. de eo, quod certo loco*, alias verò fidejussor ad interesse minimè tenetur *l. fidejussores Magistratuum, § 1. & l. fin. ff. de fidejuss.*

His tamen non obstantibus Actuarius tenetur ad to-34 tam evictionem secutam dum fidejussor se obligavit ad pœnam dupli, quod venit loco interesse, & loco illius gratia vitandæ difficultatis in probando interesse censentur partes se obligare, ita dicit *Bart. in l. in omnibus, ff de prætor. stipul.* & probatur *in l. fin. ff. eod.* & habetur in *dec. Bonon. 16. in fine*, & adest pariter pro-35 missio in omnem causam, dum fidejussor se obligavit restituere *cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem Judicis, etiam in casu evictionis*, nam sub verbo *resti-36 tuere* comprehenditur omnis causa, conditio, & utilitas, quam habiturus esset creditor, si ei lis, vel controversia facta non fuisset, ut ad literam docet *text. in l. restituere, in l. tum prætor, in l. fin. §. fin. ff. de verb. signif.* 37 & sic tenetur, nedum ad interesse damni, sed etiam lucri cessantis, *Alciat. & Rebuff. in d. l. restituere, & in l. videamus, §. fin. ubi DD. ff. de usur.* & magis punctualiter, si aliquid sit liberatum alicui cum cautione 38 de restituendo ad omnem ordinem Judicis, quod si deindè condemnetur principalis, cui res fuit liberata ad rem restituendam cum fructibus, quod fidejussor teneatur, nedum pro ea re, per quam fidejussit, sed etiam pro fructibus, dicit decisum *Surd. dec. 112. per tot.* precipuè *n. 9. & 10.* & propterea non obstat *D. Rovit.* 39 *cons. 84. lib. 2.* ubi contrarium substinet per jura pro Actuariis allata supra *n. 32. 33.* ibi namque aderat dictio taxativa *tantum*, ut dicit *n. 7.* vers. *quia fidejussit*, ideoque interesse non debetur, meritò obstare non poterit, imò per nostram opinionem adduci potest *D. Rovit.* & 40 secundum nostram opinionem fuit per S.C. determinatum in causa Marchionis Sancti Marzani cum hæredibus Joannis Andreæ Borrelli Actuarii S. C. in Banca de Martino, emerat namque Petrus Antonius Mastrillus quasdam domos ad extinctum candelæ à patrimonio Comitis Loreti urgentibus creditoribus pro duc. 12500. francas & liberas ab omni onere de quibus fuerunt liberati duc. 2000. Tiberio Pignatello cum cautione Tiberii Tagliaferri de restituendo *cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem S. C. in casu evictionis dd. domorum*, & cautio fuit capta per d. Joannem Andream in anno 1631. cumque Marchio Sancti Marzani hæres d. Petri Antonii fuisset condemnatus ad solvendum nonnullas pecuniarum quantitates diversis creditoribus d. Comitis ex causa census, & aliorum jurium, egit, in S.C.

contra d. Tiberium fidejussorem Tiberii Pignatelli ad restituendum d. duc. 3000. stante evictione jam sequuta, unà cum omnibus damnis, expensis & interesse, & servatis servandis fuit condemnatus ad quantitatem liquidandam, quæ deinde per aliud decretum fuit liquidata in duc. 4105. usque ad annum 1629. & cum fuissent reperti non solvendo d. Tiberius Pignatellus, & d. Tiberius fidejussor, eranteque notoriè decocti, petiit idem Marchio condemnari hæredes D. Joannis Andreæ Actorum Magistri ad solvendum d. duc. 4106. unà cum interesse, damnis, & expensis stante decoctione obligatorum, etiam vigore *Regiarum Pragmaticarum*, & compilato processu fuerunt d. hæredes condemnati ad solvendum d. duc. 4106. patrocinante pro d. Marchione D. Augustino Ceva Grimaldo Advocato docto in banca de Martino.

D. Regens n. 13 cum seq. agit. de metu à marito uxori illato, ideoque nonnulla adnotare volui. Primò, quod metus reverentialis respectu viri cum enormi læ- 41 sione uxoris sufficit ad cujuslibet rescissionem contractus adnotata in vulgata *l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. actio non dat.* prout etiam tenent *Crav. cons. 11. n. 12. Aret. cons. 14. col. 1. Curt. Jun. cons. 141. n. 18.* ubi 42 etiam, quod nimia persuasio, per quam aliquis ad aliquid faciendum inducitur, habetur loco coactionis, & compulsionis *Capyc. decis. 159. n. 31. Grammat. dec.* 43 *103. an. 49.* ubi latè explicat contractum stante læsione præsumi meticulosum ob nimiam reverentiam, licet minæ, & verbera non adessent, tradens, omnino mulieribus esse subveniendum, & ipsa reverentia cum 44 minis inducit aptum metum ad rescissionem, ut tradunt DD. *in d. §. quæ onerandæ, Canonistæ, in c. causam matrimonii de off. deleg. & Civilistæ in l. interpositas, C. de transaction.* & minor metus in muliere, 45 quam in masculo consideratur *glo. in verb. in c. cum locum in verbo metum de sponsali.* quo caso testes singulares sufficiunt *Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta nu. 25. ff. de verb. oblig.* sic etiam minæ *Grammat. dec. 5. num. 15.*

Secundò etiam blanda verba Dominorum, vel Supe- 46 riorum metum inferunt *Hippol. sing. 645.* per notata *in l. 1. C. si Rector. provinc.* & metus etiam per suspiria, & lachrymas detegitur *Alex. cons. 100. n. 11. vers. secunda præsumptio vol. 3.* ac etiam per conjecturas *D. de Anna Alleg. 104. vol. 2.*

Tertiò, an metus à marito illatus in beneficium tamen 47 tertii contrahentis metum ipsum ignorantis, & de ipso non participantis noceat tertio, & videtur negandum ex traditis per *Bart. in l. nam, & Servum, ff. de negot. gest.* sed contrarium esse verius, si utilitas ad uxorem pervenit, & proindè rescindatur contractus, *Cravett. cons. 153. nu. 7. vers. sed istud dictum.* Item actio metus dicitur in rem scripta, & competit contra tertium possessorem cui benè obstat potissimè cum vero similiter id cogitare potuerit, sciens viri terribilitatem, & 48 quod uxor propter viri metum palam protestari ausa non fuit, tunc enim metum passo erit subveniendum etiam contra tertium ignorantem, ita concludit *Craves. d. cons. 153. n. 6.* & ob id testatur *Ursill. ad Afflic. dec. 263. in fine* sua tempestate nunquam S.C. hanc opinionem in favorem ignorantia contra metum passum sequutum fuisse, sed sufficere decrevit contractum esse meticulo- 49 sum, vel per vim confectum, tanto magis, quia maritus fuit causa immediata acquirendi tertio metum ignoranti, ut tenent *Bart. & Alber. in rubr. ff. si quis aliq. testa. prohib.*

Et dum *D. Regens. n. 28.* agit de fidejussione de Judicio sisti, quam satis distare probat à fidejussione de exibendo per *eos. n. 45.* ex rationibus, ibi adductis, quid di- 50 cendum de fidejussione præstita de parendo mandatis S.C. dum debitor fuit citatus super tenore instrumenti, qui præsentavit supplicationem de verbo faciendo in S.C. comparente tamen ipso debitore personaliter, ac præstita cautione de parendo mandatis S.C. & relatione secuta per S.C. fuit causa remissa eidem M.C.V. quæ procedere deberet ad interrogationem, pro cujus exequutione per M.C.V. vocatus fuit conventus, & quia non comparuit ipsum condemnavit, mandavitque, quòd incurretur pœna fidejussionis contra principalem, & fidejussorem, & ita exequutum fuit & pariter fuerunt consignatæ literæ executoriales creditori realiter, & personaliter contra debitorem, & fidejussorem, & cum supervenissent feriæ æstivæ d. debitor inaudito creditore cautionem dedit per totas æstivas ferias de concordando, vel præsentando virtute *decreti generalis*, an hoc casu fidejussor molestari possit à creditore, & dicendum est, quod prima cautio novata minimè dicitur per secundam præstitam de concordando, vel de præsentando ipsum debitorem finitis feriis, de jure etenim cautio 51 novari non potest per debitorem, vel fidejussorem, etiam audito, vel invito creditore, ut post multas discussiones tradunt, atque decidunt *Bart. Bald. & Castr. in l. si mandato meo, §. item si dum negotia mea, ff. mandati* per verba in illo tex. à I.C. Paulo prolata, quod expressius firmat idem *Bald. in l. si pater, C. de Collat.* quam opinionem communiter Peritissimi probant, *Cyn. in l. 2. C. de sentent. quæ sine cert. quantit.* & *in l. qui autem, §. sed & si quis, ff. de const. pecun.* & ita judicatum per Collaterale Consilium refert *D. de Franch. dec. 102. n. 1.* per tex. *in d. §. item si dum negotia mea,* 52 tanto magis, quia hodie novatio non præsumitur, nisi expressè dicatur *l. fin. C. de novat.* & quando novatio minimè fit, fidejussor à prima obligatione non libera- 53 tur, ut per *Thes. dec. 115.* ubi *Addentio filius* qui casum nostrum expressè decidit, dum voluit, quòd fidejussor 54 non liberatur, si prorogatio debitori fiat per Principem, quia creditor debet Principi obedire, ad *tex. in l. velle non creditur. ff. de reg. jur.* prout est dilatio concessa per ferias æstivas vigore *decreti generalis*, & proinde fidejussorum prima cautione non est liberatus per secundam cautionem, & debitum solvere compellitur, sed vide *D. Staiban. resol. 31. lib. 1* ubi contrarium tenet, sed malè ex prædictis.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Quæ probationes sufficiant, & quomodo probetur, quem esse natum ex legitimo matrimonio, ad finem, ut patri succedere possit, & an, & quando interposito decreto præambuli, debeat in causa appellationis dari terminus.

SUMMARIUM.

2 *Appellationis causa est accessoria ad causam principalem, nec in causa appellationis potest tractari de justitia, nisi dato prius termino, & compilato processu, prout in prima instantia, n. seq.*

3 *Scholarem quem non esse, probatur ex eo, quia non est descriptus in libro scholarium.*

4 *Matrimonium secundum* Concil. Trid. *nedum debet solemnizari à proprio Parocho, sed etiam debet describi in libro ad hoc destinato.*

5 Puteolana *consuetudo circa matrimonii, solemnizationem, qua fit post traductionem sponsæ ad domum viri, adducitur.*

6 *Hæres potest possidere alio jure, quam uti hæres.*

7 *Lege contradicente quod fit, cassum, & inutile reputatur.*

8 *Tutor, qui administrat bona hæreditaria, sibi non præjudicat in jure suo, super eisdem bonis competente.*

9 *Filii naturalis hæreditas spectat ad proximiores ex parte matris.*

10 *Ter-*

10 *Terminus ad impugnandum in secundo judicio, etiam publicatis attestationibus an sit impartiendus.*
11 *Matrimonium esse contractum, asseri incumbit probatio.*
12 *Testes de auditu non probant matrimonium contractum.*
13 *Confessio simpliciter facta de matrimonio non nocet, si postea appareat non esse solemniter contractum.*
14 *Testium præsentia cum Parochi interventu non sufficit ad probandum matrimonium, nisi testes intelligant illum mutuum consensum.*
15 *Matrimonium quamvis sit probandum per librum Parochi, non tamen excluduntur aliæ probationes, quæ magis probant.*
16 *Testis unus de veritate cum duobus aliis ex fama probant matrimonium. Item probatur per publicam vocem, & famam, & per diutinam cohabitationem, n. seq.*
18 *Matrimonium quamvis non possit probari ex conjecturis, & præsumptionibus, admittitur tamen, ubi non agitur de matrimonio principaliter, sed solum ad effectum, ut filius tanquam legitimus possit admitti ad successionem.*
19 *Hæres tenetur factum defuncti ratum habere.*
20 *Præambuli decreta, per quæ aliquis declaratur hæres ex testamento, vel ab intestato, semper solent tractari in M. C. V. & dicuntur decreta interlocutoria, n. seq.*

DECISIO CXXXIX.

Scipio Capomaza defunctis Camillo, & Joanne Baptista fratribus utrique conjunctis per Curiam Civitatis Puteolorum declarare se fecit illorum hæredem, verum quia ex Camillo, & Olimpia de Costanzio ortus fuerat Joannes Baptista, respectu ejus hæreditatis declaratus fuerat hæres per intermediam personam dicti Ioannis Baptistæ, prout per ipsum fuerat petitum.

Animadvertens tamen postea, quod in successione dicti Ioannis Baptistæ concurrebat etiam Reverendus D. Joannes Iacobus de Costanzio avunculus, & frater prædictæ Olimpiæ matris filii, & hæredes dicti Scipionis mutato judicio institerunt, declarari hæredes ex propria persona dicti Camilli patrui, nulla habita ratione dicti Ioannis Baptistæ, ex quo non erat de legitimo matrimonio natus, & examinatis testibus in M. C. V. ex quibus probare conati fuerunt, non fuisse solemnizatum matrimonium interdictum Camillum, & Olimpiam, cum qua quamvis fuisset tractatum, & conclusum, tamen quia orta fuit differentia ex causa quantitatis dotis, non fuit aliter solemnizatum, & interim orto dicto Ioanne Baptista decessit Olimpia.

Ex adverso autem pro parte dicti Reverendi D. Ioannis Iacobi prætendebatur, matrimonium vere fuisse contractum, & ita pro parte prædicti Scipionis confessatum, & proinde petiit, se declarari hæredem pro medietate prædicti Ioannis Baptistæ ejus nepotis, & per intermediam ipsius personam pro quarta parte Vincentii ejus patrui, & examinatis testibus de matrimonio, ita obtinuit decretum præambuli, à quo cum fuisset appellatum in Sacro Consilio, fuit in parte approbatum, in parte verò reformatum, nam respectu hæreditatis Camilli fuit confirmatum, respectu vero illius quartæ partis hæreditatis Vincentii fuit datus terminus, à quo decreto cum fuisset reclamatum, etiam per viam restitutionis in integrum, & obtenta Regia decretatione, quod verbum faciat, ad finem videndi, si erat deferendum petitæ restitutioni in integrum, quæ causa, quamvis reclamatio debebat tractari ad relationem M. C. tamen nescio, quomodo fuit commissa in S. C. & ordinatum, quod ista reclamatio tractaretur junctis Consiliariis dotarum aulæ suæ, in qua causa reclamationis duo dicebant filii, & hæredes dicti Scipionis; & primò in ordine dicebatur, esse impartiendum

1 terminum in causa, cum enim in M. C. V. fuerit datus terminus, causa appellationis debebat tractari eodem modo, & forma, prout in prima instantia, *l. 1. ff. an per alium caus. appell. Franc. dec. 120. & 310. num. 18.* appellatio enim dicitur accessoria ad causam princi-
2 palem, *Dec. in rubr. ff. de appellat.* & ideo cum lis erat contestata in judicio ordinario, debebat etiam ordinarie procedi in causa appellationis, & propterea dicebatur, quod non erat opus tractare de justitia causæ, quæ erat postea tractanda, dato prius termino & compilato processu, *l. in causæ cognitione, ff. de minor. l. si minor. 25. annis, §. fi. & ibi glos. fi. ff. eod.*

In justitia vero dicebatur, quod satis constabat non fuisse inter dictos conjuges celebratum matrimonium. Primò ex libris Parochi, qui illis perquisitis fidem fecit, non reperisse, fuisse tale matrimonium solemnizatum, ad quod adducebatur doctrina
3 *Bart. in l. cum quis 13. Cod. de reb. cred.* ubi dicit, quod constat, quem non esse scholarem ex eo, quia
4 non fuit repertus in libro Scholarium, quod & fortius procedit, stante *Concilio Tridentino de reformat. matrim. cap. 1.* ubi habetur, quod nedum matrimonium debet solemnizari à proprio Parocho, sed quod debet describi in libro ad hoc destinato, nec mirum, quod prædicti Camillus, & Olimpia fuerint reputati tanquam
5 conjuges, quia mos est in dicta Civitate Puteolorum traducere ad domum sponsam statim atque inter consanguineos conclusum matrimonium, & postea ad domum traductam solemnizatur, ut ex fide facta per dictam Universitatem, & quod ista solemnitas non fuit completa; quia interim insurrexerunt altercationes cum dotantibus circa dotem, & isto medio tempore Olimpia decessit.

Nec dicebatur obstare illa assertio facta per quondam Scipionem, qui petiit declarari se facere hæredem Camilli per intermediam personam Ioannis Baptistæ, quia ipse possedit hæreditatem, non uti hæres ipsius, sed continuando possessionem, quam habebat pro communi, & indiviso cum Camillo, & D. Vin-
6 centio fratribus, juxta *text. in l. pro hærede 20. ff. de acquir. hæred.* & proinde poterat possidere alio jure, quam uti hæres, & mortuo Camillo ipse potuit possessionem continuare, uti Camilli hæres, non habita ratione Ioannis Baptistæ, *l. fi. C. de natural. liber. §. si quis autem, & §. consideremus, in auth. de trient.*
7 *& semiss.* cumque Ioannes Baptista fuerit incapax, omne id, quod subsequutum fuisset, quia lege contradicente, cassum, & inutile fuit, *l. non dubium, C. de legibus*, nec illa enunciatio, quod erat filius legitimus, & naturalis, veritatem mutat, fuit enim facta honoris causa, ob honorem familiæ de Constantio, nobilis in dicta Civitate.

8 Sic etiam considerabatur, quod quamvis quondam Scipio uti tutor Ioannis Baptistæ administravesit bona hæreditaria, remansa in hæreditate Camilli, non se præjudicavit in ejus juribus, in eisdem bonis sibi competentibus, *ex text. in l. quadam 26. C. de administrat. tut.* ibi, *quod lex nostra sua sibi jura maneant illæsa reservat.*

Secundo dicebatur, quod quando aliquid dubii esset circa prædictum matrimonium, omnino debebat terminus impartiri, non potuerunt enim conventi se defendere in Magna Curia, quia dictus actus duo instituit judicia, & in uno tantum fuit datus terminus, in quo institit solum, se declarari hæredem Ioannis Baptistæ pro medietate, in quo judicio non se defenderunt conventi, quia nullum habebant in-
9 teresse, ex eo, quod hæreditas nepotis naturalis spectabat ad proximiores ex parte matris, nedum pro medietate, sed in totum, *Card. Paleoth. de noth. & spur.*

c. 39. num. 4. & *cap. 38. num. 6. §. penult. Institut. de succeff. cognat. l. sed vulgo quæsit. ff. ad Tertul. l. si qua, C. ad Orfician. §. novissime Instit. eod. tit. Franch. dec. 640. num. 2.*

In secundo vero judicio, in quo asseruit, Joannem Baptistam esse filium legitimum, & naturalem Camilli, natum in Constanita matrimonii cum dicta Olimpia, petiit, se declarari hæredem, nedum in bonis Camilli pro medietate, verum in quarta parte Vincentii, non fuit datus terminus, tempore, quo per hæredes Scipionis nedum fuerat petitus, sed fuerunt revocatæ omnes, & quæcunque confessiones, factæ de legimitate Joannis Baptistæ, tanquam factæ honoris 10 causa, qui non fuit aliter impartitus, & cum tractaretur de mero facto, in quo non potuit se defendere, etiam publicatis attestationibus non poterat ipsis negari, *c. ex tenore 3. extra de testibus, Afflict. dec. 33. Ann. singul. 501. Franch. dec. 631.*

Dicebatur tandem, quod quando prædicta omnia deessent, non esse prædictum Joannem Jacobum in probatis de dicto legitimo matrimonio contracto, & 11 certum est, quod actori incumbit probatio de legitimo matrimonio, ut dixit *Napod. in Consuetud. Si mulier nupta, in verbo nupta,* per *tex. in l. si neget, & l. si quis à liberis §. si vel parens, ff. de liber. agnoscend. Dec. cons. 471. Reg. Revert. cons. 2. num. 21.* ubi de communi testatur

12 Probatio tamen non relevat; quia aut loquimur de testibus, qui deposuerunt de auditu, & isti non probant, tanto magis in hoc casu, in quo Camillus honoris causa ita decere debebat, *l. testium,* ubi *glos. C. de testib. c. cum literis, extra eod. tit.* aut intendit hoc probare 13 per confessionem factam à Scipione, & nunquam fuit ficta confessio de sollemnitate matrimonii *Afflict. decis. 25.*

14 Nec tandem duo testes de visu examinati concludunt, quia ultra quod una est fœmina, & quamvis deponant, præsentes fuisse in actu contracti matrimonii, cum interventu Parochi, non tamen deponunt, audivisse, inter ipsos adfuisse illud mutuum consensum, non enim sufficit præsentia, nisi intelligatur illud mutuus consensus; qui est necessarius ad matrimonium, *Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disput. 39.* per *tex. in l. Titio 109. ff. verb. & rer. sig.* & ex his concludebatur, esse reformandum decretum prædictum, stante quod Joannes Jacobus actione carebat, & esse excludendum, juxta *text. in l. si pupilli, in fi. ff. de negot. gest.*

Pro actore vero dicebatur, decretum Sac. C. esse confirmandum, quia satis indubie constabat, prædictum Joannem Baptistam ejus nepotem fuisse filium legitimum, & naturalem Camilli, natum in constantia matrimonii cum Olimpia de Constantia ejus so15 rore utrinque conjuncta, quamvis enim matrimonium probari possit per librum Parochi, ut dixit *Jas. in l. admonendi, num. 132* per illum *tex. de jur. jur.* de quo etiam per *Ricc. collect. decis. 3151.* non tamen excluduntur aliæ probationes, quæ magis probant, quam libet, & ideo probari per duos testes, qui fuerunt præ16 sentes contractui matrimonii habetur ex *Capycius. dec. 203. par. 2.* & nedum per duos testes, sed etiam per unum de veritate, cum duobus aliis de fama probari matrimonium, consta. ex *Fabr. def. 8. C. de probat. Cu17 sare de Graff. decis. 1. de sponsalib.* & etiam per publicam vocem, & famam, ex *Verall. dec. 203. 2.* & per diutinam cohabitationem, & famam de matrimonio, & contractibus matrimonialibus, ac aliis adminiculis *Put. decis. 103. par. 2.* quæ omnia colligit *Episc. Ricc. in collect. dec. part. collect. 219.* & quam18 vis matrimonium ex *Concilio Trident. in c. 1. in primis verbis, sess. 24.* non possit probari ex conjecturis, & præsumptionibus, hoc tamen limitatur, ubi non agitur de matrimonio principaliter, sed solùm ad effectum ut filius tanquam legitimus possit admitti ad successionem, quo casu sufficit, ex conjecturis, & præsumptionibus matrimonium probari, *Put. dec. 2.* in una Venetiarum, *lib. 1. Ricc. collect. 2079.* cumque in casu prædicto nedum adessent præsumptiones, quia fuerunt plures testes de auditu producti, nempe ab eodem Camillo matrimonium fuisse solemniter contractum, inter quos Vicarius, & Magister Actorum dictæ Civitatis Puteolorum, ac etiam uti legitimos conjuges fuisse habitos, tractatos, & reputatos, sic etiam de publica voce, & fama & quod publicè ita erant habiti, quod sufficere, habetur ex *Cassad. decis. 3. num. 17. de probat.* sed ipse idem Joan. Baptistæ pater eum filium legitimum nominavit. *Cornaz. decis. Lucens. 21.* & *Trevis. decis. Venet. 60. Farinac. decis. Roman. 857. num. 16.* duo testes de visu deponebant de sollemnizatione matrimonii; item hoc idem con19 fessus fuit idem Scipio, cujus actores erant etiam hæredes, ac tenebantur factum defuncti ratum habere, vulgata *l. cum à matre, C. de rei vendic.* & ut talis se fecerat tutorem declarare, & uti tutor dicti Joannis Baptistæ bona Camilli ad ipsum perventa administraverat, nec aliter est præsumendum, quod dicta Olimpia de nobili familia de Constantio de eadem Civitate, cum tot, tantisquè nobilibus consanguineis, pati velles permanere per tot annos in concubinatu cum dicto Camillo, & potius hoc erat inventum dictorum conventorum, ad finem, ut avunculus non succederet in ea portione, quæ ad eum de jure spectabat, fuitque hoc absque ulla hæsitatione habitum pro vero in S. C.

Ad illud vero, quod opponebatur de ordine, quia 20 debebat dari terminus in causa, dicebatur, quod decreta præambuli, per quæ aliquis declaratur hæres ex testamento, vel ab intestato; semper solent tractari in M. C. V. quia respiciunt solum, si aliquis sit hæres, de quo per *Ritum M. C. V. 181.* ubi *Caravit. numero 3.* tradit formam decreti prædicti, & *numer. 4. & 5.* ubi etiam, quod in informatione capienda non est necessaria partis citatio, quia sufficit qualiscunque probatio, *Afflict. in Const. Regni Eos, qui fecerint, quæst. 4. numer. 10.* & dicitur quædam declaratio, & fit absque sola judiciaria, ubi tamen non est contradictio, *Sca21 glion. in rit. M. C. V. 283.* quod decretum dicitur decretum interloquotorium, ut dixit idem *Scaglion. in rit. 163. num. 04.* & propterea quando ab eo appellatur ad S. C. causa non committitur, sed fit solitum decretum per Spectabilem Præsidem Sac. C quod M. C. verbum faciat de dicto decreto in S. C. est verum, quod multoties quando adest partis contradictio, & negotium requirit altiorem indaginem, solet per S. C. provideri, quod causa remaneat in S. C. & tunc causa committitur; verum in hac causa non fuit hoc observatum, sed facto verbo per Magnam Curiam fuit confirmatum decretum præambuli expediri per Magnam Curiam Vicariæ respectu bonorum Joannis Baptistæ, respectu vero bonorum Vincentii fuit datus terminus in causa, à quo decreto cum fuisset reclamatum & obtentum, iterum verbum fieri, reperitur certo modo commissa causa in Sacro Consilio, quæ commissio fuit præter ordinem facta, & ideò illud verbum, quod erat faciendum ad relationem Magnæ Curiæ, fuit factum ad relationem Regii Consiliarii causæ Commissarii, & quia visum fuit, bene fuisse judicatum, ex quo ipsa bona obvenita Joanni Baptistæ à Camillo patre, quæ mediante persona tutoris fuerunt possessa per Joannem Baptistam filium, bene cadere poterat decretum præambuli, quia erat filius, & fuit habitum pro absoluto, quod erat filius legitimus, & naturalis, quo vero ad portionem spectantem ea hæreditate dicti Vincentii patrui, erat tractandum, non per viam decreti præambuli, sed via ordinaria, & ideo die 25. Februarii 1639. fuit

coo

confirmatum decretum Sacri Consilii, factum ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ, penes Actuarium Figliola.

OBSERVATIO IN DECIS. CXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus est competens, ubi quæstio facti, non juris circa matrimonium, quando dubitatur, an sit solemnizatum, præsertim si agitur de petitione hæreditatis.*

2 *Matrimonium qualiter probetur, probatur tamen per testes de auditu. num.3. ex libro parochi, nu. 4. per parentes, fratres, & consanguineos, nu. 5. item ad effectum legitimitatis filiorum probatur per instrumentum dotale receptionis dotium, reputationem, & famam, nu. 6.*

7 *Legitimitas in dubio judicanda est, scilicet filios legitimos esse.*

8 *Matrimonium probatur per duos testes, qui fuerunt præsente contractu matrimonii, item per unum testem, qui fuit præsens cum aliis adminiculis, nu. 9. item per duos testes deponentes de sponsalibus de futuro, & per duos alios deponentes de concubitu, & cohabitatione, nu 10. item ex confessione conjugum, nu. 11. nisi agatur de alterius matrimonii præjudicio, n. 12. per famam publicam, n. 13.*

14 *Matrimonium quoad legitimitatem filiorum, & filios esse legitimos probatur ex communi reputatione, & hoc casu ex levioribus conjecturis, n.15 nempe ex præcedenti tractatu de contrahendo, & per dispensationem super impedimento obtentam, n. 16. ex depositione unius testis præsentis cum aliis adminiculis, num. 17. ex tractatu & cohabitatione usque ad obitum ipsorum conjugum num.18. ex denominatione vir, & uxor, enunciatione in publicis instrumentis, vel testamentis, nu. 19. item si filii successerant in bonis subjectis fideicommisso, nu.20. item ex communi reputatione, publica, voce, & fama, cohabitatione, & tractatu, nu. 21. item ex diutina cohabitatione decem annorum cum communi fama, & reputatione, & tractatu maritali sub nu. 21.*

22 *Tutor, & curator teneatur inventarium de bonis pupilli, & adulti conficere, alias juratur in litem contra ipsos.*

23 *Administrator etiam tenetur inventarium facere, alias tenetur actione mandati.*

24 *Iuramentum in litem non datur pro quantitate petita, sed Iudex taxat, n. 25. & ita decisum adducitur, nu. 26. & 28. non tamen datur contra hæredes tutoris, curatoris, & administratoris, n. 29.*

27 D. Jo. Baptista Muscettula *Consil. laudatur.*

D. Thomas Caravita *Cons. laudatur, ibid.*

28 D. Ascanius Raetanus *Consil. laudatur.*

30 *Dominus directus an debeat exhibere libros ad instantiam emphyteutæ ad finem videndi solutiones factas, vel jurare illos non habere, ubi decisio.*

31 *Terminus ad convincendum dari debet, & ita decisum traditur.*

32 *Appellatio debet tractari eo modo quo fuit tractata causa principalis in prima instantia.*

33 *Causa si in prima instantia fuit summaria eodem modo agi debet in secunda, & tertia instantia, & numer. 34.*

35 *Appellatio interposita ab interlocutoria, regulatur, ut interlocutoria.*

36 *Appellatio à decreto preambuli expediti per M.C.V. cum sit interlocutoriam, contrarium, nu. 37. & 46. estque diffinitivum, n.39 vel saltem dicitur mixtam. n. 41. 43 44*

37 *Interlocutorium decretum quodnam sit, & sine solemnitate profertur, n. 38. & revocari potest per judicem qui illud protulit, n. 40.*

39 *Decretum diffinitivum, quodnam sit, & non potest revocari per eundem judicem, nu. 40. intellige, ut nu. 41.*

42 *Decretum interlocutorium habeat vim diffinitivi, quod mixtum appellatur quodnam sit & nu. 4 45.*

44 *Decretum taxationis expensarum dicitur mixtum.*

46 *Appellatio à decreto præambuli est committenda in S. C. non autem determinari debet ad relationem M. C. V. & licet quandoque sit determinata ad relationem M. C. V. hoc processit ex incuria procuratorum, n. 47.*

48 *Appellatio ab interlocutoria determinatur ex eisdem actis, sed à decreto diffinitivo committitur in S. C. num. 49. & decisiones adducuntur, numer. 50. & 51.*

51 D. Consil. D. Ferdinandus Quadra *laudatur.*

D. D. Alvarus Quadra *laudatur, ibid.*

D.D. Aloysius Quadra *Episcopus Motulensis laudatur, ibid.*

D. Carolus Tapia *Regens, Marchio Belmontis laudatur, ibid.*

IN causa hujus decisionis, interesse habebat Reverendissimus D. Jo. Jacobus de nobili familia de Constantio Puteolanus, qui erat Præpositus Terræ Arissæ sub dominio Excellentissimi D.M. Comestabilis Columnæ ad cujus instantiam *Ego* partes d. Præpositi tuebar cum cæteris illius Advocatis, & victoriam pro eo obtinuimus, dum matrimonium verè contractum erat per verba de præsenti, ut testatur *D. Reg.*

Ideoque observabis primò, quod hic incidenter agebatur de matrimonio, & quæstio facti non juris erat, 1 an matrimonium esset sollemnizatum per verba de præsenti, quo casu judex laicus est judex competens, præsertim si quæstio oriatur occasione petitionis hæreditatis, prout erat casus hujus decisionis ad tradita per *Bar. in l. vitia ff. sol. matrim.* quem adducit *D. de Franch. dec. 36. n. 3.* 2 qualiter autem matrimonium probetur habes apud *Verall. decis. 205. alias prima verbo matrimonium, & seq. par. 2. Boer. cons. 10. Menoch. cons. 34. & 259. Franch. Marc. dec. 201 par. 2.* aliosque relatos per *D. Amendol. ad D. de Franch. d. d. 36. n. 1. 3 4. 5. 6.* qui n. 2. ex eod. *Menoch. de arbitr. judic. casu 4 5. n. 2[illegible].* inquit probari per testes de auditu in casu ibi relato.

4 Sed magis in specie probatur matrimonium ex libro Parochi *D. Riccius par. 1. resol. 118. in praxi matrim.* 5 item per parentes, fratres, & consanguineos, idem *D. Riccius d. par. 1. res. 2. 9. n. 1.* Item matrimonium ad ef- 6 fectum legitimitatis filiorum probatur per instrumentum dotale receptionis dotis, reputationem, & famam 7 *Pute. dec. 68. lib. 1.* & in dubio judicandum pro legitimitate, scilicet legitimos esse filios *Pute. decis. 1. lib. 3. n. 1. & 2.* Item per duos testes, qui fuerunt præsentes 8 contractui matrimonii *Verall. decis. 207. par. 2.* Item per unum testem, qui fuit præsens, cum aliis adminicu- 9 lis, ut in casu isto *Seraphin. dec. 1000. n. 2.* Item si duo 10 testes deponunt de sponsalibus de futuro, & duo alii de 11 concubitu, & cohabitatione *Verall. dec. 21[illegible]. p. 2.* Item 12 ex confessione ipsorum conjugum, vel alterius ipsorum, idem *Verall. dec. [illegible]10. p. 2.* nisi agatur de alterius matrimonii præjudicio, *idem decis. 209. ead. par. 2.* Item per famam publicam *Cæsar. de Graff. dec. 181.* 13 *alias 6. nu. 2. in tit. qui filii sint legit. sanctissimus Ludovis. dec. 247. nu. 19. & decis. 248. n. 3.* Item quoad 14 legitimitatem filiorum, & filios esse legitimos probatur matrimonium ex communi reputatione *Seraph. dec. 1000. par. 1.* quæ decisio fuit confirmata iterum per Rotam apud *Ludovis. dec. 247. in prin. & n. 3.* & iterum similiter decisum apud eundem *dec. 248 Rubeus par. 1. singul. ad dec. 1000. Seraph. sol. mihi 67.* & sic quoad legi- 15 timitatem filiorum matrimonium probatur ex levioribus

16 conjecturis *Seraph. dict. dec.* 1000. nempe. Primò ex præcedenti tractatu de contrahendo, & per dispensatio-17 nem super impedimento obtentam. Secundò ex depositione unius testis, qui fuit præsens contractui matri-18 monii cum aliis adminiculis. Tertiò eo quod ut conjuges se tractabant, & simul cohabitabant usq; ad obitũ. 19 Quarto ex eo quod se nominabant vir & uxor, & sic reperitur denunciatum in publicis instrumentis, vel testa-20 mentis ab ipsis conjugibus, vel coram aliquo. Quinto si filii successerunt in bonis subiectis fideicommisso. 21 Sexto ex communi reputatione publica voce, & fama cohabitatione, & tractatu, quia tanquam conjuges se mutuo tractabant, ut reassumit *Seraph. dec.* 1000. confirmata apud Ludovis. *d. dec.* 247. *in princ. & n.* 19. ut supra *nu.* 14. notavimus, & quod diutina cohabitatio puta decem annorum. cum communi fama, & reputatione, & tractatu maritali præbet matrimonium, est tex. expressus *in c. illud, ubi Abbas num.* 8. *circa finem* vers. *unde dico de præscript. Fute. dec.* 103. *lib.* 2.

Eodum *D. Reg. n.* 8. agit de tutore observabis secundo, 22 quod tutor & curator tenentur inventarium de bonis pupilli, & adulti conficere, alias juramentum in litem datur pupillo contra tutorem, & adulto contra curatorem, qui inventarium non fecit pro bonis administratæ tutelæ, vel curæ cum tamen perfectæ ætatis fuerint extraduis per *Gutier. de tutel. p.* 2. *c.* 1. *n.* 15. *in fine*, qui loquitur in matre tutrice per tex. *in l. tutor, qui repertorium, ff. de admin. tutor. Peregr. de fideicomm. art.* 35. *post n.* 27. ubi *D. Consal. in observat. fol* 355. vers. *illud tamen, & Ego* dixi *observat.* 13. *nu.* 18. *in fine*, id-23 que procedit contra quemlibet administratorem *l.* 1. *§. officio, ff. de tutel. & ratio distrah. l. cum servus, ff. de condit. & demonstrat. l. cognoscere, §.* 1. *ff. de verbor. signif. l. 3. ff. de eden.* cum simil. nam qui non reddit rationem, tenetur mandati, aliis actione, quia dolo facit, ideo-24 que in litem juratur *d. l. tutor, qui repertorium, & d. §. officio* non tamen statur quantitati, pro qua juravit pupillus, adultus, vel alius, sed judex d. juramentum 25 taxat, & refrenat *l. videamus, ff. de in lit. juran.* Hinc cum Maria de Andrea Civitatis Piscinæ jurasset in li-26 tem contra Felicem de Andrea ejus matrem, & tutricem, eo quod inventarium non confecerat, in annuis ducentum fructuum perceptorum, fuit per M. C. V. * sub die 15. Junii 1646. ad relationem D. Judicis *Jo.* 27 *Baptista Musettula*, qui postea fuit Regius Consiliarius dignissimus cum interventu D. Judicis *D. Thoma Carafa*, qui nunc similiter est Regius Consiliarius Doctissimus, & æquissimus, provisum quod pro nunc deferatur juramentum in animam d. Mariæ usque ad summam ducatorum quadraginta in quolibet anno, in banca Mongelli & interpositæ appellatione 28 ad S. C. per D. Mariam in banca de Spera fuit confir-* matum decretum M. C. V. sub die 28. Februarii 1659. referente D. Consil. *Ascanio Raetano* viro doctissimo, ingeniosissimo, ac omnibus numeris absoluto, meoque particulari domino, & amico singularissimo cum interventu DD. Consiliariorum *Crossi* Marchionis Oliveri, *Pepi Vallemiglia, & Rocca.* Me pro dicta Maria patro-29 cinante, non tamen juratur in litem contra hæredes tutoris, curatoris, vel administratoris, illi namque de dolo defuncti non tenentur, nisi quatenus ad eos pervenerit *l. in hæredem, ff. de dolo.*

Sic pariter tertiò observa, quod cum Franciscus Vollarus, qui fuit Judex M. C. conventus ab Hebdomadariis S. Georgii Majoris pro solutione censuum pe-30 tiisset libros exhiberi, ex quibus dicebat constare de * solutione, per S. C. sub die 14. Julii 1615. fuit ordinatum, quod Hebdomadarii exhibeant, vel declarent cum juramento, quod illos non habent, qui declaraverunt habere nonnullos, quos exhibuerunt, alioque dixe-31 runt non habere, quare cum Vollarus petiisset terminum ad convincendum, quamvis mediante decreto D. Consil. *de Morra* sub die 28. Aprilis 1616. fuisset ordinatum quod oppositis non obstantibus procedatur ad ulteriora, tamen per S. C. 21. Junii 1616. fuit conces-* sus terminus ad convincendum, & completo termino prædicto, quia nihil fuit probatum per Vollarum sub die 14. Iulii 1617. fuit provisum, quod procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione causæ, alia librorum exhibitione petita non obstante in banca de Felice.

Hinc etiam quarto observabis circa dicta per *D. Reg. num.* 1. *&* 2. ut causa appellationis debeat tractari eo 32 modo, & forma prout actum fuit in causa primæ instantiæ.

Quod si causa in prima instantia fuit summaria eo-33 dem modo debet tractari causa appellationis, & sic in secunda instantia *Angel. in l.* 1. *per illum tex. ff. ut per alium caus. appellat.* & non solum in secunda instantia, sed etiam in tertia *Cassad. decis.* 8. *de rescript. Henden. consil.* 94. *nu.* 54. *lib.* 1. *Caroc. dec.* 115. *per totam*, & sic servari in S. C. testatur *D de Franch decis.* 520. *nu.* 34 3. ubi quod si in M. C. V. contra committentes gravissima delicta proceditur per horas, & condemnatur inquisitus, si causa appellationis committitur in S. C. ibi similiter proceditur per horas ipsumque secutus est *Fontanella dec.* 170. *n.* 7. quæ observantia credo, quod fuit desumpta *ex pragm.* 44. *§ item si aliquis de offic. S. R. C.* ibi, *& postea datur terminus non longior, quam in causa principali ad probandum id, quod relevaret appellantem* licet *d. pragmatic.* non alleget *D. de Fr. n. b.* 35 nec alius ex nostratibus quem hucusque vidi, & proindè appellatio interposita ab interlocutoria regulatur, ut interlocutoria *Bart. l.* 220. *lib.* 1. *Cancer. var. ref. lib* 3. *cap.* 17. *n.* 153.

Et eandem observo circa conclusionem traditam per *D. Reg. num.* 51. quod appellatio à decreto præ-36 ambuli expediti per M. C. V. determinatur per S. C. ad relationem ejusdem M. C. V. cum sit interlocutorium tanquam latum absque causæ cognitionem, & termino, licet aliquando causa appellationis committatur in eodem S. C. ex causis ibi relatis, nam dubitavit an sit interlocutorium in causa Excellentissimi 37 D. M. Comestabilis Columnæ cum Excellentissima Principissa Buteræ, ut in mea dissert. *lib.* 1. *differtat. sive observat. forens.* interlocutorium etenim est 38 illud quod tantummodo aliquam exceptionem in judicio emergentem tangit per quam non imponitur finis controversiæ, & sic negotium principale decidendum remanet *l.* 2. *ff. de appellat. recip. l. si finita, §. Julianus, ff. de damno infecto Bal. in l.* 1. *ff. de re judic. Maranta in Specul. p.* 6. verbo, *& demum fertur sententia, num.* 2. *&* 3. *Afflict. in prax. judic. §.* 32. *cap.* 17. *num.* 2. *Menoch. de recuper. possess. rem.* 4. *num.* 45. *D. Borell. in summa decis. lib.* 3. *tit.* 29. *num.* 4. quod per diffinitivum reparari solet *Aret. cons.* 106. *num.* 11. *vers. tum quia*, & sic acta ordinatoria, non decisoria respicit *Tholos. de appellat. lib.* 1. *c.* 4. *Cancer. var. res. lib.* 3. *c.* 18. *n.* 5. & sine solemnitate proferunt *Menoch. ubi sup. n.* 45. & de sui natura ex eisdem actis revidetur.

Et propterea illud diffinitivum esse substinui: nam 39 negotium primum in petitione deductum, de quo principaliter altercatur diffinit, & nihil remanet agendum *l. post sententiam, C. de sent. & interlocut. omn. in d. l. ff. de re judic. Menoch. de adipisc. possess. rem.* 4. *n.* 84. *Guido Pap. decis.* 16. *n.* 1. *& dec.* 220. *nu.* 2. *D. Reg. noster dec.* 96. *n.* 18. *&* 19. *D. Rovit. in prag.* 25. *n.* 3. *de offic. S. R. C.* 40 quod adeo verum est, ut diffinitivum, non autem interlocutorium, quia diffinitivum non potest revocari per eundem judicem, interlocutorium vero simpliciter, vel habens vim diffinitivi semper revocari potest per eundem judicem ad tradita per *Capic. dec.* 1. *nu.* 23. 41 quem secutus est *D Vivius dec.* 53. *n* 9. & nunquam vidimus decreta præambuli fuisse revocata per eandem M. C. V. sed tantummodo per S. C. vel per d. M. C. V.

præce-

præcedente tamen supplicatione cum regia decretatione quod M. C. V. de justitia provideat audito supplicante, vel quando de nullitate decreti fuerit dictum.

Vel saltim d. decretum preambuli esse interlocutorium habens vim diffinitivi, quod mistum vocatur 42 substinui in d. *dissertat.* quia injungit illud, quod per diffinitivam diffinitur. *Felyn. in rubr. de re judic. Kanchen. ad Gund. Pap. decis.* 18. alios allegans, sequitur *Maranta ubi sup. nu.* 41. *D. Rovit. in pragm.* 25. *nu.* 43 3. *de offic. S. R. C.* sic etiam vim diffinitivi habere dicitur, ubi quæstio principalis diffinitur, & damnum irreparabile continet, cum non expectat post se aliam sententiam ab eodem judice ferendam, argum. *l.* 1. *ff.* 44 *de re judic. Cancer. d. c.* 17. *nu.* 134. ut est sententia taxationis expensarum *Cancer. loco citato num.* 137. & tandem omnis interlocutoria, per quam finitur judicis 45 officium, & suæ jurisdictioni finem imponit, habet vim diffinitivæ *Cancer. ibidem num.* 149. *Mising. observat.* 88. *cent.* 3. *D. Borell. in summa dec.* 29. *lib.* 3. *tit.* 29. *nu.* 19.

Ideoque causa appellationis à decreto præambuli 46 est committenda in S. C. non autem determinari poterit ad relationem M. C. V. & plura exempla adduci possent de commissione causæ appellationis in S. C. à decreto præambuli, & primo interposito decreto præambuli per M. C. V. hæreditatis qu. D. Antonii de Palma, cum fuisset appellatum ad S. C. fuit causa appellationis commissa, ut in Banca Borrelli, secundo idem fuit servatum in causa præambuli Ducis Sanctæ Agatæ Gothorum de qua *D. Rovit. dec.* 51. *n.* 2. Tertio in causa præambuli Stephani Scarpati, ut per eundem *D. Rovit. ibid. n.* 1. & millies.

Et licet aliquando sit ordinatum fieri verbum per 47 M. C. V. in S. C. à decreto præambuli stante appellatione interposita, hoc provenit ex incuria Procuratorum, qui ita petunt, non tamen per hoc dici poterit decretum esse interlocutorium, non autem diffinitivum, vel habeat vim diffinitivi, licet namque quando appellatur ab interlocutorio decreti M. C. V. per D. Præsidem S. C. ordinatur fieri verbum ad re- 48 lationem M. C. V. *in SC.* ut notat etiam *D. Rovit. in prag.* 18. *num.* 1. *de offic. S. R. C.* quo casu propriè fieri solet ex eisdem actis *l.* 1. *in fine ubi DD. C. de relat.* à de- 49 cretis diffinitivis, causa appellationis committitur in S. C. ut servat praxis, de qua testatur *D. Consil. Hodierna ad Surdum dec.* 36. *sub num.* 7. post *D. Regentem nostrum d. dec.* 96. *n.* 21. attamen observantia S. C. ea 50 est ut facta relatione per M. C. V. provider, quod committatur causa in d. S. C. vel quod causa remaneat in eod. S. C. coram Commissario hæreditatis, de qua agitur, ut sic servari quotidie videmus, ut practicatum fuit in * causa præambuli Capitanei Simonis Costa in Banca Carboni, & in causa præambuli Leonis Varonis, non interposito decreto præambuli in personam Marini Vanni, ab eo appellavit Franciscus Vannus, obti- 51 nuitque regiam decretationem, quod M. C. V. verbum faciat in S. C. in anno 1607. & facta relatione in S. C. per judicem *D. Ferdinandum de Quadra* postea Regium Consiliarium doctissimum, & æquissimum. de cujus familia hodie extant Dom. Aloysius Episcopus Motulensis Theologus doctissimus, & Don Alvarus Advocatus primi ordinis, & maximæ æstimationis, apud Clientes sub die 22. Martii 1607. * in Aula D. Consiliarii *Caroli de Tapia* postea Marchionis Belmontis, ac Regentis dignissimi, fuit per S. C. provisum, quod causa committeretur in d. S. C. fuitque commissa Regio Consiliario *D. Didaco de Barresta*, ut ex actis in Banca tunc Jo. Baptistæ Borrelli nunc vero.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Testamentum ad pias causas factum an, & quando dicatur perfectum ratione voluntatis, ad hoc ut valere possit, & quando potius dicatur præparatio ad testandum, quam testamentum, & nonnulla ad declarationem *text. in l. si quis* 25. *ff. de testam.* & in *auth. quod sine, C. eod. titul.*

SUMMARIUM.

1 *Testamentum ad pias causas probatur per duos testes, nec in eo sunt necessaria solemnitates, à jure civili requisita, intellige, ut num.* 24.

2 *Testatorem ad unam testandi formulam se restringere voluisse, non est verisimile.*

3 *Lex magis favet testamentis, & ultimis voluntatibus quàm contractibus.*

4 *Testamentum imperfectum ratione voluntatis, quamvis inter liberos non valet, & numer.* 6. *Contra, numer.* 7. *Verior sententia, num.* 9. *Declara, ut numer. seq.*

5 *Tractatus ut subsistat, debet esse perfectus.*

8 *Causa pia est minoris privilegii, quam liberorum, extra tamen legitimam portionem eis jure debitam.*

11 *Posteriora derogant prioribus.*

12 *Immissio ex edicto Divi Hadriani quibus in casibus habeat locum.*

13 *Testamentum ut dici possit, non sufficit, testatorem dixisse, testari velle, sed quod in effectu testetur.*

14 *Scriptura, sive schedula reperta in libro Tabellionis, non publicata, etiamsi in ea sint appositi testes, neque inter liberos probat.*

15 *Præparatio ad testandum non potest dici testamentum.*

16 *Testamentum, quod sit imperfectum ratione voluntatis, cui incumbat, onus probandi.*

Traditur distinctio inter testamentum scriptum, & nuncupativum, ibid.

17 *Testes pro deponenda voluntate defuncti sunt ante examinandi.*

18 *Testator videtur suam voluntatem suspendisse, quousque fuerit per Notarium in scriptis de more redacta, quæ neque valet favore piæ causæ.*

19 *Testator si præcise in scriptis testari voluit, tunc testamentum neque potest ut nuncupativum valere.*

20 *Voluntas perfecta quæ, & quotuplex sit.*

21 *Testator, qui animo testandi in scriptis suam dispositionem Notario narravit, & deinde in aliam horam stipulationem distulit, & interim obierit, talis dispositio, neque inter liberos, neque ad pias causas valet.*

22 *Sententia ea Scriptura non dicitur, quam parat Judex in libellum redigere.*

23 *Verba illa,* volo instituere, *respiciunt potentiam, non actum.*

25 *Testamentum primum omni sollemnitate vallatum, ubi est instituta aliqua causa pia, facit cessare secundum minus sollemne, etiam ad pias causas.*

DECISIO CXL.

PEr ultimum, quod condidit testamentum Delia Mazza fuerunt instituti hæredes Silvia ejus soror, & V. I. D. Prosper de Alexio ejus vir in usufructu, Reverendi vero Patres Oratorii, quos Hieronymitos vocant in hac Civitate Neapolis in proprietate,

stamentum, & circumscripto articulo, immissionis ex remedio introducto per *tex. in l. fi. C. de edict. Div. Hadrian.* quod ipsis competebat, ex eo quia habebant testamentum, non abolitum, nec cancellatum, neque ex alia sui parte suspectum, & id, quod pro parte dicti Venerabilis Monasterii Divi Severi prætendebatur, non solum requirebat altiorem indaginem, sed nullam habebat subsistentiam, & ideo immissionem impedire non valebat, tamen ex nunc justitia causæ indicaretur, dicebatur, quod in hac causa non erat tractandum de testamento coram duobus testibus condito, quia in hoc facto fundatum non erat, sed tantum dictus Notarius fidem faciebat: dictam Deliam ei dixisse, quod testari volebat, ad finem autem ut testamentum dici possit, non sufficit, quod dicat se testari velle, sed quod in effectu testetur, quod vel probari debet per testamentum manu

13 testatoris scriptum, vel per duos testes probari scriptum fuisse testatore dictante, vel saltem, suam esse voluntatem declarasse *Loffred.* post alios *cons.* 14. post *num.* 65. *Gramm. decis.* 62. *num.* 9. ex doctrina *Bald. Alex. Salyc. Paul. de Castr.* & aliorum in d. *l. hac consultissima*, *§. ex imperfecto*, & in *auth. quod sine, C. de testam.* immo dixit *Bald. in d. auth. quod sine,*

14 quod etiam si inveniatur scriptura in libro Tabellionis non lecta, & si in ea testes appositi sint, nec inter filios probat, & eum sequitur *ibidem Paul. de Castr.* & *Corn.* & de communi testatur *Aret. in d. l. si quis, col. penult. ff. de testam. Burges de Paz.* in loco proxime allegato, sub *nu.* 28.

Et propterea dicebatur, quod nullo modo poterat

15 dici testamentum, sed quædam præparatio ad testandum, prout punctualiter consuluit *Oldrad. consil.* 119. qui ponit casum, in quo testator duos testes vocavit, & quendam clericum, à quo scribi fecit accurate ejus bona in quibus hæredes instituit pauperes Christi, & nonnullis legata fecit, ab hærede præstanda, deinde dictos testes rogavit, ut ab aliquo Tabellione ordinationem à se factam describi facerent, ipsamque dispositionem in formam redigerent, & consuluit quod etiam quod sit pia causa instituta, dispositio non tenet, quia re vera non dicitur testamentum, sed præparatio ad testandum, & *Oldrad.* sequuti fuerunt *Joan. Andr.* ad *Specul. in tit. de instrum. edit. §. compendiose*, in *addit.* incip. *ex patre*, *Alber.* in *d. l. hac consultissima*, *§. fi. Castrens. cons.* 450. *& consil.* 101. *lib.* 2. *Anchar. in cap. cum esses, de testam. qu.* 10. *Anan. consil.* 5. *Guid. Pap. consil.* 55. *col.* 2. *& qu.* 532. *Jas. consil.* 151. *col.* 3. *lib.* 4 ubi de communi testatur, alios referens, *Gugl. de Benedict. in c. Raynutius, in verb. testamentum, de testam. Covarr. in d. cap. relatum, eod. tit. Gramm. d. decis.* 62. & alii allegati à *Burgos de Paz ad ll. Tauri. d. l.* 3. 1. *par. tertia partis conclus.* 2. *numer.* 232. & per *Gratian. discept. forens. tom.* 5. *cap.* 969. *nu.* 23. *Clar. in §. testamentum, qu.* 7. *&* 9. *Crass. in §. testamentum, qu.* 12. *Gramma. dec.* 321. *num.* 3. ubi sic decisum refert multos congerit *Ant. de Amat. variar. resolut. cap.* 8. *num.* 18. *Linglois decis.* 24. *q.* 8. *nu.* 6. *Castill. decis.* 59. *nu.* 55. *Ludovis. decis.* 371. *Costa. de remed. subsid. remed.* 109. *nu.* 15. *Polyd. Ripa observ.* 312. *Surd.* & *ibi Hodiern. dec.* 262. *& consil.* 258. *nu.* 23. *Anna alleg.* 19. *num.* 11.

Quod etiam clare probatur ex text. in *l. fideicommissa §. quoties. ff. de leg.* 3. ibi. *Quoties quis exemplum testamenti praeparat, & prius decedat, quam testetur, non valeat*, hoc idem probatur ex *l. quidam cum filium*, & *ibi DD. ff. de hered. instit.* & in *l. Lucius, ff. de milit. testam.* cum aliis concordantibus, & sic nedum dicitur testamentum imperfectum ratione voluntatis, sed non potest dici testamentum, nisi præparatio ad testamentum.

16 Nec obstat, quod dicebatur, quod quando adest hæredis institutio, & legata, debet probari, testatorem voluisse ulterius disponere, ad finem, ut dicatur imperfectum ratione voluntatis, juxta *Fabr. eis* responsum *in dict. l. si quis*, nam quatenus esset testamentum, licet imperfectum ratione voluntatis, in dubio non est præsumendum, ait *Bald. in dict. l. si quis*, adhæc illud dictum *Bald.* non est sic indistincte tenendum, sed cum distinctione, de qua per *Tell. Fernand.* ad *ll. Tauri, in* 2. *par. legis tertia*, sub *nu.* 19. qui distinguit, quod aut loquimur de testamento, de quo fuit confecta scriptura, aut vero de nuncupativo in primo casu eo ipso quod scriptura non est completa, & absoluta, tunc quia potius dicitur, testatorem cœpisse testamentum facere, non dicitur perfectum ratione voluntatis, sunt exemplum *Bald.* & *Paul. de Castr.* attestatore, qui post institutionem factam, & legata obmutuit, dant rationem quia potuit addere conditiones, & mutare testamentum, & ideo dicitur imperfectum quod clarius explicat *Bald. in d. aut. quod sin. Cod. de testam.* quod donec fuerit lectum testibus, dicitur imperfecta voluntas, ut ex *Paul. de Castr. Socin. jun. Ruin. Covar.* & aliis concludit *Tell. Fernan. loc.* supra citato, aut vero loquimur de testamento nuncupativo, in quo non intervenit scriptura, & erit secundus casus, & tunc plura requiruntur, ad hoc ut dici possit testamentum perfectum ratione voluntatis, pendet enim ex testium depositionibus, ita ut ex illis constet, ulterius velle progredi, & quod verbis expressis finem fecerit dispositioni, & ideo *Tell. Fernand.* admonet Judices, ut sint cauti in commit-

17 tendo examinationem prædictorum testium, & quod si sibi casus evenisset, & essent recepti testes coram aliquo extra Judicium, iterum ipse eos interrogaret, ut cognoscere valeret, si testamentum fuerit perfectum ratione voluntatis, vel non, ex qua distinctione apparebat, nullo modo posse dici testamentum perfectum ratione voluntatis, quia testatrix dixit, velle in scriptis testari, & vere testamentum non fuit scriptum, si vero dicamus, voluisse testari nuncupative huic contradicit dispositioni Tabellionis, qui deponit, voluisse testari in scriptis, nec ex ejus depositione constat, testamentum fuisse completum, nec testatricem testatam fuisse, sed testari voluisse, & dixit *Magdalen. de numero testium in testam. cap.* 5. *par* 2. sub *num.* 15. quod quando voluntas non est perfecta con-

18 vocatio Notarii & publicatio adhibetur per testatorem, ad hoc ut sua voluntas per eum perficeretur; quæ nisi fuerit per Notarium in scriptis de more redacta, videtur, suam voluntatem suspendisse. & tunc neque favore piæ causæ valeret, sequitur *Hodiern. ad Surd. dict. decis.* 292. *num.* 13. *Gramm. ad decis.* 2. *num.* 13. *Anton. de Amat. resolut.* 8. *num.* 13. *Ego in decis.* 7. *num.* 13. *Mant. de conject. ultim. volunt. lib.* 5. *tit.* 4. *num.* 6. *Ruin. cons.* 1. *num.* 7. *vol.* 3 & quotiescunque con-

19 stat, testatorem velle scripto testari, tunc testamentum neque potest ut nuncupativum valere, *Tell. Fernand. ad ll. Tauri in* 5. *part. legis tertia, num.* 5. post *Joan. de Blanasco in d. §. per nuncupationem.* Nec in hoc casu erant vere duo testes, sed tantum Tabellio; alius autem deponit de dicto ejusdem Tabellionis, & sic non poterat dici, nisi quod testatrix incepisset velle testari, quo casu etiam favore piæ causæ testamentum non valere habetur ex dicto *cons. Old.* 119. *Anchar. in rubr. de testa. lib.* 6. *col.* 2. *Roman. in auth. similiter, C. ad leg. falcid. n.* 8. & ex aliis supra adductis. lex enim favet testamento imperfecto ratione solemnitatis favore piæ causæ, vel liberorum, secus autem ratione voluntatis, & ita procedit *text. in l. in testam. ens.* 16. *de fideicom-*

20 *miss. libert.* ut declarant *Bar.* & alii in *d. l. si quis* & dicitur voluntas perfecta, quando constat de perfectione voluntatis. concludunt *Bar. in l.* 1. *in princ. C. de test.* & *Jas. in cons.* 96 *col.* 5. *vol.* 2. quem Ego etiam allegavi in *d. decis.* 7. *n.* 10. ubi dicit quod quadruplex perfectio requiritur in testamento, hoc est in materia, forma

forma, solemnitate, & morte testatoris. & nunc addo *Tell. Fernand. ad ll. Tauri, in d. 2. par. legis, tertia, n. 23.* adduxi etiam *cons. Rovit. 41. lib. 2.* qui loquitur in re-21 testatore, qui Notario scribente in præsentia testium animo testandi in scriptis suam dispositionem narravit, & stipulationem tantum distulit usque ad aliam horam, & tamen concludit, quod si interim moriatur testator, testamentum non dicitur perfectum ratione voluntatis, & proinde nec inter liberos, nec ad pias causas valet ubi ex *Mantic. Socin. jun. & Ruin.* tradit, quotiescumque testator vocavit Notarium, tunc dicitur, ex more voluisse testari, & publicari testamentum, & ideo si non fuit publicatum, non valet, tanquam imperfectum ratione voluntatis, & sicuti 22 etiam in simili dicimus, non dicitur sententia ea scriptura, quam parat Judex in libellum redigere, 23 *l. 2. C. de senten. ex brev. recit.* & illa verba, *volo instituere*, respiciunt potentiam non dicitur dispositio facta, sed quam destinaverat facere, ut post *Fulgos. cons. 29.* dixit *Menoch. cons. 750. nu. 6. Paul. de Castr. cons. 75. vol. 1. Socin. jun. cons. 179. num. 66.* & melius *num. 74. vol. 2.*

24 Quibus etiam accedebat, quod quamvis de jure Canonico duo testes sufficiant ad probandam dispositionem, ad pias causas factam absque sollemnitate legis, juxta *text. in d. cap. relatum*, & in *cap. cum esses, testam.* & *utrobique D. D.* tamen secundum communiorem opinionem de jure Civili duo testes non sufficiunt, ut habetur ex *glos. in l. si pater, §. quadam, ff. de fideicommissar. libert.* ubi illud verbum, *Compluribus*, dicit, quinque testes desiderari, & *glos.* prædictam sequitur *ibid. Rayner.* & hanc esse communem opinionem Legistrarum, dixerunt *Jas. in l. 1. C. de sacros. Eccles. in 2. lectur. col. 4. Burgos de Paz ad ll. Tauri, in 1. par. legis tertia, conclus. 4. n. 761.* & quamvis etiam *DD.* teneant, in terria Imperii etiam esse servandam in hoc dispositionem juris Canonici, *Covar. in d. cap. relatum, in princ. Jas. in dicta l. 1. C. de sacros. Eccles.* & alii, tamen neque aderat numerus quinque, vel duorum testium, prout etiam de jure Canonico requiritur.

25 Et tandem considerabatur, quod in primo testamento solemnitate vallato etiam pia causa erat instituta, prout in ista asserta secunda dispositione, quo casu privilegia conquassantur, prout ex *text. in auth. de sanctiss. Episcop. §. sed hoc præsente* tradit. *Oldrad. dict. cons. 119. in fin.* & in terminis *Tiraquell. de privileg. piæ caus. privil. 6. in fin.* Ex quibus ad mei relationem die 19. Januar. 1637. fuit per S. C. provisum, quod exequatur decretum præambuli pro medietate ususfructus bonorum remansorum in hæreditate dictæ quondam Deliæ in beneficium Silviæ Mazzæ ejus sororis, non obstantibus sequestris, & pro alia medietate ususfructus procedatur ad confectionem præambuli, ad beneficium V. I. D. Prosperi de Alexio, servata forma primi testamenti, salvis juribus respectu bonorum antiquorum, verum capitalia non reemantur, respectu vero proprietatis ab beneficium Reverendorum Patrum Oratorii, sive Hieronymorum nihil fuit dictum, quia prædicti patres nondum comparuerant penes Actuarium Cioffum,

OBSERVATIO IN DECIS. CXL.

SUMMARIUM.

1 *Testamentum ad pias causas de jure canonico requirit duos testes, non tamen revocat primum conditum cum solemnitatibus juris civilis, etsi pia causa in primo sit instituta, quia privilegia conquassantur, n. 2.*

Testamentum conditum de jure speciali, non tollit primum de jure communi validum, ibidem, nu. 1. & n. 4.

3 *Præparatio ad testandum, quæ non dicatur, & nu. 9. & non probat, n. 10. neque revocat primum testamentum, etiamsi præparatio contineat favorem piæ causæ, nu. 5.*

6 *Allegans testamentum primum fuisse revocatum per secundum probare debet verba testatoris pernecesse importare revocationem.*

7 *Testamentum quando dicatur, imperfectum ratione voluntatis, n. 8. 9.*

11 *Testamentum imperfectum ratione voluntatis non sustinetur, nec quoad liberos, nec favore piæ causæ.*

12 *Testamentum ad pias causas requirit numerum duorum testium cum proprio Parocho de jure canonico, alias est nullum, n. 13. 17.*

14 *Confessarius non supplet interventum proprii Parochi.*

15 D. Regens de Marin. cap. 289. num. 3 & 4. lib. 2. *declaratur.*

16 Tex. in cap. cum esses de testam. *quando procedat.*

18 *Subscriptio testatoris in testamento ad pias causas non verificatur per testes deponentes habere notam manum, sed debet probari per testes vidisse testatorem subscribere, & fieri comparationem subscriptionis, n. 19. vel saltem requiritur comparatio, n. 20.*

21 *Testes subscripti in testamento debent deponere fuisse præsentes in subscriptione facta per testatorem in testamento, alias testamentum non probat, numer. 22.*

23 *Testamentum non probatur, si testes deponant, quod non viderunt testatorem, quando fecit testamentum, nec quando illum subscripsit.*

24 *Testes debent videre testatorem tempore testamenti, alias non valet, & n. 31. fallit tempore pestis, nu. 25. declara, n. 26. 27. fallit existente clausula codicillari, n. 28. 26. 32. & in donatione causa mortis, n. 30. secus in testamento, nu. 31.*

33 *Testari qui non potest, nec etiam codicillum facere poterit, intellige, ut ibi, & n. 34.*

35 *Testes de clero non admittuntur, quia deponunt in causa propria ubi agitur de interesse cleri, & numer. 37.*

36 *Causa propria dicitur in qua quis quomodocumque aliquod habet commodum, aut interesse sentit.*

37 *Hæres non potest esse testis in testamento.*

38 *Legatum factum ad pias causas coram duobus testibus omni exceptione majoribus valet de jure canonico, non tamen valet si testes sint ejusdem Ecclesiæ.*

39 *Capellanus Hospitalis non est integer testis pro Hospitali.*

40 *Legatarius, quando possit esse testis in testamento.*

41 *Canonicus non admittitur in testem in causa probanda sui canonicatus.*

42 *Abbas quando possit esse testis.*

43 *Clericus quando possit esse testis.*

44 *Testes de universitate ecclesiastica testimonium pro illa ferre non potest.*

45 *Præparatio ad testandum, quæ dicatur, & n. 46. 47. & 48.*

1 TEstamentum ad pias causas attento jure canonico ad sui validitatem requirit duos testes *cap. relatum, & cap. cum esses, de testam.* illud tamen non revocat primum conditum cum solemnitatibus juris civilis, & sic cum septem testibus in illo primo testamento pia causa, etiam sit instituta, quia tunc secundum testamentum conditum de jure speciali, non tollit primum de jure communi validum, ad tradita per *Cephal. cons. 32. sub nu. 10. vol. 1.* licet contrarium voluerint nonnulli adducti per *Farinac. in repertor. de ultim. volunt. quæst. 36. num. 13.* quo casu privilegia con-2 quassantur, ut probat *D. Regens hic num. 25.* cum ergo schedula, de qua in hac *decisione* agitur, verè testamen-3 tum dici non possit, sed potius præparatio ad testandum, ut probat *D. Regens à n. 12. vers. pro parte vero per tot. n. 24.* nullo

24. nullo modo primum testamentum revocatur per
4 hanc præparationem ad testandum, imò ut dixi; nec etiam si verè esset testamentum cum duobus testibus roboratum, illud primum revocare non potest, hinc *Sanchez consil.moral.lib.4.c.1. dub.7.num.6.* tenet; quod
5 ubi scriptura redarguitur ex capite imperfectæ voluntatis, quia nempè non fuit absoluta, sed potius, quædam præparatio testamenti, hoc casu non obstat favor piæ causæ, ideoque non substinetur, ut tenet *Rota decis.*118.*n.*4. apud *Farinac.in dict.repertor. de ultim. volum.* ad quod probandum plures citat DD. inter quos *Oldrad.cons.*119.*n.*1.*Boer.dec.*93.*n.*16.*D.Cons. Paschal.de patr. potest.p.*2.*c.*8.*num.*60.*cum seqq. Grammat. dec.*62. *numer.*15.*& Sanchez d.dub.*7.*numer.*5. *& dub.*9. *per tot.*
6 ideoque dum Monasterium Sancti Severa dicebat testamentum primum fuisse revocatum concludenter d. revocationem probare debebat, ita ut verba testatoris permecesse revocationem importent *Laderch.cons.*157. *n.*3.*Rota ubi sup.nu.*9.*&* 22. & in specie quod testamen-
7 tum dicatur imperfectum ratione voluntatis, quando Notarius incipit publicare, seu leggere testamentum, & antequam compleret lecturam testator moritur, voluit *Lanfranch.de fide instr. num.*4. *in* 5 *art.* & allegat *tex.* quem dicit singularem *in l.fideicommissa §. quoties ff.de leg.*3. & in casu præsenti voluntas nedum non erat completa in scriptis redigi, sed nec testatori lecta, nec aderant testes ad minus duo secundum jus canonicum.

8 Sic pariter *Dec.cons.*159. *volum.*1. dixit in fortioribus terminis, quod si testator declaravit coram pluribus testibus clericis, monacis, & aliis esse ejus voluntatem de instituendo hæredem aliquam Ecclesiam, vel Hospitale, & mandavit vocari Notarium, quia intendebat facere testamentum, & instituere hæredem Ecclesiam, & Notarius cepisset scribere, & antequam compleretur fieri testamentum, testator obiit, eo casu Ecclesia, vel Hospitale, non succedit, & movetur ex *Oldrado d.cons.* 119.

Hinc enim D.Consil. *Staiban.resol.*131.*n.*5.*&* 6.*lib.*1.
9 *resol.forens.* probat, quod scripto testamento de ordine testatoris, illoque etiam lecto coram testibus, si testator postea dixerit velle differre, quod illa scriptura non
10 est testamentum, sed præparatio ad testamentum, quæ non probat, & allegat *Mascar. de probat.concl.*1358.*nu.* 76. *in med.& Oldrad.in sup.cit. cons.*119. ad quod conferunt dicta per *D. Regentem decision.*7. *lib.* 1. in qua causa scripsit in jure *D. Staiban. d.res.*131. & vide etiam dicta per *Me, ibid.in observat.* quapropter D. Consil.
11 *Hedierna* probat nullo jure cautum reperiri testamentum imperfectum ratione voluntatis, substineri, nec inter liberos, nec favore piæ causæ *c.*36.*nu.*79. *lib.*1. *controv.forens.* ex quibus omnibus confirmatur *decisio* illa pro validitate primi testamenti.

Hinc cum agebatur in S.C. in banca de Litto, coram *D.Consil. Meroballo* de validitate testamenti Prosperi Serubbo Terræ Lauriæ, qui instituit hæredem particularem Clerum d. Terræ in duc. 400. cum onere missarum in perpetuum, ex fructibus illorum, & in restanti quantitate suæ hæreditatis instituit hæredem universalem Cappellam Immaculatæ Conceptionis de jure patronatus de ejus familia cum onere similiter celebrandi missas per Cappellanum in perpetuum de fructibus d. hæreditatis, at ego qui partes Jo. Dominici Gambitellæ, & aliorum hæredum ab Intestato venientium dicebam d. testamentum, cui factum tempore pestis in anno 1657. & ad pias causas esse nullum, causa tamen non fuit determinata, quia partes concordaverunt, & multa fuerunt per *Me* adducta, quæ hic adducere volui, quia casus est curiosus, & sunt v.3.

Nos non negamus hic agi de testamento ad pias causas, dum sunt instituti hæredes Clerus, ac Cappella
12 cum onere missarum, & quod sufficiat numerus duorum testium cum proprio Parrocho de jure canonico *tex.in c.cum esses de testam.* dicimus tamen illud esse
13 nullum, quia non intervenerunt requisita in d. *cap.cum esses*, non enim adfuit proprius Parochus, nec duo testes, & licet supponatur intervenisse D. Lucam Antoniũ Troianum Confessarium; hoc tamen non probatur, nisi ex depositione ipsius confessarii, sed quando etiam
14 probaretur per alios testes præsentiam d. Confessarii, illa non supplet interventum proprii Parochi, ut tradunt *Corneus cons.*77. *num.*2. *vers.nec obstat lib.*1.*Tusch. concl.*123 *n.*3.*lit.T.Magdal.de num.test.*2.*c.*5.*nu.*5. *Ferrer. ad Guid pap.dec.*543. *in fine D. Borrell. in summa decis. tit.de testam. num.*208. *par.*3. *Duran. de arte testan.tit.* .. *caut.*1. *Spino in spec.testam.glos.*31.*n.*39. *in fine.*

Et licet *D.Regens de Marin.c.*289.*n.*3. *&* 4.*lib.*1.*quo-*
15 *tid.resol.* defendat, ut non sit necessaria Parochi præsentia per *tex. in c. relatum, il primo, de testam.* ubi duo
16 tantum requiruntur testes, eo quod *tex. in d cap.cum esses* loquitur de testamento ad profana condito, attamen quando illius opinio substineret, quod non admit-
17 timus, dum infiniti DD. tenent contrarium, nec etiam duo testes intervenerunt, ut ex actis liquet.

Nec sufficit Beneficiatum verificasse subscriptionem
18 testatoris per testes deponentes habere notam manum ex traditis per eundem *D.de Marin.ibid.n.*5.*&* 6. nam *nu.*7. refert, & allegat nonnullos DD. contrarium sentientes, solum namque literæ missivæ verificari possunt per testes deponentes habere notam manum scribentis, ut voluit *Vesill.ad Afflict. dec.*181.*n.*5. & novissimè *Viscont. ad D de Franch. dec.* 95. *vers. & quid*, ubi infinitos allegat hæc Idem affirmantes DD.

Ideoque quando in testamento adest tantum testatoris subscriptio, tunc testes tenentur deponere se vi-
19 disse scripturam testamenti subscribi per testatorem, ac fieri comparationem literarum, hancque esse magis communem opinionem probat *Valas.cons.*67.*n.*14. Ubi in fine ita sæpius judicatum vidisse testatur, ita ut te-
20 stes deponentes habere notam manum testatoris non probant testamentum, nisi concurrat comparatio, sed quando in testamento sunt subscripti testes, illi neces-
21 sario habent deponere intervenisse præsentes in testamento per *tex. in dict. c. relatum*, ut in puncto docet *Valasc. d.consult.*67. *n.* 16. Ideoque dum testes in testa-
22 mento subscripti non deposuerunt fuisse præsentes tempore subscriptionis factæ per testatorem in dicto testamento, illud sine probatione remanet, nam testamentum non publicatum coram testibus non valet, *l. fideicommissa. §. ff. de leg.*3.

23 Ex alio testamentum est nullum, nam testes beneficiati dicunt, quod non viderunt dict. Prosperum testatorem quando fecit testamentum, nec quando subscripsit illud, & de jure testes debent esse præsentes, & videre testatorem quando disponit, ita ut si essent in alio loco, à quo non viderent illum, sed audirent quantum ille disponebat, illa depositio testium non probat, etiã quod haberent in notitiam vocem illius *Dec* 354.*nu.*1. *Parisi cons.*93.*l.*2. *Spino* qui cæteros adducit *in spec. testam.gl.*31. *de testib.& illor.n.*21. Quia testis debet videre testatorem
24 tempore testamenti, aliàs testamentum est nullum *l. si unus, C. de testam. ubi DD. omnes.*

Et licet *Berlich. concl.*5.*n.*21. *lib.* 3. *pract. concl.* dicat
25 id non habere locum in testamento condito tempore pestis, ut in casu isto, quia tunc non est necessarium, quod testes videant testatorem, nam propter aeris corruptionem testes recusant accedere ad lectum infirmi pestis testantis, nihilominus hæc Berlichii doctrina minimè obstat,

26 Primo quia loquitur, quando aër est infectus, quod cessat in casu isto, nam erat contagium, ideoque testes poterant accedere ad anticameram, aut salam, & videre testatorem per portam cameræ.

Secundo quoniam ad probandam d. ejus limitationem allegat *Cronum in tract.de testibus par.*7.*num.*269. *vers.ex hac limitatione* infero, sed voluit allegare, *n.*346

d. vers. ex hac limitatione ubi per hæc verba loquitur.

Ex hac limitatione infero, quod valet testamento factum tempore pestis, & si testes non viderint testatorem, quia cum eodem tempore non valeant se lecto appropinquare propter aeris corruptionem, poterit ipse testator facere testamentum, quod valeat jure codicillorum, apposita clausula codicillari; testibus ipsum non videntibus, vocem tamen suam audientibus, licet non possit facere testamentum, quod valeat, ut testamentum, si testes ipsum testatorem non videant, ut dictum est.

Igitur tunc testes videre non debent testatorem, 28 quando adest clausula codicillaris, quæ in casu nostro deficit, quamvis testes deponant audivisse, sed non 29 vidisse, & tunc si adesset clausula codicillaris prætendi posset esse validum testamentum, dum in codicillis, & in donationibus causa mortis non est necesse, quod 30 testes videant testatorem disponentem *Matthesil. notab.* 184. licet secus sit in testamento, *l. fin. C. de codicill.* quam limitationem etiam sequitur *Alex. in l. si non speciali, C. de testam.* ideoque dixit *Crotus d. n.* 346. *circa* 31 *medium*, quod est notabilis limitatio propter clausulam codicillarem, quia si testes non viderint testato- 32 rem cortina lecti prospectum impediente, valet testamentum tamquam codicillus, & quamvis *Ias in dict. l. si non speciali num.* 2. *C. de testam.* hanc limitationem improbet per regulam de qua in *l.* 2. *ff. de legat.* 2. *& in l. divi §.* 1. *ff. de jure codicill.* Ubi qui ad testandum 33 non admittitur, nec codicillum facere potest; attamen *Crotus ibid.* dicit regulam prædictam procedere in eo, qui simpliciter, & omni casu est inhabilis ad testandum, quia tunc etiam codicillos facere prohibetur, secus in eo qui potest testari, sed cum certa solemnitate, tunc 34 enim licet testari nequeat, nisi servata solemnitate, poterit tamen facere codicillos, *l. conficiuntur*, *§.* 1. *ff. de jur. codicill.*

Et etiam si testes adfuissent in d. testamento, & vidissent testatorem, & audivissent tenorem d. testamenti, adhuc est nullum, & consequenter hæreditas spectat ad hæredes ab intestato.

Siquidem omnes prædicti tres testes sunt de Clero 35 hærede instituto, imò ipse D. Jo: Thomas est Capellanus beneficiatus dictæ Cappellæ, similiter hæredis institutæ, & consequenter propriam causam agunt, nam Missæ celebrandæ sunt per ipsos ad rationem carolenorum trium pro qualibet Missa, nec Clerum, aut Capella aliquod utile habet ex hæreditate prædicta, dum omnes fructus, & introitus dictæ hæreditatis sunt solvendi ipsis de Clero, & Capellano pro celebratione Missarum, ideoque in causa propria, quis testis esse non potest *l. nullus* 10. *ff. de testib. l. omnibus* 9. *C. eis. tit. & utrobique DD. Farinac. de testib. q.* 60. *nu.* 1. ubi infinitos DD. citat *Ciriac. controv.* 150. *nu.* 20. *& controv.* 156. *num.* 49. *lib.* 1. *controv. forens. Mascard. de probat. conclus.* 136. *nu.* 1. *lib.* 3. *Bald. in d. l. distantibus, Cod. de testament.* & in causa propria examinatos nihil probat, *Farinac. ibid. n.* 3. & causa propria dicitur, in qua quis quomo- 36 documque aliquod commodum, aut interesse sentit *l.* 1. *§. causa, ff. quando appell. sit, Farinac. ibid. n.* 4. *Ciriac. d. controv.* 150. *numer.* 1. *ac Mascard. ibid. num.* 2. ideoque 37 testis habens interesse, & commodum repellitur à testimonio ferendo, ac si causa esset propria, ut post *Odofred. Bald. & alios fundat Farinac. sub d. nu.* 4. & in specie quod hæres non possit esse testis in testamento, probat *Mascard. ubi sup. numer.* 5. ubi cæteros citat.

Et licet legatum factum ad pias causas coram duo- 38 bus testibus omni exceptione majoribus valeat jure canonico inspecto, non tamen locum habet conclusio prædicta, si testes sint ejusdem Ecclesiæ, ut probat in terminis *Mantica de conject. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 6. quem secutus est *Thorus in sing. causa pia singul.* 25. *&* 39 *protil. s.* qui loquitur in Capellano Hospitalis, ut non sit integer testis ad probandum Hospitale fuisse hæredem citans ad hoc eundem *Mant. ibid. num.* 3. ideoque licet 40 legatarius possit esse testis in testamento ad probandam veritatem ad favorem hæredis scripti contra venientes ab intestato; non tamen in causa propria sui legati poterit ullo pacto in testem recipi, ut in terminis per *d. l. nullus, & l. omnibus* probat *Falgos. in dict. l. omnibus num.* 3. *in fine* post alios referre, & sequitur *Farinac.* 41 *de testib. q.* 60. *illat.* 9. *nu.* 295. sic etiam Canonicus non admittitur in testem in causa præbendæ sui canonicatus, quia agitur de proprio, & singulari commodo ejusdem Canonici *Abb.* & cæteri relati per *Farinac. de testib. dict. q.* 60. *illat.* 17. *n.* 462. *Mascar. loc. cit. nu.* 29. 42 *qui nu. praced.* 28. probat Abbatem in his, quæ pertinent ad utilitatem suam non posse testificari authoritate *Panor. Calderini*, ac *Baldi* in locis ibi cit. & *n.* 56. Id etiam ampliat in Clericis, qui cum de ipsorum com- 43 modo agitur testimonium ferre nequeunt, ex *Ruin. cons.* 137. *num.* 13. *vol.* 5. ac *Menoch. cons.* 126. *lib.* 1. & tunc 44 testis de Universitate, Ecclesiastica testimonium pro illa ferre potest, quando proprietas, & utilitas spectat ad Universitatem, non ad singulos; si verò proprietas est Universitatis, utilitas verò est singulorum, tunc, quia illa spectat ad singulos, non admittitur ad testificandum, *Farinac. dict. q.* 60. *illat.* 17. *num.* 496. *&* 499. quapropter nulla est habenda ratio de depositionibus dictorum testium, & declarari debet per S. C. hæreditatem Prosperi spectare, & spectavisse ad d. Gammitellam, & Fitispaldum hæredes ab intestato vocatos, ut proximiores.

Immò etiamsi prædicti tres testes, qui sunt subscripti 45 in d. testamento facerent plenam probationem, quod D. Lucas Antonius scripsisset testamentum in eorum præsentia, nec pariter potest vocari testamentum, sed solum præparatio ad testandum, dum fuit completum post multos dies ab eodem testatore, qui addidit nonnulla legata, unde ponit idem D. Lucas Antonius, & 46 quando scriptura testamenti non est perfecta, & completa non valet testamentum tanquam imperfectum, *l. ex ea, l. si is qui ff. de testam. Oldrad.* qui loquitur in testamento ad pias causas *cons.* 189. & sequitur *Castr.* 47 *cons.* 365. ac etiam *Ruin. cons.* 1. *n.* 1. *l.* 2. ideoque si aliqui testes deponant de certa parte testamenti, & alii de alia, prout in casu isto, cum non omnes de omnibus in testamento contentis deponant, tale testamentum irritatur, estque nullum, ut insigniter voluit, ac probat *Spino in d. Specul. testam. glo.* 31. *de testib. n.* 23. sic etiam si aliqui testes dicant plus, aliique minus non probant; quia non præsumitur fuisse præsentes ad 48 totum testamentum, dum in omnibus non concordant *Ruin. d. cons.* 1. *n.* 7. *&* 20.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Clericus an, & quando teneatur satisdare de judicio sisti, & quid in Clerico reconvento coram Judice laico, & num possit exequutivè agi contra Administratorem, computis adhuc non dispunctis.

SUMMARIUM.

1 *Clericus conveniens laicum coram Iudice laico, potest ab eodem coram eodem Iudice reconveniri, Declara, ut num.* 9.

2 *Clericus reconventus debet præstare satisdationem de judicio sisti, & judicatum solvendo, Contra, nu.* 8.

3 *Cautio de stando juri semper præstanda est, ubicunque aliquis suspicio adest.*

4 *Cautio de judicio sisti præstatur statim oblato libello.*

5 *Cautio prædicta præstari debet, etiam dum pendet quæstio, an quis debeat cavere.*

6 *Suspectus de fuga debet satisdare, nedum de judicio sisti,*

sisti, verum etiam de judicatum solvendo.

7 *Fidejussio de judicatum solvendo an debeat prastari à Domino.*

10 *Administrator, sive socius nunquam potest dici debitor liquidur, nisi administratione, seu societate finita, & calculis factis, ac dispunctis.*

11 *Administrator, computis non præsentatis, atque dispunctis, illoque debitore non declarato, non potest exequutive cogi, nisi casu, quo rationem reddere recusaverit, & n. seq.*

13 *Administrator si asserat, aliquam quantitatem exegisse, eamque expendisse, exequi contra eum nullo modo potest, nisi prius rationes dispungantur.*

14 *Administrationis relatio quamvis sit jurata, non potest ab ea separari introitus ab exitu, quia illa confessio est individua.*

DECIS. CXLI.

Dominus Princeps Paternionis Dux Montis Alti cum in Regno Siciliæ ultra Farum degeret, misit in Regno Neapolis Don Agapitum Marotta cum ampla potestate, ejus bona in dicto Regno administrandi, cumque per aliquos annos illa administrasset, misit Rationalem Don Vincentium Paulinum pro videndis computis, cui etiam amplum mandatum fecit, prædictus Don Agapitus prævenit in judicio, instans, dictum Dominum ejus Principalem condemnari ad reliquorum restitutionem, offerendo computa, qua petitione intimata, dictus Paulinus nomine dicti Domini Ducis reconvenit dictum Don Agapitum clericum ad reddendum computa prædicta, instans tanquam hujus Regni exterum, & non possidendum immobilia cogi ad satisdandum de judicio sisti, & judicatum solvendo, & quoad reconventionem dubitari non poterat, quia secundum approbatam, & practicatam opinionem Clericus, qui convenit laicum coram Judice laico, potest ab eodem coram eodem Judice reconveniri, *Spec. in tit. de reconvent. §. nunc dicimus, vers. sed pone Clericus, glos. in cap. 1. de mutuis petit. Bart. in auth. consequenter, C. de sentent. Bald. in l. 1. §. sed si agnat. ff. de judic. Felin.* & alii in *cap. at si Clerici, de judic. Curt. jun.* in *l. 1. num. 48. ff. de jurisd. omn. jud. Duenn. reg. 201. lib. 1. regul. utriusque jur.* & in Regno ita practicatur, & est *Ritus M.C.V. 67. Afflict. decis. 173. Marant.* in suo *specul. par. 4. dist. 6. an sit judicium conventionale, vel reconventionale, numer. 53. Franch. decision. 193. num. 3. & decis. 349. Muscatel. in prax. S. C. p. 3. verb. Actorem, num. 6. Carol. de Grass. de effect. Cleric. effect. 1. num. 745. Thesaur. quæst. forens. 98. lib. 1. Scacc. de judic. caus. civil. & crimin. cap. 11. numer. 93. Thor. in Compend. decis. lib. 1. in verb. Clericus an possit reconveniri;* nec poterat Clericus amplius pœnitere, & in præjudicium laici à conventione recedere, *Afflict. d. decis. 173. n. 4. Franch. d. decis. 349. Grass. de effect. Cleric. effect. 1. nu. 748. Mart. de jurisd. 4. par. casu 107. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. d. q. 98. Marcell. Cala de modo articulandi, glos. 1. §. 1. numer. 46. Thor. in Compend. decis. lib. 1. in verb. Clericus reconventus.*

2 Quo vero ad satisdationem dicebatur, Clericum reconventum debere satisdare, quia iste Clericus sciens, se debitorem, prævenit, & proinde debebat præstare cautionem, servata forma *Ritus M.C.V.* 189. ad quod tenebatur Clericus, quia hæc cautio concernebat ordinatoria, quæ Clericus obligatur observare, servata forma stylus illius judicii, in quo lis tractatur, *cap. Ecclesia Sancta Maria, de Constit.* & proinde teneri ad dictam fidejussionem præstandam, dixit *Minadous* in *decis. 4.* qui licet respectu pœnæ dicat, non fuisse decisum in S. C. tamen respectu fidejussionis pro debito, dicit, cautionem fuisse præstitam per Clericum, sequitur *Reg. Revert.* in *pragm. 1. de præventione moderanda, numer. 3. Campanilis* in *addit. ad Olivam in Ritibus Curiæ Archiepiscopalis Neap. Ritu 4.* sub *n. 19.*

3 Et quamvis hodie non appareat, Clericum in administratione remansisse debitorem, tamen respectu cautionis de judicio sisti non poterat dubitari, illa enim semper, quod aliqua suspicio adest, reum posse aufugere, & in judicio non sistere, præstari debet, *Afflict. decision. 170.* ubi etiam *Ursill. Hier. de Laurentiis decis. Avenion. 203. Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 26. num. 23. Muscatell. in praxi fidejuss. p. 1. modo 12. nu. 17.* & in *praxi S. C. lib. 1. p. 3. glos. expensis, num. 28.* ex doctrina *Bar.* in *auth. nisi debitor, C. de solut.* sequitur *Angel.* in *l. nemo carcerem, C. de exactor. tributor. lib. 10.* & alii per *Afflict. d. decis. 170. numer. 3. in fine,* &

4 respectu istius cautionis sufficit sola libelli oblatio, *l. 1. & per tot. ff. qui satisd. cogant. auth. offeratur, C. de lit. contest. Ioannes Maria Novarius in collect. 2. ad pragmaticam 1. de Commiss. & Exequutoribus, nu. 2.* immo

5 dicebatur, quod præstari debeat, etiam donec pendet quæstio, an quis debeat cavere, *Afflict. decision. 109. Maxill.* ad *Consuet. Bari, rub. de dilat. §. Reus conventus, num. 17. Campanil. ad Olivam in Ritibus Curiæ Archiepiscopalis Neapolis, Ritu 15.* sub *numer. 9. Muscatell.* in *d. praxi S. C. par. 3. glos. expensis, numer. 18. Foller.* ad *Marant. in 6. par. speculi, 8. membr.* sub *numer. 3.* in *addit.*

6 Immo dicebatur, nedum debere satisdare de judicio sisti, verum etiam de judicatum solvendo, quia hic Clericus nedum erat suspectus de fuga, sed nihil in Regno possidebat, magna erat præsumptio, esse debitorem in redditione computorum in maxima quantitate, & proinde debere præstare cautionem, etiam de solvendo judicatum, ut habetur ex *Ioan. Bapt. Caccialupo* in *tract. de debitoribus suspectis, & fugitivis. q. 9.* & sic decisum fuisse per S. C. refert *Affl.* in *d. dec. 170. num. 4.* aliam decisionem refert *Ursill. ibidem num. 3. Angel.* in *l. si ab arbitrio, §. 1. ff. qui satisdar. cogant. Cotta* in *memoral.* in *verbo Debitor non potest, Lanfranc.* in *repet. cap. quoniam contra,* in *verb. recusationes, num. 13. vers. & per hoc, de probat. Marant.* in suo *specul. par. 6.* in 8. *membr. de satisdat.* sub *num. 11.* ubi

7 quod neque dominus est idoneus, quando non possidet immobilia.

8 Pro Clerico vero dicebatur, quod ipse tanquam Clericus non tenebatur satisdare, ut habetur in *cap. fin. §. si in alius, ut lite non contestata, cap. prout. de dolo, & contumacia,* ubi *Abb.* & de jure civili hoc idem habetur in *auth. de Sanctiss. Episc. §. 1.* & *§. si quis autem pro pecuniaria, l. cum Clericis,* ubi *glos. C. de Episc. & Cleric.*

Nec prædictis obstare dicebatur tradita per *Minad.* in *d. decision. 4.* ibi enim casus non fuit decisus respectu pœnæ, respectu vero fidejussionis pro debito,

9 fuit illa voluntarie à Clerico præstita, nec poterat ad prædictam cogi, quamvis enim Clericus, qui laicum convenit, possit coram eodem Judice laico reconveniri, illud intelligi debet, ad finem ut subjaceat sententiæ Iudicis sæcularis; juxta tradita per *Felinum, Abbatem,* & alios in dicto *cap. at si Clerici, de judiciis,* secus vero quoad districtionem personalem, prægravando, constringendo, vel carcerando personam Clerici; ut habetur ex *Archidiac.* in *cap. unico, de Clerico conjugato, in 6. Foller.* in *addit.* ad *praxi Marant* in *4. part. dist. 12.* sub *num. 59.* in *addit.* in *6. limit. Covarr. pract. quæst. cap. 31. & 32. Aufrer. de potest. Iudic. laici super person. Ecclesiast. reg. 2. limit. 3. vers. 6. Carpan.* ad *Statut. Mediol. cap. 44. num. 98.* plures enim sunt casus; in quibus Clericus, quamvis quoad bona subeat jurisdictioni Judicis sæcularis, non tamen quoad districtionem personalem erunt videndi apud *Franc. dec. 384. 395. & 709. Rot. Florent. decis. 142. num. 9. Bossi* in *tract. crimin. tit. de foro compet. num. 144.* &

tit. de pœn. numer. 38. Anna in consil. 140. Petr. Caball. resol. lut. crimin. casu 108 non enim possunt Clerici personaliter astringi per Judicem sæcularem, *cap. non minus, de immun. Eccles. Ægidius Bellemera cons. 45. 46. & 47.*

Secundo dicebatur, ex alio non posse cogi ad dictam fidejussionem præstandam, quia nondum constabat, esse debitorem, sed ex computis prætendebat se creditorem declarari facere, & ideo ipse coram Judice laico obtulit computa præsentare, & Administrator, seu Socius nunquam potest dici debitor liquidus, nisi administratione, seu societate finita, & calculis factis, ac dispunctis, cum ex illis possit apparere, quod sit creditor, & non debitor, ut fuisse decisum in *Rota Romana*, habetur in *decis. 478. nu. 2. par. 1. in recentior. Rotæ collect. dec. 3276.* ubi *ex text. in l. 2. ff. de curator. furios.* probat, Administratorem non posse ad certam summam conveniri, nisi reddita ratione administrationis suæ, nec condemnari, nisi computis dispunctis, *eand. decis. 60.*

11 Nec potest contra Administratorem executive procedi, computis non præsentatis, & dispunctis, illoque debitore non declarato, *Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par.* [illegible] *Escobar de ratiocin. capit. 21. num. 1.* sed

12 solum procedi posse executive in illo casu, in quo Administrator rationem reddere recusavit, *Escobar dicto cap. 21. num. 25. Franc. Ant. Costa cons. 56. num.* [illegible]

13 quando autem rationes reddit, & confitetur, aliquam quantitatem exegisse, eamque expendisse, exequi nullo modo potest, nisi prius rationes dispungantur, nam ex illa confessione non potest convinci, simul enim data, & accepta conficitur, *Baeza de decima tutor. cap. 2. nu. 170. Gutierr. de tutel. par. 3. cap. 1. nu. 51. Escobar de ratiocin. dic. cap. 21. num. 12. Nogherol. tom. 1. alleg. 31. numer. 28. cum seqq.* ubi etiam *numer.* 32. de-

14 cit, quod dum non adest scriptura, vel instrumentum, nisi relatio administrationis, quantumvis jurata non potest separari introitus ab exitu, quia illa confessio est individua, *D. Reg. Galeot. tom. 1. controv. 41. num. 8. cum seqq.* & propterea cum ipse D. Agapitus præveniens, offerendo computa reddere, etiam coram Judice laico, & illa præsentavit, in quibus dicebat, apparere creditorem, non debebat ad dictam fidejussionem præstandam astringi, tanto magis, quia ipse respectu dicti Domini Principis non poterat dici exterus, quia tam actor, quam reus incolatum habebat in Regno Siciliæ ultra Farum, & à dicto Regno fuit missus ad Civitatem Neapolis pro administratione prædicta, & ipse obtulit rationem reddere in loco administrationis, juxta juris dispositionem, neque mutaverat ejus conditionem, prout requirebatur, quando talis fidejussio petitur, ut dicunt *Doctor. supr. allegat.*

Quibus discussis non fuit aliter decisum, si ut Clericus debebat assecurare judicium, vel non, sed die 23. Decembris 1636 fuit determinatum, quod procedatur ad ea, quæ incumbunt pro discussione computorum, salva provisione facienda respectu prætensæ assecurationis judicij, penes Plinium Juvenem S. R. C. Actor. Magistr.

OBSERVAT. IN DECIS. CXLI.

SUMMARIUM.

1 *Debitor præveniens in judicio præventionis contra suum creditorem, tenetur satisdare de solvendo debitum, & pœnam unciarum auri decem juxta* pragm. unicam prævent. moderan. *non autem juxta* Ritum M. C. 169.

2 *Cautio præstanda in judicio præventionis præstari debet in loco judicij.*

3 *Præventio non solum fit ad cassandum instrumentum, quia fuit satisfactum debitum, sed etiam ob aliam causam, & à quolibet fieri potest, qui expressè prohibitus non reperitur, n. 4. estque favorabile beneficium, & extenditur etiam ad Clericos, n. 5. & 6.*

4 D. Io: Iacobus Anichinus *laudatur.*

6 *Clerici comprahenduntur sub statutis laicorum, nisi à statuto expressè excludantur.*

7 *Clericus præveniens in judicio seculari contra suum creditorem, an teneatur satisdare servata forma pragm. unicæ de prævent. moder. S. C. hic noluit hunc articulum determinare, numero 8. ratio adducitur, num. 9.*

10 *DD. qui tractant articulum an Clericus teneatur satisdare judicio præventionis coram judice seculari referuntur, & examinantur, & n. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 21. 24. & conclusio adducitur nu. 25. sed Auctor suam profert opinionem, n. 26 & 34.*

11 *Clericus circa ordinatoria judicii, non autem circa decisoria subjacet statutis laicorum, & nu. 20. 21. ideo ad pœnam se obligare non potest coram judice seculari, n.* [illegible] *& si se obligaverit reficere expensas in casu succumbentia illa obligatio non tenet, etiam respectu fidejussoris, n. 19.*

22 *Clericus non potest se obligare coram judice seculari, pro pœna, & n. 24.* [illegible]

29 *Obligatio ad certam pœnam hodie non est in usu, nec quoad clericos, neque quoad laicos denunciatores, sed ejus loco datur cautio expensarum in casu succumbentia parte petente.*

31 *Clericus præveniens tenetur satisdare de debito solvendo, quantum ad pœnam non tenetur, sed benè obligari facere debet laicum per modum voluntariæ obligationis juxta Ritum 194. & 200. vel satisdare per instrumentum publicum manu Notarii cum Iudice, & testibus, & hoc casu non convenitur coram judice seculari in casu succumbentiæ, sed coram Ecclesiastico judice, n. 34.*

32 *Forma obligationis secularis traditur.*

35 D. Camillus Borrellus *Index M. C. V. laudatur.*

36 *Laicus qui fidejussit pro Clerico vigore publici instrumenti manu Notarii confecti non gaudet privilegio fori ecclesiastici.*

37 *Filiusfamilias, mulier, & Universitas possunt judicium præventionis instituere, & tenentur satisdare.*

Dictio, nisi, importat conditionem suspensivam actus, ibid. & n. 40. & 46.

38 *Cautio præstanda vigore* pragm. unicæ de prævent. moderan. *an reddat acta nulla si non fuit præstita, vel requiratur petitio creditoris concluditur, quod illa præstari debeat, etiam absque petitione, quia requiritur pro forma numer. 39. 40. & 41. amplia etiamsi debitor sit notoriè idoneus, & solvendo, numer. 42.*

43 *Cautio requiritur pro forma, quando fuit ordinata ad tollendum dolum, & fraudem, & n. 44.*

45 *Appellatio admittitur à sententia, illa tamen executa juxta Ritum 252.*

46 *Dictio,* non aliter *importat conditionem suspensivam actus, & pro forma requiritur.*

47 *Cautio est præstanda ubi fuit petita attento jure communi, sed attenta* pragmatica, *semper est præstanda, n. 48. quicquid in contrarium cum distinctione dicat Pandus, n. 49. 50. & 51.*

AD ornatum hujus decisionis plura à Me observantur in gratiam benignissimi lectoris, cumque materia sit satis practicabilis; ac quotidiana, in casibus occurrentibus percunctare poterit infrascripta.

1 Primo observo, quod debitor, qui judicium præventionis instituit contra suum creditorem ad cassandum instrumentum, eo quod quantitas debita fuit satisfacta, tenetur satisdare, de solvendo debitum, & pœnam unciarum

uncirtum anni decem, si in termino impartiendo satisfactionem non probaverit, non ex *Ritu* 189. *M. C. V.* ut voluit *D. Auctor. num.* 2. quia illius vigore nequaquam cautio prædicta exigitur, sed attenta *Reg. pragm. unica de pravent. meder.* quæ quidem cautio præstari debet in loco judicii, ut probant *Afflict. decis.* 137. *n.* 1. *D. Rovit. in ead. pragm. n.* 5. ubi refert *Cavensem* contrarium tenentem, sed cum *Afflict.* tenet *D. Staiban. resol.* 15. *num* 12. *qui nu.* 20. idem etiam decisum per S. C. *tradit lib.* 1. ipsaque præventio fieri potest, etiamsi ob aliam causam debitor prætendat non debere quantitatem promissam, ut per *Afflict. & Vissil. decis.* 387.

Secundæ, quod quilibet prævenire potest, qui expressè prohibitus non reperitetur ad tradita per *D. Anichin.* qui erat juvenis doctus, eruditus, & maximæ expectationis *in tractat. de pravent. instrum. cap.* 6. *q.* 1. *num.* 1. *per tot. num.* 8. estque hoc præventionis beneficium favorabile, ita ut *d. pragm.* quamvis sit statutum laicorum extendatur etiam ad favorem Clericorum *cap. dilecti de foro compet. can. si in adjutorium* 10. *dist. Thes. lib.* 2. *qq. forens. quæstion.* 1. *numer.* 5. & 10. *P. Moises. consil.* 27. *numer.* 37. & 38. *lib.* 1. *D. Anichin. ibid. numer.* 9. ubi alios DD. etiam laudat, & *num.* 10. prout quæstionem, de qua in *hac decisione* fuit tractatum, an scilicet Clericus, qui prævenit in judicio seculari suum creditorem laicum teneatur satisdare juxta *d. prag. unica de pravent. moder.* & remissive allegat *D. Presid. Minad. dec.* 4. *Rovit. in d. pragm. num.* 5. *Campanil. in addit. ad Olivam super Ritu* 4. *sub nu.* 19. *Curia Archiepiscopalis Neap. D. Thorum in compen. decis. par.* 1. *verbo Clericus laicum D. Novar. in d. pragm. nu.* 4. ac *D. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. c.* 74. *nu.* 12. subditque *Anichin.* se de hoc articulo tractaturum in *tit. pravenientium, qui satisd. cogan.* sed morte præventus, opus inceptum complere nequivit, ideoque imperfectus tractatus remansit. Quare *D. Auctor* tractans eundem articulum pro creditore requirente cautionem servata forma *R. pragm.* jura, & rationes adducit *nu.* 3. 4. 5. 6. & 7. sed pro Clerico, ut non teneatur satisdare rationes ponderat *nu.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *ubi versiquibus* discussis, refert articulum non fuisse decisum per S. C. & ratio forsan fuit, quia articulus fuit visus valdè dubius eo tempore pro utraque parte, prout etiam visus fuit in casu relato per *D. Minad. d. dec.* 4. quia D. Vice Protonotarius fecit causam concordari, noluit enim aperire portam adversus d. *pragm.* propter infinitas fraudes, quæ fieri potuissent, ideo pro articuli decisione examinabo omnes DD. qui in hoc articulo locuti sunt, ut veritas ex eorum dictis colligi possit.

D. Minad. in cit. dec. 4. affirmat Clericum in causa illa præstitisse cautionem de solvendo debitum tantum, & respectu pœnæ noluit præstare, eo quod prætendebat non posse adstringi, quia *pragm.* est pœnalis, quæ non includit Clericos ex *cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de constit. & cap. cum non ab homine de judic.* quæ pœna cum solvi debeat in fine causæ, & sic quando clericus succumbit in præventione, respicit condemnationem, potius quam processum, sive ordinaria judicii, circa quæ ordinatoria tantum Clericus debet servare jura fori judicii, ideoque causa fuit concordata jussu D. Vice Protonotarii, & non aliter determinatus articulus circa pœnam.

D. Rovit. loc. cit. nu. 3. dicit quod Clericus præventor in curia sæculari tenetur præstare cautionem pro debito, sed respectu pœnæ dicit non fuisse decisum ex eodem *D. Menadeo dict. decis.* 4.

D. Thor. in d. verbo clericus laicum, tradit, quod pro pœna cautionem Clericus præstare non compellitur, ex *d. dec.* 4. *D. Minadoi*, & citat pariter *Campanil. ubi sup.*

D. Novar. cit. numer. 4. inquit negativam opinionem videri approbatam *ex d. dec.* 4 *D. Minadoi*, licet non fuisset secuta decisio, & sic videtur loqui de pœna, non autem de debito.

D. de Marin. cit. 75. *n.* 12. quærit an *d. prag.* comprehendat Clericum, & negativè respondet respectu cautionis præstandæ pro pœna, citans *D. Minad. dec.* 4. & *D. Rovit. ubi sup.*

D. Flam. Menac. in addit. ad D. Minad. cita. decision. 4. dicit Clericum præventorem, non teneri satisdare vigore *d. pragm.* ut in *d. decision.* 4. in qua pro pœna non fuit decisum, idemque tenere *Campanil. loc. cit.* affirmat, & postea subdit, & *ego concurro cum D. Rovito, qui se remisit ad D. Minad. d. decision.* 4. & sic pariter *D. Menac.* respectu pœnæ loqui videtur.

D. Episcopus Squillante de privil. Clericor. c. 16. *nu.* 12. sustinet, quod Clericus non tenetur satisdare, nec cavere de reficiendis expensis in casu succumbentiæ, juxta formam *R. pragmat.* quando est actor in judicio seculari, ex *Carolo de Graffis de effect. cleric. effec.* 2. *nu.* 397. eo quod cavere non tenetur; cum non possit se obligare ad pœnam coram Judice seculari, quia in ipsum nullam habet jurisdictionem, neque ejus judicio, & foro potest se submittere, etiam volens, & cum juramento ex *c. si diligenti de foro compet.* imò sub *eod. n.* 22. *vers. nec satisdare* probat quod si Clericus se obligaverit reficere expensas in casu succubentiæ, illa obligatio est nulla, & fidejussor qui fidejussit, & accessit obligationi nullæ, non tenetur; citat *tex. in l. jubemus, C. de agricol. & censit. lib.* 11. & *Bart. de Ponte*, & *D. de Franch. in sedibus, ibi indicatis*; ac *numer.* 23. inquit, quod etsi *Minad. decision.* 4. teneat quod cautio expensarum præstanda sit à Clerico in casu prædicto, cum sit de concernentibus ordinem judicii ex *D. Episcopo Riccio collect.* 171. *vers. limita secundo*, & *Campanile super ritu* 4. *Curia Archiep. numer.* 19. nam in iis, quæ concernunt ordinem judicii, obligatur Clericus, secus in respicientibus decisionem, ad quod citat *Capic. decis.* 66. & *Carol. de Graff. d. effect.* 2. *num.* 314. & 443. sequitur *D. Riccius collect.* 710. *vers. distat.* & sic obligatio Clerici rejicitur coram Judice seculari, nedum ex supra adductis, sed etiam, quia idem tenent *Clarus in §. fin. qu.* 21. *sub nu.* 13. & *Foller. in pract. crimin. rubr. audiantur exceptiones* quod confirmat in *fragm. n.* 106. & novissimè *D. Riccius collect.* 1037. post *Frecc. de præsent. instrum. p.* 10. *q.* 1. *num.* 13. quia non potest Clericus se obligare coram Judice seculari ad pœnam *cap. si Clerici de jud. cap. si diligenti de foro compet.* & probant pariter *Vissil. ad Afflict. dec.* 173. *nu.* 2. ac *D. de Franch. decis.* 400.

Campanilis autem super *d. ritu* 4 *sub num.* 19. in fine *Curia Archiep. Neapol.* concurrit cum *D. Minadoi* quo ad satisdationem de solvendo debitum, non tamen, quoad pœnam.

Quarè ex omnibus supradictis DD. colligitur Clericum præventorem teneri ad satisdandum in Curia seculari de solvendo debitum in casu succumbentiæ, non tamen de solvendo pœnam in d. *pragm.* contentam.

Ego verò judico hunc articulum esse determinatum per *Ritum M. C. V.* 194. & 200. ad quod non adverterunt tot Eminentissimi Doctores supra relati, *in Ritu* siquidem 194. Clericus admittitur ad denunciandum, vel accusandum aliquem de aliquo crimine, si suam, vel suorum injuriam prosequatur, cum obligatione tamen pœnali facta per laicum pro parte ipsius Clerici, ibi: *veruntamen admittatur ad denunciandum cum obligatione pœnali facta per laicum pro parte ipsius Clerici*, ratio traditur in d. *Ritu* 26. ibi: *Nec obligat se Clericus, quia non potest coram Judice seculari, sed alii pro eo obligantur, non per modum fidejussionis, sed obligant se voluntariè.* Hinc *Carav. in eod. Ritu* 194. *n.* 2. inquit, quod hodie obligatio ad certam pœnam, non est in usu, nec in Clericis, neq; in laicis denunciatoribus, sive accusatoribus, sed ejus loco datur cautio expensarum in casu succum-

succumbentiæ, parte tamen petente, juxta juris communis dispositionem *in auth. generaliter, C. de Episc. & Cleric. & in auth. de litigios. §. ad excludendas*, atque 30 in *Ritu* 200. *num.* 2. pariter substinet, quod Clericus ad pœnam nullo modo se obligare posset coram judice seculari, & si secus fieret, quod obligatio non tenet ex d. *c. & si Clerici*, ideoque concludo, quod ubi Cle- 31 ricus vult prævenire suum creditorem laicum coram Judice seculari, debet, ubi ipse Clericus nulla accedente creditoris petitione se obligare, & præstare cautionem de solvendo debitum in casu succumbentiæ, & postea laicus se obligabit non per viam fidejussionis, sed in modum voluntariæ obligationis juxta formam 32 traditam per *Carav. in d. Ritu* 200. *n.* 3. 4. 5. constitutus penes acta Curiæ N. qui se obligavit solvere pœnam contentam in *pragm. unica de præven. moderan.* casu quo N. Clericus succubuerit in judicio præventionis moto contra N. suum creditorem, pro quibus omnibus observandis obligat se ipsum, & bona ejus omnia, & c. rationem assignat ibi, *Carav. d. n.* 3. nam si obligatio 33 caperetur per viam fidejussionis, ut quia Clericus se obligaret, & laicus fidejussisset insolidum, stante nullitate obligationis Clerici, nec etiam fidejussor illius teneretur per jura, quæ allegat, & isto modo erit satisfactum d. *pragm.* & judicium præventionis legitimè procedit.

Imò alio modo, erit adimpleta dispositio d. *pragm.* 34 si Clericus cum fidejussore seculari insolidum se obligaverint per publicum instrumentum rogandum per Notarium Regium cum judice, contractus, & testibus de solvendo debitum, & pœnam in casu succumbentiæ in judicio præventionis moto contra N. suum creditorem, quia in casu succumbentiæ ipse Clericus coram judice Ecclesiastico, non autem seculari conveni- 35 tur, & fidejussori nulla competit exceptio, ita probant *Guido pap. dec.* 562. *nu.* 5. & *D. Borrellus* vir doctissimus, & eruditissimus, qui fuit etiam judex M. C. V. *consil.* 11. 36 quare docuit *D. Sanfel. dec.* 160. *nu.* 6. quod laicus, qui fidejussit pro Clerico, coram judice seculari, non gaudet fori Ecclesiastici exceptione, sed hæc quæ de Clerici satisdatione dicta sunt, de sola fortè observantia M. C. V. intelligi debent.

Tertiò observo, quod filiusfamilias, mulier, & Uni- 37 versitas præventionis judicium intentare possunt, ut ex professo dilatatis fimbriis probat, & contrariâ resolvit *D. Aschin. cit. c.* 6. *q.* 1. *per totam*, ubi pariter fundat per ipsos esse præstandam cautionem in d. judicio præventionis in *eadem pragm. unica de prævent. moderan.* ordinatam, rationes habes apud ipsum, ad quem remitto lectorem, ne illius scripta transcribam.

Quartò observandum puto, an cautio sit præstanda 38 à debitore præventore, si à creditore non fuit petita, ita ut acta præventionis sint valida, nec ne; in quo articulo DD. in duas iverunt sententias, & negativam secutus est *Caven. in d. prag. n.* 4. ac *Freccia*, qui cæteros refert *de præsent. instr. p.* 9. *q.* 3. à *nu.* 1. qui *per tot. nu.* 11. *tenet* quod nisi petatur cautio, illa minimè præstanda sit, Altera fuit affirmativa, ut etiam non petita, cautio præstanda sit, ut voluerunt *Freccia ibid. à n.* 12. *per tot. nu.* 25. licet *nu.* 26. 27. & 28. sub dubio remanere videatur *Marama cons.* 31. *Surd. dec.* 57. *Carav. in Ritu* 189. *n.* 4. 5. 6. & 39 7. & ea moventur ratione, quia pro forma *in d. prag.* cautio requiritur, & forma non servata actus corruit, ut tradita per *D. Carlev. de jud. to.* 2 *tit.* 3. *disp.* 14. *sub n.* 14. *lib.* 1. *D. Hodier. ad Surd. cita dec.* 57. *n.* 1. & 2. *atq; dec.* 267. *n.* 3. *D. Staiban. resol.* 31. *per tot. lib.* 1. quod autem cautio requiratur pro forma, fundatur ex verbis *d. pragm.* ibi, *nisi prius præstita fidejussione*, dictio etenim, *Nisi*, 40 conditionem importat actus suspensivam ut probat *Carav. ibid. n.* 8. ideoque conditione non impleta, non nascitur actio, nec obligatio, ut fundat *nu.* 9 ubi subdit quod dum in *d. pragmat.* sit posita oratio negativa dicitur actum requirere pro forma auctoritate *Io: Andreæ*, *Baldi, Aretini, Cassanei, & Grati*, sc ita in practica servari, ac refert in facto proprio consuluisse *D. Thomam Salernitanum Præsid. R. C. S. aliosque quamplurimos famosos Doctores*, qui omnes responderunt, quod 41 *d. pragma.* semper fuit ita servata, eo quod requirit cautionem pro forma, quam conclusionem *Caravita* 42 *ibid.* ampliat, etiamsi debitor præventor esset manifestè idoneus, & solvendo, nam statuto requirente fidejussionem, per hoc non videtur satisfactum *ex. Gravinen. Alex. & aliis quos citat*, tanto magis; quia *pragm.* 43 requirit fidejussionem ad evitandum dolum, vel fraudem, ibi, *malitiis litigantium*: hoc enim casu, cautio re- 44 quiritur pro forma, & procedit affirmativa opinio, ut illa sit præstanda, etiam non fuerit petita a creditore; ut probat *idem Caravita loco citato*, qui hanc conclusionem comprobat in *Ritu* 251. *n.* 8. statuitur namque in 45 *d. Ritu*, nisi à sententia sit appellatum executioni demandabitur sententia data cautione secundum formam *auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offer.* in 46 quia dicitur, quod *non aliter* executioni sententia mandabitur, *nisi*, pars victrix fidejussionem præstiterit, & ponderat verba *non aliter*, & *nisi* quæ cum sint conditionalia; videntur pro forma fidejussionem requirere, adeo ut nullo modo fidejussioni renunciari possit, ut ibi probat, ac in *ritu* 189. *nu.* 7. & ita in S. C. servari testatur adducens etiam *prag.* 5. *de offic. S. C.* ibi, *cautionem tamen prius*, sicut etiam adduci potest *pragm. de expen.* ubi non admittitur appellatio à condemnatione expensarum, nisi solutis prius d. expensis taxatis, ibi, *nisi prius expensas condemnationis legitimè taxatas solverit*, 47 & proinde opinio negativa, quam sicut fuoi *Caven. & Freccia* relati supra *nu.* 38. procedit de jure communi, quo attento petitio requiritur, ad hoc ut præventor cautionem præstet, ut tradita per *D. de Franch.* 48 *dec.* 487. *nu.* 9. secus autem est stante *d. pragm.* quæ pro forma cautionem, sive fidejussionem requirit ex supra adductis.

Nec de dictis per *Bernard. Pandum de præsentat. instrum. p.* 4. *declar.* 29. *nu.* 128. est habenda ratio, ubi pro- 49 posita quæstione, an fidejussione ad formam d. *prag.* neque data, neque expostulata, judicium præventionis infirmetur, & primo arguit, quod non, quia fidejussio à statuto requisita non debet dari, nisi parte petente per *tex. in l. universa, C. de precib. impir. offer.* & secundo quod sic, allegans *Ripam* parum sibi fidelem *in l.* 3. *§. sublata, ff. ad Trebell. & Beroum qu.* 79. 50 tamen ipse distinguit, quod aut fidejussio non est petita neque præventioni quovis modo oppositum fuit, & judicium non infirmatur, aut fidejussio non est petita, verum sub nubilo objectum sit præventionem non 51 admittendam, & hoc casu infirmatur judicium, quia tacita, & subintellecta fidejussionis petitio sufficit & *Alex. in d. l. universa, & cons.* 203. & *Beroi cita. q.* 79. cum verior sit opinio, ut petitio minimè requiratur, neque oppositio, dum cautio de forma dari debeat.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Reivendicationis actio num competat donatario, an vero hypotheca, quando fuit facta donatio in pecunia, sed quod possit solvi in stabilibus, & an, & quando pactum de non alienando impediat dominii translationem.

SUMMARIUM.

1 *Reivendicatio requirit necessario dominii probationem.*
2 *Subrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum est facta subrogatio, limita, ut n.* 24.
3 *Dominium transfertur per adjudicationem, quæ vim emptionis habet.*

4 *Adjudi-*

4 *Adjudicare idem est, quod dominium transferre.*
5 *Verbum* adjudicare *idem importat, ac verbum* assignare.
6 *Fideicommissum perpetuum an censeatur inductum, quando sunt vocati filii, & eorum descendentes.*
7 *Descendens quilibet gravatus restituere dicitur dominus.*
8 *Defuncti factum non tenetur habere tantum qui non venit ut ipsius heres.*
9 *Alienandi potestas dummodo pretium convertatur in aliam emptionem, facit licentiam illam conditionalem, quæ si appenatur facto, explicando per tertium, importat conditionem, non modum.*
10 *Alienandi licentia sub conditione data, illa non adimpleta, ipso jure corruit.*
11 *Conditio, & modus in quo conveniant, vel differunt.*
12 *Dictio illa* purche *Italico sermone nihil aliud importat latine versa, nisi* ita tamen.
13 *Hypothecam non potest habere qui habet dominium, quia res propria nemini servit, & num. 34.*
14 *Obligatio rei alienæ alteri fieri non potest.*
15 *Hypothecaria agens, quid probare teneatur.*
16 *Actio, & passio non possunt esse in eodem subjecto.*
17 *Verba semper sunt intelligenda secundum subjectam materiam, & ratione adjuncti impropriantur.*
18 *Donatio inter patrem, & filium regulariter non tenet.*
19 *Donatio facta filio propter nuptias, vel contemplatione matrimonii an sit valida.*
20 *Dominium competens jure speciali potest esse cum hypotheca.*
21 *Pactum, quod pendente solutione pretii dominium non transferatur, an sit validum, & an dominium resolvatur in hypothecam specialem, & n. 37.*
22 *Reivendicatio quando competat fideicommissariis.*
23 *Verbum assignare de necessitate non importat dominii translationem, sed simplicem traditionem.*
25 *Debitor tradens fundum creditori in exequutionem sententiæ, potius præsumitur jure pignoris fuisse assignatum quam ut dominium transferatur, quo casu potest pecuniam creditori offerre, & fundum recuperare.*
26 *Factum Iudicis reputatur factum partis.*
27 *Periculum, & commodum rei venditæ contractu perfecto ad emptorem spectat.*
28 *Dominium ex assignatione, seu adjudicatione facta mediante apprezzo an censeatur translatum.*
29 *Dominium non transfertur pendente appellatione ab apprezzo.*
30 *Venditio à non Domino facta, ex receptione pretii censetur approbata.*
31 *Solvendi facultas aliud pro alio quando competat.*
32 *Debitor an pecunia si dat rem in solutum occultatur unus actus ex juris provisione.*
33 *Vir soluto matrimonio debet restituere pecuniam quæ fuit in promissione dotis, non autem fundum datum in solutum.*
36 *Jus congrui an habeat locum medio tempore, si in venditione fuerit dictum, quod dominium non transferatur, nisi soluto pretio, & quid si pendente solutione contractus remaneret pignoratitius, numero seq.*
38 *Reivendicatio an prælatio competat venditori cum pacto, quod dominium non transferatur, nisi soluto pretio.*
39 *Alienatum propriè non dicitur quod adhuc in dominio venditoris manet.*
40 *Pactum, quod res donata alienari non possit aliud non importat, nisi actionem personalem contra donatarium, non autem, ut possit agi reivendicatione.*
41 *Alienationis prohibitio in ultima voluntate facta impedit dominii translationem, secus autem si sit facta in contractu, ubi ratio, num. seq.*
Amplia, ut num. 43. & seq.
45 *Pactum de non alienando cum clausula irritante appositu per Judicis decretum, quid operetur.*
46 *Juramentum non impedit translationem dominii, sed tantum ex eo oritur actio ad interesse.*

DECISIO CXLII.

CONtemplatione matrimonii contracti inter Joannem Franciscum Minutulum & Lucretiam Suardam, Jo. Bartholomæus Jo. Francisci pater ipsi donavit duc. sex mille, pro quibus voluit ipsi Lucretiæ assignare tot bona immobilia mediante apprctio, & inter alia Rus in Casali Mileti, & voluit ut dicta bona stabilia remanere deberent obligata pro filiis nascituris ex dicto matrimonio, & eorum descendentibus, & contentus remansit, ut bona prædicta vendi possent, cum conditione tamen, ut pretium ex eis perveniendum implicaretur in emptionem tot aliorum bonorum stabilium, vel annuorum introituum, ad beneficium dictorum filiorum nasciturorum ex dicto matrimonio, cumque mediante decreto S. C. in satisfactionem dictæ donationis fuerat dicto Jo. Francisco assignatum Rus prædictum, illud deinde vendidit Nardo Andreæ de Leone, & hodie possidetur per Paulum Girardum.

Egit Joannes Baptista Minutulus tanquam descendens ex dicto Joanne Francisco judicio reivendicationis, petendo, condemnari possessorem ad relaxandum Rus prædictum una cum fructibus, & quando prædictum judicium non militaret, egit etiam pro credito actione hypothecaria judicio assistentiæ.

1 Dubitatum fuit, utrum competat dicto actori actio reivendicationis, cum enim agitur ad rem necessario de dominio est docendum *l. in rem, & l. officium ff. de reivendic. Afflict. decis. 40. numer. 3.* & ideo dicebat actor, quod dominium à Bartholomæo fuit translatum in Joannem Franciscum, quia quamvis essent donati ducati sex mille, tamen in eorum locum subrogavit donator Rus prædictum, & subrogatum sapit naturam ejus; in cujus locum subrogatur, *§. fin. in fin. Inst. de offic. jud.* ubi *glos. Intrigliol. dec. 8. num. 3.*

2

Dicebatur secundo, dominium fuisse in Jo. Franciscum translatum, etiam ex assignatione dicti Ruris facta per S. C. in exequutionem dictæ donationis, per adjudicationem enim transfertur dominium, quia habet vim emptionis, *l. si prædium, C. de eviction.* adjudicare enim idem est, quod dominium transferre, *leg. si quis putans, §. officio, ff. commodati, §. familiæ, & §. eadem Inst. de offic. judic.* Verbum enim hoc *adjudicare* importat dominii translationem, ut verbum *assignare*, *Bald. in l. ordo, colum. 2. C. de exequut. rei jud. Corn. cons. 228. volum. 2. Joan. Vinc. de Ann. alleg. 104. n. 3. & 2. Reg. Rov. in pragm. 1. de assistent. bonor.* & sic dicebatur, non posse de dominio in personam quondam Ioannis Francisci dubitari, quo dominio radicato in illius personam, spectabat ad ipsum actorem, tanquam ejus successorem reivendicatio, *l. dominum, C. de reivend. & c. Paris. cons. 104. lib. 1. num. 12.*

3

4

5

6 Cum itaque in donatione sint vocati filii, & eorum descendentes, fuit inter eos inductum fideicommissum perpetuum, *Menoch. cons. 281. num. 1.* ita ut unus post alium intelligantur gravati de restituendo, *Peregr. de fideicommiss. art. 10. Fusar.* latè *de fideicommiss. substit. quæst. 327.* & quilibet ex descendentibus dicitur dominus *l. fin. §. sed quia, vers. sed sciat, C. commun. de legat. Menoch. cons. 105. n. 23.*

7

Nec de venditione facta per Joannem Franciscum dicebatur esse habendam rationem, cum ipse Ioannes Baptista non veniat uti hæres dicti alienantis, & proinde non tenetur, habere ratum factum ipsius juxta text. in *l. cum à matre, C. de rei vendic.* sed venit

8

9 ex propria persona; Nec illa potestas data alienandi dictum Rus potest suffragari, quia fuit conditionalis, dummodo pretium convertatur in aliam emptionem, quæ licentiam illam conditionalem facit, *Rot. Rom. in noviss. par.* 13. *decisio.* 1160. *numer.* 2. & præsertim, quia fuit apposita facto, per tertium explicando, quo casu non modum, sed conditionem importat, ut post *Bart.* tenuit *Gabr. consil.* 65. *numer.* 1. *lib.* 2. & prop-10 terea conditione illa non adimpleta etiam ipso jure corruit illa vendandi licentia, *Menoch. cons.* 58. *num.* 14. *Rot. Divers. dict. decis.* 3160. & quatenus verba illa 11 modum importarent, tamen idem esset, quia conditio suspendit actum, modus verò illo non sequuto eum annullat, & sic in fine parificantur, *gloss. in l.* 1. *C. de his, quæ sub modo*, ubi *Corn. num.* 3. *Menoch. cons.* 494. *num.* 6. *Reg. Rovit. decis.* 4. *num.* 17. licet ve-12 ra potius conditio dici possit, quam modus, illa enim dictio, *purche*, Italico termono nihil aliud importat latinè versa, nisi *ita tamen*, quæ dictio conditionem inducit, *Paris. cons.* 57. *numer.* 19. *volum.* 1. *Decian. responsi.* 31. *num.* 4. *volum.* 2. & alii allegati per *Reg. Rovitum d. dec.* 4. *num.* 10.

Nec illa verba, *quod remaneant obligata*, impor-13 tare videntur hypothecam, cum h bona dominium non possit habere hypothecam, res enim sua nemini servit, quia non potest constitui hypotheca super re propria, *l. neque pignus, ff. de regul. jur.* nec res aliena 14 obligari potest, *l. rem alienam*, ubi *gloss. ff. de contrah. empt. Franch. dec.* 506. *num.* 2. quia non habet dominium ipsius, *glos. in §. item serviana Instit. de act.* & ideo agens hypothecaria de jure communi necesse est 15 probare, debitorem fuisse dominum tempore obligationis, *l. & quæ nondum sunt*, *§.* 1. *ff. de pignor. act. Affl. dec.* 383. *num.* 2. *Roderiq. de ann. redd. lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 71. *Farinac decis.* 48. *num.* 9. *lib.* 1. *in posthum.* quicquid sit in Regno, in quo viget *pragm.* 1. *de assistentia bonor.* de qua plenè *ibidem* per *Reg. Rovit.* & sic non 16 possunt stare simol dominium cum hypotheca, quia actio, & passio in eodem subjecto stare non possunt, *l. si quis ædes, ff. de servit. urban. præd.* quia responde-17 batur, quod illud verbum *obligari* non semper hypothecam importat, sed verba sunt intelligenda secundum subjectam materiam, & ratione adjuncti impropriantur, *Menoch. cons.* 289. *num.* 37. cumque & ipsa 18 donatio, & verba apposita in donatione importent dominii translationem, quamvis enim in facta inter patrem, & filium, regulariter non tenet, *leg. donationes, quas parentes, C. de donat. inter vir. & uxor. leg. nec inter, ff. eod. tit.* tamen quando donatio est facta pro-19 pter nuptias, vel contemplatione matrimonii, efficax est, *Guid. Pap. dec.* 146. *&* 147. *Faber* in suo *Codic. defin.* 1. *de donat. Franc. Marc. dec.* 331. *Franch. decis.* 162. vel quando est juramento firmata, *Iason. in leg. frater*, *num.* 40. *ff. de condit. indeb. Capyc. decisio.* 36. *Papon. lib.* 11. *titul.* 1. *arrest.* 2. *Thesaur. dec.* 32. *Capel. Thol. dec.* 362. *Franch. Marc. dec.* 326. *Franch. dec.* 265. nec est inconveniens, nec incompatibile, diversis tamen re-20 spectibus hypothecaria, & reivendicatio, quando tamen dominium competit jure speciali, ut in fideicommissario *Ias. in l. hujusmodi*, *§. qui servum*, *num.* 14. *& seq. ff. de leg.* 1. *Paris. cons.* 10. *num.* 31. *lib.* 1. sicuti in si-21 mili habetur, quod quamvis per contractum venditionis dominium transferatur, tamen valet pactum quod pendente solutione non transferatur dominium ad *text. in l. cum manu sata*, *§ fin. ff. de contrah. empt.* & quamvis *Franch. in decis.* 506. dicat, resolvi in hypothecam specialem, tamen *De Pont. de potestat. Proreg. titul.* 8. *de refut. feud.* §. 3. ex pluribus fundat, quod valida est venditio, & pactum, quando est temporale pendente solutione pretii, secus vero quando esset perpetuum, *Sese decisio. Aragon.* 42. *numer.* 14. & propterea concludebatur, competere Ioanni Baptistæ actori reivendicationem, quæ actio competit fideicommissariis, *l. fin. § fin. vers. quod similiter, C. commun. de legat. Paris. cons.* 52. *lib.* 3. *num.* 46.

Verum pro Reo convento dicebatur, nunquam intentionem Ioannis Bartholomæi donantis fuisse donare Rus prædictum, sed tantum ducatos sex mille, si enim voluisset, illud donasset, non autem ducatos sex mille, est verum, quod in satisfactionem dixit, posse assignari bona stabilia, & inter alia Rus prædictum & voluit, dicta bona stabilia appretiari, & assignari pro concurrenti valore ducatorum sex mille, ita ut si fortè bona immobilia plus valerent, noluit donare 23 & usus fuit illis verbis *assignare*, seu *consignare*, quæ verba quamvis possint dominium transferre, non tamen de necessitate important dominii translationem, sed simplicem rei traditionem, ad *text. in leg. cum pater* 79. *§. pater pluribus*, *ff. de leg.* 2. & in *leg.* 1. *§. fin. ff. naut. caup. & stab. l. Paris. in* [illegible] *consil.* 53. *num.* 24 46. *lib.* 3. nec dicebatur obstare regulam de subrogato, quia procedit in rebus ejusdem, non diversæ qualitatis, *leg. cum in fundo*, *§. si fundus*, *§. de jur. dot.* & quamvis soleat assumere naturam subrogati, tamen assumit naturam primordialem, non autem accidentalem, *Beroius cons.* 71. *num.* 41. *lib.* 1. *Tusch. conclus.* 757. *num.* 55. *lit.* S. *Rimin. jun. consil.* 18. *numer.* 58. *volum.* 1.

Secundo, quamvis in satisfactionem dictorum ducatorum sex mille fuerit per Judicem assignatum Rus, licet majoris valoris ducatorum 7214. in quo pretio excomputavit dictos ducatos sex mille, tamen fuit in executionem decreti Iudicis, & in dubio potius censetur jure pignoris fuisse assignatum, quam ut dominium transferretur, juxta *decis. Afflict.* 373. qui loquitur in debitore per sententiam condemnato, qui prædium in satisfactionem debiti obtulit creditori, quia in dubio non præsumitur, quod creditor voluerit dominium transferre, *l. cum de indebito*, *ff. de probation. Cyn. in leg. incendium*, *in fin. C. si cert. petat.* ex quibus fuit decisum in S. C. posse admitti debitorem etiam post assignationem factam ad offerendum creditum, & prædium recuperare, quia utrique parti consulitur, ex doctrina *Alex. in leg.* 1. *colum.* [illegible] *ff. si quis caution.* sequitur *Anna singular.* 629. *Muscatell. in prax. Sac. C. lib.* 2 *par.* 2. *glos. ad, udi-*26 *catur*, *num.* 7. & quamvis in præsenti casu assignatio fuerit facta à Iudice, tamen factum Iudicis dicitur factum partis *Leg. causam, C. de evict.* & licet prædicta aliquam haberent difficultatem, quia procedunt, quando non constat, quo titulo debitor creditori rem stabilem tradit, & sic sumus in dubio, ut declarat *Aretin. cons.* 102. & *Ann. d. sing.* 629. sic intelligens dictam *Decis. Afflict.* 373. tamen ad prædicta corroborandum considerabatur aliud factum, quia cum Ioannes Franciscus donatarius Rus prædictum possideret illud vendidit Nardo Andreæ de Leone pro ducatis 9136. & sic longe plus pretii, de quo fuit sibi assignatum, & hoc pretium, quod plus fuit venditum, non cessit in beneficium donatarii, sed donantis, ex quo desumitur, quod dominium Rutia non habuit, alias enim totum commodum, & pretii augmentum spectavisset ad donatarium, nam periculum, & commodum rei venditæ contractu perfecto 27 ad emptorem spectat, *leg.* 1. *ubi DD. ff. de peric. & commod. rei vendit. Afflict. decis.* 399. *Paris. cons.* 64. *vol.* 1. *num.* 19.

28 Et quatenus contenderetur, omnino esse translatum dominium ex assignatione, sive adjudicatione facta mediante appretio, juxta tradita per *Capyc. dec.* 41. per *text.* in *l. à Divo Pio*, *§. si post addictum*, *ff. de re judic.* & habet vim solutionis, *l. eleganter. in princ. ff. de pignor. act. l. si prædium*, *C. de evict. Affl. decis.* 368. *&* 369. tamen ad finem ut decretum S. C. non sibi 29 contradicat, dum fuit judicatum, augmentum pretii cedere ad beneficium donantis, fas est præsupponere, à

re à dicto appretio fuisse appellatum, nam pendente revisione appretii dominium non transfertur, ut declarat idem *Capyc.* dicta *decis.* 41. *num.* 12. & *decis.* 202. *num.* 6. *Loffred. cons.* 32. *num.* 14. *in fine*, *Ann. cons.* 57. *num.* 12. & 13. sicuti enim ante factum appretium dominium in emptorem, seu venditi rem non transfertur, ut ex *text.* in *l. si merces*, in *princ. ff. locati*, & *l. fin. C. de contrahend. empt.* tradit *Afflict. decis.* 188. quod hodie videri non poterat, quia processus, in quo fuerunt prædicta decreta interposita, fuit casualiter in domo Consiliarii Gizzatelli una cum aliis scripturis combustus insimul cum toto ejus Studio, & quamvis isto casu venditio esset facta à non domino, tamen potuit per S.C. approbari, prout ex receptione pretii à domino approbata censetur venditio à non domino facta, *l. de lege in fin.* ubi *glos.* In *verbo accepisse*, *ff. de leg. commiss. Consil. Marcell. Marcian. cons.* 19. *n.* 9. *lib.* 1. *Crav. cons.* 159. *n.* 5. *Surd. cons.* 66. *n.* 13. *Menoch. cons.* 98 *n.* 42.

30

Insuper dicebatur, quod quatenus in personam dicti Ioannis Francisci fuisset dominium dicti Ruris translatum per assignationem ei factam in satisfactionem dictorum ducatorum sex mille donatorum, non tamen ex eo dominium illius dicti ruris pervenit ad ejus successores, quia aut prætenditur dominium virtute assignationis, sive adjudicationis factæ Joanni Francisco, & certum est per Ruris venditionem fuisse dominium ipsius translatum in emptorem, aut vero virtute promissionis factæ à Joanne Bartholomæo, & quidem donatio non fuit facta Ruris, sed ducatorum sex mille, bona vero stabilia, inter quæ fuit Rus, fuerunt in solutione, *l. si quis stipulatus fuerit decem in mille*, *ff. de solut. & liberat.* ubi etiam *Paul. de Castr. in fin.* & sic habetur, ac si ex dictis ducatis sex mille donatario solutum fuisset emptum Rus, *Cannet. in cap. volentes versic. & retenta*, *num.* 6. occultatur enim omnis actus ex provisione juris, juxta terminos, *text. in* [illegible] *singularia*, *ff. si cert. pet.* præcipue quando debitor in pecunia dat rem in solutum, *Paul. de Castr. cons.* 146. sub *num.* 2. & melius *cons.* 169. *volum.* 1. per *text. in L. elegantter*, *ff. de pignor. act.* ubi concludit, quod vir pecuniam, quæ fuit in promissione dotis, debet restituere soluto matrimonio, non autem fundum datum in solutum, quia illa venditio in solutum vim emptionis habuit.

31

32

33

Quod & alio fundamento inconvincibili dicebatur subsistere, dum idem donator expresse in donatione dixerit, quod prædicta bona stabilia remanerent obligata dictis filiis nascituris, quo casu, ut supra dictum fuit, dominium non esse comparatum cum hypotheca, quam important illa verba, *obligata*, *dict. l. neque pignus ff. de reg. jur.* & *Franch. decis.* 506. qui ex his dixit, quod facta venditione cum pacto, quod dominium non transferatur, illa reservatio ad finem evitandi contradictionem, importat hypothecam specialem, & ideo præfertur aliis creditoribus, & quamvis *De Pont. de potest. proreg. dict. titul.* 8. §. 3. tenuerit opinionem, quod quia pactum est naturale contractus venditionis, propterea dominium stat in suspenso, & donec pretium solvatur, dicitur venditio conditionalis, tamen vere in emptorem transferuntur jura dominicalia, & propterea venditæ re cum pacto prædicto, quod dominium non transferatur, in tali casu habet locum jus congrui, *Afflict. decis.* 338. *Ricc. in decisio.* 41. *parte tertia* quod secus esset, si contractus pendente solutione remaneret pignoratitius, idem *Affl. decis.* 337. latè etiam *Manent. cons.* 128. & 129. *lib.* 2. post suas *decisiones*, & ex hoc fit, ut non reivendicatio competat venditori, sed prælatio in pretio, ut ex *Franch. d. dec.* 506. neque potest dici alienatum, quod adhuc in dominio venditoris manet, *l. g. alienatum ff. de verb. sig.* sic, *De Pont. de potest. Proreg. tit. de refut. feud.* §. 6. *n.* 13.

34

35

36

37

38

39

Dicebatur autem, quod quamvis non ducati sex mille, sed ipsum Rus fuisset donatum, cum expressa prohibitione, ut alienari non posset, adhuc venditio facta à Joanne Francisco donatario in beneficium Nardi Andreæ de Leone esset valida, quia per pactum in donatione appositum, ut non possit res donata alienari, aliud non importat, nisi actionem personalem contra donatarium, non autem, ut possit agere reivendicatione contra emptorem, *text.* est in *l. ea lege C. de condic. ob causam*, & in *l. si ita quis* 135. §. *ea lege*, *ff. de verb. oblig.* ubi *Bart.* notat, quod prohibitio alienationis facta in contractibus non impedit dominii translationem, sed contrafaciens ad interesse teneatur, quod secus est in prohibitione facta in ultima voluntate, quia ex prohibitione impeditur dominii translatio, *Gomez in l.* 40. *Taur.* 1, *num.* 25. in fin. *Diaz. in reg.* 208. ubi etiam *Salzed.* estque ratio, quia prohibitio facta in contractu nititur solo pacto, alienatio autem pacto, & traditioni, & ideo dicitur actus perfectior, & sicuti per solum pactum dominium non transfertur, ita neque impediri potest, ne transferatur, quod ampliatur, etiam si esset pœna apposita in prohibitione, *Bald. in leg. unica, col. penult. fin. C. de his, quæ pœnæ nomin. Pisanell ad decis. Afflict.* 331. ubi allegat *Alex. cons.* 10. *col.* 2. *Colum.* 1. *Rip. in l. filiusfamilias*, §. *divi*, *qu.* 9. *de legat. Franch. decis.* 355. qui hoc ampliat, quamvis in prohibitione alienationis adesset pactum, quod omnes alienationes contra formam prohibitionis essent nullæ, & invalidæ, nisi interponatur Iudicis decretum cum clausula, quod si fiat contra pactum, alienatio sit irrita, ex doctrina *Bald. in leg. fin. in* 2. *col. in vers. sed quæritur*, *Codic. de pact. inter empt. & vendit.* secundum intellectum *Aret.* & casus in dicto §. *ea lege*, & §. *fin.* quia tunc decretum Iudicis operabitur, ut ipse videatur prohibuisse, secus tamen esset, si diceret it, quod in casu alienationis, non ipsa alienatio, sed donatio sit nulla, *Roland. cons.* 6. *num.* 26. *volum.* 1. & *cons.* [illegible] *num.* 1. *Magon. decis. Florent.* 47. & 102. *Gamma dec. Lusit.* 336. *Gratian. decis. March.* 99. *num* 9. *Marant. cons.* 59. *num.* 7. neque juramentum impedit dominii translationem, sed tantum ex eo oritur actio ad interesse, ut dixit idem *Franch. dict. dec.* 355. *num.* 5. secundum magis communem opinionem, de qua latè per *Cassan in Consuetud. Burgund rubr.* 11. §. 3. *limit.* 2. *num.* 20. & *seq. Salzed.* in dicta *reg.* 208.

40

41

42

43

44

45

46

Discussa hac causa in S.C. in anno 1638. ad mei relationem judicavimus, conventos esse absolvendos, verum quia actor intentaverat judicium assistentiæ, quod est hypothecarium, fuerunt respecto dicti judicii reservata jura in Banca olim de Mondellis, nunc vero Fabritii Sollarii.

OBSERVATIO IN DECIS. CXLII.

SUMMARIUM.

1 D. Regena Jo: Franc. Marcianus *laudatur.*

2 D. Ferdinandus de Afflicto *laudatur.*

3 *Agens rei vendicatione ad rem de dominio probare debet & præfertur omnibus creditoribus possessoris num.* 6.

Reivendicatio competit habenti dominium directum, sed ac hypothecariam n. 4. *estque supra omnes actiones personales num.* 7.

4 *Hypothecaria est debilior dominio necessario apud vendicantem.*

5 D. *Consil.* D. Ferdinandus Arias de Mesa *laudatur.*

8 *Dominium transfertur adjudicatione facta mediante appretio per judicem, contrarium, numero nono, decimo.*

11 *Creditor emens mediante persona alterius, ipse emere dicitur, quia persona cujus nomine actus gestus est,*

aen

non autem geremis attenditur & n.12.& emens sub hasta dominium solum revocabiliter acquirit, n.13. 20. 21.

14 *Debitor habet jus offerendi contra creditorem ementem & emptor recusare non potest, & num.15.*

17 *Res vendita, & per debitorem reempta per jus offerendi à creditore emptore judicatur uti bona antiqua, non autem ut noviter acquisita, & nu. 18. contrarium n.37. quod si reemptio sit facta de voluntate partium n.19.30.*

20 Tex. in l. vetustissimam, C. de jur. domin. impetran. explicatur, & n.21.22.23.

24 *Ius offerendi competit debitore, licitante, & emente creditore, & 25.26. saltim de æquitate, si non de juris rigore, n.37. etiam quando emit per interpositam personam n.38.29.*

31 *Ius offerendi cessat, & non competit debitori, sed tantum secundo creditor num.32.34.35.36. neque habet locum & venditione sub hasta, & tradita possessione, n.33.*

38 *Pactum, quod pendente solutione pretii, res vendita minimè transeat in dominio emptoris, ac pactum de retrovendendo, an operetur quod emptor teneatur stare colono rei emptæ.*

Successor singularis non tenetur stare colono ibid. contrarium, n.39.

39 *Emptor cum pacto de retrovendendo tenetur stare colono, contrarium numer.40. ratio adducitur, n.41. & 42.*

Text. in l. emptorem, C. locati limitatur. d.n.39.61.

Emptor cum pacto de retrovendendo, non succedit in plenum jus domini, ibid. contrarium, n.44.

Text. in dict. leg. emptorem loquitur de conductore, ibidem.

45 *Ius congrui competit vicino in prædio alienato cum pacto redimendi.*

Laudemium an debeatur de venditione facta cum pacto redimendi, & si postea redimatur an debeatur aliud Laudemium, ibidem.

46 *Emptor cum pacto, quod pendente solutione, dominium non transferatur, non dicitur verus dominus, contrarium n.47.48.49.50. etiam si sit conventum, ut nec affectus dominii acquirendi, n.54.5.*

51 Afflict. dec.38. *declaratur, & n.52.*

52 *Possessio, non autem dominium requiritur in retrahente jure congrui, & n.53.*

55 Text. in l. licet emptio ff. loca. *declaratur, & n.56.*

57 *Reservatio dominii, & specialis hypotheca insimul stare nequeunt, intellige, ut n.58.59.60.*

61 *Emptor sciens rem emptam esse locatam, tenetur stare colono, contrarium, n.62.63.64.65.67.*

66 Surdus dec.264. *declaratur.*

68 *Conductio tacita ex quibus inducatur, & n.69.*

70 *Actus positivus reconductionis quanto tempore duret.*

71 *Scientia simplex, vel præsentia non præjudicat, sed conservat jus quando scit duraturum, sed requiritur etiam actus positivus, n.72.73.*

74 *Pactum de non alienando per æquipollens inducitur in promissione de non movendo conductorem ab assicta contrarium, n.75.76.77.*

77 *Pactum expressum de non alienando requiritur non tacitum, & numero 79. etiam cum juramento non impedit translationem dominii, n.78.*

80 *Pactum expressum de non alienando insimul cum speciali hypotheca impedit dominii translationem.*

81 *Hypotheca generalis sufficit ut conductor expelli non possit ab emptore, donec sibi solvatur interesse; numero 84. sed contrarium, numero 82. 83. 85. 86. 87. 88. & decisio in eodem articulo adducitur n.89.*

90 *Exitus causæ refertur.*

DE reivendicationis materia egit *D. Regens in hac decisione* concludens minimè illam competere, quando donatio fuit in pecunia, verum quod pro quantitate donata possit donatarius satisfieri in stabilibus ipsius donantis, & ita [illegible] ad ducit, per S.C. *numer 46. vers. discussa hac causa*, & victoriæ palmam reportavit *D. Io. Franc. Marcianus* Advocatus [1] maximi nominis, & æstimationis, nedum apud Clientes, sed pariter apud omnes Regios Officiales, etiam Collateralis Consilii, qui postea fuit Regius Consiliarius, & tandem Regens Regiam Cancellariam, & Collateralis Consiliatius, sed post paucos dies ab hac vita migravit, scripsit namque pro possessore ad exclusionem reivendicationis petitæ per Actorem Capycium Minutulum, *disp. 35. lib. 1. disp. forens.* & pro d. Actore in jure allegavit *D. Fernandus de Afflicto* [2] nobilis Scalensis, Advocatus doctissimus, atque subtilissimus, qui tamen succubuit, at quia articulus fuit latissimè discussus cum decisione prædicta pertransco, infrascripta tamen observo circa conclusiones in eadem decisione adductas per D. Regentem.

Primò igitur observo ad dicta *n.1.* quod agens actio- [3] ne reivendicationis ad rem de dominio probare debet, nam reivendicatio competit habenti dominium directum, ut post multos docet *D. Præsid. Ganaverro dec. 4. n.47.* qui *num.49.* probat, quod qui potest reivendi- [4] care, quod est magis, melius poterit exercere hypothecariam quod est minus ex *l. non debet 21. ff. de reg. jur.* est namque hypothecaria debilior dominio apud venditionem necessario *Menoch. cons. 25. n. 15. & D. Consil. Arias de Mesa, vespertinæ lectionis primarius lector in* [5] *Neapol. Gimnasio lib. 1. var. cap. 39. n. 43.* ideoque agens reivendicatione jure domini, vel quasi ad rem pro- [6] priam recuperandam, omnibus creditoribus possessoris præfertur *l. depositi 38. vers. hanc enim pecuniam, ff. de pecul. l. si ventri 24. §. 2. vers. si tamen nummi, ff. de privil. credit.* cum simil. *Caroc. de depos. p. 2. qu. 74. nu. 3. vers. & sic generaliter Koppen. dec. 26. n. 3. in princ.* sequitur *Berlich.* qui alia jura, & DD. cumulat *p. 1. concl. jur.* [7] *concl. 64. numer. 1.* & rationem adducit *num. 2.* nam reivendicatio est supra omnes actiones personales, & hypothecarias ex *Peguera dec. 38. nu. 1. vers. & ideo par. 1.* & aliis.

Secundò observo circa conclusionem traditam *num.* [8] 8. dominium transferri ex adjudicatione facta mediante apprctio per judicem, nam de hoc articulo fuit dubitatum in causa Ducis Casæ Calendæ, cum Gubernatoribus Gabellæ farinæ super deductione alagii in anno 1650. penes Iosephum Basilem R. à mandatis scribam coram D. Delegato d. gabellæ, pro quo Duce infrascripta allegabantur.

Existente creditore annis elapsis D. Aloysio Pappacoda Episcopo Caputaquensi nunc Liciensi quo. Fabri- [9] tii de Sangro Ducis Casæ Calendæ ducatorum mille capitalis una cum alia quantitate tertiarum, & intentato per eum judicio assistentis contra D. Scipionem de Saogro modernum Ducem hæredem super annuis redditibus hæreditariis debitis pro capitali majoris summæ per hanc fidelissimam Civitatem super gabella farinæ, obtentaque sententia, & expositis venalibus dictis redditibus, ac ipsis licitatis remanserunt in beneficium Scipionis de Ciaccio pro persona nominanda, capitale scilicet ducatorum quinquemille sexcentum quinquaginta super dicta gabella pro pretio ducatorum 1429. ad quos ascendebat creditum capitalis, & tertiarum d. Episcopi, idemque de Ciaccio licitator nominavit in emptorem eundem Episcopum creditorem, cui fuit decreta possessio dictorum redditum cum retentione d. sui crediti, nam reliquum cessit in causam Alagii.

Cumque post aliquod tempus per d. Ducem fuisset recmptum d. capitale pro eodem pretio à posse d. Episcopi, & tractaretur ad præsens de valuratione Alagii d. partitæ, & sic an censenda, uti antiqua in posse dicti

dicti Ducis, & sine Alagio, ut erat originaliter, vel (stante dicta emptione, & reemptione) uti nova cum d. Alagio reacquisita, ut veritatem fatear,

Arbitror dictam partitam antiquam esse reputandam, & sine Alagio, ut erat à primordio, inquam pristinam causam prædictam reemptionem redactam, 10 non obstante emptione inter media facta per dictum Episcopum ex pluribus.

Primò, quia d. emptio facta ab Episcopo mediante 11 persona d. Ciaccio habenda est, ac si immediatè ab ipso creditore facta fuisset. Attenditur enim persona, cujus nomine actus gestus fuit, & non gerentis *l. fideicommissa, §. interdum ff. de leg. 2. Iascer de constit. pecun. glo. in l. qui*, ubi *Bald. n. 4. ff. quod cum eo*, & pro uno contractu reputatur *Menoch cons. 163. num. .. Surdus dec. 162. circa finem, & dec. 216. & per totam Grattan. discept. forens. lib. 1. c. 132. num. 31. & 32.* & quando pos-12 sessio fuit tradita d. Episcopo creditori nominato in emptione, recta via dominium, si quid transire potuisset, translatum est *ex idem Grat. lib. 1. c. 207. num. 5. & 11.* Vnde cum habeamus creditorem ipsum emptorem 13 sub hasta dictorum redditum, dominium solum revocabiliter in eo transfusum dicimus, vel melius pignoris tantum causa prædictos redditus habuisse ad textum in *l. cum secundus §. 1. l. cum posterior ff. de distrah. pignor. ibi, non tam acquirendi dominii, quam luendi pignoris sui causa D. de Franchis dec. 39. n. 3. cum sequen. Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 121. num. 6. & 7.* & 14 ideò offerri, & creditum à debitore poterat, & dominium avocare, quod ideò quæstio ab emptore haberi non debet *l. debitor 59. ff. ad trebellianum Morotius de jure offerendi n. 19. de Georg. alleg. 60. n. 48. & 49. D. Marcianus consil. 18. n. 50. lib. 1. & Molfes. ad consuet. p. 2. de bonis, qu. 1. n. 4. D. Arias de Mesa var. res. lib. 1. cap. 50. numero 10. & cap. 8. numero 8. & 9 Præses Merlin. contr. lib. 2. c. 68. nu. 6. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. 9. & 43. n. 26. & 27. & q. 47. n. 14.* unde secunda reluitione dictorum redditum ex juris necessitate sequuta à Duce non reputantur nova acquisitio.

Secundò accedit, quod d. Episcopus emptor inter-15 posita alia persona emptionem contraxit, quo casu magis dominium non abscessisse à debitore, vel saltem per jus offerendi retrahi posse, statuit apertè *Imperator in l. & qui sub imagine, C. de distract. pignor.* cujus verba sunt satis ad propositum nostrum, ibi. *Debitori jus illibatum remanere, & in eadem causa esse in qua fuit ante gesta hujusmodi.* Vnde dominium semper 16 mansisse penes debitorem pro absoluto tenent, & in specie *Menoch. de præsumpt. d. lib. 3. præsumpt. 121. num. final. Giurba decis. 105. num. 14. Præses de Amato cons. 87. numero 4. D. Carleval. de judiciis tom. 2 lib. 1. tit. 3. disp. 1. n. 30. & disp. 24. nu. 1. & 8.* plenè alios citans *D. Arias de Mesa lib. 1. resol. 31. num. 1. ad ultimum*, & decisum testatur *d. Præses Merlin. d. controv. 68. num. 5. & 6. Merlin. de pignor. d. c. 47. n. 18.* quare d. emptio facta ab Episcopo non est habenda in consideratione sequuta resolutione.

Tertiò, quia stante d. reluitione, sive reemptione 17 juris dispositione causata, & necessaria ex parte d. Episcopi de introitus dijudicandi sunt secundum primævam naturam, ut erant, & in pristinam causam redacti, nec dicitur nova acquisitio, probat *textus in l. ob facta ff. de addict. addict.* quia res recuperata hoc modo censeri debet ejusdem qualitatis *Bart. in l sequitur, §. quod idem habeo ff. de usucap.* & resoluto contractu emptionis intermedio, redditur res ad jura primæva *Bald.* 18 *in l. qui ea lege C. de pactis inter emptorem, & venditorem D. de Franchis dec. 64. n. 5. & decis. 450.* ubi ita decisum *Molfes. ad Consuet. Neap. p. 2. de bonis qu. 2. nu. 4. & seq. D. Anellus Amat. cons. 4. n. 10. 15. & seq. Lanar. in addit. ad repet. Reg. Lanarii de feud. fol. mihi 368. n. 2. D. Regens Capyc. Latro dec. 104. num. 13.* quibus addo latissimè dissentem *Antoninum de Amato lib. 1. res. 4. per totam.*

Nec obstat, si dicatur, quod d. reemptio apparet 19 facta de voluntate partium, potius quam juris necessitate per reluitionem necessariam & sic non militare supra tradita, ut advertit *Molfes. loco citato n. 6.* quia respondetur idem esse fieri coactè, cum potuisset cogi ad faciendum ad textum in *l. novissimè, ff. quod falso tutor. Cagnol. in l. summa n. 115 C. de rescind. vendit.* & alii ad propositum cumulati per *Præs. de Fran. h. d. dec. 64. n. 5.* inde si Dux poterat cogere Episcopum emptorem ad dictam luitionem, & restituto credito, avocare dominium, dictorum redituum ex juris dispositione, fecisse dicitur coactè, & non voluntariè, q. d. nemo in necessitatibus liberalis existit, & procedunt omnia supra allegata.

Verùm quia post hæc lucubrationes ab adversariis 20 inspectat, duobus nituntur illas subvertere argumentis Primò, quod dispositio prædictorum jurium da revocabilitate dominii penes creditorem emptorem locum habent in pignora ex conventione, vel Principis oraculo addicto, non autem judicialiter, & per sententiam judicis ex *l. venustissimam, C. de jure domanii impetrando.* Secundò, quod eo minus in venditione prædicta jus offerendi subsistit, quia per jus luendi contracta fuit, quo omnia jura remanent resoluta, sed his objectionibus facilis erit responsio, & quo.

Ad primum prætermitto, quod Imperator *in d. l. ve-*21 *nustissimam* locutus fuit etiam de sententia judiciali, & judicis pronunciatione, ut ex pluribus verbis ejusdem contextus: docet *D. Præses Merlin. in contr. 68. num. 9. lib. 1.* qui aliundè probat, invehens contra 22 aliter sentientes, & d. num in judicio assistentiæ, prout in nostro, non repugnare dictum intellectum, quia ad pignus conventionale d. judicium pertinet, ut ait idem *D. Præses n. 10.* qui tandem per S. C. in judiciali venditione ejusdem l. dispositionem testatur *n. 11.* Nihilomi-23 nus vera est distinctio, & magis communiter recepta circa dictam revocabilitatem, & jus offerendi in judiciali venditione, quod sit jure creditoris extraneæ personæ, securus est emptor, & irrevocabilis efficitur dominus, nec jus offerendi locum habet, ut per *Doctores* supra allegatos, & ultra eos *Durand in dec. Rota Rom. 445. n. 5. 8. & 36.* ad quem recurrendum dixit in hac materia *D. Reg. Merlin. dict. contro. n. 4.* sed licitante, & emente ipso creditore ex propria persona, non erit se-24 curus, & jus offerendi locum habebit ex supradicta ratione, quia magis tuendi pignoris causa, quam ut dominium nanciscatur *d. l. cum secundus, §. 1. & l. cum posterior ff. de distract. pignor. & Doctores* omnes supra allegati in prima conclusione, quod jus offerendi non 25 solum posteriori creditori, sed ipsimet debitori competit *d. l cum posterior*, & omnes prædicti Doctores, nempè *Menoch Morot. D. de Georgio D. Marcian. D. Carleval. D. Arias de Mesa, Molfes. D. Præses Merlin. & Merlinus de pignoribus* supra recensiti expressè autumarunt, & *D. Præses eodem loco num. 6.* subdit, quod 26 licet *D. Cons. Arias de Mesa var. resol. c. 8. n. 10.* videtur intelligere dicta jura in eo tantum casu, quando posterior creditor emit pignus primo creditore instante, non autem quando anteriori creditori judicis decreto pignus adjudicatur, vel ipse emit; Nihilominus *D. Merlinus* testatur vidisse plories per S. C. judica-27 tum indistinctè competere jus offerendi debitori ex summa æquitate, si non juris rigore, quia quod posteriori creditori, sive debitori jus offerendi integrum sit, nulla creditor afficitur injuria, qui solum pecuniæ inest, ad ejusque consequutionem pignorum venditio ordinatur.

Et tandem quando per interpositam personam creditor emit pro absoluto habere locum jus offerendi 28 tradit idem *D. Merlin. d. contr. n. 5. & Durandus*, qui in Rota dicit fuisse admissam sententiam, ut creditore emente non habeat locum jus offerendi *d. dec. 445. n. 6. & 7. & n. 51. & 52.* quando tamen per suppositam personam

sonam emptio, à creditore perficitur, locum habet jus offerendi, & ita eadem *Rota* censuit, ut testatur *Durandus n.29.* & tandem in propriis terminis Nos habemus 29 decisionem S.C. relatam per D. *Præsidentem de Franch. dec.450.* quod taliter ementem habere locum jus offerendi, & per d. reemptionem bona reputentur, 30 uti antiqua, & non noviter quæsita, qui est casus noster, etiam quod voluntarie creditor retrovendat, nec est de hoc articulo dubitandum, ut ait *Molfes.d.p.2.de bonis, q.1.n.4.& 5.*

Quoad secundum non obstat, quod dicta emptio à creditore facta per jus luendi processisset, & ideo per 31 extinctionem jurium sequutam cessare debeat jus offerendi ad tradita per *D. Regentem Capyc. Latro decisio. 16.* quia respondetur quod resoluta dicta emptione per aliud jus luendi eidem competenti debitori, de illa non est habenda ratio, cum dictum jus offerendi, quod oritur per d. venditionem in beneficium debitoris, non potest remanere extinctum per eandem, sed solum alia jura, per prius ante venditionem competentia, ut in *dict. decis.* Imò quia dictum jus luendi facit extare primam emptionem reddituum cum ejus anterioritate, quæ non extinguitur, reputatur propterea uti antiqua emptio, & non nova, & sic includi dictum jus offerendi, & hæc sunt quæ pro parte Ducis allegabantur.

Ego tamen interrogatus à D. D. Josepho Capycio Latro Advocato arrendamenti, quid in hoc articulo 32 de jure sentirem, respondi, prædicta minimè militare in casu præsenti; jus namque offerendi minimè debitori competit, sed tantum secundo creditori, neque competere in venditione sub hasta, & tradita pos-33 sessione ad quod fundandum adduxi *D. Consil. Scabanum* in proprio articulo loquentem per hæc verba *resol.121.n.28.29.& 30 lib.2.resol.forens.*

Secundo D. Abb. Camillus, qui emit d. territorium erat assertus creditor, qui licet emisset re creditoris, 34 & sub hasta poterat ei per secundum offerri, quia intelligitur emisse, non tam acquirendi dominium, quam tuendi pignoris, ita est text. expressus *in l. cum l. secundus cum l. seq. ff. de distract. pignor.* quod procedit, 35 etiamsi in subhastatione alteri remanserit, qui statim postea cessit creditori, ut hic, cum præsumatur nomine creditoris obtulisse, ad quod similis ac punctualis est *decisio. D. de Franch. 69. n. 5. & seqq.* & non tinas in hac materia omninò videre, *Mangil. post hac scripta editum in tract. de subhastat. qu. 82. & 125. & signanter nu-36 mer.3.* sed hoc jus offerendi competens huic secundo creditori contra primum, nullo modo competere potuit debitori contra ejus creditorem, qui emit rem sub hasta illamque possidet, nam amplius non auditur debitor creditori offerendo, ut de magis communi, & veriori opinione ex pluribus quos allegat, tradit idem *Mangil. d. quæst. 80. n. 13. & 14.* ideoque nova dicitur 37 emptio, & alagium deduci debet à d. partita duc. 1650. & effectiva remanere debet partita solum pro ducat. 1429. solutorum d. D. Episcopo creditori, nam reliquos duc. 221. sunt pro alagio ordinato deduci per Collaterale Consilium sub die 15. Octobris 1649. ut liquet ex *D. Regente decis. 188. lib. 1.* exitum causæ ignoro, sed in libris gabellæ prædictæ haberi potest.

Tertiò observo circa dicta per *D. Regentem n. num. 5.* quod venditio facta cum pacto *quod pendente solutione pretii, rei vendita dominium minimè transfertur in emptorem*, an dict. pactum impediat emptorem, ut 38 non possit expellere conductorem ab affictu rei emptæ, tanto magis si emptio sit facta cum pacto de retrovendendo quandocumque, ac cum speciali hypotheca rei emptæ, & negativam opinionem substinui pro Duce Sancti Martini Francisco de Leonessa Patre Principis Sepini, emerat namque d. Dux quoddam territorium cum pacto de retrovendendo pro certo pretio, cujus medietatem solverat venditori, & reliquam quantitatem promisit solvere infra duos annos, cum alio pacto, quod pendente solutione d. restantis pretii dominium territorii nullo modo censeatur translatum in ipsum Ducem, imò expressè venditor voluit, quod d. territorium remaneat specialiter obligatum ipsi venditori pro satisfactione restantis pretii, ideo cum Dux requireret conductores ad relaxandum possessionem d. territorii empti, quia uti singularis successor non tenebatur stare colono juxta *l. emptorem ubi, gloss. in verbo colono C. locati*, & ad tradita per *Scapuccinum de success. sing. tit. de empto. n.1.* tamen conductores recusaverunt ab affictu discedere, eo quod per d. clausulas in instrumento venditionis apposita ipse Dux non erat dominus, & consequenter carebat actione expellendi ipsos conductores ab affictu, quare à Duce requisitus in anno 1642. infrascripta in jure allegavi pro ejus justitia, cumque agatur coram doctissimo Arbitro communiter hactenus electo in Civitate Beneventana illi omnia submitto.

Primò dicunt conventi Ducem esse emptorem cum 39 pacto de retrovendendo, quo casu non procedit regula *d. l. emptorem ex Bal. in l.1. nu.35. C. de jure fisci lib. 10.* & aliis qui *Bald.* sequuntur.

Sed in hac prima objectione licet de *Bald. doctrina* valdè dubitet *Tiraq. in tract. de retractu conven. §.1. glo. 40 unic. n.16. vers. licet contra*, tamen est advertendum, quod *Bal.* loquitur in casu contrario v3. in locatione facta per emptorem, quia facta reemptione per venditorem, ipse venditor tenetur stare locationi ex duo-41 bus. Primò quia, ut ipse *Bald.* apertis verbis tradit, dum ego vendidi, & tu promisisti retrovendere ad voluntatem meam, interim quia non redimo, tu frueris ex voluntate mea: Ergo sequitur, ut locare etiam videatis 42 ex voluntate mea, secundo addidit *Tiraq. ibid. nu.15.* ex mente *Cagnoli* quod redimens virtute pacti de retrovendendo videtur successor necessarius, in quem emptor tenetur, & cogi potest ad transferendum dominium, & ideo, non mirum, si teneatur stare locationi, *ex glos. in l. divortio in verbo 3. portio vers. Sed opponitur ubi Bald. &c. ff. sol. matr.* casus noster est in opposito, & sic in locatione facta per venditorem, & ab olutè dominum prædii vendita à quo emit Dux & proinde nulla datur proportio, sed est idem casus, qui deciditur in *d. l. emptorem*.

Et si instarent adversarii, quod emptor cum pacto de retrovendendo non succedit in plenum jus dominii, 43 quo casu limitatur communiter dispositio *d. l. emptorem* prout reassumit *Soccin. cons. 32. ex his col. 1. vers. est enim 1. vol.* de quo meminit *D. Præs. de Franch. decis. 218. numero 5.* advertendum est, quod decisio loquitur de con-44 ductore, qui nec dominium, nec possessionem habet. Nos sumus in emptore cui in nihilo derogatur ex pacto de retrovendendo. Siquidem ex pacto non alteratur jus pleni dominii, sed in omnibus emptor habetur, ut verus dominus, cum primus per alienationem, & traditionem non sit amplius dominus, nec duo possint insolidum ejusdem rei dominium habere *ad text. vulgatum in l. sine certo, §. si duobus ff. commodati*, & ideo hæc venditio dicitur pura, ut omnes notant *in leg. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* licet sub quadam facultate resolvendi, sicut pactum addictionis in diem, *ut in l. 1. ff. de in diem add. ct.*

Et per hanc rationem *Napod. in consuet. 1. de jure congr. 45 in gl. in verbo, emit. in 2. col.* concludit vicino competere jus congrui in prædio alienato cum privato de retrovendendo, nunc de venditione sub hoc pacto solvitur Laudemium, etsi posteà retrahitur debetur aliud secundum aliquorum sententiam, & in omnibus judicatur, ut puta, & simplex venditio, sic etiam vero domino deberi adjutorium, & in nihilo differre à domino habente jura dominicalia in re sua fundat per hæc & alia media, noster *Frecc. lib. 2. de subfeud. in qu. incip. hic quæro de nova quæst. à num. 1. ad 8* & hæc quæstio est imme-

immediatè præcedens ad tertiam auctoritatem, quam sine difficultate recipit *D. Præs. de Franch. dec. 26. nu. 1.* & pulchrè *dec. 159. n. 3.*

Secundo addunt ex alio non esse verum dominum, 46 ex quo pendente solutione pretii ad favorem venditoris adest reservatio dominii cum speciali hypotheca.

Sed huic motivo optimè satisfacit *Bal. in rubric.* 47 *de contrah. empt. in 13. q. nu. 13.* ubi viva, & concludenti ratione tenet, hoc pactum esse naturale in contractu emptionis, & venditionis, in quo nunquam transit dominium sine solutione pretii, nisi fuisset habita fides de ipso pretio per *tex. in §. venditæ inst. de rer. divis.* & ideo, ut interim pendente solutione prædicta emp- 48 tor dicatur verè, & propriè dominus itaut contra eum competant omnia juris remedia, ac si pretium solvisset eum *Bal. doctrina* decidit *Afflict. in dec 38.* & elegantet *Covarr. var. resol. lib. 3 cap. 11. nu 6.* ubi ex *Tiraq.* 49 & aliis tradit venditionem hoc modo factam, nullam habere conditionem, & in propriis terminis hos omnes refert, & sequitur *D. Præs. de Franch. dec. 506. n. 14. vers. decebatur tamen cum seq. & præsertim, n. 19.*

Adeoque reservatio dominii pendente solutione 50 pretii, est naturalis conditio in contractu emptionis, & venditionis, ut *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg.* subtiliter fuerit motus ad tenendum, quod etiam in contractu feudali substineri possit hoc pactum *decision.* ejusdem *D. Præs. 504.* cum notabili intellectu ad *Reg. Pragm.* ex qua expressè videtur prohiberi hæc reservatio dominii, ut latè fundat *in tit. de refut. feud. § 3. à n. 3. usque ad finem.*

Et ex ratione fit indubitabilis hic articulus, nam 51 prædicta decisio *Afflicti 338.* fundatur in dominio, seu effectu dominii radicato in persona hujusmodi emptoris, & ideo activè, & passivè agit, & convenitur jure congrui, ut ipse determinat, & *Ursill. ibidem* per plura comprobat.

Nec valet dicere quod ad finem retrahendi sufficit, 52 quod sit possessor, nec requiritur, quod sit dominus, prout idem *D. Præs. de Franch. in ead. dec. 506. num. 16.* asserit quod dabatur responsio prædictæ *decisioni Afflicti,* siquidem erronea omninò est hæc responsio, nec probabilis jure, aut auctoritate *doctoris*, prout ex eodem *Præside* constat *in sua dec. 7[illegible] per totam, & num. 3.* hoc resolvit ex clara *decis. Napod. in consuet. si quis emit* in verbo *alienus, ubi in* versic. *dico igitur*, aperte vult il- 53 lum habere jus congrui, qui est dominus rei Collateralis, saltem utiliter, & ideo extendit ad emphyteutam, cum sit utilis dominus, & restringit quò ad usumfructus conductorem, & alios qui dominium non habent, nec prodest quod in consuetudine fiat aliquando mentio de possessore simpliciter, nam illum præsupponit dominum, ut idem *Napod.* advertit in ipso verbo *alterius in princ.*

Et dum instat pars, addit in facto aliam considera- 54 tionem ad impediendum omne jus, & effectum dominii ex eo, quia inter ipsas partes expressè est hoc conventum, ut pendente solutione, ne dum non transeat in emptorem dominium, sed nec effectus ipsius dominii, patet responsio, quod totum benè procedit re- 55 spectu finis contrahentium, ut salvum esset jus venditoris respectu pretii, & ad hunc finem inter emptorem, & venditorem potest stare reservatio dominii, ac etiam omnis effectus in emptorem; sed quo ad alias personas omnis effectus dominii transit in emptorem, nec aliquo jure, aut pacto potest impediri, quia esset impedimentum contra naturam contractus emptoris, & venditoris, ut benè hoc sentit, & asserit *Affli. in prædicta dec. 338. n. 7.* & ideo agit, & convenitur jure congrui, & reliqua jura dominicalia consequitur, ut dominus.

Confunditur tandem hæc consideratio affectus dominii expressè reservati, ex *decis. Iurecons. in l. sicut emptio in fine, ubi glos. in* verbo *exolvat, ff. locati* ubi reservatur dominium & fit pactum, ut emptor sit con- 56 ductor fundi pendente solutione pretii, & sic omnis effectus dominii suspenditur, & retinetur penes venditorem, & tamen si fundus perit, non perit periculo venditoris, sed emptoris, non obstante quod emptor remanserit ex pacto expresso conductor fundi, pendente pretii solutione, ex quo *text.* clara resultat juris conclusio, quod hæ reservationes operantur ad beneficium venditoris respectu, dumtaxat, pretii non respectu aliorum jurium dominicalium, dum idem venditor, qui remanet dominus non patitur periculum rei, ex reservatione dominii, & effectu ipsius dominii etiam ex pacto, quod venditio sit conductio durante solutione pretii.

Aliud insuper considerandum est ad decisionem hujus articuli, quod nec *D. de Franch. in d. dec. 506.* nec 57 DD. per ipsum allegati considerant & est in casu nostro, quod non simpliciter, & absolutè fuit reservatum dominium, sed insimul etiam fuit reservata specia- 58 lis hypotheca, quæ duo simul non possunt stare, sed necessè est, ut eorum alterum corruat, vel vitietur, ut in puncto est *glo. in l. 1. §. fin.* in verbo *emerit*, *ff. de reb. eorum*, quæ vult per retentionem pignoris, sivè hypothecam corruere reservationem dominii ex regula, quod dominus rei non potest rem suam habere hypothecatam *l. neque pignus, ff. de reg. jur.* & ut corruat magis dominium, quam hypotheca, pulchrè tradit, & fundat doctissimus *Pisanellus*, licet satis corruptè impressus, ut ita colligi hoc possit *in addit. ad decis. Afflict. 338.* ubi allegat *Socc. cons. 2. num. 4. vol. 3.* nam licèt utrumque provideat indemnitati venditoris respectu pretii, tamen hy- 59 potheca est magis congrua, & adæquata ad contractum venditionis, & eleganter probat ex *text. in l. si cons. §. pactum nè peteret vers. & quod in specie, ff. de pact.* ubi duo pacta ad favorem mulieris fuerant adjecta pro restitutione dotis, & quamvis ultimum minus provideat indemnitati mulieris, tamen illud substinetur, & attenditur tanquam magis congruum, & naturale, & subdit *Iurecons.* nec causa dotis fit deterior, sed suæ formæ redditur.

Et ex his simul, vel eorum altero redditur clara, & indubitata hujus articuli decisio ad favorem emptoris, ut jura, & effectus dominii habeat, præter quam 60 respectu pretii inter ipsum, & venditorem accedente etiam solutione partis hujus pretii, quam in his terminis eleganter considerat *Barbos. in l. si cum dotem, §. fin. num. 57. & 58. vers. ultimo limita. ff. sol. matr.*

Tertio prætendunt limitare dispositionem *d. l. in emptorem* insciente rem esse locatam tempore emptionis, 61 quasi quod ex hac scientia censeatur approbare contractum conductionis ex doctrina, *Jas. in l. cum filio familias nu. 28. ff. de leg. 1.* quem videtur sequi *Bursat. cons. 101. n. 3. vol. 1.* & alii, qui cum his concurrunt.

Sed ut partis articulum perstringam, & undique par- 62 ti satisfiat, est advertendum, quod *Ias.* loquitur in vendente prædium, in quo colonus habet partem fructuum, & vult quod si venditor sciebat prædium teneri a colono Partitario, censeatur vendidisse partem suam, & non ad colonum spectante, & movetur ex eo, quia in venditione præsumitur hæc ignorantia per tex. *in l. verius, ff. de probat.*

Hæc *Iasonis* limitatio in venditore est omninò fal- 63 sa, nam *tex. in d. l. verius*, procedit in ignorantia facti alieni, sed in facto proprio non præsumitur, nec admittitur per tex. *in l. quamquam, ff. ad Velleian.* & ideò uti falsa in specie rejicitur à *Ioseph. Lud. in dec. 83. n. 10. 11. 12.*

Prætetea etiam in emptore improbanda est, quia ex 64 ejus scientia non potest produci approbatio conductionis, sed expressè requiritur, ut venditor reservet partem coloni ex fructibus, ut idem *Ioseph. Ludov.* fit ina-

*in eadem dec.num.*13. & ante eum *Socc. jun. in ead. l. cum filiofamil in* 3. *par.num.*75. quos refert, & sequitur noster *Praes.de Franch.dec.*334. per totum, & firmat non 65 esse curandum de scientia emptoris, & ita passim judicari contra *Toesan. in dec.*55. & alios testatur *D.Cons.de Anna in noviss.addit. ad singul.* 530. incip. *tex.in l. Iulianus* & in terminis, ut onus hoc reservandi jura conductoris spectet ad venditorem, est casus *in l.si mercoris §.qui fundum, ff.loca.*

66 Nec decisio *Surdi* 164. qui late examinat hunc articulum, potest adduci ad casum nostrum, nam ibi aderat expressa mentio de locatione quinimo aderat pactum, ut pensiones rei locatæ spectarent ad emptorem, ut legitur n.25. & 30. quo casu censet saltem in genere fuisse reservatum jus coloni, & inductum tacitum consensum emptoris approbantis locationem *eod.n.*30. & 40. at in casu nostro nullum verbum legitur locationis factæ, Conductori, nec approbantis respectu pensionum, & ideo non prodest illa decisio.

Nec potest intelligi de simplici scientia, sine aliquo 67 actu inducente tacitum consensum emptoris, nam esset contra casum expressum *in d.l. empt.* ubi traditur regula, ut emptor non teneatur stare colono, sed limitatur, nisi expresse ea lege emit, ut in conductione maneat, vel probetur aliquo pacto emptorem consensisse locationi ubi *glo.* in verbo *pacto* supplet, *id est tacite*; & ideo præcise requiritur pactum expressum, vel tacitum, & sic scientia simplex, & generalis non sufficit, *Scapuccin. de singul.succ.limit.*13 *n.*6.*cum seqq.*

Hinc *doctores* explicant, & intelligunt pactum taci68 tum in emptore recipiente à conductore, vel colono pensiones, sive fructus rei locatæ, *arg. l.litibus C. de agric.& censit.lib.*11. *Alex.consil.*88.*n.*37.*vol.*5. *Dec.consil.*546.*n.*14. vel in emptore dicente colono, quod continuaret locationem, vel quod sic coleret. vel semina69 ret, ut in terminis declarando *glosam* tradit *Alber.in d. l.emptorem*, & optime *Tiber.decian.in consil.*34.*nu.*17.18. 19. 20. Et in puncto cumulat hos omnes *Gutier. lib.*2. *canon.quæst.cap.*8.*num.*10.11.12. & 13. ubi etiam addit *Greg.Lopez. in l.*19.*glos.del leguero*, ubi *gl.magnat. tit.* 80. *p.*5.

Imò amplianda est conclusio, ut actus positivus, qui fit, non inducat perpetuum præjudicium, & sic pro toto tempore, quo res fuit conducta, sed temporale, 70 ita ut emptor recipiens pensionis pretium sibi præjudicat, pro illo tantum anno, quo pretium percepit, ut optime tradit *Molin. in tract. de primog.lib* 1.*c.*21.*nu.*7. quem adducit, & sequitur *Barbos.in l.filiusfamil.§. fin. n.*11. & 12. *eod.tit.ff. solut. matr.*

Insuper si aliter intelligeretur contradiceret principiis nostræ moralis disciplinæ, siquidem scientia simplex, 71 vel præsentia nunquam præjudicat, sed conservat jus præsertim, quod præsens, & tacens scit duraturum ad *tex.in l.sicut §. non videtur, ff.quib.mod.pign. vel hypot. solvit glosa* famigerata in *l.Caius, ff. de pignor. act.* & ideo ultra præsentiam, vel scientiam requiritur aliquis 72 actus positivus, ex quo tacitus consensus resultet, ut præ cæteris docet *Iser. in cap* 1. *numer.*31. 32. & 33. 73 *quib. mod. feud. amit. tit.*1. Cumque onus reservandi spectet ad venditorem ex *d.l.si merces, §. qui fundum, ff.locat.* citra dubium est, quod in nihilo læditur jus emptoris.

Quartò dicere adesse pactum de non petendo, sal74 tem per æquipollens, ita ut tacite videatur promissa non alienare, dum promisit non amovere conductorem ab affictu, prout *Ruin.* firmat *in consil.*180.*num.* 19. *lib.*1. ubi loquitur in donatore, qui promisit habere rata & firma omnia præmissa, & non contravenire, nam ut dicit ipse, aliter promisisse non alienare præsertim si promissio fuit cum juramento.

Sed primam assumptum de promissione facta de non 75 alienando, non est verum dum agitur de impedienda translatione dominii non sufficit pactum tacitum, sed omnino requiritur expressum, *ut Ripa fundat in l. filiusfamilias, §.divi n.*57. & 87. *ff.de leg.*1. & est maxima 76 receptissima apud omnes, quod non est eadem virtus taciti, & expressi quoties agitur de annullatione actus *Alex.cons.*59.*n.*19.*vol.*3. & specifice probat *Hieron.Gabriel.cons.*66.*n.*7.8.9.10. ea communi DD. sententia fir77 mat nedum non sufficere tacitum pactum, sed cum expresso requiri specialem hypothecã cum juramento, & in puncto pro nobis latius fundat *Surd.cons.*331.*n.*37. *cum seq.vol.*3. ubi dicit, quod ad hoc non advertit *Ruin. in d.cons.*180. & nihil ad hoc prodest juramentum, & magis precise, quod pactum de non alienando etiam 78 expressum cum juramento non impediat translationem dominii, contra omnes tuetur *Guttier. in praall. c.*8.*can.quæst.lib.*2. à 33. *ad* 39. & tandem *Scapuccinus de* 79 *success.singul. limit.*14.*nu.*2. requirit expressam promissionem de non alienando, & *numer.*7. probat esse necessariam etiam specialem, non autem generalem hypothecam, ut conductor expelli non possit.

Ex quibus etiam, quod adesset expressum pactum de 80 non alienando, debet concurrere specialis hypotheca, sine qua nihil operatur juramentum prout communem, & veram etiam ex nostris firmat *D. de Franch.decision.*302 *n.*7. & *n.*8. ubi *Coviar.* & *alios* adducit, & sic cessat utrumque assumptum partis in hoc articulo.

Quinto, & ultimo se tuetur generali hypotheca, 81 & inferunt illam sufficere conductori, saltem ad retinendum rem conductam, quousque sibi solvat interesse, & pro hac limitatione plures DD. adducuntur.

Sed in hac re (omissa disputatione) licet controversa sit hæc limitatio, tamen inter exteros, *Ant.Gabr. in tit. de pign.& hypot.lib.*3. *conclus.*1. ubi omnes recen82 set, tenet non sufficere generalem hypothecam, & dum ex mente *Ferdinandi Loaz.* conatur conciliare pro interesse *n.*5. *vers. concorda has opiniones*, tamen ibidem illam concordiam rejicit, & tenet requiri specialem, cum magis communi, & idem ex recentioribus tenet *Burs.in cons.*101.*n.*20.*vol.*1. allegat *Dionysium Pontanum ad consuet. Messan.* qui ex professo hanc communem tuetur, prout etiam testatur *Gamma dec.* 243. ubi videnda optima additio *Blasii Florez*, qui doctores ex utraque parte adducit, sed in praxi concludit ser83 vari, ut ad finem retinendi requiratur etiam specialis hypotheca in quo saltem si dubius articulus, esset recurrendum ad nostros Regnicolas *D. de Anna in alleg.*9. *qui n.*2. tenet etiam requiri specialem, sed *D. Præs.de Franch.* clare hoc sentit in *praalleg. dec.*305. *nu.*6. qui est videndus.

Sed ad conclusionem nostri articuli, etiam quod es84 set vera hæc limitatio, ut conductor possit virtute generalis hypothecæ retinere rem conductam, donec sibi solvatur interesse, tamen sine controversia omnium, qui tenent, pro, & contra nos, hæc limitatio sublimatur, & declaratur duobus modis.

Primò, ut procedat quotiescumque damna condu85 ctori essent certa declarata, & conspicua puta pensiones anticipate solutæ, expensæ, aut meliorationes factæ pro re conducta sequuta sunt incerta, vel illiquida, aut ab aliquo eventu pendentia, quia tunc pro incertis, & illiquidis nulla potest dari retentio, cumque in casu nostro interesse nedum est incertum, & illiquidum, sed stet adesse, & non esse, tanquam pendens à fertilitate, sive sterilitate territorii prædicti frustrà allegatur hypotheca pro retentione interesse incerti, vel non debendi, ad quod pro taliter decisiones adducit *Bursat. in praalleg.cons.*107.*num.*2.*vol.*1. *Ioseph Lude86 vic.in dec.* 38 *Lucens.* ubi licet teneat ad finem retinendi, sufficere generalem hypothecam; tamen determinat, interesse debere solvi a locatore, & non ab emptore, & quod debet esse liquidum, ut pensiones anticipatæ solutæ, *num.*14. ubi allegat *Bursat.* & alios idem

sentit

lentit *Alvar. Valasc. consult. 79. num. 10. Gutier.* probat *in praallegat. c. 8. lib. 2. can. quaest. n. 18. in fine, & 19.* & alii statim allegandi.

Secundo, dum interesse non est promptum, & li- 87 quidum, & nullæ apparent solutiones anticipatæ, vel meliorationes factæ in re conducta, & locatio est duratura per plures annos, & tunc novus emptor impeditur frui re sua, etiam quod in locatione adesset specialis hypotheca, tenetur conductor relaxare possessionem emptori, & ex æquitate apud *Valasc. dec. 82. nu. 10. Cavalc. dec. 49. n. 16. & 23. Surd. dec. 40. n. 8. Franc. Marcian. dec. 196. in fin. lib. 2.* & in Concilt. Siciliæ fuisse decisum testatur *Mastrill. dec. 5. n. 13. 14. & 15.*

Tandem de medio prorsus tollitur hæc contentio 88 de interesse, nam omnes DD. qui de retentione loquuntur, supponunt casum in conductore, cui ex lege contractus, hoc interesse debetur adversus venditorem, in casu nostro etiam probato lucro, sivè emolumento hujus prædii, adhuc non potest conductor pro hoc lucro cessante agere contra venditorem ex eo, quia lucrum est incertum, & pendens ab eventu, quo fit, ut conductor possit in lucro, & in damno versari, hinc in fortiori casu deciditur contra pupillum *in l. fi. ea lege, C. de usur.* ubi non agit minor contra suum creditorem, cui mater assignaverat fundum sub prætextu, quod majores fructus percepisset, quod erat interesse pecuniæ sibi debitæ *& Imperator* subiecti ratione ob incertum fructum eventum.

Quæ omnia verissima sunt, & cavillari minimè pos- 89 sunt, tanto magis quia ità decisum ad favorem emptoris fuit per S. C. sub die 15. April 1617. referente D. Consil. *Gaspare Palatio* viro ex omni parte dignissimo, nam dum DD. Fratres Caraccioli vendidissent Francisco Antonio Amettano caratas duodecim gabellæ realis piscium pro ducat 87. † quorum certa quantitas tantum fuit soluta ipsis fratribus, cum pacto tamen de retrovendendo quandocumque, & quod pendente solutione restantis pretii, dominium d. caratarum minimè transferatur, sed illæ remaneant specialiter obligatæ ipsis fratribus, quia d. caratæ reperiebantur locatæ Livio Greco, seu ejus hæredibus, Amettanus instabat, quod illi relaxarent d. caratas, quia tanquam novus dominus, & singularis successor non tenebatur stare colono, & è contra d. hæredes cujus jura tuebatur *D. Regens consult. 26. lib. 1.* opponebant illum non esse dominum, ex d. pactis in venditione appositis, tamen per S. C. fuerunt prædicti hæredes condemnati ad relaxandum, & dimittendum d. Amettano possessionem d. caratarum duodecim gabellæ realis piscium, præstita tamen cautione per dict. Amettanum de solvendo quidquid fuerit per S. C. judicatum respectu interesse prætensi, ut ex processu in banca Carboni nunc Caroli Morelli.

Conductores recesserunt spontè ab affictu pro com- 90 placendo Duci, ideoque noluerunt articulum decidi per arbitrum electum, ut certioravit me Dux.

M. A. Grazian.

ARGUMENTUM.

An emptori, qui antequam emisset declaravit, habere nudum nomen, dominium quæratur, an vero ei, cujus nomine emptio facta fuit, & an ex solutione pretii actio quæratur ei, ad cujus beneficium declaravit emptor, emere voluisse, & verba enunciativa an, & quando præbent.

SUMMARIUM.

1 *Emptori fiduciario, sive persona ficta, vel simulata jus non quæritur, sed ei, ad cujus beneficium emptio facta fuit.*

2 *Nudum nomen habere, & substantiam negotii ad alium pertinere, non est inconveniens.*

3 *Hypotheca specialis in præjudicium anteriorum creditorum an possit constitui.*

4 *Debitor an possit in fraudem creditorum non acquirere, & an ei liceat ante acquisitionem declarare, nudum nomen habere, & deinde cum ista conditione acquirere.*

5 *Venditionem esse simulatam, à principio debet agi inter partes.*

6 *Suppositæ personæ jus non quæritur, sed vero emptori.*

7 *Plus juris in alium transferre, quam ipse habet, nemo potest.*

8 *Facta mentem efficacius declarant, quàm verba.*

9 *Verba enunciativa ad alium finem prolata, quando postmodum constat de veritate, non præjudicant, nec incidenter prolata probant, num. seq. & numer. 22. Et quid si fuerit interpositum juramentum, numero 23.*

11 *Verba enunciativa non probant, quando specialiter disputatur de ipsa re enunciata. Fallit ut numero 24. & 25.*

12 *Donationis commemoratio facta in testamento, nisi de ea appareat, nihil ponit in esse.*

13 *Donatio facta in testamento ut valeat; requiritur, ut concurrant termini habiles ad contrahendum inter vivos.*

14 *Dictio, alii repetitiva ejusdem qualitatis ad præcedentes.*

15 *Venditione resoluta emptori competit actio ad recuperandum pretium, quamvis nudum nomen in venditione habeat.*

16 *Factum magis, quam contemplatio attenditur.*

17 *Actio pro recuperanda dote non competit uxori, cujus contemplatione fuit promissa, sed hæredibus viri.*

18 *Emptor licet non habeat in emptione, nisi nudum nomen, ipse tamen ad pretium remanet obligatus, non autem is, cujus nomine emit.*

19 *Emptione facta nomine alterius, illi alia actio non quæritur contra habentem proprium nomen, nisi ad cedendum rem emptam.*

20 *Solutio facta à tertio invito debitore, eum liberat, quæritur tamen illi utilis negotiorum gestorum actio adversus dictum debitorem, & num. seq.*

DECISIO CXLIII.

IN transactione inita inter interesse prætendentes super successione Status qu. Ill. Principis Bisiniani Nicolai Bernardini Sanseverini, etiam de ordine Suæ Majestatis facta, inter alia pervenit ad Illustrem Ducem Gravinæ Civitas Sancti Marci cum titulo, antiquitate, & honore Ducatus, cum conditione, tamen ut alienari non possit absque assensu Suæ Majestatis, quod nedum fuit factum pro futura cautela interessatorum, verum quia respectu dicti Illust. Ducis habebat Regius Fiscus interesse, quia filiis carebat, nec alium successorem habebat, nisi Illustr. Ducissam Sermonetæ, sororem utrinque conjunctam, quæ etiam successoribus carebat.

Dictus Illust. Dux vendidit prædictam Civitatem Vincentio Corciono V. I. D. postea etiam Regiæ Cameræ Summariæ Præsidenti; qui emit pro persona nominanda pro convento pretio ducatorum centum viginti mille, hoc est ducatos centum, & quindecim mille pro illis solvendis Creditoribus, qui habebant dictam Civitatem obligatam, & hoc pretium fuit in instrumento venditionis appositum, alios vero ducatos quinque mille mediante scriptura privata, etiam teste signata promisit solvere liberos, & explicitos, in posse prædicti Ducis pervenientes, ita ut de eis disponere potuisset ad libitum ve-

rum casu, quo venditio non habuisset affectum, teneretur illos restituere emptor, qua emptione facta dictus Corcionus nominavit in emptorem Illustr. Marchionem Fuscaldi, per quem per diem ante fuerat declaratum, ipsum habere nudum nomen, sed quod commodum, & incommodum spectabat ad Marium Spinellum ejus patruum, cujus etiam ipse erat successor, & in effectu dicti ducati quinque mille fuerunt soluti dicto Duci per Procuratorem, tam dicti Marii, quam ejus sororum.

Verum quia Sua Majestas noluit prædictæ venditioni assentire, & sic venditio fuit resoluta, ideo egit Ill. Marchio, & obtinuit contra Illustr. Ducissam Sermonetæ, hæredem dicti Ducis fratris ad restitutionem dictorum ducatorum quinque mille cum interesse, quibus stantibus compaurerunt Creditores dicti Ill. Marchionis Fuscaldi, & obtinuerunt sequestrum super dicto nomine debitoris.

Prætendebat Octavia Spinella soror, & hæres Marii, tolli sequestrum, quia Ill. Marchio per diem ante, quam Corcionus nominasset ipsum in emptorem, declaravit, habere in dicta emptione facienda nudum nomen, & utile, & damnum ad quondam Marium spectare, cujus ipsa erat hæres, & sic Marchio fuit tantum emptor fiduciarius, & ipsi jus non fuit quæsitum, sed ipso Mario, ad beneficium cujus fuit
1 facta emptio, *Bald. in l. cum precibus, in fin. C. de probat.* & facit *text. in l. si quis, C. plus val. quod agit.* nec
2 est inconveniens, ut unus habeat nudum nomen, substantia vero negotii ad alium pertineat, *Grat. discept. forens. cap. 950. numer. 46. Alex. cons. 198. nu. 10. lib. 7.* ea doctrina *Bar. in l. c. in fin. C. plus valere, quod agit.* quod maxime procedit, quando nullum ex hoc præjudicium infertur Creditoribus, sicuti in simili dicimus, posse hypothecam specialem constitui in præ-
3 judicium Creditorum anteriorum, per *text. in l. licet, C. qui potior. in pign. habeant, l. 1. §. fin. ff. de reb. cor.* & decisum refert *Franch. decision. 569. Loffred. consil. 3.*
4 *numer. 20.* & similiter si debitor potest non acquirere in præjudicium creditorum, juxta *text. in l. qui autem, ff. quæ in fraud. credit.* ergo & licebit ei ante acquisitionem declarare, nudum nomen habere, & deinde cum ista conditione acquirere, ut ipsi jus non quæratur, sed tertio, in cujus beneficium contraxit,
5 & sic nedum in principio acquisitionis, sed ante dictus Marchio declaravit, in sui personam simulatam esse venditionem, sed quod spectabat re vera ad Marium, quod posse à principio fieri, dixit *Bald. in l. 1. colum. fin. in verb. illud tamen menti tenendum, C. si serv. extor.* & est *text. in l. 4. §. si ab ignoto, ff. de manumiss.* ibi *initio enim hoc fieri debet, ut imaginaria esset venditio, Alex. cons. 29. n. 19. vers. præterea ad hoc, lib. 7.* & quod talis contractus, quando ab initio fuerit declaratum, sit validus, habetur ex *Dec. cons. 543. numer. 18. vers. & quod altum est, & numer. 19. D. Reg. Galeot. controv. 18. num. 5. & 6. lib. 1. Grat. discept. for. c. 950. numer. 46.* qui alios citat, ex quibus dixit *Bal. in d. l. cum precibus,*
6 quod personæ suppositæ jus non acquiritur, sed ipsi vero emptori, ex *tex. in l. cum propria*, ubi etiam *Bal.* & cæteri, & in *l. multum interest, si quis alter, vel sibi, Franc. Marc. decision. 46. lib. 1. Gratian. discept. for. c. 878. num. 19. & cap. 131. numer. 19.* Cum igitur nullum jus ex dicto contractu emptionis fuerit quæsitum dicto Illustri Marchioni, qui non ipsius nomine, sed dicti Marii emit, sequitur, quod nec ejus Credito-
7 ribus aliqua actio competat, nemo enim potest plus juris in alium transferre quam ipse habet, *l. 2. C. de pœnis, cap. nemo plus. de reg. jur. in 6.* & *l. nemo plus, eod. tit.*

Quod etiam dicebatur ex facto declarari, nam prædicti ducati quinque mille non aliter fuerunt so-
8 luti venditori per dictum Marchionem, sed per Procuratorem Marii, & factum efficacius mentem declarat, quam verba, *l. qui tamen. §. si, qui servum*, ubi *glos. ff. de adilit. edict. Tiraquel. de retract. convent. ad finem n. 76.* & alii adducti per *D. Præsid. Granat. Valenz. cons. 142. n. 528. vol. 2.*

Nec prædictis obstare dicebatur, quod ipsa Octavia in quodam compromisso declaraverat, hanc pecuniarum quantitatem spectare ad Marchionem, & hoc idem etiam in quodam testamento nuncupativo facto per eam, nam respectu declarationis factæ in
9 compromisso, fuit enunciativa inter alios contrahentes, ad alium finem prolata, & proinde quando postmodum constat de veritate, verba enunciativa non præjudicant, *Anchar. cons. 191. numer. 2. vers. sit non obstat,* & est *text. in l. ex his, C. de milit. testam. clem. 1.*
10 *de probat.* nec verba enunciativa incidenter prolata, probant, *Alex. cons. 190. num. 31. volum. 6. Dec. in d. l. ex his, num. 8. Corn. cons. 260. volum. 3. numer. 10.* maxime
11 quando specialiter disputatur de ipsa re enunciata, non autem de validitate actus, in quo fit enunciatio, *Dec. cons. 539. & cons. 309. numer. 4. in fine, & 348. in fin. Anell. Amat. cons. 7. numer. 26. Nicolaus Genua de verbis enunciativis. post tractatum de scriptur. privat. lib. 2. quæst. 4. numer. 3* ubi alios adducit. Nec etiam de declaratione in testamento facta erit habenda ratio, quia potius ex ea, quatenus dictæ declarationi esset standum, probatur intentio ipsius Octaviæ, dum dicit, quod donat dicto Marchioni dictos ducatos quin-
12 que mille, nam dum illos donat, ergo erant Octaviæ, & respectu donationis nihil ponit in esse, *l. si donatio, C. de donat. l. Lucius, §. quisquis, el secondo, ff. de leg. 2.*
13 quamvis enim possit per viam contractus fieri donatio in testamento, attamen hoc est intelligendum, quando concurrunt termini habiles ad contrahendum inter vivos, & in specie quod fiat in præsentia utriusque *glos. in l. hæredes palam, §. si, ff. de testam. Boer. decision 355. num. 4. Bal. in l. rationes, num. 6. C. de probat.* & *in l. creditores, C. de fideicommiss.* alias enim esset revocabilis, sicuti & ipsum testamentum, *Ruin. cons. 129. num. 6. vol. 1. Natt. cons. 123. num. 4. vol. 1. Surd. cons. 164. n. 37. lib. 2.*

Prædictis autem replicabant Creditores, sequestrum tolli non debere, quia erant dicti ducati quinque mille Marchionis, eorum debitoris, cum erant soluti pro pretio dictæ Civitatis, ut apparebat ex Albarano, inter partes inito, in quo dicebatur, quod ultra ducatos centum, & quindecim mille erant sol-
14 vendi alii ducati quinque mille, quæ dictio, *alii*, est repetitiva ejusdem qualitatis ad præcedentia, *l. quidam relegatus*, ubi *Bar. ff. de rebus dub. l. 3.* ubi *glos. ff. de serv. fugit. Afft. decision. 244. Barbos. de dictionibus,*
15 *dict. 26.* & propterea facto casu, quod venditio Civitatis prædictæ Sancti Marci ob assensum denegatum, sit resoluta, actio competebat Marchioni emptori ad repetendum pretium cum interesse, & hoc executum fuit, nam dictus Marchio egit contra Ducissam Sermonetæ hæredem, & obtinuit sententiam, quod rite recteque processit, quia actio oritur inter emptorem contra venditorem, ad rem venditam tradendam, venditori vero, ad recuperandum pretium, *Bar. in l. qui in aliena, §. sic. qui putabat, numer. 1. ff. de acquir. hæred. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 24. num. 4. Dom Reg. Galeota controvers. 61. numer. 6. lib. 1.*
16 & hoc quamvis vera esset lectura dictæ Octaviæ, quod Illustris Marchio emit contemplatione ipsius, quia plus attenditur factum, quam contemplatio, *Bald. in l. pactum, quod dotali, in 9. quæstion. de collat.* & probat etiam *text. in l. si pro te pater*, alias *si pater,*
17 *C. de dotis promiss. Franch. decision. 33.* qui ex iis concludit, actionem pro recuperanda dote non competere mulieri, cujus contemplatione fuit promissa, sed hæredibus viri, non obstantibus iis, quæ in dicta causa scripsit *Anna alleg. 129. & sing. 601.* nam contra ipsum fuit decisum, ut addit *Anna filius, Natta ad cons. Alex.*

11. vol.

ii.vol.4. ac idem *Natta cons.90.nu.6. Gabriel.commur. conclus.3.tit.de jur.dot.Carthar.dec.Genua 34. Surd.dec. 22.n.15. in fin.*

Secundò hoc, & alio medio fundabatur, nam certum est, quod Ill. Marchio etiam in sui beneficium, & ipse pretium promisit, & sic ipse remanebat obligatus, non autem Marius, ad quem, declaravit, emptionem spectare, *Bart. in d.l. qui in aliena 6. §. si is, qui putabat, num.2 ff.de acquir. haredit. Aleiat.de prasumpt.d.reg.2.prasumpt.24. numer.4. Cald.us de empt. &* 18 *vendit.cap.7.n.24.* ex quibus juribus *Reg. Galeota in d. controvers.62. num.10.* & post ipsum novissime *Regens Merlinus controvers.67.numer.13. cent. 2.* concludunt, quod licet emptor non habeat, nisi nudum nomen, quod ipse ad pretium remanet obligatus, non autem is, cujus nomine emit, quia venditor cum eo non contraxit, & forsan nec utique contraxisset, erat enim 19 Marius Clericus, nec alia actio quæritur illi, cujus nomine fuit facta emptio, nisi contra habentem proprium nomen ad cedendum rem emptam, juxta *text.* dispositionem in *l.si ex ea, & l.si ut proponis, C. de rei vendic.* dato autem, quod Marius solvisset id, quod Marchio debebat, ei quæritur actio, vel ad rem emptam tradendum, vel ad repetendam quantitatem so-20 lutam, non adversus venditorem, sed adversus ipsum Marchionem, potest enim tertius etiam invito debitore, suum debitum solvere, *l. solutionem 23. & l.sol.* 21 *vers.53.ff.de solut. Gratian. discept.forens.tom.2.cap.388. num.5.* & quia solvens pro alio, utile negotium gerit, *l.solvendo, ff. de neg. gest. l. fin. eod. tit.* & ideo adversus debitorem utilem negotiorum gestorum actionem acquirit, § *Instit. quib. mod. toll. oblig.* & habetur ex *glos.in d.l. solvendo, & in l. sed. an ultro, §.1.de. neg. gest. Rota Genuens.decis.170. Dominus Valenzuela cons. 134.nu.15. de Ponte cons.95. numer.4. tom.1.* si ergo dicta Octavia hæres Marii est creditrix in actione personali dicti Marchionis, ipsi Creditores hypothecarii essent præferendi.

Rursus nec ipsa est vere creditrix Marchionis, cum in instrumento procurationis facto in personam Pauli Spinelli ad stipulandum compromissum cum dicta Ill. Ducissa Sermonetæ expresse legatur (*restituta tamen prius ipsi Marchioni duc. 5000. per eum solutis dicto Duci, ultra pretium conventum in instramento* 22 *venditionis prædicta*, & quamvis verba enunciativa propter aliud emissa regulariter non probent *§.plane, Instit. de milit. testam. l. obligation. sub lantia, §.fin.ff.* 23 *de action. & oblig.* cum concordantibus, tamen si in dictis verbis enunciativis fuerit juramentum interpositum, disponunt, & probant *Angel. in l.ex his verbis, C. de testam. milit. Anchar. in clem. 2. de probation. Grammat. in voto 16.numer.5.& cons.104.fus.in d.l. ex. his verbis, num.6.fallentia ad regulam pradi.lam. Aleiat.* 24 *de prasumpt.reg.3.prasumpt.4.num.8.* & alii congesti per *Seraph.de privileg.juram.privil. 92.* & quamvis quando principaliter de enunciato disputatur, non disponant, ut habetur ex eodem *Seraphin.num.8.* tamen sublimitatur dicta limitatio, quando enunciativa est inter easdem partes, *Nicol.Genua in d. tractat. de verbis* 25 *enunciativis lib.1. quast.41 sub num.4.* sicuti dicebatur esse in casu, de quo quærebatur, item & secundo sublimitatur, quando cum ipsis verbis enunciativis alia concurrerent, nam tunc etiamsi de enunciato disputetur, probant, *Fabius de Anna cons.88.* & alii adducti per *Nicolaum de Genua in loco supra citato*, sic intelligendo doctrinam *Anchar.* supra pro contraria parte citatam; in hac autem causa plura concurrebant, nam idem ipse Marchio judicium instituit, petens, sibi duc.5000. restitui, tanquam ad ipsum spectantes, quod est idem jus, quod fuit enunciatum, Ipse ad sui favorem sententiam reportaverat, nec unquam Octavia comparuerat, nisi post factum sequestrum, & demum ipsamet Octavia in testamento, quod nuncupative fecerat, hoc idem fere dixit, licet quia is prædicta pendebat super dissequestro in S. C. ulla fuerit verbis, quod dicti duc. 5000. sibi debebantur, & quod illos Marchioni sub hærede instituto donabat, & sic videbatur, quod erant ad ipsum Marchionem perventuri, & propterea facta per me relatione in S.C.die 31 Octob. 1637.fuit dictū, quod instantia facta per dictā Octaviam habebat difficultatem, & proinde firmo remanente sequestro infra quatuor dies audiantur partes, quæ postea ad concordiam devenerunt; penes de Litto Actorum Magistr.

OBSERVAT. IN DECIS. CXLIII.

SUMMARIUM.

1 *Testamentum faciens mentionem de donatione facta, eam non probat, si de illa non appareat & n.3 4. contrarium à n.5. per tot. n.19.*

2 *Verba testamenti Ducis Zagarola ad beneficium D. Camilli filii referuntur,*

5 *Causa falsa non vitiat legatum, sed censetur testator mandasse, quod solvat legatum, n.6. sive sciat, sive ignoret testator, n.8.*

Demonstratio falsa non vitiat, nec perimit legatum, ibidem.

7 *Expressio causa non requiritur, quando legatum ex mera liberalitate procedit.*

8 *Hæres tenetur probare contrariam testatoris voluntatem, vel illam errasse, n.11.*

9 *Testator confitendo in testamento se donasse, etsi donatio non sit vera, legasse censetur, tanto magis si ibi ratificet donationem, n.14.*

Actio pro legato legatario competit, si testator fatetur in testamento illi donasse, ibid.n.9.

10 *Verba enunciativa dispositionem induunt in ultimis voluntatibus, & n.12.*

13 *Confessio mariti, bona uxoris ad ipsum pervenisse facit, ut uxori ex testamento actio quaratur.*

15 *Legatum quid sit, salitum benigna interpretatione, numero 27.*

16 *Confirmans ostendit enixam ejus voluntatem, ac novam operatur donationem sive legatum.*

17 Tex. in l. ex hac scriptura, ff.de donat. *explicatur.*

18 Tex. in l. si donatio 5. C. de donat. *declaratur.*

19 *Exitus causa adducitur.*

20 *Donatio in testamento fieri potest concurrentibus requisitis necessariis in donatione.*

21 *Verba* lascio, & dono, *an importent legatum, vel donationem, & quod importent legatum probatur, n.23. per tot. n.30. & ita decisam adducitur, n 31.*

22 *Filiafamilias, nec testari, nec legare potest, si est sub patria potestate, etiam cum consensu patris.*

25 *Consuetudo Neap. sed mulier de filiafamil. nubea, non procedit in filia familias extera, qua nupsit Neapolitano, nec bona extra districtum & extra Regnum comprehendit.*

26 *Filiafamilias donare causa mortis potest cum consensu tamen patris expresso.*

27 *Reges excluduntur à prohibitione donationis, & insinuationis de ratione, n. 28. non tamen Duces, & alii recognoscentes superiorem, n.29.& n.30.*

29 *Rex donando debet exprimere donare Regia auctoritate, ad hoc ut donatio valeat, alias non valet donatio.*

32 *Actio pro recuperanda dote à promissore competit hæredibus viri non autem uxori, sive illius hæredibus, etiam soluto matrimonio, num.33.40.& pariter si viro, & uxori sit facta promissio, nu.35.& etiam si vir urgeret ad inopiam n.36.de ratione, nu.37. contrarium, nu. 38.39.41.42.43.*

34 *Uxor, vel ejus hæredes agere debent contra hæredes viri, vel ut solvant, vel ut cedant actiones, contrarium, n.38.39.41.42.43.*

37 *Actio datur acquirenti, non autem illi, cujus contemplatione acquiritur.*
44 Text. in l. si pater, C. de dot. promiss. *procedit constante matrimonio.*
45 Tex. in l. si socer, §. Lucius, ff. sol. matrim. *procedit de vigore, secus de aequitate.*
46 *Æquitas vigori praefertur.*
47 D. Cæsar Carena Cremonensis *laudatur.*
48 *Actio pro repetenda dote quoad substantiam est communis patri, & filia, & num. 49. quo vero ad exercitium est solius patris, nu. 50. de ratione, nu. 51.*
52 *Solvens pro alio potest in solutione apponere legem, quam vult, & licet fuisset conditio apposita per judicem domi eorsecta, n. 53. tamen per S. C. fuit revocatum d. decretum, n. 54.*

Dominium rei emptæ, an quæratur emptori, qui antequam emisset, declaravit habere nudum nomen in emptione facienda, an verò ei, cujus nomine emptio facta fuit in quo articulo *D. Regens in hac decisione* proposito videtur inclinare; quod dominium quæratur ei, qui emit ex traditis *numer. 14. cum pluribus seq.* ideoque stantibus conjecturis consideratis, fuit decisum, quod firmo remanente sequestro infra quatuor dies audiantur partes, *num. 25. in fine*, Ego autem pauca observo circa hanc decisionem, cum ex facto probando, decisio articuli oriatur.

Primò observo nam *D. Regens n. 13* adducit conclu-1 sionem, quod donationis commemoratio facta in testamento, nisi de ea appareat, nihil ponit in esse, quod tamen difficultatum vidi in S. C. in causa D. Camilli Columnæ cum Duce Zagarolæ ejus fratre in banca Figliolæ, si quidem Dux communis pater in ejus testamento rogato sub die 13. Januarii 1614. in quo post hæredis institutionem in personam fratris primogeniti, in beneficium tamen ipsius D. Camilli his verbis disposuit, *Et quatenus opus est, conferma una donatione fatta per esso Eccellentissimo testa-2 tore al secondo suo genito nomine Camillo Colonna di ducati centomila fatta nell'atti del Velo nella piazza de' SS. Apostoli in Roma, in quello modo, & forma, che in quella si contiene.*

Quare cum petiisset in S. C. D. Camillus d. duc. 100. m. cum interesse à Duce fratre, fuit replicatum illos 3 non deberi, ex duabus rationibus. Prima, quia dispositio est relativa ad donationem, & sic relatum in referente, quia non producta, nulla oritur actio. Secun-4 da, quia si vigore testamenti agit, non aliter dispositiva verba in ejus beneficium leguntur, sed tantum relativa, & incidit in idem.

At pro D. Camillo dicebat D. Jo: Anton. Parisius Baronaolo Cocoli, Advocatus doctus, & fortunatus cum Clientibus, quia magnas opes reliquit, justitiam Clientis apertis juribus probari dicebat.

Primò ex generali regula, quod falsa causa non vitiat legatum, nam si testator legat centum Titio, quia 5 ejus negotia curavit, vel alios quid fecerit, esto quod nulla ex causis sit vera, debetur legatum, ad tex. in *l. demonstratio falsa, §. 1. ff. de condit. & demonstrat.* quod etiam dixit *Imperator in l. 2. C. de falsa causa adie. legat.* ibi, *etiam si veritas debiti non subest, falsa demonstratio non perimit legatum, & ex testamento ejus quoque nomine competit actio*; ità in hoc casu censetur testator 6 hæredi mandasse, quod solvat d. duc. 100. m. licet non mandaverit, *ex Bart. in l. si sic, §. mihi, ff. de leg. 1.* estque 7 communis opinio *Crass. in §. legatum q. 59. nu. 3.* expressio namque causæ non requiritur, quando ex mera liberalitate legatum procedit, ut post *glos. in d. l. demonstratio, §. 1. Bart.* & communiter DD. ac *Gomez. var. resol.* 8 *tit. de lega. num. 76.* quod ampliatur, modo sciat, modo causam ignoret testator, veram esse, & hæredi contrariam testatoris voluntatem probandi, onus incombit, ut post *Castr. & alios, idem Gomez loco citato docet.*

Secundò, quia confitendo se donasse, se debitorem 9 constituit, & si donatio non esset vera, legasse censetur, & licet ex donatione, actio non competat, ex testamento, tamen agere non prohibetur, quia verba enunciativa dispositionem inducunt in ultimis volun-10 tatibus *l. 1. ubi Castr.* omninò videndus *nu. 1. & 2. C. de falsa causa adject. lega.* & hæredi testatorem errasse 11 probandi onus incumbit, ut tradit *Castr. ibid.* quod expressè fundatur in *l. Lucius, la seconda, §. quisquis ff. de legat. 2.* cujus verba sunt.

Quisquis mihi, hæres erit, sciat me debere Demetrio patruo meo denaria tria, & deposita apud me à Seleuco patruo meo denaria tria quæ etiam protinus reddi, & solvi jubeo, quæsitum est an, & si non deberentur actio esset, respondi, si non deberentur nullam, quasi ex debito actionem esse, sed ex fideicommisso.

Quod quidem responsum procedit, etiamsi testator reddi, & solvi non mandavit, sed tantum simpliciter 12 fuerit confessus. ut notabiliter probat post *Dinum, & alios Castr. in l. generaliter q. 11. usque ad finem, C. de non nume. pecu.* & ampliatio ista fundatur expressè in *l. 1. §. fi. ff. de dote prælega.* ubi confitendo maritus uxoris bo-13 na ad ipsum pervenisse, & si nihil aliud dixerit, ex testamento uxori actio competit, ut post *Castr. Bart. Alber. Bal. Cuma.* notavit *Gomez loco citato, nu. 81.* Emi-14 nentiss. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 4. num. 2.* ac tanto magis prædicta procedunt in casu isto, dum non modo testator donasse confitetur, verum donatum confirmat, ideoque testamenti vigore egit, 15 cum legatum sit donatio quædam testamento relicta, ab hærede præstanda *l. legatum, ff. de lega. 3.* ac purificantur ad tradita per *Capyc. dec. 180. n. 20.* confirmans 16 namque enixam testatoris voluntatem ostendit *Cardin. Paris. cons. 63. n. 11.* & novam operatur donationem, ac si eodem testamento, non modo legasset, verum & donasset, ut post *D. Rovit. Dec. & Suarez* docet *D. Regens Valenz. cons. 79. n. 11.*

Tertiò per mendicata suffragia non eundo adducebat 17 *tex. in l. ex hac scriptura, ff. de donat.* qui his verbis quæstionem dirimit. *Ex hac scriptura sciant hæredes mei vestem universam, ac res cæteras quascumque in diem mortis, quæ mecum habui illis libertis meis, vivum donasse dominium ad libertos, benigna interpretatione pertinere*, donatio hoc casu non producitur, nec disponit testator, & nihilominus, benigna interpretatione debetur, & dominium quæritur ita in casu D. Camilli dicendum est, ita post *Cyn. in d. l. generaliter* 18 *q. 8.* ubi *Castr. & alii Gom. loco citato nu. 81.* vers. etiam *Cardin. Paris. cons. 62. n. 2.* ideoque, si articulum decidere voluerit S. C. per juris terminos, decidere poterit ex Imperatoris decisione in *l. si donatio 5. C. de donatio* per hæc verba loquentis.

Si donatio per epistolam facta non apparet, verba tamen testamenti, quibus liberalitas testatricis confirmata est, fideicommissum non ambigitur, & limitatur *authent. quæ aliquo, C. de edendo*, nam relatum non est in referente, ut inquit *Bald. ibid. num. 2.* & sic ex hac decisione principalis articulus absque ulla donationis productione deciditur, ut debeantur d. duc. centum mille cum interesse ex testamento.

19 Causa ista adhuc indecisa manet, ut audivi nonnullis interesse habentibus ex testamento d. qu. D. Camilli, sed veritas haberi poterit ex processu prædicto in banca Figliolæ.

Secundò observo ad conclusionem quam adducit *D. Regens nu. 13.* quod quamvis in testamento possit fie-20 ri donatio, attamen id intelligitur concurrentibus terminis habilibus ad contrahendum inter vivos, & præcipuè quod fiat in præsentia utriusque, alias donatio esset revocabilis, sicut, & ipsum testamentum; Hinc cum D. Virginia de Rovere Ducissa Gravinæ moribunda fecisset testamentum, in quo disposuit ad beneficium Ducis ejus viri præsentis per hæc verba *lascio,*

e dono

dona al Duca mio marito il Casale, che ho in Roma, che litigo con lo Nepe, mortua dicta Ducissa fuit in S.C. dubitatum an hæc dispositio esset donatio, vel legatum, & an deberetur Casale prædictum d. Duci viro, qui ex verbo illo *dono* prætendebat esse donationem inter vivos, non autem legatum cum adfuit præsentia donatarii, qui gratias egit Ducissæ donanti; & numerus sufficiens testium cum judice ad contractus, & sic concurrunt omnia requisita ad donandum; & procedit conclusio per *D. Regentem* adducta *dict. numero* 13.

22

In contrarium tamen pro Duce Vrbini patre d. Ducissæ, dicebatur d. dispositionem esse merum legatum etiam ex confessione ejusdem Ducis viri, qui vigore legati petiit d. Casale in supplicatione, ac in aliis scripturis præsentatis in S. C. ac pariter, quia ita probatum extat ex depositione; etiam nonnullorum testium Ducis Gravinæ, & quod propterea dum agitur delegato, & sic de dispositione ultimæ voluntatis, legatum non debetur, cum d. D. Virginia erat sub patria potestate Ducis Vrbini, filia namq; familias sub patria potestate existens non potest testari, legare, vel fideicommittere, nec etiam cum patris consensu ex juribus per *Nos* adductis, *obser*. 134. *n*. 1. 5. 34.

23 24

Nec obstare dicebatur *consuet. Neap. incip. sed mulier sub tit. de filiafamilias nuben.* per quam filiafamilias nupta exeat à patria potestate, & efficiatur sui juris, adeo quod non solum causa mortis donare, sed etiam testari possit, siquidem *consuetudo* non comprehendit bona extra districtum, & multo minus d. Casale situm extra Regnum, ac etiam alia ratione *consuetudo* non merebatur allegari, quia illa locum habet in mulieribus Civibus Neapolitanis, non autem in exteris nuptis viris Neapolitanis, ut erat d. Dux Gravinæ de platea sedilis Nidi.

25

Et etiam dicebatur neque d. dispositionem valere in vim donationis causa mortis, quam facere posse filiam familias non dubitatur, ex dictis per *me d. observat.* 134. *num.* 36. quandoquidem requirebatur expressus consensus paternus, ad donandum scilicet causa mortis, ut per *Guid. Pap. dec.* 223. *n*. 2. *&* 5. si tamen adest clausula codicillaris modo quo *Nos* exposuimus *d. observ.* 134. *n*. 36.

26

Vltimo dicebatur non obstare *text. in l pen. C. de donat. inter vir. & uxor. & in l. sancimus vers. exceptis C. de donat.* in quibus juribus excluduntur Reges à prohibitiona donationis, & insinuationis, nam que d. privilegium est reservatum tantum Regibus, & aliis inferioribus non recognoscentibus superiorem ad tradita per *Gabriel lib. 3. commun. conclus. tit. de donat. concl.* 1. *n*. 20. 21. *&* 23. ubi limitat d. privilegium non habere locum in Ducibus, & aliis dominis superiorem recognoscentibus: Imò etiam Rex, & alii non recognoscentes superiorem, ad hoc ut validè donent, requiritur, quod exprimant donare Regia authoritate, quia alias non valeret, ut notabiliter voluit *Bald. in c.* 1. *§. item Sacramenta n.* 19. *de pace tenen.* & sequitur *Jacobin. de sancto Georgio in tract. de feud. in verbo, sed an Princeps n.* 20. idemque dicunt scribentes *in l. frater à fratre, ff. de condit. & demonst.* & pariter respondebatur, quod licet nonnulli DD. teneant d. privilegium concessum Regibus, extendatur etiam ad alios dominos recognoscentes superiorem, tamen intelligunt, procedere dummodo habeant jura imperii, & Regiam auctoritatem, sed Dux Gravinæ & alii titulari hujus Regni Neap. non sunt hujusmodi, cum eorum jurisdictio sit satis limitata, & nedum M.C.V. sed S. C. ac alia Tribunalia Regia sunt judices appellationis, & impediunt ordinationes, & decreta ipsorum, unde dixit *Paris. de Puteo de re integr. feud. c.* 1. *n*. 5. quod sunt Duces, ac Titulari nomine.

27 28 29 30

Quibus omnibus per S.C. ruminatis declaravit testamentum nulla mediante sententia junctis Aulis lata, à qua cum reclamasset Dux Gravinæ, tandem die 9. Octobris 1598. fuit decisum benè judicatum per idem S.C. & imponatur perpetuum silentium, patrocinante pro Duce Gravinæ D. Jo: Hieronym. Zumpolo, & pro Duce Vrbini D. Francisco de rogatis in banca.

31

Tertiò observo, quod *D. Reg.* tradit *num.* 17. actionem pro recuperanda dote à promittente, vel ab hæredibus illius, non competere mulieri, cujus contemplatione fuit promissa, sed hæredibus viri, hæc conclusio fundatur in *l. si pater alias, si pro te pater, C. de dot. promiss.* idque non solum constante matrimonio, sed etiam illo soluto, procedit, *l. si socer. §. Lucius, ff. solut. matr.* & ita decisum, in S.C. testatur *D. de Franch. dec.* 33. contra *Guid. Pap. dec.* 375. adeo quod actiones transeunt ad hæredes viri; non ad uxorem, vel ejus hæredes, qui tamen poterunt agere contra hæredes viri, vel ut solvant, vel ut cedant actiones, & opinionem *D. de Franch.* secuti sunt *Gaill. observat.* 133. *num.* 7. *Trivis. dec.* 22. *n*. 7. *lib.* 1. *Hieron. de Lauren. decis. Avenion.* 25. *n*. 9. aliique relati per *D. Regentem consult.* 148. *lib.* 2. hinc *Faber. in Cod. lib.* 5. *titul.* 7. *de jure dot. definit.* 31. hoc ampliat etiam si viro, & uxori fiat promissio, & in fine subdit, mulieris personam adjectam fuisse, ut appareat mulieris nomine, dotem fuisse promissam, item ampliatur, quamvis maritus vergeat ad inopiam, nam hoc casu actio neque mulieri competit, adversus patrem dotem promittentem, & ita decisum fuit in Rota executiva Genuæ, ut testatur *Cartar. dec.* 43. quem refert *D. Reg. ibid. n.* 52. qui rationem adducit *n*. 54. nam quando aliquid acquiritur contemplatione alterius, datur actio acquirenti, & non ei, cujus contemplatione acquisitum fuit, *ex glo. in d. l. si pater, Baldo, & Cravetta, ibi citatis.*

32 33 34 35 36 37

Hic tamen articulus non transit sine difficultate, nam, ut inquit *D. Regens Sanfel. decision.* 130. *numer.* 1. hæc controversia inter duos Præsides decisionum collectores variè definita reperitur, siquidem *Guidopapa* actionem de dote consequenda mulieri soluto matrimonio competere in parlamento conclusum fuisse affirmat, quamvis marito stipulanti dos promissa esset *dict. dec.* 375. è contra vero *D. de Franch.* negat, nisi ab hæredibus viri sit præstita actio, vel agat actione hypothecaria contra promissorem, ut nomine debitoris viri, & ita per S.C. decisum refert *d. dec.* 33. jura tamen, & authoritates, pro utraque decisione adducit *D. Sanfel. ibid. à n.* 1. *per tot. n.* 5. *& D. Reg. d. consult.* 148. similiter pro *dec. D. de Franch.* jura, & DD. cumulat *n*. 48. *per tot. n.* 56 *& pro decisione parlamenti Gratianopolytani* DD. cumulat *n*. 57. quare *num.* 58. inquit, quod articulus habet pro utraque parte DD. authoritates, ac rectè sustineri posse opinionem pro muliere, cum sit magis æqua etiam marito mortuo, ex eodem *Guidopap. dec.* 135. maximè stante juramento *ex Seraph. de privil. jur. privil.* 15. & aliis adductis *n*. 59. quam æquitatem juxta Senatus Gratianopolitani sententiam fuisse amplexam nedum M.C.V. sed etiam S.R.C. suis temporibus testatur *D. Sanfel. ibid. n.* 6. ac rationes etiam adducit *nu.* 7. *per tot. num.* 13. respondens *nu.* 14. ad jura adducta *per D. de Franch.* ut scilicet *text. in d. l. si pater* procedat constante matrimonio, *& text. in leg. si socer. §. Lucius, ff. sol. matrim.* loquatur de rigore secus verò de æquitate *ex text. in l. unica §. videamus, C. de rei uxor. actio*, ibi, *æquissimum est*, quæ æquitas rigori præfertur *l. placuit, C. de judic.* sed post hæc scripta vidi *D. Casarem Caretam* Cremonensem virum doctissimum, ac omnibus numeris absolutum *resol.* 215. *numer.* 18. ubi tradit quod quoad substantiam actionis repetendæ, DD. communiter concludere eam esse patri, & filiæ communem *ex text. in l.* 1. *§.* 1. *ff. sol. matr.* ibi, *ipsius, & filiæ est*, dictaque verba intelligi quoad substantiam actionis, ex *Menoch. de arbitr. tradit casu* 142. & aliis ibi adductis, quo verò ad ipsius actionis exercitium attinet *tradit num.* 19. illud esse solius patris, solus enim

38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50

pater actionem ad dotis restitutionem exercet, ad quod allegat *Coras. Donell. in sedibus, ibi, indicatis, ac D. Paschal. de patr. potest. c. 4. p. 1. n. 2. & seqq.* rationem communionis actionis, illiusque exercitium assignat *n. 20.* 51 *vers. qua continuo*, ubi quod exercitium d. actionis spectat ad patrem ratione legitimæ administrationis.

Quartò observo circa conclusionem traditam per *D. Regentem n. 20. & 21.* quod solutio facta per tertium inviro debitore ejus creditori eum liberat, quæritur tamen illi tertio solventi utilis negotiorum gestorum actio adversus d. debitorem, ideo in solutione poterit solvens apponere legem quam voluerit, erit tamen in electione creditoris, an velit cum ea lege recipere 52 solutionem sed quando non recusat recipere, tenetur observare legem positam per solventem, ideoque cum Marchio Cerchiariæ Iulius Pignatellus esset creditor in ann. ducat. 111. 4. 6. pro capitale ducat. 1400. qu. Octavii de Capua, & ipse insimul cum aliis creditoribus institissent in S. C. contra D. Ioannam de Capua viduam, hæredemque d. D. Octavii cum beneficio tamen legis, & inventarii, à d. D. Ioanna de ejus propria pecunia fuit factū depositum liberandum d. Marchioni pro toto ejus credito, facta tamen cessione jurium, ac præstita cautione de restituendo cui, quibus, & quando, & cum per D. Consil. *Gasparem Palatium* fuisset d. 53 depositum liberatum eidem Marchioni sub die 22. Septembris 1614. facta tamen cessione jurium, ac cautelis de recepto, non obstantibus aliis conditionibus in d. deposito contentis, à prædicto decreto appellavit d. D. Ioanna respectu cautionis præstandæ, & obtinuit verbum fieri in S. C. & facto verbo per eumdem sub die 21 Octobris 1614. fuit per S. C. provisum in hunc modum juxta petita per D. Joannam in banca Galterii nunc de Litto.

Per S. R. C. declaratum est bene fuisse provisū per Ma- 54 *gnificum, causa Commissarium sub die 22. Septemb. 1614. verum ex quo pecunea deposita est propria D. Ioanna, si d. Marchio renitens fuerit præstare cautionem petitam depositum restituatur eidem D. Joanna, & Marchio dirigat gressus suos contra heredes, & bona hereditaria qu. D. Octavio de Capua, hoc suum. Palatium. Jo. Baptista, Figliola pro Secretario. Galterius Actuarius.*

M. A. Gezzius.

ARGUMENTUM.

Substitutione facta in casu, quo hæres decedat in matrimonio cum certa persona, vel cum alio de familia, an si nubat ante tempus duodecim annorum, prævia dispensatione Summi Pontificis, & moriatur matrimonio non consummato, erit locus substitutioni.

SUMMARIUM.

1. *Pueri ante rationis usum sunt inhabiles de jure naturali ad matrimonium contrahendum; & quæ ætas requiratur, tam in masculo, quam in fœmina.*
2. *Matrimonii causa finalis duplex nempe sobolis procreatio, & fornicationis vitatio.*
3. *Magistri, sive Doctores non dicuntur legere, nisi horis competentibus, & congruis legant.*
4. *Sacerdotes non dicuntur Altari assistere, nisi congruis horis semper assistant.*
5. *Minor duodecim annorum si antequam uxorem ad ejus domum ductam carnaliter cognoscat, moriatur, moriatur eidem quarta non debetur.*
   Sed contra, quando adest dispensatio Summi Pontificis circa ætatem, ut n. 23.
6. *Nupta non potest videri, quæ virum pati non potest.*
7. *Ætas sicuti cognatio impedit matrimonium.*
8. *Donatio facta à viro ei, quæ nondum viri potens nupserat, valet, ac si non essent vir, & uxor.*

Amplia, ut num. seq.

10. *Fieri posse non dicitur, quod non legitimè fit.*
11. *Minoris copula cum uxore ante tempus, & nimis festinans, est punienda.*
12. *Mulier minor si est carnaliter cognita a viro an lucretur quartam.*
13. *Matrimonium immaturum non est verè matrimonium.*
14. *Nuptiarum festinantia punitur, nec debet esse causa lucri.*
15. *Substitutionem allegans, tenetur illam probare, aliàs potest dici substitutio, scriptura de se non loquitur.*
16. *Malitia multoties supplet ætatem ad validandum matrimonium, ante ætatem à jure præscriptam initum, quæ cognoscitur ex habitu corporis.*
17. *Matrimonium sublato jure positivo ex natura rei validè contrahi potest inter impuberes, modo adsit sufficiens rationis usus.*
18. *Impotentia temporalis matrimonium non dirimit, sicut neque quando conjuges sunt perfectæ ætatis, & ex defectu complexionis, & temperamento vir uxorem cognoscere non potest.*
19. *Copula non est necessaria ad essentiam & validitatem matrimonii.*
20. *Matrimonium contractum inter absentes per Procuratorem an sit validum, tam ratione contractus, quam Sacramenti.*
21. *Senes an validè contrahant matrimonium; ubi refertur rigor legis antiqua Papiæ Poppeæ, quæ prohibebat illud contrahere.*
22. *Matrimonium licet à jure Divino institutum, in ætate tamen à jure positivo præfinita potest Summus Pontifex dispensare.*
24. *Fideicommissum ut inducatur potius mens quam verba testatoris attenditur.*
25. *Verbis non est curandum, quando constat de mente.*
26. *Verba quando non sunt expressa in ultimis voluntatibus, attenditur quod ex probabilibus conjecturis elicitur.*

DECISIO CXLIV.

INstituit Sancia Gattola Victoriam Bonitam, ex Francisco filio neptem & in casu, quo nuberet cum Luca Bonito, vel alio de familia, & in dicto matrimonio absque filiis decederet, substituit Venerabile Monasterium Divæ Catharinæ de Civitate Gaetæ. Cumque dicta Victoria nupsisset dicto Lucæ, ante tamen duodecimum annum, & non consummato matrimonio decessisset, fuit dubitatum, utrum esset factus casus substitutioni in beneficium dicti Venerabilis Monasterii.

Ad exclusionem Monasterii dicebatur, casum non 1 evenisse, quia matrimonium non fuit factum in tempore congruo, nec fuit consummatum, pueri enim ante rationis usum sunt inhabiles de jure naturali ad matrimonium contrahendum, & ideo requiritur ætas quatuordecim annorum in masculo; & duodecim 2 in fœmina, *capit. continebatur, capit. attestationes, cap. ex litteris, & cap. puberes, de desponsat. impub.* & ideo non potest dici verè matrimonium, non enim adest causa finalis ad matrimonium contrahendum, quæ est sobolis procreatio, & fornicationis vitatio, *can. hi duo, de consecr. distinct. 1. & glos. in summa 27. quæst. 1. Magister Sententiarum lib. 4. distinct. 27. Daniel Venatorius in analysi juris Pontif. lib. 4. titulo primo Basil. Pontius de Sacrament. matrimon lib. 1. capit. 20. in princ.* & ideò ante ætatem perfectam, & ad matri- 3 monium habilem non videtur posse dici verè matrimonium, sicuti in simili Doctores non dicuntur legere, nisi congruis horis legant, *can. de quibusdam* 4 *37. distinct.* & Sacerdotes non dicuntur assistere, nisi congruis

congruis horis assistant, *can. Sacerdotibus* 31. *distinct.* ex quibus quærit *Napod. in Consuet. Quartam autem* 5 *de jure quarta, num.*34. quod si minor duodecim annorum nupserit, & ducta est ad domum viri, nondum tamen carnaliter cognita, an mortuo viro habebit quartam, quæ mulieri debetur soluto matrimonio? 6 Et tenet, quod non, quia non potest videri nupta, quæ virum pati non potest, *l. penult. quando dies* 7 *legat. cedit.* & quia ætas, ut cognatio impedit matri- 8 monium, *l. minorem, ff. de ritu nupt.* Item inter eos valet donatio, ac si non essent vir, & uxor, *l. quod vir,* & *l. cum hic status, §. si quis sponsam, ff. de donat. inter* 9 *vir. & uxor.* & *n.*35. hoc amplilat, etiam si posset pati 10 virum, & esset in ejus domo, non tamen cognita, quia non dicitur posse fieri quod non legitimè fieret, argumento *d. l. penult. ff. quando dies leg. ced.* taliter enim 11 copula minoris nimis festinans esset merito punienda, *l.*2. *C. de secund. nupt.* & in *auth. de restit.* & *ea, qua* 12 *par. §. fin. col.*9. quia cessaret causa finalis ad contrahendum matrimonium, quæ, ut supra diximus, est prolis procreatio, & ut fornicatio evitetur, imnò neque quartam lucrari, tenet idem *Napodan. num.*36. quamvis talis mulier minor duodecim annis fuisset 13 carnaliter cognita, nam immaturum matrimonium non est vere matrimonium *d. l. cum hic status*, *§. si quis sponsam, ff. de donat. inter virum & uxor.* & ideo 14 festinantia nuptiarum punitur, & proinde non debet esse causa lucri, *l.*1. *C. de secund. nupt. Institut. de nupt. §.*1 *in princ. Afflict. in Constit. Regni, Si quis raptore quæst.*7. & ex his dicebatur, non esse locum dictæ substitutioni, quia vere non decessit in matrimonio cum dicto Luca, nec alio de familia Bonito, & proinde 15 dici potest substitutio; scriptura de re non loquitur, *Bal. in l.*1. sub *num.*3. & in *l. ad probationem, num.*2. *C. de probat. Fusar. de substit. quæst.*351. *num.*9. & *Ego* dixi in *decis.* 1. *num.*1.

Dicebatur tamen pro Venerabili Monasterio, esse factum casum substitutioni, quia matrimonium erat verè contractum, & in dicto matrimonio instituram decessisse, quamvis enim certa ætas à jure ad matri- 16 monium contrahendum constituta sit, tamen multoties malitia supplet ætatem, & tunc validum est matrimonium, etiam antequam ad ætatem duodecim annorum mulier pervenerit, quod cognoscitur ex habitu corporis, & aliis positis in *cap. puberes, cap. de illis, il secondo,* & *cap. fin. de despons. impub. Thom. Sanchez. de Sacram. matrim. lib.*7. *disput.*104. *n.*5. & 20. *Basil. Pont. lib.*7. *cap.*55. *Farinac. in decis. crimin.*72. post 1. *tom. Consil.*

17 Insuper matrimonium sublato jure positivo ex natura rei valide contrahi potest inter impuberes, mo- 18 do sufficiens adsit rationis usus; impotentia enim illa, quod consummare non possit matrimonium, est temporalis, & ideo non dirimit matrimonium, sicuti neque si conjuges sint ætatis à jure statutæ, & ea defectu complexionis, & temperamenti non possit vir uxorem cognoscere, ut docent *Scribent. in cap. Impuberes, de despensat. impub. Basil. Pont. ubi supra nu.*2. dat rationem, quia sæpe illa impotentia non est perpetua, sed temporalis, multoties enim fœmina, quamvis sit duodecim annorum, tamen ob teneram ætatem à viro cognosci non potest, & vir quamvis sit 14. annorum coire non valet, & ideo fœmina expectanda est usque ad 14. annum, masculus vero usque ad 18. a quo tempore incipit triennalis experientia, nec ad essentiam matrimonii, & ejus validitatem copula 19 est necessaria, ut ex multis fundat *Basil. Pont. de sacrament. matrimon. lib.*1. *cap.*16. *num.* 11. Sic etiam di- 20 cimus, validum esse matrimonium contractum inter absentes per procuratorem, *Innoc. in cap. Juvenis. de sponsalib. num.*5. *Hostiens. in Summ. tit. de sponsal. §. qualiter contrahatur. Covar.* 2. *par. de matrimon. cap.* 1. *§. unico, num.*5. & nedum est validum respectu contractus, verum etiam ratione Sacramenti, *Sot. in* 4. *distinct.*17. *quæst.*1. *art.*5. *ex hujusmodi*, *Gregor. de Valent.* 4. *tom. disp.* 10. *qu.*1. *pact.* 4. *Pont. de Sacram. matrim. lib.*1. *cap.*10. *num.*3.

21 Et hac etiam ratione, quamvis sexagenarii ex rigore legis antiquæ *Papia Poppea* contrahere matrimonium prohiberentur, de qua lege meminit *Lactant. Firm. de fals. religion. lib.*1. *cap.* 16. tamen *Claudius* primo talem legem sustulit, *Lips. ad lib.*2. *annal. Corn. Tacit.* & deinde *Justinianus in leg. sancimus, la seconda,* & *leg. si libertam, C. de nupt. Petr. Gregor. syntagm. jur. univers. lib.* 9. *cap.* 6. *Menoch. de arbitr. jud. casu* 89. *num.*57. *Rot. Rom. in noviss. ab anno* 1626. *dec.*20. *n.* 21. ubi quod jure Canonico senes, etiam decrepiti possunt matrimonium, contrahere, *Sanch. de matrim. lib.*7. *disput.*92 *n.*19.

22 Et quamvis matrimonium à jure Divino institutum sit, ut habetur ex *Sanch. de matrim. lib.*3. *disp.* 4. *n.*3. sive à jure Divino positivo, & naturali, ut placuit *Sot. in* 4. *dist.*26. *q. unic. §. per hoc patet, Medin. lib.* 4. *de continent. controversi. cap.*5. *Cardinal. in rubr. de sponsal. n.*5. tamen certum est, certam ætatem fuisse à jure positivo præfinitam, & ideo Summus Pontifex dispensare potest, prout in casu prædicto dispensaverat, & propterea dubitari non poterat, validum esse matrimonium, ita post alios *Sanch. de matr. lib.* 8. *disp.* 6. *n.*14.

23 Nec prædictis obstare dicebatur doctrina *Napodan.* & aliorum, quia non loquitur, quando adest dispensatio Summi Pontificis, circa ætatem, dato ergo matrimonio valido, eo, quia Victoria decessit in matrimonio, videbitur esse factum casum substitutioni.

Ex alio vero fundamento hoc corroboratur, quia 24 ad inducendum fideicommissum potius mens, quam verba testatoris attenditur, *l. unum ex familia* 69. *§. si omissa ff. de legat.*2. & quando constat de mente, de 25 verbis non erat curandum, *Bald. in l. quoniam indignum, C. de testam. Iason l. si quis filium, C. de liber. præter. l. pater filium* 36 *§. pater filiæ, ff. de leg.*3. ubi *gloss. Bar.* & alii; igitur erit videndum, quæ fuerit causa, qua dicta testatrix mota fuerit ad faciendam dictam dispositionem, & certè nulla alia potuit esse, nisi quia Franciscus Bonitus Victoriæ pater & testatricis filius instituit hæredem Victoriam, & voluit ipsam matrimonio copulari cum dicto Luca, vel alio de familia, voluit ergo Sanciæ avia testatrix, ut ad ejus neptem bona sua pervenirent, & ad ipsius descendentes; verum quia poterat fieri casus, quod vir decederet, & Ipsa Victoria ad secundas convolaret nuptias, pro secundo matrimonio voluit ut dotem liberam habuisses, & non subjectam fideicommisso, sivè substitutioni, ad hoc ut maritum faciliter Inveniret; In casu autem quo ipsa decederet in matrimonio contrahendo cum dicto Luca, vel alio de familia, voluit, bona ad dictum Monasterium pervenire, in quo aderant ejus filiæ, & consanguineæ, & non ad extraneos, & hanc dicebatur, fuisse mentem testatricis, quæ verificabatur in casu de quo agebatur. Et quod ex probabilibus conjecturis elicitur, etiam quod verbis expressis colligi non potest, in ultimis voluntatibus attenditur, *l. in conditionibus primum locum* 19. *ff. de condit. & demonstr. l. cum del antonis. ff. item cactabos, vers. optimum. ff. de fundo instructo, l. hæredes mei* 67. *§. cum ita, ff. ad Trebell. Peregr. de fideicomm. art.*18. *per tot. Rey Galeot. controv.*50. *n.*5. *lib.*1.

Quibus discussis die 3. Iulii 1640. fuit per S.C. decisum, factum esse casum substitutioni, & proinde hæreditatem dictæ Sanciæ spectavisse, & spectare ad dictum Venerabile Monasterium juxta tamen liquidationem faciendam, & hoc quia remanebat decidendus articulus respectu aliquorum bonorum, penes Jadonissum pro Amico.

OBSER-

OBSERVATIO IN DECIS. CXLIV.

SUMMARIUM.

1 *Ætas ad matrimonium valide contrahendum, in fœmina est duodecim annorum, & in masculo quatuordecim annorum completorum, quid si deficiant aliqui dies, n.2.& 3.5.6. quid in septennio requisito ad sponsalia contrahenda, an si deficiant duo, vel tres dies, num.7.& 8.*

9 *Matrimonium initum ante pubertatem est nullum, nisi malitia suppleat ætatem, & quæ requirantur intelligeat n.12.*

10 *Pueri, & puellæ nonnullæ ante pubertatem genuerunt, & pepererunt, quæ referantur, maximè si nutriti sunt in delitiis, & pater superbas opes, tunc enim majores vires, majusque robur corporeum acquirunt n.11.*

13 *Pubertas quando finiatur tam in fœmina, quam in masculo, & n.14. 15.*

16 *Fœmina quare citius pubescat, & sit nuptiis idonea, quam masculus, & n.17.& 18.*

10 *Maritus, & uxor si simul moriantur præsumitur quod prius decesserat mulier.*

20 *Papa potest dispensare, ut matrimonium in quacunque ætate, initum, valeat, dummodo pueri usum rationis habeant, & sint doli capaces.*

21 *Episcopus justa existente causa, ut pro bono pacis, vel ex alia urgentissima necessitate potest dispensare, ut matrimonium contrahatur ante pubertatem.*

22 *Impedimenta dirimentia matrimonium quando locum habeant, & in qua linea, & usque ad quem gradum extendatur prohibitio, n.23.*

24 *Impedimentum affinitatis ad quem gradum extendatur & n.25.& 26.*

27 *Dispensatio obtenta à Papa super gradibus prohibitis, ut valeat quæ requirantur, in quarto, & quinto gradu, numer.28.*

29 *Pater potest gravare filiam ultra paragium, ut aliquem nominatim de ejus familia ducat in maritum, alias privetur majori summa legata ultra paragium & n.41. limita, n.42.43.44.*

30 *Conditio nubendi in familia, alias hæreditate, vel legato privetur, non est valida, & rejicitur, inter personas prohibitas, & de quibus gradibus intelligatur, n.31.32.33.34.*

35 *Legatum factum monasterio pro dote puellæ, ibi existentis, si illa à monasterio exeat, & nubat in matrimonio carnali, non debetur puella.*

36 *Puella minor de familia Capyciorum si nubat absque consensu, & approbatione Gubernatorum montis, & sic contra capitulationem illius, si moriatur vir in matrimonio non tamen consumato, an per viam restitutionis in integrum recuperet maritagium, si iterum nubet cum consensu illorum.*

37 *Conditio apposita in legato facto filiæ si nubat cum consensu alicujus substinetur, quoad quantitatem ultra legitimam, deficit tamen si ingrediatur monasterium, nisi de contraria testatoris voluntate constat n.38.41.*

*Monasterium facit deficere conditionem, si sine filiis de*cesserit legitimis, & naturalibus, *n.39.*

40 *Mors naturalis, ac civilis per professionem in monasterio sufficit, & substitutus admittatur.*

41 *Puella non teneatur contrahere matrimonium cum persona nominata per testatorem, si illa persona sit indigna, vel ratione qualitatis personæ respectu nobilitatis, vel bonorum fortunæ, ac etiam ætatis, numero 42.43. 44. & nisi religionem ingrediatur puella, n.41.*

44 *Maritus non debet uxorem ætate antecedere, nisi annis decem, vel ad plus annis viginti.*

45 *Luxuria non debet habere, plusquam castitas.*

Substitutio, de qua in decisione, fuit facta in casu, quo hæres decedat in matrimonio cum certa persona contrahendo, & non dicitur extincta, etiam si hæres nupserit ante annum duodecimum, prævia tamen dispensatione S. P. & moriatur in matrimonio, non tamen consumato, & proinde esse verificatum casum substitutionis decedente in matrimonio, prout fuit determinatum per S.C. ut refert *D. Regens n.26.* versi. quibus discussis, ex quo matrimonium itante dispensatione S.P. dicitur legitimè contractum, & in matrimonio puellam decessisse dicitur, at quia agitur de matrimonio, & delegato facto contemplatione illius, & de conditione nubendi cum aliquo de familia, ideò nonnulla observavi circa prædicta.

1 Primò quod ætas requisita ad matrimonium validè ineundum, est pubertas, nempè in fœmina est 12. annus *c. continebatur de despons. impub.* & in masculo annus 14. *c. attestationes, & c. ex litteris eod. titul.* quæ ætas ita à Sacris Canonibus est præscripta, quia tunc præsumuntur habiles ad copulam, & ad consensum conjugalem, *c. puberes eod. tit.* & dicta ætas tam in viro, quam in fœmina debet esse completa, ut desumitur *ex d.c. continebatur, & ex dd.c. attestationes, & c. ex litteris*, atque *ex c. fin. eod. tit.* estque communis opinio *Sanch. tom.2. de matrim. lib.7. disp.104.n.1.*

2 An autem censeatur completus annus 12. vel 14. si deficiant aliqui dies, variæ sunt opiniones nam *Basil. Pont. relatus a Diana p. 3. tract.4. de matrim. resol.277.* tenet illa debere esse completum mathematicè, et neque in ultima die jam recepta posse validè contrahi matrimonium, alii autem tenent sufficere, si ultima

3 dies anni 12. vel 14. sit incepta, quia dies cepta habetur pro completa in favorabilibus, prout est matrimonium ita *Thom. Sanch.* qui alios citat *d. disp.104. n.2.* quem sequitur alter *Jo. Sanch. in select. disp.54. num.10. & Narbon. in tract. de ætate ad omn. act. hum. requis. à nam 14. q.9. n.7.* Alii tandem opinantur censeri moraliter com-

4 pletam, si deficiunt duo, vel tres dies ad d. præfinitum tempus, ut ait *Host. in d.c. puberes n.5.* & ibi *Joan. And. n.3.* qui etiam *in d.c. litteras nu.2. Nald. in summ. verbo ætas n.1 Gutier. citatus ab eod. Diana ubi supra, & à Bonac. tom.1. de sponsal. q.1. punct. 4. n.11. Sanch. tamen*

5 *ubi sup.* non admittit hanc opinionem, & *Narbona loco cit.* improbabilem vocat, sed *Bonac.* putat hanc esse probabiliorem cum illa opinio *Sanchez* ut probabi-

6 lis, omnes vero *DD.* prædicti non admittunt opinionem *Ledesmi* qui putat esse completam ætatem, etiamsi decem dies desint, & multo magis opinionem *Rebell.* dicentis esse completam, etiamsi desit unus, vel duo menses *Diana p. 5. tract.5. de partic. mat. resol.16. in fine post Nald. ubi sup.*

7 Et in septennio completo requisito ad sponsalia si deficiant duo, vel tres dies dici completam illam ætatem

8 tenent idem *Host in d.c. litteras n.1.* & ibi *Jo. Andr. n.2.* contrarium tamen tenet idem *Sanch. loco cit. n.2. tom.1. lib.1. disp.16. n.2. D. Ricc. dec.30. tom. 1. n.3.* ut scilicet solum dies cepta ultimi anni septennii sufficiat, ut sit completa ætas ad sponsalia.

9 Itaque matrimonium initum ante pubertatem est nullum, nisi malitia suppleat ætatem, quia tunc validum est, etiam si sit initum ante pubertatem, dummodò copulativè adsint potentia coeundi, & generandi, ac insimul sufficiens discretio ad se obligandum, quia potentia prædicta sine tali discretione, & è contra non sufficit *c. puberes, & c. à nobis in fine c. de illis, el secundo, & c. fin. eod. tit. de despons. impub. c. fin. ubi glo. in verbo carnaliter, de eo qui cognosc. consanguin. uxor. Diana dict. resol.277. in fine, D. Ricc. dec.20. a. 3. tom.1. Narbon. ubi sup. q 9. n.11. Sanch. eod. disp.104. n.5. & 23. & DD.* communiter, qui afferunt multa exempla pueros, &

10 puellas ante pubertatem genuisse, & peperisse, ut est glo∬.

glos. in summa 10. *q.*1. *in verbo intra annos lit. à circa fi. tem*, quæ ait *D. Gregor. in Dial.* ref. rte puerum novem annorum nutricem suam gravidasse, licet aliqui dicant D. Gregor. hunc casum non recensere, & *D. Hieron. in epist.*31. *ad vitalem presbyt.* scribit puerum decem annorum etiam ejus nutricem impregnasse, ac Salomonem, & Achaz Reges in ætate 10. vel 11. annorum filios genuisse, illum scilicet Roboam, hunc Ezechiam, & ultra d. casus etiam de puero 11. vel 12. annorum refert *Host. in d. c. fin. num.* 1. *de eo, qui cognosc. consang. uxor.* & ibi *Jo. Andr. ins. a, & Zabarell.* prout etiam referunt d. exempla *Tiraq. ad l.* 6. *connubial. n.*27. *D. Campanil. in diversor. iur. can. rubr.* 7. *c.*11. *n.*13. & *Nav. consil.* 4. *num.*13. *de desponsat. impub. in* 2. *edit.* dicit se audivisse à viris magna fide dignis, quandam puellam decem annorum ante paucos annos peperisse in hoc Regno Neapol. & idem *Tiraq. loco cit.* refert ex *Alber. de Ros.* puellam novennem peperisse, ita etiam *Sanch. de disp.* 104. *nu.*29. quia quamvis potentia coeundi non sola a, sit plurimum evenire ante pubertatem nihilominus sæpe evenire illis maximè, qui nati, & nutriti sunt in delicijs, & inter superbas opes, quia tales majores vires majusque robur corporum sibi acquirunt ut ait *Nav. ibid.*

11

12

Et matrimonium contractum ante pubertatem à pueris cujuscunque ætatis, dummodo sint doli capaces validum esse jure naturæ, non autem jure Ecclesiastico, quia ea ætas pubertaria à solo jure Ecclesiastico præscripta est *Sanch. dict. disp.*104. *nu.*5. sed quando est contractum ante pubertatem malitia supplente ætatem, validum esse nè dum jure naturæ, sed etiam jure Ecclesiastico tenet *Bonac. d. q.*1. *de sponsal. punct.*5. *num.*10. *vers. dixi iure Ecclesiastico.*

Sed quamvis pubertas fœminæ sit in 12. anno completo, & masculi in 14. tamen finitur utriusque adolescentia in 25. anno *l.* 3. §. *minore ff. de minor.* & *instit. de curat. in princ.* & nota, quod in sponsalibus communis est ætas viri, & fœminæ, quæ est infantia completa scilicet septem annorum, ætas verò pupillaris licet communis sit viro, & fœminæ, quoad sui principium, non tamen quoad finem, incipit enim completo 7. anno, & finitur in muliere in 12. anno, at in masculo in 14. Adolescentia verò diversa est quoad sui principium, communis verò quoad finem, incipit enim in fœmina completo 12. anno, & in viro completo 14. sed in utroque finitur in 25. completo, ita *Host. in d. c. literas*, *n.*1. & ibi *Jo. Andr. num.*2.

13

14

15

Quarè autem fœmina citius pubescat, & fit nuptiis idonea quam masculus, rationes multæ afferuntur, nam *gl. in l.* 1. *C. de his, qui ven. ætat. impetr. in verbo octavum, & decimum* dicit; quia ut mala herba citò crescit & quod ideò est plus dolosa, & avara quam vir; *Bart. ibid. num.*3. ait hoc evenire, quia mulier est minoria, & brevioris vitæ, quam masculus, ideò citius perficitur idem tenet *Host. in d. c. literas in* 2. *de desponf. impub.* & *Panorm. in c.*2. *eod. tit. num.*5. ait rationem esse, quia fœmina est ingeniosior, & callidior, & quod sexus muliebris est debilior, & propterea quod citius deficit citiùs perficitur, & quod experimento compertum est citiùs pubescere fœminam alias rationes consimiles affert, *Tiraq. ad l.*6. *connub. n.*38. & *Narbona d. tract. de ætate anno* 14. *q.*1. *n.*13. & *q.*5. *n.*10.

16

17

18

Vnde si simul moriantur conjuges, maritus scilicet, & uxor, prius mulierem, quam virum decessisse præsumitur *l. qui duos* 10. §. *si maritus ff. de reb. dub.*

19

Secundò, quod potest Summus Pontifex dispensare, ut matrimonium in quacumque ætate ininim valeat, modo pueri usum rationis habeant, & sint doli capaces, quia cum solo jure Ecclesiastico requiratur ætas pubertaria, potest Papa in tali lege dispensare, ita consuluit, & probat multis modis *Nav. consil.*4. *à n.*7. *per tot.* & *consil.*5. *de desp. impub. in* 2. *edit.* omnino videnda, & *Sanch. ead. disp.*104. *n.*10. & *Narb. ubi sup. q.*9. *n.*17.

20

Et justa existente causa, ut puta pro bono pacis, at vel ex alia urgentissima necessitate secundum verba *text. in c.*2. *de desponf. impub.* posse etiam Episcopum dispensare, vt matrimonium contrahatur ante pubertatem tenent *Eman. Sà verbo matrimonium nu.* 8. *Dinnà par.*3. *tract.*4. *de Sacram. resol.*76. *in fine Host. in eod. c.*2. *nu.*4. ubi etiam *Jo. Andr. n.*... & *Præpos. ibid. in circa fin. Sanch. d. disp.*104. *num.*12. & alii ab ipso cit. ti quod etiam tenet *Barbosa de potest. Episc. alleg.*35. *n.*10. quando sunt prope ætatem, & dubium est an mal tia eam suppleat, & adsit urgentissima necessitas quia cum Papa in *d. c.*2. *de desp. impub.* dicat vt talis conjunctio toleretur, & sibi non reservet talem dispensationem, videtur eam Episcopis concedere, ita etiam *Narbona ubi sup. d. q.*9. *n.*17. *D. Genuens. in prax. Arch. p. c.*86. *de matrim. impub. in* 1. & 4. *edit.* & *in ult. edit. cap.*104.

21

Tertiò observo, circa impedimenta dirimentia matrimonium quum de jure naturæ invalidum est matrimonium in primo gradu ascendentium, & descendentium, *Sanch. tu.*1. *de matr. lib.*7. *disp.*51. *n.*7. *cum seq.* & dicta prohibitio, & irritatio matrimonii inter ascendentes, & descendentes protrahatur ad quemcunque gradum usque in infinitum, ità ut si Adam hodie resurgeret nullam posset uxorem ducere, alii probabiliter affirmant, alii probabilius negant, i a ut attento jure naturæ solum in primo gradu sit interdictum matrimonium, idem *Sanch. lo. o cit. n.*13. & *vers.* ... *de sacram. matrim. q.*3. *puncti.*5. & *n.*8. & 9. At in linea transversali multi tenent jure naturæ non prohiberi in primo gradu & sic inter fratrem, & sororem, sed magis probabilis sententia esse, quod sit prohibitum in solo primo gradum, & non ultra per *text. in cap. gaudemus de divort.* ut est videre latè apud eundem *Sanch. d. lib.* 7. *disp.* 52. *num.*11. & 12. & *Bonac. loco cit. etiam nu.* 11. & 12.

Sed de jure Ecclesiastico prohibitum esse matrimonium usque ad quartum gradum tam in linea recta, quam in linea collaterali, seu transversali, & proinde irritum est si ineatur intra dictum quartum gradum consanguinitatis inclusivè *c. non debet* 8. *de consanguin.* & *affinit. Sanch. d. disp.*51. *n.*22. & *disp.*53. *n.*1. *Bonac. loco supra citat. num.*7. & idem dicendum de impedimento affinitatis ex copula licita, nempe ex matrimonio, ut solum usque ad quartum gradum inclusivè jure Ecclesiastico protrahatur *d. c. non debet* & *Sanch. eod. lib.* 7. *disp.*67. *num.*3. & 5. *Bonac. d. q.*3. *punct.*11. *n.*6. quia impedimentum quod oritur ob affinitatem provenientem ex copula illicita, seu fornicatione usque ad secundum gradum se extendit inclusivè non ulterius per *S. C. T. sess.*24. *de reform. matrim. c.*4. *Sanch. d. disp.* 67. *n.*4. & alii communiter.

23

24

Et cum impedimentum affinitatis tam in linea recta, quam transversali non sit de jure naturæ, vel divino secundum magis probabilem opinionem *DD. apud Sanch. disp.*66. *n.*7. & 31. *d. lib.*7. sed solum juris Ecclesiastici, potest propterea Summus Pontifex in eo dispensare, & consequenter uxor potest, mortuo viro, ducere fratrem viri mortui interveniente dispensatione Summi Pontificis, & hæc fuit magna illa controversia, quæ suborta fuit tempore Henrici VIII. Regis Angliæ, qui repudiavit Catherinam uxorẽ fratris mortui, quam cum dispensatione Julii II. Summ. Pontif. duxerat, quia d. Rex contendebat irritum fuisse matrimonium prædictum de jure naturæ, & propterea non potuisse S. P. dispensare, quam dispensationem postea Clemens VII. consultis totius orbis studiorum universitatibus, & maturissimo consilio habito auctoritate Pontificia decrevit fuisse legitimam, & multi alii Summi Pontifices aliàs dispensarunt *ut idem Sanch. d. disp.*66. *n.*... *ac Bonac. d. q.*3. *punct.*12. *n.*7. *vers. Dixi in primo gradu, & vers. secunda sententia.*

25

26

Quartò observandum esse etiam, quod quando impetratur dispensatio à Papa super gradibus prohibitis,

27

& si contra-

si contracturi distant inæqualiter à stipite, veluti si sint in secundo, & tertio, vel tertio, & quarto, sufficit exprimere remotiorem gradum, & sic satis esse exprimere se esse in tertio gradu, vel quarto consanguinitatis, vel affinitatis *c. fin. de consanguin. & affin.* & ita declaravit *Pius V. in ejus motu anno* 1566. quod sufficiat mentio remotioris gradus, obtentis postea ab eadem Sede Apostolica literis declaratoriis super propinquiori gradu, *D. Genuens. in praxi Archiep. in prima, & ultima addit. c. 25. de dispensat. matrimon. num. 12. & in secunda addit. c. 30. n. 10. D. Novar. in summ. bull. tom. 1. titul. de dispens. matrim. Sanch. lib. 8. disp. 24. num. 24. &* 25. quæ literæ declaratoriæ solum pro foro externo judiciali sunt necessariæ, non autem in foro interno conscientiæ *D. Novar. loco cit. in fine, & Sanchez, ibid. n. 28. &* 29.

Insuper observa, quod in quarto, & quinto gradu 28 non requiritur dispensatio, quia computatio fit à remotiori *d. c. fin. Genuens. ubi supr.* idem dicendum in cæteris proximioribus gradibus, veluti in primo, & quinto, in secundo, & quinto, in tertio, & quinto, quia eadem est ratio, ut ait *gloss. in d. c. fin. verbo quarto, & in verbo remotior in fine, Sanch. lib. 7. disp. 53. numero 4. & 5. ubi in fine* ait hanc esse communissimam sententiam.

Quinto observo, quod possit pater legando filiæ, 29 ultra paragium, illam gravare, ut aliquem nominatim de ejus familia ducat in maritum, alias privetur majori summa relicta ultra paragium, nam *D. Staiban. resol. 172. lib. 2. resolut. forens.* proposito d. articulo, *n. 78.* affirmativè respondet *n. 79. cum seqq.* tam si per viam legati, quam institutionis, id faciat testator, & in legato allegat *n. 81. text. in l. Titio centum 70. §. 1. ff. de condit. & demonstrat.* idque *n. 83.* confirmat ex *Fontanella de pact. nuptial. claus. 6. glos. 3. par. 1. num. 2. 3. & 5. tom. 2.* & melius *par. 4. num. 5. & 6.* & aliis ibi laudatis post *D. Sanfelic dec. 289. num 6. lib. 2.* Et de institutione agit *à num. 86. ad finem,* cum possit S. P. dispensare, si consanguinitas est intra quartum gradum.

Sexto observo, quod pariter *D. Regens consult. 134. lib. 2.* disputat, an conditio nubendi in familia, alias 30 quod hæreditate, vel legato privetur, sit valida, & pro validitate scripsit *nu. 3. ex Mysingerio, Barry, Oldrado, Molina, & Sanchez,* in sedibus ibi signatis, rationem adducit *numero quarto,* nam hoc casu non est pœna, sed potius spe lucri ad contrahendum invitant ex *l. Titio, §. 1. ff. de condit. & demonstr. & DD. ibi citatis* pro-31 bat subditque *n. 5.* solum à *DD.* controverti solet, an hoc intelligatur de persona à lege canonica permissa, ita ut non sit opus dispensatione, an verò etiam ubi necessaria est dispensatio, in quo articulo tres adducit, opiniones affirmantium, *n. 6.* conditionem nubendi scilicet inter personas in gradu prohibito rejiciendam 32 esse tanquam impossibilem, ex *Simone de Pratis de interpretat. ultim. volunt. lib. 4. interpret. 2. dub. 1. n. 7.* ubi impossibile, inquit reputari, quod non potest obtineri, nisi per viam dispensationis ex *D. Episcopo Riccio collect. 158. in princip. Molfes. cons. 2.* & aliis ibi adductis, & comprobat *num. 8. 9. 10. 11. & 12.* Secunda opinio 33 adducitur *num. 13.* quod aut matrimonium de testatoris præcepto contrahendum erit in primo, & secundo gradu consanguinitatis gradu, & tunc tanquam conditio impossibilis, est rejicienda, aut verò in tertio, & quarto gradu, & tunc debet adimpleri ex *S. C. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 5.* ubi facultas dispensandi in primo, & secundo gradu videtur sublata, nisi inter ma-34 gnos Principes, & confirmat *num. 14. 15.* Tertia opinio adducitur *n. 16.* affirmantium, etiam in secundo gradu conditionem non esse rejiciendam, eo, quod S. P. aliquando dispensare solet, & ideo gravatus, nisi fecerit totum posse ad obtinendam dispensationem, amisit legatum, quia & si dispensatio videatur valdè difficilis, non tamen impossibilis *ex Covar. in epit. de sponsal. par. 2. in princ. n. 8.* idque confirmat *n. 17. & 18.* & in hoc articulo *D. Reg.* suam aperit sententiam *à n. 26. cum seqq.* & tandem *n. 44. per tot. n. 6.* concludit deberi legatum, etiamsi nupserit alicui nobili de eodē cognomine testatoris, quamvis sanguine non conjuncto.

Septimò observo, quod legatum factum Monaste-35 rio pro dote alicujus puellæ ibi commorantis, non debetur puellæ, si illa exiat à Monasterio, & matrimonio carnali se copulaverit, namque *D. Regens consult. 149. lib. 2.* arguit pro puella *à n. 1. per tot. num. 11.* sed negativam opinionem, ut nullatenus debeatur legatum pro d. matrimonio carnali fundat *numero 12.* rationes perquiras *numero 13. per tot. numer. 42.* ne illius scripta transcribam.

36 Octavo observo, quod dos debita per montem Capyciorum, quando puella de familia Capycia nubit cum consensu, & approbatione Gubernatorum montis debetur, si minor nubat absque prædicto consensu, & approbatione, viduaque effecta, matrimonio non tamen consummato, iterum nubat cum d. consensu, sive approbatione Gubernatorum, & propterea possit maritagium recuperare, saltim per viam restitutionis in integrum, ut consuluit *D. Reg. consult. 117. lib. 2.* pro Beatrice Capicia Galeota, ut maritagium debeatur, tanto magis, quod ita consuluerant tres doctissimi viri tempore secundi matrimonii nempe *D. Reg. Brancia, D. Consil. de Georgio, & D. Franciscus Antonius Coppula,* qui tunc erant Advocati primarii & famigeratissimi, d. montis, ut inquit *D. Regens n. 11.*

Nono observo, quod licet conditio apposita in le-37 gato facto filiæ, si nubat cum consensu alicujus substineatur, quoad quantitatem relictam ultra legitimam, & filiam teneri adhiberi consensum in matrimonium si velit consequi totum legatum, ut probat *D. Auctor. n. 1.* verum hanc conditionem deficere defendit *num. 3.* si filia sit ingressa Monasterium, ex *text. in §. sed hoc præsens auth. de Sanctiss. Episcop. & in auth. nisi rogati C. de* 38 *Trebell.* nisi tamen constet de testatoris voluntate, quod noluit intelligere de matrimonio carnali, non autem de spirituali, *ex Mantica de conject. lib. 11. tit. 7. Thes. qq. forens. lib. 1. q. 59. Fontanella de pact. nupt. lib. 2. claus. 6. gl. 3. par. 6. D. de Franch. dec. 19.* & aliis quamplurbus *dict. nu. tertio adductis;* attamen contrarium substinet *numero sexto,* eò quod Monasterium facit deficere 39 conditionem *si sine filiis legitimis, & naturalibus* appositam in substitutione facta filio, alium substituendo in casu prædicto, adducens *Mantic. d. lib. 11. titul. 7. num. 20.* ubi quod hæc opinio sibi videtur frequentiori calculo recepta, & de communi testatur *Crot. in l. nemo potest ff. de legat. 1.* & de magis communi ex *Decio cons. 674. D. de Anna sing 303.* hancque opinionem esse communem inter legistas, & Canonistas voluit *Gutier. canonic. qq. c. 33 num 24.* & ab ea non esse recedendum in judicando dixerunt *Decian. cons. 13. lib. 3. ac Sfort. Oddus, cons. 19. num. 19.* hanc conclusionem *D. Auctor.* comprobat *num. 7. per tot. num. 26.* sed 27. intelligit, ut 40 attenta contraria opinione, neque substitutus admittitur facta professione per gravatum, sed requiritur mors naturalis illius *ex l. Statiu florus, §. Cornelio Fœlici ff. de jure fisci Peregr. de fideicom. art. 28. n. 81.* & aliis adductis, & pluribus rationibus, & authoritatibus comprobat *à n. 29. per tot. n. 43.* hanc tamen opinionem impugnat *D. Gonzal. ad Peregr. art. 37. fol. 397. vers. Verum,* ubi dicit se in *seq. art. 38. in addit. ad num. 58* reprobare *Molfesii,* ac sequacium sententiam, sed *in d. art. 38.* nihil de hoc dixit.

Decimo observo, quod legatum factum puellæ cum conditione nubendi cum personis certis & aliis de fa-41 milia testatoris, quia non in pœnam, sed ut spe lucri legatarius ad matrimonium invitetur est valida, quoad quantitatem ultra paragium legatum, ut voluit *D. Regens consult. 72. num. 15. lib. 1.* & nos comprobavimus 42 *num. 29.* sed rejiciendam esse conditionem substinet *d. num. 15.*

n.25. cum pluribus seqq. ubi si persona cum qua contrahere deberet esset indigna, tunc conditio habetur pro non scripta *l. cum ita legatum ff. de condit. & demonstr. Fontanella de pact. nupt. claus. 5. glo. 1. p. 1. n. 83.* & indi-
43 gnum esse, nedum ratione qualitatis personæ respectu nobilitatis, sed etiam ratione bonorum fortunæ, quando non habet quantitatem divitiarum, cum quo dignè nubere possit, ut scilicet sit pauperior notabiliter ex *Sanch. de matrim. lib. 5. disp. 26. nu. 25.* item si adsit inæqualitas circa ætatem, ut probat *nu. 43. cum seqq.*
44 & nostris temporibus receptum est, quod maritus non debet uxorem ætate antecedere, nisi annis decem & ad plus viginti ex *Tiraq. de legib. connubial. l. 6. glos. 3. par. 6. n. 46. & 47.* & quod si puella religionem ingre-
45 diatur consequatur legatum non obstante quod non nupsit personis à testatore vocatis, ut probat *D. Regens n. 52. ex Menoch. cons. 555. vol. 6. Mastrill. dec. 153.* ne plus habet luxuria, quam castitas *l. Titia si scripsorit, ff. de condit. & demonstr.*

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

In fideicommissis an, & quando fiat extensio de casu expresso ad casum non expressum, & tacita reciproca quando intelligatur, & multa ad interpretationem *text. in l. Titia Seio, § Seia libertis ff. ff. de leg. 2.* & ad *text. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Senat. Consul. Trebell.*

SUMMARIUM.

1 *Matri hæreditas filii decedentis ab intestato debetur, sicut & patri.*
2 *Casus omissus, neque à testatore provisus remanet in dispositione juris communis.*
3 *Substitutioni donec sit locus, ac conditio impleatur, hæres defuncti debet interim hæreditatem possidere.*
4 *Substitutionem alleganti antequam conditio purificetur, potest responderi, testatorem de dicto casu non fuisse loquutum.*
5 *Fideicommissum non potest extendi de casu ad casum.*
Limita, ut num. 25. Item ubicunque magis dilectus includeretur, n. 26.
6 *Substitutio si sit facta cum illa dictione* in tali casu, *dispositio non potest habere locum præter casum expressum.*
7 Text. *in* l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Senat. Consult. Trebell. *expenditur, ené an adversetur tex. in* l. cum quidam. C. de impub. & aliis subst., *intellige, ut num. 14.*
8 Faber de error. Pragmat. decad. 26. error. 6. num. 6. & lib. 13. cap. 18. conjectur. *impugnatur.*
9 *Voluntas testatoris magis prævalet, & est inspicienda, quam verborum significatio, & multoties, à cortice verborum receditur, quando de ipsius mente constare potest num. seq.*
11 *Rebus ipsis, & non verbis lex imponitur; & indignum est ob inanem verborum observationem irritas fieri tabulas, & judicia mortuorum, numero sequenti.*
13 *Voluntas testatoris recipit interpretationem ex eo, quod est magis verisimile, & id servandum, quod si testator cogitasset, ita disposuisset, & interrogatus, ita respondisset.*
15 *Substitutio reciproca quamvis à testatore non sit expressa, potest tamen ex conjecturis induci, & quæ conjecturæ requirantur ad fundandam tacitam reciprocam substitutionem, num. seq.*
17 *Substitutio facta à patre*, si omnes sine filiis decesserint, substituo Caium, *quamvis inter eos reciproca non sit expressa, ex mente tamen testatoris subintelligitur.*
18 Tex. in l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de leg. 2. *tria requirit, ut tacita reciproca substitutio inducatur.*
19 Surd. cons. 329. num. 17. *duo tantum requirit.*
20 *Substitutio facta post mortem omnium, ut ex ea inducatur tacita reciproca, non differt ab illa, quæ est facta ultimo morienti.*
21 *Persona ex qualitate censetur, plus esse dictum, quam scriptum.*
22 *Libera facultas filiis tributa, ad nepotes non extenditur.*
23 *Residui appellatione totum continetur.*
24 *Reciproca substitutionis, repetitio in nepotibus, sicut in filiis non datur.*

DECISIO CXLV.

IN hæreditate filiorum quondam Matthiæ Balzoni, in pupillari ætate mortuorum concurrebant Silvia Palomba mater, ac Joseph, & Claudia Balzoni pater & filia, qui succedere prætendebant vigore fideicommissi relicti per quondam Ambrosium Balzanum communem patrem, tam dicti Matthiæ, quam ipsius Josephi, qui in ultimis constitutus instituit suos hæredes universales ipsos Matthiam, & Josephum, eisque substitutiones fecit, his verbis, videlicet.

Con conditione però, che l'uno de suoi figli, & heredi succeda all' altro, & l'altro all'uno, quale si morisse senza figli legitimi, & naturale, da loro corpi legitime descendentino, in detto caso vole, che in detta sua heredità succedano, & habbiano de succedere Berardino, alias Verdino Balzano, similmente suo fratello per una terza parte, & li figli, & heredi del quondam Gio. Antonio Balzano, similmente suo fratello per un' altra terza parte, & li figli, & heredi del quondam Nicolò Balzano, similmente suo fratello per l'altra terza parte, con conditione però in detto caso, che detto Berardino alias Verdino, & detti figli, & heredi de Gio. Antonio, & Nicolò debbiano ciascheduno per la terza parte erigere l'infrascritto Mote, infra declarando,

Et progrediendo ulterius subdidit.

Item vole esso testatore, che se li predetti suoi figli, & heredi morissero con figli legitimi, & naturali da loro corpo legitime descendentino, & dopoi detti loro figli morissero in pupillari etate, & dopoi quandocunquè senza figli legitimi, & naturali da loro corpo legitimè descendentino, in tali casu alla detta heredità di esso testatore debbiano succedere li predetti Berardino, alias Verdino suo fratello, & li sopradetti figli, & heredi di Gio. Antonio Balzano, similmente suo fratello, & li figli, & heredi del quondam Nicolò Balzano similmente suo fratello, come s'è detto di sopra.

Dicebatur pro parte Silviæ matris, non esse factum casum fideicommissi, & proinde ad se uti matrem spectavisse, & spectare hæreditatem, juxta dispositionem *text. in l. nam & si parentibus, ff. de inoffic. testam. & l. mater, C. ad Sen. Cons. Tertull.* nam ei de-
1 betur hæreditas filii, & sicut & patri *Auth. defuncto, C. eod. § consequens, in auth. de hæred. ab intestat. venient. collat. 4.*

Et quod non esset factus casus fideicommissi, considerabatur, quod in testamento Ambrosii tres fuerunt casus considerati, & quidem primus, si Matthias, vel Joseph filii instituti decederent absque filiis legitimis, & naturalibus, & in hoc casu fuit facta inter eos reciproca substitutio, & hic casus non evenit, uterque enim cum filiis decesserunt; secundus casus consideratus à testatore fuit, quando omnes dicti duo filii hæredes instituti decederent absque filiis, & tunc fuerunt substituti Berardinus, alias

Verdinus Balzanus, & filii, & hæredes Nicolai, & Joannis Antonii, & neque hic casus evenit, quia hodie superest ipse Joseph, qui etiam habet filiam Claudiam; tertius casus consideratus, & à testatore provisus fuit, quando prædicti Matthias, & Joseph filii, & hæredes instituti ab Ambrosio testatore, relictis filiis decederent, qui postmodum in pupillari ætate, vel quandocunque morerentur absque filiis, & hoc casu fuerunt etiam vocati Bernardinus, & filii Nicolai, & Joannis Antonii, neque hic casus evenit, quia superest Joseph, & ejus filia Claudia, quæ poterit filios procreare.

Casu vero, qui evenit, est, quod Matthias unus ex hæredibus tres procreavit filios in Constantia matrimonii cum dicta Silvia Palomba, qui post patris obitum unus post alium omnes diem clauserunt extremum, adhuc viventibus Iosepho & Claudia, qui casus non fuit consideratus, neque provisus à testatore, 2 & proinde remanet in dispositione juris communis, *l. commodissime, ff. de liber. & posthum* cum concordantibus, secundum quod mater in successione præfertur, ut supra diximus, & quamvis casus evenire posset, quod decederent Ioseph, & deinde Claudia absque filiis, & tunc secundum dispositionem testatoris esset locus substitutioni in beneficium Bernardini, & filiorum Nicolai, & Ioannis Antonii, tamen inte- 3 rim donec fiat locus substitutioni, ac conditio adimpleatur, mater debet hæreditatem possidere, *Menoc. de præsumpt. lib 4. præsumpt.* 185. *nu.* 18 & *cons.* 1028. *numero* 30. ubi Doctores enumerat, quod tanto magis procedere debet, quia fieri potest, quod nunquam conditio purificetur, quia quod Claudia filios pro- 4 crearet, pro nunc autem sufficit dicere testatorem de dicto casu non fuisse loquutum, *Bald. in l.* 1. sub *num.* 3. & in *l. ad probationem num.* 2. *C. de prob.* & alii longa serie congesti per *Fusar. de substit. quæst.* 351. *nu* 9. 5 nec fideicommissum potest extendi de casu ad casum, nec ex verisimili mente testatoris, ex vulgato *cons. Oldrad.* 21. & alios cumulat idem *Fusar. in d. tract. de fideicommiss. substit. q.* 460. *num.* 1.

6 Quod eo magis procedit, quando testator se restrinxit ad aliquem casum, quod est, & quando dixit, *in tali casu substituo*, tunc enim nulla cadere potest extensio voluntatis testatoris, nec dispositio locum habere potest præter casum expressum, *Anchar. cons.* 356. *col.* 2. *vers. hoc probat*, sequitur *Dec. cons.* 331. qui alios allegat, *Mogon. decis. Florent.* 37. *num.* 26. idem *Dec. cons.* 256. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 65. *nu.* 15. *Peregr. de fideicommiss. art.* 13 sub *num.* 65. *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 11. & *Ego* late dixi in *decis.* 108. *num.* 15. *cum sequent.*

7 Et demum dicebatur, de hoc esse casum in *l. hæredes mei*, §. *cum ita, ff. ad Senat. consult. Trebell.* ex quo *text.* probatur, quod in eo casu, in quo hæredes instituti fuerunt, & quando sine filiis decederent, invicem substituit, & si uterque absque filiis decederet fuit substituta Claudiana neptis, tamen si unus ex institutis decedat cum filiis, alius vero non, non succedit filios institutus, neque ejus filii, sed Claudiana substituta, casus autem noster est illi valde similis, quia fuerunt Joseph, & Matthias hæredes instituti, fuit facta inter eos reciproca substitutio, in casu, quo absque filiis decederent, & quando omnes decederent absque liberis fuerunt substituti Bernardinus, & alii, & sic dicebat Silvia mater, quod ei sufficiebat dicere dicto Josepho, & Claudiæ, quoad te liberas ædes habeo, nam respectu substitutorum adhuc non comparuerant, nec hæreditatem prædictam petierant, sed quando aliquam fecissent instantiam, eis respondebitur, & pro nunc dicebat, respectu eorum non esse eundem casum, quia ibi Claudiana neptis fuit admissa præsumpta voluntate testatoris, tanquam ex descendentibus, in casu autem prædicto substituti erant collaterales, & maxima adest differentia, quando agitur de descendentibus, vel aliis personis extraneis circa conjecturandam voluntatem testatoris, prout late dixi in *decis.* 6. & 11. ubi etiam ad alium finem ponderavi *text. in d.* §. *cum ita*, quicquid dixerit *Faber de error. pragm. decad.* 56. *error.* 6. *num.* 8 6. & *conjecturarum juris lib.* 11. *cap.* 18. ubi dat alium intellectum, quod Claudiana ibi habuit ex persona novissima hæreditatem, quia magis placet opinio *Bart. in d.* §. *cum ita*, quod ibi neptis erat persona magis dilecta, vel saltem coæqualis, quod non est in substitutis, qui sunt transversales.

Pro Josepho vero, & ejus filia dicebatur, de jure ad successionem admitti, exclusa matre, quia jam erat factus casus substitutionis, & quamvis non adessent verba expressa testatoris, tamen clare ex eisdem verbis col- 9 ligebatur mens ipsius, quæ magis prævalet in ultimis voluntatibus, *l. magis puto, ff. de reb. cred. l.* 3. *C. de liber. præterit. l. cum res, & ibi gl. in verbo verisimile, ff. de leg.* 1. *d. l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *ff. ad Trebel. l. in conditionibus*, & *l. Publius*, §. *Titia codicillos, ff. de condit. & demonstr. Menoch. de præsumpt. lib* 1. *præsumpt.* 26. *Afflict. decis.* 46. *Pra. de interpret. ultim. volunt. fol.* 153. *num.* 219. *Mant. de conject. ult. voluntat. lib.* 3. *tit* 5. *Peregr. de fideicomm. art.* 31. *nu.* 1. *D. Galeota controvers. Illust. lib.* 1. *controv.* 53. *nu.* 5.

10 Quod adeo est verum, multoties à cortice verborum receditur, quando de mente testatoris constare potest, *l. cum delanionis* §. *item vaccabos, ff. de fund. instruct.* & multos congerit *Peregr. de fideicom. d. art.* 11. & *Cardin. Mantic. de conjectur. ultim. volun. d. lib.* 11 3. *cap.* 5. *num.* 1. estque ratio, quia lex non verbis, sed rebus magis imponitur, *l. omne verbum, in fine, C. com-* 12 *mun. de legat.* & indignum est, ob inanem verborum observationem irritas fieri tabulas, & judicia mortuorum, *l. quoniam indignum* 15. *de testament.* ad quod multa congerit *Peregr. dicto art.* 11. *num* 5.

Et propterea dicebatur, neminem sanæ mentis cogitare posse, testatorem velle extraneum proprio filio, ejusque descendentibus præferri, nam si in casu, quo ejus filii, & hæredes instituti absque filiis decederent, substituit alios de familia, ad exclusionem hæredum ab intestato extraneorum, quanto magis mentem testatoris fuisse includere proprium filium prædilectum, & hæredem institutum, ultima enim voluntas 13 recipit interpretationem à verisimili, *Craven. cons.* 25. & *cons.* 32. *num* 5. *Afflict. decis.* 14 *numer.* 18. & observandum esse id, quod si testator cogitasset, ita disposuisset, habetur ex *Bart. Paul. de Castr. & Alex. in l. Titius*, § *Lucius, ff. de liber. & posthum. Oldrad. cons.* 65. *nu.* 2. *vers. præterea id*, & verisimilitudo habetur pro lege, idem *Oldrad. cons.* 13. *in fin. Mantic. de conject. ult. volunt. lib* 3. *tit.* 19. *num* 4. & quid dubii esse potest, quod testator interrogatus fuisset, ad favorem proprii filii, ejusque neptis respondisset? quod observandum esse probat *text. in l. tale pactum* 40. §. *fin. & ibi glos. in verb. per exceptionem, ff de pact. Soc. jun. cons.* 163. *n.* 83. *vol.* 2. *Craven cons.* 98. *n.* 1. *Jas. cons.* 148. *nu.* 12. *vol.* 1. *Mantic. de conject. ult. volunt. d. lib.* 3. *tit.* 19. *nu.* 3. & 4. doctissimus *Præses Ursinus de success. feud. part.* 1. *quæst.* 4. *art.* 4. *nu.* 10.

Ad quod liceat ponderare *text. in d.* §. *cum ita*, in contrarium supra adductum, quia ibi Claudiana neptis, quanquam esset substituta post mortem omnium filiorum sine filiis, tamen si unus ex filiis institutis decederet absque filiis, ex conjecturata voluntate testatoris admittitur, & ideo si neptis etiam in casu non expresso ad successionem admittitur, duplici ratione, ut quia neptis, & sic de descendentibus, & quia fuerat substituta in omnibus: quanto magis procedere debet in proprio filio instituto, & substituto in omnibus, quatenus absque filiis decederet Matthias?

14 Secundò ad hoc probandum potest etiam adduci *text.*

text. in l. pen. C. de impub. & aliis substit. qui licet adversari videatur dispositioni §. *cum ita* in eo, quod disponit, quod ad hoc ut sit locus substitutioni debent omnes filii hæredes instituti absque filiis decedere, circa quorum conciliationem non insisto, sed me remitto ad *Paul. de Castr. in d. l. pen.* & ponderando verba dicti *text.* in ratione sui dicti, quare non succedit substitutus, ad rationem (*Cogitasse enim patrem, primo filio decedente fratrem suum in eam portionem succedere.*) Et est verum, quod ex verbis testamenti non fuerat inter fratres facta reciproca substitutio, sed in casu, quo utrique filii impuberes decessissent fuerat extraneus substitutus, sed illa reciproca substitutio ex mente testatoris elicitur, quod magis procedere debere in casu prædicto dicebatur, cum etiam filii instituti, & ad invicem, in quo casu, quo absque filiis decederent substituti, & in casu, quo filii ex eis descendentes decederent in pupillari ætate, vel ab intestato quandocunque substituit extraneos de familia, modo quamvis inter dictos ejus nepotes non sit expressa reciproca substitutio, sicut in filiis institutis, tamen est subintelligenda ex mente testatoris, & quod illa verba (*cogitasse patrem primo filio decedente fratrem suum debere succedere*) intelligenda sint, nedum ad exclusionem substituti, sed etiam matris filii prædefuncti, habetur ex *Paul. de Castr. in d. l. pen.* ubi allegat *Bald. & Nicolaum de Matarellis.*

Et posse tacitam reciprocam substitutionem ex 15 conjecturis inter nepotes induci, quamvis à testatore non sit expressa, probat *Zanch. in dicto §. cum ita, num. 558. & 694. Peregr. cons. 47. nu. 7. & cons. 54. nu. 1. lib. 1. Cephal. cons. 401. num. 28. & 278. nu. 14. Bursat. cons. 372. num. 12. lib. 4.* idem *Peregr. de fideicommiss. art. 13. num. 4. & 37. Fusar. de fideicommiss. substit. quæst. 471. num. 1. & 472. num. 7. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 7. tit. 5. nu. 15. Intrigl. de substit. centur. 3. q. 83. nu. 38.* & alii per *Me* adducti in *decis. 1. numer. 43.*

Ad quam tacitam reciprocam substitutionem fun- 16 dandam dicebatur, in hoc casu concurrere omnes conjecturas per *Me* adductas in *d. decis. 1. num. 43. cum sequentibus*, erat enim facta expressa reciproca inter filios hæredes institutos, fuerunt filii bis positi in conditione, fuerunt in casu mortis prædictorum nepotum substituti agnati, fuerat digressum ad plures gradus substitutionis, falcidiam, & trebellianicam etiam prohibuerat, tractabatur de exclusione extranei, & includere descendentes, ad quod etiam adducebatur *cons. Soc. jun. 110. n. 55. vers. & quamvis* 17 *lib. 3.* qui loquitur in patre, qui duobus filiis institutis dixit, *sed si omnes sine filiis decessissent substituo Caium*, quod quamvis non inter eos sit expressa reciproca substitutio, tamen ex mente testatoris factam esse tenuit, sequitur *Menoch. cons. 575. num. 9.* quod si procedit in filiis institutis, ergo pari ratione & in nepotibus substitutis, ne una eademque res diverso jure censeatur, contra *text. in l. jam hoc jure 4. ff. de vulgar. & pupill.*

18 Et demum considerabatur dispositio *text. in l. Titia Seio, §. Seiu libertus, ff. de leg. 2.* ex quo regula desumitur, quod substitutio reciproca tacita intelligitur, illis tribus concurrentibus, quod sint scilicet instituti & vocati, sit facta substitutio ultimo morienti, & tractetur de tota hæreditate; quamvis in descen- 19 dentibus testatoris unum ex duobus sufficere requisitum vel de ultimo moriente, vel de tota hæreditate, dixerit *Surd. cons. 59. n. 17.* verum admissa opinione, quod omnia alia duo requirantur, de primo enim non dubitabatur, certum est enim, quod tam filii quam nepotes ex filiis descendentes erant dispositive vo- 20 cati, difficultas remanebat respectu aliorum duorum, & quamvis in dicto casu non esset facta substitutio ultimo morienti, sed in casu, quo omnes descendentes ex filiis institutis decederent, tamen idem esse, quando substitutio sit facta ultimo decedenti, & post mortem omnium plurium substitutorum, maxime quando sumus in linea descendenti, habetur ex *Bart. in l. quædam cum testamento, ff. de vulgar. & pupill. substit. Bald. in l. codicillis 34. ff. de usufruct. legat. Cach. decis. 110. n. 5.* & late hoc fundaverunt *Barz. decis. 6. n. 8. & decis. 9.* ubi judicatum refert, *Fusar. cons. 45. & 46.* & alii per *Me* allegati in *d. decis. 1. ex nu. 70. cum sequent. Covarruv. in c. Raynutius, §. 8. de testam.* extendens ad filios testatoris, & alios dilectos, *Gregor. Lopez in l. 14. tit. 5. part. 6. in verbo tanto tiempo, prope finem, Alvarad. de conjectur. mente defuncti. lib. 4. cap. 1. num. 13.* ex qualitate enim personæ plus dictum, & 21 minus scriptum censetur, idem *Alvarad. in loco citato, num. 6* ubi multa ad materiam.

Major tamen videbatur difficultas esse in ultimo requisito, ut substitutio esset facta de tota hæreditate, nam testator expressè declaravit, quod per substitutiones factas non induceretur vinculum præterquam in corporibus specialiter expressis pro Multiplico, sed quod dicti ejus filii, & hæredes possent ad libitum disponere in vita tantum, ex eo, quod voluit, quod vocati ab ipso testatore ad successionem suæ hæreditatis post mortem ejus filiorum absque filiis legitimis, & naturalibus succedant in id, quod in hæreditate remanebit, & sic videbatur, hic non adesse ultimum requisitum.

Verum pro responsione dicebatur; quod hic testator erat publicus Mercator, & publicus Negotiator, qui majorem partem suæ hæreditatis habebat in mercimoniis, & nominibus debitorum, & quia necessario debebant filii illud met negotium continuare, ad finem, ut possent restringere effectus hæreditarios, ideo necesse fuit, ut filiis institutis, & in vita eorum tantam facultatem tribueret libere disponendi, & cum hodie non tractetur de succedendo filiis, sed nepotibus, penes quos hæreditas perventa, non libera, sed vinculata remanebat, prædicta non militant, quia li- 22 bera facultas filiis tributa, ad nepotes non extenditur, *l. non solum §. tale, ff. de liber. leg.* nec obstabit, quod dicatur de residuo hæreditatis, quia idem est, ac si dixis- 23 set de tota hæreditate, nam appellatione residui totum continetur, *l. 2. C. de hæred. instit.* ubi *glos. Ias.* & alii Scribentes, *Franch. decis. 43.* ubi etiam *Amend. num. 2.* & quod quando in residuo hæreditatis est facta substitutio, idem sit, ac si de tota hæreditate dixisset testator, probat *text.* ad literam in *l. oneratorum 160. ff. de verb. signif.* ubi *Alciat. l. quod si Mevius 80.* ubi *gloss. ff. de hæred. instit. Bart. in l. centurio, num. 42. ff. de vulg. & pupil. Alex. cons. 26. lib. 4. Berous cons. 119. num. 13. Peregr. de fideicomm. art. 9. num. 6. Fusar. de fideicomm. substit. quæst. 471. num. 70. Surd. decis. 65* qui dicit, hoc esse proprie, non ficte per legis interpretationem, & fere in terminis *Berous cons. 155. numer. 9.* & quamvis in causa per *Me* relata in *decis. 1.* fuit de dicta tacita reciproca dubitatum, ut dixi *num. 105.* tamen ibi nepotes non erant dispositive vocati, sed tantum in conditione positi, & sic cessabat primum 24 requisitum, neque poterat dari repetitio reciprocæ in nepotibus, sicuti in filiis, quia substitutio erat facta in diversis casibus, neque vigebat eadem ratio, ut *ibidem nu. 108.* fuit vocatum.

Ex quibus die 16. Novembris 1640. judicavimus ad favorem Josephi, exclusa matre, penes Borrellum pro Ciolfo Actor. Magist. S. C.

Ad contraria autem fuit responsum, quod fideicommissum licet regulariter non possit extendi de casu ad casum, tamen quando eadem viget ratio in casu omisso, prout in casu expresso, & concurrit præsumpta testatoris mens, tam in uno, quam in alio casu, tunc extensionem fieri posse, habetur per *Simon de Praet de interpretat. ultimar. voluntat. fol. 151. num. 163.* &

163 & per *Fusar. de fideicommiss. substit. q.460. nu.4. 6. & 19.* & fit etiam extensio, quando magis dilectus includeretur, *Berom cons.101. num.37. lib.2. Ruin. cons. 168. nu.19. & 20. lib.3. Cephal. cons.114. num.30. lib.1.* & alii per dictum *Fus. q. 458. n.14 & d. q.460 n.30* quæ dilectio semper consideratur in descendentibus testatoris, *l. cum avus*, ubi Scribentes, *ff. de cond. & demonst.*

OBSERVATIO IN DEC. CXLV.

SUMMARIUM.

Substitutio largam recipit interpretationem, & ex conjecturis extendi potest de casu expresso ad casum non expressum, non tamen extenditur de persona ad personam, n.2. etiamsi adsit eadem ratio, & quod testator interrogatus ita verisimiliter respondisset, nu. 3. contrarium tamen quando materia est favorabilis, nu. 5. ubi de veriori, & magis communi opinione, etiam ex conjecturata mente testatoris, n.6.

4 *Substitutio extenditur ad alium casum ratione æqualitatis servandæ.*

6 *Fideicommissum an sit favorabile, vel odiosum remissive.*

7 *Fideicommissum conceptum per verba, tunc, & eo casu, an extendatur de casu ad casum, etiamsi constat de præsumpta testatoris mente.*

8 *Conjecturæ ad extendendum fideicommissum debent esse necessariæ, & multum probabiles, contrarium, ut sufficiant leviores, vel tacita expressio, n. 10.*

9 *Substitutio reciproca tacita tribus concurrentibus inducitur.*

11 *Fideicommissum reciprocum ex conjecturis inducitur & sufficit unica conjectura levis, n. 12.*

13 *Substitutio reciproca, quæ nam sit, & an comprehendat directas tantum substitutiones, an etiam fideicommissarias, n. 14.*

15 *Substitutio fideicommissaria contenta in reciproca quando expirat.*

Conditio si sine filiis, ex ejus defectu facit expirare fideicommissum, ibid. & n. 16.

17 *Substitutio officium caducat substitutum decedat ante conditionis eventum, & ad heredes non transmittitur, limita ex conjecturata mente testatoris, nu. 18.*

Conjecturæ sunt capiendæ ex testamento ad finem transmittendi, & contra testamentum non admittuntur.

20 *Substitutio transmittitur in pluribus casibus aetatis, & n. 21. 22. 23. 24. & 25.*

26 *In dubio contra transmissionem est judicandum.*

FUit in hac decisione discussus, ac decisus articulus, an & quando fiat extentio in fideicommisso de casu expresso, ad casum non expressum; nam licet regulariter fideicommissum non extendatur de casu ad casum, ex vulgato *cons.21. Oldradi* relato per *D. Auctorem num 5* quando tamen viget eadem ratio in casu omisso, prout in casu expresso, & concurrit præsumpta testatoris mens, tam in uno, quam in alio casu, tunc extensio fieri potest, ut fundat *D. Auct. n. 25. vers. ad contraria*, prout etiam fit extentio quando magis dilectus includeretur, quia dilectio semper consideratur in descendentibus testatoris, ut fundat *nu. 26.* & ita decisum refert *nu. 24. vers. ex quibus*; ideò circa hanc materiam infrascripta observanda sunt.

Primò, quod substitutio largam recipit interpreta-1 tionem, ut voluit *Cephal. cons. 14. nu.19. vol.1* ideoque ex conjecturis extendi potest de casu expresso ad casum non expressum, ut probat *Farinac. in repertor. de ultim. volunt. quæst. 42. numer. 1.* etsi nonnulli contrarium voluerint de quibus per eundem *Farinac. ibid. numer. 2. & D. Regens consult. 75. numer. 22. per tot. numer. 27. lib. 2.* nunquam tamen 2 extenditur de persona ad personam, ex tradita per *Cephal. cons. 107. num. 18. eod volum. 1.* hinc *Rolan.* 3 *cons. 59 n.18. & seq.* ampliat procedere etiam, quod adsit eadem ratio, ac quod testator idem verisimiliter interrogatus respondisset de casu omisso *Farinac. ubi supra nu.3. & 11.* sed extenditur substitutio ad alium 4 casum ratione æqualitatis servandæ *Cephal. d. cons. 114. n.16. & 17.* qui *nu. 30. & seqq.* dicit, quod secun-5 dum, magis communem opinionem, fit extensio de persona ad personam in fideicommissis, maxime quando materia est favorabilis, licet *Farin. d. n.3. & 11* retulerit contrarium sentientes, hancque esse veriorem, & magis communem testatur *Peregr. cons. 66. num 66 &* 6 *seqq. vol. 2* ubi etiam, quod ex conjecturata mente testatoris debeat fieri extensio etiam de persona ad personam, ubi latè id comprobat, sequitur *Farin. relato nu.11.* atque *D. Regens consult. 75 nu.7. cum seqq. lib. 2.* quando autem fideicommissum sit favorabile, vel odiosum disputat *Farinac. ibid. n. 7. & 8.* qui *nu. 12.* 7 quærit, an fideicommissum conceptum per verba, *tunc, & eo casu* extendatur de casu, ad casum, etiam quando constaret de præsumpta mente testatoris *D. Re-*8 *gens cons. 76. num 14. lib. 2.* & conjecturæ ad extendendum fideicommissum debent esse necessariæ, & multum probabiles *Farinac. loco citato num. 16. ex Achille personali de adipisc. possess. nu.201.*

Secundò observo circa conclusionem traditam per *D. Reg. n.18.* quod substitutio reciproca tacita intel-9 ligatur tribus concurrentibus, primò, scilicet, quòd sint instituti, & vocati secundò, sit facta substitutio ultimo morienti, & tertiò sit facta de tota hæreditate *ex l. Titia seio, §. Seia, libertis, ff. de leg. 2.* nam licet ad inducendum fideicommissum reciprocum, requiratur expressio, ad tradita per *Castil. dec.251. num.17. p.1.* vel quod concurrant supradicta tria ut etiam voluit *Mantica de conjectur. lib.7. tit.5. nu.15.* alios citat *Sard. cons. 315. & 329. num.6. lib. 3.* quos, & alios etiam refert *Rota apud Farinac. decis 3 nu.15. post repert. de ult. vol.* quæ *nu.16.* fundat, ut sufficiat etiam 10 tacita expressio, quæ ex conjecturis eliciatur ac sufficere leviores conjecturas *ex Turretta cons.64. n. 8. & seqq. vol.1. Bursato, Surdo, & aliis ibi adductis*, quia 11 reciprocum fideicommissum ex conjecturis inducitur, ex *Rand. cons.12. n.145. vol.1. Castill. decis.23 p.1. ac decis.153 n 52. & seqq. 2. & Surd. dec.161. per tot.* ubi quod ista conclusio procedit etiamsi adsit unica conje-12 ctura, licet non gravis, sed levis *Fusar. de substit. q. 471. n 7.*

Tertiò observo, quod reciproca substitutio, dicitur, quæ duobus, vel pluribus invicem facta est *l. jam* 13 *hoc jure, & l. Lucius, ff. de vulg. & pupill. substit.* & licet DD. disputant, an substitutio reciproca directas 14 tantū substitutiones, an etiam fideicommissarias complectatur, ut est videre apud *Menoch. præsumpt. 60. lib.4. Manticam de conject. lib.7. tit. 4. Prati de interpret. ultim. volunt. fol.140. n.47 Trentacinq. de substit. par.5. c. 10. Intrigliol. de substit. cent. 1. q. 70. & Fusar. de substit. q 260.* attamen etiamsi fideicommis-15 saria substitutio contineretur sub reciproca, illa expirat eo ipso, quod unus ex gravatis moritur cum filiis, conditio namque si sine filiis talis est naturæ, ut ejus defectu expiret fideicommissum *l. ex facto, §. si quis autem, ff ad Trebell. l. jubemus, §. pen. C. eod. tit. l. 1. C. de* 16 *condit. insert.* quod adeo verum est, ut facta substitutione de agnato, vel alio, si institutus sine filiis decesserit, mortuo instituto cum filiis, non est amplius locus fideicommisso, quia fideicommissum expirat, quoad omnes alios substitutos, ad quod allegatur semper *Oldrad. cons.21.* quem omnes DD sequuntur ut per *Peregrin.*

regrin. de fideicom. art. 15. *numer.* 18. *& seq. articul.* 29. *num.* 22. *& Fusar. de substit. qu.* 280. qui omnes addu cit.

Quartò observo, quod substitutio efficitur caduca si substitutus decedat ante conditionis eventum sub qua vocatus erat, & ad hæredes non transmittitur *l. cones, ff. de acquir. hered. l. si ex pluribus, ff. de suis, & legit. l. unica, §. sin autem C. de caduc. tollen. Fusar.* qui omnes adducit *q.* 490. *n.* 1. hæc tamen conclusio limitatur ex 28 conjecturata mente testatoris, quæ in dispositione primum obtinet locum, *l. in conditionib. §. hac scriptura, ff. de condit. instit.* & potest facere transmissibile, quod non est de sui natura *Dec. cons.* 574. *& Decia. cons.* 88. *nu.* 65. *lib.* 2. idcirco erunt diligenter investigandæ con- 29 jecturæ ex quibus possit prætendi transmissio substitutionis, quia extraneæ extra testamentum, non admittuntor, ut advertit *Bald. in l. unica, C. de his qui ante oper. tabul. numer.* 10. & latè *Fusar. quæst.* 490. *nu.* 87.

Transmittitur tamen substitutio, quando substituto- 20 rum hæredes sunt expressim vocati *D. de Franch. decis.* 525. vel in substitutione ab ascendente facta favo- 21 re filiorum, ut in casu *decis.* 64. *D. Gizzarell. & Lu-* 22 *dovisii dec.* 551. vel quando progressus est ad plures gradus substitutionum, & filii erant positi in conditione, ut in casu *Ludovici dec. perus.* 102. vel ratione 23 æqualitatis servandæ, quando frater, & filii alterius fratris erant substituti ad portionem alterius *Ludovis. dec.* 56. *& Vivius decis.* 198. sic etiam quando expressè 24 fuit nominata ratio agnationis conservandæ, *Mantica dec.* 319. & tandem quando in aliis casibus concur- 25 runt conjecturæ urgentissimæ, ut omninò ex verbis testamenti capiatur verus sensus testatoris transmittendo, prout omnes DD. admittont, etiam in trans- 26 versali linea, licet in dubio contra transmissionem judicandum dixerint *Menoch. cons.* 200. *n.* 112. *Fusar. dict. quæst.* 490. *n. fin. & cons.* 26. *num.* 5. *& cons.* 48. *num. fin.*

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Conditio in substitutione posita, quando institutus, vel substitutus absque liberis masculis decedat, an, & quando comprehendat casum in quo moriatur cum liberis, qui postea absque liberis decedant.

SUMMARIUM.

1. *Substitutio facta in eo casu, quo institutus absque filiis decederet, eo ipso, quod decedit cum filiis, evanescit, quamvis postea illi statim moriantur.*
2. *Conditionem esse adimpletam, sufficit per momentum temporis, quamvis illius implementum non duret.*
3. *Conditio, si sine filiis, deficit, etiamsi partus vitalis non fuerit.*
4. *Conditionem sufficit esse adimpletam, quamvis non duret dispositio.*
5. *Conditionem esse purificandam per defectum liberorum, quomodo purificetur.*
6. *Conditio, si sine filiis decesserit, & conditio, in qua sunt vocati substituti, vel vocata fœmina in defectum agnatorum, quomodo differant.*
7. *Dispositio, sive conditio, quæ habet tractum successivum, non sufficit, si per aliquod temporis spatium adimpleatur.*
8. *Fœmina si sunt in aliquo casu vocata in defectum masculorum de agnatione, tunc non ratione conservandæ agnationis, sed potius ex prædilectione masculorum censentur vocata.*
9. *Agnationis ratio est intelligenda solum respectu illarum personarum, quæ fuerunt à testatore magis prædilecta fœminis.*
10. *Familia per fœminam conservari non potest.*

DECISIO CXLVI.

IN *decis.* 118. diximus, quod in causa illorum de Langella fuit per S. C. decisum, donationem factam per Scipionem Langella antequam Religionem Carmelitanam ingrederetur, in beneficium Jo. Simeonis, & aliorum de familia Langella, sub ea conditione, sive modo, si in dicta Religione, vel in alia profiteretur, conditionem adimpletam fuisse, quamvis ante annum professionis decederet, & proinde fuit judicatum ad beneficium Jo. Andreæ Langella. Accidit postea, quod dictus Joannes Andreas absque filiis decederet multis debitis involutus, & proinde respectu bonorum perventorum ex dicta donatione facta per Scipionem Langella fuit dubitatum, quis succedere debeat, si filii Portiæ Langella, quæ fuit filia Patritii fratris dicti Scipionis, an vero Elizabetha Juvenis mater dicti q. Jo. Andreæ, & per consequens, an fuerit jus quæsitum creditoribus ipsius? Dicebant filii Portiæ Langella, donationem fuisse factam sub conditione, quod si Jo. Simeon donatarius absque filiis decederet, succederent proximiores agnati masculi de familia, & dictus Jo. Andreas obtinuit ut proximior agnatus ob defectum dicti Jo. Simeonis mortui absque filiis, & in defectum dictorum agnatorum vocavit filias fœminas quondam Patritii Langella, cumque dictus Jo. Andreas jam absque filiis decesserit, dicebant, esse factum casum ad beneficium ipsius Portiæ filiæ dicti Patritii.

Dicebatur tamen pro matre, & ejus creditoribus, substitutionem defecisse, quia dictus Jo. Andreas decessit cum filiis, & licet filii deinde decesserint, erat casus omissus, & proinde, quod mater ex juris dispo- 1 sitione succedere debebat, nam substitutio facta in eo casu, in quo institutus absque filiis decesserit, eo ipso, quod decedit cum filiis, evanescit, quamvis filii postea moriantur, est *text. in l. cum uxoris C. quand. dies leg. ced. l. in substitutione ff. de vulg. & pupill. l. heredibus in princ. ff. ad Trebell* & *l. fi.* 2 *Cod. de indicta viduit. toll.* late *Peregrin. de fideicommiss. art.* 29. datur ratio, quia sufficit, conditionem fuisse semel impletam in momento temporis, quamvis illius implementum non duret, ut ex *Bald. in l. precibus, Cod. de impub. & aliis substit. Peregr. ubi supra, numero tertio* immo si ipsi filii statim post gravatum cum ea conditione, *si sine filiis* moriantur, adhuc dicta conditio dicitur adimpleta, *l. ex facto, §. si quis, ff. ad Trebell.* ubi *glos.* & *Bart. Peregrin. dict. articul.* 29. *numer. vigesimo tertio Oldrad. consil.* 21. *Bursat. consil.* 51. *numer.* 37. *libro primo Gomez. var. resol. capit. quinto num.* 41. *tom.* 1. *Alexand. Trentacinq. de substit. part.* 4. *capit. septimo numer.* 71. *Rustic. in l. cum avus, libro quarto capit. tertio ff. de condit. & demonstrat.* & alii allegati per *Fusar. de fideicommiss. substit. capit.* 417. *Oldrad. consilio vigesimo primo Gabr. commun. conclus. titul. de fideicommiss. conclus. septima Tiraqu. in l. si unquam, versic. si susceperit liberos, numer.* 253. *Cod. de revocand. donat.* plene *Decis. consil.* 218. *n.* 7. quicquid in contrarium tenuerit *Ruin.* qui in eadem causa cum *Decio* scripsit in *consilio* 143. *volum. tertio* tamen quod opinio *Oldradi* sit communiter recepta, dixit *Cravett. consilio* 98. *numero quarto & consil.* 208. *in princ.* & communem esse opinionem, dixit etiam *Paris. consilio trigesimoprimo volum. secundo & consilio quarto volum. tertio* & ad *Ruin.* respondet *Mart. decis. Pisan.* 222. *& de success. legit.*

M 3 part.

par. primo quæst. secunda artic. primo ubi etiam ex
3 *Ripa in dict. l. ex facto, §. penultim. ff. ad Trebell.* dicit, quod conditio, *si sine filiis*, deficit, etiam si solo momento temporis filii supervixerint, immo etiam si partus vitalis non fuerit, *Bald. consilio 113. in fin. volum. 5 ex text. in l. uxoris abortu. Cod. de posth. hæred. inst. Bursat. consilio 63. numero decimonono* ratione supra allegata. quia sufficit, con-
4 ditionem esse adimpletam, quamvis non duret dispositio, *l. si quis hæredem, Cod. de inst. & subst.* ubi late *Jas. dict. leg. in substitutione, ff. de vulg. & pupill. Gramm. decisio. 96. numero 102. Novar. in filio tricesimoprimo, numero decimotertio Altiat. consil. 171. numero quarto, Sforz. Odd. in tract. de compend. substit. particul. 6. articul. secundo numero septimo* ubi ait hanc opinionem non habere contradictorem, *Anton. Gomez. var. resolut. tom. primo capite quinto numero quadragesimo primo. Mandos. in reg. Cancell. decimoquinta quæst. 30. numero quarto Bonifac. Roger. consil. 98. numero primo volum. 2. Anton. Gabriel. comm. conc. libro quarto titul. de fideicommiss. concl. 7. numero tertio, Decian. consilio 89. numero quarto, volum. tertio Alex. Trentacinq. in tractat. de substit. part. 4. capite septimo numer. 70. Crass. in §. fideicommissum, quæst. trigesimotertio numer. 4.* cum aliis notatis per *Intrigl. de substit. cent. 3 qu. 56*

At pro parte V. I. D. Andreæ & Francisci Antonii Botticelli, filiorum, & hæredum quondam Portiæ Langello, quæ post conditionis eventum mortua erat, dicebatur. quod ex contextu testamenti apparebat, substitutionem in beneficium dictæ earum matris non defecisse, siquidem post mortem Joan. Simeonis donatarii absque filiis decedentis fuerant vocati proximiores agnati masculi de familia, eumque dictus Joan. Andreas tempore ejus mortis absque filiis reperiebatur proximior agnatus, obtinuit virtute dictæ substitutionis: verum quia in defectum agnatorum fuerunt vocatæ filiæ fœminæ quondam Patritii Langella per mortem d. Joan. Andreæ absque filiis, non debebat Elisabetha Juvenis ejus mater succedere, sed filia dicti Patritii, tanquam expresse vocata in defectum proximiorum masculini sexus; cum enim substitutio sit facta sub conditione, *quod si sine liberis decederet, sint vocatæ fœminæ* nedum intelliguntur, ipsæ fœminæ vocatæ in eum casum, in quem institutus absque liberis moreretur, sed etiam in casu, quo agnati substituti cum liberis decessissent, qui tamen postea absque liberis diem clauderent extremum, prout est punctualis doctrina *Socin. in l. solemus, nu-*
5 *mero sexto ff. de condit. & demonstrat.* qui dicit, quod quando ad purificandam conditionem requiritur defectus liberorum, non certo, & determinato tempore, sed indefinite, & tempore indeterminato,
6 tunc sufficit, quandocunque liberos deficere: maxime enim est differentia, quando in conditione testator dixit, *& si sine filiis decesserit substituo Caium:* vel quando fuerint vocati substituti, vel vocatæ fœminæ in defectum agnatorum. Primo enim casu sufficit, quod filii positi in conditione extent tempore mortis, licet postea deficiant, nam perpetuo dicitur defecisse conditionem, ut voluerunt *Jacob. de Belvis. in dict. leg. ex facto, §. penult. & Jo. de Imol. in l. sed & si ad tempus, ff. ad Senat. Consult. Trebell. Bellon. consilio decimonono numero secundo, Decis. consilio 594. numero sexto Paris. consilio 18. numero 43. libro secundo Ruin. consilio 175 in fine, libro secundo Cravett. consil. ultim. numero 16. volum. 2.* & in hoc casu loquuntur D.D. supra citati Secundo vero casu, quando fœminæ sunt vocatæ in defectum masculorum, & sic non in certo tempore mortis instituti, vel substituti, sed indeterminate, & indefinite, & tunc sufficit, quandocunque linea masculorum deficiat, ad hoc ut sit locus substitutioni, ut probat *text. in d. l. in substitutione, in princ. & ibi Bart. ff. de vulg. & pupill. Alexand. consilio 53. volum. 6. numero undecimo & in consilio 101. numero duodecimo volum. septimo Decis. consil. 480. numero octavo & dict. consil. 585. numero quarto Cravett. d. consil. ult. versic. & primo. Mantic. de conject. ultim. volunt. libro undecimo capite sexto numero septimo Roland.*
7 *a Vall. de lucro dotis, quæst. 51.* quod ex multis etiam comprobat *Peregrin. dict. articul. 29.* sub *numero nono*: nam dispositio, seu conditio, quæ habet tractum successivum, non sufficit, si per aliquod temporis spatium adimpleatur. *l. si quis ita legaverit, ff. de condit. & demonstrat. l. si à te, ff. si servitus vindic. Bald. in l. humanitatis, Cod. de impub. & aliis*
8 *substit. & in l. fin. Cod. de indict. vidnit. tollend. Angel.* plene in *consil. 34.* & quando fœminæ in aliquo casu sunt vocatæ in defectum masculinorum de agnatione, tunc non ratione agnationis conservandæ, sed ratione prædilectionis masculorum tantum videtur testatorem ita disposuisse. *Bald. consilio 473. libro quinto Alexand. consilio 115. numero decimo libro secundo*, ubi inquit non censeri habitam rationem agnationis, quando fœmina in aliqua parte dispositionis vocata reperitur. *Socin. in l. cum avus numer. 82. vers. secundus est casus, ff. de condit. & demonstrat. & in l. gallus, §. nunc de lege Velleia, ff. de lib. & posthum. Cravett. consil. 180. numero primo & consil. 306. numero quinto* & alii per *Molin. de primogen. Hispan. libro tertio capit. quinto numer. 50. Gutz. de nobilit. in divisione operis, numero trigesimotertio Alvarad. de conject. ment. defunct. lib. 2. cap. tertio §. quarto Petr. Anton. Petr. Placent. de fideicommiss. quæstio. nona numer. 19. Dom. Joan. del Castillo libr. controvers. capite quarto numer. 178. & libro quinto cap. 9. numero tertio Gutierr. consilio decimotertio, numero vigesimo quarto Peregrin. de fideicommiss. articul. 23. numer. 26. Perez de Lara in tract. de vit. hom. can. 30. numer 94. Surd. cons. 316. numero tertio, libro tertio Menoch. de præsumpt. libro quarto præsumpt. 69. & consil. 44. numero decimo consil. 557. numer. 16. & consil. 585. numero duodecimo Joseph. Ramon. consil. 100. Mantic. de conject. ult. volunt. libro sexto titul. decimoquinto numero nono Simon de Prat. de interpret. ultim. volunt. fol. 293. numer. 71. vers. primo declaratur, fal undecimo libr. tertio Rot. Rom. in recollect. per Farinac. decis. 486. numero quarto p. 8. & decis. 267. n. 6. & decis 538. numero tertio p. 2. Fusar. de fideicommiss. substit. quæst. 499. numer. vigesimosecundo Gilmon. de la Mota in add. ad Molina. de Hispan. primog. ad num. 50.* & quamvis aliqui contrarium teneant, de quibus per *Fusar. in loco proxime cit. numero vigesimotertio*, ta-
9 men est concludendum cum *Molin.* ut illa ratio agnationis sit intelligenda solum respectu illarum personarum, quæ fuerunt à testatore magis prædilectæ fœminis, quam opinionem sequuti fuerunt *Peregrin. de fideicommiss. articul. vigesimoquinto, numer. 26. Fusar. dict. cap. 499. numer. 24. & Gilmon. de la*
10 *Mota in loco proxime citato*, non enim potest familia per fœminam conservari, *l. pronunt. atio, §. fi. & l. familiæ, ff. de verbor. signific.* & proinde eo ipso, quod testator fœminas vocavit in casu, quo masculi de agnatione deficerent, non potuit amplius rationem habere ad conservationem familiæ, & si dicta quondam Portia Langello, ut vocata, debebat succedere, & per consequens ejus filii. sufficit enim, quod tempore delatæ successionis ipsa in humanis esset,

dict.

dict. l. cum uxori, *Cod. quando dies leg. ced.* & *l. in substitutione*, *ff. de vulg. & pupillar. Peregrin. d. art.* 29.

Et propterea die 8. Februarii 1638. fuit condemnata mater qu. Jo. Andreæ Langella ad relaxandum in beneficium dictorum de Bottinello, filiorum, & hæredum dictæ Portiæ Langella bona contenta in donatione facta per qu. Scipionem Langella, una cum fructibus, pro quantitate, & tempore liquidandis, prætensio per Creditores prædicti q. Jo. Andreæ non obstantibus, &c. penes Carolum Strinam Act. Mag. S. C.

OBSERVATIO IN DECIS. CXLVI.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio facta gravato, si sine filiis decesserit expirat si moriatur cum filiis, etiam si cum unico filio decedat, quamvis testator locutus sit in numero plurali secundo, secus est si ex conjecturis liquet testatorem sensisse de pluribus filiis non de unico numer.* 3. *limita conclusionem adductam dict. num.* 1. *in casu relato num.* 4.

5 *Substitutio si sine filiis decedat facta in persona Caii, differt ab ea, in qua testator vocavit substitutos, vel fœminas in defectum masculorum, & num.* 6.

7 *Substitutio facta posthumo nascituro sub conditione si sine filiis decesserit, evanescit posthumo non nato, sic etiamsi fiat eidem posthumo decedenti in pupillari ætate, nam substitutus admittitur illo non nato, nu.* 8.

9 *Substitutio si caducatur in primo gradu substitutionis non tamen caducantur sequentes gradus in fideicommisso.*

Hæres gravatus, caducato primo gradu substitutionis, tenetur restituere aliis substitutis insequentibus gradibus, ibid.

10 *Substitutus in secundo, vel ulteriori gradu caducatis præcedentibus ad successionem principaliter ex propria persona venit.*

11 *Substitutiones sequentes non caducantur, deficiente prima, vel caducata, tanto magis si separata sunt, & ordinata in alio substitutionis capite.*

12 *Fideicommissum pluribus modis finitur, & n.* 13. 14. 15. & 16.

13 *Conditio sive sit suspensiva, sive resolutiva, si non impleatur, fideicommissum perit*

14 *Modus si non adimpleatur, quando est ad onus fideicommissarii, ille restituere debet hæredi fideicommissum.*

1 ADducit *Dom. Regens hic numero primo*, conclusionem, quod substitutio facta gravato *si sine filiis decesserit*, illa expirat si cum filiis moriatur, quamvis postea filii moriantur ex *l. cum uxori*, *Cod. quando dies lega. ced.* & aliis juribus adductis, quam conclusionem pariter adduxit *decis.* 127. *numero vigesimo primo* ubi *Nos in observat. numero quinto*, *sexto & septimo*, comprobavimus. & 2 *observat.* 128. *numero primo* pariter probavimus illam verificari, etiamsi unicum tantum filium gravatus relinquat, etsi testator locutus sit in numero plu- 3 rali, secus tamen diximus *num.* 2. esse si ex conjecturis constet testatorem sensisse de pluribus filiis, non de unico tantum.

Limitat *D. Regens* d. conclusionem adductam *d.* 4 *numero primo* si testator post mortem gravati sine filiis vocavit proximiores agnatos masculos de familia, & in defectum agnatorum masculorum vocavit filias fœminas de familia, nam mortuis masculis absque filiis, succedunt fœminæ, ex addu- 5 ctis *numer.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. constituens differentiam, si testator dixerit *si sine filiis decesserit substituo Caium* vel quando *fuerunt vocati substituti*, *vel* 6 *vocatæ fœminæ in defectum agnatorum masculorum*, ut primo casu procedat conclusio firmata *dict. numero primo* ut advertit *numer.* 6. secundo verò casu, quando fœminæ sunt vocatæ in defectum masculorum, & sic non in certo tempore mortis instituti, vel substituti, sed indeterminatè, & indefinitè, & hoc casu sufficit quandocumque linea masculorum deficiat, ad hoc ut sit locus substitutioni, *ex l. in substitutione in princip. & ibi Bart. ff. de vulg. & pupill.* & ex *DD. ibidem citatis*, ideoque casus hujus decisionis versabatur juxta secundum caput distinctionis, & refert decisum ad favorem hæredum fœminarum *dict. numero decimo* vers. *& propterea.*

Et dum de substitutione in hac decisione agitur infrascripta adnotavi pro ornatu decisionis, dum agitur de materia practicabili.

Primo nota, quod substitutio facta filio posthumo 7 nascituro sub conditione, si sine liberis decesserit evanescit posthumo non nato, ut latè probat *Mangil. de imputat. quæst.* 16. *numero trigesimoprimo, in fine*, *& Thesaur. libro quarto qq. forens. quæst. deci-* 8 *moquinto*, sic pariter substitutio facta posthumo nascituro, & decedenti in pupillari ætate, obtinet illo nato, ut probat *Surd. decisi.* 37. *numer.* 27. *&* 28. ubi hanc esse sententiam veriorem, ac receptiorem testatur ex quibus *D. Consal. ad Peregrin. art.* 15. 9 *fol.* 23. *vers. & hanc observo*, inquit, quod caducato primo gradu substitutionis, non perire sequentes in fideicommisso, sed cum eodem onere deinceps substitutis restituendi fideicommissum penès hæredem remanere ex *l.* 1. *§. pro secundo*, *Cod. de caduc. tollen. l. cum pater*, *§. cum pater*, *ff. de leg.* 2. & ita decisum refert *Cornens versicul. decimoquinto*, *libro secundo & consil.* 198. *lib.* 2. ubi *additio*, *Thesaur. decisio* 86, ubi ita pariter determinatum asserit, aliasque decisiones adducit *D. Consal. ibid.* atque vers. *secundo observo*, probat substitutum in secundo gradu, vel 10 ulteriori caducatis præcedentibus substitutionum gradibus ad successionem principaliter ex propria persona dici venire, ad quod citat *D. de Franch. decis.* 299. *Mastrill. decisio.* 266. *numero vigesimoprimo & vigesimo secundo*, *Fusar. quæst.* 46. *numero quarto* dicit tamen de hoc dubitare *Gratian. cap.* 747. *numer. decimoquinto & decimosexto.* Non tamen caducan- 11 tur sequentes substitutiones, deficiente prima, vel caducata, neque deficere si separatæ sint, & ordinatæ in alio substitutionis capite, ut voluit idem *D. Consal loco citato*, vers. *Tertio observo ex Castello decisio.* 152. *à numer.* 28. *usque ad* 33. *Fontanella de pact. nuptial. clausf.* 5. *glos.* 10. *part.* 2. *numer.* 17. *volum.* 1. *& Paris. consil.* 18. *nu.* 44. *lib.* 2. alia etiam ad materiam observat *idem D. Consal. ibid.* per totam additionem ad *dict. art.* 15.

Secundo nota, quod fideicommissum finitur pri- 12 mo voluntate, si ad certas personas, vel certos gradus ordinatum sit, nam ultimus illius gradus libere rem alienare poterit, dum non superest persona, quæ ex fideicommisso valeat revocare, sive avocare *leg. cum pater §. liberto*, *& l. qui filiadum*, *§. pen. ff. de leg.* 2. per quæ jure ita voluit *Peregrin.* 13 *articul.* 52. *numero secundo ubi D. Consal. fol.* 529. vers. *observo tamen.* Secundo si conditio deficiat sub qua à testatore sit ordinatum, sive conditio sit suspensiva

pensiva, sive resolutiva, nam per illius non implementum ex voluntate testatoris perit fideicommissum. *Peregrin. articul. 43. à numero nono ad vigesimum & d. artic. 52. num. 6.* sequitur *D. Censal. ibid.* vers. *secundo finitur*. Tertio finitur per non implementum modi ad onus fideicommissarii adscripti, ita quod tunc hæres repetere possit ad *text. in l. si hares, ff. de condit. causa data l. 1. Cod. de his qua sub modo* per quæ jura, & alia adducta probat *D. Censal. loco cit.* vers. *tertio finitur. Peregrin.* tamen *d. artical. 52. numero octavo* ponit casus, in quibus legatarius ob non implementum modi, non privatur commodo relicti. Quarto finitur consensu fideicommissarii, qui remittit fideicommissum, vel repudiatione, seu renunciatione, licentia, pacto, divisione, transactione, & compromisso, de quibus omnibus luculenter agit *Dom. Censal. ibid. fol. 53.* vers. *secundo observat cum sequentib.* ubi plures limitationes adducit per tot fol. 54. ubi pariter agit de aliis causis, ex quibus fideicommissum finitur, nempe rei peremptione, præscriptione, generatione, authoritate legis scriptæ, Principis decreto, atque judicio Magistratus, quæ brevitatis causa omitto, ne longior sim plusquam decreveram.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Emptor, qui in solutione pretii rei emptæ in solutum dedit emptori bona stabilia, & annuos census emphyteoticos, asserendo, dicta bona esse franca & libera ab omni onere, an si postea reperiantur obnoxia, possit contractus rescindi, vel teneatur ad pretium quanto minoris.

SUMMARIUM.

1 *Datio in solutum habet vim vera, & realis solutionis, fingitur enim, prius factam fuisse solutionem, & postea creditorem emisse rem in solutum datam, & oculatur unus actus, num. 2.*

3 *Datione in solutum facta, si postea prætendatur, res datas non esse liberas, non potest agi, nisi actione ex empto, descendente ex ipsa datione in solutum licet nonnulli contrarium senserint, ut numer. 18.*

Limitatur, ut nu. 19. 20. & 21.

4 *Venditor, qui ignorans vendidit pecus morbosum, aut signum vitiosum, non tenetur ex empto, nisi actione quanto minoris, & n. 10.*

5 *Vendita res bona fide propter minimam causam, inempta fieri non debet, nec venditor tenetur, nisi ad interesse quanto minoris, & sufficit, rem ab obligatione liberare, n. seq.*

7 *Venditor de jure scire præsumitur qualitatem rerum suarum; verum si ignorat, & aliter asserat, est in culpa.*

8 *Venditor alienans rem alteri obligatam dissimulans obligationem, pœna stellionatus punitur: Immo si asserat, esse liberam, & nemini obligatam, pœna falsi tenetur, numer. sequent. & emptore volente contractus rescinditur, numer. undecimo. Maxime quando probaretur emptores interesse, rem emptam non esse aliis obligatam, nu. 12.*

13 *Contractus ratione doli irritatur.*

14 *Emptori potius expedit rem emptam relinquere, quam illam obnoxiam habere, de quo, dicto ipsius emptoris standum erit.*

15 *Emptor, bona insolutum data ut libera reperiens onerata, & serva, potest a contractu recedere.*

16 *Emptor non censetur una cum re acceptare onus ei annexum, quando illud ignorat, quia cessat consensus ignorantis, sicuti errantis.*

17 *Venditio qualibet habet tacitum pactum, si promissa serventur.*

22 *Venditor debet tradere emptori rem liberam, alias ad eam liberandam tenetur, & sic decisum continetur.*

DECISIO CXLVII.

IN anno 1625. Joannes Vincentius Sistus vendidit Joanni Baptistæ Brancatio terram Sorbi cum ejus vasallis, vasallorumque redditibus pro pretio ducatorum viginti mille, in quorum satisfactionem pro summa ducatorum quindecim mille dictus Brancatius eidem Joan. Vincentio insolutum dedit tot bona stabilia, & annuos census emphyteoticos, quæ asseruit possidere franca, & libera ab omni onere, excepta parte cujusdam Ruris obnoxia in uno dolio vini.

Post aliquos annos repertum fuit, quod dicta bona non erant franca, & libera, prout fuit assertum, sed aliqua erant emphyteotica, & correspondebant de annuo canone, & erant subjecta omnibus aliis pactis emphyteoticis, & erant etiam obnoxia creditoribus, quare egit venditor in S. C. pro rescissione contractus, dicebat Brancatius emptor, non esse locum rescissioni, sed tantum teneri quanto minoris, quia ipse jam solverat pretium venditori, datio enim in solutum habet vim veræ, & realis solutionis, *l. 2. & tot. titul ff. pro soluto, Franch. decisio. 50. numero secundo Paris. consil. 81. numero trigesimoquinto volum. 2. Socin. jun. cons. 41. numer. 14. & 181. numer. 9. volum. 3. Pyrrus Maur. Aret. in tractat. de solut. §. 9. Menoch. præsumpt. 120. libro tertio numer. 40. Fontanell. de pact. nuptial. conclus. 5. glos. 8. numer. 86. Joan. Baptist. Thor. in voto decisivo 74. numer. 39.* late *Novar. de dation. in solut. sect. 1. quæst. decimo ex numero tertio* usque ad *finem. Fab. de Ann. consil. trigesimoquinto num. 5. Aret. & Jas. in l. singularia, ff. si cert. pet.* ubi etiam *Cagnol. numer. 168. Reg. Capyc. Galeot controvers. 32. lib. 1* fingitur enim, prius factam fuisse solutionem, & postea creditorem emisse rem in solutum datam, & occultatur onus actus, ut post *Bart. Bald. Castrens. Fulgos.* & alios dixit *Ana in d. l. cons. 15. numero. 10.* & est text. *in l. si pradium, C. de evict. Ricc. collect. 582.*

Ex quo sequi dicebatur, quod cum contractus emptionis, & venditionis dictæ terræ Sorbi fuerit perfectus, nedum ex conventione de re, & pretio, sed etiam ex solutione jam facta sequitur, quod quando prætenditur, res datas in solutum non esse liberas, non potest agi, nisi actione ex empto, descendente ex ipsa datione in solutum, ut habetur ex *Franch. d. decis. 50.* & *Fab. de Ann. d. cons. 35.* juxta terminos *tex. in l. si quis aliam, ff. de solut.* & est ratio, quia per dationem in solutum primæva actio extinguitur, ita ut re evicta quis non possit primævo actione juvari, *Surd. decis. 113. numer. 5. consil. 266. num. 6. & cons. 145. num. 13.*

Secundò dicebatur, quod ex alio non erat locus rescissioni, sed ad actionem quanto minoris, quia emptor fuit in bona fide versatus & nesciebat onera adesse super dictis bonis stabilibus, quia possidebat

victure

virtute divisionis initæ cum fratribus, in qua de oneribus nulla fit mentio, ex decisione *tex. in l. Julianus 14. ff. de action. empti* qui ad literam probat, 4 quod quando venditor ignorans vendidit pecus morbosum, aut tignum vitiosum, non tenetur ex empto, nisi actione quanto minoris, item dicebatur, quod onera erant parvi momenti respectu pretii ducatorum quindecim mille, quo casu succedit decisio alterius *tex. in l. res bona 54. ff. de contrah. empt.* ubi 5 in puncto decidit, quod res vendita bona fide propter minimam causam, inempta fieri non debet, ubi *glos.* magis in specie declarat, quod quando venditor est in bona fide, quamvis emptor sit deceptus, attamen propter minimam causam venditio non rescinditur, ex quibus juribus tenent Doctores, non teneri in dictis casibus venditorem, nisi ad interesse quanto minoris, ut voluit *Jo. Petrus Ferrarius* in sua *praxi in forma libelli in causa venditionis, vers. pertinentium contum, num. 3.* & cum sequuntur Doctores cumulati per *Mangil. de evict. cap. 24. nu. 2. Mynsing. singular. observat. centur. 1. observat. 30. num. 4.* & ita decisum refert *Regens Merlinus controvers. forens. lib. 1. cap. 46. nu. 7. Surd. decis. 165.* ubi sic decisum refert in censu emphyteotico, reperto in fundo vendito, *Gra-* 6 *tian. decis. 54. num. 10.* qui dat rationem, quia sufficit rem liberare ab obligatione, & est *text. in l. ex iis prædiis, C. de evict.* ubi *DD. Alex. cons. 65. numer. 5. lib. 5. Negusan. de pignor. 5. part. membr. 2. num. 34. & 35.* idem *Surd. dec. 265. Scacc. de commerc. & cambiis, §. 1. quæst. nu. 189. Roderic. de annuis redditibus, lib. 2. quæst. 7. Gaspar. Thesaur. qu. forens. lib. 3. quæst. 315. Gutierr. pract. quæst. 169. num. 3. Guarba decis. 113.* qui ita judicatum refert, alios congerit *Hodierna* ad *Surd.* dicta *decis. 165.* quæ omnia quamvis loquantur in venditione, tamen idem erit judicandum in datione insolutum, cum parificentur, ut diximus supra, & probat etiam *tex. in l. si prædium, C. de evict.* & alii per *Novar. in d. tract. de dation. in solutum, dicta sect. 1. quæst. 11.*

Dicebatur tamen pro parte dicti Jo. Vincentii, 7 quod venditor de jure scire præsumitur qualitatem rerum suarum, *l. si quis Cod. de rescind. vend.* ubi Scribentes, & si de eis notitiam non habebat, asserendo, esse franca, & libera, fuit in culpa, quia non debebat asserere id, quod ignorabat, *l. Julianus §. quod tamen, ff. de action. empt.* Verum quod notitiam habebat de prædictis oneribus, convincitur ex inventario confecto de bonis paternis, in quo prædicta onera hæreditaria posuit, & creditores citavit, & inventarium plenissime probat contra hæredem, & 8 propterea sequitur, quod fuit in dolo versatus, dum onera non asseruit, immo dixit franca, & libera, & tenetur etiam crimine stellionatus, *l. 3. §. maxime autem, ff. de crim. stellionat.* ubi etiam Doctores, *Jo. Petrus Ferrarius* in sua *praxi Papiensi, in tit. de forma libelli in actione hypothecaria, vers. sub eadem obligatione, num. 19. Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. cent. 4. casu 381. num. 7. Farinac. de falsit. & simulat. quæst. 150. part. 11. num. 220.* immo *Negusant. de pignor. 1. membro 3. partis, num. 21.* dicit quod tenetur 9 pœna falsi, per *tex. in l. si à debitore,* ubi *glos. & Bar. D. de falsis.* Verum hoc fœdere distinctionis concordatur, quod aut sciens, rem non liberam, pro libera, & franca vendidit, & eo casu tenetur crimine falsi, *d. l. si à debitore,* ubi *glos. & Bart. ff. de falsis,* & in hoc casu loquitur *Negusan in loco* proxime citato, si vero non exprimit, rem liberam esse dissimulat, & eo casu tenebitur crimine stellionatus, *Plotus in l. si quando, §. 37. nu. 12. & sequente, C. unde vi, Marta voto 61. n. 12.* & ita conciliat. *Vascons.* in suis *conclus. juris, in verbo debitor vendens.*

10 Et propterea dicebatur, quod Doctores, & jura in contrarium allegari bene possunt procedere in venditore, qui bona fide ignorans, rem venditam esse obnoxiam, illam vendidit, quia tenebitur quanto minoris est, ut declarant *Bellacomba in commun. opin. tom. 1. lib. 4. tit. 26. num. 104. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 175. num. 36. Cepoll. de action. redhibitor. c. 601. per totum Gaspar Caballin. de evict. in libello de adil. action. c. 3. n. 5. tom. 6. 1. par. tract.* per *tex in l. 1. §. causa, & l. quoties, ff. de adil. edict. Minsing. cent. 1. observat. 56. num. 7.* & in his terminis loquitur *text. in dicta l. Julianus ff. de action. empt. & in l. quoties, & in l. fi. ff. de adilit. edict. Surd. dict. decis. 165. & 265. Caldas Pereira de empt. & vendit. cap. 31. nu. 56. & 57.*

11 Quando vero venditor sciens, non liberam esse rem, & uti liberam vendidit, & tunc nedum tenetur crimine falsi, vel stellionatus, sed emptore volente contractus rescinditur, est *glos.* communiter sequuta in *l. si rem, ff de evictio.* ubi quod potest emptor solutum repetere, *Alciat. in l. qui uti 90. ff. de verb. signif. Anell. Amatus cons. 48. numer. 8. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 90.* ubi judicatum refert pro rescissione per Rotam Romanam, *Seraphin. dec. 724. Cencius decis. 46. Gratian. dicta decis. 13. Rot. Marchiæ, & discept. forens. c. 175. n. 23. Surd. d. dec. 165* ubi etiam *Hodiern. & decis 265. Bursat. cons 191. & 194. lib. 2. Reg. Merlin. dict. controvers. 46.* sub *num. 1. & num.* 12 *4.* quod sine dubio procedit, quando probatetur, emptoris interesse, rem emptam non esse aliis obligatam, ex *Mangil. in dict. tract. de evict. quæst. 24 nu. 39. Guzman. de eviction. quæst. 13. num. 115 cum seqq.* 13 Ratio est manifesta, quia sciens, rem non esse liberam & contrarium asserens, dicitur esse in dolo, & ratione doli contractus irritatur, *l. eleganter, in princip. ff. de dol.* ubi *glos. Franch. dec. 239. Azo in summa, C. de contrahend. emption nu. 14 & 18.* aliquando 14 enim potius expedit, contractum non facere, & rem emptam relinquere, quam illam obnoxiam habere, *l. fi. C. de pact. inter emptor. & venditor.* de quo standum est dicto emptoris, is enim dicere potest, quod nullo modo sic obnoxiam fuisset empturus, est *tex. in l. cum ejusdem §. interdum, ff. de adilit. edict. Surd. dec. 295.* 15 *num. 16.* & sic cum Sistus emit, seu insolutum accepit dicta bona ut libera, cum onerata, & serva ea reperisset, poterat a contractu recedere, argumento *tex. in l. cum hæreditate 53. ff. de acquir. vel amitt. hæred. Soc. jun. in cons. 38. num. 5. & seq. volum. 4. Surd. cons.* 16 *152. num. 121.* cumque contractus emptionis, & venditionis non perficiantur absque consensu utriusque, non censetur emptor una cum re onus ei annexum suscipere, quando illud ignorat, sicque cessabit consensus ignorantis, sicuti errantis, *Surd.* post *Ruin. Socin.* & alios *d. cons. 30. num. 121. volum. 1* & quæ- 17 libet venditio habet tacitum pactum, si promissa observentur, *cap. pervenit, de jur. jur. Cevall. commun. contra commun. quæst. 536. num. 45.* potuit ergo Sistus, vel agere quanto minoris, vel ad rescissionem contractus, ut diximus supra & probat *Surd. dict. dec. 165. num. 11.*

Ad illud vero, quod primo loco dicebatur, quod 18 stante contractus perfectione primæva jura non reviviscunt, sed potest agere venditor actione ex empto, ex datione insolutum. Primò respondebatur, quod opinio illa, quod omnia primæva jura extinguuntur non est ab omnibus recepta, nonnulli enim gravissimi Authores contrarium senserunt, quod primæva jura reviviscant, ut ex authoritate *Speculatoris in tit. de fidejussor. in fi.* & aliorum tenuit *Anton. Faber* in suo *Cod. lib. 8. tit. 19. de solut. defi. 4.* & *tit. 30. defi. 20. Gaspar. Anton. Thesaur. quæst. forens. lib. 2 quæst. 88. num. 5.* qui late hanc opinionem fundat, *Afflict. decis. 8. & 10. Menocan tract. de jur. offeren. n. 33. Castill.* qui

qui ita decisum refert *lib.4. controvers.c.59.ex n.60* & alii allegati per *Reg.Capye.Galeot. d. lib.1.controv. 35. sub n. 3. cum seqq.*

19 Verum admittendo prædictam opinionem, quod jura primæva sint extincta, hoc pluribus modis limitatur, & primo, quando datur species pro pecunia, secus vero, quando datur species, pro specie, vel species pro genere, ut ex *glos. in l. & eleganter 24. ff. de pignor. action.* post *Dyn. .ym. Alber. Bart. Bald. Salyc.* & alios fundat *Surd. d. decis. 113. Reg. Galeota d. controv. 32. numer. 1. & 2. Barz. decis. 85. numer. 9. &* in casu prædicto fuerunt data in solutum bona prædicta stabilia in satisfactionem pretii Terræ Sorbi.

20 Secundò limitatur, quando primæva jura fuerunt reservata, *Franch. d. decis. 50 Surd. dec. 113. Ann. cons. 34. & 80. Cagnol. in l. singularia num. 187. ff. si cert. petat.* ubi etiam *Bologn. Capyc. Galeot. ubi supra nu. 10.*

21 Tertiò, & ultimò non potest procedere, quando dans bona in solutum, ea asseruit franca, dum non sit verum, qui tunc dicitur, venditorem esse in dolo, & decepisse emptorem, *l. si quis domum in fin.* ubi *DD. ff. locati*, *Senat. Mantuan.* inter *decisiones Surd. 326. num. 48* Id enim, quod dicitur, qood primæva jura per dationem insolutum sunt extincta, & quod remanet actio ex empto ex primo contractu, procedere potest, quando evictio venit post factum contractum, vel quamvis veniat ex causa de præterito, tamen venditor fuit in bona fide, quando vero fuit dolo versatus, tunc deficit consensus emptoris, ut diximus supra & proinde primæva jura non extinguuntur, *Bart. in l. pupilli 96. §. soror*, ubi etiam *Paul. de Cast. ff. de sol. & liberat.* & in *Mevia 50. ff. sol. matr.*

Quibus omnibus discussis in Sacro Consilio sub 22 die 23. Januarii 164.. fuit confirmatum aliud decretum factum per idem S. C. quod infra mensem Conventus procuret, quod bona permutata sint libera, alias providebitur super petita rescissione, juxta ea, quæ tradunt *glo. & Bald. in l. si pater, C. de collat. & in l. ex iis prædiis, C. de evict. Alex. cons. 65. num. 5.* ubi quod tenetur venditor ad liberandum rem venditam, & quia Conventus non adimplevit, die 6. Maii ejusdem anni fuit contractus rescissus, & condemnatus ad relaxationem Terræ Sorbi restitutis eidem bonis in solutum datis, verum si infra mensem procuraverit liberationem à censibus, & aliis oneribus supersedeatur, penes Act. Mag. S. C. Martium Simeonem pro Fœlice.

OBSERVATIO IN DECIS. CXLVII.

SVMMARIVM.

1 Emptor, qui emit rem pro franca, & libera duplici actione experiri poterit contra venditorem si rem reperit obnoxiam oneribus, vel aliis obligatam, primo ad rescissionem contractus, ut docet *glo. in l. si rem, ff. de evict.* ubi emptor potest solutum repetere, & comprobat ex multis *D. Auctor. num. 11. cum seqq.* potest namque emptor, dum res empta, ut libera, fuit reperta onerata, & serva, à contractu recedere, ut probat idem *D. Auctor. num. 13. ex l. cum hæreditate 55. ff. de acquir. vel amitt. hæred. ex Surd. cons. 150. n. 121.* & aliis adductis. Secundo agere actio-

2 ne quanti minoris, ut voluit *D. Regens n. 10.* citans ad hoc *Sard. decis. 165. & 185. Grattan. c. 175. n. 36. lib. 1.* & alios per *text. in l. 1. § causa, & l. quoties, ff. de*

3 *adil. edic.* quare jure merito Sacr. C. pro executione alterius decreti ejusdem S.C. ordinavit quod venditor infra mensem procuret, ut bona permutata sint libera, alias providebitur super petita rescissione, nam tenetur

4 venditor ad liberandam rem venditam ad tradita per *glo. & Bald. in l. si pater, C. de collat. & in l. ex iis prædiis, C. de evict.* at quia venditor minimè adimplevit,

5 fuit per idem S. C. sub die 6. Maii 16.0. contractus rescissus, & condemnatus Jo. Baptista Brancatius ad relaxandam terram Sorbi, restitutis eidem per Jo. Vincentium Situm eisdem bonis insolutum datis, ut habetur *n. 22.* & credo quod inter partes, postea adfuit aliqua transactio, nam hodie d. Terra Sorbi possidetur per filiam, & hæredem d. Jo Baptistæ. Dum autem in hac decisione agitur de datione insolutum, placuit nonnulla notabilia adnotare circa eandem materiam.

Datio insolutum alia est voluntaria, quæ extra ju-

6 dicium nullo cogente ex partium communi concordia fit *D. Borell. cons. 33. n. 73. Intrigl. sing. 327. nu. 4. lib. 1. Costa de remed. subsid. rem. 3.* alii relati per *D. Novar. de datione insolut. sect. 1. qu. 2. nu. 3.* ubi quod conven-

7 tionalis etiam vocari potest, alia verò est necessaria, quæ inviso creditore fit in judicio cum authoritate, & Judicis decreto *Costa de remed. 3. D. Novar.* qui cæteros cumulat *ibid. n. 4.* & præsertim verificatur in ea, quæ fit ex beneficio *auth. hoc Nisi, C. de solut.* super qua amplum edidit tractatum *D. Novar.* qui fuit laboriosissimus I.C. ut ejus multa opera impressa probant, ideoque *Clusia de datio insolut. c. 1. n. 5.6.7.8.9.* etiam hanc distinctionem admittit, sed tertiam speciem da-

8 tionis insolutum tradit *D. Novar. d. q. 2. n. 9.* diversam à voluntaria, & necessaria sed potius præter creditoris, & debitoris voluntatem ex æquitate fit, quam deducit ex *l. sed si debitor. ff. de pignor. actio*, ubi debitor, qui emit à creditore, non facit quod res sit sibi empta, nam rei suæ emptio nulla est, operatur tamen, quod talis pecunia cedat insolutum creditori ex *Glosiano in tract. de datione insolutum c. 1. nu 23.* hinc *Ludovic. dec. Perus. 65. nu. 5.* innuit debitorem semper videre dare insolutum

9 voluntariè argum. *tex. in l. si ob causam ubi DD. C. de evictio. & Baldo cons. 3 6. in fine lib. 1.* sequitur *D. Novar. ubi sup. nu 10* quando tamen habeat locum

10 necessaria datio insolutum habes apud *Clusio. d. c. 1. n.*

11 *n. 25. per tot. num. 37.* & quando voluntaria verificetur, tradit *à num. 33. per tot. nu. 50.* & quando locum

12 habeat datio insolutum vigore *d. auth.* hoc nisi, perquiras *D. Novar. in toto d. tractatu.*

Item nota, quod si nomina debitorum insolu-

13 tum data non sint solvendo, etiam tempore cessionis factæ, an possit cessionarius habere regressum contra cedentem debitorem, & licet prima facie videatur negandum ex regula generali, quod solutione ejus quod debetur omnis tollitur obligatio *l. nulla, & l.* obliga-

14 *obligationi, C. de solut.* etiamsi solutio fiat in alia re loco pecuniæ debitæ *l. idem liberatur, §. qui paratus, ff. quib. mod. pign. vel hypot. solvit.* nam actio semel ex-
15 tincta amplius non reviviscit *l. qui res §. aream, ff. de*
16 *solut.* Contrarium tamen verius erit; nam maxima constituitur differentia inter cedere nomen debitoris, & cedere actiones contra nomen debitoris; primo nam-
17 que casu dicitur vera insolutum datio, in qua procedere possunt jura supra allegata, secundo verò casu dicuntur solum mandatæ actiones contra debitorem, ut cessionarius valeat illas exercere, exigere debitum, & sibimet solvere in satisfactionem quantitatis sibi debitæ à cedente, quo casu mandans, seu cedens non
18 liberatur, nisi secuta effectuali exactione in beneficium cessionarii, ut colligitur *ex l. 1. C. de novat.* & declarat *Cancer. var. resol. lib. 2. c. 6. nu. 168. Gratia. c. 64. lib. 1.* & aliis relatis comprobat *D. Revit. cons. 75. per tot. signanter nu. 15. lib. 1.* quia per cessionem actionis cedens non dicitur solvisse, ut per *glo. in l.*
19 *legavi in verbo legata, ff. de liberat. lega.* continet
20 namque cessio actionis conditionem, quatenus poterit cessionarius solutionem consequi à debitore cesso *Deosus cons. 99. n. 4.* refert & sequitur *Surd. d. cons. 12. n. 11. & cons. 145. n. 6. vol. 1.* & secundum hanc opinio-
21 nem fuit per S. C. determinatum in causa Joann. Ja-
* cobi Megha hæredis Prosperi Megha contra Vigilium Theotinum hæredem Octavii Theotini sub die 14. Februarii 1637. ad relationem *D. Alonsi Vargas Ducis Cagnani* Regii Consiliarii dignissimi in banca de Scacciavento, nunc Laviani.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Exceptio Velleiani an, & quando opponi possit adversus obligationem factam ad beneficium viri, & an, & quando mulier possit se obligare pro excarcerando viro, vel ad evitandum ejus carcerationem, & multa de subreptione, vel obreptione rescripti Principis dispensando, ut mulier se possit pro viro obligare, & quando impediatur liquidatio instrumenti via *Ritus* 160. *M. C. V.*

SUMMARIUM.

1 *Uxoris obligatio ad beneficium viri est ipso jure nulla. Limita nu. 2. & 3. Declara istam tertiam limitationem, ut num. 13.*
4 *Mulier obligando se proprio nomine ad effugiendum exequutionem in bonis viri, tenetur illa exhibere, vel in subsidium debitum solvere.*
5 *Hæres cum beneficio inventarii, qui proprio nomine, & in solidum obligavit, an teneatur in actione personali, & ultra vires hæreditarias, & q idsi renunciavit exceptioni discussionis inventarii.*
6 *Hæres, penes quem bona hæreditaria pervenerunt, tenetur pro concurrenti summa solvere creditoribus, & ad prædicta potest astringi, etiam personaliter.*
7 *Inventarii exceptio non potest opponi contra creditores non citatos.*
8 *Fidejussor an possit juvari exceptione discussionis inventarii: Intellige, ut num. 48.*
9 *Assertioni propria contravenire non potest.*
10 *Dolum allegarti non debet patrocinari: & ad hoc ponderantur Decisiones* Anton. Fabri. *n. 47.*
11 *Rescripti impetratio continet duas causas æque finales sufficit unam ex iis esse veram ad sustinendum rescriptum prædicta à subreptione.*
12 *Mulier, quæ se obligavit pro excarcerando viro an possit beneficio Velleiani juvari, est opinio controversa.*
14 *Sententia exequutio quo ordine erit facienda, & n. 23.*
15 *Variare non potest creditor, & ad viam exequutivam redire, dum se direxit via ordinaria.*
16 *Clausula, ut una via electa, altera non tollatur usque quo habent locum.*
17 *Hæres pro debito defuncti personaliter capi non potest.*
18 *Hæres cum beneficio inventarii, qui se obligavit proprio nomine, non tenetur ultra vires hæreditarias.*
19 *Hæres debet expresse, & specifice renunciare exceptioni discussionis inventarii, nec sufficit dicere,* non obstante quod sit hæres cum beneficio legis, & inventarii, *ibique traditur forma decreti S. C. de anno 1624.*
20 *Decreta S. C. posita inter Regias Pragmaticas habent vim legis.*
21 *Exequutio personalis contra Magnates, & Nobiliores Regni non fit inconsulto Principe.*
22 *Inventarii beneficium operatur, ut non possit hæres ante illius discussionem carcerari.*
24 *Hæres, qui ignorat, esse debitorem, & bona fide consumpsit fructus hæreditarios, illos restituere non tenetur.*
25 *Feudatario in sequestratione fructuum sunt relinquenda necessaria alimenta, ut possit vivere, & militare.*
26 *Assertio erronea nocere non debet, maxime quando tractatur de damno vitando, & n. seq.*
28 *Confessio facta in rescripto subreptitio non præjudicat.*
29 *Ignorantia juris in muliere est excusabilis.*
30 *Mulier, ex facilitate, qua inducitur ad se obligandum, præsumitur etiam inducta ad confitendum.*
31 *Cessio actionis præsumitur ficta, nisi constet de quantitate soluta aliunde, quam ex confessione.*
32 *Filiusfamilias asserendo, se esse mercatorem, ut efficaciter obligetur, ista assertio nihil operatur, nisi aliunde constet.*
33 *Donatio facta à patre ob filii benemerita, debent aliunde probari, quam ex ipsius patris assertione.*
34 *Uxori asserenti una cum viro, pecuniam fuisse versam in ejus utilitatem, non creditur, nisi aliunde constet.*
35 *Assertioni jurata non erit standum in prohibitis.*
36 *Mulier etiam vigore Regia Pragmatica non obstante juramento, potest opponere exceptionem Velleiani.*
37 *Feuda titulata, & magni momenti non possunt vendi, nisi in subsidium, & quando super aliis bonis non potest satisfieri.*
38 *Dispensatio non prodest, quando causa vera non sunt.*
39 *Rescriptum, quod est fundatum sub causa non vera, dicitur subreptitium; maxime quando continet ea quibus non veris, vel non fuisset obtenta dispensatio, vel saltem difficilius, n. seq.*
41 *Gratia ex qualibet subreptione redditur nulla, etiam si non adsit dolus, n. 42.*
43 *Obreptio in parte vitiat in totum rescriptum.*
44 *Rescripti interpretatio non tenet, quando ex pluribus causis supplicatur, quarum aliqua non est vera, aliqua non sufficiens.*
45 *Rescriptum redditur ipso jure nullum, non solum per subreptionem, sed etiam ex capite obreptionis.*
46 *Dispensationis causa cessante, cessat etiam & ipsa Dispensatio.*
47 *Instrumenti liquidatio via* Ritus *impeditur, si nullitas obligationis in principio fuerit probata.*
50 *Mulier quamvis juraverit in obligatione pro excarcerando viro, potest uti Velleiano, propter maximam læsionem.*

DECI-

DECISIO CXLVIII.

INstituerunt Hæredes quond. Federici Gentilis in M. C. V. pro liquidatione instrumenti via *Ritus* contra Illustr. D. Margaritam Ruffo Ducissam Hadriæ ob non solutionem tertiarum pro principali ducat. 15415. pro quibus se obligaverat correspondere in annuis ducat. 1248. pro debito, revera spectante ad Illustr. Ducem ejus virum, cumque nonnulla opposuisset, & præsentasset scripturas, Curia pro Tribunali sedente, juxta formam *Ritus* 166. & per M. C. fuisset provisum, esse procedendum ad interrogationem dicti instrumenti, habendo eum pro liquido, fuit dictum de nullitate, & fuerunt rejectæ; In gradu appellationis plura veniebant discutienda in S. C. juncta Regiis Consiliariis duarum Aularum.

Verum principalis punctus hujus causæ, tam in justitia, quam per viam nullitatis residebat in exceptione Velleiani. opposita per dictam Illust. Ducissam, quia se obligaverat pro debito spectante ad Ducem Albertum ejus socerum, vel Illustrem Ducem Josiam Aquaviva ejus virum pro integra summa uti sui patris hæredem, & proinde tam de jure commoni, quam etiam per *Regiam Pragmaticam de Senatusconsulto Velleiano* contractatum esse nullum, nullamque ex eo oriri potuisse contra ipsam obligationem.

Dicebatur pro Creditoribus, quod quamvis obligatio uxoris ad beneficium viri dicatur nulla, *auth. si qua mulier, C. ad Sen. Conf. Vellea.* §. *illud in auth. ut nulli judicum*, & *utrobique glos. Bart. Bald. Salyc. Alber. Paul. de Castr. Jas.* & cæteri in dicta *auth. si* 2 *qua mulier*, tamen hoc multis modis limitatur. & inter alia quando tractatur pro viri excarceratione, *Bald. cons. 5. vol 4. Franch. decis. 279. num. 5. & dec. 237. num. 4. Cassan. in Consuetud. Burgund. tit. des droits, & appar. rubr. 4. la femme soit.* §. 1. *in 5. limit. numer. 29. vers. sed juxta prædicta quaro, Joannes Bess. in Consuetud. Alvern. tit. des donations, dots, & mariages, art. 9. Grizzarel. decis. 4. num. 41 Riminal. sen. cons. 77. vol. 1. Surd. consil. 367. vol. 3. De Pont. potest. Prorog. tit. de divers. provis. in rub. de decret. Collat. Cons super obligatione, seu alienat. rerum dotal. nu. 29. cum seq fol. 474.* ubi satis mirarur de decisione relata per *Franch. in dec. 578.* & proinde contra dictam decisionem novissime fuisse judicatum refert *Thor. in 1. par. Compend. in verbo fidejubere, fol. 285.* & nedum 3 licet mulieri fidejubere pro excarcerando viro, verum pro impediendo, ne carceretur, *Gratian. discept. for. cap. 952. num. 4. Thesaur. dec. 113. Sard. d. cons. 367. nu. 18.* qui etiam ampliat, quamvis non esset tam de proximo carcerandus, *Hering. de fidejuss. cap. 7. nu. 414.* late etiam *Pascal. de virib. patr. potest. par. 3.* sub *num. 13.* ubi plene. & *num. 17.* quod possit vendere 4 fundum dotalem, & pretium solvere, ut virum à carceribus mancipet, & quod se obligando proprio nomine ad effugiendam exequutionem in bonis viri, teneatur illam exhibere, vel in subsidium debitum solvere, *Gramm. dec. Lusit. 318. Gasp. Ant. Thes. q. for. 53. lib. 4. n. 7.*

Et quod poterat carcerari vir, dicebatur, non posse dubitari, quia erat obligatus solvere per instrumentum liquidum, & guarentigiatum, & quamvis dependeret à Duce Alberto Aquaviva, cujus dictus Dux Josia erat filius, & hæres, tamen se obligaverat etiam proprio nomine, & insolidum, & licet fuerit controversa opinio, an hæres cum beneficio legis, 5 & inventarii, qui se proprio nomine obligavit, teneatur in actione personali, de qua per *Franch. dec. 283. & 648. Minad. decis. 25. Ursill. ad Afflict. dec. 399. Pascal. de vir. patr. potest. part. 1. cap. 2. num. 77.* & alii, tamen quando adest renunciatio discussionis inventarii. tunc omnes concludunt, teneri etiam proprio nomine. & insolidum, prout ultimo loco de anno 1623. fuit decisum in S. C. junctis omnibus quatuor Aulis, de qua decisione meminit *Thoro*, qui etiam refert verba sententiæ in 3. *part. Compend. in verbo exceptio discussionis inventarii, fol. 189.* & proprie *fol.* mihi 193. *in 1. colum.* & quod hic adfuisset renunciatio, fundabatur ex illis verbis positis in anno 1601. in instrumento, in quo dictus Illust. Dux Josias se obligavit, *non obstante, quod sit hæres cum beneficio inventarii.*

6 Secundò dicebatur, posse carcerari, quia in manu dicti Ducis pervenerunt omnia mobilia & fructus bonorum hæreditariorum, & certum est, quod hæres, penes quem bona hæreditaria pervenerunt, tenetur pro concurrenti summa solvere creditoribus, & ad prædicta potest astringi, etiam personaliter, ut habetur ex dicta *decis. de Franch. 648. Momital. de invent. q. 233.* quem sequitur *Phanuc.* in eodem *tract. par. 5. num. 158. vers. Adverte, Baesa de debitore inope, c. 6. n. 17. tract. 2.*

7 Tertiò dicebatur, posse carcerari, quia respectu ipsorum de Gentile non aderat inventarium. & proinde non poterat adversus dictos creditores inventarii exceptionem opponere, quia non fuerunt in eo citati, *Crass. in tit. de invent. quæst. 9. num. 5.* & in *tract. divers. de invent. qu. 255. Baltaxar Thomas.* in eodem *tract. de invent. tract. 7. de requisit. in confect. invent. tit. 3. num. 94.* & alii per *Me* allegati in *dec. 9*. & ex-8 ceptio discussionis inventarii, quæ juvat hæredi, fidejussori non prodest, *Hering. de fidejuss. c. 27. par. 4 n. 105. & c. 20.* §. *16. n. 35. Rol. de invent. qu. 172. num. 7. Montic. q. 132 n. 71.* in eodem *tract.*

Et tandem hoc in tantum fuit verum, ut ipse idem 9 Dux Josias hoc confessus fuerat, & ipsa Ducissa in memoriali dato S. E. hoc idem asseruit, cui assertioni contravenire non potest, *l. cum profitearis 4. C. de revoc. donat.* esset enim in dolo versata, nam tempore obligationis Ducissæ Dux Josias debitor in humanis erat, & poterat creditor eum in actione personali astringere ad solvendum, quod equidem fecisset, nisi dicta Illustr Ducissa se obligasset, prævia 10 etiam Regia dispensatione, & sic dolus non debet ipsi Ducissæ patrocinari, ex multis hoc fundat *Mastrill. dec. 137. numer. 2*. & 21. & in puncto adducebatur *Amor. Fab.* in suo *Cod. lib. 4. tit. 21. ad Sena. Consul. Vell. diffin. 7. & 17. DD. in d. l. cum profitearis, Linglois in l. 4. C. ad Sen. Consul. Velleian. dec. 14. q. 1. num. 5.* allegat *tex. in l. fæminæ 18. C. eod.* & in *l. decipiendi anno 30. ff. eod. tit.*

Et sic etiam non obstare dicebatur *Reg. Pragmatic.* quia jam erat ei dispensatum, & causa dispensationis, nedum fuit, quod poterat carcerari, sed etiam ad evitandum venditionem Status prædicti sui viri, & sic quatenus aliqua adfuisset difficultas in carceratione, quod non admittebatur, nulla poterat cadere dubitatio, quod nisi se obligasset Ducissa, po-11 terat ad venditionem Status prædicti Ducis procedi, & semper, quod in impetratione rescripti ponuntur duæ causæ æque finales sufficit, unam ex iis esse veram, ad sustinendum rescriptum, quamvis alia esset falsa, *text.* est in *cap. 2. verbo & perpetuo*, ubi *gl. extr. de rescript.* & ibi etiam *Ant. de Butr. Fel. n. 23. Imol. num. 5. Rip. nu 60. Innoc. in c. in præsentia, in fi. de renunc. Abb. in cap. ex parte, in fi. de confess. prabend. Loffred. cons. 45. num. 25. Camerar. in c. Imperialem, fol. 26. col. 5. vers. observate quaso, Dec. consil. 140. numer. 8. Gutierr. canon quæst. lib. 1. cap. 15. numer. 63. Guid. Pap. in tract. de rescript. in fi.* qui ampliat hoc procedere etiam in rescriptis gratiosis, qualis est dispensatio, & alii cumulati per *Santhez de matrim. lib. 8. tit. de dispensat. disput. 21. num. 42. & 44* late etiam de materia

Menoch.

Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 5. casu 201. nu. 16. Ricc. collect. dec. 325. DD. in l. 1. C. si contra jus, vel util. publ. & in *c. super literis, de rescript.*

12 Verum pro Illustri Ducissa plura replicabantur, & primò, quod satis controversa est opinio, si mulier, quæ pro marito excarcerando se obligavit, possit exceptione Velleiani se juvari, siquidem in matre, quæ se obligavit pro filio excarcerando, quod nihilominus possit prædicta exceptione se juvari, decisum refert *Franch. in dec. 578. Ricc. collect. dec. 195. Paschal. de vir. patr. potest. par. 3. cap. 5. numer. 13.* nonnulli etiam tenuerunt, mulierem non juvari beneficio Velleiani, quando se obligavit pro viro excarcerando, qui reperiebatur carceratus ex causa delicti, secus verò ex causa æris alieni, *Faber* in suo *Cod. defin. 16. ad Senat. Conf. Velleian. Pappon. lib. 12. arrest. 8. & 9. Linglois* dicta *dec. 14. q. 1. numer. 16.* argumento *text. in l. sed & si*, in illis verbis, *Vel ut mulier vinculis vindicet de necessariis suis aliquem, ff. solut. matr. Ioan. Maria Novar. in collect. 1. ad prag. 1. de Senat. Consult. Velleian. numer. 17.* vel si pro marito inope se obligaverit, ob pecuniam versam in causam alimentorum, & familiæ, *Faber in Cod. ad Sen. Consul. Vell. defi. 8. Linglois d. decis. 14. q. 1. n. 7.*

13 Sed admissa opinione magis communi, quod possit in omni casu pro excarcerando viro se obligare, quam etiam amplecti videtur *Linglois in d. decision. 14. quæst. 1. nu. 16. in fi.* & quod idem procedat etiam ad evitandam viri carcerationem, tamen *Doctores*, qui affirmativam tenuerunt opinionem, loquuntur in illo casu, quando vir erit ita de proximo carcerandus, ut nullus actus intermedius esse possit, & in istis terminis loquuntur *Surd. cons. 367.* sub *nu. 17. Gratian. discept. forens. part. 1. cap. 108. nu. 16.* nec contradicit *Paschal. de virib. patr. potest. par. 3. c. 5.* sub *n. 11.* & in istis terminis loquitur etiam *Rot. Rom. dec. 32. nu 7.* in 2. collectis per *Cencium* post ejus *tract. de censib. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 2. par. 7. n. 35.*

Sed Ill. Dux, nedum de proximo non poterat carcerari, sed nullo modo carcerationem pati. Primo, 14 quia ipsi de Gentile creditores se direxerunt in S. C. & obtinuerunt sententiam, & literas exequutoriales, juris forma servata, & sic erat procedendum primo ad exequutionem bonorum, juxta dispositionem *tex. in l. à Divo Pio, §. in venditione, ff. de re jud.* ubi etiam *glos. Bar. in l. 3. §. tuteres, ff. de suspect. tutor. Paris de sindic. in verbo captura*, late *Maranta* in suo aureo *speculo par. 6. in 3. & ult. act.*, sub *num. 8. & 9.* & quidem Dux possidebat Statum satis amplum, ex cujus venditione poterant isti creditores, qui etiam erant in relatione aliorum creditorum relati, satisfieri, quibus stantibus 16 non poterat procedi via *Ritus*, quia dum via ordinaria se direxerunt, non poterant variare, & ad viam exequutivam redire, juxta regulam *text. in l. eum, qui certarum, §. 1. ff. de verb. oblig. Capyc. dec. 13. &* 46. & quamvis in instrumento adsit clausula, ut *una via electa, altera non tollatur*, ita ut possit variare toties, quoties, attamen hoc procedere poterat usque ad sententiam, usque quo illa electio, sive facultas, aut variatio potest habere locum, *l. 9. §. eligere, ff. de tributar. act.*

Insuper dicebatur, quod quando prædicta aliquam haberent difficultatem, non poterat procedi ad carcerationem Ill. Ducis, quia quamvis se obligave- 17 rat proprio nomine, revera debitum erat hæreditarium quondam Ducis Alberti patris, & propterea carcerari non poterat, *Bal. in l. fi. §. et si præfatam, C. de jur. deliber.* ubi etiam *Saly. in §. si vero ipse*, *Roland.* post *Imol. Alex. Socin.* & alior in *tract. de invent. par. 1. in c.* quod incipit *beneficium inventarii, in 8. vol. tract.* & communem dixit *Vasquez de success. creation. lib. 1. §. 6. num. 45.* & hoc fuisse decisum in Sacro Consi- 18 lio, ut hæres cum beneficio legis, & inventarii, qui se obligavit pro debito proprio nomine, non teneatur ultra vires hæreditarias, refert *Franch. in d. decision. 648.* post *Mont. in tract. de invent. quæst 232. num 3. Ioannem Delectum de arte testandi, titul. 12. caut. 9.* & eundem 19 *Franch. dec. 313.* nec limitationem *ibi* traditam, quando hæres renunciavit beneficio discussionis inventarii, dicebatur, esse applicabilem ex illis verbis (*non obstante, quod sit hæres cum beneficio inventarii*) siquidem verba *decisionis* prædictæ dicunt, (*hæredem cum beneficio legis, & inventarii obligatum pro debito defuncti, etiam proprio, & principali nomine, ac insolidum, & sub quibuscunque aliis clausulis, non teneri ultra vires hæreditarias, nisi expressa, & specialis renunciatio beneficii inventarii prædicti interveniat, & obligatio satisfaciendi etiam ultra vires hæreditarias*,) ut habetur in decreto S. C. relato per *Thor. in dict. a. p. Compend. in verbo exceptio discussionis inventarii*, quod decre- 20 tum fuit factum per viam declarationis per totum Sacr. Consil. & propterea habet vim legis, ut habetur ex *Libro Regiarum Pragmaticarum*, ubi talia decreta inter *Regias Pragmaticas* sunt posita, modo hæc specialis, & expressa renunciatio non legitur in instrumento, neque illa obligatio satisfaciendi, etiam ultra vires hæreditarias, & illa verba, *non obstante, quod sit hæres cum beneficio*, excluduntur ex illis verbis, *& sub quibuscunque aliis clausulis.*

21 Dicebatur etiam, quod non ita de facili erat concedenda licentia carcerandi Illustrem Ducem Hadriæ, de Nobilioribus Regni Magnatibus pro tam parva summa, dùm creditor poterat satisfieri super bonis ipsius, exequutio enim in personam non fit, nec fieri solet, inconsulto Principe, quando tractatur contra Magnates, *l. quoties, C. ubi Senat. vel Clariss. Ioannes de Platea in l. gravius, C. de legat. lib. 12. Bovadill.* in sua *Politica lib. 2. c. 16. num. 226.* quod hodie est in viridi observantia.

Ad duo autem opposita adversus inventarium, quod non poterat Ill. Dux dicta exceptione juvari, & quod in ejus posse erant mobilia, & fructus, Respon- 22 debatur primo, quod hoc operatur beneficium inventarii, ut non possit hæres carcerari ante illius discussionem, ut dicta *l. fi. §. & si præfatam, §. licentiam, & §. in computatione*, potest enim hæres creditoribus primo venientibus satisfacere, & bona hæreditaria retinere, & quando facta discussione bona prædicta essent in ejus posse, nec etiam carcerari posset, nisi juris forma servata, juxta disposita in dicta *l. à divo Pio*, quomo- 23 do igitur poterat de facto exequutionem pati de persona, non facta prius diligentia, quæ de jure disposita 24 est in exequutionibus faciendis? Secundo dicebatur, quod respectu fructuum jam fuerunt de ordine S. C. ab anno 1608. sequestrati, & ante dictum annum ignorabat, tanto numero creditorum esse gravatam hæreditatem, & bona fide consumpsit, nec tenebatur, juxta tradita per *Cancer. var. resol. lib. 3. n. 2. n. 248. Escobar. de ratioc. cap. 9. n. 83.*

Et quatenus teneretur de illis, ac de mobilibus in discussione inventarii rationem reddere, in promptu adducebantur innumeræ solutiones notabilis quantitatis, factæ creditoribus hæreditariis, item & ipsiusmet hæreditatis erat idem Dux creditor pro dotibus maternis, & pro aliis summis in notabili quantitate, cujus jura non erant confusa, stante aditione cum beneficio inventarii.

25 Debebantur etiam ei necessaria alimenta, ut posset vivere, & militare, *Affl. in Constit. Regni. Si quis post litem, nu. 14.* circa *medium, vers. item, quod remaneant, Frecc. de subfeud. lib. 3. differ. 5. inter feud. ex pacto, & feud. hæredit. Camer. in c. Imperialem, fol. 101. lit. G. Regens Rovit. in prag. 3. n. 14. de ord. judic.* quæ omnia concurrebant in hac causa.

26 Rursus dicebatur, neque obstare assertionem factam à prædictis Ducibus circa dictam carceratio-

nem, quia cum ex prædictis satis constabat, esse erroneam, ipsis nocere non debebat, *Cravett. consil. 101.n.5. Gabriel. commun. conclus.tit. de confess. conclus. 4.numero 21. & Mascard. de probat. tom. 1. conclus. 368.* 27 *numero 15. &* 25. maxime quando tractatur de damno vitando, *Gabr. ubi supra numer.19. Mascard. ubi supra,* 28 *numer.13.* Dicebatur etiam, quod ex alio dicta assertio facta per Ducissam non nocebat, quia erat facta in rescripto subreptitio, & proinde confessio non præjudicat, *Aret. in l.1.§. si quis simpliciter, col. fi. ff. de verb. oblig.* tanto magis, quia posse, vel non posse 29 carcerari, est error juris, & in muliere juris ignorantia est excusabilis, *l.fi.* ubi *Doctores, C.de juris, & fac. ignor.*

Considerabatur amplius, quod dicta assertio mulieris fuit facta, ad hoc ut actus gerendus à muliere, haberet firmitatem, & proinde non est standum suæ 30 assertioni, quia ea facilitate, qua fuit inducta ad se obligandum, fuit etiam inducta ad sic confitendum, juxta notata in *l. qui testamentum, ff. de probat. Bar. in l. si forte. ff. de castrensi peculio,* sequitur *Ias. in l. si donatione, num.4. C. de collat. d. auth. si qua mulier,* ubi *Bar. num.3. Honded. consil.45. numer.13 lib.1. Tusch.* in suis 31 *concl. in verbo assertione, concl. 535.* sicuti in simili solutio facta pro tota quantitate cessa ad evitandum dispositionem *tex. in l. per diversas, & ab Anastasio, C. mandati,* est probanda aliunde, quam ex confessione, *Iacobin. in l.1. numer.3. C. ne liceat potentior. Menoch. præsumpt.129. numer.20. lib.3. Farinac. de falsit.* 32 *& simul. q.162. 277. cum seqq.* sic etiam nec nocet filiofamilias assertio, esse mercatorem, ad finem, ut obligatio sit valida, nisi aliunde constet, *Ias. in d. l. si* 33 *donatione, nu.5. C. de collat.* & pariter in donatione facta inter personas prohibitas, quæ tamen valet ob benemerita, nam tunc servitia debent aliunde probari, *Clar. in §. donatio, q.8. vers. hac autem conclusio. Vivius* 34 *commun. opin.* 208. *numer.9. par.1.* hoc idem in assertione uxoris una cum viro, pecuniam fuisse versam in ejus utilitatem, quæ assertio nihil operatur, nisi aliunde constet, *Bar. Bal. Salyc. Alber. Nicol. de Mattar.* & alii in *d. auth. si qua mulier, Thesaur. decision.223. num.2. Honded. d. cons.45. numer.23 lib.1.* & similibus, 35 quod procedit, quamvis assertio esset jurata, ut pluribus authoritatibus fundat *Tiraquel. in l. si unquam, in verbo donatione largitus, num.91. C. de revocand. donat. Roland. à Vall. cons.64. nu.11. Honded. d. cons.45. num.32.* 36 & decisum refert *Thesaur. decision.32.* quod etiam per *Regiam Pragmaticam* specialiter provisum reperitur, ut non obstante juramento possit mulier exceptionem Velleiani opponere, ex quibus concludebatur, quod dicta causa evitandæ carcerationis non erat vera, & sic obligatio nulla remanebat.

Nec etiam erat vera alia assertio ad evitandum Status venditionem, quia in processu aderat instantia aliorum Creditorum, & instabat etiam pro venditione dicti Status Procurator prædictorum, & per plura decreta nedum fuerat dictum, esse procedendum ad venditionem, sed jam erat ad instantiam Ill. Marchionis Corati processum ad venditionem, & subhastationem terræ Juliæ novæ, & candela accensa fuit disputatum, si dicto Illustr. Duci competebat prælatio, & respectu aliorum feudorum fuerat factum appretium, & fuerunt etiam, donec reperiretur emptor fructus sequestrati, prout semper fuerunt suo sequestro, sicuti & hodie quoque nec pro isto parvo credito ducat. quindecim mille, vel circa po-37 terat procedi ad venditionem totius Status, in quo quamplurima includuntur feuda, etiam titulata, & magni momenti, quæ non poterant vendi, nisi in subsidium, ut ex dictis per *glos. in l. quamvis, C. de distract. pignor.* dixit *Minad. in Const. In aliquibus, in verbo Comisum, nu.42.* ubi sic judicatum refert, nam creditoris arbitrium debet esse regulatum, & cum possit satisfieri super aliis bonis, non debet procedi ad venditionem Status, ut etiam decisum refert in causa Comitissæ Saponariæ *dec.13.*

38 Ex quibus, nedum dicebatur, quod reddebatur nulla obligatio mulieris, sed etiam Regia dispensatio, quia quando causæ veræ non sunt, dispensatio non prodest, prout in propria materia dispensationis ad *Regiam Pragmaticam* voluit *Pater Molfes.* in sua *sum. tom. 1. tract.12. cap.19. numer.36.* faciunt dicta per *Felin. in c. ad aures, num.9. de rescript.* & in *cap. causam, quæ,* 39 *de testib.* Rescriptum enim, quod est fundatum sub causa non vera, dicitur subreptitium, *Seraph. dec.1310.* post *Oldrad. cons.262. Ricc. in prax. fori Eccles. part. 2.* 40 *resolut.410. nu.8.* maxime quando ex expressa fuerunt, quibus non veris, non fuisset obtenta dispensatio, vel saltem difficilius, *cap. super literis, & c. postulasti, de rescript.* ubi *Felin. Capyc. decision.32. numer.13. Reg. Valen-*41 *zuel. cons.59. num.44. Costa de jur. & fact. ignor. reg.2 n. 9. Reg. Revert. consil.12. numer.12. lib.1.* & quælibet subreptio reddit gratiam nullam, *cap. fi. in fi. de filiis presbyterorum, Doctores in cap. ad audientiam, il secondo de rescript. Seraph. decision.1432. nu.3.* quamvis non adsit do-42 lus, *Verall. decision.274. ex nu.9. par.1. Alex. Trentacinq. var. resol. tit. de rescript. lib.1. resol.5. numer.2.* qui alios cumulat.

43 Et quamvis omnes duæ causæ expressæ fuerint non veræ, tamen dicebatur, quod obreptio in parte vitiat totum rescriptum, ut post *Io. Andr. Abb. Cardin.* & alios tradit *Dec. consil.198* sub *nu.4. Cacher. decis.142. nu. 29.* neque causa venditionis Status de per se sola, quando vera esset, opitularetur, cum non sit sufficiens ad validandam obligationem, sive intercessionem uxoris 44 ad beneficium viri, & quando ex pluribus causis supplicatur quarum aliqua non est vera, aliqua non sufficiens ad obtinendum rescriptum, illius impetratio non tenet, prout ex pluribus hoc fundat *Cancer. var. resol. lib.3. cap.3.* ex *numer.110.* usque ad 113. *Guid. Pape sing 1736. Beltram decis.734. Menoch. cons.383. li.4. Ricc. d. decision.106. par 4. & Rot. Rom. in noviss.* per *Rubeum* ab anno 1630. *decis.a 1. num.10.* ubi tunc substinetur actus, quando una esset sufficiens, secus vero quando plures causæ ad celebrationem actus aliquæ non sint veræ, & quæ sunt veræ, non sunt sufficientes ad substinendum actum, *Cravett. consil.72. num.10. Bardell. consil.2. n.68.*

Et nedum fuit subreptum in impetratione dictæ dispensationis, sed etiam fuit assertum, quod Ill. Ducissa se obligabat ad dictam pecuniæ quantitatem, ad evitandum venditionem Status, & non fuit dictum, quod jam aderant instantiæ aliorum Creditorum pro venditione, & Status fuerat jam exequutus, & quod ipsi Creditores de Gentile erant cum aliis Creditoribus graduati, ex quibus apparebat, quod desistere ab instantia nihil operabatur, dum aderant alii Cre-45 ditores, quia ad venditionem illius procederetur, quibus stantibus etiam ex capite obreptionis rescriptum nullum redditur ipso jure, dicto *c. ad audientiam, il secondo,* ubi *Felin.* & alii *de rescript.* cum aliis cumulatis per *Reg. Valenzuel. cons. 58. numer. 27. vo-46 lum.1.* & per *Ricc. dec.136. num.3. par.3.* & cessante causa, qua inducitur Princeps ad dispensandum, cessat etiam & dicta dispensatio, *can.1.35. dist. Borom* in dicto *c. super literis, de rescript. Tiraq. in tract. cessant. caus. cess. effect. nu.116.* latissime per *Sanchez de matrim. tom.2. lib.8. disput. 30.* sub *nu. 4. Reg. de Pont. de potest. ac. Prorog. titul.10. de divers. provis. & de decret. Collat. Consil. n.19.*

Nec potest dolus considerari ex parte Ducissæ, cum ipsa reperiebatur absens in Statu Aprutii, & omnia fuerunt tractata in Civitate Neapolis cum ejus viro, vel cum suis Procuratoribus, & Dux ejus vir obtulit Creditoribus obligationem Ducissæ, ut apparebat ex instrumento, & deinde misit minutam instrumenti,

47 instrumenti, ut ipsa Ducissa se obligaret, servata forma dictæ minutæ, & sic dicebatur, quod perperam adducerentur decisiones *Fabri tit. ad Vell. diff. 7. & 17.* in suo *Cod.* & alii allegati supra *nu* 10 ibi. n. mulier induxit Creditorem contrahendum, hic vero Ducissa absente hoc facere non poterat, sed vir induxerat eam ad se obligandum, nec Creditor Duci, seu Ducissæ pecuniam numeravit, sed se obligavit pro debito viri, seu patris, ad quod ejus vir uti hæres patris se obligaverat.

48 Et cessante obligatione, cessat etiam motivum, exceptionem inventarii non prodesse fidejussori, quia hoc disputari posset, si valide esset Ducissa obligata, & vellet discussione inventarii se tueri, sed dicit obligationem nullam, obstante exceptione Velleiani, tam de jure communi, quam de jure municipali per *Regiam Pragmaticam*, ultra quod *Hering.* in dicto *tract. de fidejuss. cap. 27. par. 4. & cap. 20. §. 16. num. 35.* loquitur in fidejussore defuncti, non autem de fidejussore hæredis, & sic etiam *Mynsic. d. 9 23.* & alii.

49 Quæ nullitas obligationis sic incontinenti ex lectura ejusdem instrumenti probata, tam respectu obligationis, quam etiam respectu dispensationis impedire debere dicebatur instrumenti liquidationem, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re jud. Felin. & Dec. in c. ex parte, de offic. deleg. Grammat. consil. civil 45. Canar. de liquidat. instrum. quæstion. 19. Carav. in Ritu M.C.V. 166. num. 57.*

50 Quibus adstipulabatur maxima læsio, propter quam uti potest Velleiano, quamvis juraverit, & pro excarcerando viro se obligasset, *Gayl. observat. 77. lib. 2.* ubi *Grevai, Amat. dec. 62.*

Hæc causa fuit pluries discussa, non tamen adhuc decisa, quia Creditores non institerunt pro expeditione, tanto magis, quia Illustr. Ducissa isto medio tempore in judicio ordinario compilaverat processum super invaliditate dictæ obligationis. Processus est in Banca Pinti in M.C.V. quando decidetur ponam decisionem.

OBSERVAT. IN DECIS. CXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier adversus liquidationem instrumenti potest opponere exceptionem Velleiani, fallit si super obligatione intervenerit Regia dispensatio firmata à toto Collaterali Consilio, nu. 2. & ita decisum nu. 4. atque ita servatur n. 2.*

3 *Dispensatio tollit omne obstaculum.*

5 Magna Curia Vicariæ, *an possit cognoscere de obreptione, & subreptione Regiæ dispensationis, & n. 6.*

6 D. Regens Jo: Camillus Caracius *laudatur.*

7 D. Carolus Antonius Moccia *laudatur.*

8 *Regentes an possint dispensare Velleiano, & concedere, quod mulier validè obligetur, & an decipiantur quando dispensationes subscribant, n. 10.*

9 *Dispensatio est gratia, quæ ad solum Principem spectat, & corruit si est fundata super causa non vera num. 13.*

11 *Stilus Cancellariæ attenditur quando non est contrarius statuto.*

12 *Causa finalis ubi cessat, cessare quoque debet dispensatio.*

14 *Concessio facta ex una causa, si illa non sequatur, revocatur concessio de ratione. n. 15.*

15 *Conditio sicut purificare conditionem debet, ita etiam causa.*

16 *Concessio facta ex certa qualitate, vel causa, si deest qualitas, vel causa, non valet concessio, etiamsi ex alia causa potuisset fieri.*

17 *Assertio patris, quod omnia ejus bona sunt uxoris, an valeat in præjudicium legitimæ filiorum, ut n. 18.*

19 *Instrumentum reassumptum, in quo est subscriptus alius judex ad contractus, quam ille qui intervenit in stipulatione, an possit liquidari via Ritus M. C. V. & decisum negativè adducitur, numero 20. & 21.*

21 *Instrumentum societatis initum per filiumfamilias cum consensu patris, an contineat etiam obligationem factam per d. filiumfamilias absque patris consensu in venditione annuorum introituum pro certo capitali posito in societate causa mercimonii, & decisum adducitur, quod sic n. 22. & 24.*

23 D. Consil. Petrus Paulus Theodorus *laudatur.*

24 D. Consil. Jo: Thomas Vespulus *laudatur.*

P. Jo: Thomas Vespulus *Congregationis Oratorii laudatur.*

25 *Exceptio S.C. Macedoniani impedit liquidationem instrumenti si filiusfamilias sit obligatus absque paterno consensu, vel non est emancipatus, vel non vivit seorsum à patre.*

26 *Instrumentum, an liquidari possit contra septuagenarium, & n. 27. & an contra Doctorem exercentem officium procuratoris in Curiis Principum, & sic in S. R.C. n. 28.*

29 *Doctor renunciare minimè potest privilegio ne conveniatur ultra quam facere possit.*

De pluribus in hac decisione fuit dubitatum, sed præcipuè de exceptione Velleiani non tamen decisa, ut innuit *D. Auctor. num. 50. vers. hæc causa*, ideo agam brevissimè.

Circa articulum propositum *nu 1. cum seqq.* an valeat mulier se obligare, nedum pro excarcerando viro; sed pariter pro impediendo, nec carceretus prævia Regia dispensatione respectu Velleiani, de quo *in pragm. 1. de S.C. Velleia.* Ego firmiter teneo cum *D. Auctore nu.*
1 *13.* quod valida sit obligatio, ideoque licet mulier possit opponere adversus instrumenti liquidationem exceptionem Velleiani, prout fuit in casu hujus decisionis opposita ex traditis per *D. Cons. Staiban. resol. 42. lib. 1. resol. forens. resol. 177. num. 9. atque resol. 183. n. 65. lib. 2.* & novissimè *D. Montan.* vir doctissimus, ac feudista
2 maximus *controvers. 76* hæc tamen conclusio minimè locum sibi vendicat, si fuisset impetrata dispensatio à toto Collaterali Consil. & sic ab omnibus DD. Regentibus in eo sedentibus, prout erat obtenta in casu istius decisionis, ut voluerunt *D. de Franch. decis. 625. n. 26.* vers. *sed dicebatur.*

Per hanc enim dispensationem omne obstaculum
3 tollitur, teste *D. Consil. Rocco resp. 4. nu. 2. lib. 1.* & decisum affirmat *D. Hodierna ad Surd. dec. 86. nu. 27.* & no-
4 vissimè fuit per S.C. determinatum de anno 1662. in causa Ducis Ielsi cum creditoribus Principis Maydæ in banca Clavelli, ut retulit mihi unus ex DD. Consiliariis, qui in d. causa votavit, At quia Ducissa Hadriæ plura opponebat adversus instrumentum, & Regiam dispensationem à Collaterali Consilio obtemptam, & præsertim, quod obligatio sua erat nulla, ac etiam d. dispensatio, quia causæ expressæ tam in instrumento, quam in memoriali dato pro obtinenda dispensatione non erant veræ, & propterea non proderat, ut habetur *n. 38. cum. seqq.*

Idemque fuit dubitatum, in M. C. V. ubi liquidatio
5 instrumenti pendebat, an eadem M C. V. posset cognoscere de obreptione, & subreptione, vel adiri debuisset Collaterale Consilium, & pro negativa opinione pro creditore scripserunt *DD. Andreas Marchesius* Advocatus doctissimus, qui postea fuit Regius Consil. ac Præsid. S.R.C. meritissimus ac *D. Parthenius Petagna* similiter Advocatus primi nominis, qui maximum habebat cumulum gravissimorum negotiorum, sive causarum, & postea fuit advocatus Regalis patrimonii, & demum Præsidens R.C.S. authoritate *Imol. in l. qui*

Romæ, *§. duo fratres post num. 31. verbo pro intellectu, vers. forte poss. t dici ff. verbor. oblig. Felin. in c. de cætero n. 3. versic. adverte secundo, & vers. adverte tertio extra de re judic. & glosa in l. nullus, C. de judic. ac in l. ait prætor. §. si debitorem, vers. locum fore, ff. quæ in fraud. credit.* & ex aliis adductis in allegationibus apud *Me* existentibus, sed pro affirmativa sententia ad favorem Ducissæ Hadriæ allegabantur *tex. in §. si quis autem, auth. de mandat. princip. & in c. porrecta, & cap. ad nostram de confir. utile, vel inutile, Poller. in constit. magister Iusticiarius sub n. 8.* & alia quæ latissimè exaravit in allegationibus *D. Io: Camillus Cacacius* tunc Advoca-
6 torum Princeps, nedum ob ejus doctrinam, sed etiam ob eloquentiam, qui postea fuit Advocatus Fiscalis R.C.S. postmodum Præsid illios Tribunalis, & demum Regens in Collaterali Consilio Neapolitano, qui obiit tempore contagii in anno 1656. & in testamento condito, voluit ædificari expensis suæ hæreditatis monasterium monialium eligendarum ex personis nobilibus & pauperrimis, & moniales esse alendas ex fructibus hæreditatis, & jam ædificari cæptum est in loco, ubi dicitur *alli miracoli* in loco eminentiori extra Mænia hujus Civitatis, & pro expensis legavit totam ejus hæreditatem consistentem in duc. centum mille decontantis, & annuos duc. duodecim mille annuorum introituum, ultra mobilia, maximi valoris, qui pariter in vita ædificari curavit cappellam satis conspicuam in Ecclesia Sancti Laurentii Majoris hujus Civitatis sub titulo Sanctissimi Rosarii, in qua fuerunt expensi ducati viginti mille, & post hæc scripta repertũ *D. Carol. Anton. Mocciam* hunc articulum referentem, & inse-
7 quentem opinionem affirmativam *D. Regentis Cacacii cap. 43. in silva cas. forens.* qui quidem *D. Moccia* fuit Advocatus maximæ expectationis, sed mors immaturè à nobis abstulit in ætate annorum 25. hancque opinionem vidimus secutam fuisse per S.C. dum ex decisione constat causas obreptionis, ac subreptionis fuisse examinatas, si enim S C. non poterat de obreptione, & subreptione cognoscere, frustra causas prædictas discutisset.

Ex alio etiam Ducissa prætendere poterat dispensa-
8 tionem esse nullam, nempè ex defectu potestatis, in eadem namque *pragm.* expressè fuit abdicata potestas DD. Regentibus illam declarandi, vel contra eam judicandi, vel dispensandi, ibi *abdicantes ab omnibus supradictis jurisdictionem in contrarium judicandi, &c.* ideoque non poterant DD. Regentes de facili dispensare præcipuè cum dispensatio sit gratia, quæ ad Prin-
9 cipem, & sic Proregem spectat, unde non potest Collaterale absque Principe gratiam concedere, o in terminis terminantibus tradit *D. Regens de Ponte de potest. Proreg. in tit. de decret. Collat. Consi. n. 5. cum seqq.* ubi in puncto asserit quod prædictæ decretationes licet fieri solitæ, sunt erroneæ, & contra manifestam dispositio-
10 nem *pragmatica*, & quod Regentes, qui illas faciunt de facili sunt à Scribis à mandatis circumventi, & quia pluries forsitan ipsi hoc evenit, & expertus est, ideo illud falsus est in prædicto tractatu, quod in publicum edidit tempore, quo officium Regentes jam renunciaverat, & ingressus erat Religionem Theatinorum, sivè Clericorum Regularium, & propterea optimè concludit contra *D. de Franch. dec 623.* qui aliter non discusso negotio, sivè articulo dispensationem taliter factam auferre *Pragmatica, & Velleiani beneficium* dicit, tanto magis, quia d. decisiones fuerunt impressæ post mortem Authoris, & ideo non revisæ, quarè magis credendum est *D. de Ponte* de concernentibus ejus officium & potestatem in tractatu, ubi sola veritas dici, & defendi solet, idemque affirmat *consi. 40. n. 17. vol. 1.*

Nec refert, quod stylus Cancellariæ aliter observat, dispensando scilicet *pragmaticæ*, quia stylus attenden-
11 dus est, quando non est contrarius statuto, ut per *Alex. consi. 37. num. 31. lib. 1. Anchar. consi. 54. sub numer. 2.*
12 *& Dec. consi. 677. in fine*, at per *d. pragm.* prohibita est dispensatio DD. Regentibus, sed hodie hoc non servatur, nam admittitur dispensatio facta à DD. Regentibus absque D. Prorege, sed post dispensationem adjicitur, provisum per S. Excellentiam.

Insuper dispensatio fuit fundata super causis exposi-
13 tis, quæ veræ minimè sunt, & ideo cum causa finalis dispensationis cesset, cessare etiam debet ipsa dispensatio, quæ super illa causa finali est fundata, & aliter non fuisset facta *l. adigere, §. quamvis, ff. de jure patron.* & ideo datum, & concessum ex una causa, si illa
14 non sequatur revocatur concessio *l. 1. ff. de condit. caus. data*, ea ratione, quia causa proxima est conditio, &
15 sicut necesse est purificare conditionem, ita & causam *Calderin. consi. 56. alias consi. 1 de translat. præfat. num. 2. Federic. de Senis consi. 164. in princ.* optimè *Geminian. consi. 69. nu. 9 vers. licet enim*, ubi asserit, quod privile-
16 gium concessum ex certa qualitate, vel causa, si non adest qualitas, vel causa expressa, non valet privilegium, etiamsi concedens ex alia causa potuisset concedere, & tandem facit *Anchar. consi. 394. n. 3.*

Hinc *D. Auctor n. 26.* tradit assertionem factam per
17 debitorem, si constat illam esse erroneam, non nocere debitori, quarè, nec pariter statur assertioni patris asserentis in suo conscientiæ omnia ejus bona spectare ad uxorem, vel aliam personam in præjudicium legitimæ filiorum, nam aliundè constare debet per testes, vel alias probationes, ut voluerunt *Bar. in l. qui uxori ff. de auro, & argent. lega. Paneirol. consi. 98. n. 38. Pereg. de fideicom. art. 4. n. 14. Cravetta cons. 241. Petra de fideicom. q. 15. n. 87. Rota Romæ in recentior. decis. 563. n. 3. par. 2. Canonistæ in cap. servis de re judic. Merlin. delegat. lib. 2. tit. 1. q. 10. num. 15. & 16. Rota Avenion. decis. 105. D. No-*
18 *var. privil. 14. numer. 2. de malis ablatis*, ubi alios refert, sed contrarium tenet ibidem authoritate *Carocii decis. 7. num. 13.* ubi pro opinione *Bartoli* concordantes adducit, & deindè dicit cog tandum, sed non loquitur in præjudicium legitimæ filiorum, nec habet sectatores.

Et dum in hac decisione agitur de instrumenti li-
19 quidatione, quæritur an in instrumentum possit liquidari via Ritus M.C.V. si in instrumento reassumpto, sit subscriptus alius judex ad contractus ob mortem primi judicis, non constito de morte, nec de privilegio se subscribend. in loco demortuorum, casus iste accidit disputandus in causa liquidationis instrumenti ad instantiam Monasterii Sanctæ Patriciæ contra Don Alonsum Sanchez, qui opposuit non posse procedi ad liquidationem, dum judex ad contractus, qui erat subscriptus in instrumento reassumpto, & præsentato pro liquidatione, non erat ille, qui intervenerat in stipulatione instrumenti, sed ob mortem illius se subscribere fatebatur ex privilegio ei concessu, juxta tradita per *Afft* loquentem de Notario, qui habet potestatem scribendi instrumentum in protocollo per alium, *in constit. Bajulos omnes num. 27.* & propriè in judice loquitur *n. 3. vers. sed si ipsa*, ac ita servari dixit *de judice Roberto de instrum. liquidat. consid. 1. sub nu. 12.* nam debet constare de privilegio in actis liquidationis, cum de jure non possit se subscribere, item debebat constare de morte Judicis, qui intervenit in stipulatione, & licet per M.C.V. fuisset processum ad interrogationem, nihilominus S. C. in causa appellationis inter V.I.D.
20 Scipionem Mocciam, cum Alphonso de Ligorio in banca Canalis, quia debitor dixerat de nullitate, fuit decisum nullitates obstare, ut refert *D. Thor. in compend. decis. to. 3. p. 1. verbo instrumentum, an possit liquidari via Ritus*, fol. 559. ideoque in d. causa Monasterii
21 Sanctæ Patriciæ fuit dictum per M.C. quod rectius citetur debitor sub die 21. Octobris 1649. in banca Madari, & Crispini, olim de Lucina.

Item *D. Auctor n. 32.* agit de obligatione facta à fi-
22 liofamilias, qui asserebat se esse mercatorem, ut sit nulla, nisi aliunde constet, cujus occasione dubitatum

fuit

fuit ſi Joſeph Pandolphus, qui eum conſenſu Coſmi ejus patris iniit ſocietatem cum Jo:Donato Genuenſe mediante publico inſtrumento, qui quidem ſocii vendiderunt inſolidum Raphaeli Porporæ ann. ducat. 110. pro capitali duc.1400.& quia d. Joſeph erat obligatus abſque conſenſu, & præſentia Coſmi patris ad beneficium d. Raphaelis, petiit d. Coſmus in S.C. declarari nullum dict. inſtrumentum venditionis ann. duc. 110. eo quod conſenſus fuit tantum præſtitus pro ſocietate ineunda, & ſic pro emendis,& vendendis ſericis decontantis, & in credentiam,tamen per S.C. 23 referente illo integerrimo, ac doctiſſimo viro *D. Conſil. Petro Paolo Theodoro* fuit mediante ſententia abſoluta Magdalena Cacace hæres d. Raphaelis ab impetitione prædicta ſub die 2. Iunii 1592. in banca Sarni poſtea de Venditto, à qua ſententia cum fuiſſet reclamatum 24 per dict. Coſmum, compilato proceſſu mediante ſententia ejuſdem S. C. ſub die 20. Octobris 1597. fuit confirmata prima ſententia, & impoſuit perpetuum ſilentium referente D.Conſil. Io: Thoma Veſpulo ſeniore qui fuit Advocatus primarius doctiſſimus, de cujus familia hodie extat *P. Io:Thomas* Congregationis oratorii vulgo dicti Gelormini, Theologus Doctiſſimus, ubi exemplariter vivit, cum maxima mea præcipua admiratione ob ejus vitæ integritatem, & morum ſuavitatem.

Pariter obſerva, quod exceptio S. C. Macedoniani etiam impedit liquidationem inſtrumenti, ſi filiusfa- 25 milias ſit obligatus abſque patris conſenſu, nec eſt emancipatus, neque vivit ſeorſum à patre juxta prag. 8. ad S.C. Macedon.ubi *D. Rovit.nu.24. D.de Franch. dec.181.nu.5. atque dec.221.n.2.late Molfeſ.conſ.4.vol. 1. & conſ.42. volum.2.*

Sic etiam obſervabis,quod contra ſeptuagenarium, 26 non liquidatur inſtrumentum, quia carcerari non poteſt *Scanarol. de viſit. carcerat. lib.3.c.4.n.31. Baeza. de debit. inope c.7.num.3. Grat.c.328.n.14.* Sed *D. Thor. in comp. dec. p.3. fol.1. verbo inſtrumentum* refert fuiſſe liquidatum inſtrumentum contra ſexagenarium, ſeu 27 ſeptuagenarium, qui habebat ſalvam guardiam Excellentiſſimi Proregis, verum in liquidatione fuit dictum, quod remaneat condemnatus, ſed ſuperſedeatur io exequendo pro debito, & pœna, pro quibus exequatur in bonis, & de carceratione ſeptuagenarii Nos diximus *obſer.72.num.5.cum ſeqq.* ideo revideas ibi adducta.

Pro complemento tamen hujus obſervationis no- 28 talis, quod liquidatio inſtrumenti non fit contra Doctorem exercentem officium procuratoris in Curiis Principum, & ſic in S. C. quia non poterit carcerari, nam gaudet privilegio, ut non teneatur, niſi in quantum facere poſſit, ità *Hended.conſ.81.nu.6.Cavalc.dec. 51.par.1. Caſtagna q.9.fall.3.* quos ſequens adducit *Scanarol.de viſit.carcerat.lib.3.c.6.n.51.* cui privilegio non 29 poſſe Doctorem renunciare probat *Caſtagna d.qu. 9. nu.51.in tract. de aucto ne egeat* ſequitur alios adducens *Scanarolus ibid. n.42.*

M. A. Gizzius.

ARGVMENTVM.

Petens reſcindi tranſactionem an, & quando teneatur acceptum reſtituere, ad declarationem *text.in l.ſi diverſa, C. de tranſact.*

SVMMARIVM.

1 *Tranſactionis reſciſſionem petens debet ante omnia acceptum reſtituere: Contrarium, n. ſeq.*
3 *Exceptio declaratoria debet ante litis conteſtationem opponi.*
4 *Minor an reſtituatur adverſus omiſſam exceptionem dilatoriam, ex contractu tranſactionis ortam & n.10.*
5 *Nullitas contractus ſi proponatur non erit locus reſtitutioni acceptorum, maxime ubi enormiſſima læſio præſupponitur, & agitur in Conſiſtorio Principis, ubi ſola facti veritate inſpecta proceditur Contrarium, numero 12.*
6 *Regula dolo facis, &c. quando habeat locum.*
7 *Reſtitutio acceptorum non habet locum, quando certum eſt alterum eſſe creditorem majoris quantitatis, Intellige ut n.13.& 15.*
8 *Tranſactione uti, & pecunia reſtitutionem habere, iniquum eſt.*
9 *Reſtitutio acceptorum non datur, quando quis dolo fuit inductus ad tranſigendum.*
11 *Minor ut reſtituatur non eſt facienda differentia inter exceptionem dilatoriam, vel peremptoriam, ſed ſi læſio eſt magna, vel modica.*
14 *Pactum debet ſervari, maxime quando eſt rationabile, & ſecundum juris diſpoſitionem.*
16 *Reſciſſo contractu debet ante omnia exactum reſtitui.*

DECISIO CXLIX.

1 PLuties fuit in Sacro Conſilio dubitatum, ſi petens reſciſſionem tranſactionis, debeat reſtituere acceptum ante omnia, juxta diſpoſitionem *tex. in l. qui fidem, ff. de tranſact. & in l. ſi diverſa part. C. eod. tit.* Et pro opinione affirmativa fuit deciſum tempore *Afflict. in dec.220.n.4.*& ſic etiam tempo. *Grammat.* ut in *dec.66.n.22.*& aliam deciſionem refert *Vrſill. ad Afflict. in dicta dec.220.*aliam vero *Navar. quaſt. forenſ.lib.1.quaſt 140.*quod fuit deciſum, nedum in S.C. Neapolitano, verum etiam in aliis Tribunalibus, *Balb. deciſ.33. Maynard dec.191.Rot.Roman.deciſio.19.& 150. par.1.in recent.*& in una *Romana tranſact.10.Novembris* 1603. coram *Litta*, & in una *Ravennatenſi* 20. *Maii* 1598. coram *Gypsio*, de quibus per *Riet. collect.3757. part.8. Rot.Roman.dec.440.nu.1.& dec.111. num.1. & 2. par.1.* maxime parte opponente *Rot. deciſ.510. diverſ. deciſ.102.& dec.809. part.1.*

2 In contrarium vero fuiſſe proceſſum ad ulteriora, non facta reſtitutione acceptorum, deciſum in eodem Sacr. Conſil. refert *Ann.ſing.540.* alias deciſiones adducit *Io.Andreas de Georgio alleg.34.*& in pluribus aliis cauſis, ſic etiam Bononiæ, habetur ex *Barz deciſ. 103. Rota diverſ.dec.111.p.1.Ginrb.dec.103. Maſtrell.dec.13.& 34. Rocc.collect.dec.1822.& 3285.*

De quo articulo iterum fuit dubitatum in cauſa D.Caroli Caraccioli cum Hæredibus quondam III. Marchionis Sancti Eraſmi, cum enim eſſet facta tranſactio inter dictum D. Carolum, & quond. Marchionem ejus fratrem ſuper hæreditate paterna, vigore cujus fuerunt ſolui dicto D.Carolo duc. 5000. idem D. Carolus poſt mortem dicti ejus fratris, prævia abſolutione a juramento inſtabat, dictam tranſactionem declarari nullam, vel ſaltem reſcindi ex capite enormiſſimæ læſionis, io quo judicio fuerat pro parte dictorum Hæredum oppoſitum, quod debebat reſtituere acceptum, nedum ex diſpoſitione juris, verum etiam ſtante pacto inter dictas partes inito, ut non poſſit venire contra dictam tranſactionem, niſi prius reſtitutis acceptis.

3 Dicebatur pro parte dicti D. Caroli, quod non poterant hodie Hæredes conventi dictam exceptionem opponere, tanquam exceptionem dilatoriam, quæ impedit litis conteſtationem, *l.exceptionem, C.de probat.l.ita demum, C.de procurator. c. exceptionem, extra* 4 *de except.* & eſt diſpoſitum per *Regiam pragm.5. de ordine judiciorum*, neque poterant uti minores ad prædicta admitti per viam reſtitutionis in integrum, *Fulgeſ.in l.minoribus 25. anno 6. ff de minorib.* per illum *tex.Alex.ad Bar. in l.1.ff.de nov.oper. nunciat.Franch. dec.170. n3.*

5 Secundò præsupponebatur, quod læsio erat enormissima, quæ reddit contractum nullum & ubi agitur de declarando contractu nullo, non erit locus restitutioni acceptorum, *Giurb. d.dec.* 103. maxime in Sacr. Consil. ubi proceditur in Consistorio Principis, sola facti veritate inspecta, *Ann.dicto singul.* 540. *Mastrill.d.decisio.*13.*&* 14. & quod quando agitur de enormissima læsione non proceditur via prædicta, probat *Roland.à Valle consil.*7.*lib.*3.*& consil.*60.*nu.*34.*lib.*4.*Natta consil.*631. & alii allegati à *Io.Andrea de Georgio dicta alleg.*34.

6 Tertiò dicebatur, quod dicta restitutio acceptorum non habet locum, quando certum est, actorem esse creditorem majoris quantitatis, ex regula dolo fa- 7 cis, &c. certum etiam erat, D.Carolo deberi legitimam, & instabat, suppleri id, quod ei deerat, *Menoch. consil.* 644. *Cephal.consil.*667.*in fi.lib.*5. *Roland. d.consil.*60.*n.*34.*lib.*4.

Rationes autem ponit *Georgius in d. alleg.*34. primò, quia petendo reus restitutionem acceptorum, videtur à transactione recedere.

8 Secundò, quia iniquum est habere pecuniæ restitutionem, & transactione uti ad exclusionem actoris à bonis, in transactione renunciantis per viam, per eum allegatam, ex quibus Sacrum Consilium pro hac opinione judicavit, nonnulla alia affert *Giurba dict. decis.* 103. *num.*16. & pro hac etiam opinione fuisse judicatum refert *Novarius, quæst. forens.*140. *num.*4. & eum refert, & sequitur *Thorus in* 2. *par.compend. in verbo* 9 *restitutio accepti*, *Galter. in praxe tutel. par.*2. *rubr.*4. *nu.*18. & quod non detur restitutio acceptorum, quando dolo fuit inductus ad transigendum, *Georg. d.alleg.* 34.*num.*25. & dolum adfuisse dicebatur probari, quia nonnulla bona mobilia, & Ratia Equorum non fuerunt adscripta uti bona hæreditaria, sed tanquam propria, & prætendebatur, esse hæreditaria.

Pro hæredibus vero dicebatur, quod exceptio restitutionis acceptorum in tempore opponebatur, & quatenus esset elapsum per dationem termini, ipsi tan- 10 quam minores debebant in integrum restitui, vel saltem Judici esse arbitrarium, ut late discusso articulo referendo opiniones tenuit *Felin. in dicto* c. *exceptionem,* 11 *in* 6. *limit.* nec est facienda differentia inter exceptionem dilatoriam, vel peremptoriam, sed si læsio est magna, vel modica, ut per *Capyc. decis.*13. & proinde in Sacro Consilio fuisse pro hac opinione judicatum, refert *Franch. in d.dec.* 290. *in fine*, & hanc etiam opinionem tenuit *Caldas Pereira in l.si curatorem habens, in verb.vel adversarii dolo, nu.*11.*vers.cujus contrarium, n.*122. *C.de restit. in integr.*

12 Nec dicebant, obstare secundum objectum de enormissima læsione, siquidem contra *Roland. & Natt.* tenet *Menoch.consil.*644. *Honded. cons.*34.*lib.*2. & secundum hanc opinionem judicavit *Rot. Roman. de anno* 1617. *coram Vbaldo Beltramin. in addit.ad dec.Ludovisii* 354.*n.*17. Nec alia oppositio, quod ista exceptio tanquam de apicibus juris, & in Consistorio Principis, ubi proceditur sola facti veritate inspecta, non habet locum, quia contrarium practicatum videmus in Sacro Consilio, ut ex decisionibus *Afflict. Grammat.* & aliorum, ut supra diximus.

13 Nec demum tertium militat, quando apparet, actorem esse creditorem majoris quantitatis, ex regula dolo facis, &c. quia de hoc satis dubitatur in facto, & ex computis hæreditatis in actis existentibus, & respectu bonorum mobilium, & Ratiæ Equorum non positorum inter bona hæreditaria nonnulla dicebantur pro utraque parte, quæ rem satis dubiam reddebant, si debebant poni, vel ne, & illis sublatis, dicebatur, quod ad eum ex transactione satis plus portionis legitimæ, ad illum spectantis, pervenit, & ultra le- 14 gis dispositionem, hic aderat etiam pactum, ut ante omnia acceptum restitui deberet, quod esse servandum, habetur ex *text.in l.*1.*ff. de pactis*, tanto magis, quia pactum est rationabile, & secundum juris dispositionem, *l. juris gentium*, *§. prætor ait, ff. eod. l.*1.*ff. de constit. pecun. l.cum amplius, in fine, ff. de reg. jur.cap.*1. *de pactis*, *Ricc.collect. dec.* 131. ubi allegat *Novar.* Nec dicebatur, obstare rationes positas à *Georgio in d.l.alleg.*34. quia cessant, stante pacto prædicto, quod esse servandum, fundat *Galter. in prax. tutel. dicta par.*2. *rubr.n.*28.*& par.*3. *rubr.fi.n.*17.

Secundò respondebatur, quod decisiones, & doctrinæ relatæ pro opinione negativa, quod non debeat restitui exactum, bene procedere possent, quando clare, & absque aliqua discussione constat, quod actor esset certus creditor quantitatis receptæ, & majoris quantitatis, tunc enim ex quadam æquitate fuit practicatum id, quod dixit *Ann. in d. singul.* 540. & *Georg.d.alleg.*34. & procedere possunt dicta per *Giurb. d.dec.Sicil.*103. nulla habita distinctione, quod judicium sit motum super nullitate, vel super rescisione contractus, secus vero in dicto casu, in quo, dicebatur, potius ex quadam urbanitate erga fratrem, quam quod vere tanta quantitas ad eum spectavisset, conventum fuit quantitatem conventam solvere, & propterea 15 dicebatur, quod rescissa transactione potius debebat restituere illud plus, quod veri debiti recepit, & quod quantitas debita debeat esse clara, non dubia, habetur per *Rotam decis.*111. *par.*1. *diversor.Seraph. decision.* 922.*n.*28.*& dec.*202.*v.*3.*par.*2.*diversor.& decis.*539.*n.*6. *in fine, in recentior.par.*1.*& dec.*805.*nu.*1.*&* 810. *per totam. par.*1.*diversor.* & regulare est in omni judicio rescissorio, ut ante omnia debeat exactum restitui, *l.*2.*C. de rescind.vendit.l.cum te feudum, C.de pact.inter emptor. & vendit.DD. in cap.*1.*§.notandum est, nu.*2.*de his, qui feud. dar. poss.*

Sacrum Consilium in hac causa mediam tenuit viam, quia si actor deberet totum acceptum restituere, ei erat impossibile, & sic ex hoc via fuisset ex impossibilitate præclusa, & ideo die 26. Martii 1640. fuit judicatum quod actor restituere deberet ducatos duos mille ex ducatis 4500. receptis, hoc est ducatos mille in pecunia currenti, & alios ducatos mille in eodem corpore assignato, & hoc decretum fuit factum etiam accedente consensu Advocati contrarii, penes Jacobum Figliola Sac.R.C. Actor. Magist.

OBSERVATIO IN DECIS. CXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Agens contra transactionem, an antè omnia debeat restituere acceptum affirmativè decisum adducitur, nu.*2. *sed negativè, n.*3.*&* 6. *sed mediam viam tenuit S.C. in hac decisione nu.*4. *& in alia causa exceptio prædicta fuit reservata ad merita causæ, n.*7.

5 D.Consil.Pratus *laudatur.*

8 *Exceptio restitutionis acceptorum est dilatoria, & debet opponi ante litis contestationem. si tamen non fuit opposita in tempore prædicto restituitur in integrum conventus si est minor ad illam opponendam, vel judicis arbitrio remittitur, n.*9.

10 *Exceptio dilatoria opposita in calce termini, si fuerit adimpleta statim post notificationem contra supplicantem, terminus currit, & ita decisum per S.C. traditur, quamvis in decreto termini non fuerit dictum stantibus adimpletis.*

11 *Transactio rescinditur, vel ex capite læsionis, vel nullitatis.*

12 *Læsio quanta esse debeat, ut transactio rescindi possit, & nu.*13.14. *& quæ excedit dimidiam in notabili quantitate dicitur enormissima num.*15.*& ex ista rescinditur transactio n.*17.

16 *Læsio in transactione debet esse in quadruplo, sed contra ibid.*

Transactio

Transactio rescinditur stante læsione non obstante judicis decreto in transactione apposito, item non obstante juramento, n.19. non obstante scientia læsionis, n.20. ac non obstantibus quibuscunque renunciationibus n.21.

22 *Agens ex capite nullitatis adversus transactionem non restituit acceptum, ubi nullitas est velata, dubia & non clara, secus si nullitas sit liquida, quæ in promptu appares, tunc enim acceptum restituere tenetur, n.23.*

24 *Nullitas quando dicatur notoria, & evidens.*

25 *Fructus in rescissione transactionis veniunt à die transactionis.*

D. Io: Franciscus Andreolus *laudatur, ibid.*

26 *Agens adversus transactionem non restituit acceptum ubi habet justam causam retinendi, quia constat sibi deberi.*

27 *Agens adversus transactionem in foro Polò recuperat acceptum, sed secus in foro fori ubi læsio est intra dimidiam n.28.*

29 *Transactio injusta non prebet justum titulum possidendi, sed obligat ad restituendum.*

ARticulus, qui in hac decisione discutitur & deciditur, quotidianus est in omnibus Tribunalibus, 1 an scilicet agens contra transactionem debeat restituere acceptum ante omnia juxta dispositionem *l. qui fidem, ff. de transact. & l. si diversa, Cod. eod. tit. cum simili in quo articulo*, ut refert *D. Author. n. 1.* 2 nedum tempore *Afflicti* fuit affirmativè determinatum, ut in illius *dec. 220. numero 4.* sed etiam tempore *Grammat. ut in dec. 66. n. 55. & 66.* aliamque similem *decis.* adducit *Ursil. ad Afflict. d. dec. 220. n. 2. & 6. in fine* & novissimè aliam determinationem refert *D. Novar. lib. 1. quæst. forens. qu. 140.* atque pariter consimiles decisiones aliorum exterorum adducit *D. Auctor. eod. n. 1.* sed negativè non facta aliter restitutione fuisse ad 3 ulteriora processum, decisum dicit per S.C. *D. de Annaslng. 540.* & alias determinationes consimiles refert *D. Consil. de Georgio alleg. 34.* atque pariter aliorum 4 exterorum Tribunalium adducit *D. Auctor nu. 2.* & articulus iterum decidendus propositus fuit in causa Caroli Caraccioli, cum hæredibus Marchionis Sancti Erasmi ejus fratris, instetit namque d. Carolus prævia absolutione à juramento transactionem inhibitam cum d. Marchione declarari nullam, vel saltim rescindi ex capite enormissimæ læsionis, è contra vero d. hæredes opponebant, quod Actor debebat restituere quantitatem receptam vigore d. transactionis, nedum ex dispositione juris, sed etiam vigore pacti inter ipsas partes in ea fuit namque conventum, ut non possit venire contra d. transactionem, nisi restitutis prius receptis rationes autem Actoris ponderat *D. Auctor. n. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.* sed jura hæredum refert *n. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.* quare S.C. in d. causa mediam tenuit viam etiam de consensu Advocati d. hæredum judicando, ut Carolus Actor restitueret in pecunis numeratis ducat. 1000. & alios ducat. 1000. in eodem corpore assignato, ut refert D. Auctor *n. 16. vers. Sacrum Consilium* de qua decisione, licet non ita fideliter testatur etiam 5 *D. Consil. Pratus* laboriosissimus J.C. *cap. 40. n. 55. lib. 2. discept. forens.* sed pariter idem articulus denegata tamen restitutione acceptorum fuit domi determina-6 tus in causa V.I. D. Marci Sancti Antonii, cum sacro Hospitale Incurabilium per *D. Consil. D. Flaminium de Constantio* sub die 5. Octobris 1643. pro cujus decreti revocatione latissimè ac doctissimè de more scripsit *D. Pratus d. c. 40.* pro d. Sacro Hospitale, & ut ipse *inquit n. 55. vers. etsi*, causa fuit pluries relata, non tamen decisa, quamvis instantissimè fuisset in statum pro determinatione ad instantiam Gubernatorum sacri Hospitalis, eandem opinionem idem *D. Pratus* postea secutus est *observat. 48. lib. 1. pract. observ. ubi n. 56.* 7 *& 65.* refert causam sacri Hospitalis fuisse postea determinatam ad relationem *D. Consil.* & postea *Regentis Antonii Miroballi* cum interventu *DD. Consil. Thomæ de Aquino de Gaspare de Soto*, postea *ambobus Regentibus, Io: Baptista Amendola, nunc Præsidentis R.C.S.* cum adjunctis, nempè *D. Consil. Gamboa, & D. Ioanne Francisco Marciano*, qui pariter fuit Regens, quod petita restitutione acceptorum ad merita ref. reservata, procedatur ad ulteriora in causa sub die 8. Iulii 1648. patrocinante pro d. Marco Sancto Antonio *D. de Marin.* ut habetur *cap. 534. lib. 2. quotid. resol. ubi in fin. vers. quicquid in contrarium* de hac decisione meminit in banca Vincentii Lombardi pro Cantone.

Pro ornatu igitur hujus decisionis, primo observabis 8 quod exceptio restitutionis acceptorum est dilatoria, & sic debet opponi ante litis contestationem, ex juribus citatis per D. *Auctorem num. 3.* tamen si con-9 ventus sit minor restituitur in integrum ad illam opponendam, vel saltim judicis arbitrio remittitur, *ut ex Felino in c. exceptionem in 6. limit. extra de exception.* fundat *D. Auctor. n. 10.* nam solum consideratur si læsio est magna, vel modica *ex Capycio decis. 13.* & ita judicatum adducit *n. 11. ex D. de Franch. dec. 290.* 10 *in fine*; hinc exceptiones dilatoriæ oppositæ non in controsupplicata, ut fieri solet, sed in calce termini in causa dari, si illæ reperiantur adimpletæ statim post notificationem controsupplicantæ, quam sit in decreto termini non fuerit dictum stantibus adimpletis, terminus currit, ut fuit per S.C decisum ad relationem *D. Regentis* die 13. Septembris 1640. in causa D. Diomedis, & fratrum de Carafa de Belvedere cum Principe Casalis Majoris in banca Sollarii, nunc Clavelli.

Secundò observo, quod transactio rescinditur duplici ex capite, vel ob læsionem, vel ob nullitatem. 11 Primo casu quanta debeat esse læsio à DD. controvertitur, nam nonnulli existimarunt requiri læsionem 12 ultra dimidiam *Valasc. dec. 18. n. 7. Cancer. var. lib. 2. c. 53. num. 34. Vrsill. ad Affl. dec. 210. D. Laratha*, qui fuit judex M.C.V. & & maximus feudista *cons. 152. num. 26.* aliique relati per *D. Comitem Andreolum controv. 286. n. 58.* alii verò arbitrio Iudicis semiserunt *Castill. lib. 7.* 13 *controv. c. 8. num. 95. D. Regens Valenz.* Episcopus dignissimus Salmaticensis *cons. 56. num. 51. Giurba decis.* 14 *110. num 3.* quos, & alios recenset *D. Andreol. ibid. n. 59.* aliique vero distinguunt, quod si læsio parum excedit dimidiam, & tunc negant, aut vero excedit dimidiam in quantitate non parva, sed notabili, & tunc rescindi transactionem, ut ea *Gabriele cons. 158. n. 48. lib. 1. & Abb. cons. 1. n. 22.* deducit *D. Andreol. ubi sup. nu.* 15 *60. qui n. 61.* probat læsionem, quæ excedit dimidiam in notabili quantitate existimari enormissimam, authoritate *Menochii cons. 1. n. 494. Gratian. cap. 418. nu. 13.* 16 & aliorum, hinc licet in transactione læsio debeat esse in quadruplo *l. Lucius, § fin. ff. ad Trebell.* tamen plures ad hoc afferunt responsiones *Salon. de Pace cons. 19. n. 13. ac Fontanella de pact. nuptial. tom. 1. clau. 4. gloss 18. p. 1. n. 69.* ut refert *D. Andreol. loco citato, n. 64. versic.* 17 *non obstat*, & propterea si quis agat ex enormissima læsione, rescinditur transactio vigore *d. l. si diversa*, ut 18 pluribus adductis voluit *D. Prat. d. observ. 48. nu. 39.* & pariter rescinditur transactio per læsionem non obstante Iudicis decreto in transactione apposito *Mantica cons. 245. nu. 70. Cephal. cons. 667. num. 20. D. Andr.* 19 *ibidem 65.* ubi alios laudat, qui *nu. 66.* probat etiam non obstante juramento, quia ob immodicam læsionem præsumitur dolo extortum, *& n. 67.* inquit, ac 20 probat transactionem rescindi, non obstante scientia læsionis, & tandem *n. 68.* voluit transactionem rescindi 21 non obstantibus quibuscunque renunciationibus, ad quod citat *D. Ric. collect. 447. D. Laratham d. cons. 512. n. 56.* & alios, & de rescissione transactionis, tam ex capite læsionis, quàm nullitatis latè egit *D. Consil. Albritius inter controv. D. Andreoli controv. 288. p. 4.*

Secundo vero casu, si agatur ex capite nullitatis, &

tunc distinguendum erit, aut nullitas est velata, non clara, sed dubia, & tunc acceptorum restitutio fieri debet ante omnia, ut voluerunt *Menoch. cons.644. n.14. Valasc. consult.85. Milan. decis.7. numer.11. lib.2.*
23 aut verò nullitas est liquida, & perspicua, quæ in promptu apparet, & tunc restitutio acceptorum locum non habet, *Cephal. cons.201. num.10. vol.3. D. de*
24 *Franch. dec.688. n.3. Gratia c.339. n.15.* sic distinguendo tradit *D. Prat. d. observ.48. num.40.* dicitur autem nullitas notoria, quæ constat ex actis, & dicitur evidens, quæ semper admittitur ex inspectione actorum, ut probat *D. Prat. ibid. n.42. ex Milan. decis.2. num.136. versic. & ideo.* & aliis citatis.

25 Tertio observo, quod fructus in rescissione transactionis sunt restituendi à die transactionis, ut probat *D. Andreol. Comes Rivelli, ac Serenissimi Ducis Placentiæ, & Parmæ gratia, ac justitia Consiliarius I. C. celeberrimus, atque famigeratus ead. controv.286. n.71. imò num. 72.* dicit quod licet regulariter agens contra transactionem, non audiatur, nisi prius restituat acceptum quicquid aliud sit in remedio nullitatis notoriè, ex adductis supra *n.12.23.24.* tamen d. conclusionem
26 limitari, quando quis habet justam causam retinendi illud, quod ex transactione recepit, ut quia constat illud verè, & justè fuisse debitum, allegat *Rotam dec. 411. par.1. divers. Seraphin. dec.922 ac Beltramin. ad Ludovis. dec.314.*

Ultimo observo, quod licet in foro fori læsio enor-
27 missima requiratur ad rescindendam transactionem ex supra annotatis, tamen læsus intra dimidiam obtine-
28 bit in foro poli, & sic per denunciationem evangelicam ex latè traditis per *Lauren. de Pinu cons.141.* quem refert *D. Comes, & Consil. Andreolus d. controv.286. numero 104.* ipsoque relato confirmat *D. Consil. Albritius* Serenissimæ Cameræ Ducalis Placentiæ fisc. Ad-
29 vocatus *ead controv.288. n.103.* eo quod transactio injusta non præbet justum titulum possidendi, sed possidentem ex tali transactione obligari ad restitutionem ex *Silvestro in summa verbo transactio, vers. quartum Purpur. in leg.2. numero 24. Codic. de transact. & Vasq. in opusc. moral. titul. de restitut. capit.6. §.2. dub.7. numer.36.*

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Filiatio in filio suscepto ex coitu cum muliere conjugata quando, & qualiter probetur. Et an oppositiones contra legitimationem in promptu productæ impediant immissionem, vigore dispositionis *l. fin. Cod. de edicto Divi Hadriani toll.*

SUMMARIUM.

1 *Prorex potest ad instantiam patris, non citatis agnatis naturalem, & spurium legitimare.*
2 *Filius quocunque tempore constante matrimonio ortus, præsumitur conceptus ex marito, non ex adultero, nec admittitur probatio in contrarium, quando mulier habitabat cum viro non impotente, n. seq.*
Amplia, etiam si mater negaret, esse filium viri, n.4.
5 *Filii nominatio, & alimentorum præstatio non operatur, ut sit in potestate Adulteri facere aliquem sibi filium qui rei veritate non est.*
6 *Institutionis actus filio legitimo, & naturali, non autem adulterino convenit.*
7 *Spurius non est capax institutionis, sed tantum ex æquitate canonica ei alimenta debentur, non autem de jure civili.*
8 *Legitimatio non cadit, nisi in filio.*
9 *Legitimatio an subsistat, non facta de mentione de agnatis, quibus hæreditas deferenda erit.*
10 *Legitimatio ut valeat quæ circumstantiæ sunt exprimendæ, & quid observetur in Curia Romana.*
11 *Dispensatum non dicitur, quando deficit substantia, super qua cadit dispensatio.*
12 *Rescriptum Principis ex obreptione vitiatur.*
13 *Legitimatio debet omni vitio subreptionis, & obreptionis carere, quamvis minima sit subreptio, immo debent in ea inseri, & specificari facti qualitates, quæ possent, vel rescriptum impedire, vel saltem difficilius reddere.*
14 *Legitimatio est facienda cum causa, quæ in rescripto debet exprimi.*
15 *Legitimatio spurii an sit facienda cum agnatorum citatione num.18.*
16 *Legitimatio tam in vita, quam post patris mortem, cum quibus clausulis fiat, secundum stylum Regiæ Cancellariæ.*
17 *Princeps potest in bonis, nedum delatis, sed in spe quærendis præjudicare per legitimationem, secus autem in jam quæsitis post patris mortem numero seq.*
19 *Legitimatio ut valeat, requirit legitimati consensum, & an sufficiat ratihabitio, & quo tempore sit facienda n.20. & 21.*
22 *Filiatio de spurio quibus, & quomodo probetur.*
23 *Filiatio ex nominatione cum aliis adminiculis plenè probatur, saltem ad transferendum onus probandi in adversarium.*
24 *Filiatio respectu patris est difficilis probationis: ideo probatur conjecturis, & præsumptionibus, numero seq.*
26 *Remedium* l. fin. C. de edicto Divi Hadr. *an competat spurio, si de dicto impedimento, per quod succedere nequit, dubitatur, & n. seq.*

DECISIO CL.

IN constantia matrimonii Violæ de Fabritio cum Bernardino Scarpito Don Ioannes Aldetisius rem habuit cum illa, ex qua procreavit Don Franciscum quem tanquam filium semper habuit, semperque eum denominando Don Franciscum Alde-
1 tisium, & in anno 1612. eum legitimavit per rescriptum Domini tunc Proregis, quod fieri posse ad instantiam patris, non citatis agnatis, habetur per *De Ponte de potest. proreg. de diversis provisionibus tit. de legitimat. sive restitutione natalium, fol. 485.* in qua legitimatione similiter ejus filium nominavit natum ex ipso, & muliere conjugata, & sic etiam in nonnullis aliis scripturis, & demum in suo ultimo testamento eum hæredem universalem instituit. Cumque dictus Don Franciscus instituisset pro immissione in possessionem bonorum remansorum post mortem patris, juxta dispositionem *text. in l. fin. ff. de edicto divi Hadr. toll.*

Prædictæ instantiæ se opposuit Don Pompeus Aldetisius, frater Don Ioannis, & sic proximior agnatus, & dicebat, non esse locum immissioni petitæ, quia re vera dictus Don Franciscus non erat filius Don Ioannis, sed Bernardini Scarpiti, viri Violæ, nam
2 licet mulier durante matrimonio commiserit adulterium, tamen filius quocunque tempore constante matrimonio ortus fuerit, præsumitur conceptus ex marito, non autem ex adultero, ut probat *text. in l. si uxor §. defuncto ff. ad l. Iul. de adulter.* nec aliqua probatio in contrarium admittitur, quando mulier habita-
3 bat cum viro non impotenti, *Bal. Cons.379. in fin. lib. 3. & cons.437 lib.5. Felin. in cap per tuas, de probat. Bertrand. consil.221. volum.2. Ias. cons.168. numer.1. vol. 4. Socin. jun. cons.29. num.17. vol.1. Mascard. de probat. concl.788. numero 1. cum seq. Doctores in l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur. Hippol. de Marsil. in l. 1. §. ad quæstionem, numer. 34. ff. de quæstion. Cardinal.*

Paleothus

Paleothus de nothis, & spuriis, cap. 20. sub num. 4. & c. 4 22. sub num. 3. & cap. 24. Dec. consil. 657. & hoc procedit, quamvis mater negaret, esse filium viri, sed adulter affirmaret, idem Card. Paleot. d. c. 24. Mascard. d. conclus. 1:8. num. 2. ex dictis per Abb. in dict. cap. per tuas, de probat. num. 3 & 4. Bal. Cons. 74. vol. 1. Ias. in l. Gallus, num. 63. ff. de liber. & posthum. Boer. dec. 299. nu. 6. Paris. consil. 10. num. 14. vol. 2.

Cum igitur Bernardinus Violæ maritus esset vir robustus, & validus, & continuo cum uxore habitabat aliosque filios procreaverit, sequitur quod nullo modo 5 poterat dici filius Don Joannis, sed ipsius Bernardini, & hoc non obstante, quod Don Ioannes nominasset eum filium & ei alimenta præstitisset, & ut talem cum tractasset, & reputasset, cum non sit in adulteri potestate facere aliquem sibi filium, qui rei veritate non est, Paris. consil. 22. numer. 200. 224. olqoe od 248. vo- 6 lum. 2. Barbat. cons. 27. col. pen. volum. 1. nec quia eum hæredem instituit, cum actus institutionis filio legitimo & naturali conveniot, non autem adulterino Ruin. consil. 105. num. 39. vol. 3. Mascard. de probat. dict. concl. 798. n. 21.

7 Secundo dicebatur, quod dato, obsque veri præjudicio, quod esset filius Don Joannis adulterinus, adhuc tonquam spurius non esset capax institutionis, sed tantum ex æquitate ei debentur alimento, & proinde tam institutio, quam testamentum corruit, cum incapax sit ad succedendum, tam ex testamento, quam ab intestato, text. est in l. 1. auth. licet, & tot. tit. C. de natural. liber. leg. si pater, C. de hæred. instituend. Io. Di lect. de art. testand. in tit. de his, qui non habent. testam. faction. caut. 14. Bar. in l. hæreditas, num. 1. de his, quibus ut indign. Card. Paleoth. de nothis, & spur. cap. 43. Angel. in §. fin. in auth. quib. mod. natur. effic. sui Cagnol. in l. pen. C. ad Orsician. num. 45. immò de jure civili neque alimento debentur, Bar. in auth. ex complexu, C. de incest. nupt. Paleoth. d. tract. c. 46. & Jo. Dilect. d. cautel. 24. licet jus Canonicum ex quadam æquitate permittat Corset. in suis singul. in verb. spurius, Jo. Dilect. d. caut. 14. sub n. 23.

Nec demum erat habenda ratio de prætensa legitimatione, quia ex falso causo fuit facto, quia non erat 8 verè D. Joannis filius, per supradicta & legitimatio non cadit, nisi in filio, August. Bero. quæst. 60. In- 9 super non fuit in ipsa facta mentio de agnotis, tunc existentibus, quibus ab intestoto hæreditas deferenda erat prout debebat exprimere, Cache. consil. 68. num. 17. Paschal. de vir. patr. potest. par. 1. c. 4. numer. 110. Jacob. de Belvis. in §. & quoniam, Auth. quib. mod. natural. effic. sui. Alex. consil. 67. num. 94. vol. 1. Martin. Lan- 10 dens. in tract. de legit. n. 128. nec fuerunt expressæ aliæ circumstantiæ, veluti nomen mulieris, licet in Curia Romano fiat legitimatio, obsque nominum expressione, ut testatur Mart. Laudens. ibid. num. 119. & quod 11 fuit susceptus tempore, quo simul cohabitobat cum viro, quo casu deficit substantia, super qua cadit dispensatio, quia non potest dici filius, Reg. Merlin. controvers. forens. cap. 1. numer. 31. post Bal. in consil. 81. 12 lib. 1. & alios, quæ obreptiones vitiant Principis rescriptum, est text. in l. etsi legibus C. si contra jus, vel utilit. publ. Bald in l. præscriptione, vers. nunc redeo ad quartum, C. eod. tit. Martin. Laudens. in loco proximè citato, numer. 118. nam debet legitimatio omni vitio 13 subreptionis, & obreptionis carere, Molfes. ad Consuet. Neapol. tit. de Person. quæst. 10. num 2, Paschal. ubi supra num. 107. & quælibet, licet minima subreptio, legitimationem vitiat, Franc. Marc. qu. 470. p. 2. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. casu 203. ex num 1. cum plurib. seqq. & od hoc ut legitimatio sit valida, debent specificari, & inseri facti qualitates, quæ possent, vel rescriptum impedire, vel saltem difficilius reddere, §. fin. auth. quib. mod. natur. effic. sui, Anth. de Rosell. de legitimat. sub tit. de caus. material. legitim. 1. Ant. de Butr. in c. per Venerabilem, extra qui filii sint legitimi, vers. quæro si natus Alban. Bart. in rub. C. de natur. liber.

14 Insuper legitimatio erat facienda cum causa, & debet ipsa exprimi in rescripto legitimationis, quod non fuit hic factum, Ant. de Rosell. ubi supra, DD. in d. c. per Venerabilem, qui filii sint legitimi, Brunus cons. 70. num. 11. Menoch. cons. 20. n. 9. Paris. cons. 6. n. 37. & consil. 9. num. 38. lib. 2. Reg. Merlin. dict. cap. 1. numero 22.

15 Ulterius circumscripta quæstione, an sit necessaria agnatorum citatio, cum tractetur de spurii legitimatione, multi gravissimi Authores affirmativam tenuerunt opinionem, ut per Dec. cons. 393. Menoch. cons. 181. Anton. de Rosell. in d. tract. de legitimat. in tit. de caus. formali legitimationis, Mart. Laudens. in d. tract. num. 121. Roland. à Vall. cons. 67. num. 49. volum. 3. Gaspar. Caball. millesequie 565. Ancharan. cons. 241. num 4. Socin. in l. Gallus, §. & quid si tantum, numer. 38. ff. de liber. & posthum. sed admittendo opinionem 16 negativam, quod non requiratur agnatorum citatio quando tamen legitimatio fit ad instantiam partis, sive in vita, sive post ejus mortem, prout distinguit De Pont. de potestat. proreg. in dict. rubr. de divers. provis. in tit. de legitimat. sive restitut. natalium n. 2. qui testatur ita etiam servari de stylo Regiæ Cancellariæ, ubi dicit, quod quando fit in vita patris, apponitur clausula, citra tamen præjudicium liberorum, ex regula text. in auth. præterea, C de natural. liber. quando vero de ejus voluntate post ejus mortem, apponitur clausula, citra præjudicium venientium ab intestato 17 & hoc ea ratione, quia potest Princeps in bonis, nedum delatis, sed in spe quærendis præjudicare, maximè in bonis, de quibus libere disponere potest, testatur Molin. de Hispanor. primogen. lib. 1. cap. 8. num. 28 sequitur Reg. Merlin. in dicta controvers. 1. num. 15. secus autem in jam quæsitis, prout esset post patris mortem, c. super eo, de offic. deleg. Canonistæ in c. nisi cum quidem. extra de renunciat. Alex. cons. 125. col. 2. volum. 1. Felin. latè in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. Andr. de Isern. Affl. & alii in c. 1. de Cap. qui cur. vendid. 18 Rosell. & Laudens. ubi supra, & propterea hanc negativam opinionem, non tamen facta dicta distinctione sequuti fuerunt Bartz. dec. 15. nu. 25. & 26. & dec. 116. num. 7. & 8. Paschal. de virib. patr. potest. dicta part. 2. c. 4. num. 122. Reg. Merlin. dicta controvers. 1. versus fi- 19 nem, tamen nihilominus requirebatur legitimati consensus, ut habetur in §. generaliter, auth. quib. mod. natural. 20 effic. sui, & quanquam sufficiat, quod sequatur postea ratihabitio, ut per Silvan. consil. 3. num. 36. cum seq. & alios, quos refert Duen. in regul. 350. limitat. 9. & 21 peregr. de fideicom. art. 24. nu. 57. tamen hæc ratihabitio debet fieri in vita patris, quando extrema sunt habilia, ut fundat Silvan. in dicto cons. 3. numero 38. & consil. 45. prope finem, Cephal. consil. 186. nu. 19. vol. 1. Cacher. decis. 119. num. 12. quæ cum deficiat, concludebant ex his omnibus, legitimationem prætensam reddi nullam, & sic dicto Don Francisco opitulari non posse.

In contrarium verò pro D. Francisco dicebatur, quod omnia apposita per Don Pompeum respiciebant judicium petitorii, non autem possessorii, & propterea interim non poterat immissio impediri, & pro nunc dicebat, quod in hac causa multa concurrebant, ex quibus de filiatione constabat, nedum enim sic eum nominavit Don Ioannes in privilegio legitimationis, facto in anno 1612. dum erat infanticulus, verum sic semper continuavit, eum pro filio habendo, quia in anno 1613. mediante instrumento jurato ei aliqua bona donavit, similiter eum filium denominando, & sic semper tanquam filium eum ait, & tenuit, & in anno 1614. & 1637. mediantibus aliis instrumentis alia bona ei donavit, semper eum filium

filium denominando, semperque illum in domo propria habuit, & demum in testamento uti filium vigore legitimationis instituit, & quod plus, idem Don Pompeus dum voluit legitimationi se opponere, ipsum esse filium, Don Joannis, sed spurium confessus fuit, & non se opposuit legitimationi, nisi pro bonis antiquis, & ideo bona remansa in hæreditate ipsius 22 Don Joannis sui patris fuerunt ordine Judicis penes ipsum relaxata, quia etiam inventarium confecit, ex quibus sequitur, esse in possessione filiationis, non obstante illa juris præsumptione, quod sit ex muliere conjugata ortus, prout in puncto consuluerunt *Anch. cons.125.col.3.vers.super alio dubio, Alex.cons.88. nu. 8. titul.7.* qui loquitur in illo casu, quando pater filium aluit, pro filio fuit habitus, & uti filium legitimavit & instituit, quæ omnia concurrebant in casu prædicto, & quamvis in eadem causa scripserit etiam *Corn. in consil. 1. vol.3.n.22.* & dixisset, quod in dicto casu, in quo ipse, & *Alex.* consuluerunt alia concurrebant, videlicet, quod fuit in domo adulteri conceptus, quod ortus fuit tanquam adulteri filius, vicinis scientibus, & quod pater, & mater, cum semper filium denominaverunt, sic se ad invicem tractaverunt, & ab aliis per longum tempus habitus, & concurrebat fama, legitimatio, & institutio, tamen dicebatur, quod omnia prædicta etiam concurrebant in isto casu Don Francisci, & propterea ex hoc probari filiationem, dixerunt etiam *Iaf. in consil. 12. col. 2. vers. sed præmissis, lib. 4. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsum. 37. n. 5. Menoch.* videndus *de arbitr. judic. lib. 2. casu 89. n. 65. & lib. 6. præsumpt. 53. n. 20. Gez. ad. cons. 13. n. 17. Roland. à Valle cons. 96 n 42. & 48. lib. 3 Socin. consil. 89. nu. 4. lib. 1. Rimina!. jun cons. 289. num. 5. & 32. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 562. n. 5. & 7. Joannes Escobar. in tract. de pu-* 23 *ris. & nobil. par. 1. quæst 6. §. 4. numer. 52. in fin.* quamvis enim filiatio per solam patris denominationem non probetur *l. non epistolis 13. cum l. seq. C. de probat. & l. neque professio. 5. C de testam. Dec. in c per tuas, nu. 18. de probat.* cum aliis tradi tis per *Escobar. in dictor. tract. de puris. & nobilit. par. 2. quæst. 6. § 4. numero 4.* attamen si alia adminicula concurrant, plene probant, saltem ad transferendum onus probandi in adversarium, *Mascard. concl. 790. nu. 10.* cum pluribus *sequentibus Pacian. de probat. lib. 11. cap. 12. nu. 7. cum seq. Menoch. de arbitr. dicto casu 89. num. 79. & Gratian. discept. forens dicto c. 562. n 24. Rot. Rom.* apud *Coccin. decis. 64. num. 2. & decis. 105. Farinac. dec. 24. numer. 2. par. prim* & plene fundat *Escobar. ubi supra*, est enim filia-24 tio respectu patris difficilis probationis, *l. Lucius, ff. de condit. & demonstrat. Bald. in l. 1. C. quor. bonor. & in c. in præsentia, de probat.* & alii per *Regentem Valenz. cons. 169. lib. 2. num. 1. Cardin. Paleot. de nothis, & spur.* 25 *cap. 21. nu. 1.* & ideo probatur ex conjecturis, & præsumptionibus, *Menoch. lib. 1. de præsumpt. quæst. 58. num. 12. & quæst. 37. num. 7.* & propterea tractato nominatione, & institutione probari potest, ut ex *Paris. Cephal. Covar. Alex. Roland. à Valle*, & aliis tenuit *Regens Valenz. dicto cons. 169. lib. 2. n. 3. Bart. in l. filium, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* & institutionem factam in testamento cum denominatione filii probare filiationem, habetur etiam ex *Trivis. dec. 30. part. 1. Rot. decisio. 238 parte prima Riccius collect. decisio. 256.* qui etiam nonnullas decisiones Rotæ Romanæ affert in *collect. 3047.*

Quibus stantibus dicebatur, quod de filiatione saltem in illo judicio possessorio non poterat dubitari tali, & si Don Pompeus in judicio petitorio aliquid 26 contra dictam filiationem prætenderet, debebat plene probare; cumq; in prompto produceretur legitimatio per Principis rescriptum, non poterat immissio virtute *text. in dicta leg. fin. Codic. de edicto Divi Hadriani* impediri, prout in puncto dixerunt *Rumus Consil. 87. in fin. lib. 3. Roland. à Vall. cons. 32. numer. 15. lib. 3. Berous cons. 57. n. 3. & 171. lib. 2. Socin. jun. cons. 97. num. 46. lib. 2. Gez. ad. cons. 6. n. 87. Alciat cons. 489. Natta cons. 473. in princ. lib. 2. Remmal. cons. 60. nu. 15. Cæsar Contard. in l. unica, nu. 12. in fin. & 19. C. si de momentan. possess. fuerit appell. Alex. Raudens. de analogis, cap. 36. nu. 37.* & novissime late hoc fundat *Cæsar. Argel. de acquir. possess. quæst. 3. art. 10. n. 55.* his verbis.

27 *Igitur quamvis spurius durante spurietate succedere nequeat, si tamen de ea dubitatur, quia producitur legitimationis instrumentum, licet adversus illud admittantur oppositiones, nihil impedit, quominus legis nostræ beneficium competat, impedimentum enim est dubium, cum vertatur circa oppositiones legitimationis, quæ illis cessantibus posset esse valida.*

Et propterea die 28. Januarii 1641. fuit per decretum Sacri Consilii determinatum, quod Don Franciscus immittatur in possessionem bonorum acquisitorum per Don Joannem ejus patrem tantum, salva provisione facienda respectu aliorum bonorum, partibus plenius auditis, nam respectu bonorum acquisitorum nulla aderat probabilis difficultas, posse per patrem fieri legitimationem, respectu verò aliorum bonorum reservata fuit melior deliberatio, penes Fabritium Sollarium S. R. C. Actorum Magistrum.

OBSERVATIO IN DECIS. CL.

SUMMARIUM.

1 D. Consil. Roccus *laudatur.*
2 D Don Franciscus Carafa. *laudatur.*
3 Remedium l. fin. C. de edict. Divi Adria. tollen. *dicitur remedium possessorium summarissimum adipiscendæ possessionis, & debet terminari ante petitorium, n 6.*
Immissio non denegatur hæredi scripto ex testamento non cancellato. non abolito, neque ex sui parte vitiato d n. 3. fallit n. 8. cum pluribus seqq.
4 *Petitio in scriptis non requiritur pro immissione, sed sufficit si fiat viva voce, & per actuarium in scriptis redigatur.*
5 *Substitutus per fideicommissum an potiatur remedio* l. fin. C. de edict. Divi Adria. toll.
7 *Legitimatio non potest impugnari per agnatum post quadriennium, quia censetur consentisse.*
8 *Hæres non potest obtinere immissionem in tribus casibus, scilicet si testamentum habet vitia visibilia, si habet vitia invisibilia, seu latentia, ac probanda, & si habet legitimum contradictorem, & n. 23. 25.*
9 *Vitium visibile quale dicatur.*
10 *Scribens testamentum alterius cum legato ad sui beneficium perdit legatum, & falsi pœna punitur, sic etiam si legatum sit ad beneficium patris, vel domini quid in Monacho scribente, num. 11. qui d. favore piæ causæ, n. 12. 13. 14. & 15. intellige, ut numer. 16. 17. 18. 20. 21. 22.*
13 *Prior an possit esse testis in donatione facta suæ Ecclesiæ.*
14 *Favor piæ causæ quando locum habeat.*
15 *Dolus semper excluditur in dispositione, quamvis favorabili, & sive generali, sive particulari.*
19 *Institutio personæ incapacis habetur pro non scripta, & hæreditas defertur venientibus ab intestato.*
20 *Instituere fratres Sancti Francisci de Assisio, & instituere Ecclesiam differunt.*
24 *Vitium invisibile, seu latens, ac probandum quale sit.*
26 *Legitimus contradictor quisnam sit.*
27 *Iudex procedendo inaudito legitimo contradictore, nulliter procedit.*
28 *Legatum factum filio naturali per patrem, qui illius legitimationem expediri jussit, si per hæredem non*

fuit

fius procurata, an debeatur, quid si hæredes negant esse filium naturale, sed esse spurium ex adulterio natum n. 1. 29.

30 *Spurius, nec ex testamento, neque ab intestato de bonis patris aliquid capere potest, neque inter vivos.*

31 *Legatum factum spurio defertur proximioribus testatoris, sed tantum alimentorum sustinetur, n. 32.*

30 *Alimenta tantum relinqui possunt spurio de æquitate canonica.*

33 *Hæres non potest impugnare dispositionem defuncti, nec venire contra illius assertionem, nec potest allegare mendacium testatoris, neque turpitudinem illius, etiam excipiendo, n. 34. etiamsi sit hæres extraneus, nu. 16. nec etiam contravenire declarationi, & interpretationi testatoris, n. 37.*

35 *Assertio testatoris probat contra hæredem non autem contra tertium, qui non habet causam ab hærede.*

Hæres hæredis non potest impugnare assertionem testatoris, illiusque mendacium allegare sub dict. number. 35. & 41.

38 *Hæres veniens contra factum defuncti potest accusari civiliter, & redditur infamis infamia facti.*

39 *Legitimatus ordine testatoris excludit substitutum, & æquiparatur legitimato per subsequens matrimonium, & nihil differt à legitimis.*

40 *Hæres adeundo hæreditatem ex quasi contractu obligatus remanet ad observandum disposita per defunctum, ubi ratio adducitur.*

41 *Hæres quando non est in damno ex facto defuncti, non potest contravenire, etiamsi sit hæres hæredis, etiamsi sit nullam, nam tenetur de evictione, numero 42.*

43 *Impugnare legitimationem non potest, qui non habet interesse in bonis acquisitis per testatorem.*

44 *Filius naturalis quid consequi possit ex bonis paternis, tam extantibus legitimis, & matre quam illis non extantibus, tam ab intestato, quam ex testamento, & num. 45. 46. 47. 48. 49. & efficitur legitimus ex rescripto Principis mediantibus precibus oblatis ex testamento patris, n. 50.*

51 *Ordinatio quæcunque patris sufficit pro legitimatione obtinenda, sive per actum inter vivos, sive in testamento, quæ potest constare etiam per conjecturas, & signa.*

52 *Hæres est in dolo, si non procuravit legitimationem filii naturalis in testamento ordinatam, & relictum filio naturali solvere tenetur, & num. 57. 58.*

53 *Dolum committit, qui non facit, quod facere debet, & dolus præsumptus in eo dicitur.*

54 *Dolus debitoris sine interpellatione constituit ipsum in mora.*

5 *Filius naturalis consequitur legatum paternum si fuit legitimatus post mortem patris, de illius tamen ordinatione.*

56 *Filius spurius etiam legitimatur, & consequitur legatum paternum.*

58 *Hæres tenetur servare præceptum testatoris formaliter, & ad unguem, alias dicitur renunciasse hæreditatem, & non admittitur purgatio moræ, numero 59.*

60 *Spurius quid consequatur ex hæreditate patris mortui ab intestato.*

61 *Alimenta debita filio spurio ad quam quantitatem ascendant.*

62 *Spurius non succedit fratri spurio, & n. 65. contrarium, n. 63. 64. 66. 67. 68.*

64 *Sententia Regis facit jus quoad omnes in Regno.*

66 *Consuetudo judicandi inducitur ex bina judicatura, etiamsi contraria opinio sit verior.*

69 Cardinal. Paleoth. de nothis, & spur. c. 41. n. 4. vers. quæ tamen reprobatur.

70 *Exitus causæ refertur*

71 *Legitimatus, an succedat in bonis antiquis, attenta consuet. Neapol.*

DE probatione filiationis in filio suscepto ex coitu cum muliere conjugata in hac *decisione* agitur, & pariter *D. Auctor. decis. 166.* egit de probatione filiationis in filiis susceptis ex muliere soluta domi retenta, & in casu hujus decisionis pro D. Francisco Alderisio filio adulterino, sive spurio legitimato per rescriptum Excellentissimi D. Proregis in jure allegavit *D. Consil. Roccus*, tunc Advocatus solertissimus *resp. 80. lib. 1.* qui victoriam causæ reportavit, dum obtinuit d. D. Franciscum esse immittendum in possessionem bonorum acquisitorum per D. Joannem Alderisium patrem, ut testantur *D. Auctor, & D. Roccus ille n. 27. vers. & propterea hic vero n. 15.* & pro D. Pompeo Alderisio impugnante filiationem, & legitimationem, & consequenter immissionem scripsit *DD. Franciscus Carafa* Advocatus doctissimus ejus cognatus, licet tacito nomine, ut est videre in respon. impressa per *D. Roccum respon. 81. eodem lib. 1.* quomodo autem probetur, quem esse natum de legitimo matrimonio ad finem ut patri succedere possit, egit *D. Auctor dec. 139.* ubi *Nos observat.* latissimè tractavimus, ac etiam dilucidavimus, quomodo probetur matrimonium.

Observa tamen primò circa hanc *decisionem*, quod minimè deneganda erat immissio huic filio legitimato, remedium namque *l. fin. C. de edic. Divi Adriani tollen.* est possessorium summarissimum, estque adipiscendæ possessionis, nam hæc ex scripturo testamento, non cancellato, non abolito, neque in aliqua sui parte vitiato, ex sola illius ostensione petit se immitti in possessionem bonorum, quæ possidebat defunctus, & sic agit, ut ipse hæres adipiscatur possessionem, quam non habet, & in tantum est judicium summarium, quod petitio inscriptis minimè requiritur, sed sufficit viva voce petere immissionem, & quod talis petitio per Actuarium, sive Magistrum Actorum inscriptis redigatur, ut dixerunt *Castr. & Dec. in d. l. fin. ille n. 14. hic vero n. 13.* quod etiam remedium habet substitutus per fideicommissum, ille namque præsentando testamentum poterit petere se immitti in possessionem, ut probant *Bart. in ead. l. fin. in 2. q. in fine* ubi etiam *Alex. n. 7. & Dec. n. 25.* sed hodie in M.C.V. diversimode servatum vidi, nam aliquando substitutus fuit declaratus hæres vigore substitutionis, & aliquando fuit datus terminus in causa ad probandum, quo termino completo fuit declaratum bona hæreditaria testatoris spectavisse, & spectare vigore substitutionis ad substitutum, ex eo quia substituto non competit remedium *d. l. fin.* contra opinionem *Bartoli, Alex. & Decii supra relatam.*

Et ut diximus, ac probavimus, tale remedium est possessorium, & debet determinari ante petitorium *l. ... C. de ... l. si qui destinaverat, ff. eod. tit. l. momentaneæ, C. unde vi, & l. unica, C. si de moment. possess.* & propterea ritè, & rectè processit ista decisio determinans causam possessorii, ex deductis etiam per *D. Auctorem n. 26. & 27.* nam in petitorio judicio erant discutiendæ appositiones Don Pompei, qui forsan neque in d. petitorio obtinere poterat, si credimus *Menochio consil. 1098. sub n. 8.* relato à *D. Consalvo ad Peregr. art. 23. fol. 101. vers. quarto observo*, ubi quod agnati dicuntur consentiisse legitimationi, si per quadriennium non contradixerunt, & tamen legitimatio D. Francisci fuit facta in anno 1610. & D. Joannes pater decessit in anno 1638 & sic nedum tempus quadriennii fuit decursum, sed viginti sex annorum.

E contra hæres non potest obtinere immissionem in possessionem ex tribus capitibus: Primò si testamentum habeat vitia visibilia. Secondò si habeat vitia invisibilia, seu latentia, ac probanda, ac tertio si habeat

habeat legitimum contradictorem, nam ex quolibet istorum cessat dispositio *d. l. fin. C. de edicto D. Adriani tollen.*

Vitium visibile esset, si quis alterius scripsisset testa- 9 mentum, instituendo hæredem seipsum, vel sibimet scripsisset aliquod legatum quo casu non valet institutio nec legatum *l. 3. C. de his, qui sibi adscrip. & l. in-* 10 *strumentum, & l. rationes, C. de probatio.* in quibus juribus probatur, quod scripturæ factæ in sui beneficium non creditur, & bona, sic relicta, non capit immo scribens pœna falsi punitur, *toto titul. ff. ad l. Cor. de falsis* etiamsi scripsisset in beneficium alterius, cui ipse subjectus esset, ut in *l. de eo, ff. ad l. Cornel. de fal.* ubi ponitur casus in filio, vel servo scribente legatum, vel hæreditatem in beneficium patris, vel domini, & dicunt non valere, quia emolumentum pertinet ad patrem, vel dominum, ad quem non pertineret, nisi filius, vel servus sibi ascripsisset, & *gloss. in d. l. de eo* ampliat, quia servus consequitur sustentationem alimentorum, & spem 11 præmii, qui textus illiusque rationes militant etiam in Monacho, qui verbi gratia instituisset hæredem conventum suum, & fratres, & sibimet adscripsisset aliquod legatum, veluti pro tunica, & pallio, tum propter potestatem Abbatis, cui ipse subest, & omnia, quæ acquirit, acquirit Monasterio, ut dicit *Bart. in l. liber homo, ff. de stipulat. servo.* cùm etiam propter interesse formarum alimentorum, & præmium etiam, quod à Monasterio consequitur; unde *Bart. in l. servus ff. communia de success.* dicit, quod valet argumentum de servo ad Monachum.

Nec obstaret, si allegaretur esse speciale in pia 12 causa; ut possit favore Ecclesiæ sibi ascribere per *text. in cap. cum inter, de re jud.* & per ea quæ dicit *Tiraq. de priv. pia causa priv. 93.* in eo enim *text.* ponitur casus, quod prior Monasterii se subscripsit, sive subscribi fecit 13 instrumentum donationis factæ Ecclesiæ suæ, & per illa verba notat, ibi *Abb. n. 6.* quod Prior posset esse testis descriptus instrumento donationis factæ Ecclesiæ suæ, nam & posset viva voce testificari, *cap. cum insuper de testibus,* & dat rationem rationis, quia causa Ecclesiæ non est causa singulorum, *c. qui manumittitur 12. q. 2.* & bona Ecclesiæ non sunt Prælati, *c. 3. de praben. & cap. 12. de donat.* Ideoque potest se subscribere, & viva voce testificari, & non adversatur *l. 3. C. de his, qui sibi adscrib.* nec *l. instrumenta, & l. rationes, C. de probat.* Et licet sit legitima persona in testificando, non tamen est in acquirendo sic, nam, dum intervenit, ut testis, adsunt alii, quoque testes, & Notarius cum Iudice pro explotatione voluntatis; sed dum sibi adscribit, & non adest generalis subscriptio testatoris, si adscribens sit, filius, vel si sit extraneus, est [illegible], nam præsumitur falsitas, sed in testamento [illegible] est, ut testatoris subscriptio adsit.

Item piæ causæ favetur, quando constat de volun- 14 tate testatoris, & deficit solennitas, proinde statutum est, ut duo testes sufficiant, *c. Relatum de testam.* sed quando quis sibi adscribit de testatoris voluntate, constare non potest, quia est unicus testis, & de ejus utilitate, & damno tractatur; nimirum ergo si statutum est, ne testamentum hoc modo factum valeat.

15 Vlterius in dispositione quantumvis favorabili, sive generali, sive particulari semper est excludendus dolus, *l. creditor, §. Lucius, ff. mandat. & l. procurat. ff. de condit. inde* dolus probatur ex conjecturis, *l. dolum C. de dolo,* doli conjectura est, ut scribens sibi adscribat *l. 1. cum seqq. ad l. Corn. de fal.* ergo excludenda adscriptio sibi facta, nisi tamen generali, vel speciali testatoris subscriptione confirmata fuerit modo supradicto.

16 Ni tamen testamentum speciale haberet subscriptionem sive approbationem requisitam, ad hoc, ut hæres, vel legatarius sibi adscribens hæreditatem, vel legatum fiat capax, nedum falsi pœnam evitet, neque nominationem contineret personæ, in cujus beneficium fuit dispositum: tanta enim fuit legis observantia in explorando testatoris voluntatem, ut non solum præsita ejus manu scriptis, vel voce coram testibus *l. jubemus, vers. oportet, Cod. de testamen.* quando persona est extranea; adeo ut dicatur, quæ Titio dictavi, & recognovi confirmo; secus autem in filio, nam tunc generalis subscriptio sufficeret favore filii, ita habetur *in l. 1. §. inter filium, ubi Bar. ff. ad l. Corn. de fal.* & in *l. 1. cum gloss. mag. C. de his, qui sibi adscribunt,* prout extraneus hæres esset conventus, nam Monasterium non habetur loco filii, nisi quoad exclusionem substituti, ut habetur *in §. sed hoc præsens, Auth. de Sanctissim. Episcopis, & in Auth. nisi rogati, ubi omnes, Codic. ad Trebell.* unde non posset prætendi immissio.

17 Vel si testes, qui interfuerunt stipulationi non vidissent testatorem subscribere, qui actus, ut testator coram testibus testamentum subscribat, est necessarius & substantialis, quando testamentum est aliena manu scriptum, *l. hac consultissima, C. de testam.* secus quando totum testamentum esset scriptum manu testatoris, cum non dubitetur de voluntate ipsius, *l. cum antiquitas in fine, C. de testam* vel vidissent subscribere aliqua testamento adjecta, maximè si adesset differentia de subscriptione prima ad secundam.

18 Vel si esset instituta persona incapax, ut essent fratres Sancti Francisci de Assisio, ut in *Clem. Exivi de Paradiso,* ibi *Omnis hæreditatis incapaces, de verb. signific.* vel Sancti Francisci de Paula, qui sunt ad instar illorum bonorum, & hæreditatum incapaces; nisi relictorum pro fabrica, ac divino cultu, & licet hic Neap. possideant bona immobilia, hoc tamen, vel propter casus in Pii V. constitutione reservatos scilicet fabricæ & cultus divini, & sic in exceptionibus, seu limitationibus regulæ, si essemus in mera regula incapacitatis, vel ex dispensatione, & sic ad consequentiam non trahendum *§. sed quod Principi placuit, instit. de jure natur. gen. & civil.*

Et quando est instituta persona incapax institutio 19 facta habetur per non scripta, & hæreditas defertur venientibus ab intestato, ut dicunt *Bart. in l. 3. n. 2. de his, quæ pro non scrip. haben. & Bal. in Auth. ingressi, n. 46. de sacros. Eccles.* & notandum est, quod differt instituere fratres & instituere ecclesiam, ut dicit *Navar.* 20 in distinguendo *in consil. 20. tit. de testam.*

21 Vel si testator fuisset homo idiota, ac literarum imperitus, & testamentum verbis tuscis, latinisque compositum reperiretur, multis conditionibus, & vinculis adjectis, quæ penitus idiotam, ac imperitum hominem fugiunt, nam ex hoc solum immissio impediri deberet, quia ad hoc ut procedat, requirit testamentum non irritum, nec in parte vitiatum, aut abolitum.

22 Vel si in ejus apertura non interfuissent omnes testes signati, aut major pars eorum, quæ de jure requiritur, ut possint eorum sigilla cognoscere, & cesset suspitio falsitatis, *leg. sed si major, ff. quemadmodum testa. aperian.*

23 Secundo non deberet obtineri immissio in possessionem si in testamento adessent vitia invisibilia, seu latentia, & probanda.

24 Vitium aut invisibile, seu latens, ac probandum esset, si scriptor testamenti decepisset testatorem: dicendo quod scripserit hæredem illam personam; quam testator instituere intendebat, & postea scripsisset aliam, & conjecturæ falsitatis, & inverisimilitudinis, quibus ostendi posset non fuisse voluntatem testatoris sic disponentis adduci possent, si hæreditas reperiretur relicta uni Ecclesiæ, & cadaver alteri, aut si in testamento jussum reperiretur, ne scriptus hæres à legatariis molestandus foret, donec integra hæreditas ab eo habita fuerit, præsertim dum litigiosa hæreditas non relinquitur, & qui sibi adscripsisset, alienigena esset.

Tertiò

Tertio est impedienda immissio in possessionem, si 25 legitimus contradictor adesset.

Legitimus verò contradictor est, qui se opponit 26 hæredi scripto immissionem petenti, ipsum testamentum vitiosum asserendo, ut ait *gl. in dict. l. fin. in vers. contradictor, C. de edic. Divi Adria. tollen.* & etiam is, qui reperitur in possessione hæreditaria, & utroque casu est audiendus; immo in hoc secundo casu citandus, ut inquiunt *Bar. in d. l. fin. num. 16. Bald. num. 41. Dec. num. 32. Iacobi* & alii multi quos congerit, & sequitur *Menoch. in remed. adipiscen. 4. nu. 447.* vel & tantò magis qui se opponit prætendenti, seu petenti immissionem, & se possidere allegat.

Et si Judex legitimo contradictore inaudito, cum 27 se opposuit, vel non citato, dum se possidere allegavit, ad causæ expeditionem processerit sententia nulla foret, & sic quoque si angustissimo temporis spatio, veluti unica die processum compilasset, & causam expedivisset decretum esset nullum, quia ob temporis celeritatem, ac brevitatem dicitur interpositum sine causæ cognitione, ut volunt *Bar. in l. prolatam, in fine, C. de senten. Iason in l. 2. nu. 6. de offic. ejus, cui manda. est jurisdict. & Socc. in cons. 8. vol. 4.*

Secundo observa infrascripta, quæ in occurrenti 28 casu scripsi, ut legatum factum per patrem filio naturali, vel spurio debeatur, si illorum legitimationem expediri, ac procurari per illius hæredes in testamento ordinavit, & illa non fuit per ipsos procurata.

Nam Mutius de Castellis in suo ultimo testamento rogato in scriptis sub die 3. Januar. 633. & per ejus subsecutum obitum apertè die 8. d. Mensis, & anni fecit infrascriptum legatum, vz.

Item, perche tengo dui miei figli naturali, uno chiamato Antonio, seu Tonno, e l'altro Geronimo delle Castelle, ordino, che à spese di mia heredità li sudetti miei heredi debbiano ottenere legitimatione di quel meglior modo, che si potrà, alli quali lascio duc. 2000. cioè ducati mille per ciascheduno, però ascendendo à grado di Dottorato, ò ordine sacro, in tal caso ad ogn'uno di loro, che ascenderà, ut supra, li lascio altri ducati 500. per ciascheduno, à quali voglio, che arrivati saranno all'età di anni ventiuno per ciascheduno se facci l'assignamento del presente legato respettivè, come di sopra, cioè Dottorandosi, ò pigliando ordine sacro tutta la summa di ducati 1500. per ciascheduno, il quale Dottorato, ò ordine sacro mi contento, che possan differirlo fino all'età di anni 25. per ciascheduno, quale età compita, o non ascendendo ad alcuno di detti gradi, il presente legato s'intenda per ducati mille tantum per ciascheduno, però non potendo ascendere à detti gradi per difetto di legitimatione, la quale desidero in ogni modo si ottenghi, in tal caso voglio, che habbiano li ducati 1500. per ciascheduno, & affinche si ottenghi questa legitimatione con effetto, in tal caso incarrico anco il peso di ottenere questa legitimatione al Reverendo Padre D. Michele di S. Gioseppe Monacho di S. Bernardo commorante nella Chiesa di S. Carlo fuori la Porta di S. Gennaro, di più voglio, che in caso, che detti miei figli naturali non si Dottorassero, ne ascendessero all'ordine sacro, mà attendessero ad alcun essercitio nobile, in tal caso habbiano l'integri ducati 1500. per ciascheduno, quale essercitio sia nobile, o civile, & il detto assegnamento se li facci in uno, o più delli corpi della mia heredità ad elettione del detto Reverendo Padre D. Michele, e fra tanto se li farà detto assegnamento, voglio, che à ciascheduno di detti figli se li paghino ducati 70. l'anno mensatim anticipatamente.

Mortuo d. Mutio, in d. anno 1633. & postmodum 29 decesserunt prædicti Antonius, ac Hieronymus de Mense Iulii 1656. quarè fuit declarata illorum hæres Victoria de Castellis, eorum soror, mediante decreto præambuli M. C. V. in banca de Aversano, ideoque d. Victoria d. nomine petiit ab hæredibus qu. Scipionis, ac Io. Bernardini de Castellis hæredum d. Mutii quantitatem in supradicto legato contentas una cum interesse, ex quo legitimatio expediri ordinata per d. Mutium, non aliter fuit procurata per d. Scipionem, & Ioannem Bernardinum, hæredes, & recusant solvere legata prædicta, ex quo non aliter sunt filii naturales, sed spurii, sive adulterini, tam respectu d. Mutii, qui conjugem habebat, quam respectu matris d. Antonii, & Hieronymi, dum illa pariter maritum habebat & propterea solum alimenta debebantur, jam soluta usque ad diem illorum mortis.

Spurii namque, nec ex testamento, nec ab intestato 30 de bonis patris aliquid capere possunt *Duen. reg. 345. num. 3. & reg. 366. in princ. Rol. cons. 74. numer. 27. & sequentibus vol. 1.* nec etiam inter vivos *Duen. d. reg. 366. & ampliat. 11.* & relictum filiis Spuriis defertur 31 proximioribus testatoris *Crass. in commun. opin. lib. 2. c. 5. q. 55. to 2. Duen. d. reg. 366. ampl. 5.* imo institutio facta in filium spurium, est ipso jure nulla *Duen. ibidem in 4. 32 ampliat.* & solummodo legatum alimentorum spuriis relictum substinetur *Cepolla cautel. 38. Duen. c. 1. reg. 366. in 5. limit.* & ideo solum alimenta de æquitate canonica debentur *cap. cum haberet de eo, qui Dux, in matrim. D. Capyc. Latro cons. 15. nu. 7. lib. 2.*

Nos tamen pro d. Victoria dicimus, quod prædicti 33 hæredes non possunt impugnare dispositionem d. Mutii ad text. *in l. cum à matre, C. de rei vendicat.* & præsertim non possunt venire contra assertionem testatoris, *Benincasa de pauperi. fol. 204. numer. 8* nec possunt mendacium defuncti allegare, asserendo non esse ve-34 rum, quod defunctus dixit, ut pariter voluit *Ludovic. conclus. 16. illat. 21. Peregr. de juris. om. art. 44. num. 26. 35 Ciriac. controv. 104. num. 46. vol. 2.* nam contra hæredes probat assertio testatoris, secus contra tertium, qui non habet causam ab hærede *Peregr. ibid. sub num. 0. & Ciriac. num. 47. qui num. 48.* probat idem procedere in hærede hæredis per jura ibi allegata, neque turpitu-36 dinem defuncti, etiam excipiendo *Ludov. ibid. illat. 10.* & præsertim hæres extraneus tenetur approbare factum defuncti *Paris. cons. 33. num. 80. cum seqq. vol. 1. Rota Lucens. dec. 64. numer. 15 par. 1. Ludov. d. concl. 16. illat. 82. vers. 15. amplia, & vers. nec sufficit ista hæredi* & non solum hæres non potest venire contra factum defuncti, 37 sed nec etiam potest contravenire declarationi, & interpretationi factæ per defunctum *Ludov. d. concl. 16. 38 illat. 116.* & si venerit contra factum defuncti, potest accusari civiliter, & redditur infamis infamia facti *Benincasa ubi supra.* & sic prædicti hæredes repelluntur, allegando spurietatem, dum testator vocavit naturales, contra quam assertionem venire non possunt ex supra 39 adductis, Ideoque quando legitimatio est facta ordinatione testatoria, eo casu legitimatus excludit substitutum. *Fusar. de fideic. substit. q. 408. num. 133. & 140.* quia taliter legitimatus æquiparatur legitimato per subsequens matrimonium, ut post alios probat *D. Regens noster dec. 166. num. 18. & seqq. lib. 2.* Imo nihil differt à legitimis *D. Merlin. cent. 2. controv. forens. c. 85. n. 6.*

Imo d. hæredes adeundo d. hæreditatem Mutii ex 40 quasi contractu ad disposita per defunctum remanent obligati, ut tradit *D. Reg. noster decis. 122. num. 25. lib. 2.* tenetur namque hæres voluntati defuncti obtemperare, *§. disponat auth. de nupt.* Idem *D. Reg. dec. 183. num. 21. eod. lib. 2.* & propterea hæres quando in damno 41 non est, minimè contravenire potest facto defuncti, etiam si sit hæres hæredis, ut in casu nostro, ut post *glo. in l. emptor, C. plus vale. quod agit.* & alios voluit *D. Pras. Merlin. cent. 2. controv. forensi. c. 76. numer. 19.* 42 Imò quando venit contra factum Testatoris, etiam si esset nullum, tenetur de evictione, ut probat *nu. 20 per tex. in l. si tibi, C. de evict.* quod confirmat *Cancer. lib. 3 var. resol. cap. 2. num. 217.* aliique adducti *per D. Merlin. ibid.* sicuti in simili etiam dicimus, quod qui non 43 habet interesse, non habet jus impugnandi legitimatio-

nem, præsertim in bonis per testatorem acquisitis, ut voluit, & fundat *idem D. Merlin. d. cont. 1. c. 88 nu. 21.*

Ideoque non potest dubitari, quin suprадicti Antonius, & Hieronymus sint filii naturales d. Mutii, eisque debeantur prædicta legata in proprietate, & usufructu.

44 Siquidem licet *Imperator Constantinus in secunda constitutione* ordinaliter quod naturales filii nequaquam consequi valerent ex paterna hæreditate, tam ab intestato, quàm ex testamento, quæ constitutio fuit servata usque ad *imperium Valentis, & Valentiani*, qui eam

45 abrogaverunt, & hodie non extat, sed tantum legitur enunciata ab aliis imperatoribus, ut refert *Lupus de illegit. & natural. restit. commen. 1. § 1. num. 37.* ideoque

46 prædicti *Valens. & Valentianus* aliam ediderunt *constitutionem*, per quam fuit provisum, quod pater carens legitima sobole, ac suis parentibus; posset filio suo naturali relinquere tres uncias tantum totius sui patrimonii, ut eas cum matre communi haberet; si verò extitisset legitima soboles unciam solum naturales valerent consequi, eamque cum matre communicandam, *ut in l. 1. de natural. liber. in Cod. Theodos.* & enunciatur à *Iustiniano in § ; discretis, auth. quib. mod. natural. effic. sui* eamque registravit, *Lupus ubi supra num. 39.* quam

47 *Valentis, & Valentiani constitutionem* firmarunt nonnullis additis *Archadius, & Honorius Cæsares in l. 2. C. de natural. liber.* & deindè *Theodosius junior.* illam renovavit *in l. 3. de natural. liber. in eodem C. Theodos.* & post hæc *Iustinianus in l. humanitatis, C. de natura.*

48 *liber.* disposuit quod pater nulla extante sobole, & matre possit relinquere sex uncias naturalibus cum eorum matre, sed ab intestato nullam communionem ad talia patris naturales successionem habeant, & demum idem

49 *Iustinianus in auth. licet. C. de natural. liber.* & ex corpora unde sumitur *in §. nos igitur auth. quib. mod. naturales efficiant. sui, & in §. consideremus auth. de trien. & semisse*, ordinavit, quod naturales ex testamento, aut inter vivos totam substantiam à patribus capere valeant relicta legitima tantum parentibus, legitima sobole non extante, *glo. in § fin. instit. de nupt.* hæcque ultima *Iustiniani constitutio* apud omnes gentes servatur, ut per *scribentes in dicta auth. licet, Clar. in §. Testamentum q. 13. in prin.* etiam inter Hebræos in Terris Christianorum degentes, ut refert *Menoch. cons. 285. nu. 20. vol. 3 Lupus loc. cit. nu. 41.*

Dum igitur Mutius filios non reliquit legitimos ex matrimonio, neque parentes validè disposuit de d. quantitate ad beneficium d. filiorum naturalium, imo poterat disponere de majori quantitate.

Sed quando etiam d. hæredes opponere possent, & probarent d. spurietatem adhuc solvere debent d. quantitates, dum Mutius testator ordinavit, ut sui hæredes debuissent obtinere illorum legitimationem, & sufficiebat pro illa obtinenda voluntas paterna in testamen-

50 to declarata juxta *Text. in §. illud tamen nobis*, ubi *Bart. & Angel. auth. quib. mod. natu. effic. sui*, ibi *fiunt filii legitimi precibus Principi oblatis, ex testamento patris ostensa, si nos per rescriptum morte perventus legitimare non potuit*, aliaque etiam jura citat *D. Regens dec. 166. numer. 4. lib. 2.* Hinc dixit *Gratian. capit. 635. num. 25* quod sufficit quæcumque patris ordinatio, si-

51 ve in actu inter vivos, sive in testamento, quæ patris ordinatio constare etiam poterit ex signis, & conjecturis, ut post alios, voluit *D. Pres. Vrsin. de success. feud. par. 1. q. 3. nu.* vel per simplicem Epistolam *D. Capyc. Latro, ibid. nu. 17. & 27.*

Quam legitimationem d. hæredes noluerunt petere, nec obtinere per spatium annorum viginti trium ab anno 1633. quo obiit Mutius usque ad annum 1656. quo

52 decesserunt prædicti Joannes Bernardinus, & Scipio hæredes, & pariter ipsi Antonius, & Hieronymus legatarii & sic dolosè egerunt in hoc. quorum dolus non debet ipsis opitulari ad denegandam solutionem dictorum legatorum *l. nec ex dolo, ff. dolo l. 3. ff. de transact. l. is, qui dolo, ff. de rei vindicat. Farinac. in praxi crimin. p. 1. q. 32. n. 55* Et in dolo versatur qui non

53 facit, quod facere debet *l. Dolus ff. mand. Paris. cons. 9. num. 29. lib. 1.* Ideoque dolus præsumptus est in d. hæredibus, qui non fecerunt id, quod facere tenebantur *Bart. in d. l. dolus Menoch præsumpt. 15. num. 10. lib. 3.*

54 *de presumpt.* & dolus debitoris sine ulla interpellatione constituit eum in mora *Castr. in l. Titia 80. §. usuras n. 2. ff. de leg. 1. & D. Merlin c. 25 nu. 18 lib. 2. controv.*

Ideoque si legitimationem prædicti hæredes expediri curavissent, nulla caderet quæstio in solutione di-

55 ctorum legatorum, ut fuit per Collaterale Consilium determinatum in simili; Nam Joannes Thomas Fazzalus in vita supplicavit Excellentissimo D. Proregi ejusque Collaterali Consilio pro legitimatione Scipionis Fazzali, ejus filii naturalis, quæ legitimatio non aliter fuit expedita in vita sua, ideoque in testamento ordinavit, ut expediretur d. legitimatio, cui Scipioni per viam legati solvi jussit ducatos centum mille instituit tamen duabus ejus filiis fœminis legitimis universalibus hæredibus. Ideoque per d. Collaterale Consilium fuit ordinatum expediri privilegium legitimationis, tam quoad honores, quam quoad successionem, ut refert *D. Regens d. dec. 166. num. 169.* & sic fuit admissus Scipio ad legatum, quamvis legitimatio esset expedita post mortem patris, sed de ejus tamen voluntate in testamento declarata, & ordinata. Meritò legata debentur, dum hæredes non procuraverunt legitimationem in damnum ipsorum Antonii, & Hieronymi filiorum, sivè naturalium, sivè spuriorum.

Indè merito cum prædicti hæredes testatoris præceptum non adimpleverit in procurando privilegium legitimationis d. filiorum, sive naturalium, sive spuriorum, cum etiam spurii legitimantur, ut per *D. Regen-*

56 *tem in hac dec. num. 1.* ubi post *numer. 27. vers. & propterea* decisum refert, spurium legitimatum, & per patrem hæredem institutum esse immittendum in possessionem bonorum per patrem acquisitorum pro nunc, salva provisionem facienda respectu bonorum anti-

57 quorum, & propterea prædicti hæredes ob non obtentam d. legitimationem plura consequerentur damna, quia caderent ab omni commodo, & relicto ipsis à testatore, *Paris. cons. 19. nu. 55. & cons. 91. num. 36. vol. 2. cons. 1. nu. 68. & 74. lib. 3. Ludovic. d. concl. 16. illat. 67. & illat. 73.* cum tenentur servare præceptum testatoris for-

58 maliter, & ad unguem, *Paris. eod. cons. 19. num. 42.* Imò hæres non adimplendo dicitur voluntariè renunciasse hæreditatem, *Paris. d. cons. 19. num. 139. 140. 144. 151. & seqq.* & non admittitur purgatio moræ *Ludovic. d.*

59 *concl. 16. illat. 82. versic. & in ultimis voluntatibus, Roland. cons. 70. nu. 69. & seq. vol. 3.*

60 Imò etiam si d. Mutius testator non ordinasset in testamento expediri d. legitimationem d. ejus filiorum, quamvis essent spurii, & non aliter naturales, prout ità illos vocavit, & declaravit in d. testamento, siquidem Mutius non habens filios legitimos, filii spurii succedunt in duabus unciis totius hæreditatis d. Mutii ab intestato, ultra alimenta, ut probat *Ludov. d. concl. 16. illat. 24 in princ & vers. quia non obstante*, quæ quidem

61 alimenta debita filio spurio important quintam partem bonorum Mutii patris, ut fundat *Covar. de matrim. p. 2. c. 8 §. 6. num. 6. in fine*, & confirmat *Thes. decis. 221. nu. 5. & 18. ac Gratia. c. 586. num. 26.* & hæreditas d. Mutii importat valorem duc. 25000.

Si igitur d. Antonius, ac Hieronymus, ex defectu legitimationis, non potuerunt doctorari, nec minus ascendere ad ordinem Sacrum, legatum duc. mille debetur ipsis fratribus, & successivè eorum hæredi, tanto magis quia d. Antonius exercuit officium nobile, & civile, quia uti officialis inservit in bello pro Serenissimo Rege nostro, & Hieronymus vixit similiter nobiliter.

Quæ omnia cum verissima sint, hæredes de Castellis,

allam propofuerunt exceptionem ad effugiendam folutionem d. legatorum hæredi d. Antonii, & Hieronymi, 62 dicentes quod prædicta Victoria foror, ipforum fratrum non poffit effe hæres illorum, cum ipfa etiam fit fpuria, licet Mutius eam naturalem vocaverit in teftamento, unde non fuccedit fratribus fimiliter fpuriis auctoritate *Alexandri conf. 174. volum. 5.* poft *Bart. in l. pn. verf. Quæro, an fuccedat matri, ff. de his quibus, ut in- iga. Vrsill. ad Affl. d. decif. 96. num. 8.* qui citat *Abb. conf. 50. vol. 2.*

Sed Nos, qui jura d. fororis tuemur, diclmus, quod 63 licet hæc quæftio apud Doctores antiquitus fuerit difputata, & pro utraque parte adfint DD attamen hodie eft fopita ex traditis per *Affli l. d. dec. 69.* ubi *n. 6.* refert fuiffe repertam quandam fententiam *Regis Ferdinandi Primi*, qui refidebat in S. R. C. per quod fuit admiffa foror uterina fpuria nata ex damnato coitu in fucceffione fratris fui fpurii, & comprobat d. decifionem *Afflictus ibidem a. 7. 8. 9. 10. & 11.* ubi verf. *fed quia* refert per S. C. ftante d. *fententia Regis*, quæ facit jus, quoad omnes in Regno, ut inquit *Bald. in l. fin. C. de legit. hæred.* 64 fuiffe in alia caufa votatum fub die 4. Februarii 1584. quod frater fpurius fuccedat fratri fuo fimiliter fpurio, licet ambo fint nati ex damnato coitu, & fic pro ifta opinione ftant duæ fententiæ conformes. S. R. C.

Et cum iterum idem articulus decidendus accidiffet 65 in eodem S. R. C. dicebatur pro exclufione fpurii, quod contra d. *decifionem Afflicti* in fpecie tenet *Cagnol. in l. fi qua Illuftris col. penult.* verf. *fed juxta prædicta C. ad S. C. orfitia*, ubi quod ob opinione *Alexandri* Doctoris veritatis non eft recedendum, & fimiliter fuit allegatus *Cardinalis Paleotus in tractatu de nothis, & fpuriis c. 43. n. 2. verf. fint igitur* ubi dicit S R. C. male judicaffe, contrarium tamen vifum fuit eidem S. R. C. 66 dum fuit bis in eo judicatum, & fic inducta confuetudo fic judicandi, quia binus actus fufficit, ut inquit, *glof. 3. in l. 3. C. de Epifc. audien.* et confuetudo judicandi attenditur, licet contraria opinio fit verior, idcirco S. R. C die 16. Januarii 1591. judicavit in linea tranfverfali dari inter fpurios natos ex coitu damnabili fucceffionem, ut refert *D. de Franchis dec. 238. in fine*, ubi pariter idem fuiffe judicatum Venetiis ex *Peregr. de jure fifci cap. 18. n. 45.* teftatur, & propterea D. *Marta de fucceff. legali* 68 *1. qu. 6. art. 1. licet n. 24. & 25.* licet tenuerit opinionem *Alexandri*, attamen *n. 26.* affirmat quod in hoc Regno antibus decifionibus relatis per *Affl. & D. de Franch. locis fuprà indicatis*, non eft difcedendum ab iftis decifionibus, licet fecus fit in aliis Prætoriis, in quibus ifta confuetudo fic judicandi non extat, & propterea non judicandum in caufa iftius fororis fperamus.

69 Nec obftabit doctrina *Cardinalis Paleoti in d. tract. c. 50. n. 4. verf. Qua tamen, ut fententia Regia, & S. C. procedant* in bonis per fpurium acquifitis non autem in bonis perventis à patre, ad quem, five ejus hæredes redire illa debeant ex *Abb. conf. 50. no. 1. vol. 2.* fiquidem hæc diftinctio nullatenus probatur, bona namque de quibus agitur non funt paterna, fed dicuntur fraterna ftante morte patris; ideoque inter ipfos filios fpurios datur fucceffio. Tanto magis, dum pater juffit illos legitimi, & culpa hæredum non fuerunt legitimati, ideo pro legitimatis habentur quo ad legata.

70 Caufa ifta non fuit judicialiter decifa, fed tranfactione terminata pro duc. 1435. de anno 1565.

Tu obferva, quod S. C. in hac decifione refervavit merum deliberationem circa bona antiqua, nam 71 folummodo conceffit immiffionem refpectu bonorum acquifitorum per D. Joannem *d. n. 27. verf. & propterea*, cum bonorum antiquorum legitimatio fieri non poterat contra *confuet. Neapolitana* in præjudicium eorum, qui in ea vocantur, nifi illi confentiant, ut decifum teft. per S. C. *Vrsill. ad Affl dec. 286. fub n. 5. & 6* quod am per prius dixerat *dec. 195.* idemque voluerunt *Cæ. decif. 194. & D. Confil. de Apna conf. 44.* Tom. I.

quos fequens adduxit *D. Confal. d. fol. 101. verf. tertio obfervo*, ubi inquit, quod *D. Montan. controv. 6.* difputat, an legitimatus per Principis refcriptum excludat proximiores ex parte patris à medietate bonorum antiquorum, quæ obvenerunt patri ex fucceffione agnatorum attenta *confuet. Neapolitana* & licet tranfcripferit allegata in caufa Cæfaris Gagliardi legitimati, tamen *fub num. 7.* contrarium fubftinet, dum in illa caufa fuit decifum contra d. Cæfarem.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Creditor in diem an, & quando poffit ante diem agere, & quid in donatario, qui habuit donationem irrevocabiliter inter vivos cujufdam annuæ præftationis medietatis fructuum Rurie, cum refervatione tamen ufusfructus ipfi donanti ejus vita durante.

SUMMARIUM.

1 *Creditor in diem, vel fub conditione, ante diem, vel conditionis eventum, quia caret actione, agere prohibetur.*
2 *Iudex debet abfolvere conventum, qui convenitur ante diem, etiam parte non opponente.*
3 *Creditor petens ante tempus de jure antiquo amittebat actionem, hodie vero duplicantur induciæ.*
4 *Actio, & obligatio nunquam nafcitur ad beneficium creditoris ante diem, vel conditionis eventum, quando dies fuit appofita ab homine, & res deducta in ftipulationem non eft tranfitoria ad hæredes, prout eft ufusfructus.*
5 *Obligatio, & actio ftatim oritur, quando res deducta in obligationem de fui natura eft tranfitoria ad hæredes, quo in cafu tantum differtur exequutio in adventum diei, vel conditionis.*
6 *Obligatio ftatim oritur, quando tempus appofitum à lege eft de natura contractus, vel rei, non tamen actio.*
7 *Creditor poteft agere ante diem advenum, ut ei folvatur in tempore ftatuto, quando tempus legale eft liquido extrinfecum, veluti in actione de dote foluto matrimonio, quod datur miferationis caufa.*
8 *Creditor fub conditione poteft agere purificata conditione.*
9 *Fideicommiffarius an, & quando poffit agere ante tempus, ad finem declarandi, fideicommiffum ad fe fpectare.*
10 *Fideicommiffarius, five univerfalis, five particularis, in diem, vel fub conditione poteft agere ad fibi idonee fatifdandum de legatis, vel fideicommiffis præftandis adveniente die, vel purificata conditione, quod intelligitur, five hæres diffipet, five non.*
11 *Fideicommiffum quando eft in diem certum, pro eo ftatim oritur actio, licet differatur exequutio ufque ad diem: fecus tamen eft in fideicommiffo relicto in diem incertum, vel fub conditione, num feq.*
13 *Fideicommiffarius fi agere ante diem, vel conditionis eventum, plus fibi tribueretur, quam teftator voluit.*
14 *Fideicommiffarius non poteft agere ante tempus ad condemnationem, fed tantum ad declarationem.*
15 *Fideicommiffarius an poffit agere ante tempus, Iudicis arbitrio eft remittendum.*
16 *Creditor in diem certum, vere creditor dicitur.*
17 *Debitor in diem quoad veritatem, & fubftantiam vere debitor eft, licet quoad coactionem & exactionem debeat expectari tempus conventum inter partes.*
18 *Debitor poteft, invito creditore in folutione prævenire diem, tamen folvens non repetit.*
19 *Donans inter vivos poft mortem fuam, dicitur vere*

donare inter vivos, licet effectus, & exequutio fortiatur post mortem.

20 *Donatio inter vivos post mortem dicitur pura donatio, quia cum certo sit dies mortis extitura, statim committitur stipulatio quoad substantiam, licet quoad effectum differat; quod etiam procedit, quamvis in donatione adesset conditio,* si absque liberis decederet; num. seq.

22 *Donatio post mortem & si in dubio judicari debeat donatio causa mortis, tamen secus est, quando exprimitur inter vivos donare.*

23 *Vsusfructus quamvis in multis casibus pars dominii sit, est tamen quid divisibile à proprietate.*

24 *Donatione facta cum reservatione usufructus, illico censetur translatum utile, & directum dominium in donatarium.*

25 *Fructuum reservatio operatur translationem dominii rei donatæ in donatarium.*

26 *Donatio facta ob benemerita dicitur inter vivos, & irrevocabilis.*

27 *Donatio quando non est facta inter personas prohibitas, non sunt probanda merita.*

28 *Pactum de non revocando facit donationem irrevocabilem.*

29 *Agere ante diem an, & quando sit plus petere.*

30 *Donatore mortuo usufructus reservatus non transfertur ad ejus hæredes.*

31 *Vsusfructus finitur statim mortuo usufructuario.*

32 *Possessio naturalis, quæ apud usufructuarium reperitur, statim ipso mortuo finitur.*

DECISIO CLI.

1 Creditor in diem, vel sub conditione, ante diem, vel ante conditionis eventum agere prohibetur, est *text. in §. plus autem Instit. de action. l. Fulcinius § si in diem, ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. 1. §. 1. ff. de usur.* quia caret actione, *l. certi conditio, in princ. ff. si cert. pet. l. ita scriptum, ff. de leg. 2.* cum concordantibus, & propterea dixit *Alex. cons. 95. num. 3. vol. 1.* quem refert, & sequitur *Cagnol. in l. in omnibus obligationibus nu. 16 ff. de reg. jur. & in l. lecta, nu. 164. & seq. ff. si cert.* 2 *pet.* Judicem etiam parte non opponente absolvere debere conventum, *Bertazz. cons. 107. numer. 11.* & hanc esse communem, & veriorem opinionem dixit *Areti Paoli. in l. 1. in 3. p. n. 78. ff. de bon. matern.* quod etiam ita decisum refert in arduissima causa *D. Franc. del Castillo decis. 17 lib. 1. nu 1.* ubi alios *DD.* & decisiones refert. *Balb. decis.* 300. & communem esse opinionem refert etiam *Giurba in dec. 4. num. 18. vers. secundò licet, Gratt. de except. 41. numer. 2. & 3. Ego in decis. 114. num. 6. Cent.* post *tract. de censib. decis. 267. nu. 3. Mausen. de caus. exe utiv. ampliat. 22. nu. 2. DD. in l. non quemadmodum,* & in *l. in omnibus, ff. de judic.* Hinc 3 etiam fit, ut petens ante tempus de jure antiquo amittebat actionem, licet hodie duplicentur induciæ §. *hodie, Instit. de except. Hipp. de Mars. sing. 355. Bal. cons. 169. vol. 3.* alias *cons. 369. vol. 1. Ias. in l. pecuniam, ff. si certum petat. Raph. Cumanus cons. 49. col. 4. Addent. ad Afflict. decis. 279.*

Ex his cum Jo. Angelus Citillus Casalis Boschi donasset donationis titulo inter vivos V. I. D. Tarquinio Simonetti quoddam jus percipiendi quolibet anno medietatem vindemiæ cujusdam massariæ, quæ possidebatur per Martium Citillum, reservato tamen ipsi donanti usufructu ejus vita durante, & petiisset Tarquinius mediante sententia S. C. declarari, ex nunc post mortem dicti donantis sibi deberi dictam annuam præstationem medietatis vindemiæ ipsi donatæ, fuit dubitatum, utrum poterat ante mortem donatarii agere?

In contrarium fuit consideratum, quod in hac 4 quæstione sunt distinguendi plures casus; & primus, quando dies fuit apposita ab homine, & deducta in stipulationem: tunc aut res deducta in stipulationem non est transitoria in hæredes, prout dicimus de usufructu, & eo casu non nascitur ad beneficium creditoris neque actio, neque obligatio ante diei, vel conditionis eventum, ut in *l. 1. circa fin. ff. quando dies usufruct. leg. ced.* 5 Quando vero est in obligationem deducta res, quæ de sui natura ad hæredes transfertur, & tunc statim oritur obligatio, & actio, differtur autem exequutio in adventum diei, vel conditionis, ut 6 in *l. cedere diem, ff. de verb. signif.* Secundus, quando tempus fuit appositum à lege, & tunc aut tempus legale est de natura contractus, vel rei, & eo casu, quamvis statim oriatur obligatio, non tamen actio, ut in *l. si tutor Reip. §. fin. ff. de tutel. & ration. distrahen.* 7 Aut tempus legale est aliquod extrinsecum, veluti in actione de dote soluto matrimonio, quod datur miserationis causa, ut in *l. unica paragrapho exactio, ff. de rei uxor. act.* & isto casu potest agi ante diei adventum, ut solvatur in tempore statuto, secundum *Matth. de Afflict. in 4. dec. 279. in princ.* sequitur *Ricc. collect.* 8 *decis.* 1420. & sic etiam procedit in credito sub conditione, quia posse agi purificata conditione, tenuit *Cacher. decis. 130. Surd. decis. 251. Viu. decis. 403. Rota Genu. decis. 91. num. 22. Franch decis. 218. 341. & Mediolanens. decis. 15. lib. 2. num. 12. Camill. de Medic. cons. 148.* 9 *num. 9.* Tertius est casus in fideicommissario, an possit agere ante tempus, ad finem declarandi, fideicommissum ad se spectare, & affirmativam sententiam defendit *Ana. cons. 11* licet contra illam fuisse judicatum referat *in princ. 2. vol.* & pro hac etiam opinione scripsit in *cons. 126.* in causa Federici Tomacelli, in qua causa compilavit decisionem *Franc. dec. 695. Vin. d. dec. 403. Marzari de fideicommiss. in 3 p. quæst. 31. Camill. de Med. in loco* proxime citato, *Suarez. in alleg. 4. Peregr. de fideicommiss. art. 40. num. 10.* ubi di10cit, quod fideicommissarius universalis, sive particularis in diem, vel sub conditione, sive hæres dissipet, sive non, potest agere ad sibi idonee satisdandum de legatis, vel fideicommissis præstandis, adveniente die, vel purificata conditione, per *text. in l. hac stipulatio, & toto tit. ff. ut leg. nom. cave. & l. 1. in princ. paragrapho si is à quo, & paragrapho fin. ff. ut in poss. legat.* cum aliis concordantibus, plenissime *Ludov. Molin. de* 11 *Hispan. primog. cap. 15. lib. 1.* quod aliqui intelligendum putant, quando fideicommissum est in diem certum, quia statim oritur actio, licet differatur exequutio usque ad diem, & quod quamvis possit agere, tamen obstabit exceptio, quod dies non venit, ut post *Perrgr. art. 41. de fideicomm.* dixit *Fusarius* eodem *tract. de fideicom. quæst. 607. in prin.* ex *d. l. cedere diem, ff. de* 12 *verb. signific. & l. qui mandatum ff. mandat.* & ideo contrarium in fideicommisso relicto in diem incertum vel sub conditione non dari actionem ante adventum diei, vel conditionis, late fundat idem *Peregr. dict. art. num.* 13 *4. & Fusar. dict. quæst. 607.* ubi *DD.* colligunt. & affertur ratio, quia si ante diem, vel conditionis eventum ageret fideicommissarius, plus sibi tribueretur, quam testator voluit, ut probat *text. in l. facta, §. si sub conditione, vers. plus enim ff. ad Senat. Cons. Trebell. & in l. fi. §. sin autem sub conditione, vers. sin autem avaritie, C.* 14 *commun. de legat.* licet non possit agi ad condemnationem, sed ad declarationem, ut late fundaverunt *Roderic. Suarez. in d. alleg. 4. Covarr. var. resolu. lib. 1. cap. 18. Simanc. de primog. Hispan. l. 1. cap. 28. Cacher. d. decis. 30. Petr. Anton. à Petra Placent. de fideicomm. qu. 10. Palaez. de major. lib. 1. cap. 28. num. 63. & par. 4. qu. 34. num. 1.* qui de communi testatur. & ita judicatum refert in causa Comitis de Boendia, quos etiam refert. & sequitur *Ann. d. cons. 11. num. 1. & 2.* & hanc etiam opinionem tenuerunt *Mantica de conject. ult. volunt. lib. 7. tit. 1. numer 14. Alvar. Valasc. consult. 184. num. 14. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 10. D. Franc. de*

Lec

I.ta decis. Valaat. 35. *aumer.* 10. *D. Ia. del Castill. tom.* 5. *controvers. cap.* 176. *num.* 12. *cumseq.* quos refert, & sequitur *Baltaxar. Gilmon. de la Mota in addit. ad Molin. de hispan. primog. d. cap.* 15. alios *DD.* refert *Fusar. de fideicomm. substit. qu.* 525. 611. & 677. *Ludovis. decis.* 428. *Barbos. in l. in omnibus ff. de judic. num.* 1. *Laderch. cons.* 85. *Cephal. cons.* 381. *num.* 29. *lib.* 3. *Fontanel. de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 5. *num.* 30. & 60. *Menoch. de arbitr. casu* 87. *Barbos. in l.* 1. *par.* 2. *numer.* 28. *ff. sol. matrim. Castill. de Sotomajor. de usufruct. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 11. quidquid tamen sit in proposita quæstione, cùm re vera magis communis videatur opinio, quod agere simpliciter non possit, nisi in aliquibus casibus, ideo ad conciliandum dictas dissensiones, Judicis arbitrio esse remittendum, qui judicare debet secundum qualitatem personarum, post alios tenet *D. Ioann. del Castillo d. cap.* 176. *numer.* 13. & 14 usque ad *finem*; res-

16 pectu vero creditoris in diem, an possit ante diem agere, ut adveniente tempore debitor solvat, facit, nam creditor in diem certum vere creditor dicitur, *Paul. de Castr. in l. stipulatus fueram, §. cum stipulamur, nu.* 2. *ff. de verb. oblig.* ubi etiam *Alex. nu.* 5. & *Ias. nu.* 10. *Alciat. in l. auditiones, num.* 3. *ff. de verb. signif. Menoch. cons.* 897. *numer.* 41. & pro ista opinione fuisse pluries judicatum, refert *Afflict. d. decis.* 279. *Cacher. d. decis.*

17 130. *Milanens. decis.* 15. *nu.* 12. *lib.* 2. *Hodiern. ad Surd. decis.* 20. *in addit. noviss.* cum debitor in diem quoad veritatem, & substantiam vere debitor sit, licet quoad coactivam exactionem debeat expectari tempus conventum inter partes, *l. in diem, ff. de cond. indeb. l. qui in diem, ff. de solut.* & ideo potest etiam invito creditore in

18 solutione prævenire diem, & solvens non repetit, *Rota Rom. in noviss. diversorum* ab anno 1626. *decis.* 374. *n.* 37.

Fuit tamen in hac causa consideratum, non posse dubitari, quod hæc erat donatio inter vivos, facta dicto Tarquinio istius medietatis fructuum, seu coloniæ, quæ debebitur donanti per Martium Citillum, qui fundum possidebat cum dicto onere sol-

19 vendi medietatem fructuum; quando enim quia donat inter vivos, post mortem suam dicitur vere donare inter vivos, ita tamen quod effectus, & executio sortiatur post ejus mortem, ut per *Constant. Roger. de potest.* §. 3. *num.* 49. *Rot. Rom. in tom.* 3. *par.* 4. *recentio-*

20 *rum* in recollect. à *Paul. Rub.* ab anno 1624. *decis.* 675. *numer.* 43. & 44. ubi, quia dies mortis cum certo sit extitura, dicitur donatio pura, & statim committitur stipulatio quoad substantiam, licet quoad effectum

21 differat, quod procedit, quamvis in donatione adesset

22 conditio, *si absque liberis decederes*; quia & si in dubio judicari debeat donatio causa mortis, tamen secus est, quando exprimitur inter vivos donare, *Alex.* qui de communi testatur *cons.* 14. *lib. paragrapho post mortem, Instit. de inutil. stipul. Bald. in l. mortis, C. ad l. falcid. Franch. dec.* 213. *Magon. decis. Lucens.* 87. *num.* 13. *Natta cons.* 115. *num.* 5. & sic statim dominium rei donatæ fuit translatum in donatarium tanto magis, quia donans tantum sibi reservavit prædictos fructus vita ejus durante, quod potest considerari tanquam quid

23 separatum ab ipsa re, quamvis enim ususfructus in multis casibus pars dominii sit, ut in *l.* 3. *ff. de usufruct.* est tamen quid divisibile à proprietate, & sic unus potest possidere usumfructum, alter vero proprietatem,

24 ut probat *text. in l. ususfructus pluribus* 6. *ff.* & *d. tit.* & illico facta donatione cum reservatione ususfructus, fuit translatum in donatarium directum, & utile dominium, excepta tamen fructibus donatori reservatis, quia perfecta dicitur donatio, *l. perfecta, C. de dona-*

25 *tion. Magon. decis. Florent.* 124. *numer.* 4. & 5. & illa fructuum reservatio operatur translationem dominii rei donatæ in donatarium, *l. quisquis, C. de donat. Alex. d. cons.* 14. *lib.* 1. *Magon. d. decis. Lucens.* 87. *n.* 7. *Boer. decis.* 17 2.

26 Quibus accedebat, quod donatio erat facta ob benemerita, & propterea inter vivos, & irrevocabilis, *l. Seja, ff. de donat. caus. mort. l. quæ dotis, ff. sol. matrim. Bald. in l. si mortis, num.* 3. *C. ad l. falcid.*

27 Nec in hoc casu merita erant probanda, cum donatio non sit facta inter personas prohibitas, *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *casu* 134. & *cons.* 29. *numer.* 10. *Grammat. decis.* 73. *num.* 10. & 11. aderat etiam pactum

28 de non revocando, per quod etiam irrevocabilis fit donatio, *Clar. in §. donatio, q.* 4. *num.* 5. *Duen. reg.* 217. *l. ubi ita donatur* 31. *ff. de donat. Roder. Suar. alleg.* 20.

29 Ex quibus videbatur, quod in hoc casu non militabat illa ratio, quod agere ante diem est plus petere, ex *text. in d. §. plus autem, Instit. de action.* quia Martio Citillo, qui debebat illam annuam præstationem prædictæ medietatis fructuum nihil intererat, uni,

30 vel alteri solvere; neque hæredi donantis, cum mortuo donatore ususfructus reservatus non transferebatur ad ejus hæredes, *l.* 1. *paragrapho libertatibus, C. de*

31 *caduc. tollend.* non statim mortuo usufructuario finitur, *l.* 3. §. *fin. ff. quib. mod. ususfruct. amitt.* §. *finitur, Instit. de usufruct. Cavalc. de usufruct. mulieri relict. num.* 81. *in fin.* late *Castill. de usufruct. cap.* 61. *num.* 3. *cum seqq.* sicut

32 etiam statim finitur illa naturalis possessio, quæ erat apud usufructuarium *Natt.* post alios *cons.* 419. *num.* 3. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 129. *num.* 16. & 21. *lib.* 2. *Tell. Fernandez in l.* 17 *Tauri num.* 53. *vers.* & *hoc est, quod propriè dicit text.* & propterea cum cessent rationes in contrarium adductæ, debebat quoque cessare juris dispositio, & adhærere illi æquiori opinioni, ut possit agi ante diem, ad hoc ut debitor adveniente tempore solvat; sicuti ita fuit judicatum die 29. Octobris 1640. ad meî relationem, prædictam medietatem fructuum, sive coloniam in actis deductam post mortem Jo. Angeli Citilli spectare, & spectavisse ad dictum Doctorem Tarquinium Simonetti, condemnando Martium possessorem Ruris ad ipsi post mortem donantis correspondendum, penes Cautionum Actorum Magistrum Sacr. Consil.

OBSERVATIO IN DECISIO. CLI.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissarius conditione pendente, agere potest, ut declaretur fideicommissum, sic etiam si hæres dissipat potest illum cogere ad idoneè cavendum delegatis, & fideicommissis præstandis.*

2 *Cautio delegatis, & fideicommissis præstandis respectu immobilium, an sit in usu, & quid respectu mobilium, mercium, & animalium num.* 3.

4 *Creditor ante diem non potest intentare actionem hypotecariam, nec adjudicationem, potest tamen agere ante diem, quando debitor, est decoctus intellige, ut nu.* 5. 6. 7. 12. 13. 14. 15. 16 & 18.

8 *Creditor in diem, vel sub conditione an sit citandus in concursu creditorum, quando fuit ordinata graduatio, ac venditio bonorum debitoris; negativa additur opinio & n.* 9. *sed contrarium verius esse probatur. n.* 10. *ex rationibus adductis, n.* 11. 12. 13. 14. 15. 16 17. & 18.

18 *Creditor conditionalis licet propriè non dicatur creditor, largè tamen creditor est.*

19 *Cautio præstanda à debitore ad beneficium creditoris conditionalis quomodo præstanda sit, & nu.* 20. 21. & *semper præstari judex mandat à creditore, qui pecuniam in concursu creditorum liberat, vel bona assignat; sive adjudicat, n.* 22.

HÆc decisio est ità benè fundata per *D. Regentem*, ut nulla additione egeat. & quia Actor V. I. D. Tarquinius Simonetta donatarius, erat amicus meus atque pariter Advocatus doctus, multas doctrinas illi dedi in exaratione allegationum in hac causa per ipsum factarum

Ad tradita tamen per *D. Regen. numer.* 9. *cum seqq.*

an, & quando fideicommissarius agere possit ante tempus ad finem declarandi fideicommissum ad se spectare, erit videndus *D. Censal. ad Pereg. art. 40. fol. 497. vers. addo* ubi ex *Peregrin. ibid. numer. 10.* dicit fideicommissum conditione pendente posse agere, ut declaretur fideicommissum, sic etiam si hæres dissipat, vel non, cogere illum ad sibi idoneè cavendum, sive satisdandum delegans, & fideicommissis præstandis juxta *tex. in l. hac stipulatio, ff. ut legato. nom. cavea.* & alia jura adducta, & ita decisum adducit multoties per Rotam ex *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. qu. 15. per tot. & Ludovica decis. Perus. 63. p. 2.* & propterea *D. Censal. ib d. vers. ex his tamen eod. fol. 407.* inquit, quod supradicta cautio delegantis, & fideicommissis præstandis, respectu bonorum immobilium non practicatur, ex *eod. Peregr. ibid. num. 14.* sic pariter apud Hispanos non practicari, ex *Molina de primoger. c. p. 13. num. 3.* & similiter in S.R.C. illam abijsse in desuetudinem, teste *D. de Franch. decis. 627. sub num. 1.* qui tamen decisum affirmat, in eo casu immissum in possessionem ex *l. fin. ... de edicto Divi Adria. toll.* teneri cavere, tam quoad officii restitutionem, quam quoad fructus in casu succumbentiæ, aliam consimilem decisionem affert *D. Riccius in add. ad D. de Franch. ubi supra,* ut immissus in possessionem *ex d. l. fin.* teneatur præstare cautionem de solvendis bonis una cum fructibus à die adventus conditionis, non autem cautio prædicta sit præstanda respectu mobilium, mercium, vel animalium, quæ includuntur in fideicommisso universali. consulas *Moret. cons. 31. num. 18. & 19. Pereg. cons. 70. num. 21. & de fideicom. art. 35. nu 22. & Castill. de usufr. c. p. 19.*

Circa verò articulum decisionis notabis. Primo, quod creditor non potest intentare hypothecariam actionem ante diem *l. solvitur, §. si paciscatur, ff. quib. mod. pig. vel hypot. solu. l. cum solvenda, ff. de distract. pign.* sicut nec etiam adjudicatio ante diem peti potest, *Rui. cons. 152. num. 4. lib. 4. & cons. 119. num. 1. lib. 5.* & ita decisum adducit per *Rotam Cavaler. dec 653. nu. 2. in fine,* potest tamen creditor agere ante diem, quando debitor est decoctus *l. quæsitum, ubi gl. in verbo quia interest, ff. de pignor.* dummodo sufficienter sit probata decoctio, ad tradita per *Rotam Lauvens. decis. 168. nu. 15. circa prin. c.* quod tamen intelligit *Cavaler. ibid. nu. 5.* ut possit creditor agere solum ad effectum, ut creditori caveatur, ut adveniente die sit tutus, & possit consequi creditum suum, ad quod citat *Rebuff. in l. cedere diem. col. 4. vers. ad hac in omnibus, ff. de verber. signif. & Annan. sing. ...* sic contra debitorem suspectum potest creditor ante diem agere, ut compellatur satisdare, quod solvat adveniente die *Affl. decis. 108. in fine* aliique apud *Cavaler. d. numer. 5. in fine.* non autem quod solvat ante diem ita in puncto voluit *Salyc. in l. creditores num. 28. C. de pignor. Affl. dec. 103. num. 3.* & ibi *Ursill. numer. 3.* quia ante non est verè creditor, *Menoch. de recuper. possess. rem. 5. numer. 21. & 24. & rem. 9. num. 14.* & ita decisum dicit *Cavaler. per Rotam ibid. num. 6. in fine.*

Secundo notabis, quæstionem, quæ in dies evenit in judicio, an scilicet creditor in diem, vel sub conditione citari debeat in concursu creditorum, quando fuit ordinata venditio omnium bonorum communis debitoris, ac pariter graduatio creditorum illius, ita ut si citatus non comparuerit jus prælationis sui crediti amittat adveniente die, vel conditione, & in hoc articulo, licet *Salgad. in sua doctissime tract. de concursu creditor. p. 1. cap. 9. num. 24. & 25.* prima facie negativè respondeat, quia jussum est conditionale, & incertum, quod potest esse, & non esse, & agere in judicio impediatur, & ob id tempus non currat, ex *l. 1. §. fin. C. de annali except. l. 1. in fin. C. de bon. qua liber. l. in rebus 30. C. de jur. dont. imper.* nec antequam veniat dies solutionis agere poterit *l. 1. C. de condic. l. si mandavera in princ. & l. antiqui Calendis, ff. verbor. oblig. & l. cedere diem, ff. de verb. signif.* & propterea citari non debet, nec citatus comparere adstringitur, & per consequens jus prælationis sui crediti non amittit.

Sed idem *Salgad. numer. 26.* contrarium existimavit, ut omnino sit citandus talis creditor in d. concursu creditorum communis debitoris, quia sua interest jus suum futurum inter cæteros creditores deducere, & se saltim cautione fidejussoria præcavere, ne adveniente die, vel conditione, bona sint consumpta debitoris, ac inter creditores inferioris gradus distributa, qui sua credita inferiora recipiant, sub fidejussione tamen de restituendo creditori conditionali anteriori conditione completa, quandoquidem ad finem saltim, ut graduetur creditor sub conditione, & in sententia declaratur, ut manifestè detegatur quem gradum occupet conditione impleta, aut die adveniente, jure constitutum est, quam conclusionem pluribus rationibus comprobat.

Primo ex traditis *num. 27. & 28.* quia d. creditor in diem, vel sub conditione ex d. ratione admittitur ad judicium separationis, quam simul postulare potest, ex tex. eleganti *in l. creditoribus, ff. de separat.* ac etiam nam prior creditor in diem vel sub conditione casuali, vel mixta præfertur, creditori contrahenti interim, etiam ante diem vel conditionis eventum, & pendente conditione, & adhuc non impleta, rectè jus suum in judicio deducit ad obtinendam prælationem per viam retrotractionis purificata conditione, ex *l. 1. l. qui balneum, §. 1. l. potior, §. videamus l. munitus, ff. qui potio. in pigno. habean. Gutier. alleg. a. num. 17.* & ita in judicio concursus creditorum determinasse Senatum Pedemontanum, admittendo creditorem conditionalem, testatur *Ti f .iu. 3. qq. forens. cap. 51.* ita etiam hic creditor conditionalis instare poterit in judicio concursus, ut bona debitori vendantur, & emptori tradantur, vel creditori posteriori adjudicentur, sub cautione tamen de solvendo creditum ipsi creditori conditionali adveniente conditione, ex *Afflict. decis. 279. ita Salgad. d. nu. 28. in fine.*

Secunda ratio adducitur à *Salgada numer. 29. & 30.* nam creditor in diem, vel sub conditione pendente, non impeditur agere ex justa causa interveniente, ac superveniente, quia debitor est suspectus de fuga, vel quando est formatus concursus ejus creditorum, tunc enim potest agere ante diem, & jus in judicium deducere ad concurrendum cum cæteris *l. quæsitum, ff. de pignor. Fantanella de pact. nuptial. clau. 4. glos. 9. par. 5. num. 27. cum plurib. seqq.* idque aliis exemplis idem *Salgad. ibid. d. num. 32. vers. ad hac & num. 31.* comprobat qui *numer. 32.* inquit, quod quando probabilis est suspicio contra debitorem ante diem, vel conditionem, ex justa hac de causa cavere debet debitor *Cancer. dec. 130. Menoch. de arbitr. casu 88. Valasc. consult. 66. num. 33.* aliique quos laudat ibidem *Salgad. d. num. 32. qui numer. 33* subdit quod nulla urgentior suspicio inopiæ, & æris alieni, quam ipse concursus creditorum, & *num. 34.* adducit infinitos DD. in terminis terminantibus, quod isti creditores conditionales debeant citari in judicio concursus, inter quos sunt *Cavalc. dec. 17. numer. 43. lib. 1. Peregr. de jure fisci lib. 5. tit. 1. à numer. 20. cum seqq. Cephal. cons. 228. numer. 27. 38. & 39. Bassius in tit. de proclamata num. 11.* rationem adducit *Salgad. num. 35.* siquidem creditor in diem, vel sub conditione, quando consideratur, uti jus prætendens, non uti exigere volens, venit appellatione creditoris ex *Thes. decis. 23. sub num. 7. Surd. dec. 151. sub num. 10. Mangil. de evictio. qu. 9. num. 56. & seq.* & aliis ibi adductis, tanto magis, quia conditionalis creditor, quamvis propriè non sit, tamen creditor est *l. conditionalis, cum l. seq. ff. de verbor. signif. l. his qui, ff. de actio. & obligat. Castill. tom. 6. controvers. capit. 153. num. 32. cum pluribus seqq. Peregr. ubi supra num. 101.*

& sub

& sub nu. 209. Salgad. ibidem nu. 36. & 37.

Sic pariter quærit *Salgad. d. cap. 9. num. 43.* quo-
19 modo practicari possit cautio præstanda à debitore
facto concursu ejus creditorum, cum impossibile sit,
ipsum miserabilem debitorem reperire posse fidejusso-
rem, dum omnis ejus bona sint sub judice pro satis-
faciendis creditoribus, & respondet *numer. 44.* duo re-
media offerendo; Primum quod hujusmodi creditori
per sententiam graduationis suo loco, & gradu consi-
gnentur bona proportionata, & taxata sui crediti, ut
illa in pignus habere possit, & sub fidejussione de illis
cum fructibus restituendis argum. *l. sub conditione de-
bitum, & l. quod si ea conditione debetur, ff. de condit.
indeb.* quia pignus, & fidejussio à pari judicantur *l. 3.
§. qui est idonea, ff. de fideicommiss. libert.* idque con-
firmat *Salgad. num. 46. 47. 48. 49. 50. & 51.* ex ratio-
nibus ibi adductis, secundum remedium adducit *num.*
21 52 ut posteriori creditori tradantur bona debitoris ta-
xata, sive appretiata sub fidejussione tamen, sive cau-
tione de restituendo quantitatem debitam creditori
conditionali casu, quo adveniat dies, vel purificata
fuerit conditio ad tradita per *Solis de censib. lib. 3. cap.
5. numer. 19. cum seqq.* tantoque magis, quia semper,
22 quod agitur de concursu creditorum, & suspicatur um
de futuro aliquo creditore, fidejussio præstari jubetur
à Judice per creditorem, ubi pecunia, vel bona debi-
toris insolutum dantur, *Salgad. de concursu credit. p.
2. c. 6.* & est text. expressus in creditore conditionali *in
l. illud 7. ff. de tribut. actio.* juncta, *l. procurator, §.
fin. & l. seq. 6. ff. eod. Salgad. cap. 7. num. 53. vers. tum
etiam.*

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Citans super tenore publici instrumenti via *Ritus M.C.V.* pro majori quantitate debiti an, & quando incidat in pœnam, à lege municipali statutam, & an conventus possit totum debitum negare, vel veram quantitatem fateri, ita ut non possit fieri liquidatio.

SUMMARIUM.

1 *Liquidationis instrumenti causa quenam sit, civilis, an criminalis.*
2 *Plus debito petens absque dolo an pœnam incurrat.*
3 *Plus petere dicitur altero de quatuor modis, nempe re, loco, tempore, & causa.*
4 *Plus debito petens admittit jus suum de jure communi, in expensis condemnatur, & crimen stellionatus commisisse dicitur.*
5 *Plus debito petens quomodo puniatur de jure Regni.*
6 *Statutum semper quod non apparet revocatum, præsumi debet, esse in viridi observantia.*
7 *Pœna plus debito petenti indicta an servetur in practica.*
8 Lex unica, C. de plus petitionibus *non servatur in Regno Franciæ.*
9 *Debitor, qui non obtulit partem debiti, ad quam verè tenebatur, condemnatur ad omnes expensas, quamvis alter plus petierit.*
10 *Pœna plus petenti non imponitur, etiam si ad actum exequutionis deveniatur, nisi cum effectu plus debito exigatur.*
11 *Plus debito petenti an liceat in totum negare, varia opiniones referuntur. remissive.*
12 *Debitor interrogatus simpliciter super toto, & ejus causa, debet sub peccati reatu, partem, quam ex eo toto liquide debet, propria assertione fateri.*

DECISIO CLII.

Conduxit Julius Ram in anno 1635. ab illustribus Marchionibus Campiæ Oppida Salicis, & Guagnani in Provincia Hidruntina pro certo pretio, inter eos convento, cum pactis exequutivis in forma, & ad solutionem prædicti pretii afflictus in solidum se obligavit Simeon Sallutius, qui omnes promiserunt solvere, nedum prædictis Marchionibus, sed etiam de eorum voluntate illic præsenti Philippo Alvarez; cumque ad instantiam ejusdem Philippi fuisset citatus dictus Simeon super tenore instrumenti per M. C. V. pro ducatis 3257. 2. 10. Curia pro Tribunali sedente, præsentatis per dictum Simeonem scripturis fuit dictum, quod rectius citetur, à quo decreto cum fuisset appellatum ad S. C. & ordinatum per Præsidem dicti Sacri C. quod M. C. faceret verbum in aula, ubi residebat Regius Consiliarius Don Ferdinandus Arias de Mesa, delegatus in causis dictæ Illust. Marchionissæ Campiæ ordine Suæ Majestatis, datis etiam adjunctis fuerunt in paritate votorum, tres enim ex votantibus dixerunt, quod dictus Simeon Sallutius remanere deberet condemnatus, non pro tota summa, pro qua fuit citatus, sed pro minori quantitate, & hoc ex eo, quia ex scripturis præsentatis Curia pro Tribunali sedente apparebant aliquæ solutiones factæ ordine Judicis, duo autem ex eis fuerunt in voto, quod causa remanere deberet coram dicto Regio Consiliario Delegato, & quod nihilominus dictus Sallutius faceret depositum ejusdem summæ, deductis dictis solutionibus factis, & tres alii se conformaverunt cum decreto lato per Mag. Cur. quod rectius citetur, & ideo datis per S. E. tribus aliis adjunctis, inter quos Ego unus ex eis fui, quamvis multa ponderata fuissent pro parte dicti Simeonis & nonnulla hinc inde deducta, tamen cardo difficultatis, in quo fuit facta paritas, consistebat, quia citatus erat debitor pro majori quantitate ejus, quod verè debebat, & propterea fuit consideratum, quod cum liquidatio instrumenti potest dici cau-
1 sa criminalis, quia adest pœna, quæ quamvis hodie sit pecuniaria, per prius tamen erat corporis afflictiva, hoc est manus obtruncationis, ut alias late dixi in *decis. 115.* & hoc in pœnam perjurii, licet contrarium firmet *Reg. Rovit. in prag. 1. de officio Bajuli, nu. 31.* ubi late defendit, judicium liquidationis instrumenti ad pœnam pecuniariam, quæ hodie exigitur, esse causam civilem, & ideo erat examinandum, num debitor citatus pro majori quantitate ejus, quod erat de-
2 bitor, incideret in pœnam perjurii, quamvis enim petens plus debito, absque tamen dolo pœnam non incurrat, ut probat *glos. in l. si servum, §. fin. ff. de condit. furtiv. in verb. offerente*, plene per *Ioseph. Ludov. decis.*
3 51. potest autem quis plus petere, uno de quatuor modis, nempe re, loco, tempore, & causa, §. *plus autem, Instit. de action. Alex. Trentacinq. var. resolut lib. 2. tit. de plus petit. Aloys. Ricc. collect. decis. par. 4. collect. 1589. Barbos. in collect. ad 3. lib. C. eodem tit. de plus petit.* Et ideo fuit quæstio inter DD. an. & quando plus debito petens pœnam incurrat. Secundò, an conventus in dicto casu possit in totum negare, vel confiteri quantitatem vere debitam, & quoad primum de jure communi est *text. in l. unica, C. de plus petit.* & in *dict. §.*
4 *plus autem*, ubi petens plus debito, jus suum amittit, & in expensis condemnatur, & dicitur commisisse crimen stellionatus, *l. si fidejussor. 29. paragrapho in omnibus. ff. mandat.* ubi *Bar. Bal.* & alii per *Caball. resol.*
5 *crim. cent. 2. casu 169. Marant. cons. 38.* De jure vero Regni augetur pœna, ita ut Nobilis petens debitum alias satisfactum, puniatur pœna relegationis per triennium, Ignobilis vero pœna triremium, ut apparet ex *Capitulo* concesso huic fidelissimæ Civitati per Ducem Ossunæ in anno 1583. registrato inter *Capitula, & gra-*

 tias,

ntas, huic Regno concessas *fol.* 177. *verf. item detta fidelissima Città, Barenaggio, e Regno*, quæ est posita in *pragm.* 7. sub *tit. de falsis*, ubi etiam *Reg. Rovit* & *Nevar.* & de hac *pragm.* mentionem etiam facit *Vin. de-vis* 417. *numer.* 4. ubi etiam memoratur de meritissimo *Regente Io. Francisco Sanfelitio*, tunc Auditore Provinciæ Barensis, & ejus Collega, nunc vero dignissimo Regente, & meo Collega, & *numer.* 5. quod licet opponatur, *pragm.* prædictam non observari, tamen fundat, quod statutum semper quod non apparet revocatum, præsumi debet esse in viridi observantia, ex doctrina *Rolandi a Vall. to cons.* 90. *numer.* 53. *vol.* 1. licet *Fariaac. in pragm. crim. par.* 1 *tit. C. numer.* 744. ubi latissime hanc materiam exarat, dicat, se nunquam vidisse, hanc pœnam plus debito petenti indictam in practica observari, & *numer.* 750. addit, quod licet per *text. in paragrapho tripli, Institution de action.* creditor petens plus debito, re, causa, aut loco de jure communi condemnari deberet ad triplicatas expensas, tamen dicit, se nunquam vidisse, nec audivisse, fuisse factam condemnationem expensarum, nisi simplicitet, de quo dicto *Farinatii* mentionem facit *August. Barbos. in collect. ad d. l. unicam, C. de plus petit. numer.* 18. & dictam *l. unicam* non observari in Regno Franciæ, habetur per *Rebuff. in Const. Reg. Franc. gloss.* 5. *numer.* 33. *in proœm.* quia semper debitor, qui non obtulit partem debiti, ad quam solum tenebatur, condemnatur ad omnes expensas, quamvis actor plus petierit, *Tepat. in tit.* 127. *de plus petit. cap.* 4.

Quicquid tamen sit, certum est, in casu nostro non posse adaptari pœnam plus petentis, quia pœna legis non potest imponi ei, qui solum debitum petiit, nisi cum effectu plus debito exegisset, etiam si ad actum exequutionis devenisset, ut probat *Reg. Rovit. in d. prag.* 7. *de falsis, num.* 4. ex *text. in l. Papinianus*, §. *meminisse, ff. de inoff. testam.* & ex *text. in l. qui cum nata major*, §. *accusasse*, & in *l. servita. e.* § *petiisse, ff. de bon. liberi. Hieron. de Monte var. quæst. jur. qu.* 19. *a.* 47. *Cæsar Barz. decis.* 76. *num* 14 cum *seqq. Ronchegall. tal a ff. de duobus reis* & quibus ita obtinuisse in S. C ad relationem M. C. V. dicit in causa Marsilii Mutroni, & quod dicta decisio semper postea sequuta fuit per M. C. V. quidquid in contrarium scripserit *Ioan. Alphons. Geaarell. in d. prag. Niger. Cyriac. controvers. forens.* 147. *n.* 95 *tom.* 2. *Rocc. decis. Cur. Archiep.* 40. *par.* 1. *Caball. d. resol. crim.* 169. *num.* 3. *Farinac. in prag. par. num.* 732. cum *seqq. Thor. in Compend. decis. par.* 1. *in verbo Petens debitum*, ultra alias limitationes, de quibus per *Treatac. var resolut. vol.* 1 & per *Barbos. in d. l. unica C. de plus pet. Menoch. cons.* 572. & *Reg. Rovit & Nevar in d. prag.* 7. *de falsis.*

Quo vero ad secundum articulum, an conventus possit in totum negare, in hoc variæ fuerunt *Doctorum* opiniones, *Bart.* enim in *l. t.* §. *stipulanti, ff. de verb oblig.* in ea fuit sententia, quod ratione perjurii non possit conventus in totum negare, nisi plus petitum fuerit, ratione quantitatis, non vero quantiraris, & hanc opinionem sequutus fuit *Abb. in cap.* 1. *de plus petit. nu.* 15. *Alex. Cagnol.* & alii allegati per *Thesaur. decis.* 231 ubi late *DD.* pro utraque parte cumulat, ubi ex *Mynsyng. Masuerd. Rolan* & aliis dicit, hanc opinionem esse magis communem, licet secus esset, quando plus petiit in quantitate, ut post *Dec.* & alios in *d. l. unica, C. de plus petit.* tenuit *Quintil. Mandos. in tract. de monitoriis, q.* 19. qui testatur, hanc opinionem esse in praxi magis receptam, licet contrarium, etiam ratione qualitatis decisum refetat idem *Thesaur. in dict. dec.* 231. *num.* 5. maxime quando causa agitur in Senatu, ubi procedit tanquam coram Principe, ubi reus debet non simpliciter negare, sed cum qualitate, afferendo factum, prout vere est, & ideo luerunt expensæ litis compensatæ, quia actor male fecit plus petendo, & reus similiter simpliciter negando, hoc idem tenuit *Iaf. in* §. *si quis agens, num.* 13. & 14. *Instit. de action. Ludov. de dec. Perus.* 51. *Papon. lib* 8. *tit.* 1. *arrest.* 2. & hanc sententiam late disputato articulo tenoit *Covar. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 2. quia amplius sub *numer.* 5. *in verf. verum quod attinet ad principale dubium*, dicit, conventum in judicio super toto, & ejus causa interrogatum, quamvis simpliciter interrogetur, debere sub peccati reatu, partem, quam ex eo toto liquide debet, propria assertione fateri, ex *text. in l. qui servum*, §. *fin. ff. de interrog. action.* licet non incidat in pœnam perjurii.

Quibus plene discussis una cum adjunctis fuit ad relationem M. C. in anno 1639. per sacium Consilium confirmatum decretum dictæ M. C. quod iterum debitor citetur, & hoc ex eo, quia quamvis dolus non aderat, tamen reus citatus fuerat pro majori quantitate debiti, & debitor non confessus fuerat, neque obtulerat veram debiti quantitatem, penes Secretarium S. R. C.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLII.

SUMMARIUM.

1 *Adjectas solutioni quando possit liquidare instrumentum via Ritus M. C. V.*

2 *Liquidatio instrument. est causa criminalis per tot. num.* 32. *& ita doctrina traditur nu.* 11. 12. *& non datur absque perjurio nu.* 4.

3 *Instrumenta publica, & guarentigiata habent exe utionem paratam duplici via.*

5 *Pœna perjurii olim erat amputationis manus de jure Regni, sed hodie est pecuniaria, n.* 6.

7 *Origo potius attenditur, quam observantia.*

8 *Subrogatum retinet naturam ejus, in cujus locum fit subrogatio, etiam in pœnalibus, & correctoriis, etiamsi in aliquo discrepet subrogatum, num.* 9.

13 D. Regens Rovit. in pragm. 1. num. 32. per tot. num. 31. de offic. bajuli *refutatur, & per tot. nu.* 31.

Incidenter liquidationis est duplex, d. nu. 13. 14. 15. *contrarium num.* 16.

17 Ritus M. C. V. 302. *declaratur num.* 18. & Ritus 109. *explicatur, nu.* 19. 20. 21.

21 *Causa dicitur civilis quotiescumque agitur ad aliquid applicandum parti, & numer.* 23. *dicitur autem criminalis, si agitur ad aliquid fisco applicandum, nu.* 22.

23 *Causa liquidationis instrumenti quo ad debita dicitur civilis, quo vero ad pœnam fisco applicandam est criminalis.*

24 *Reconventio non datur in causa liquidationis instrumenti, quia est criminalis.*

25 *Liquidatio instrumenti an fieri possit coram judice seculari contra clericum conjugatum, & nu.* 26. 27. 28. 29 30. 31.

27 *Pœna pecuniaria obligationum incusatarum, & instrumentorum liquidatorum spectat ad jurisdictionem civilem, contrarium, nu.* 29.

28 *Debitor fisci ex delicto, non admittitur ad cessionem bonorum, contrarium, nu.* 30. 31.

32 *Causa liquidationis instrumenti, quare expediatur per judices civiles M. C. V.*

Citatio super tenore instrumenti debet subscribi à Magistro Actorum causarum criminalium non autem civilium, d. n. 31.

33 *Instrumentum non potest liquidari per filium, contra patrem, & nu.* 34. *&* 35. *nec etiam per socerum contra generum, num.* 36.

37 *Mater civiliter tantum, non criminaliter filium accusare potest.*

38 *Pater non habet actionem furti contra filium & in aliquo casu filium criminaliter accusare potest, sicut mater, quando vitam illorum insidiatur, & n.* 39.

40 *Debitor conventus an possit totum debitum petitum negare,*

negare, an vero teneatur quantitatem debitam fateri.

41 *Liquidatio instrumenti non facta de sero more solito, sed de mane, an substineatur, & debeatur pœna fisco, si statim post rectam Curtam debitor comparet cum satisfactione, & nn. 42. 43. 44. 45.*

43 *Sententia lata non in loco solito, est nulla ipso jure, sic etiam si tempore non solito num. 43. ubi de ratione.*

44 *Praconizatio Curia, quando substineatur, & nn. 45.*

Licet brevis sit ista decisio, non ideo ego ita brevis esse possum, agitur namque an instrumentum liquidari possit via Ritus M. C. V. ubi creditor petit plus debito, & fuit determinatum negativè, ut iterum debitor rectius citetur pro quantitate verè debita, ut innuit *D. Auctor. numer.* 12. vers. quibus pleuè discussis, ideoque infrascripta observavi.

1 Primo observo, quod adjectus solutioni qualis erat in casu hujus decisionis Philippus Alvarez, potest liquidare instrumentum via Ritus M. C. V. dummodo sit illi facta promissio proprio privato, & principali nomine, vel illo mortuo ejus hæredes, ut probat, ac decisum adducit *D. Sanfel. dec.* 213. *num.* 13. quem *Nos* adduximus *observ.* 115. *n* 6.

2 Secundo observandum erit ad articulum excitatum in hac decisione, per *D. Auctorem num.* 1 an liquidatio instrumenti sit causa civilis, an verò criminalis, *Ego* vero semper substinui causam esse criminalem, juxta tradita per *Afflict. dec.* 64. *numer.* 2. quem sequuti sunt *D. de Franch. decis.* 162. *& dec.* 353. ubi *D. Episcop. Riccius, & Viscont. in addit. D. Consil. Paschal. de patr. potest. p.* 2. *c.* 9. *nu.* 4. *Tasson. de antefato vers.* 9. *observ.* 2. *n.* 18. post *Caran. in rit.* 162. *nu.* 9. *& Cavtas. in ritu* 144 *nu.* 3. ac *in ritu* 166. *numer.* 24. eamque sententiam sequuti sunt *Frecces de liquidat. instrum p.* 6. *& p.* 32. *qu.* 1. *n.* 1. *Rober. in eod. tract. consider.* 4. *nu.* 1. *& seq. Ant. niger. in clem.* 1. *glos. privilegio nu.* 249. *de vita, & honest. clericor. D Reg. Tap. in d. ritu* 166. *num.* 1. *lib.* 3. *Iuris Reg. fol.* 242. *Reg. de Ponte de potestat. Prorex. tit.* 6. *de assens. Reg.* §. 7. *num.* 49. *Gravin. part.* 2. *declar.* 24. *num.* 45. *de instrum. liquid. Galter. in eod. tract. p.* 3. *princ. nu.* 1. *Gram. cons. civil.* 95. *col.* 2. *D. Reg. Marchio Torelli decis.* 45. *num.* 18. *&* 30. *ac decis.* 115. *numer.* 31. *D. Pras. Merlin. Marchio Ramonis cap.* 22. *num.* 2. *cent.* 2. *controv. Forens. D. Reg. Sanfel. dec.* 416. *sub nu* 1. *lib.* 3. *D. Pratus c.* 15. *nu.* 58. *per tot. nu.* 53. *& num.* 71. *&* 78. *lib.* 1. *disceptat. forens.* Hinc dixit *D. Consil. Carleval.* Doctissimus, ac insignis Theologus *lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 8 *num.* 28. *&* 29 *tom* 1. *de judic.* quod instrumenta

3 publica, & guarentigiata habent exequutionem paratam duplici via, altera liquidationis, juxtà *Ritum M. C. V.* 166. altera vigore pacti exequutivi. & tamen *num.* 30. dixit quod prima via est criminalis, secunda verò merè civilis.

4 Non enim datur liquidatio instrumenti absque perjurio, ut tradiderunt *D. Marchio Torelli d. dec.* 115. *nn.* 19. *D. Marchio Ramonsis ibid. num.* 1. *D. Prat. loc. cit. num.* 77. *& seq.* post *D. de Medic. cons.* 39. *num.* 6. *D. Reg. Rovit. in rub. de liquid. instrum. nu.* 39.

Nihilominus pœna perjurii olim erat amputationis manus per *Ritum M. C. V.* 171. *&* 179. & per *Constit. Regni* incip. *cum juxta providum*, ibi, *De perjurio manus mutilatione mulctetur sub tit. de salar. Bajul.* & per *Const. cos, qui scienter*, ibi, *cos qui scienter perjurant in judiciis, aut extra judicia truncationem manus volumus substinere in tit. de perjur.* ubi etiam testantur *Caravit. in rit.* 109. *sub nn.* 1. *in rit.* 166. *nu.* 1 *in fine, & in d. ritu* 171. *nu.* 1. *D. Reg. Galeot. Dux. Regina controu.* 54. *nu.* 22. *lib.* 1. *controu. D. Consil. Carleval.* ubi supra *d. num.* 30. *D. Marchio Torellò dict. dec.* 115. *num.* 19. *D. Pratus d. c.* 15. *num.* 70.

6 Et licet hodie ex generali consuetudine omnium Curiarum hujus Regni, pœna prædicta mutilationis manus non sit in usu, quia in ejus locum successit pœna pecuniaria ad rationem unius caroleni pro quolibet ducato totius debiti capitalis, & tertiatum in instrumento contentatum, ut dixit *Caravit. in d. ritu* 109. *sub num.* 2. & *in ritu* 171. *nu.* 2. post *Afflict. in constit. statuimus not.* 67. *n.* 53. *de offic. Mag. Iust.* & *dec.* 64. & novissimè referunt *D. Consil. Paschal. d. part.* 2. *cap* 2 *num.* 19. *D de Franch. dec.* 162. *nn.* 16. *D. Pratus eod. cap.* 15. *nu.* 73. *D. Marchio Torelli d. decis.* 45. *num* 18. *& dec.* 115. *nu.* 20. *D. Pras. Merlin. cent.* 2. *c.* 22. *nu.* 3. *& c.* 24. *nu.* 16.

7 Attamen potius origo attenditur, quam observantia *l* 3. *C. ad Maced. l. tutor, ff. de fidejuss. l. qui id quod, ff. de donation.* notant etiam DD. *in l. unic. C. de impos. lucrat. descript. lib.* 10. *Carau. d. rit.* 109. *sub nu.* 2. *Guido de Suzzar. in l. reos, C. de accusat. Guidopap. dec.* 398. *nu.* 5. *Galter. d. p.* 3. *princ. rubr.* 3. *nu.* 3. *D. de Franch. dec.* 162. *nu.* 17. *D. Pratus, ubi supra num.* 75 & fundat etiam *D. Marchio Torelli dec.* 45. *sub nu.* 21. *& dec.* 58. *sub nu.* 8. *& D. Merlin. c.* 36. *numer.* 3. *lib.* 2. *controu.* subrogatum

8 enim retinet naturam ejus, in cujus locum fit subrogatio *l. si eum* 10. § *injuriarum*, ubi latè DD. *ff. si quis caut. c. ecclesia* 1. *extra, ut lit. pend. clem.* 1 *de suppl. negligen. Prelat. Carau. d. rit.* 109. *sub num.* 2. *D. de Franch. dec.* 544. *nu.* 12. *D. Merlin. dict. cap.* 24. *sub nu.* 16. *Illustrissimus D. Episcop. Maranta*, qui alia jura, & DD. citat *resp* 33. *num.* 4. *p.* 4. *controu. jur.* Quibus addo *Surd. decis.* 300. *nu.* 5. *& in tract. de alim. tit.* 9. *q.* 27. *nu.* 9. *& cons.* 26. *nu.* 5. *Tiraq. de primog. qu* 40. *nu* 43. *& in tract. Lamert. p.* 1. *declarat.* 9. *nu.* 18. Eminentiss. *Card. Tusch. tom.* 7. *lit. S. concl.* 757 *in princ & nu* 15. *&* 30. *Marius Antonin. var. lib* 1. *resol.* 11. *nu.* 28 *& D. Franc. de Petris cons.* 65. *nn.* 12 qui *nu* 13. fundat ex *Surdo dec* 31. *num.* 9. *& Everard. loc.* 93. procedere etiam in pœnalibus, & corre-

9 ctoriis, idque extendit *num.* 14. etiam si subrogatum in aliquo discrepet, allegat ad hoc *Castrens. cons.* 75. *&* 275. *in fine lib.* 4. *Ias. in d* §. *injuriarum Dec. cons.* 150. *&* 43.

10 Quæ omnia ex abundanti dicta sunt, siquidem hæc quæstio deciditur tam per *pragm.* 2. *de jurisdict. invic. non turb.* quam per *pragm.* 4. *in fine de instrum. liquid.* quam nemo ex nostris *pragmaticis* consideravit, nam in dicta *pragm.* 2. habetur inter alios casus relatos, causam dici criminalem, quotiescumque venit imponenda *pœna truncationis manus*, & dum pro perjurio antiquitus dabatur pœna truncationis manus, licet hodie in ejus locum pœna pecuniaria successit, causa dicitur criminalis, dum origo attenditur, ut supra latè probavimus, & in dicta *pragm.* 4. *in fine* habetur causam liquidationis instrumenti dici criminalem, ex verbis, ibi: *ne subditi Regis, quorum identitas cura est nobis, forsan ex instrumentis non liquidis, ut sape accidit indebitè graventur. & criminaliter molestentur*, & sic clarissimè liquet causam liquidationis dici criminalem.

11 Comprobatur hæc conclusio authoritate rerum judicatarum, nam per Regiam Cameram in causa Bajuli Civitatis Catanzarii prætendentis posse in ejus Curia liquidari instrumenta via ritus M. C. eo, quod habebat jurisdictionem civilem, ejus partes tuente *D. Reg. Rovito* tunc Advocato fatigerassimo fuit judicatum contra Bajulum, ut habetur per eundem *D. Rovitum in pragm.* 1. *numer.* 32. *de offic. Bajuli* qui à *num.* 34. per totum *numer.* 42. inserit allegationes in dicta causa per ipsum factas, refert *D. Marchio Torelli d. dec.* 51. *num.* 21. *& dec.* 58. *nu.* 9.

12 In contrarium tamen pro Civitate Catanzarii, ut causa liquidationis instrumenti dicatur criminalis scripsit *D. Camillus Villanus* tunc Advocatus doctissimus, postea Reg Consiliarius meritissimus, ut habetur *ex allegationibus* insertis per *D. Reg. Tapiam Marchionem Belmontis in d. ritu* 166. *fol* 240. *lib.* 3. *juris Regni.*

Cumque per *D. Consil. Villanum* non fuerit responsum punctis, & motivis per *D. Reg. Rov* adductis ut veritas nostræ supra fundatæ conclusionis magis clarescat, illis sigillatim respondemus.

Distinguit igitur *D. Reg. Rov. ibid. numer.* 35. quod judi-

13 judicium liquidationis erat duplex, unum ordinarium, aliud extraordinarium.

Ordinarium, quando principaliter agebatur crimi- 14 naliter pro perjurio, quo casu erat criminalis, & imponebatur pœna manus, & creditor erat privilegiatus, nam expedita citatione pro perjurio, nulla vero citatione super tenore instrumenti procredito, si debitor comparebat poterat præsentari prædictum instrumentum, & procedebatur contra debitorem pro debito, omissa via ordinaria de perjurio ex *ritu* 182.

Extraordinarium verò quando expediebatur citatio 15 super tenore instrumenti pro credito, & tunc non erat pœna manus, sed pecuniaria, quæ hodie etiam exigitur, ut in *ritu* 109. & sic fundat ipse *D. Reg. Rov.* quod tempore *Rituum* non erat imposita pœna manus in judicio liquidationis extraordinario.

Sed pro responsione erit considerandum, quod hæc 16 distinctio relata per *D. Rovitum* nullibi legitur, nam, ut advertit *Caran. in d. rit.* 109 *num.* 3. post *Rit.* 171. & 179. per quos pœna manus imponitur, non habemus alium *Ritum* imponentem pœnam pecuniariam, & proinde facta liquidatione imponebatur pœna manus, non autem ante factam liquidationem, ut in d. *ritu* 171. & 179. imo in d. *ritu* 171. dicitur ita fuisse ordinatum tempore *Regis Ladislai* contra *Notarium Andream Burranum*, contra quem præsentaverat instrumentum *Gualterius Galeota de* Neapoli, & ... etiam in judicio extraordinario liquidationis tempore *Rituum* erat pœna manus, licet adesset alia observantia, ut tantummodo si procedebatur via ordinaria de perjurio imponebatur pœna manus, secus si via extraordinaria, ut in *d. ritu* 171. expressè legitur, ubi *Caravit. numer.* 1. *vers. secundo nota*, & tenet etiam *Afflict. in constit. statuimus, ne magna notab.* 17. *numer.* 53. *de offic. magist. Justit.*

Nec etiam obstare poterit *Ritus* 302. in quo Capita- 17 neus, qui regebat aliam Curiam diversam à M. C. V. quamvis haberet jurisdictionem criminalem, non tamen cognoscebat de instrumentorum liquidatione.

Quandoquidem illud non proveniebat ex defectu 18 jurisdictionis, quia causa esset forsan civilis, sed quia cognitio erat tantummodo concessa dictæ M. C. ob ejus præeminentiam, ut in *ritu* 54. & tradunt *Caran. ibid. num.* 2. & *D. Villanus ubi supra numer.* 20. *fol.* 240. *col.* 2

Minusque refragatur ex eodem *D. Rovito* ibidem *nu.* 34. causam liquidationis instrumenti esse civilem ex 19 verbis *ritus* 109. ibi *licet sit civilis*, siquidem licet prima facie videatur dubitationem afferre, nihilominus hanc difficultatem primus omnium superavit *Caran. ibid. num.* ... *circa finem*, inquiens *ritum* appellare civilem causam liquidationis instrumenti, quoad id, quod 20 petitur in instrumento, & sic quoad debitum, ratione vero perjurii, in quo debitor incidit non solvendo contra formam juramenti, & pro quo erat pœna manus, dicitur criminalis, quod etiam comprobat *D. Marchio Torelli d. decis.* 45. *num.* 21. dicens, quod respectu debiti causa est civilis, respectu vero perjurii est criminalis, ex *dict. ritu* 171. & 179. *in fine* idque etiam repetit *decis.* 115. *numer.* 21. & ante ipsum volunt *D. de Franch. decis.* 162. *n* 15. sequitur *D. Pratus d. c.* 15 *nu.* 76.

Quotiescumque enim agitur ad aliquid applican- 21 dum parti, dicitur civilis, *glo. in l.* 2. *in princ. in verbo aureorum, ff. de sepulch. viol. Farinac. de var. & diverf. quæst. q.* 110 *num.* 10. *D. Marchio Torelli d. decis.* 45. *num* 23. ubi reprobata opinione *glof. in l. si quis per calumniam in verbo auri, C. de Episc. & Cleric.* contrarium asserentis, testatur de communi ex *Bart. in d. l.* 3. & *D. Marchionem Toreli.* secutus est *D. Præses Merlin. cap.* 24. *nu.* 17. *lib.* 2. *controv. forens.* quibus addo *D. Reg. Sanfel. dec.* 184. *num.* 8. & *dec* 230. *num.* 4. *in fine*, qui *d. num.* 8. non figit pedes in *d ritu* 109. sed quia non obstabat, loquitur per hæc verba, *quamvis in contrarium videatur ritus* 109. secus si agitur ad aliquid fisco 22 applicandum, tunc enim causa dicitur criminalis, *l. agraria*, ubi *Bart. ff. de term. mot. Cavens. in d. ritu* 244. *nu.* 2. & *in ritu* 155. *n.* 8. *D. Merlin d. cap.* 24. *nu.* 17.

Quæ quidem conclusio probatur ex verbis *ritus* 168. 23 nam præsentato instrumento vigore Ritus M. C. loquitur per hæc verba. *Et datur sententia civilis, quoad sortem, non autem quoad pœnam pecuniariam*, & sic quoad debitum causa est civilis, quo vero ad pœnam est criminalis, ex quo *ritu* similiter colligimus, quod etiam attenta pœna pecuniaria, quæ hodie pro perjurio exigitur, causa dicitur criminalis, quamvis origo pœnæ manus non attenderetur.

Et ob hanc rationem, quia causa prædicta liquidationis instrumenti est criminalis, non datur in ea reconventio, ut probat *D. Reg. Sanfelic. dec.* 184. *num.* 9. 24 & sic judicatum tradit *num.* 12. *in fine lib.* 2. quam sententiam sequutus est *D. Præs. Merlin d. c.* 24. *numer.* 16. & *seq.* & secundum eam decisum tradit *in fine* de anno 1641.

Restat, ut satisfaciamus authoritatibus *Doctorum* adductorum per *D. Reg. Sanfelic. decis.* 230. *lib.* 2. ubi 25 *num.* 4 *vers. Sed quod observandum*, quærit, an Clericus conjugatus teneatur respondere coram Judice laico; si fuerit citatus super tenore instrumenti via ritus MC. vel causa sit remittenda ad Judicem ecclesiasticum, eo fundamento, quia causa liquidationis instrumenti est criminalis ratione perjurii, & dicit posse talem clericum forum declinare, & non teneri respondere coram Judice laico ex *D. Episcopo Riccio dec.* 170. *p.* 3. *Novar. quæst. foren. lib.* 1. *q.* 79. *D. Donato Antonio de Marin. lib.* 1 *quotid. c.* 58. *num.* 14. & aliis, nam clericus conjugatus in criminalibus non convenitur coram Judice laico, & in cæteris non differt a laicis *cap.* 1. *de cleric. conjug. in* 6. & habetur in *Concil. Trid. sess.* 23. *cap.* 6. & *in prag* 1. *de cleric. sive Diac. salvat. D. Sanfel. ibid. nu.* 1.

Sed pro negativa opinione, quod non possit decli- 26 nare forum, & sic quod causa sit civilis, *idem D. Sanfel. ibid.* probat ex infrascriptis *num.* 5. & *seqq.* cui opinioni adhærere videtur, immemor, quod alias tenuit, ac probavit causam prædictam dici criminalem, ut in dicta *decis.* 184. *num.* 8. *lib.* 2. & novissimè *decis.* 416. *sub num.* 1. *lib* 3. & quod loquatur contra communem DD. opinionem & observantiam Regni, sic per Regiam Cameram judicatam, ut supra retulimus.

Primo igitur *num.* 5. & 6. movetur ex dictis per *Fol-* 27 *ler. in pract. crimin. in verbo audiantur excusatores nu.* 174. qui tenet pœnas pecuniarias obligationum incusatarum, & instrumentorum liquidatorum spectare ad jurisdictionem civilem, ex *Scaccia de judic. lib* 1. *c.* 6. *verf. verbi gratia*, & ita servari in praxi refert ex *Capibl. in prag.* 8. *p* 3. *nu.* 5. *vers. veluti si conveniatur via ritus M.C. de author. Baron.*

Secundo, quia debitor fisci ex delicto non admitti- 28 tur ad cessionem bonorum, ne delictum impunitum remaneat, *l. ita vulneratus, l.* 1. *ff. ad l. Aquil.* sed luit in corpore, dum non valet solvere, *l. quicquid* cum concordantibus *C. de serv. fugit.* sed si est debitor ex contractu, vel quasi cedendo bonis liberatur, *glof. in §. pennlt. in verb. debita instit. de societ.* addo *Ludov. dec. Perus.* 32. & nihilominus debitor pro pœna obligationis incusatæ, vel instrumenti liquidati admittitur ad beneficium cessionis bonorum ex stylo M. C. V. eo, quod talis pœna non ex delicto, sed ex contractu, vel quasi debetur, & sic causa erit civilis, *ex ritu* 159. ubi causa liquidationis instrumenti civilis appellatur.

Attamen prædicta minimè nostræ solidissimæ opinioni, ut supra fundatæ obstant.

Primum enim assumptum, quod pœna liquidatio- 29 nis instrumenti sit civilis, & consequenter ad jurisdictionem civilem spectet, non est verum, prout idemmet *Foller.* explicat, ac declarat *ibid. numer.* 175. & 186. ut

186. ut pœna, quæ fisco applicatur, tunc criminalis dicatur, quando imponitur pro causa criminali ad publicam utilitatem, ut delicta puniantur, si vero descendit ex causa civili, tunc ad jurisdictionem civilem spectet, sed quia pœna liquidationis debetur ex delicto perjurii, meritò criminalis, non autem civilis appellatur, & consequenter ad jurisdictionem criminalem spectat, prout fuit decisum per Regiam Cameram contra Bayolum Civitatis Catanzarii, ut supra retulimus, ideoque non debent in controversiam deduci, ea quæ per rerum judicatarum suum sortita sunt effectum.

Secundum vero motivum, nec etiam procedit, 30 quandoquidem licet sit verum debitorem fisci ex delicto suo admitti ad cessionem bonorum, quod procedit, etiamsi debitum dependeret ex delicto, pro quo quia esset condemnatus ad interesse partis, & sic ad commodum privati, ut judicatum per S. C. testatur *D. Rovit.* ipso referente in *pragm.3.num.2. de cess.bonor.* quod procedit reluctante creditore, ut per *D. de Franch.dec.358.per tot.* de quo etiam meminit *dec.507. num.1.* & debitorem ex contractu admitti ad tale bene- 31 ficium, ut fundavit *D. Sanfel. & D. Rov. dec. 86.* Attamen negamus admitti debitores pœnarum vigore instrumentorum liquidatorum, & obligationum incusatarum in M. C. ex stylo, ut ipsemet *D. Sanfel.* refert, nam ut supra probavimus, tales debitores non sunt aliter ex contractu, vel quasi; sed ex delicto perjurii commissi non solvendo in tempore promisso, nec est verum causam liquidationis dici civilem ex verbis ritus 109. ibi *Causa sit civilis*, nam supra latissimè ostendimus, id intelligi respectu debiti, non autem respectu pœnæ perjurii, cujus occasione dicitur criminalis.

Et propterea concludimus causam liquidationis in- 32 strumenti ratione perjurii, & pœnæ fisco applicandæ dici criminalem, prout etiam substinet *D. Reg. Galeota Dux Reginæ controv. 34. à num. 16. per tot. num.* 22. qui *num.* 20. dat rationem, quare liquidatio expeditur per Judices civiles, & non per criminales, ut isti facilius vacare possint expeditioni tam ingentis numeri, & carceratorum, dum de mane, & de sero accedunt ad Tribunal M. C. V. & ego addo, quod hodie non accedunt de sero, sed ejus loco accedunt in diebus feriatis, & *num.* 21. subdit, quod citatio super tenore instrumenti subscribitur ab Actuario causarum criminalium, ideoque est criminalis.

Et ideo, filius non potest instrumentum liquidare 33 via ritus M. C nedum contra patrem ut per *D. de Franch. dec. 162.* sed nec etiam contra matrem, & licet *D. de Franch. dec. 366. in fine* referat unum ex Dominis Consiliariis Aulæ, in qua causa agebatur dixisse se vidisse liquidatum instrumentum ad instantiam D. Caroli de Avalos contra Marchionissam Vasti ejus matrem.

Nihilominus ea decisio, tam in M. C. V. quam in 34 S. R. C. visa fuit satis dura, ut testantur *Froccia de liquid. instrum. p. 12. q. 1. D. Præs. Mirad. decis. 1. ante nu. 1. Gart. tit. 1. cap. 3. num. 1098. & seqq. in tract. de credit.* qui *num.* 1100. tenet contra *D. de Franch. ex Marco Antonio de Amato dec. 16. per tot. D. Consil. Pasch. p. 2. c. 9. num. 21. vers. qua ratione de patr. potest.*

Et propterea referente D. Judice M. C. Battaglino, 35 postea Præside Romanæ Curiæ, fuit judicatum, agendum esse via ordinaria contra matrem, non autem via ritus M. C. ut testatur idem *D. Battagl. in addit. ad Cutum in l. qui in potestate, C. de in jus voc.* sequitur *D. Thor. in comp. dec. par. 1. verb. instrum. f. 277.* & remissivè etiam *D. Flavius Amendola patruus* D. Consiliarii, & Præsidentis R. C. S. *Jo: Baptista* mei Domini *in addit. ad decis. 366. nu. 12. ac Gart. ubi sup. nu. 1085. & seq.* prædictam decisionem comprobat.

Sicut nec etiam socer liquidare poterit contra ge- 36 nerum, socer namque loco parentis est *l. quia parentis, & l. rei judicatæ §. socer quoque, ff. solut. matrim. D. Consil. Paschal. de patr. potestate p. 2. cap. 9. num. 21. Mugon. dec. lucen. 74. num. 14. D. de Franch. dec. 162. & 366. numer. 4. D. Laganar. in addit. ad D. Rovitum in pragm. 1. numer. 1. de salar.* & gener loco filii habetur, *Surd. de alim. tit. 1. qu. 39. num. 16. & 17. Castagna in tract. de benef. deduct. ne egeat in probem. numer. 31. &* 37 *qu. 1. num. 7. & 16.* & tamen mater filium accusare non potest, sed tantum contra ipsum civiliter agere debet *l. iniquum 17. C. qui accus. non poss. l. qui accusare in fine, ff. de accusat. D. Paschal. p. 4. cap. 5. sub num. 2. eod. tract.* ubi etiam tradit ex *Grato cons. 10. num. 13. & seq.* 38 *vol. 2.* nec etiam patri dari actionem furti contra filium in uno namque casu licet patri, ac matri contra filium criminaliter agere, quando vitam illorum sit insidiatus, 39 prout in matre loquitur *tex. in l. propter insidias 14. C. de his, qui accus. non poss.* & in patre habetur *in l. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar.* & probat *gl. in l. si magnum. 3. in verbo & capitale, C. de his, qui accus. non poss.* prout hæc omnia adduxi *dissert....* edita pro Principe Castri Franchi genero contra D. Corneliam Caracciolam socerum *lib. 1. dissert. forens.*

Tertio observo, circa articulum, de quo D. Regens 40 *num.* 11. an scilicet debitor conventus possit totum negare; vel teneatur quantitatem debitam fateri, & solvere; pro cujus decisione, repetenda essent hic ea, quæ in eodem articulo adduxi *observ. 130. num. 17. per tot. num.* 22. ubi pluribus adductis, substinui partes debitoris conventi pro majori quantitate debita, ut non teneatur fateri, ac solvere summam debitam, nec esse in mora, sed ne alias dicta transcribam, revideas scripta *d. obser. 130. à d. num. 17. per tot. num.* 22. ex quibus decisio ista comprobatur.

Quarto observo, dum de liquidatione Instrumenti 41 hic agitur, quod datur casus qui sæpius evenire solet; debitor citatus super tenore instrumenti via Ritus M. C. V. pro capitale, & tertiis, dum volebat comparere cum solutione tertiarum cum fide crediti banci girata eidem creditori in prima Curia regenda de sero juxta solitum. de quo testatur etiam *de Judice Ruberta in tract. de liquid. instrum. consid. 4. numer. 4.* illa fuit recta de mane contra solitum, & cum debitor eadem mane fuisset certioratus, quod Curia regebatur illa mane, statim accessit M. C. V. & petiit licentiari stante solutione prædicta, sed non fuit admissus, eo quod Curia prædicta, illico erat finita, & pœna erat posita in libro inferni, ideoque dubitatur, an d. pœna debeatur.

Et pro debitore dici potest, quod liquidatio est nul- 42 la, dum Curia non tempore consueto recta fuit, quoniam si sententia non loco solito profertur, & cum litigantium incommodo, ipso jure efficitur nulla *l. si locus, ff. de judic. Bald. & Ias. in l. pen. numer. 2. ff. de just. & jur. argum.* eorum, quæ dicuntur *in l. sicut propositis, C. quomo. & quand. Iudex, & l. cum non ea die, C. quando procur. non est necess.* igitur si nulla est quando regitur Curia non loco solito, eodem modo erit nulla, 43 quando non tempore, & hora solitis, & consuetis, quoniam validum est argumentum de loco ad tempus *l. Titium*, ubi *Bart. & alii, ff. si cert. pet.* imò sententia à Præside prolata contra solitum judiciorum ordinem, auctoritatem rei judicatæ non obtinet, ut est *tex.* insignis *in l. prolatam, C. de sent. & interlocut. omn. judic.* alioquin subditi decepti reperirentur ab ipsa Curia, à qua semper Justitiæ complementum recipere debent contra rea. *in l. 1. in fin. C. de his, qui ven. ætat. impet.* ibi, *principali auctoritate conscripti esse videntur*, & onde jura emanant, non debent injuriæ prodire *l. meminerimus, C. unde vi.*

Nec obstat præconisatio Curiæ facta eadem mane, 44 quo fuit recta, enimvero vox præconis paucis innotescit *ad tex. in l. Divus, ff. de reintegrat. restit. Ifer. in constit. incip. translationem, num. 6.* & impossibile est quod illa vox præconis in tam modico tempore innotescere possit toti Civitati, quare impossibilium nulla

est

est obligatio juribus vulgaribus, & propterea non data 45 certa denonciatione futuræ Curiæ, justa cadit ignorantia, quæ non est supina, sed justa, ideoque excusat, DD. communiter asserunt in c. 2. *de constit. in* 6. & ideo dum statim finita Curia comparuit debitor admittitur, quia ea, quæ incontinenti fiunt censentur inesse, ut volunt scribentes *l. lecta, ff. si cert. petat.* imo purgatio moræ incontinenti admittitur ex Ritu 183. ibi *ex quadam æquitate nullatenus procedatur*, & ita in terminis d. Ritus demonstrat D. Regens *Loffred. cons.* 41.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Fidejussor, qui insolidum cum muliere alienam suscepit obligationem, an solvendo debitum possit solvere nomine ipsius mulieris, & an, & quando Administrator solvendo censeatur solvere nomine proprio, vel alieno, quando ipse erat insolidum obligatus.

SUMMARIUM.

1 *Rei debendi si plures constituantur, ille est principalis debitor, ad quem pecunia pervenit, licet respectu creditoris sint insolidum obligati, inter ipsos tamen dicuntur fidejussores.*

2 *Principalis dicitur ille, ad quem utilitas contractus pervenit, alii vero fidejussores, quamvis in contrarium verbis actum sit.*

3 *Fidejussio respectu fæminæ ex beneficio Senat. Consult. Vell. subsistere minime potest.*

4 *Fæmina ex dispositione* pragm. 1. ad Senat. Consult. Vell. *non potest prædicto beneficio renunciare.*

5 *Amplia, nedum ad beneficium viri, sed fratris, patris, vel aliorum propinquorum.*

6 *Mulier certiorata de beneficio Vellejani num de jure communi possit illi renunciare, remissive.*

7 *Iuramentum mulieris in renunciatione sui beneficii an tanquam contra bonos mores sit validum, remissive, & an possit Princeps secularis hoc declarare, numer. seq.*

9 *Obligatus quilibet insolidum ex reis debendi potest pro toto debito conveniri.*

10 *Exceptio competens alicui ex correis debendi non prodest aliis.*

11 *Solutio facta ab uno ex pluribus reis debendi, præsumitur facta pro tota obligatione.*

12 *Correus debendi solvens, non potest habere regressum contra mulierem, quæ stante exceptione Vellejani non est efficaciter obligata.*

13 *Solutio semper præsumitur facta in illam causam, quæ videtur magis utilis.*

14 *Solvens totum debitum non potest contra fidejussores agere, nisi pro illa quantitate, quæ suam portionem excedit.*

15 *Obligatio ubi non est, ibi neque potest esse actio.*

16 *Creditor quando teneatur cedere actiones confidejussori solventi.*

17 *Cessio an, & quando habeat locum, stante beneficio divisionis inter confidejussores.*

18 *Cessio potest aliquando fieri, etiam post solutionem.*

19 *Solutio in dubio censetur facta potius nomine proprio, quam alieno, intellige ut num. seq.*

21 *Cohæres administrator, qui potest sibimet ipsi de suo credito satisfacere, tanto magis potest creditoribus ejus matris, cujus est cohæres.*

22 *Administrator num possit solvere, nedum ubi constat de credito per instrumentum, vel aliam scripturam, verum etiam, quando adest unicus tantum testis, & quod in exequutore testamentario, num. seq.*

24 Text. in l. si Titius, & Seia 49. ff. de fidejussor, *expenditur pro decisione articuli.*

DECISIO CLIII.

Ioannes Baptista,[1] & Carolus de Eboli insolidum cum Ill. Ducissa Populi, & Don. Francisco Cantelmo, prædictæ Ducissæ filio vendiderunt Paulo Calenda tot annuos introitus pro certo pretio inter eos convento, sed quia dictum debitum rei veritate spectabat ad Joannem Baptistam, ideo tota quantitas pecuniæ solutæ per dictum Paulum pervenit ad beneficium ejusdem Joannis Baptistæ, cui cedula bancaria per omnes insolidum obligatos fuit girata. Cumque prædicta Ill. Ducissa esset administratrix fructuum Terræ, seu Oppidi, nuncupati *Capracotta in* Provincia Aprutii, qui erant dividendi, tam in beneficium dictæ Ducissæ, quam in beneficium aliorum creditorum super eadem Terra, post mortem Ducissæ administratio prædicta pervenit ad Don Franciscum Cantelmum, ejus filium, qui facta exactione, tenebatur reddere computum aliis concreditoribus, & quia inter alias partitas solutionis prætendebat, ad sui beneficium esse admittendas quantitates per ipsum solutas pro tertiis dicto Paulo creditori ex causa dictorum annuorum introituum venditorum, tanquam creditori dictæ Ducissæ ejus matris, quæ erat insolitum obligata ad debitum prædictum. Dicebat D. Petrus Cantelmus ejus frater, & cohæres dictæ Ducissæ communis matris, nullo modo dictam partitam esse in ejus beneficium admittendam, quamvis enim ipsa fuisset cum dicto Jo. Baptista, & Carolo de Eboli, ac eodem D. Francisco insolidum obligata, tamen re vera principalis debitor 1 erat dictus Jo. Baptista, ad quem pecunia pervenit, & si omnes alii respectu Pauli creditoris essent insolidum rei debendi, inter ipsos dicuntur fidejussores Jo. Baptistæ. *Rom. cons.* 114. *Aret. cons.* 33. *Cravett. cons.* 91. *num.* 4. *Gabriel. comm. concl. tit. de fidejuss. concl.* 2. *Franch. decis.* 55. *num.* 8. *Surd. cons.* 53. *Beltramin. ad decis. Ludovis.* 445. *num.* 5. *Bart. in l. reos, vers. ergo quæritur, ff. de duob. reis*, & est *text. in l. sed Iulianus.* §. *idem ait, si duos, ff. ad Senat. consult. Maced.* & *in l. vir uxori*, § *fin. ff ad Senat. Consult. Vell.* late etiam *Menoch. de præsumpt. lib.* 2 3. *cap.* 146. ubi declarat, quando quis dicatur fidejussor, vel principalis; ille enim ad quem utilitas contractus pervenit, dicitur principalis, alii vero fidejussores, quamvis in contrarium verbis actum sit, *d. l. sed Iulianus, in princ.* & §. *non solum, vers. item si duos*, ubi *glos. ff. ad Maced. Socin. cons.* 144. *in fine, vol.* 2. *Barbat. cons.* 16. *col.* 2. *vol.* 3. & alii per *Pyr. Maur. Aret. de fidejuss.* 2. *par. princip. tit.* 1. *sect.* 3. *num.* 2. *Cardin. Mantic.* 3 *de tacit. & ambig. convent. lib.* 16. *tit.* 1. cumque respectu dictæ Docissæ tanquam fœminæ fidejussio subsistere minime poterat, ex beneficio Senat. Consult. Vell. *l.* 1. *& toto tit. ff. eodem*, & ultra disposita per jus commu- 4 ne, in Regno hoc idem statuitur in *pragm.* 1. *de Senat. Consult. Vell.* ubi amplius cavetur, ut neque possit prædicto beneficio renunciare, ex eo, quia eadem facilitate, qua inducitur ad fidejubendum, inducitur etiam ad renunciandum, quod procedit, nedum quan- 5 do se obligat ad beneficium viri, sed fratris, patris, vel aliorum propinquorum, ut habetur ex *Franc. decis.* 633. *numer.* 8. *Reg. Revert. in d. prag.* 1. *numer.* 7. *in fine*, 6 licet de jure communi satis est dubium, an mulier certiorata de dicto beneficio, possit illi renunciare, de qua 7 quæstione per *Thes. decis.* 222. ubi etiam, an juramentum sit validum tanquam contra bonos mores, *Franch. dec.* 276. & 578. *Ann. alleg.* 114. *Capel. Tholos. dec.* 37. *Pappon. lib.* 12. *tit.* 5. *arrest.* 5. *Gayll. observ.* 77. *lib.* 2. *Cavall. commun. contra comm. qu.* 115. *Scapp. de jure non script. lib.* 4. *cap.* 16. *numer.* 5. *Greve. ad Gayll. d. observat.* 77. *lib.* 2. qui refert, communem esse opinionem de jure communi, valere renunciationem, quando fuit certiorata, *Franc. de fidejuss. cap.* 1. *nu.* 189. *Hering. eodem tract. de fidejuss. cap.* 6. *num.* 477. cum *seqq.* & quod

8 quod potuerit Princeps sæcularis hoc declarare respectu juramenti, *Reg. Revit. in comm. ad d. prag. post Fortun. Garz. de ultimo fine num. 325. cum segg.* remanebat igitur respectu dictæ Ducissæ nulla obligatio ad beneficium Pauli Calenda, & obligatio insolidum facta per dictum D. Franciscum erat valida, quia nulla exceptione fulciri poterat, & sic erat fundata conclusio, quod D. Franciscus non solvit debitum dictæ Ducissæ, 9 sed proprium, unusquisque enim ex reis debendi insolidum obligatus potest pro toto debito conveniri, *l. 3. §. ubi duo, ff. de duob. reis*, ubi *glos.* & si unus ex correis 10 debendi habet aliquam exceptionem, non per hoc aliter liberatur, *l. fin. eod. tit.*

Insuper dicebatur, quod dato (absque veri præjudicio) quod obligatio Ducissæ aliquam habuisset substantiam, certum est, quod quando D. Franciscus solvit tertias debitas dicto Paulo, non expressit solvere nomine Ducissæ, quo casu non potest hodie declarare, solvisse nomine illius; quando enim unus ex 11 pluribus reis debendi solvit, præsumitur solvisse pro tota obligatione, ita *Bart. in l. Modestinus, ff. de solut. Hering. de fidejuss. cap. 28. numer. 34. Franc. eodem tract. de fidejuss. cap. 5. numer. 482. Menoch. præsumpt. lib. 3. præsumpt. 45. num. 26.* & *Ego* dixi in *dec. 32. num. 4.* nec sol- 12 vendo poterit habere regressum contra mulierem, quæ non erat efficaciter obligata, stante dicta exceptione Velleiani, *Pyrr. Maur. Aretin. de fidejuss. sect. 7. cap. 56. num. 8.*

Quibus tamen replicabatur pro parte D. Francisci quod quamvis ipse insolidum cum dicta ejus matre se obligaverit in beneficium dicti Pauli, tamen re vera hoc fecit ad contemplationem dictæ ejus matris, quæ se obligavit, & voluit, ut ipse D. Franciscus etiam prædictæ obligationi nomine proprio, & insolidum accessisset, ut rem gratam faceret dicto Jo. Baptistæ de Ebulo cujus erat consanguinea, cumque ipse poterat solvere nomine proprio, & alieno, v. g. 13 dictæ ejus matris, sive ejus hæredum, solvendo præsumitur solutionem fuisse factam in illam causam quæ sibi magis utilis erat, *Bar. in l. gestis, numer. 21. ff. de acquir. hered. Tiraquell.* qui alios enumerat *de retract. consang. §. 30. gloss. 1. numer. 3. Alex. cons. 55. colum. 2. lib. 5. Menoch. cons. 121. numer. 45. & cons. 865. num. 33.* nec potest dubitari, quod magis expediens, & utile erat D. Francisco solvere dictas tertias debitas nomine hæredum dictæ ejus matris, quam proprio, siquidem sol- 14 vendo totum debitum nomine proprio, non poterat contra confidejussores agere, nisi pro illa quantitate, quæ suam portionem excesserat, *l. si testamento 49. §. 1. versic. quod si dav. ff. de fidejuss. l. cum alter 11.* ubi *gloss. Bar.* & alii, *C. eod. tit. §. si plures, Instit. eod. tit. Harth. Pistor. qq. jur. lib. 1. quæst. 48. num. 3.* & hoc ea ra- 15 tione, quia cum nulla inter confidejussores invicem sit obligatio, ergo neque actio, *Valent. Franc. d. tract.* 16 *de fidejuss. cap. 5. numer. 479. in fin.* nisi in ipso actu solutionis, vel ante pactum fuisset de cedendo actiones, quia in eo casu tenetur creditor cedere, *l. cum his, & l. fidejussoribus, ff. eod. tit. d. l. cum alter, C. eod. l. Papinianus, ff. mandati, Menoch. cons. 45. num. 26.* quod tamen 17 non est simpliciter intelligendum, nam in eo casu, quo habet locum inter confidejussores beneficium divisionis, cessio non potest fieri, nisi pro rata, quando vero non habet locum dictum beneficium, tunc potest fieri insolidum, *glos. in l. si plures, in 1. ff. de administr. tut.* ubi *Dyn. & Bar. Cyn. in l. 2. C. de duobus reis*, idem *Bart. in l. Modestinus. ff. de solut. Harth. Pistor,* 18 *ubi supra numero 16. & 17.* licet aliquando fieri possit cessio etiam post solutionem, ut post *Valent. Franc.* plene dixi *decision. 32.* Ex quibus dicebat D. Franciscus, quod certissimum erat, quod sibi magis utile, & expediens erat solvere nomine prædictorum hæredum Ducissæ ejus matris, tanto magis in isto casu, in quo quamvis cessionem à creditore habuisset, inefficax, & nullius momenti esset, cum neque à Jo. Baptista de Ebulo principali debitore (qui jam mortuus, decoctus erat, ita ut nonnulli creditores anteriores prædicto Paulo non potuerunt super ejus bonis satisfieri, neque à Carulo, qui eodem morbo laborabat) poterat aliquid exigere.

19 Secundò dicebatur, quod quamvis in dubio solutio censeatur facta potius nomine proprio, quam aliena, *l. & magis, ff. de solut. l. Titium, & Mævium, §. professus, ff. de administ. tut. Menoch. d. cons. 46. n. 3. & 4.* 20 ubi propriè loquitur in fidejussore solvente; tamen quando duo concurrunt, primò, quod iste tertius esset ad solutionem obligatus; secundò, quod mandavit solventi, ut solutionem faceret, tunc actus censetur factus potius nomine ipsius tertii mandantis, quam nomine proprio, *Bart. in l. Titium, §. alter, ff. de administr. tut. Iacob. Mandell. de Albo cons. 2. nu. 3. Menoch. cons. 81. num. 38.* primum, quod erat Ducissa obligata, apparet ex contractu, secundum de mandato D. Francisco ad solvendum dicto creditori, licet non constet, tamen resultare dicebatur ex facto, cum ipse idem D. Franciscus erat unus ex cohæredibus Ducissæ, & administrator introituum dicti Oppidi de *Capracotta*, & sic si poterat sibimetipsi de suo credito 21 satisfacere, tanto magis potuit creditori ejus matris, *l. creditorem, § sicut, ff. qui dar. tut pot. Coras. in l. frater à fratre, ff. de condict. indeb.* & alii per *Balt. ff. Tomas. de tutor. & curat. cap. 19. numero 3962. & 3832.* & solvere potest administrator, nedum ubi constat de 22 credito per instrumentum, vel aliam scripturam validam, verum etiam quando adest unicus tantum testis, 23 & creditoris juramentum, si credimus *Escob. de ratiocin. ca. 13. n. 11.* quod etiam procedit in executore testamentario, ut per *Io. And. in cap. cum pro caus. extra de proc. Bar. in l. id, quod pauperib. n. 24. C. de Ep. s. & Cler.*

Quibus tamen non obstantibus contrarium fuit decisum, & facta per Me relatione in Sacro Consilio sub die 17. Martii 1640. succubuit D. Franciscus, quia omnia prædicta per eum replicata non veniebant in hac causa discutienda, stante quod dicta qu. Ill. Ducissa non erat ad solutionem inter ipsos reos conventos efficaciter obligata, cum pecunia ad ipsam non pervenerat, sed ad Jo. Baptistam solum, & propterea fuit resolutum, quod causa hæc poterat terminari ex dispositione *tex. in l. si Titius, & Seia 49. ff. de fidej.* ubi *Odoffr.* 24 & alii illum exornant, cujus verba sunt, v. g. *si Titius & Seia pro Mevia fidejusserint, subducta muliere, dabimus insolidum adversus Tit. actionem, cum scire potuerit, aut ignorare non debuerit, mulierem frustra intercedere,* ex quo *text.* decidtur, quod obligatio, seu intercessio mulieris, quamvis sit inefficax, tamen valida erit respectu aliorum, qui insolidum se obligaverunt, Penes Martium Simeonem Act. Magist. S. R. C.

OBSERVATIO IN DECIS. CLIII.

SUMMARIUM.

1 D. Jacobus de Philippo *laudatur.*
2 *Exceptio defensiona fundata in l. C. de pignor. quando locum non habeat, & n. 3. 4. 5. 7. estque de apicibus juris, & in hoc Regno sublata. n 6.*
8 *Debitores plures insolidum obligati, si condemnentur simpliciter, tenentur pro rata juxta* decis. 215. Afflicti, *& alia adducitur dicto S. C. numero 9. & numero 10.*

DEcisio hujus causæ, ut inquit, *D. Regens numer. 24* fuit desumpta ex *tex. in l. si Titius & Seia 49 ff. de fidejusser.* nam fuit habitum pro absoluto mulierem non fuisse efficaciter obligatam, sed obligatio erat valida inter alios, qui insolidum se obligaverant ad beneficium creditoris, & proinde solutionem

factam per D. Franciscum unum ex insolidum obligatis, intelligi factam nomine proprio, non autem ut coheredem Ducissæ ejus matris, stante nullitate obligationis respectu d. Ducissæ, & sic succubuit D. Franciscus, cujus partes toto conatu defendebat D. Jacobus 5 de Philippo subtilissimi ingenii Advocatus de terra Siani, quæ erat in dominio D. Regentis, sed pro ornatu decisionis subscripta observavi.

Observo primo, circa conclusionem, de qua *D. Regens num.*10. ut si unus ex correis debendi habeat aliquam exceptionem, non per hoc alter liberatur *ex l. fin. ff. de duob. reis*, quia unusquisque ex reis debendi insolidum obligatis, potest pro toto debito conveniri *l. 3. §. ubi duo ff. eod.* ideoque exceptio *l. 2. C. de pignor.* ut prius sit agendum super re specialiter obligata, & in subsidium super re generaliter hypothecata, procedit inter 2 primum, & secundum creditorem, non tamen respectu tertii possessoris, qui non potest excipere creditori, quod recurrat rem specialiter obligatam latè *D. Consil. de Anna cons. 93. num. 21.* Secundo illa exceptio 3 discussionis debet opponi ante litis contestationem, quia est exceptio dilatoria, ita post *Cin. & Bald. in l. exceptionem, C. de probat.* probat *D. de Medic. cons. 72. num. 21. & 22. Sur. d. dec. 44. num. 20. Paris. 103. n. 6. lib. 3.* 4 *Negus. de pignor. p. 8. memb. 1. numer. 34. D. Staiban. resol. 71. n. 3. 4. 5. 6. & 7. lib. 1. resol. forens.* tertio d. exceptio non habet locum, ubi in instrumento adest clausula, *quod specialitas generalitati non derogat*, ut probat *D. de Franch. decis. 5.* sic pariter quando esset clausula *ad electionem creditoris super omnibus aliis bonis* quarto non 5 verificatur in instrumento guarentigiato, & in hoc Regno, in quo proceditur sola facti veritate inspecta *Cafill. dec. 98.* talis namque exceptio est de apicibus juris, 6 & proindè in Regno est sublata exceptio discussio- 7 nis, *Afflict. determin. 194. nu. 6.* sexto non militat in judicio assistentiæ *Faber. in C. sic de pignor. defin. 8.* aliasque limitationes habentur per *Statil. Pacif. de salvia. interd. inspect. 3. c. 2. n. 78. usque ad finem*, & per *D. Staiban. d. resol. 71. à n. 10. per 15.*

Secundo observo, quod si creditor habens plures debitores insolidum obligatos, petat condemnari omnes insolidum ad quantitatem debitam, & sequatur 8 condemnatio simpliciter, an teneantur insolidum, vel solum prorata, & quod prorata teneantur d. debitores decisum dicit *Afflict. dec. 215. nu. 1. & 2* ubi etiam *Ursill. num. 1.* hinc ad confirmationem, cum Julius, & Jo: Angelus Giptii, & successivè ejus hæredes institissent in S.C. condemnari insolidum Marcellum Calataniteum, Carolum Monte, & alios insolidum obligatos ad solutionem duc. mille capitolis, cum tertiis, & per S. 9 C. sub die 8. Julii ad relationem D. Consiliarii Thomæ de Franchis cum interventu DD. Consiliariorum Savii Provenzalis, Mignettæ, & Gamboæ in banca Cioffi fuerunt condemnati simpliciter d. debi- 10 tores postmodum per idem S. C. junctis aulis fuit provisum sub die 16. Junii per hæc verba.

S. R. C. declarat conventos fuisse condemnatos vigore sententia prorata, salva provisione facienda super capite omisso in d. sententia condemnationis insolidum, quando partes comparuerint in aula ubi residet causa Commissarius ad relationem D. Consiliarii Iovini, nunc Decani ejusdem *S. R. C.*

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Datæ tempus an, & quando sit attendendum in privilegiis mere gratiosis, vel habentibus aliquam administrationem, & quando diei appositio sit ita necessaria in actu, ut illius omissio reddat actum nullum.

Consiliarii status, & belli quam jurisdictione habeant de eorum votis, & assistentia in Collaterali Consilio, ob quam causam dicantur à Rege creati, & quot sint, qui salario potiuntur.

Gratia facta à Principe quando dicatur perfecta, & an privilegium sit de ejus substantia, & quid in officiis habentibus administrationem jurisdictionis, & an, & quando censeatur perfecta solum per verbum, *fiat*.

Omissio registrationis privilegii in Regestro, quod dicitur *delle mercedi*, an reddat privilegium nullum, & quid si postea sit dispensatum, an retrotrahatur ad diem datæ privilegii, vel dicatur nova gratia.

SUMMARIUM.

1 *Consiliarii status, & belli quam jurisdictionem habeant, & quando assistere debeant in Collaterali Consilio.*

2 *Vota Consiliariorum status, & belli sunt tantum consultiva, non decisiva.*

3 *Consiliarii status, & belli ob quam causam dicantur à Rege creati, & quot sint, qui salario potiuntur.*

4 *Dignitatem qui prius meruit, semper in dignitatibus eisdem est praeferendus.*

5 *Gratia dicitur perfecta eo ipso, quod Rex dicit, fiat, in qua attenditur tempus data.*

6 *Gratia dicitur perfecta, & quaesitum jus parti ex sola signatura: Intellige ut n. 52.*

7 *Privilegium, sive Breve licet fuerit expeditum sub data posteriori, debet tamen attendi tempus signatura gratia, & non Brevis, seu Privilegii.*

8 *Privilegium non est de substantia gratia, sed solum ad illius probationem, quod etiam procedit in privilegio officii, habentis administrationem jurisdictionis, n. seq.*

10 *Gratia censetur facta eo ipso, quod Papa, vel Princeps dicit, fiat, in qua data supplicationis est attendenda, absque alio adminiculo literarum, sive annotationis.*

11 *Litera, qua expediuntur post gratiam, non sunt ad illius essentiam, sed tantum ad ejus probationem.*

12 *Gratia jus in supplicatione tantum consistit, quia litera non dant jus in re, nec ad rem, sed sola ipsa gratia.*

13 *Gratia stat in lingua Principis, testimonium in scriptura, & commoditas in exequutione.*

14 *Possessio, seu quasi ex solo privilegio transfertur in juribus incorporalibus.*

15 *Beneficium, sicuti eo ipso, quod quis est, privatus titulo beneficii, dicitur vacare; ita etiam ut acquiratur jus in eo, non requiritur traditio, vel quasi.*

16 Text. in l. in traditionibus, C. de pactis *an habeat locum in Principe; & an possit consuetudine introduci, quod non vendicet sibi locum, n. seq.*

18 *Privilegium non registratum in libro, quod dicitur* delle mercedi, *an remoto dicto obstaculo cum clausula,* non obstante, *possit retrotrahi ad diem concessionis gratia. & an dicatur nova concessio, vel potius remotio obstaculi, impedientis exequutionem dicta gratia.*

19 *Privilegium, per quod quis reducitur ad illud jus, quod antea eidem competebat, etiam si sit in prajudicium tertii, non prajudicat illi, qui damnum sentit, cum ad pristinum statum restituatur.*

20 *Pracedentia an, & quando regulatur à die data privilegii, vel à die possessionis.*

21 *Magistri ceremoniarum fides de aliquo actu possessivo in materia pracedentia quid operetur.*

22 *Tempus data an, & quando sit attendendum in privilegiis mere gratiosis, vel habentibus aliquam administrationem.*

23 *In Privilegiis, qua habent annexam aliquam jurisdictionem non est attendendum tempus data, sed possessionis, ubi tria sunt consideranda, electio scilicet, acceptatio, & administratio.*

24 *Electio quando intelligitur facta: item quando administratio acquiratur.*

25 *Prorex antequam administret, debet facere ingressum, & jurare in manibus Electorum, quibus non adimpletis officiam prædecessoris non expirat.*

26 *Officium in hoc Regno nunquam deponitur, nisi post ingressum successoris, & visis, & lectis commissionibus illius.*

27 *Officialis quamvis sit ingressus Civitatem, non tamen habet administrationem, neque jurisdictionem, nisi post juramentum præstitum.*

28 *Consiliarii à latere, Status, & belli quam jurisdictionem habeant, & an actu sint capaces jurisdictionis, quando Prorex illam in aliquibus casibus exercere mandat.*

29 *Consiliarii status, & belli antequam ad Consilium admittuntur, præstant juramentum in manibus Proregis.*

30 *Administrato non valens, pro non erato habetur.*

31 *Rescriptum quando est ejus natura, quod per solam signaturam gratia intelligatur perfecta, scriptura, qua postea conficitur, potius ad probationem, quam ad essentiam, & validitatem censetur expedita.*

32 *Gratia Principis ad ejus effectum non requirit scripturam, sed tantum ad ejus probationem.*

33 *Gratia non expirat, si Papa interim moriatur, antequam literæ fierent, sed debent illæ expediri sub Bulla successoris, faciendo mentionem de gratia facta per prædecessorem.*

34 *Gratia per verbum, fiat, valet, quamvis non sit expeditum privilegium.*

35 *Gratia non potest dici perfecta, quando requiritur aliqua sollemnitas de stylo Curiæ, aut ex ordine Principis.*

36 *Gratia Summi Pontificis quamvis de jure communi possit probari per testes, non tamen procedit de stylo Curiæ.*

37 *Datæ tempus non attenditur, quotiescunque gratia ex omni sui parte non sit perfecta.*

38 *Cessionario non quæritur jus ex gratia imperfecta, nisi postquam exequutionis est demandata.*

39 *Datæ tempus quamvis in privilegio inspiciatur quoad nunciationem gratiæ, tamen quoad ejus exequutionem requiritur, quod litera exierint de Cancellaria.*

40 *Privilegium in hoc Regno quomodo sit registrandum, & exequutoriandum, & quando capiat vim, num. seq.*

42 *Retrotractio an possit fieri in præjudicium eorum, quibus medio tempore fuit jus quæsitum.*

43 *Stylus Cancellariæ habet vim legis.*

44 *Usus longævus causarum potest allegari pro jure, & lex appellat stylum usum Imperatoris.*

45 *Lex Regia, vel stylus Regni debet inviolabiliter servari.*

46 *Officialis creatus antequam pro tali recipiatur, debet jurare.*

47 *Prorex in quibus manibus debet jurare, antequam incipiat gubernare.*

48 *Regentes, & Collaterales Consiliarii, jurant in manibus Proregis, & eorum juramentum notatur in Regia Cancellaria; sic etiam Præses S.C. & Locumtenens Reg. Cameræ.*

49 *Consiliarii S.R.C. debent jurare in manibus Præsidis ejusdem S.C. & Præsidentes Regiæ Cameræ in manibus Locumtenentis.*

50 *Possessionem qui primò adeptus fuit in officiis præfertur, non autem qui primò habuit privilegium, & quid observetur de stylo, praxi, & longa consuetudine Senatus Lusitaniæ, num. seq.*

53 *Dieri appositio an sit necessaria in acta, ita ut illius omissio reddat actum nullum.*

54 *Scriptura an sit necessaria in privilegio.*

55 *Clausula*, irritantes *quotiescunque est apposita à Superiore in actu, tunc nedum actus ex illius omissione redditur nullus, sed neque de partium consensu illi renunciari potest.*

56 *Possessio non juvat, dato, quod titulus sit nullus, & invalidus.*

57 *Titulus non juvatur possessione, quamvis possessio juvetur titulo.*

58. *Tituli nullitas notoria ex eisdem actis impedit manutentionem, etiam in possessorio summarissimo.*

59 *Privilegia præsentata elapso anno nullius efficaciæ, valoris, & momenti existunt.*

60 *Clausula*, irritantes, *importat latam sententiam, & inducit nullitatem ipso jure.*

61 *Verba annullitativa inducunt formam actus.*

62 *Lex quando requirit sollemnitatem in actu, in esse deductio cum temporis præfinitione, ex lapsu temporis remanet omnino nullus.*

63 *Prorex num possit dispensare* prag. 1. de privileg. infra ann. præsent. & *quid de supracarta, quæ ad hunc effectum solet expediri.*

64 *Privilegia non tribuunt jus, nisi à die exequutionis, sive interinationis, & interinata, sive exequutoriata non præjudicant tertio, cui interim fuit jus quæsitum.*

65 *Confirmatio actus regulariter retrotrahitur ad tempus actus confirmati: intellige ut numero seq. & numero 68.*

67 *Princeps debet operari absque tertii injuria, vel præjudicio.*

69 *Privilegium lapsu temporis extinctum, in damnum tertii non potest confirmari, sive prorogari.*

70 *Juramenti sollemnitati an possit Princeps dispensare, & ordinare, quod à tali die curras anterioritas & præcedus non obstante sollemnitate prædicta juramenti.*

OBSERVAT. IN DECIS. CLIV.

1 Adest in hoc Regno Neapolitano supremus Magistratus Status, & Belli, cujus Consiliarii nullam jurisdictionem habent, nisi eam, quam in casibus particularibus Rex, sive Prorex eis delegat, & committit; verumtamen vocati assistunt in Collaterali 2 Consilio, dum res bellica tractatur, qua finita ab eo recedunt, ut dixit *Frecc. de subfeud. lib. 3. de differ. feud. regal. differ. num. 17. in fin.* & eorum vota sunt tantum consultiva, non decisiva, *De Ponte de potest. Proreg. in tit. de assens. reg. § 7. num. 25. Mastr. de magistrat. lib. 5. 3 cap. 14. n. 9.* qui quidem dicuntur Collaterales Consiliarii, & eos solet invictissimus Rex noster create in remunerationem servitiorum, in bellis per strenuos milites gestorum, qui & si plures, prout Regi videbitur, sint, sex tantum antiquiores salario gaudent, ac potiuntur.

Hinc cum diversis temporibus de dicto Consilio Status fuissent à Sacra Catholica Majestate creati ob eorum ingentia servitia Ill. Marchio S. Lucidi, & Jo. Thomas Blanc. Marchio Oliveti, orta fuit inter eos controversia, quis præcedere debebat in sessionibus & in aliis locis, ubi conveniri solent. Prætendebat Marchio S. Lucidi, ipsum debere præcedere, tanquam anteriorem in data privilegii, quod fuisse expeditum prætendebat in die 6. Martii 1635. Privilegium autem Marchionis Oliveti erat expeditum die 7. Novembris ejusdem anni 1635. ex dispositione *text. in c. capitulum Sanctæ Crucis, de rescript.* & certum est, illum in dignitatibus esse semper præferendum, qui prius dignitatem meruit, ut expresse probat *text. in l. 1. C. de Consul. libro 12.* & *text. in l. 2. C. de Præf. Præt.* eodem *lib.* ibi, *Sit igitur sedes prior ante provectus locus conspectior decernendi, loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior*, ut etiam probat *Reg. Albert. in alleg.* inserta per *Frecc. lib. 2. de*

subfeud.

subfeud. tit. quis dicatur, Dux, & probat text. in cap. cum, cui de preb. in 6. & in cap. sibi, qui, & in cap. duobus, de rescript. in 6. Rom. consil. 298. nam in gratiis à 5 Principe concessis attenditur tempus datæ, quia eo ipso, quod Rex dicit, fiat, gratia perfecta dicitur, Bald. in l. humanum, in fin. C. de legibus, & in l. fin. C. comm. servit. Fel. in cap. Rodulph. numer. 26. de rescript. Affl. decision. 253. Franch. dec. 62. numer. 2. & dec. 326. & 509. num. 1. Ioan. Vincent. de Ann. alleg. 37. Caball. resol. crim. cas. 148. d. cap. capitulum Sancta Crucis, de rescript. cap. cum, qui, de preb. in 6. Luc. de Pen. in l. 1. C. de Praf. Prat. lib. 11. Gem. consil. 106. numer. 6. immo ex sola 6 signatura gratia dicitur perfecta, & jus quæsitum parti, Sarnen. in reg. de infir. resignan. quæstion. 18. numer. 5. vers. nam non est dubium, Cassad. dec. 4. num. 2. de caus. possess. & propr. Verall. decis. 267. num. 2. par. 1. & dec. 88. num. 2. part. 3. Rota dec. 418. num. 3. part. 1. divers. & licet 7 Breve, vel privilegium fuerit expeditum sub data posteriori, tamen debet attendi tempus signaturæ gratiæ, & non Brevis, seu Privilegii, cum non sit de sub-8 stantia, sed solum ad illius probationem, glos. in can. institutionis, in verbo præsent. 25. quæst. 2. & in clement. dudum, §. nos enim, in verbo confecto, de sepult. Gem. d. cons. 106. Rota decision. 87. num. 7. de rescript. in antiq. Mohed. decision. 6. ut lit. pendent. Farin. in posthum. tom. 2. dec. 628. numer. 6. & 7. & decisum refert Franch. in d. dec. 62. in causa Ill. Marchionis Orioli cum Illustri Marchione Lauri, Georg. allegat. 57. Moises. consil. 15. numer. 4. Clapper. in dec. Gall. causa 55. qu. unic. Mastrill. ad indult. general. cap. 7. num. 15. alias decisiones consimiles refert Thor. in compend. 1. par. in verb. precedere 9 an debeat, quod procedit etiam in officio administrationem jurisdictionis habente, ut decisum fuisse in Collaterali Consilio in causa Regiorum Consiliariorum Jo. Ruiz de Valdevieso, & Cæsaris Frecciæ, refert Camill. de Laratha in cons. 87. ubi alias decisiones cumulat, Reg. Capilan. Marchio Corleti in d. l. 1. C. de consulib. lib. 12. Reg. Alber. in d. alleg. numer. 68. Frecc. de subfeud. tit. quis dicat. Dux, in fi. Bald. in præud. feud. num. 29. & in cap. 1. quid sit investit. Io. Anda. in cap. cum clim, de verb. signif. Ang. in l. officium, circa fin. ff. de rei vind. Ias. in l. quoties, numer. 5. & 30. C. de rei vind. & cons. 27. vol. 1. col. Alex. cons. 3 lib. 5. num. 7. & cons. 187. in fin. lib. 2. Gabr. comm. conclus. lib. 3. tit. de empt. & vend. conclus. 2. numer. 39. Reg. Rovit. dec. 82. numer. 5. quod maxime procedit in rebus corporalibus, Gabed. dec. 10 Lusit. 39. numer. 4. part. 2. ubi eo ipso, quod Papa, vel Princeps dicit, fiat, gratia censetur facta, & propterea data dictæ supplicationis est attendenda, absque alio 11 adminiculo literarum, sive annotationis, & literæ quæ postea expediuntur, non sunt ad essentiam gratiæ, sed ad ejus probationem, Gomez super Reg. de non judicando, qu. 1. vers. tamen quoad essentiam, ubi dicit, quod 12 jus tantum in supplicatione consistit, quia literæ non dant jus in re, nec ad rem, sed sola ipsa gratia, quæ licet dicatur informis, tamen illa forma non est de essentia, sed tantum, ut dictum est, ad probationem, Azeved. in l. 2. lib. 5. nov. recopilat. tit. 7. nu. 13. qui dicit, quod 13 gratia stat in lingua Principis, testimonium in scriptura, & commoditas in executione, Reg. Valenz. cons. 114. n. 12. & per totum.

Cumque officium prædictum Consiliarii Status non habeat de per se veram administrationem, nisi sibi aliquid à Rege, vel Prorege committatur, & in Consilio status, & belli non accedunt, nisi vocati, & tunc vota eorum sunt tantum consultiva, ut supra di-14 ximus, sequitur, quod non potest dici, nisi quoddam jus incorporale, in quo ex solo privilegio transfertur etiam possessio, seu quasi, juxta notabilem doctrinam Innoc. in cap. cum nost. is, de concess. preb. sequitur 15 Bal. in Margar. in verb. possessio, Grammat. dec. 59. nu. 4. nam sicut ad perdendum beneficii possessionem, vel quasi non requiritur ejectio, sed eo ipso, quod quis est privatus titulo beneficii, dicitur vacare beneficium, ita etiam non requiritur traditio, vel quasi, ut acquiratur jus in eo, ut notavit Dyn. in cap. qui prior, de reg. jur. in 6. Ias. in d. l. quoties, num. 12. plenissime D. Ioan. del Castillo de tert. debit. capit. 41. ex numero 55. cum seqq. ubi ad satietatem: Hinc multi tenue-16 runt, quod text. in l. in traditionibus, C. de pact. non habet locum in Principe, ut voluit ibidem Ias. & cons. 27. & cons. 145. lib. 1. Zas. in epit. feud. par. 5. Bertrand. cons. 3. lib. 3. Afflict. dec. 299. Anell. Amat. cons. 99. numer. 17 16. ubi licet nonnulli contrarium teneant, tamen posse consuetudine hoc introduci, voluit Io. Bess. in consuetud. Alvernitt. de success. cap. 12. articul. 1. col. 5. Ruinus in l. si is, qui, num 16. ff. de usucap. & in puncto Fab. de Ann. cons. 42. per totum, late etiam de materia l. c. de Solorz. de jure Indiar. lib. 2. cap. 9. numero 21. Gamb. de offic & potest. legat. lib. 11. numer. 446. Sanch. d. dec. 62. Covar. lib. 3. var. capit. 10. August. Barbos. in collect. ad d. c. cum, cui, de preb. in 6. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 1. qu. 6. num. 31. & lib. 8. qu. 8. numer. 152. Ex quibus dicebat Illust. Marchio Sancti Lucii, quod quamvis Illust. Marchio Oliveti ante jurasset, tamen ipse, qui anteriorem habebat gratiam, præcedere debebat.

Nec prædictis dicebat obstare, quod dictum privilegium, cujus vigore fuit præstitum juramentum, non fuerit registratum in Regestro, quod vocant, delle mercedi, servata forma clausulæ in dicto privilegio appositæ, cum jam per S. Majestatem ordinatum fuit D. Jo. del Castillo Secretario, ut rationem ejusdem privilegii reciperet sub die 5. Octobris 1636. & demum die 5. Decembris ejusdem anni fuit ordinata ejus executio cum clausula, non obstante, & sic dictum obstaculum deficientiæ Registri fuit jam 18 sublatum, quo casu dicebat, gratiam, & privilegium retrotrahi ad diem concessionis illius, etiam in præjudicium tertii, qui medio tempore aliud privilegium obtinuisset, cum non sit nova concessio, sed remotio obstaculi impedientis executionem dictæ gratiæ, ut est text. in l. quaris, ff. de natal. restit. probat idem Reg. Alber. in alleg. sub numer. 68. vers. secundo quia Princeps, adducit text. in §. si quis non habens, in auth. quibus mod. natur. effic. sui, & glos. in l. si unus, 19 §. pactus ne peteret, ff. de pactis, ubi quando alicui conceditur privilegium, per quod quis reducitur ad illud jus, quod antea eidem competebat, etiam si ex hoc oriatur alteri præjudicium, non potest ille, qui damnum sentit conqueri, quia nemini fit injuria, si quis ad pristinum statum restituatur, glos. in can. ab exordio 33. dist. Albert. Brun. cons. 2. Loffred. consil. 51. ex quibus D. Reg. Albertin. à peritissimis Delegatis, qui fuerunt doctissimi viri Francisc. Revertera Regiæ Cameræ Summariæ Locumtenentis, & Scipio de Summa tunc Regius Consiliarius sententiam ad sui favorem obtinuit.

20 Dicebatur etiam, quod quatenus esset attendenda opinio, quod non à die datæ privilegii, sed à die possessionis præcedentia in istis dignitatibus regulari debeat, ut per Bal. in leg. sed & milites, §. quæsitum, ff. de excusat. tut. adhuc juramentum, quod fuit præstitum per ipsum Marchionem Sancti Lucii est anterius juramento præstito per Marchionem Oliveti, cum illud fuerit præstitum in manibus Domini Proregis sub die 15. Novembris 1635. & istud in mense Aprilis 1636.

21 Et tandem dicebat, cum in possessione præcedendi reperiri, quod constabat ex fide Magistri Cæremoniarum, & proinde in dicta possessione debere conservari, juxta notata in l. fidejussor. §. pater ff. de pignor. & l. si ita, 3. Crisogonus, ff. de verb. oblig. & DD. in l. Caius, ff. de pignorat. act.

In contrarium vero pro parte Illust. Marchionis Oliveti

Oliveti dicebatur, privilegium Ill. Marchionis Sancti Luciti fuisse præsentatum sine die, & absque Regestro in libro, nuncupati. *delle mercedi*, & quanquam fuerit exequutoriatum in hoc Regno sub die 3. Junii 1636. fuit cum termino præfixo ad obediendum à Sua Catholica Majestate supplementum ejus, quod in dicto privilegio deficiebat, prout eum effectu obtinuit, mediante alio privilegio, seu supracarta, prout eam vocant, expedita die 3. Novembris ejusdem anni, declarando, dictum privilegium fuisse expeditum sub die 6. mensis Martii 1635. & quod admittendum erat in hoc Regno sub die datæ, & quod suum sortiretur effectum, non obstante dicto Regestro, *delle mercedi*, quæ supracarta fuit exequutoriata in hoc Regno die 12. Octobris 1637.

Ex quo facto, dicebatur, resultare nonnullas juris 22 conclusiones. Et primo, quod quamvis in privilegiis sit attendendum tempus datæ, quia eo ipso, quod supplicatio est signata, intelligitur gratiam fuisse perfectam, & completam, tamen hoc esse intelligendum in mere gratiosis, quæ non habent aliquam administrationem, quo casu procedunt disposita in *d. cap. capitulum Sanctæ Crucis, de rescript.* & in *cap. si eo tem-*23 *pore, d. tit. de rescript. in 6.* secus vero in officiis, quæ habent annexam aliquam jurisdictionem, tunc enim non tempus datæ privilegii, sed possessionis est attendendum, in illis enim tria sunt consideranda, electio seu acceptatio, & administratio, *Frecc. de subfeud. in tit. quis dicatur Dux, numero 44. Marc. Anton. Sarg. de Neap. illust. cap. 5. numer. 18.* cum aliis per *Reg. Capyc. Galeot. controverf. 45. numer. 11. lib. 2.* Electio dicitur fa-24 cta eo ipso, quod fuit expeditum privilegium, administratio vero nunquam acquiritur, nisi per præstationem juramenti, *Reg. de Pont. consil. 5. numer. 6 lib. 1. P. Molfes. versf. 15. tom. 2. in comment. ad consuetud. Neapol.* 25 *Franch. decision. 193.* ubi loquitur in Protege, qui antequam administret, debet facere ingressum, & jurare in manibus Electorum, & quod ante hæc adimpleta officium prædecessoris non expirat, per *text. in l. 1. ff. de offic. Præf. August.* per quem ita tenet *Bald. in l. meminisse, in fine, verf. ibidem, & amm sciat, ff. de offic. Procons.* facit *text.* cum *glos. in l. si forte, de offic. Præsid. Rom. sing. 37. Reg. Const. in d. l. 1. numero 26. & 29. Reg. Capyc. Galeot. d. controverf. 45.* idem *Franch. d. decision. 62. Reg. Tap. decision. 21. Suprem. Consil. Ital. num. 16. Reg. Sanfelic. decision. 269. num. 2. Capibl. singal. 133. de Baroa. Reg. Valenz. consil. 34. numer. 36. lib. 1. Ioan del Castillo de tert. debit. tom. 7. capit. 41. numer. 51.* hinc *Paris de Put. in tractat. de syndic. in cap.* incip. *quidam ne Regno Siciliæ*, & in *cap.* incip. *sequitur de modo, & for.* 26 *syndicat.* dixit, quod in hoc Regno nunquam deponitur officium, nisi post ingressum successoris, & visis, & lectis commissionibus illius, & in eodem *tract.* 27 *in verb juramentum officialis 2. col.* dicit, quod Officialis tenetur jurare, quod juramentum habet talem effectum, quod quamvis sit ingressus Civitatem, non tamen habet administrationem, neque jurisdictionem, nisi post juramentum præstitum, sequitur *Franch.* in allegata *decision. 393. numer. 2. & 3. Ann. alleg. 143. num 2. De Pont. de potest. Proreg. fol. 35. numer. 13.* ubi dictam decisionem *de Franch.* elegantem appellat, *Campag. in capit. Regn. 285. Mastrill. de magistrat. libro primo cap. 25.*

28 Secundò dicebatur, quod isti Consiliarii à latere status, & belli non possunt dici simpliciter, quod nullam habeant jurisdictionem, nec dici eorum officia mere gratiosa, quia sunt actu capaces jurisdictionis, quando Prorex illam in aliquibus casibus exerceri mandat. accedunt in Consiliis, quando sunt vocati, & habent vota, licet consultiva, ut supra diximus ex *Frecc. de subfeud. de different. feud. regal. differ. 7. numero 11. in fin. De Pont. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. 7. numer. 25. & tit. 12. de leg. causar. numero* 14. *Mastrill. de magistrat. tom. 2. lib. quint. capit. 14.* 29 *numer. 9.* & antequam ad Consilium admittantur, præstant juramentum in manibus Proregis, & ante illud exercere non possunt, nec creatio potest attendi, 30 nisi sequuta sit administratio, qui enim administrare non potest, pro non creato habetur, *Bal in d. l. sed & milites, §. quæsitum, ff. de excusat. tutor. Sarg. de Neap. illust. lib. 1. capit. 27. numer. 4. Paris. de syndic. verso in officiis tria requiruntur, Beer. decision. 150. Loffred. in parafr. feud. cap. omnes, si de feudo fuerit controverf. Reg. Const. in d. l. 1.* sub *numer. 26. C. de consilib. lib. 14. Reg. Sanfelic. in d. decis. 269.* sub *num. 2. verf. tria enim requiruntur.*

31 Ex quibus alia resultat conclusio, quod aut rescriptum est ejus naturæ, ut per solam signaturam gratia intelligatur perfecta, nec requiritur de substantia gratiæ, quod sint literæ de ea confectæ, & scriptura, quæ postea conficitur, potius ad probationem, quam ad essentiam, & validitatem expediuntur, ut dicit *Bal. in l. si qua per calumniam, C. de Episc. & Cle-*32 *ric.* & in *l. humanum, C. de legib.* ubi voluit, quod ad effectum gratiæ Principis non requiritur scriptura, 33 sed tantum ad ejus probationem, unde si Papa interim moriatur, antequam literæ fierent, non expirat gratia, sed debent de illa expediri sub Bulla successoris, faciendo mentionem de gratia facta per prædecessorem, sequitur *Afflict. decis. 253. num. 4. & numero 8. cum seq.* ubi pluribus hoc comprobat, quod valeat 34 gratia per verbum, *fiat*, quamvis non sit expeditum privilegium; & in isto casu procedunt omnia jura superius allegata, & *text. in d. cap. eam, cui, de præbend. in 6.* & *cap. capitulum Sanctæ Crucis, de rescript.* & est *glos. in cap. institutionis, in verbo præsentia 25. quæstion. 2.* & in *clement. dudum, §. nos enim, in verbo confecta, de sepult. Abb. in cap. qualiter,* & in *cap. in nostra, de rescript. Cabed. decision. 3. num. 6. Io. del Castillo* 35 *de tert. debit. tom. 7. d. cap. 41.* sub *numer. 623.* Aut vero sola signatura non sufficit, sed requiritur privilegium, vel alia scriptura, vel sollemnitas, aut de stylo Curiæ, aut ex ordine Principis, vel consuetudine, & tunc non potest dici gratia perfecta, antequam omnia 36 adimpleantur, sicuti diximus, quod quamvis de jure communi gratia Summi Pontificis probari possit etiam per testes, ut habetur ex *Dec. in rub. de const. col. penult.* tamen non de stylo Curiæ, ut per *Felin. in cap. ex diligenti, col. fin. de Simon. Cabed. de deci-*37 *sion. 3.* & quotiescunque gratia non potest dici perfecta, tunc non attenditur tempus datæ, sed postquam est ex omni sui parte perfecta, ut est *text. in cap. si postquam*; & in *cap. quia sæpe*, & in *cap. fin. de præb. in 6. Mandos. in reg. 12. Cancell. quæst. 5. numer. 2. Franc. in* 38 *d. cap. quia sæpe,* & in *cap. pen. eod. tit.* nec jus aliquod quæritur concessionario ex dicta gratia imperfecta, nisi postquam exequutioni demandatur, *Staphil. de liter. grat. tit de vi, & effectu clauf. verf. nec obstat, fol.* mihi 109. *Fusc. de visitat. lib 1. cap. 33. numer. 9. Barbos. in collect. ad d. c. eum, cui, in fin. de præbend. in 6.* ex 39 quibus notat *Afflict. d. decision. 253. numero 2.* quod licet in privilegio inspiciatur tempus datæ quod nunciationem gratiæ, tamen quoad ejus exequutionem requiritur, quod literæ exierint de Cancellaria, cum non contineant in se actum perfectum.

Et ex his dicebatur pro Marchione Oliveti, quod privilegium Marchionis S. Luciti non erat perfe-40 ctum, quia post expeditionem ipsius erat registrandum in Regestro, *delle mercedi*, cum clausula annullativa, & illo registrato erat exequutoriandum in Regia Cancellaria Neapolis, & firmari debebat à Domino Protege, & Regentibus, & illius nomine manu Secretarii, & Taxatoris hujus Regni firmari, & sigillati ut in *pragm. 1. & 2. de fide memor.* & propterea dicit *Reg. Constant. in d. l. 1.* sub *numer. 29.* quod privilegia non capiant vim ex eorum data, sed ex literarum exe-

quutorialium expeditione, adimpletis qualitatibus in privilegiis contentis, & licet illis expeditis privilegium retrotrahatur ad tempus datæ, *Franch. d. decision.* 41 62. tamen hæc retrotractio in præjudicium eorum, quibus medio tempore fuit jus quæsitum, nullo modo fieri potest, *cap. quamvis de rescript. in 6.* quod maxime procedere dixit, quando ex parte ejus, qui privilegium obtinuit aliqua per prius adimpleri debent, quod erat Regestrum, *delle mercedi*, in Curia Regis nostri, & in hoc Regno exequutoriale privilegium, & juramentum, quia nunquam potest in dicto casu fieri retrotractio in tertii præjudicium, ut ex *Paul. de Castr. in l. 1. C. ut lit. pendent. Ant. de Butr. Io. Andr. & Luc. de Penn.* fundat idem *Reg. Constant. in loco* proxime citato. Hinc videmus, nunquam tales status, & belli Consiliarios fuisse in hoc Regno admissos, nisi expeditis, & exequutoriatis privilegiis, 43 postea jurent in manibus Proregis, qui stylus Cancellariæ habet vim legis, ut dixit *Card. Florent. in ca.* 44 *sæpe, §. & quia, de verbor. signif.* ubi quod longævus usus causarum potest allegari pro jure, & lex appellat stylum usum Imperatoris, *l. 3. in fin. ff. de suppel. leg.* 45 late *Afflict. d. decision. 253.* sub *num. 4* & ubi est lex Regia, vel stylus Regni, debet inviolabiliter servari, *Cabed. decision. 22. num. 5. par. 2. Menoch. cons. 717. & consil. 101. numer. 74. Dec. in l. edita, numer. 2. C. de edend.* & 46 in *cons. 11. num 6. Cur. jun. cons. 162. numer.* 2 idem *Menoch. cons. 270. numer. 19.* & in hoc Regno videmus, esse 47 de forma introductum, ut Officialis creatus, antequam pro tali recipiatur, debet jurare, incipiendo à Prore-48 ge, qui jurat in manibus Electorum hujus Fidelissimæ Civitatis, ut dixit *Franch. de decision. 393.* omnes Regentes, ac Collaterales Consiliarii jurant in manibus Proregis, & eorum juramentum notatur in 49 Regia Cancellaria, & sic etiam Præses S.C. ac Locum tenens Regiæ Cameræ, Sac. Reg. Cons. Consiliarii jurant in manibus Præsidis ejusdem S. C. ut 50 habetur etiam ex *pragm. 2. §. 4. de offic. S. R. C.* Præsidentes Regiæ Cameræ in manibus Locumtenentis ejusdem Regiæ Cam. & propterea pluries fuit in hoc Regno judicatum, quod in officiis præferatur, qui primò possessionem adeptus fuit, non autem qui primò habuit privilegium, ut dixit *Surg. de Neapol. Illust. cap. 27. num. 40. Cassan. in Catal. glor. mund. par. 4. considerat. 17. Verall. in decision. Rot. Rom. 36. par. 2.* & hoc fuisse judicatum in propria causa die 30. Decembr. 1641. refert *Reg. Io. Franc. Sanfelic. in decision 266.* quicquid in contrarium appareat decisum in anno 1613. in causa Regii Consiliarii Valdevicio cum Cæsare Freccia, & Jacobo de Franchis, ut per *Laratha in loco* supra citato, quia prædictæ decisioni respondet *Reg. Constant.* in *d. l. num. 26.* ubi dicit quod dicta decisio fuit facta, nonnullis contradicentibus, & *Sanfel. d. decision. 269.* dicit, dictam decisionem fuisse fundatam ex aliis, in facto ponderatis, ut *nu. 3.* & hanc etiam opinionem post *Cabed. decision 5.* tenuit *Thp. dec. Supr. Cons. Lusit. 21. num. 19.* & idem *Cabed.* di-51 cta *decision. 3. num. 4 & 5.* dixit, quod stylus, praxis, & longa consuetudo Senatus obtinuit, ut non attenda-52 tur tempus datæ, sed possessionis, & contraria procedunt in illis casibus, in quibus per solam signaturam perfecta est gratia, vel in officiis nullam administrationem habentibus, in quo casu loquitur *Ann. d. cons 41.*

Ulterius fuit consideratum, quod de illo privilegio Marchionis S. Lucidi primo loco præsentato non erat habenda ratio, quia in illo non aderat dies appositus, ad quod adducebatur doctrina *Guid. Pap. in quæst. 582.* 53 ubi format quæstionem, an diei appositio sit ita necessaria in actu, ut illius omissio reddat actum nullum, & distinguit, quod aut in actu est necessaria scriptura, & ex omissione diei actus redditur nullus, aut vero non, & non corruit; quærunt *ibidem Addent.* an in privile-54 gio sit necessaria scriptura, & dicunt, quod sic, ex doctrina *Abb. in cap. Abbate sane, in verbo fiat fides, de verb. signif.* & in hoc casu nedum erant necessaria scriptura privilegii, sed ordine Regis nostri invictissimi erat ipsum privilegium registrandum in Regestro, si-55 ve libro, *delle mercedi*, cum clausula *irritantes*, nam quotiescumque dicta clausula fuit apposita a Superiore in actu, tunc nedum actus ex illius omissione redditur nullus, sed neque de partium consensu illi renunciari potest. *Reg. De Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. §. 9. num 3.* & in *cons. 5. nu. 37.* & in *cons. 67. 1. vol. Capyc. decis. 9. Reg. Rovit. in prag. 20. de feud. Barbos. de clausul. cap. 112.*

Nec tandem dicebatur, obstare possessionem sequutam virtute dicti asserti privilegii, absque die, quia da-56 to titulo nullo, & invalido possessorio sequuta non juvat, *Bal. in l. liberti, libertæque C. de oper. libert. Fran. de Amic. de his, qui feud. dar. poss. §. & huic, numero 5. fol. 18. Grat. discept. forens. cap. 397. num. 43. Reg. Galeot. con-*57 *trov. 14. numer. 68. lib. 1.* & est ratio, quia titulus non juvatur possessione, quamvis possessio juvetur titulo, quia ille actus Possessionis non habet, ubi figere pedes, *Bal. in l. 1. numer. 3. C. de emancip. liber. Grat.* in 58 allegata *discept. numer. 44.* quæ tituli nullitas tanquam notoria ex eisdem actis impedit manutentionem, etiam in possessorio summariissimo, *Abb. in cap. audita quærela, in prim. notab. de restit. spoliat. Rot. in recentiorib. dec. 436. numer. 4. par. 3. Menoch de retin. possess. remed. 3. num. 18. Ludovic. Post. de manuten. observ. 42. num. 155.*

Illis adstipulabatur, quod quamvis privilegium prædictum esset ex omni sui parte validum, neque de eo poterat haberi ratio, non enim reperiebatur infra annum præsentatum, nam data ipsius fuit die 6. Martii 1635. prout postea fuit per novam gratiam, sive supracartam declaratum, & exequutoriatum die 3. Junii 1636. & sic post annum, & tres men-59 ses, & propterea privilegium prædictum virtute clausulæ, *irritantes*, remanet, ac si nunquam gratia fuisset facta, secundum dispositionem *Regiæ Prag. 1.* 60 *de privileg. infra annum præsent.* ubi voluit, quod elapso anno nullius efficaciæ, valoris, & momenti existant, quæ clausula importat latam sententiam, & inducit nullitatem ipso jure, ex cumulatis per *Grat. discept. forens. capit. 691. numero 2. tom. 4.* quem 61 sequitur *Reg. Rovit. in d. pragm. numero 4.* quia ex dictis verbis annullativis inducitur forma, ut per *Bald. in l. 1. ff. de liber. & posth. Dec. cons. 10. numero 2. consil. 110. numero sexto & consil. 455. numero sex.* & bis decisum in S.C. junctis Regiis Consiliariis duarum Aularum, refert *Anell. Amat. cons. 33. numer. 12. De Ponte cons. 3. numer. 16. & 25. & cons. 5. num. 33. Reg. Constant. in d. l. 1. C. d. Consul. lib. 12. numer. 29. Reg. Capyc. Galeot.* 62 *contr. 17. & 18. lib. 1.* quando enim lex requirit sollemnitatem in actu, in esse deducto cum temporis præfinitione, ex lapsu temporis remanet omnino nullus, quia videtur requiri pro forma, & conditionaliter. *Ang.* communiter sequutus in *cons. 36. De Pon. d. cons. 3. & 5. & 6.* cum aliis adductis per *Gizzarell. decision 3. numer. 11.* & *Ego* dixi in *consultat. 52. numer. 10. 1. vol.* & in *consult. 80. num. 38. vol. 2.* neque pote-63 rit Prorex huic *pragm.* dispensare, sed a Catholica Majestate solet expediri supracarta, idem *De Pon. d. cons. 3. numer. 30. lib. 1. Freco. de subfeud. lib. 2. in tit. quis dicat. Dux, in d. alleg.* pro *Reg. Albertino, numer. 68. Reg. Rovit. in d. prag. 1. numer. 5. Reg. Galeot. d. controvers. 17.* & *Ego in d. consult. 52. nu. 19.* & *consult.* allegata *80. num. 38.* cum *seqq.*

Solum remanebat videndum, si Marchio Sancti Lucidi poterat se juvare de dicta supracarta, quæ postmodum ad sui beneficium fuit expedita per Suam Majestatem sub die 6. Octobr. 1636. exequutoriata in hoc Regno in 12. Octobr. anni sequentis, quia

si

si attendimus ejus datam, certum est, posteriorem esse privilegio Marchionis Oliveti, quod fuit expeditum die 7. Novembr. 1635. registratum in Regestro, *delle mercede*, sub die 12. ejusdem mensis, & exequutoriatum in hoc Regno die 14. Aprilis 1636. scriptum in libro Scribæ portionis sub die 18. ejusdem mensis; sin autem retrotrahitur ad tempus datæ privilegii Marchionis Sancti Lucii, in quo quamvis deficiat dies, tamen postea fuit declaratum, fuisse factum die 6. Martii 1635. absque dubio erit anterius privilegio Marchionis Oliveti, & sic etiam si attendimus ad juramentum præstitum virtute dicti privilegii absque die, & absque dicto Registro, erit similiter anterius, & ideo erit videndum, si istæ supracartæ, quæ fiunt per S. M. stante nullitate actus prædicti, ut supra fuit fundatum, possint ne convalidari, ita ut inferatur præjudicium cui medio tempore fuit jus quæsitum? Et quod tertio non possit præjudicari probat *Ioan. Anton. Bellon. in cons.* 38. *numer.* 11. per *text. in l. ea, qua, in princ. C. de temper. in integr. re-*

64 *stitut.* ubi dicit, quod hujusmodi privilegia non tribuunt jus, nisi à die exequutionis, sive interinationis & interinata, sive exequutoriata non præjudicant tertio, cui interim fuit jus quæsitum, sequitur *Reg. Revert. in d. pragm.* 1. *de privileg. infra ann.* sub *num.* 4. quam-

65 vis enim confirmatio actus regulariter retrotrahatur ad tempus actus confirmati, per *text.* expressum in *fin. C. ad Sen. Consult. Maceden.* & in terminis assensus Regis dixit *Camerar. in l. Imperialem, fol.* 89. *de probib. feud. alien* per *Feder.* tamen hoc intelligi-

66 tur respectu ipsius Regis concedentis, seu confirmantis, non autem respectu tertii, cui medio tempore fuit jus quæsitum, *Andr. de Isern. in d. l. Imperialem, in princ.* ex *text.* in *cap. inter dilectos de fid. instrum. Afflict. decis.* 286. *num.* 2. quia Princeps debet operari

67 absque tertii injuria, vel præjudicio, *l. nec avus, C. de emancip. liber. l.* 2. *§. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ.* quod eo magis procedit in actu de per se invali-

68 do, quia si postea confirmetur, illa confirmatio non intelligitur facta in tertii præjudicium, *gloss. in Constit.* incip. *Constitutionem Divæ memoriæ in verb. confirmetur*, & sic refert judicatum *Afflict. in decision.* proximè allegata *in fine*, ubi etiam *Vrsill. num.* 3. *Reg. de Ponte cons* 60. *numero* 29. & 30. *volum. Reg. Revert. in d. pragm.* 1. *num.* 18. & in *pragmat.* 21 *de fid. memor. numero quarto* Gizzarell *decision* 3. *numero* 15. *Franch. decis.* 86. *Paris. consil.* 18. *numero* 10. *volum.* 1. *Ric. collect. decis.* 1172. *Mugon. decis. Lucens.* 22. & ita decisum refert *Peguer. decis.* 48. & *Rota Avenionens. de Laurenc. decis.* 8. *Jo. Baptista Costa de retrotract. in cap.* 8. *cas.* 10.

69 *num.* 5. *Frecc. de subfead. lib.* 2. *quæst.* 30. *Paris. de reintegr. feud. cap.* 168. *num* 5. quod maximè procedit, quando jus primi privilegii lapsu temporis erat extinctum, quia in damnum tertii non potest illud confirmari, sive prorogari, *Castrens. in l.* 2. *§. sed & si Iudex, num.* 6. *ff. de judic. Io. Monac. in capit. accusatus, §. de quæstione, de hæret. in* 6. *Surd. cons.* 56. *n.* 14. & *decis.* 189. *num.* 21. cum *seqq. Io. Baptista Ferret. cons.* 240. *num.* 2. *lib.* 2. *Alex. Raudens. cons.* 37. *num.* 82. *lib.* 3. *Anel. Amat. d. cons.* 33. & sic decisum refert in Supremo Italiæ Consilio *Carolus de Tapia* Marchio Belmontis in *lib.* 6. *Iuris Regni*, in eadem *pragm.* 1. *Ege d. consult.* 52. *n.* 13.

Postremo dicebatur per Marchionem Oliveti, hanc causam esse decisam per rescriptum suæ Majestatis expeditum ad sui favorem sub die 7. Novembris 1635. exequutoriatum die 13. Februarii 1636. ubi expressè mandat, quod antiquitas prædicti Marchionis currat à dicto die 7. Novembris expeditionis privilegii respectu omnium aliorum, qui consimilia privilegia obtinuerunt, præter D. Gasparem Toralium & sic quando juramentum præstitum per Marchionem S. Luciti esset præstitum vigore privilegii validi, attenta opinione supra fundata, quod in istis officiis Consiliarii status, & belli debet attendi, non tempus datæ, sed possessionis, quæ adipiscitur per juramentum, illud non fuit præstitum, nisi in die 15. Novem-

70 bris 1635. & sic posterius, & quod Princeps possit dispensare prædictæ sollemnitati juramenti, & ordinare, quod à tali die currat antelatitas, & præcedat, non obstante solemnitate prædicta juramenti, probat *text. in cap. penult. de concess. preb. in* 6. & *c. quamvis de rescript.* eodem *lib. Jonn. de Platea in l. unicuique, num.* 30. *C. de prax. sacr. scrin. lib.* 12. *Franc. Marc. decis.* 806. *in princ.* & *num.* 6. *tom.* 1. *Alciat. in tract. de sing. certam. cap.* 12. *in fin. in* 4. *tom. tract. Avil. in cap. Prætor cap.* 44. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 1. *§.* 2. *num.* 8. *Reg. Revert. decis.* 65. *n.* 8.

Quibus omnibus discussis die 15. mensis Martii 1646. ad relationem Regentis Didaci Bernardi Zufiæ Collat. Consil. Decani, & omni virtutum genere ornatissimi fuit determinatum, quod infra quatuor dies audiantur partes, & interim Illust. Marchio Oliveti præcedat Illustrem Marchionem Sancti Luciti. Penes Basilem Regium à Mandatis Scribam.

OBSERVAT. IN DECIS. CLIV.

SVMMARIVM.

1 *Officialis primo promotus, præcedere debet, de ratione, n.* 2. & *n.* 8 *an procedat in dignitate cum administratione n.* 9. *in fine* 10. 11. 12. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 31. 32. 33. 34. 41.

2 *Tempus datæ in gratiosis, & privilegiis Principum attenditur, &* n. 3. 9. 10.

3 *Rescriptum S. P. habet vim à tempore signaturæ supplicationis in gratiosis.*

4 *Gratia perfecta dicitur, quando Rex dicit, fiat, & numero* 9.

5 *Episcopus à Papa vivæ vocis oraculo pronunciatus dicitur Episcopus, etiam si Papa moriatur antequam literæ fiant.*

6 *Privilegium Principis non est necesse, ut redigatur in scripturam.*

7 *Decisio de Franch.* 62. *declaratur, & n.* 8.

13 *Possessio naturalis in officiis non consideretur, & n.* 14.

15 *Absentia quando non noceat officiali proviso circa possessionem, & n.* 16. 19.

16 *Absens ex causa justa adesse dicitur, idem est si cum licentia superioris, sub n.* 19.

17 *Officialis absens provisus non dicitur morosus si omnem conatum adhibuit pro possessione capienda, & numero* 18.

20 *Consil. Ruiz Valdeviezo per* 14. *annos fuit in servitio Regio ante promotionem, ideo præferendus, & numer.* 21.

22 *Singula, quæ non prosunt, collecta juvant.*

29 *Privilegiorum Principis ante possessionem jus tribuit.*

30 *Possessio actualis in rebus corporalibus stante privilegio Principis, non requiritur.*

35 Bald. in l. sed & milites, §. quæsitum, ff. de excusat. tutor. *explicatur, & n.* 36. 37.

38 *Prorex antequam administret, debet facere ingressum & jurare in manibus Electorum, & ante hoc non expirat officium prædecessoris juxta* decis. 393. de Franch.

39 *Differentia constituitur inter illos, qui eliguntur durante officio, & in vita prædecessoris, & eos, qui eliguntur post mortem prædecessoris.*

40 Text. in l. 1. C. de consul. lib. 12. *declaratur.*

42 *Investitura, sive privilegium habet vim, robur, & efficaciam veræ realis, & corporalis possessionis.*

43 *Princeps si aliquid per epistolam, vel edictum præcipit, dicitur facere legem.*

44 *Disputare de Principis facto, vel potestate, est sacrilegium, de ratione, n.* 45.

47 *Prior in tempore, potior est in jure.*

48 *Possessio an prosit, ubi adest protestatio, n. & 48. & 49.*

50 *Decisio in hac causa adducitur ad favorem Officialis primò promoti.*

51 *Mors Sereniss. Regis Catholici Philippi quarti enunciatur.*

52 *Marchio à Papa creatus in Statu Ecclesiastico, si à Rege Nostro eligatur in Consiliarium Collateralem Status, & Belli, in quo loco sedere, ac votum dare debeat, & n. 55. & quod habeat locum & votum inter alios Titulares de eodem Consilio Status defenditur, num. 53. per tot. num. 87. & ita decisum adducitur, n. 88.*

54 *Ordo triplex sedendi, ac votandi in Collaterali Consilio Status, ac Belli servatur, & qui sint enunciantur.*

56 *Papa in Statu Ecclesiastico potest Marchiones creare, nam est Supremus Princeps, sicut & Imperator.*

Dignitates assumunt à Papa, & Imperatore, ibid.

58 *Locus dignior dandus est personæ digniori.*

Honor dandus est cuilibet secundum ejus dignitatem, ibid & n. 61.

59 *Titulatus multas habet prærogativas.*

60 *Marchio, vel similis debet ab inferioribus honorari, & congruus locus assignari.*

62 *Marchio à Papa creatus in Statu Ecclesiastico, non debet tractari ut Marchio in Regno Neap. contrarium probatur num 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. & 77.*

64 *Jus speciale est facti, & probari debet ab allegante.*

65 *Consuetudo attenditur in præcedentiis.*

66 *Regens non doctoratus in Neapolitano Collegio, sed extra regnum, in quo loco sedere, ac votum dare debeat in Collaterali Consilio.*

67 *Absurdum in qualibet materia evitari debet & numer. seq.*

68 *Persona unica non debet diverso jure censeri.*

69 *Dignitas Marchionatus, Regalis dicitur, & eam concomitatur quocunque vadat.*

70 *Militia, an faciat nobilem in alio loco, & quare.*

71 *Marchio à Papa creatus existens in Regno Neap. tractari debeat ut Marchio, non autem ut privatus, quia non restringitur ejus dignitas in territorio Papæ num 72.*

73 *Marchio, & Dux creati à Supremo Principe, ut sunt Papa, & Imperator, præferuntur aliis ab inferioribus creatis & n. 74. & 75.*

76 *Habens dignitatem cum administratione, vel Magistratum, seu officium, an possit exercere jurisdictionem extra territorium.*

78 *Marchio, & Dux, & similes possunt deferre insignia dignitatis in alieno territorio.*

79 *Princeps existens in sua Provincia, si superveniat alius Princeps, qui habet parem, vel Dux, aut Marchio, qui habent minorem dignitatem, licet ille sit major in sua provincia, tamen debet minori exhibere reverentiam, seu honorem; idque procedit etiam in habente Magistratum, ut major debeat exhibere honorem minori.*

80 *Civis nobilis existens in sua Civitate, an præferatur civi forensi nobiliori, & n. 81.*

82 *Marchio à Papa creatus, si ut Marchio à Rege eligatur in numero Consiliariorum Status, ac Belli, tunc ut Marchio votum dare debet, & numero 83. 84. & 85.*

83 *Miles damnatus ex militari delicto, si obtinuerit à Principe licentiam testandi non poterit testari nisi jure militari.*

84 *Episcopus si obtinuerit à S. P. licentiam celebrandi tempore interdicti, poterit celebrare cum Pontificalibus.*

Privilegium intelligitur concessum secundum conditionem personæ, cui conceditur, ibid.

86 *Electus à Principe ad aliquam dignitatem, efficitur Illustris, Spectabilis, vel clarissimus secundum dignitatem allatam, ideoque reponitur in ordine suæ dignitatis congruo.*

87 *Concessio à Principe facta intelligitur, ut is, cui conceditur utatur pleno jure.*

88 *Decisio hujus articuli enunciatur.*

PLures articuli fuerunt propositi, ac discussi in hac decisione per D. Authorem pro decisione articuli, quisnam sit præferendus in sedendo, ac votum dando in Collaterali Consilio Status, & Belli, an Marchio S. Lucidi, an verò Io. Thomas Blanchi Marchio Oliveti similiter, & fuit per Collaterale Consilium datus terminus in causa, & interim præcedat Marchio Oliveti, ut refert *D. Author num. 70. vers. Quibus omnibus*, Rationes autem pro Marchione S. Lucidi adductæ, habentur *à num. 1. per tot. nu. 21.* & pro Marchione Oliveti sunt registratæ *à nu. 33. per tot. nu. 70.*

Et dum *D. Author sub n. 50.* refert decisionem factam in causa præcedentiæ D. Consiliarii Ioannis Ruiz de Valdivieso cum DD. Consiliariis Cæsare Freccia, & Iacobo de Franchis, quem impugnare affirmat *D. Reg. de Constant. & d. Reg. Sanfelic. in locis ibi citatis*, placuit hic adducere allegationes in dicta causa exaratas per Petrum Antonium Cesaranum Advocatum magni nominis, cum decisione inde sequuta ad favorem dicti D. Consiliarii Valdivieso, ultrà ea, quæ doctissimè allegatur *D. de Laratha in consil. 87. & 88.* quem citat *D. Regens noster num. 9. & 50.* ex quibus veritas dignosci poterit, & an impugnatio legitimè procedat, vel non.

Dubium non est, quin Dominus Consiliarius Ioannes Ruiz de Valdevieso sit præferendus in omnibus Dominis Consiliariis Frezza & Franchis, tam de jure quàm de facto, non obstante eorum prætensa possessione, seu quasi Consiliariatus, quæ prætenditur, per prius obtempta, & hoc pluribus ex mediis.

1 Primò, quia ipse Dominus Consiliarius Valdivieso fuit prius creatus Regius Consiliarius à Regia, & Catholica Majestate Regis Philippi, & propriè die 28. mensis Augusti 1601. fuit sibi expeditum Privilegium in Civitate Vallis Oleti.

2 Posteà verò Domini Consiliarii Frezza, & Franchis fuerunt promoti, & fuerunt expedita privilegia die 4. mensis Septembris ejusdem anni ergò ipse Dominus Consiliarius Valdivieso præcedere debet quemadmodum fuit prælatus Marchio Lauri Marchioni Orioli, qui primò fuit creatus Marchio per Regiam Majestatem, licet postea litteras exequutoriales habuit & ita fuisse decisum per S. C. testatur *Franch. dec. 61.* hac præcipua ratione, quia in gratiosis, & Privilegiis Principis, tempus datæ attendendus est, *C. Sanctæ Crucis de rescript. c. cum, cui de prabend. in 6. Lucas de Penna in l. 1. C. de Præf. Præt.* ibi, *Ille præferendus est in loco, qui primus ad officium promotus invenitur, Rom. cons. 298.* cum Concordantibus, quemadmodum

3 rescriptum Summi Pontificis habet vim à tempore signaturæ supplicationis, licet postea literæ expediantur & hoc in gratiosis, *c. si sibi de rescript. in 6.* nam statim quod Rex dicit *fiat* gratia perfecta est quemadmo-

4 dum *Bald. in l. humanum, C. de legibus, in finalibus verbis*, ponit exemplum si Papa vivæ vocis oraculo pronuntiat talem Episcopum, antequam literæ fuerint scriptæ, est Episcopus, allegat *c. Institutus 16. q. 2.* & si Papa interim moriatur antequam literæ fiant, non expirat Ius quæsitum, faciunt ea, quæ ait *Felin. in c. de Rodulphus de rescript. à 26.* cum *concord.* quapropter *Ang. in l. 1. C. sententiã passis in fine*, dicit, hic videmus casus, quod privilegium Principis non est necesse, quod redigatur in scripturam, sed fit ad faciliorem probationem, cum concludit *Bald. in d. l. humanum, C. de legib. in fin.*

Ergo

Ergò ex dictis, & dicendis, dubitari non debet, quin non sit præferendus ipse Dominus Consiliarius Valdevieso primo loco promotus. à Rege.

Neque obstat; si dicatur ex adverso, quod secundum eandem decisionem, supradicta locum habent 7 in dicta dignitate Marchionatus, quæ est separata ab administratione, & sic loquitur de dignitate, quæ non habet annexam administrationem, secus verò in dignitatibus habentibus annexam administrationem, ut prætendimus ex adverso in casu nostro.

Nam respondetur, quia illud non dicitur principaliter in dicta decisione, Ita quod fuisset decisum per 8 dictam rationem, sed illud dicitur in modum rationis, & per accidens, & decisiones principaliter, tam in supradicto casu, quam in aliis adducendis fuerunt in contrarium, & pro casu nostro, Ita quod ille qui primo loco promotus fuit, prælatus est aliis, qui postea creati fuerunt, non obstante quod per prius fuerunt in quasi possessione dignitatis, & officii, & hoc nedum in dicto Marchione Lauri contra Marchionem Oriuli, sed eodem modo concludit *Anna cons.* 41. in beneficium D. Regentis de Ponte contra D. Regentem Lanceum, in beneficium quon. Consiliarii Gizzarelli contra D. Regentem Fulvium de Constantio tunc temporis Consiliarium *numer.* 37. omittendo studio brevitatis alia exempla, etiam inter Regentes, Præsidentes, & Consiliarios.

Neque obstant aliqua prætensa exempla quæ ex 9 adverso ponderantur, quia non concurrunt requisita, & circumstantiæ substantiales, de quibus principaliter in casu nostro agitur, ut inferiùs demonstrabo; nàm supradicta Iura allegata & allegandа simpliciter loquuntur in nostri beneficium, nulla habita distinctione dumtaxat, quod in gratiis Principis tempus datæ attendendum est, & statim quod Rex dicit *fiat*, in omnibus gratia perfecta est, quapropter *Franchis in d. decis. num.* 20. non pro certo illud asseriti, sed per hæc verba, *Nam data quod in acquisitione dignitatis tria tempora considerantur, tempus dationis, tempus acceptationis, & tempus administrationis, seu gestionis*, ergo idem importat dato pro supposito.

Respondetur secundò, nam ex rationibus, & aliis iustis causis, & circumstantiis concurrentibus, sunt decisiones in contrarium, & sic non curamus, aut 10 una, aut alia ratione, quemadmodum plores rationes concurrunt, & principaliter considerantur in casu nostro in beneficium D. Consiliarii Valdevieso, quæ possunt subrogari in locum dicti tertii temporis gestionis, seu possessionis, ut inferiùs dicam.

Respondetur tertiò, dato, & non concesso, quod in dignitate, quæ habet annexam administrationem requirantur illa tria, quod expressè fuit negatum, & 11 negatur per supradicta iura supra adducta, & inferius adducenda ad majorem satietatem dico, quod omnia concurrunt, & considerantur in personam dicti Dom. Consiliarii Valdevieso, nempe tempus dationis ut ex data privilegiorum ostensum est. tempus acceptationis patet, quia tunc temporis ipse D. Consiliarius erat in partibus Hispaniarum, & in Regia Curia, apud Regiam Majestatem tempus gestionis, nàm clarè in facto probatum est statim in dictis partibus Hispa- 12 niarum, & propriè in Civitate Vallis Oleti coram Rege, de ordine, & expresso mandato Superiorum fuit positus in possessionem, seù quasi dicti officii togam induendo, & cum ea coram Regia Majestate uti Consiliarius Palatium Regium ingrediendo, gratias agendo, eundo, & redeundo apud Dominos Præsidentes Castigliæ, & Dominos Regentes Italiæ, & hunc in modum, honores, & insignia Consiliariatus assequutus fuit, *glos. in l.* 4. *C. de Consul. lib.* 12.

13 Ergo ex his plenariè fuit in dicta quasi possessione officii, hocque tanto magis de jure negari non potest, nàm in officiis non consideratur illa naturalis possessio, quæ dicitur à pedum positione, quæ cadit in rebus corporalibus, ut *in l.* 1. *de acq. poss.* sed in incorporalibus, & officiis cadit, & consideratur quædam civilis, seu quasi possessio, quæ ex abundanti per ea, quæ dixi fuit acquisita, eo fortius quando in officio non requiritur alia confirmatio Principis, sed per primum actum dicitur esse in possessione, seu quasi faciunt, quæ *Bald.* dicit *in l. Barbarius de offic. Prætor.* 14 *in princ.* ibi, *Designatus vim electionis, & confirmationis habet, cum hoc in una persona resideat, & non sint actus distincti, quemadmodum si per unum cespitem terra attingitur totum fundum, ac possidetur etiam in rebus corporalibus, quanto magis in rebus incorporalibus*, ut in casu nostro, *l. possidere*, §. 1. *de aquir. possess.* & nanciscitur possessionem actu, & habitu, ergò per dictos actus plenariè fuit in possessione ipse Dominus Consiliarius Valdiviеso.

Ad quorum omnium corroborationem, considerandæ sunt in facto nonnullæ circumstantiæ substan- 15 tiales. Prima, quia absentia dicti D. Consiliarii de Valdiviеso in partibus Hispaniarum, quæ fuit causa præsentis disceptationis, & ut dicti Domini Consiliarii Fiezza, & Franchis essent in eorum prætensa possessione, & mora in non veniendo, non debet ei nocere, & sibi imputari, quia Regiam Majestatem adivit, ad quam spectat Regiam provisionem Consiliariorum facere, quam ipse pro benemeritis quamplurimis obtinuit, & sic opera rei licitæ dedit Regem adeundo, 16 nàm videtur adesse, qui abest licito commeatu *l. hac lege juncta glos. C. de prox. sacr. scrin. lib.* 12. Ita pariter videtur adesse, qui abest justa causa, *arg. text.* per ea quæ dicit *Bald. in l. si ea in princ. C. de condit. insert.*

Prætetea, & secundò considerandum est, quia non stetit per ipsum D. Consiliarium Valdiviеso, quin prius 17 veniret ab Hispaniis Neapolim, cum totum suum posse adhibuerit, ut quamprimum veniret, imò ne esset morosus, non curavit expectare Regias Triremes, ut in facto demonstratum est, sed magnis laboribus, vigiliis, & incommoditatibus quamprimum equitan- 18 do Italiam petiit, meritò non imputandum, arg. *text. in l. quod te, ff. si cert. pet.* non n. negligentibus subvenitur, sed necessitate rerum impeditis, *L. nam enim ff. ex quib. caus. major.*

Præterea & tertiò principaliter considerandum est, ante dictum discessum à Neapoli, dùm in Regno esset in continuandis servitiis Regiis, Regem adivit de ordine, & licentia felicis recordationis, & memoriæ Excellentissimi D. Ferdinandi Ruiz de Castro Comitis Lemensis, Proregis, nostri Excellentissimi Geni- 19 toris, quæ quidem absentia modo prædicto non solum non debet nocere, sed in omnibus prodesse, ita quod præsens præsumatur ad sui beneficium, qui abest cum dicta licentia, & licito commeatu, ut in *glos. in l. hac lege*, *C. de prox sacr. scrinier.* quapropter abiens de licentia Superioris debet habere salarium, *glos. in l desertorem*, § *si ad annua de re milit. Bald. in l. si ea in fine, C. de condit. insert.* Ergo nullum debuit inferri præjudicium ex prætensa possessione, quæ primo prætenditur ex adverso obtempta.

Præterea, & quarto considerandum est in beneficium D. Consiliarii Valdiviеso, nam multis annis ante promotionem Consiliariatus per annos 14. vacavit in servitiis Regiis, & fuit Regius Officialis, nempe Auditor Provinciarum, Judex in civilibus, & in crimina- 20 libus M.C.V. Commissarius Campaneæ, exercuit officium Auditoris generalis, & in omnibus rectè bona fide, magna cum integritate, & bonitate se gessit, in cujus rei testimonium cantant verba Privilegii, ibi *Per annos* 14. quapropter infertur, quod non solum in terminis nostris, in quibus liquidè patet prærogativa temporis promotionis, quam habet, verum si essemus in paribus terminis promotionis ex supradictis dignitatibus, & officiis habitis, absque dubio esset præ-

ferendus

ferendus ipse Dominus Consiliarius Valdivieso, que-
21 madmodum præcesserunt Domini Regentes Salazar & Moles tempore illo, quo fuerunt creati Præsidentes Regiæ Cameræ, uno, & eodem tempore, insimul cum qu. D. Francisco Antonio David, inter quos fuit disceptatum in S.C. & facta relatione in Regio Collaterali, fuit decisum debere præferri Dominos Salazar & Moles, qui per prius fuerunt Regii Officiales, & in dignitate constituti, per *l. 1. & 2. de albo scribendo*, testatur *Franchis decis. 144.* Ergo quanto magis in casu nostro, ubi per prius fuit Dominus Valdivieso creatus. Ergo tàm ex supradicta ratione, quam ex omnibus aliis rationibus, & legibus adductis, & ponderatis, omnino est præferendus ipse Dominus Consi-
22 liarius Valdivieso, & dato, non autem concesso, quod singula non prodessent, collecta juvant, *glos. in l. 1. in verb. demonstrationibus, de excus. tutor. c. cum causam, de probat. c. per tuas de simonia, c. praterea de testibus c. litteras, de probat. l. rationes, l. instrumenta, l. nec epistolis l. nec nudis, C. de probat.*

Ad quam conclusionem nostram confirmandam ultra supradictas rationes, & leges ponderatas, quod
23 Dominus Consiliarius Valdivieso, omnino præferendus est, quia primò promotus fuit ad Consiliariatum absque alia distinctione, sunt alia jura in terminis *l. l. 1. C. de Consulib. lib. 12. in verb. quis enim* in uno, eo-
24 demque genere dignitatis præesse debuerat, nisi qui promeruerit dignitatem, cum posterior etiam ejusdem honoris prætendat auspicia, idem habemus *in l. sancimus C. eod.* ubi in terminis nostris decidit *in verb. Consulatus*, Ius quod semel eis Consularis detulerit præcessio, iteratæ beneficio videatur, idem dicitur *in l. unicuique C. de proxim. sacror. scrin.* ubi militantes in
25 Scrinio ultra numerum, loco deficientium succedunt ut primo primus.

Idem dicitur *in l. 1. C. de præp. s. Sac. Cubic. in verb.*
26 *cum manifestè decretum sit*, qui præcesserit potiorem esse, vel illum subsequi, quem recentiùs probavit eatmen concordat *text. in l. 1. & s in fin. C. de Præfect. Prætor lib. 12. in verb. cum locum volumus esse potiorem, qui alios promotionis tempore, & Codicillorum adeptione præcesserit* faciunt etiam *C. primum de major. & obed.* hinc Episcopi in Conciliis ordinem tenere debent ea tempore promotionis, *c. Episcoporum juncta gloss. 4. distin. c. fin. 75. dist. cum Concord.* Meritò inter Regentes attenditur antiquitas temporis, quia sunt æqualis dignitatis, *Reg. de Ponte decis. 8. num. 15.* Ergo absque dubio Dominus Consiliarius Valdivieso est præferendus, quia primo loco promotus fuit, & ideo hono-
27 ribus potiri debet, ac si prius administrare cæpisset. ut expressè dicit *Bart. in l. 1. C. de Consulibus, lib. 12.* qui per hæc verba loquitur. *Inter habentes eandem dignitatem, ille debet prius antecedere, qui est prius dignitatem adeptus, etiam si posterior fuerit eandem pluries assecutus.* Idem ipse *Bart.* confirmat *in l. 1. C. de Præf. Præt.* in his, qui sunt in pari gradu dignitatis, ille præfertur, qui primo fuit in dignitate electus, idem
28 statuit *Lucas de Penna in d. l. 1.* Hinc ad evitandum difficultates, successit *pragm. 2. de offic. S.C.* ibi, *Consiliarium novissimè creatum novissimo loco recipi ordinamus* à qua unitate, & significatione verborum non est recedendum, *l. non aliter de leg. 3.* Præterea confirmo con-
29 clusionem nostram, ex quo tractatur de privilegio Principis, per quod ante possessionem acquiratur jus in re, & ad idem *Bald. in c. investitura. de nov. form. fidelit.* Imo si Papa assignet Castrum cum plenitudine Juris, vel facti, vel ponit alia verba æquipollentia, non est necesse possessio facti, *Bald. in cap. 1. quid sit investit.* quapropter concesso privilegio à Principe, etiam in rebus corporalibus, parum est curandum de actuali possessione, cum Princeps ex solo privilegio trans-
30 ferat dominium, & possessionem, ut *Bald. in l. 1. C. de rer. permut. in final. verbis*, ait: *Sed in Regno Apu-lea, ubi est privilegium Regis, statim quæsitum utile dominium*, facit *text. in d. c. Sancta Crucis, de rescript.*

Neque obstant hi, qui contrarium tenent, quod in
31 dignitate, & officiis habentibus annexam administrationem, illa tria requiruntur, & quod incipiat administrare actu.

Respondetur primo, quia contrarium habetur in
32 supradictis Juribus, decisionibus, & pragmatica.

Respondetur, secundo, nam loquuntur in imparibus dignitatibus, nàm major in dignitate præfertur
33 alteri minori in dignitate, licet tempore anteriori, quod secus est in casu nostro.

Respondetur tertiò, licet in aliquo casu particu-
34 lari fuisset decretum contrarium, illud fuisset ex circumstantia facti, vel quia potuit assignari culpa, & mora, vel negligentia in non veniendo, & exercendo ex parte illius, qui primò fuit promotus, merito non fuerunt, subventi, quia in dictis casibus à jure non subveniuntur, ut *in l. non enim ff. ex quib. caus. majores.*

Respondetur quartò, quod non obstant ea, quæ *Bald.* dicit *in l. sed, & milites, §. quæsitum, ff. de excusat.*
35 *tut.* ibi, *Non prodest creatio, nisi sit sequuta administratio*: nàm loquitur in milite creato tantum à tutela non excusando, milites enim habent immunitatem à tutela propter occupationem militiæ, quæ ratio cessat in milite creato tantum; qui non exercet militiam, ergo ex diversis non fit illatio, *l. Papinianus, de mino-rib.* & insuper neque obstant, quæ subdit ipse *Bald. in verb. primi Pilarii*, quod quando privilegium, vel be-
36 neficium conceditur, ratione officii non sufficit beneficium in habitu, sed requiritur, quod sit in actu, & habitu, & dicit esse argumentum, quod non dicitur Ecclesia curata illa, quæ est curata habitu tantum, non habens populum, nec separaturam in actu, & sic exemplum est valdè diversum à casu nostro, *arg. text. in capit. ad hæc de præbend. & dignit.* tanto magis, quia quia *idem Bald.* dicit, quod *Cano. ista* tenent contrarium.

Præterea nec etiam obstat propositio *Baldi*, quod
37 non prodest creatio, nisi sit sequuta administratio, quæ in casu nostro fuit sequuta actu, & habitu, sed quando nunquam fuisset sequuta hoc locum habet, & hunc in modum respondetur, pariter ad objectionem juramenti, sed quod tenentur Officiales vigore *pragm. 3. de offic. S.C. & ad decis. de Franchis 393.* ubi Viceres ante-
38 quam administret debet facere ingressum, & jurare in manibus Electorum, & ante hoc non expirat officium prædecessoris, tantò magis, quia est constituenda
39 differentia inter hos, qui eliguntur durante officio & in vita prædecessoris, & eos qui eliguntur post mortem prædecessoris, & non indiget alia confirmatione Principis, juxta doctrinam *Pauli de Castro in l. publicus Mevius, ff. de condit. & demonstr.*

Respondetur quinto, nam qui tenent supradictam opinionem, ad eam fundandam allegant *l. 1. C. de Con-
40 sul. lib. 12.* & ille *text.* expressè contrarium dicit, proinde eum supra pro casu nostro allegavi, patet in verbo, qui enim in uno eodemque genere dignitatis præesse debuerat, nisi qui promeruerit dignitatem, cum posterior etiam si ejusdem honoris prætendat auspicia idem habetur, *in l. sancimus in 1. C. eod.* ibi, *Consulatus jus &c. cum concordant.* ergò non obstant contraria.

Præterea & ultimo alio inevitabili medio, ipsum D. Consiliarium Valdivieso præferendum esse censeo,
41 non obstante dicta quasi possessione ex adverso prætensa, & hoc opere, ministerio, & Authoritate Catholicæ Majestatis, cum tempore privilegii fuerit traditum officium Consiliariatus unà cum possessione in beneficium ipsius, patet hoc per verba privilegii, quæ per totum Mundum evitari non possunt ad hoc, ut suum debitum operentur effectum, *cap. si quando de privi-*

privileg. in 6. ibi, *De hujusmodi officio, & ejus exercitio per præsentium expeditionem, ut moris est, quam* 42 *investituram vim, & robur, & efficaciam vera, realis & corporalis possessionis, & effectualis assecutionis ipsius volumus, & decernimus obtinere*, nam investitura de per se ex consuetudine loci habetur loco traditæ possessionis; *capit. ex parte de consuet. & Bald.* firmat *in l. 1. C. de rer. permut. circa fin.* Ergo clarè patet, quod super hac possessione, de qua hodie contenditur, fuit imposita certa, lex à Principe, nam quodcunque 43 per Epistolam Princeps constituit, vel cognoscens decrevit, ut in casu nostro, vel edicto præcepit legem esse constat, hæc sunt, quæ Constitutiones appellantur, *§. sed quod Principi placuit, de jur. natur. gent. & civili, instit. l. leges ut generales, Codic. de legibus.* Imò 44 contrarium dicere, esset sacrilegium, quia in effectu esset disputare de Principis potestate, *l. disputare, C. de crim. sacrileg.* nam de facto Principis non licet disputare, ut in *constitut. Regni Disputare*, quia omnia 45 Iura habet in scrinio pectoris, & omnes dignitates à Papa, & à Rege proveniunt, tanquam à fonte, in quibus sunt omnes thesauri reconditi, *Bald. in tit. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio*, quapropter nemo tantæ superbiæ fastigio tumidus sit, ut supradictum Regalem sensum concedat, ut in *l. Imperialis Majestas, C. de legibus.*

Neque obstat; si ex adverso dicatur æquali jure uti 46 ex vi verborum privilegiorum, nam responsio est clara, unusquisque, n. utitur tempore suo, unde succedit regula, qui prior est tempore, potior est jure, *cap. qui prior. de reg. jur. in 6. l. 1. qui pot. in pign. hab. cum concord.* Ergò vera possessio consideratur per prius in personam dicti Consiliarii Valdivieso, quia eodem 47 tempore non potest considerari in personam duorum, *l. 3. §. ex contrario, ff. de acqu. possess.*

Neque obstat, quod prætenditur per dictum D. Consiliarium Fecza, fuisse in dicta prætensa possessione of-48 ficii per longum tempus, imò de tacito consensu, & voluntate ipsius Consiliarii Valdiviéso.

Nam respondetur negando, cum non solum ipse D. Consiliarius Valdiviéso non consentiit, sed expressè 49 semper dissentiit, immò expressè protestatus fuit, tam in judicio, quàm extra, & in diversis locis, & temporibus, ut patet ex processu, quæ protestatio reiteravit, & reservat jura protestantis, vulgaris Juribus, & per Doctores *in l. non solum, §. morte, ff. de operis novi nunciat. Canonistæ in c. cum M. Ferrariensis, de Constitut. cum concordant.*

Ergò omni lege, ratione, & verborum ponderatione proculdubio ex supradictis, & ponderatis, concludo, in omnibus præcedere debere ipsum D. Consiliarium Valdiviéso.

Et ita judicandum spero. Neap. die 24. Decembris 1612. Petrus Ant. Cæsaranus

Die 10. mensis Ianuarii 1613.

Facta relatione de prædictis Illustrissimo & Excellen- 50 *tissimo Domino Proregi in Collaterali Consilio per circumspectum Regentem D. Petrum de Castellet Regium Collateralem Consiliarium & Commissarium &c. visis actis, & partibus auditis.*

Præfatus Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis decernit, atque mandat quod Mag. Consiliarius D. Ioannes Ruiz de Valdiviéso præcedat. Mag. Regiis Consiliariis Cæsari Freccie, & Jacobo de Franchis, prout præsenti decreto præcedere mandatur. Hoc suum &c. Constantius Regens. de Castellet Reg. Montoia de Cardona Reg.

Et dùm in hac decisione agitur de Consiliariis Status ac Belli, dubitari poterit, an si Serenissimus Rex noster Carolus Secundus, qui successit ob mortem Se-51 renissimi Regis Philippi Quarti ejus Patris, sequutam sub die 17. Septembris 1665. in Villa Madriti 52 creasset aliquem de Consilio Status, & Belli hujus Regni, qui esset Marchio à Summo Pontifice creatus in Stato Ecclesiastico, in quo loco sedere debeat in Collaterali Consilio, dum tractantur res Status, & Belli, 53 ego tamen semper tenui debere sedere, & votum dare inter Consiliarios Status Titulo decoratos, & obtinere locum, juxta anterioritatem Tituli, cum videmus, quod Titulati creati à Summo Pontifice, ab Excellentissimo Prorege hic Neapoli tractantur uti tales; sed ut pateat hanc observantiam fundatam esse de Iure infrascripta consideravi, ut quando casus acciderit revideri possint pro determinatione, si fuerit difficultatum.

Certum est, quod in Collaterali Consilio Catholicæ Majestatis apud Excellentissimum Proregem Regni Neapolitani, adest triplex ordo Collateralium Con-54 siliariorum. Primus ordo est, qui Titulatorum, seu Titulatis dicitur, in quo Principes, Duces, & Marchiones, ac Comites sedent. Alius ordo est Collateralium Doctorum, sive Regentium. Tertius ordo est eorum, qui neque Titulati sunt, neque Regentes, & in quolibet dictorum Ordinum Inter constitutos in eodem ordine prioritas temporis ingressus in Concilium attenditur, & quod existens in primo ordine, etiam quod sit ultimus in tempore, antecedit sedendo & dicendo votum suum omnes alios existentes in secundo, & tertio.

Modo ut supra quæritur, an hic Marchio creatus à 55 Papa in Statu Ecclesiastico, electus, & creatus à Catholica Majestate Regius Collateralis Consiliarius Status, & Belli debeat sedere, & votum dicere in primo ordine Titularium, ut Marchio, vel in tertio ordine post alios.

56 Pro decisione enim d. articuli negari minimè potest, quod Papa possit in Statu Ecclesiastico Marchiones creare, quia Supremi Principes, ut est Papa, & Imperator, dicuntur fontes, à quibus tanquam rivuli dignitates defluunt, ut inquit *Bal. in usib. feud. tit. quis dicatur Dux, Comes, in princ. & Mart. Lauden. in tract. de Princ. qu. 140.* qui habetur *tom. quinto tractat.* Et *in eodem tract. de primog. lib. 1. 3. concl. as. q. 11. a. 14.*

His præmissis dicimus, quod hic Marchio à Romano Pontifice creatus debet sedere, & votum dice-57 re in primo ordine inter Marchiones, & alios Principes; nec tenetur transire ad tertium ordinem, & sedere, ac votum dicere ultimo loco, quod probatur, nàm ut diximus, si est Titulatus, & fuit electus in Consiliarium, à Rege Catholico, ergo in dicto Consilio sedere, & loqui debet, ut Marchio inter alios Titulares; quia cui conveniunt qualitates requisitæ à lege, statuto, vel consuetudine, convenit dispositio, & ejus effectus, *l. mancipia, C. de serv. fugit.* latè *Felin. in c. novanlli in princ. col. 41. de rescript.* Et hoc comprobatur, quia in proposita materia personæ digniori, di-58 gnior locus tribuendus est, *glos. notab. in verb. Digniores, in c. cum dilectus, de elect.* & secundum dignitatem cujuscumque quilibet honorandos est in sede, *glos. notab. in verb. primum locum, in c. Statuimus, de majorit. & obed.* Accedit, quod hujusmodi dignitates multas habent prærogativas, & triginta veluti privilegia elegan-59 ter enumerat *Bartholo. Veronen. in tract. de Imper. milit.* 60 *elig. 1. §. ratione dignitatis, n. 4.* qui est *tom. 5. tractat.* quarum ea est præcipua, quod existens in dignitate Marchionatus, vel simili, debet ab inferioribus honorari & ei congruus locus attribui, ut de docendo leges, canones, & authoritates, latè probat idem *Veron. in d. loc.* quod rationi conveniens est, quia personis digniori-61 bus exhibendus est honor, & præferendæ sunt aliis, ut per plura deducit diffusè *Bonus à Curtili in tractat. de nobilit. in 2. par. num. 4. cum seqq.* qui extat *tom. 5. tractat.*

Neque Excellentissimum Proregem movere debet, 62 quatenus ex adverso diceretur, quod iste Marchio non

non fuit creatus à Rege Catholico, neque obtinet Titulum in Regno Neapolitano ipsi Regi subjecto, & quod illi Principes, & Marchiones debent consistere in eodem primo ordine, qui constituti sunt Marchiones à Rege prædicto, vel obtinent Marchionatum in eodem Regno, quoniam pro responsione considerandum est, quod assumptum prædictum, quod dictus primus ordo restringatur ad Principes Regni Neapo-63 litani, non est verum, nec probatur, quod sic deducitur, aut enim Adversarii nisi volunt jure speciali, aut aliqua consuetudine, aut jure communi, & dico nihil eorum locum habere posse; nàm primò non juvat eos aliquod jus speciale, quia ipsi non deducere possunt aliquam constitutionem Regiam, vel aliquod jus municipale, nec statutum aliquod ejusdem Consilii, quæ licet jure soleant dici, tamen si extant, vel non extant est facti c.1. *de constitut. lib. 6.* & alleganti constitutio-64 nem, vel statutum speciale incumbit onus probandi, tam ex regula generali ei qui dicit *l. 2. ff. de probat.* & quia facta non præsumuntur, *l. in bello, § facta, ff. de capt. & postlim. revers.* Et in statuto *Bart. in l. c. num. 15. C. si contra jus. vel util. cum aliis,* ut per *Domin. in d. c. 1. num. 5.* sicut & in constitutione extravaganti, post *Archid. Card. & Alex.* tradit *Felin. in c. 1. col. 7. vers. limita, quarto, de re jud.*

Secundum etiam caput de consuetudine non juvat Adversarios, quia licet in istis terminis consuetudo 65 præcipuè attendatur, ut latè probat idem *Veronen. in d. tract. de imperat. milit. §. nobilitatis, col. 2. vers. undecima opinio,* tamen aliqua consuetudo non potest probari. Et eo magis, quod in contrarium extare credo 66 etiam consuetudinem, quia aliqui Regentes existentes in secundo ordine assumpserunt dignitatem Doctoratus, non in hoc Regno Neapolitano, sed extra ipsum Regnum, & tamen sedent, & dicunt votum in prædicto secundo ordine, & non in tertio. Et tamen si verum esset hoc argumentum non deberent isti Regentes stare in secundo ordine, sed in tertio, ergò idem debet esse in Marchionibus, & aliis existentibus in hujusmodi dignitatibus, cùm non possit assignari ratio differentiæ *l. à Titio, ff. de verb. oblig. l. illud ff. ad l. Aquil.* Et cùm non fiat distinctio in hoc ordine inter insignitos gradu Doctoratus in Regno, vel extra Regnum eodem modo non debet fieri inter Marchiones & alios. *l. 3. ff. de offic. Præsid.*

67 Tertium quoque caput ex jure communi desumptum non suffragatur ad excludendum Marchionem à Summo Pontifice creatum, à primo ordine Principum, quia sequeretur absurdum, quod in qualibet materia vitari debet, *l. nam absurdum, ff. de bon. lib.* & latè prosequitur *Sylva nupt. lib. 1. num. 166.* Nam absurdum esset, quod iste Marchio Papalis in territorio subjecto Pontifici Marchio esset, & pro Marchione 68 haberetur, & in ordine Marchionum staret, sed existens in Regno Neapolitano ad servitia Regis Catholici non esset Marchio vel non haberetur pro Marchione, nec collocaretur in ordine Marchionum in dicto consilio, cùm una & eadem persona non debeat diverso jure censeri, *l. eum qui ædes ff. de usucap. cap. ad audientiam de decim.* Et licet militia in uno loco tribuat nobilitatem, non tamen in alio, ut per *Bart. & alios in l. 1. C. de dign. lib. 12.* tamen secus est in istis majoribus dignitatibus, quæ à plerisque Regales dicuntur, & cohærent personæ tanquam subjecto, & eam concomitantur quocunque vadat, cùm sint qualitates quædam, ut in materia dignitatum tradunt Doctores. Præterea quod militia, vel doctoratus non faciat nobilem in alio loco hoc procedit à statuto vel consuetudine ipsius loci ut nobilitet tradit *Veronen. in d. §. nobilitatis, in alleg. column. 2.* in hoc autem casu, ut diximus, non extat statutum, vel consuetudo contra Marchiones, imò ponuntur in primo ordine, & sic in loco dignitatis.

Præterea & secundo, si intentionem Adversariorum admitteremus, sequeretur, quod Marchio creatus à 71 Papa, existens in Regno Neapolitano non deberet consequi honorem, & locum debitum Marchionibus, sed haberetur pro privato, & inter privatos collocaretur, quod non videtur ullo modo juri convenire, ex supra deductis. Tertiò, hoc attento necesse esset di-72 cere, quod omnia jura civilia, & canonica, et quod omnes authoritates indistinctè disponentes, quod Marchionibus, & aliis similibus tribuendus sit honor, & locus congruus, ut latè tradunt recentiores *Galli in tract. de authorit. Mag. Cent.* ubi ponunt ordines graduum, & in specie de Marchionibus sub *num. 109. & 111.* deberent restringi ad territorium ipsorum Marchionum, vel saltem eorum Principum, qui creaverunt, quæ restrictio nimis coarctaret materiam, & imminueret, et ferè in nihilum redigeret prærogati-73 vam ipsarum dignitatum, & earum honorem. Accedit quartò, quod si dictæ restrictioni locus daretur, non commodè verificari posset illa recepta conclusio, quæ habet, quod Marchio, vel Dux, & similes creati à Supremo Principe, ut Papa, & Imperator, præferantur aliis ab inferioribus creatis, de qua per *Felin. & alios Canonistas in c. per tuas, de major. & obed. cum concordant.* quia creati à Papa, & Imperatore, si existerent ex-74 tra eorum territorium, non præferentur, quod longe deterius esset in casu præsenti, in quo hic Marchio factus est à Papa, qui habet jus in præfato regno Neapolitano, ut notum est.

Et mirum mihi videtur, quod Adversarii utantur hac scrupulositate, cum ex hoc capite possent satisfa-75 cere debito honori hujus Marchionis, & non subire discrimen subjiciendi se periculo reportandi sententiam in contrarium, quæ posset eis præjudicare, quo ad Marchiones, & alios similes creatos ab aliis Principibus, nihil juris habentibus in dicto regno, ele-76 ctis à rege Catholico ad idem officium; Quæ omnia confirmari possunt concludenti, ni fallor, argumento, quia licet existens in dignitate aliqua cum administratione, vel in Magistratu, seu officio non possit regulariter exercere jurisdictionem extra territorium sibi assignatum; *l. ult. ff. de off. Præfect. Urb. l. ultim. ff. de jurisd. omn. jud. c. statutum, de rescript. in 6.* tamen potest exercere jurisdictionem voluntariam, *l. 2. & 3. ff. de offic. Proconf.* ac etiam jurisdictionem contentiosam de consensu partium, ut declarant omnes Doctores in dictis locis, & præsertim *in l. ult. ff. de jurisd.* 77 *omn. judic.* & alibi, & tamen si habens dignitatem, & existens in alieno territorio, non haberetur pro tali ut puta pro Marchione, sed pro persona privata, non posset aliquam jurisdictionem exercere, cùm omnino privatus nullam habeat jurisdictionem, etiam de consensu partium, *leg. 3. privatorum, C. de jurisdict. omn. jud.* ut dixi *observat. 122. num. 4.* Ergò consequens est, quod existentes in alieno territorio habeant dignitatem & pro talibus tractari debeant in his, quæ possunt ibi exercere, & non pro privatis, & maximè in concernentibus ipsum honorem debitum dignitatibus.

78 Quod confirmatur, quia habentes hujusmodi dignitates possunt deferre insignia ipsius dignitatis in alieno territorio, *l. mutes Procon. ubi ubi Bald. & alii ff. de off. Proconf. Abb. in c. antiqua in fin. de privil.* ubi notabiliter hoc declarat, quod non concederetur, si censerentur personæ privatæ, & honor non esset eis adhibendus; Coadjuvantur prædicta, quia si ha-79 bens majorem dignitatem, vel Magistratum existat in sua Provincia, & superveniat alius habens parem vel minorem dignitatem, seu Magistratum, licet ille sit major in sua Provincia, *gloss. notab. in l. apud eum, ff. de manumiss.* tamen debet minori exhibere reverentiam, seu honorem, ut probatur in *l. unic. Codic. de palat. sac. larg. lib. 12.* ubi hoc notat *gloss.* & latius *Luc. de*

Penna

Penna adducendo leges concordantes, & inferentes ad Archiepiscopos, & episcopos, & similes, etiam *d. Bart. Veron. in d. tract. §. pro Imper. n. 4. alleg. Goff.* si igitur habens dignitatem, vel Magistratum existens in alieno territorio, habereturs pro privato, & non pro habente dignitatem non caderet, quod ei exhiberetur honor, vel reverentia.

Et similiter potest induci, quod parum conveniret 80 illa conclusio, quod civis nobilis existens in sua Civitate, præferatur civi forensi nobiliori, ut tenet *Bart. in l. 1. C. de Alex. primat. lib. 11. Feyn. in c. sicut unis* 81 *de simonia*, nam si ille forensis censeretur sine qualitate Nobilitatis, quis posset dubitare nobilem civem, el præferri, cum clari Juris sit, nobilem præferri non nobili.

Secundò principaliter, quod iste Marchio tantò 82 magis debeat sedere, & votum dicere in primo ordine Principum, si Rex Catholicus concedat eidem dignitatem Consiliarii Collateralis, veluti Marchioni. Unde occurrit illa conclusio, quod dispositio interpretanda est secundum qualitatem ejus in quem dispositio ipsa confertur, *l. pleaum, §. equitis, ff. de usu, & habit. cum concord.* Ergo censendum est, Regem Catholicum contulisse in hunc Marchionem locum Consiliarii, ut in Marchionem, & ut Marchionem tractari debere, non autem uti personam privatam, ergò ut talis tractari debet. Ad quod optimè facit *text. in l. ex militari, ff. de test. milit.* ubi 83 cùm Princeps concesserit militi damnato ex militari delicto, ut possit testari, intelligitur concessisse, ut possit testari jure militari; nàm ut inquit Jurisconsultus. *Cum ei quasi militi tribuatur jus testandi, consequens erit dicere jure militari ei testandum*, & sic secundum conditionem personæ, cui sit concessio, & ideo inferebat ad propositum *Bald.* quod si Papa 84 concesserit Episcopo, ut possit celebrare tempore Interdicti, intelligi concessisse, ut possit celebrare in Pontificalibus propter qualitatem personæ, & subdit ibid. *Alberic.* quod quando conceditur alicui privilegium, intelligitur sibi concedi secundum conditionem suæ personæ & allegat *text. in l. si quis filio exhæredato, §. irritum, ff. de injust. rupt. & irr. fact. test.* ubi post *Dyn.* 85 dicit, quod hoc potest ad multa accommodari. Eodem igitur modo cùm Rex Catholicus elegerit Marchionem in Consiliarium, credendum est voluisse eundem stare, & dicere sententiam in Consilio, ut Marchionem, & in ordine Marchionum, & eo magis, quia hujusmodi concessio fit pro servitio ipsius Regis, & Marchioni uti benemerito de eo, ut viro in rebus Belli, & Status experto, ideo non est verisimile, quod voluerit eum collocare in ultimo loco inter privatos, cùm prædictæ qualitates operentur, ut eas habentes cæteris proponantur, ut latè tradit *Veronen. in d. tract. de Imper. milit. deleg. §. fere musares militaris, & §. virtutis, & rationem.* Pro quo etiam facit, quia videmus 86 in Jure, quod quotiescunque Princeps conferendo aliquam dignitatem facit aliquem Illustrem, Spectabilem, vel Clarissimum, ille reponitur in ordine suæ dignitati congruo, ut colligitur ex *l. a. & ut dignit. ordo servetur*, & ex traditis per Doctores aliquos *in rub. & aliquos in l. 1. ff. de off. ejus, cui mand. est jurisdict.* ubi annumerant ordines dignitatum, & personas in dictis ordinibus collocandas, & in practica per plura exempla tradit *Felyn. in rubr. extr. de major. & obed.* & dicti moderni *Galli in d. tract. de ambor. Mag. Cons.* Confirmantur prædicta ex iis, quæ notabiliter tradit *Bald. in l. Beneficium, ff. de const. princ.* ubi *in princip. prima lectura*, dicit per illum *text.* quod quan- 87 do Princeps aliquod beneficium concedit, intelligitur concessisse, ut is cui concedit utatur pleno Jure.

Quæ tantò magis procedere debent, siquidem notatum habeo in quibusdam manuscriptis Julii Oradini 88 qui fuit Sacri Palatii Apostolici Auditor Decanus, & duos libros decisionum manuscriptos reliquit, quod iste casus evenit disputandus in personam *Ascanii de Cornea* Romani, qui fuit Milesmvictus, & erat à *S. Pio IV.* creatus *Marchio Castillionis lacus*, postea à *Catholica Majestate, scilicet Hispaniarum Rege* fuit creatus Consiliarius Collateralis Status, & Belli in Regno Neapolitano, mediante privilegio, in quo d. Ascanius Marchio Castellionis lacus vocatur, ac fuisse decisum, ut sederet, & votum daret in primo ordine inter Titulares; de qua decisione ego satis gavisus sum, dùm illa est conformis his per me scriptis.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Agitur de jurisdictióne Auditoris Generalis Exercitus bujus Regni, & de quibus personis cognoscere possit; quid de delicto patrato in mari, quando concurrit cum jurisdictione Magni Admirati, qui habet clausulam privativam, quando inquisiti sunt etiam subditi jurisdictioni dicti Auditoris Generalis; & an sit locus remissioni post sententiam condemnationis, & illa stat in limine executionis.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Generalis Exercitus habet jurisdictionem super omnibus militibus, & stipendiariis Regis.*
2 *Auditor Generalis Exercitus cognoscit de causis famulorum, qui Proregi, & in Regio Palatio inserviunt.*
3 *Admiratus maris quam jurisdictionem habeat.*
4 *Jurisdictio concessa in certum genus personarum, intelligitur privative concessa.*
5 *Piratæ intendentes artem exercere contra Infideles, obtenta licentia debent idoneam cautionem præstare.*
6 *Jurisdictio non potest prorogari adversus eum; qui illam habet cum clausula abdicativa, & ratio numer. seq.*
8 *Jurisdictionis privilegium cum clausula abdicativa facit subditum similem privilegio clericali.*
9 *Princeps non prajudicat juri tertii.*
10 *Remissio causæ an post sententiam prolatam peti possit; & ratio pro parte negativa, nu. seq. contrarium n. 13. verior opinio, num. 15.*
12 *Inferior non potest legem dare Superiori.*
14 Alex. *authoritas magna est, & dicitur lucerna ardens in cathedra juris civilis.*
16 *Latrones publici, & stratarum disrobatores possunt puniri à quolibet Officiali, à quo præveniuntur.*
17 *Latrones publici dicuntur etiam qui in mari furantur.*
18 Rubr. ff. ne quid in loco publico, vel itin. fiat *comprehendit etiam id, quod in mari gestum est.*
19 *Piratis, qui furantur in mari conveniunt omnia, quæ de latronibus publicis dicuntur.*
20 *Latrones publici qui dicantur.*

DECISIO CLV.

Fuerunt inquisiti Patronus, & alii Nautæ quod cum iter faciebat quidam Eques Hierosolymitanus in insulam Melytæ in eorum Cymba, sive Barca in Golfo Salerni per Nautas ejusdem Cymbæ, seu Barcæ fuit occisus, & disrobatus; & ejus famulus projectus in mari, cumque fuissent per Auditorem Generalem

letalem exercitus, qui etiam fuit in causa prædicta delegatus per S.E. condemnati ad mortem, Magnus istius Regni Admiratus, sive ejus nomine suus Procurator adiit S. E. dicens, hoc esse in præjudicium jurisdictionis ejus Officii, quod jurisdictionem habet, etiam privative ad alios in omnibus personis, qui vivunt de arte maris, tanto magis, quia delictum erat etiam in mari patratum, & per S.E. fuit ordinatum, quod de hoc tractaretur in Collaterali Consilio, in quo facta relatione per Spectabilem Regentem Don Franciscum Merlinum, qui eodem die juraverat tanquam Regens de Supremo Italiæ, & possessionem ceperat in Regio hujus Regni Collaterali Consilio, fuit de pluribus dubitatum.

Et primò, si dictus Regius Auditor Exercitus, semota delegatione habebat jurisdictionem ratione sui officii, ex quo unus ex eis erat miles novæ militiæ, alter vero erat unus ex Nautis, qui serviunt in Cymba S. E. quæ vulgo *Gondola* vocatur habebat salarium à Regia Curia.

Secundò, si Admiratus habebat jurisdictionem in prædictos inquisitos privative, & an per delegationem erat dictæ suæ jurisdictioni derogatum.

Tertiò, admissa opinione, quod essent dicti inquisiti de jurisdictione dicti Admirati, si posset obtinere in remissione, nedum post sententiam condemnationis, sed tempore, quo jam erant omnia præparata pro exequutione Justitiæ, ita ut non expectabatur, nisi hæc resolutio, & sic an status negotii admittebat hanc instantiam.

Quartò & ultimò, si stante, quod erat delictum patratum, dum dictus occisus, & distobatus erat in itinere per mare, & fuerunt dicti inquisiti capti per Curiam Auditoris Exercitus, si erat locus remissioni.

1 Quoad primum certum est, quod Regius Generalis Auditor Exercitus jurisdictionem habet super omnibus militibus, ac stipendiariis Regiis, quod fundatur ex *tex. in l.* 1. & 2. *C. de officio Magistri militum*, & in *l.* 1. *C. de exhibendis reis*, & in omnibus casibus enumeratis in *pragm.* edita de anno 1614. tempore Præsidatus in hoc Regno qu. Comitis de Lemos, quæ est 11. *in tit. de milit.b.* ubi late hanc jurisdictionem fundat *Consil. Patinno in tract. de Judice, & privileg. milit.* qui est insertus per *Reg. Rovit. in commont. d. prag.* 11. & *ibid.* §. 5. in specie dicitur, quod cognoscit de causis famulorum, qui Protegi inser-2 viunt, & quod omnes, qui Regio Palatio inserviunt, gaudeant foro belli, habetur ex *Castillo dec. Regni Sicil.* 140. *in fin. vol.* 2. qui loquitur in Organista, & Musicis, qui Regiæ Capellæ inserviunt, ex quibus videbatur fundata jurisdictio Regiæ Audientiæ Exercitus.

3 Quo vero ad secundum non dubitavimus, quod Admiratus habet jurisdictionem civilem, & criminalem in omnes, qui eorum vitam ex industria, & arte maris ducunt, ut habetur per *Frocc. in lib.* 1. *de subfend. de offic. Magni Admirati*, & per *Franch. in dec.* 142. & 721. ubi dicit, quod hanc jurisdictionem habet cum clausula abdicativa, ut etiam habetur in *dec.* 417. *Fab. de Anna. cons.* 107. *Reg Fulvius Constant. in tit. de*
4 *classicis*, *num.* 72. & cum sit concessa jurisdictio in certum genus personarum, intelligitur privative concessa, ut per *Franch. d. dec.* 417. & ante ipsum *Capic. dec.* 9. *in* 6. *limit.* quod etiam tanto fortius procedit
5 in Piratis, qui quando intendunt artem exercere contra Infideles, obtenta licentia à S. E. debent idoneam cautionem præstare in officio Admiratiæ, ut adnotavit *D. Reg. Tapia* Marchio Belmontis in *tit. de offic. Magni Admirati*, *fol.* 389. *in* 2. *volum.* & ex his dice-
6 batur pro parte Admirati, quod non poterat Magna Curia cognoscere de delicto prædicto, quia etsi jurisdictio possit prorogari, tamen non procedit prorogatio adversus eum, qui habet jurisdictionem cum clausa abdicativa, ut habetur per *Capyc. in dict. dec.* 9. *numer.* 15. loquendo de jurisdictione Magni Admirati, *Franch. dict. dec.* 417. *numer.* 2. *Fab. de Ann. d.*
7 *consil.* 107. *lib.* 2. *num* 13. qui *num.* 14. dat rationem, quia sicuti expresse non petendo inquisitus remissionem,
8 non prorogatur jurisdictio, ergo nec delinquendo, nam istud privilegium jurisdictionis cum clausula abdicativa facit subditum similem privilegio clericali, ut habetur ex *Capyc. in d. dec.* 9. *Franch. d. decis.* 417. & 722. *num.* 7. *Reg. Tap.* Marchio Belmontis *dec.* 13. ubi late, *Reg. Merlin.* olim Collega meus, nunc in Supremo Italiæ Consilio, & creatus dignissimus Præses S.R.C. *c.* 64. 2. *p. controversi. num.* 18. late etiam novissime *Octavius Caracciolus in tract. de for. privileg. remiss. q.* 45. & propterea dicebatur, nullam habendam esse rationem de delegatione facta per Excellentissimum Proregem in personam ejusdem Regii Ge-
9 neralis Auditoris Exercitus, quia nunquam habuit animum præjudicandi privilegio Magni Admirati, *l.* 2. §. *si quis à Principe*, & §. *merito*, *ff. ne quid in loco publ. l. nec avus*, *C. de emancipat. liber. Franch. dec.* 213. *n.* 46. & proinde remisit Supremo Collaterali Consilio, ut de Justitia provideret.

Major difficultas fuit, si poterat tractari de remis-
10 sione causæ ad Curiam Admiratiæ, stante quod jam erat prolata sententia, cum post sententiam non esse locum remissioni, judicavit Magna Curia in Regno Siciliæ cum Magno Admirato ejusdem Regni in anno 1603. qui cum petiisset remissionem cujusdam Nautæ, qui fuerat condemnatus pro vitio nefando, fuit exequuta sententia, non obstante remissione petita, ut refert *Mastrill. dec.* 247. *volum.* 2. *numer.* 15. *Joan. Vincent. de Ann. sing.* 56. ubi sic etiam refert fuisse judicatum collaterale Consilium in Causa Regii Fisci cum Illustri Duce Summæ, quam etiam opinionem sequitur *Marce. Cala de modo articul. & prob. glos.* §. 1. *num.* 108. *in fi. Camlan. in tractat. de indult. c.* 10. *num.* 64. *Novar. in prax. miserabilium personar. privileg.* 95. *nu.* 5. *Octav. Coracciol. in loco* proxime citato *num.* 5. *Reg. Sanfelic. in decis.* 69. *tom.* 1. *Molin de braeb. secul. lib.* 3. *cap.* 42. *nu.* 13. qui indistincte tenet remissionem post sententiam non dari, & hanc opinionem sequitur *Gramm. dec.* 76. *num.* 5. *ibique Petra, & Mari addentes, Ricc. in prax. fori Eccles. resolut.* 83. & veriorem esse dixit *Farinac. q.* 7. *num.* 24. *Decian. in tract. crim. lib.* 4. *cap.* 19. illamque defendit etiam in causis civilibus *Capibl. de Baron. in pragm.* 8. *par.* 2. *n.* 91. *Avend. respons.* 40. *Aviles in cap. Pratorum*, *cap.* 27. *in verbo entreguen. num.* 27. & alii congesti per *Consiliar. Carleval. de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *dispus.* 2 *qu.* 7 *sect.* 2. *numer.* 821. qui dicit, quod absque dubio hæc est magis communis sententia, *Jo. Baptista de Thoro in compend. dec. in verbo vasalli Baronis*, *in* 1. *par.* & *in verbo remissio causæ alicujus Vasalli*, *in* 2. *par.* ratio
11 est, quia si esset locus remissioni, contingere posset, quod Judices inferiores revocare possent, vel reformare sententias suorum Superiorum, quod satis absurdum esset, cum Inferior non possit dare legem
12 Superiori, *cap. cum inferior*, *de majoritate*, & *obedientia.*

13 Alii vero in contraria fuerunt opinione, quod immo post sententiam sit locus remissioni, prout fuisse decisum in causa Principis Bisiniani, refert *Reg. Tap. de jure Regni, in pragm.* 1. *ubi de crim. quæ conven. deb.* & in causa Principis Salerni. refert *Reg. Rovit. in pragmat.* 1. *num.* 6. *ubi de delict. agi opere.* qui testatur, quod post dictam decisionem ita semper fuit observatum per Regia Tribunalia. & dicit, plura exempla fuisse producta in processu Donati la Veglia qui fuit remissus post sententiam ad Marchionem

Gruptulæ

Gruptulæ, & veriorem esse opinionem asserit *Carne-vaol. in d. tract. de for. privil. remiss. cap. 45. num. 7.* pro qua opinione adducitur doctrina *Alex. in l. à Diva Pio, §. sententiam, ff. de re jud. numer. 2. & 4.* qui dicit, non bene dixisse *Bald. & Salyc.* quem ad hunc propositum satis commendat *Aviles in cap. Pratorum. d. c. 27. num. 7.* ubi dicit, quod magna est
14 authoritas *Alexandri*, quia, ut ait *Felin. in c. ex parte, de rescript. in 8. colum. Alex.* est lucerna ardens in cathedra juris civilis, & sic articulus iste satis est à *DD.* controversus, ita ut aliqui dicant, veriorem esse
15 primam opinionem, verum quod hæc secunda possit practicari, ut post sententiam causa remittatur ad Judicem loci delicti competentem, ad finem exequendi sententiam latam à Superiore, & hoc est, quod dixit *Alexand. in d. l. à Divo Pio, ex text. in l. solent, & in l. dubium, vers. illud, ff. de custodia reorum*, & ita *Consil. Carleval.* intelligit hanc sententiam in loco supra allegato *numer. 811. & Reg. Sanfelic. d. decis. 69. num. 14.*

Verum in hac causa non fuit opus articulos prædictos decidere, tum quia non fuit formiter petita remissio pro parte Magni Admirati ad ejus Tribunal, tum etiam, quia hoc delictum fuit patratum à Nautis, dum vehebant occisum, & disrobatum in itinere per mare versus Insulam Melitæ, & proprie in Golfo Salerni, & sic videbatur, posse terminari per
16 *pragm. 5.* editam in anno 1536. per Carolum V. sub *tit. ubi de crim. agi oper.* in qua cavetur publicos latrones, & stratarum publicarum disrobatores puniri posse à quolibet Officiali, illos capiente, quod fuit etiam confirmatum per aliam *prag.* de anno 1570. non obstantibus privilegiis Illust. Principis Bisiniani, quæ est *Pragm. 7. cod. tit.* & quod isti latrones in ma-
17 ri dicantur publici latrones, & disrobatores stratarum, dixit *Franch. d. dec. 142.* quod probatur ex *rubr.*
18 *ff. ne quid in loco publ. vel itin. fiat*, quæ ubi licet videatur loqui de locis, & itineribus publicis in terra, comprehenditur id, quod in mari gestum est, ut ex *text. in l. 3. ff. eod. tit.* & in *l. 1. §. antepenult.*, cum *§. seq. ff. de flumin.* ex quibus in proprio casu remissionis petitæ per Magnum Admiratum cujusdam inquisiti de furto in mari fuisse decisum, non esse remittendum, testatur *Franch. in d. decis. 142.* cum qua decisione transit *Reg. Rovit. in pragm. 5. ubi de delict. quis conven. deb. num. 6. Ricc. collet. dec. 48. Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap. 16. numer. 220. & ad indultum generale cap. 32. numer. 10.* & vere istis Piratis, qui ta-
19 liter se gerunt, conveniunt omnia, quæ latronibus publicis, nam, ut dixit *Panorm.* & alii in *cap. inter alia, de imm. Eccles.* latrones publici dicuntur,
20 qui in via obsident publice, & aliis insidiantur, vitæ viatorum non parcentes, ut eorum bona deprædentur, quem refert, & sequitur *Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 28.* sub *nu. 2. Marsius Italia lib. 1. c. 5. §. 1. de immun. Eccles.*

Et sic facta relatione in Collaterali Consilio per morigeratum, & nobilem virum Hispanum D. Antonium Navarrete, Equitem Divi Jacobi de Spata, Regium Generalem Auditorem exercitus, & causæ prædictæ Delegatum, qui nuper etiam propriis meritis in Supremo S. C. Senatu à S. Majestate fuit promotus, quia jam sententia nondum erat publicata, sed erat jam in proxima ejus exequutione, immo in actu exequutionis, cum eo die, & hora, erat exequutioni demandanda, non fuit aliter super prædictis interloquutum, sed ordinatum dicto Domino causæ Commissario, ut suam exequeretur sententiam, prout fuit eodem die exequuta.

OBSERVATIO IN DECIS. CLV.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio cum clausula abdicativa, & privativa cum derogatione* l. un. C. quan. Imper. inter vid. & pupill. *ex quibus verbis, & clausulis concessa dicatur, & num. 10. per totum nu. 23.*
2 Carolus VIII. Francorum Rex *Regnum Neap. occupavit sub die 21. Februarii 1495. sed fuit ejectus sub die 8. Decembris 1495. nu. 5.*
3 *Proceres & Magnates Regni, & populi omnes obedientiam præstabant Regi Francorum, excepto Fabritio Columna, nu. 4.*
4 Fabritius Columna *semper occurrit Regi Ferdinando contra Regem Francorum.*
6 Rex Ferdinandus *verbo concessit* Fabritio Columnæ *statum Comitatus Tallecotii pro se, suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum in recompensam aliqualem servitiorum.*
9 Rex Federicus *mortuo* Rege Ferdinando *pro exequutione concessionis verbo factæ per* Regem Ferdinandum, *et quia* D. Fabritius Columna *auxilium præstitit etiam ipsi* Regi Federico, *ejiciendo ab hoc Regno dictum Regem Francorum, eundem statum concessit mediante privilegio, & n. 8. & 9.*
11 *Miserabiles personæ nedum jure communi in effectio, fori electionem, ac variationem habent, sed etiam Jure Regni.*
12 *Concessio jurisdictionis facta etiam causarum spectantium ad Regias Audientias, & M. C. V. comprahendit derogationem* d. l. unic. C. quand. Imper. vid. & pupill. *& n. 13. & 14.*
15 *Jurisdictio censetur concessa privative, quando Princeps concedit feudum cum omnibus pertinentiis, juribus & jurisdictionibus, sic etiam si reservavit sibi aliquos casus tantum, aliaque concessit num. 16. & 22. ac pariter ubi concessio est facta, ut solus concessionarius cognoscat de causis suorum vassallorum nu. 17. Item si omnis jurisdictio sit concessa num. 18. Item dum est facta concessio pro hæredibus, num. 19. Et etiam quando est facta per viam donationis, nu. 20. Et tandem quando est facta in recompensam, num. 21.*
23 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
24 *Privilegium concessum miserationis causa non censetur revocatum, nisi de eo specialiter fiat mentio in privilegio, de ratione nu. 25. contrarium fundatur num. 26. 27. 28. & limitatur num. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. & ita decisum traditur num. 39. & 40.*
29 *Derogatio specialis* l. un. C. quan. Imper. inter vid. & pupil. *de qua nu. 14. & 25. non requiritur in casibus notatis num. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. & 38. & ita judicatum in alia causa, traditur num. 39. & 40.*
40 D. Donatus Antonius de Marinis *Regens laudatur.*
D. Diomedes Petronsius *laudatur d. nu. 40.*
41 D. D. Antonius Navarrete *Reg. Consil. laudatur, & nu. 43.*
42 D. Vincentius Milonus *laudatur.*

Hæc decisio est ita bene discussa ac fundata, ut nulla indigeat additione, attamen quia *D. Reg. num. 8.* agit de jurisdictione cum clausula abdicativa concessa, erit videndum, ex quibus verbis, &
1 clausulis intelligatur concessa jurisdictio cum clausula abdicativa, & privativa, & an intelligatur pariter concessa cum derogatione *l. un. Cod. quando Imper. inter vid. & pupill.* et quia quædam vidua de Tallecotio pro homicidio commisso in perso-

nam ejus filii elegerat in forum M. C. V. comparuit in Collaterali Consilio, Excellentissimus M. Comestabilis D. Marcus Antonius Columna Dux Tallecotii pro remissione causæ ad ejus Curiam Tallecotii & causa fuit commissa D. Regenti Ulloa, nunc in Supremo Italiæ Consilio fisci Patrono, & pro Juribus D. Comestabilis infrascripta fuerunt per me allegata; sed quia inquisiti, & carcerati in M. C. V. ab hac vita transierunt in eisdem carceribus M. C. V. pendente decisione articuli, non fuit amplius provisum super dicta remissione petita, volui tamen allegationes meas hic imprimi facere, ut notoria Justitia D. Comestabilis innotescat in futurum, quando casus acciderit disputandus.

Cùm Carolus VIII. Francorum Rex ingentissima manu Regem Ferdinandum ab hoc Neapolitano Regno ejecisset, illumque cum Rege Federico in Siciliam navibus confugere coegisset sub die 21. Februarii 1495. ut testatus *Afflict. decis. 50. in princ.* & idem Rex Ferdinandus Regnum prædictum à manibus, & posse dicti Regis Francorum, qui illud occupaverat, & occupatum tenebat, recuperare conaretur, essetque in maxima constitutus necessitate, ac Proceres, Magnatesque Regni omnes, & populi eidem Regi Francorum obedientiam præstitissent; Quia tamen *Illustr. Fabritius Columna mirè, promptèque occurrit dict. Ferdinando Regi, suis cum copiis stum, & facultatibus contra dictum Francorum Regem, ac ejus adhærentes, & fautores in favorem, & subsidium ejusdem Regis Ferdinandi strenuè ubique militando, & hostes debellando, ejus personam, statum, & facultates omnes, & quascunque ei Deus largitus erat, sub fortunæ periculo exponendo, adeò ut sub die 8. Decembris ejusdem anni 1495. Regnum hoc e manibus hostium ac rebellium recuperatum extitit, & in pacis, atque quietis amœnitate, pulsis undique hostibus ad obedientiam redactum*; ideoque præfatus Rex Ferdinandus verbo *eidem Fabritio pro se, suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum in aliqualem ejus servitiorum recompensam*, donavit *statum Comitatus Tullecotii, & Albæ consistentem in 36. Terris de Provincia Aprutii ultra*. quæ fuerunt qu. Virginii Ursini, & *ob ejus rebellionem patentem*, dùm arma sumpsit contra dictum Regem Ferdinandum ad favorem Regis Francorum, & sic Regiæ Curiæ apertæ, quarum Terrarum omnium possessionem adeptus fuerat *d. Fabritius*, & quia de prædicta donatione privilegium minimè expeditum erat; idcircò, mortuo dicto Rege Ferdinando, prædictis respectibus omnibus motus, inductusque idem Rex Federicus successor, considerando servitia memoriæ digna & volens cum voluntate, deliberatione, & voto dicti Regis Ferdinandi se conformare, & ab illius instituto non deviare, ac pariter, quia *idem Fabritius in assumptione ad præfatum Regnum, & ad Regale fastigium, eundem Regem Federicum strenuè, sollicitè, & fideliter se habuit, gessit, exercuit, & operatus extitit*, habito super his suorum Collateralium, & aliorum de consilio Magnatum maturo, & deliberato consilio, quorum provida deliberatione, sequuta eidem *Fabritio pro se, suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum dictas Terras cum eodem titulo, & honore Comitatus Tallecotii, & Albæ* cum infrascriptæ Jurisdictionis cognitione, *donavit mediante privilegio, in quo prædicta, & alia referuntur*, expedito sub die 6. Julii 1497. videlicet.

Cum mero, mixtoque imperio, & gladii potestate, ac criminali jurisdictione omnimodo, banco Justitiæ, & cognitione causarum quarumcunque civilium, criminalium, atque mixtarum, & etiam illarum, quarum cognitio, atque jurisdictio ad Justitiarios Provinciarum, Præsidemque Provinciæ, ac etiam ad Magistrum Justitiarium Regni, Magnaque, & Vicaria Curiæ, secundum jura communia, constitutiones, & capitula hujus Regni, vel ex consuetudine spectat, & pertinet, ac spectare, & pertinere dignoscitur, in quibusvis casibus, & causis civilibus, & criminalibus, sive mixtis criminibus, & delictis, in quibus quævis pœna exinde veniret injungenda, etiam usque ad ultimum supplicium inclusive.

Unde ex verbis dictæ concessionis clarissimè dignoscitur, concessionem esse cum omnimoda Jurisdictione, etiam abdicativa, & privativa, quoad omnes alios Judices, itaut minimè dubitandi locus detur illum fuisse effectum, etiam contra viduas, pupillos, aliasque miserabiles personas, de quibus *in l. un. C. quando Imper. inter vid. & pupill.* & proinde Regia Tribunalia nullatenus posse procedere in causis introductis, vel introducendis per viam electionis, vel variationis fori per miserabiles personas, vassallos tamen Excellentissimi M. Comestabilis D. Marci Antonii Columnæ Tallecotii Ducis, sed causas ipsas per eadem Tribunalia remittendas esse ad Curias, illarumque Officiales Terrarum status Tallecotii, & Albæ respectivè.

De Jure namque nedum communi miserabiles personæ fori electionem, ac variationem habent, *ex d. l. un.* sed etiam de Jure Regni ex *constit. incip. Statuimus, de offic. Magist. Justit.* ac pariter *ex cap. Regni incip. Quod decretum 42. & cap. ac volentes 150.* ac tandem *ex Ritibus M. C. V. 229. 230. & 133.* quam fori electionem, vel variationem facere possunt tantummodo in Regiis Tribunalibus, ideoque dùm Rex concessit jurisdictionem, etiam causarum spectantium ad Regias Audientias, & ad M. C. V. tàm de Jure communi, quàm Regni, nullo modo negari poterit expressè fuisse concessam Jurisdictionem in causis miserabilium personarum, illam abdicando à Regiis Audientiis, & à M. C. V. in quibus miserabiles personæ per viam fori electionis, vel variationis agere, & conveniri poterant in causis civilibus, & criminalibus.

Sed clarius iterum Rex Federicus abdicavit Jurisdictionem à prædictis Tribunalibus, ac etiam ab ejus Delegatis, illamque concessit dicto *Fabritio &c.* dum pariter ampliando donationem, concessit similiter in eodem privilegio Jurisdictionem primarum, & secundarum causarum, his verbis.

Ita quod in primis, & secundis causis ipsi homines, & personæ ipsarum Terrarum, & ibidem habitantes seu forum quemlibet sortientes pro quavis causa civili, criminali, sive mixta ad cujusvis alterius forum, Jurisdictionem, sive examen trahi non possint ad instantiam quarumvis personarum, sed cujuscumque Jurisdictio etiam Justitiarii Provinciæ, Viceregis, seu Locumtenentis Magistri Justitiarii, & Magnæ Vicariæ Curiarum, ac Delegatorum, & Commissariorum quorumcumque, & cujuslibet alterius quavis auctoritate suffulti, etiam si talis, esset, de quo specialis, & expressa, sive generalis mentio facienda esset in dictas Terras, & homines ipsarum, & alios prædictos penitus conquiescat, & cessare debeat.

Unde superfluum videtur de hoc articulo amplius dubitare contra M. Comestabilem; ex prædictis namque verbis, *sed cujuscumque, &c.* inducitur abdicatio Jurisdictionis ab aliis Tribunalibus Regis concedentis, itaut vassallus per talem abdicationem haud possit Jurisdictionem alterius Judicis in non feudalibus prorogare, ut egregiè probat *D. Capyc. in investit. feud. in verb. cognitionem etiam causarum, vers. ita quod de illis nullus se intromittere valeat. fol. mihi 127. fol. 2.*

Item Jurisdictio censetur privativè concessa, dum Princeps concessit feudum cum omnibus pertinentiis, Juribus, & Jurisdictionibus, *Gram. decis. 3. nu. 9. & seq. Bertach.* qui alios citat *consil. 1. nu. 3 p. 1.* sic pariter, quia

16 quia rex sibi reservavit crimen *læsæ Maiestatis, ac falsæ moneta*, aliaque concessit dicto Fabritio; ideoque separando Jurisdictiones, intelligitur inferiorem privativè concessisse. *Berlich. ibid. nu. 6.* atque etiam dùm est concessa Jurisdictio, ut solus dictus Fabritius co- 17 gnoscat de causis suorum vassallorum, *l. viros, C. de divers. official. l. ult. C. ubi causa fiscal.* alios recenset *Berlich. ubi sup. num. 9.* Item quis omnem Jurisdictionem concessit Fabritio, *§ sed & quod Principi,* 18 *instit. de jur. nat. gent. & civil. l. 1. ff. de constit. Princip.* Tantò magis, quia hæreditariè fuit facta concessio 19 omnimoda Fabritio, & ejus hæredibus, *Berlich. ibid. num. 12.* & pariter per viam donationis Rex jurisdictionem Fabritio dedit, tunc enim privative concessa 20 dicitur, ita *Berlich. ubi sup. nu. 14.* & tandem, quia donatio fuit in recompensam serviriorum, & sic titulo oneroso Fabritius jurisdictionem accepit, hoc namque casu privativè concessa dicitur, *D. Tapia in l. fi. ff. de constitut. Princip. p. 2. c. 9. num. 1. usque ad num. 6. Thes. decis. 177. & 266 nu 5. Berlich. ibid. nu. 15.*

Idque tantò magis procedit, dùm Rex solummodò ultra feudale servitium sibi reservavit crimen *læsæ Ma-* 22 *jestatis, & falsæ moneta* & proinde omnia alia concessa censentur, *Cuncta in cap. Ritus 82. nu. 6. Milan. dec. 13. num. 21. lib. 2.* ipsisque relatis sequitur *Intrigl. decis. 49. nu. 14.* exceptio enim firmat regulam in non exceptis, *Niger in tract. de exequut. rei judic. cap. 12. nu.* 23 *4. D. Reg. de Ponte cons. 46. nu. 65 lib. 2. per text. in l. cum Prator, ff. de judic.*

Et licet in contrarium faciat illa in ore omnium 24 decantata conclusio, quod privilegium concessum miserationis causa, de quo *in d. l. un. C. quando Imper. inter vid. & pupill.* non censetur revocatum, nisi de eo specialiter fiat mentio in privilegio, juxta tradita per *Cyn. in ead. l. unic.* de quo exclamat *Martin. Landens. in tract. de privileg. quæst. 29.* eo quod privilegium est insertum in corpore Juris, ideoque de illo specialiter est facienda mentio, itaut non sufficiat generalis clausula in privilegio apposita *non obstantibus privilegiis*, nisi dicatur etiam, in Jure communi insertis, ut *Bart. num. 21 & Bald. num. 7. circa fin. in auth. qua in Provincia,* ubi etiam *glos. in verb. illic, in fin. C. ubi de crimine agi oport. glos. in l. 2. § contra, in verb. compelluntur, ff. de jud.*

Attamen dicta conclusio in casu præsenti minimè obstat, nàm *in d. l. un* nulla adest clausula derogato- 26 ria, & sic specialis derogatio haud requiritur, sed generalis sufficit, etiam si derogatio adesset, *Feder. de Sen. cons. 47. vers. Sic dicamus, Alex. cons. 155. col. 2. vers. primo videtur, vol. 6. & Bart. in l. si quis in principio testamenti, ff. de leg. 3.* & in privilegio prædicto, nedum adest clausula specialis, sed etiam plures generales appositæ leguntur; ideoque semper in tuto est Justitia M. Comestabilis pro remissione causarum miserabilium personarum, tàm activè, quàm passivè.

Colligitur autem clausula specialis, dùm miserabi- 27 les personæ, nedùm de Jure communi, sed etiam Regni possunt per vim electionis, vel variationis fori in causis, tàm activis, quàm passivis, tàm civilibus quàm criminalibus eligere eorum forum unum ex Regiis Tribunalibus, ut suprà probavimus, & tamen Rex concessit *dicto Fabritio, ejusque hæredibus, & successoribus* omnem Jurisdictionem spectantem ad dicta Regia Tribunalis, ac ad Delegatos de Jure communi, & Regni, unde specificè Rex concessit eidem Fabritio Jurisdictionem in causis activis, & passivis dictarum miserabilium personarum, voluitque ut penitus Jurisdictio Regiorum Tribunalium, ac Delegatorum conquiescat, ac cessare debeat in omnibus causis, & criminibus, exceptis tamen in criminibus *læsæ Majestatis, & falsæ monetæ.*

28 Unde dubitari minimè potest, fuisse specificè derogatum *d. l. un.* per verba prædicta Quatenus tamen hanc specificam concessionem contra miserabiles personas verba prædicta non importarent, quod negatur, adhuc tamen conclusio in contrarium supra adducta, suum locum non sortitur propter plures clausulas in eo appositas, quæ vim specialis derogationis habent, & propterea etiam derogatum censetur *d. l. un.*

29 Primò restringitur conclusio prædicta, quando in rescripto adest clausula, *non obstante lege in contrarium faciente, etiam si de ipsa oporteret facere specialem mentionem*, hæc namque verba sufficiunt in rescripto ad derogandum legi contrariæ clausulam derogatoriam habenti ad rescripta, licet in individuo non sit nominata, ita *Butr. in c. 1. de rescript. Bart. in l. si quis, in principio testamenti num. 1. & 6. ff. de leg. 3.* sequitur *Aret. in d. c. 1.* ubi pro hoc allegat *text. in c. fin. de sentent. excommun. lib. 6.* ibidem tenet, ut sufficiat, si dicatur, *non obstantibus quibuscunque statutis sub quavis formâ verborum concessis*, citans etiam *Clem. dudum circa finem, de sepult.* & tradita per *Abb. in c. cum instantia, num. 5. de censib.* & in hoc privilegio adsunt hæc verba, *Etiam si talia essent, de quibus specialis, & expressa; sive generalis mentio facienda esset*, & propterea habet locum supradicta restrictio, ideoque *Bart. Alber. Bald. Angel. Alex. Imol. Ambar. Geminian. & Ioan. Anan.* testantur de 30 communi opinione, ut sufficiat clausula, *Non obstante quocunque privilegio in contrarium faciente, de quo esset facienda specialis mentio*, quos adducit *Ripa in cap. 2. num. 51. de rescript.*

Secundò limitatur, quando concessio est facta *de* 31 *plenitudine potestatis*, ut in casu nostro ibi, *Authoritate dominica, & plenitudine potestatis*, & iterum ibi, *& Regia potestate*, tunc enim verba prædicta habent vim clausulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariam, & habentem clausulam derogatoriam, ita *Bal. in proem. decretal. in verb. Gregor. nu 14.* itaut illud interpretetur, etiam in tertii præjudicium, *Dec. cons. 373. nu 8. cons. 390. nu. 13. cons. 403. nu. 9. & cons. 498. nu. 27.*

Tertiò fallit, ubi concessio fit per *viam privilegii*, 32 ut in nostra facti contingentia, ibi *præsentis privilegii nostri tenore concedimus*, & iterum ibi. *Et quod singula verba præsentis privilegii*, & in fine, ibi, *In quorum fidem præsens privilegium fieri jussimus*, tunc enim non est necessaria clausula, *non obstante*, tantò magis dùm hic agitur de rescripto, quod interpretatur secundùm Jus commune, sed de privilegio Regis, quod intelligi debet contra Jus commune, *glos. in c. ex eansam, de rescript.* & notatur *in libro primo ff. de constitutionib. Princip.* & in puncto defendit *Cardinal. Zabarella post Lap. in clem. quia 1. de censibus*, ubi sustinet valere privilegium contra illam *Clementinam*, non facta mentione illius, & dum Rex scribit contra Jus, videtur uti voluisse plenitudine potestatis, *cap. proposuit, de concess. præben.* & non non versamur in dubio, quo casu non censetur uti plenitudine potestatis, secundùm *Innoc. in cap. innotuit, de elect.* cujus contrarium, & melius tenet *Bald. in l. item Lapilli ff. de rer. divis.* nam eo ipso, quod Rex dat privilegium, apparet, quod voluit uti plenitudine potestatis, sed quicquid sit de Jure in hoc articulo, in casu nostro sumus in claris, dùm expressè *de plenitudine potestatis* donavit, ut notavimus in secunda limitatione, & propterea concludendum erit, Regem voluisse concedere privilegium contra Jus commune, & dùm donavit *ex certa scientia*, præsumitur *de plenitudine potestatis* donasse *glos. in cap. ad hæc*, ubi *Abb. nu. 7. Dec. n. 14. de rescript. Crav. cons. 182. num. 18.*

33 Quartò, non habet locum conclusio supra adducta, dùm privilegium emanavit motu proprio Regis, ibi,

Motu proprio, hoc namque casu substinetur concessio contra jus commune, licet non contineat clausulam *non obstante*, ita in puncto determinat *Bald. in l. omnes, n.1. vers. salvo ausi Imperator. C. de quadr. prescript.* & ante ipsum dixit *glos. fi. in fin. in cap. 2. de mut. petit.* concessio enim *motu proprio* facta habet vim specialis derogationis. *Cassad. dec. 4. de praeben.* & aequiparatur *clausulae ex certa*, ut per *Scribentes in cap. ad hec de rescript.* & sic derogatum est *d. l. un. C. quando Imperat. inter vid. & pupill.*

Quintò, nam verificatur, ex quo in eodem privile-34 gio adest clausula *ex certa scientia*, illa namque facit valere concessionem cum derogatione & si non sit apposita clausula *non obstante*, ut deciditur *in c. statutum de rescript. in 6.* habetur per *Castr. in l. 3. § si u, prs quo, n.3. ff. quod quisque juris, Bald. in l. fin. n.3. vers. vel dic, aut Princeps, C. senten. rescind. non poss. & in cap. naturales, vers. sed ego quaero, fi de feud. fuer. controv. inter dom. & vassall.* & probatur apertè in l. *idem Vulpianus*, ubi etiam *Bald. ff. de excusat. tutor.* sic etiam tenet *glos. in cap. ex parte il secunda. de offic. deleg.* & confirmant *Ang. Aret. in l. si constat, ff. de appellat. Jo. de Anan cons. 71. in fin. Anchar. cons. 228. ac Iser. in cap. Imperialem, §. nec Domium, an. 53. vers. sed an Princeps*

Sextò, concessio praedicta habet vim clausulae dero-35 gatoriae, dùm est favore *Reipublicae*, nam licet sit contra Jus, non tamen hoc casu requiritur clausula *non obstante*, ita ooblis scriptum reliquit *Mart. in extravag. ad reprimendum, in verb. non obstantibus, per text. in l. quidam consulebant, in fin. ff. de re jud.* & concessio ista fuit facta his verbis, ibi, *In alquanto eius servitio-rum recompensam pro beneficio publico, restauratione, quiete, pace, & stabilimento Regni, ac totius Reipublicae*, & iterum ibi, *nostra Reipublicae*, & denuò, ibi, & *bono Reipublicae hujus Regni*; plurimum namque operatus fuit *dictus Fabritius* in beneficium dictorum Regum pro recuperatione hujus Regni è manibus Regis Francorum, ut summatim supra diximus, juxta narrationem factam per d. Regem Federicum in privilegio praedicto.

Septimò, quando privilegium conceditur cum clau-36 sula *abdicativa, & privativa*, ut in casu nostro, tunc miserabiles personae privilegio *d. l. un.* privantur, etiam si in privilegio non adsit specialis derogatio *d. l. un.* ut in puncto firmat *D. de Franch. decis. 541. n.3.* & plures decisiones reportat *D. de Bottis in cons. Statuimus de offic. Mag. Justitiarii, fol. mihi 63.* contra miserabiles personas absque derogatione *d. l. unica*, quando adest clausula *privativa, & abdicativa.*

Octavò si verba concessionis essent dubia, adhuc 37 tamen illa interpretari debent ad favorem M. Comestabilis, tùm quia sic voluit Rex in dicto privilegio, ibi, *Et quod singula verba praesentis privilegii, semper & absque interpretemur, & interpretari debeat ad bonum sensum, & in favorem, & commodum ipsius Fabritii, & ejus heredum, & successorum, & non aliter nec alio modo*, tùm etiam quia, & si rescriptum Principis regulariter sit strictè interpretandum, *cap. fin. ubi Abb. & Dec. de privileg.* hoc tamen non procedit, & sic latissimè intelligendum est, quando derogaretur speciali statuto, & res reduceretur ad Jus commune, *glos. in cap. statutum, vers. numerandum, de praeben. lib. 6. Angel. in l. si unus, §. quod etiam, nu. 2. de pact. Butr. in cap. olim nu. 7. de verb. signif. Dec. in cap. cum ordinem, num. 13. de rescript. in l. omnibus num. 11. ff. de reg. jur. & cons. 11. num 19.* & tamen res ad Jus commune reducitur, dùm actor sequi debet forum rei, *cap. cum sit generale de for. compet. l. fin. C. ubi in rem actio, & in pragm. 1. ubi de delict. qui convent. debet*, meritò derogatum censetur *d. l. un. C. quando Imper. inter vid. & pupill.* Item non pro-38 cedit, dùm hoc privilegium licet sit contra Jus com-mune, attamen Jure suadente fuit concessum, ex quo ut testatur Rex in eodem privilegio, erat in maxima necessitate constitutus, & *labore, & expensis Fabritii Regnum recuperavit*, ideoque *statum pro suis in aliquale servitiorum recompensam donavit* eidem *Fabritio*, ita in puncto tenent *Butr. & Abb. in cap. tua nobis, per illum tex. num. 3. de verb. signif.* tantò magis quia de mente Regis volentis tertio praejudicare, constat ex verbis dicti privilegii, ut supra ponderatis, ut probat *Clava. in l. fin. fol. 1. limit. 1. ff. de constitut. Princip.* & proprietas verborum, hanc extensionem patitur, *Rube. cons. 135. n.3. Covar. lib. 1. var. resolut. cap. ult. num. 1. vers. nec satisfacit*, & propterea concessiones Principum in augmentum interpretandae sunt, *l. hac saluberrima, C. de praepos. agen. in rebus, lib. 12.* eo magis si *motu proprio*, ut in casu isto conceduntur, *Io. Andr. Abb. & Dec. in cap. cum in cunctis, num. 14. de elect.* Sic etiam dùm qualitas personae *Fabritii* concessionarii suadet, cùm sit facta in recompensationem ratione servitiorum, *Claud. in rubr. sol. 8. ff. de constit. Princip.*

Quae omnia rei judicatae authoritate comproban-39 tur, nam Regia Dohana Menpecudum Apuleae habet jurisdictionem in locatos cum *clausula privativa*, quoad alios Judices absque derogatione *dict. l. un. ut in cap. 18. Instructionum*, & tamen per R. C. 40 S. sub die 12. Septembris 1657. referente Domino Praeside de Marinis nunc dignissimo Regente, patrocinante pro Juribus Regiae Dohanae D. Diomede Petronsio Advocato docto, & erudito, fuit decisum, dictam Regiam Dohanam habere cognitionem causarum civilium, criminalium, & mixtarum privativè quoad omnes alios Judices *etiam cum derogatione l. un. C. quando Imper. inter vid. & pupill.* & quod proinde dicta Regia Dohana procedat in causa homicidii commissi in personam Marii Goadagno fori electione facta in eadem Regia Camera per Ursolam Goadagno virginem in capillis sororem d. qu. Marii, non obstante, in banca Francisci de Luca penes Antonium Padulam Scribam causae.

Et proinde per Regium Collaterale Consilium judicandum esse ad favorem M. Comestabilis, non dubitamus, ordinando omnibus Regiis Tribunalibus ne procedant in causis vassallorum introductis, & introducendis, nedum per viam electionis, vel variationis fori ad instantiam miserabilium personarum, sed etiam per viam delegationis attentis praedictis, & signanter causa coocussionis.

At quia *D. Reg. num. 21. vers. & sic facta relatione, verba facit sub compendio tamen*, de moribus, nobi-41 litate, doctrina, & meritis *D. Don Antonii Navarretta Regis Consiliarii*, & latius *P. Caietanus de Afflict. in addit. ad cap. 6. controv. jur.* & latissime ejus servitia reassumpsit ex Historicis scriptoribus, 42 etiam foringentis D. Vincentius Milonus doctus juvenis, ac antiquarum lectionum curiosus in foliis impressis, ut tamen quae de tanto viro dicta sunt, & dici possunt omnibus innotescant, placuit hic reassumere in gratiam ejusdem Domini singularissimi infrascripta.

Est igitur D. Antonius genere Hispanus de nobilissima familia Navarrettae, haut à Serenissimo Rege nostro Philippo Quarto felicis memoriae inter milites Sancti Jacobi de Spata fuerit annumeratus, literis semper deditus, praesertim in Jure Civili & Canonico, ut jure merito fuit Rector Universitatis Archigymnasii Bononiensis, ac Collegii Majoris Sancti Clementis Hispanorum Juris Pontificii vespertinae lectionis primarius interpres, qui nedum in lucem tradidit *tractatum singulare de alimentis*, sed pariter *historiam in tres partes divisam Eminentissimi Principis Egidii Cardinalis Albornotii*, Archiepiscopi Toletani Hispaniarum Primatis, ac totius Italiae generalis legati,

legati, sub titulo *las Grandezas del Restaurador de los estados de la Iglesia*, ideoque ob ejus singularem doctrinam, cum Neapolim petiisset ab Excellentissimis Proregibus pro tempore existentibus fuit creatus Auditor in pluribus Regni Provincialibus Audientiis, postea Auditor Regiæ Dohanæ Apuleæ, cujus regimen habuit, etiam in commissis, ac pariter Auditor Generalis exercitus Italorum Militum, deinde Judex perpetuus M. C. V. in criminalibus ubi in causis decidendis nemini pepercit, ejusdemque Tribunalis Proregens, Vicarius Generalis per Campaneam, deinde inter Consiliarios Sanctæ Claræ adscriptus, & in anno tumultus plebicularis in Civitate Capuæ Gubernator, ubi habita notitia de fuga Ducis Guisæ plebis seductoris maxima cum diligentia illum irretando carcerari fecit, ac pariter fuit Commissarius Generalis junctæ status, ac unus ex Iudicibus junctæ Regalis Iurisdictionis, quæ regitur in Collaterali Consilio, & coram Eminent. Card. Prorege, atque Fisci Patronus in causis Nobilitatis ad sedilia hujus Civitatis Neap. & nunc est Decanus S. C.

De quibus omnibus fuit certiorata *S. M. Regis Philippi Quarti à Serenissimo Don Joanne de Austria* cum diplomate sub die 10. Septembris 1648. ad hoc ut dicta servitia irremunerata non manerent, & testantur pariter de ejus optimè gestis tempore tumultus *Comes Bisaccionus in historia generali, fol.* 136. 185. & 213. *Comes Gualdus in sua historia ab anno* 1645. *per annum* 1649. *lib.* 8. *Joan. Baptista Burana* Advocatus Fiscalis R. A. Calabriæ citra in historia delle revolutioni di Napoli in idiomate Hispano conscripta. fol. 217. 227. aliique scriptores apud eundem *D. Melonum*, & ultra Historicos scriptores videndi sunt *Dom. Reg. Sanfelic. decis.* 82. 149. & 419. *Dom. Consil. Pratus obser.* 66. *num.* 20. *lib.* 1. *pract. obser. D. Eliseus Danzà*, qui fuit Advocatus Pauperum, & iudex M. C. V. *in tract. de pugna Doctor. tom.* 2. *tit. de elect. fori cap.* 7. *num.* 15. *Don Franc. de Sanabria lib.* 1. *canonic. resol. cap.* 1. *num.* 1. *Don. Anton. de Fuertes in tract. de probat. cap.* 1. *D. Ioan. Franc. Marotta cap.* 5. *num.* 112. *lib.* 1. *discept. forens. Don Petrus Vasques cap.* 13. *canonic. quæst. fol.* 297. aliique quamplurimi, omnes de hoc D. Consiliario laudes, & virtutes explicantes. & apud S. M Regis Philippi Quarti, ejusq. pro tempore Proreges in maxima existimatione fuit præfatus D. Consiliarius, dum quamplurimas causas illi delegatæ fuerunt, præsertim Eminentissimi Cardinalis Philamarini, Archiepiscopi Neapolitani, ejusque capituli Canonicorum, Seminarii, & Thesauri Sancti Januarii, totius Religionis Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, totius Religionis Sanctæ Mariæ Montis Virginis, totius Religionis Sancti Augustini, totius Religionis Canonicorum Regularium Sanctæ Mariæ ad pedergeiptim, & Sancti Petri ad Aram, totius Religionis Sanctæ Mariæ de Monte Sancto, Monasterii monialium discalceatarum Sancti Joseph, Monasterii monialium Sanctæ Mariæ Don Alvinæ, Monasterii Montis Calvarii, ac Monasterii monialium Sancti Antonii, & Sancti Hieronymi, & etiam omnium causarum Artis, vulgò *della Canciarta; Tiratori d'oro, e Giudeca*, ac omnium causarum Do. Petri de Toleto, Marchionis Villæ Franchæ, atque Marchionis de los Valvases, Marchionis Spinulæ, & aliorum; quapropter semper est occupatus pro Regio Servitio in causis decidendis.

Non tamen tacere debeo matrimonium per Dom. Consiliarium contractum cum D. Don Hippolita de nobilissima familia Albertina cum dote ducatorum quinquaginta mille in circa, qua de causa fuit effectus Marchio Laterriæ ex causa refutationis factæ à matre dictæ Don Hippolitæ, ex quo matrimonio natus est D. Don Franciscus, qui paternas virtutes, ac literas imitatus est, nam vix gradu Doctoratus assecuto, fuit per Excellentissimum Proregem creatus Auditor in R. A. Salerni, secundo loco in Audientia Teanensi, sive Barensi, tertio in R. A. Calabriæ, & demum fuit deputatus Commissarius Generalis per Campaneam in d. R. A Salerni, & ad majora officia sperare debemus esse promovendum.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Insinuationis defectus an, & quando faciat contractum donationis, quando excedit summam quingentorum aureorum, nullum; & quid quando, insinuationi fuit cum juramento renunciatum.

Creditor ex causa onerosa an præferatur creditori ex causa lucrativa anteriori, & quid quando in donatione adest hypotheca, & an beneficium, ne teneatur, nisi in quantum facere potest, morte donantis extinguatur, & an transeat ad hæredes, plene discutitur.

SUMMARIUM.

1 *Donationis contracta alteri per alterum quaritur actio sine aliqua cessione.*

2 *Donationes pacto non servato nulla quaritur actio extraneo, sed ipsi donatori contra donatarium.*

3 *Legitima non potest onus imponi.*

4 *Donatione facta alicui in praejudicium secundi donatarii ex ea non quaritur actio realis, vel hypothecaria, sed tantum personalis.*

5 *Prior in tempore regulariter est potior in jure.*

6 *Donatio excedens summam quingentorum aureorum debet insinuari.*

7 *Insinuationi non potest renunciari: Intellige ut num.* 49.

8 *Insinuationis defectus per juramentum suppletur. Contrarium ut num. seq.*

10 *Insinuationis defectus quamvis per juramentum suppleatur, debet tamen intelligi respectu donantis, & donatarii tantum, non autem respectu tertii non jurantis.*

11 *Juramenti confirmatorii natura est, ut nihil operetur in præjudicium tertii, qui juramentum non præstitit.*

12 *Juramentum in præjudicium alterius præstari non potest.*

13 *Insinuationis sollemnitas in hoc Regno, ubi proceditur sola facti veritate inspecta, non est in usu, & num.* 46.

14 *Notariorum stylus est, ut in omnibus donationum contractibus apponant renunciationem insinuationi, & legibus de insinuatione loquentibus, & n.* 48.

15 *Donatarius ex causa lucrativa anterior an præferatur creditoribus posterioribus donantis ex causa onerosa.*

16 *Creditores ex causa onerosa præferuntur creditoribus ex causa lucrativa, & habeat eandem exceptionem, quam habet debitor, eo invito contra donatarium, ut non conveniatur, nisi in quantum facere potest deducto ære alieno.*

Amplia, etiam si creditor ex causa lucrativa esset hypothecarius, num. 17.

18 Decisio Reg. Rovit. 48. *magnam huic opinioni attulit authoritatem.*

19 *Insinuationis defectum suppleri per juramentum, asseritur communis opinio.*

20 *Insinuationis sollemnitas quare fuit inventa.*

21 *Insinuatio cum sit inventa propter publicam validitatem*

tatem, non validatur per juramentum contra bonos mores.

22 *Fraudes ne committantur, & commissa puniantur, Reipublica interest.*

23 *Insinuationis sollemnitas non fuit introducta in favorem donantis, sed in odium recipientis clandestinas donationes.*

24 *Donatio sine insinuatione non validatur simpliciter per juramentum, sed debet cum juramento renunciari insinuationi, & legibus de ea loquentibus.*

25 *Insinuationi, & legibus de ea loquentibus si fuerit renunciatum, validus erit contractus donationis de jure communi, secus tamen quando ultra jus commune adesset statutum, & numero trigesima nono,*

26 *Insinuatio non est introducta simpliciter respectu contrahentium, sed respectu aliorum, ne quis clam donaret, & postea contraheret cum creditoribus.*

29 *Juramentum unius non potest alteri esse damnosum.*

28 *Insinuationis sollemnitati non potest renuntiari, etiam cum juramento in Regno Franciæ, ubi adest statutum de forma insinuationis.*

29 *Insinuationis sollemnitas licet remittatur de jure communi per juramentum, jure tamen Status Sabaudiæ, Galliarum exempla, nec juramento, nec partium voluntate insinuationi renunciari potest. Corripitur* Antonius Faber à Fontanella.

30 *Insinuatio est quadam juris sollemnitas, respiciens principaliter privatam utilitatem donantium, licet in consequentiam in hoc sit etiam jus publicum.*

31 *Insinuationis introductionis ratio quænam fuit, remissive.*

32 *Insinuationis sollemnitas cavetur etiam de jure Constitutionis Principatus Catholoniæ, per quod magis attenditur ad interesse creditorum, quam donantis.*

33 *Donationes ultra summam secundum Constitutionem Cathaloniæ, nisi fuerint reperta infra decem dies in actis continuata ante contractum factum cum creditoribus, eis præjudicare non possunt.*

Idem etiam cavetur de jure speciali Aragoniæ, nu. 34. ac etiam attenta Constitutione Status Mediolani, num. seq.

36 *Donationis nullitas, attenta Constitutione Mediolani resultans ex eo, quod non fuit facta publicatio, videtur potius in odium donantis, & donatarii ad evitandum fraudes, & numero trigesimo octavo.*

37 *Contractus ob alterius odium improbatus, juramento minime confirmatur.*

40 *Insinuationis sollemnitas requisita etiam à statuto, non operatur in præjudicium tertii, si ei fuerit renunciatum cum juramento, quando per statutum prædictum fuerit aliquid additum, vel circa formam, vel circa substantiam.*

41 *Donatio absque insinuatione, si ei fuerit cum juramento renunciatum, valida erit, ubi non adest statutum.*

42 *Insinuatio, quæ de jure communi fuit tantum inventa in favorem donantis, ne donationes per metum extorquerentur, præjudicare debet tertio, qui postea contraxit.*

43 *Insinuationis ex defectu actio competit solum donanti, sive renuncianti, non autem tertio.*

44 *Creditor contrahens post donationem, cui non competit actio ad dicendum donationem nullam ex defectu insinuationis, potest tamen admitti ad allegandum, & dicendum, donationem esse simulatam, & in fraudem.*

45 *Creditores futuri jus revocandi alienationem antea factam non habent, nisi præcedens alienatio esset simulata, ficta, vel in fraudem creditorum.*

47 *Donationes ut absque insinuatione sint firmæ, potest per consuetudinem introduci.*

50 *Creditores ex causa onerosa, quamvis posteriores an præferantur creditoribus ex causa lucrativa. Et quid si donatio contineat obligationem cum hypotheca bonorum, nu. 56. 57. & 63.*

51 Tex. in l. inter eos, §. is quoque ff. de re jod. *verba referuntur.*

52 *Donator deducto eo, quod creditoribus debetur, non convenitur, nisi in quantum facere potest.*

53 *Donans dum non potest teneri, nisi in quantum facere potest, debent deduci omnes ejus creditores, sive anteriores, sive posteriores donationi, & deducto ne egeat, reliquum potest habere donatarius virtute donationis.*

54 *Creditores ex causa onerosa debent præferri Fisco ex causa pœnæ, quæ est lucrativa, quamvis Fiscus sit privilegiatus.*

55 *Causa dicitur lucrativa, vel onerosa, inspecta origine,*

58 *Hypotheca est accessoria ad obligationem principalem, & propterea non debet habere efficaciorem substantiam, atque naturam.*

59 *Hypotheca tunc dicitur accessoria obligationi principali, quando contractus in esse producitur, sed eo in esse producto, potest hypotheca a principali obligatione separari, & diversum producere effectum.*

60 *Hypotheca non extinguitur, sublata actione personali.*

61 *Creditorem posteriorem ex causa onerosa præferri donatario, quæ sit fundamentalis ratio.*

62 *Hypothecaria actio postquam est in esse producta potest stare de per se, & separata, ab actione personali, sicuti practicatur in hoc Regno in judicio assistentiæ.*

64 *Creditores ex causa onerosa, & lucrativa, quoniam alter alteri præferatur, erit distinguendum sive tempore concursus creditorum vivat donans, sive vero mortuus sit.*

65 *Donatio cum hypotheca inter creditores ex causa onerosa, & lucrativa habet locum regula, qui prior, &c. ubi pro ista sententia referuntur verba* Amator. Rodriq. de concurs. credit. *cujus dictum intellige, ut num. seq.*

67 *Donanti etiam cum obligatione bonorum competit beneficium, ne egeat.*

68 *Beneficium legis, ne quis teneatur, nisi in quantum facere potest, cum sit personale, non transit ad hæredes extraneos, nisi tantum ad filios ejusdem matrimonii, ita ut non transmittatur ad nepotes.*

69 *Exceptio respiciens personam principalis debitoris non prodest fidejussori.*

70 Tex. in l. si cui, penult. C. de non num. pecun. *expenditur.*

71 *Beneficium, ne quis teneatur, nisi in quantum facere potest, est privilegium datum miserationis causa.*

72 *Beneficium, ne quis teneatur, nisi in quantum facere potest, est exceptio modificativa, quæ moderat executionem, & admittitur etiam adversus sententiam, quæ transivit in rem judicatam.*

73 *Exceptio competens creditori ex persona sui debitoris, debet intelligi cum illa qualitate, & natura, exceptioni prædicta conveniente, unde debet per creditorem opponi infra legitima tempora, prout debitor ipse illam opponere potuisset.*

74 Ex-

74 *Exceptio donatori competens, deducto ne egeat cum sit personalis, non possunt amplius creditores eo mortuo illam ex persona ipsius habere.*

DECISIO CLVI.

IN liberatione pretii Terrarum Casarani, & Casaranelli, quæ fuerunt Illustris quond. Lucretiæ Filomarinæ, Conchæ Principissæ, venditarum ad instantiam Creditorum qu. Principis Julii Cæsaris de Capua, ejus ex filio nepotis concurrebat Illustris Dux Magdaloni, dicti Julii Cæsaris creditor, & Creditores quond. Principis Matthæi de Capua dicti Julii Cæsaris patris, ex eo, quia dicta quondam Lucretia donaverat dicto Julio Cæsari Civitatem Vici Equensis, & alios ducatos sexaginta mille, super omnibus ejus bonis burgensaticis, & feudalibus pro omni parte, & portione, & legitima, dicto donatario ejus nepoti competentibus, ea tamen lege, ut illos solveret Creditoribus dicti quondam Principis Matthæi, alios vero ducatos decem mille donavit 1 eidem Julio Cæsari, absque ullo onere. Ex qua donatione prætendebant Creditores Principis Matthæi, ipsis fuisse jus quæsitum, & propterea esse præferendos Creditoribus ipsiusmet donatarii, ex dispositio- 2 ne *text. in l. quoties C. de donat. quæ sub modo.* E contra prætendebant Creditores donatarii, ex dicta donatione nullam ipsis quæsitam fuisse actionem *l. cum* 3 *res, C. de donat.* & quia etiam donatio non fuerat simplex, sed in causam legitimæ portionis, & ideo non poterat onus imponi, *l. quoniam, C. de inoffic.* 4 *testam.* & demum, quod quatenus aliqua actio prædictis Creditoribus Matthæi esset quæsita, illa non potuit esse realis, & hypothecaria, sed tantum personalis, *Franch. decis.* 74. & per consequens Creditores Julii Cæsaris cum hypotheca esse præferendos.

Et facta relatione de prædictis in Collaterali Consilio per eruditissimum, & nobilissimum Virum Antonium Caracciolum, tunc Regiæ Cameræ Summariæ Præsidentem, & patrimonii prædicti delegatum, postmodum vero dignissimum in Supremo Italiæ Senatu, & in nostro Collaterali Consilio Regentem, & à latere Consiliarium, Marchionem Sancti Sebastiani, meum compatrem dilectissimum, fuerunt in paritate votorum, sed datis tribus adjunctis fuerunt liberati ducati 20494 dicto Illustriss. Duci Magdaloni Creditori dicti donatarii, excludendo Creditores Matthæi, de qua causa mentionem facit doctissimus noster *Dom. Ferdinandus Arias de Mesa*, unus ex Sacri Regii Concilii Senatoribus ac primæ Cathedræ in hac alma Urbe legum Interpres *variarum resolu. lib.* 2. *cap.* 50. ea *num.* 21. qui uti unus ex adjunctis in causa prædicta ad paritatem dirimendam votavit. Verum quia insurrexerunt aliqui Creditores ejusdem donantis, posteriores tamen donationi respectu ducatorum octo mille, vel circa residui pretii Terrarum prædictarum fuit reservata provisio facienda, auditis dictis Creditoribus.

In qua explicatione, quamvis nemo ex prædictis Creditoribus comparuisset, attamen quia pro illis strenue elaboravit nunquam satis laudandus *Scipio Rovitus*, tunc Regius Consiliarius, postmodum vero Regens Regiam Cancellariam, ut est videre in ejus *decisio.* 48. ideo per Advocatos Illustr. Ducis Magdaloni fuit valde insudatum pro responsione eorum, quæ tam erudite, & ingeniose fuerunt *ibi* per eum considerata.

5 Dicebatur pro parte Illustr. Ducis Magdaloni creditoris donatarii, quod ipse habebat regulam pro se, ex juribus suis debitoris, qui erat prior in tempore, & sic potior in jure, juxta *text. in l. qui balneum, & l. potior ff. qui pot. in pign. hab. glos. in §. his vero posterior, in auth. de aequal. dot.* late etiam *Dyn. in regula qui prior, de reg. jur. in* 6. alios allegat *Pereira dec. Portug.* 107. Prædictis tamen duo objiciebantur ex traditis per *Reg. Rovit. in d. dec.* 48. in eadem causa compilata ex officio, supplendo ea, quæ Advocatis 6 deerant. Et primo quia cum donatio excedebat summam quingentorum aureorum, erat necessaria insi- 7 nuatio, ex dispositione *text. in l. sancimus, C. de donat.* quæ sollemnitas est tantæ efficaciæ, ut nec ipsi renunciari possit, ut habetur ex *Riminal. jun. in §. 1. Instit. de donat. num.* 615. post *Imol. in cap. cum con-* 8 *tingat. num.* 90 *de jurejur.* Et quamvis nonnulli *DD.* dicant, quod quando adest juramentum, illud supplet defectum insinuationis, ut per *Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instrument. edit. §. porro, vers. & quid si renuntiant,* & de communi testatur *Dec. cons.* 239. *num.* 2. *Ias. cons.* 18. *num.* 3. *vol.* 1. *& Ripa cons.* 5 *num.* 2. *& cons.* 11. *lib.* 2. late *Tiraq. in l. si unquam, C. de revocand. donat. in præfat. num.* 42. *Duen. in reg.* 224. *lim.* 5. & alii allegati à *Cavall. comm. contr. com. qu.* 221. sub *num.* 13. *vers. sed contrariam sententiam,* tamen con- 9 trariam opinionem tenuit *Bald. in l. illud, C de sacros. Eccles.* ubi etiam *Alex.* & alii, sed quod etiam admissa opinione affirmativa, quam post longam disputationem firmat *Seraph. de privil. jura privileg.* 73. *nu.* 48. & 49. *per tot.* ea *consil. Socc.* 77. cum tribus *seq. lib.* 1. maxime quando juravit, donationi non contravenire, *Riminald. in d. §.* 1. *num.* 263. *Instit. de action.* 10 tamen hoc intelligi debet respectu donantis, & donatarii tantum, non autem respectu tertii non jurantis, cui ex dicta donatione posset aliquo modo præjudicium inferri, ut tenuit idem *Riminal. in loco citato num.* 737. quod est de natura juramenti confirmatorii, ut 11 nihil operetur respectu tertii, qui juramentum non præstitit, *Bart. in l. Titia, §. Imperator, ff. de leg.* 2. *& in l. cum quis decedens, §. Titia ff. de leg.* 3. *Cancer. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. & præsertim nullum affert præjudicium Creditoribus jurantis, ut est *glos.* punctualissima in *cap. cum contingat, in fin. de jurejur.* ubi exemplificando verba *text.* ibi, *in alterius præjudicium* declarat, id est Creditorum, & filiorum, ea qua *glos.* quod non operetur effectum juramentum ad infirmandum contractum, non obstante insinuatione, dicit *Alciat. in l. pacta, quæ contra n.* 34. *in fi. C de pact. Cancer. var. resolut.* 1. *cap.* 8. *nu.* 5. *lib.* 1. *versus finem,* & judicatum refert *Pappon lib.* 11. *tit.* 1. *arrest.* 28. & *Maynar decis.* 53. *lib.* 2. quod etiam probat *text. in regula non debet, de reg. jur. in* 6. ubi quod 12 juramentum in præjudicium alteri præstari non potest, & expressius probatur in *cap. quamvis, in fine, de pact. in* 6. *Dec. in cap. constitutus, numer.* 19. *de rescript. Ant. Corn. de absolut. forens. par.* 3. *qu.* 5. *numero* 171.

13 Et quamvis in hoc Regno, ubi proceditur sola facti veritate inspecta hanc sollemnitatem non esse in usu, affirmet *De Pont. consil.* 84. *vol.* 1. & ante eum *Calderin. in consil.* 1. *tit. de donat. Carol de Graff. Borr.* & alii ab eodem *Reg. Rovit.* allegati in *d. dec. num.* 8. tamen dicit, dictam consuetudinem, & abrogationem juris communis non esse veram, cum quotidie in 14 contractibus, qui celebrantur, solent Notarii apponere renunciationem insinuationi, & legibus de insinuatione loquentibus, & ideo potius dici posset, quod in hoc Regno admissa est opinio, quod possit cum juramento insinuationi renunciari, & quia in omnibus contractibus apponi solet talis renunciatio, ideo forsan dicit *De Ponte,* & alii, quod in Regno hæc solemnitas non est in usu, verum hac etiam opinione admissa, adhuc inconcussum remanebit, quod juramentum non operatur in tertii præjudicium.

15 Secunda limitatio ad regulam erat, quia donata- rius

rius & ejus creditor, qui eum in hoc judicio repræsentat, quamvis in tempore sit anterior creditoribus ejusdem donantis, qui post donationem contraxerunt, tamen ipsi tanquam habentes causam onerosam debent præferri donatario, qui habet causam lucrativam donationis, ex text. in l. inter eos, §. is quoque ff. de re judic. cujus propria verba sunt, v. 3. Is quoque qui ex causa donationis convenitur in quantum facere potest, condemnatur, & quidem is solus deducto ære alieno, & inter eos, qui ex simili causa pecunia debebitur, occupantis potior erit causa, ex quo text. oritur ratio conveniens ad exclusionem donatarii, quia non potest obtinere contra donantem, nisi solutis creditoribus, & tunc erit videndum, quid potest solvere, ne egeat ex quo text. probat Cum in l. privilegia, nu. 10. ff. de privileg. credit. qui tanquam singulare tradit, quod creditores ex causa onerosa præferuntur

16 creditoribus ex causa lucrativa, & amplius dicit, quod sicut debitor potest deducere à creditore ex causa lucrativa, ut non conveniatur, nisi in quantum facere potest, deducto ære alieno, ita etiam ejus creditores eo invito, ex text. in l. si eum, C. de non num. pecun. & opinionem Cum sequuti fuerunt Jas. in d. l. inter eos, num. 19. Capyc. dec. 78. Cephal. cons. 555. n. 11. vol. 4. Alciat. in l. pupillus, nu. 14. ff. de his, quæ in fraud. cred. ubi ponit casum, finge, quod Titio mille donaveris, & deinde mecum contraxeris, sicuti erga Titium eam exceptionem habes, ne amplius, quam facere possis, conveniaris, l. fi. §. fi. ff. de contrah. empt. pariter & ego, qui cum eo contraxi ex ejus persona eo etiam invito, allegat text. in d. l. si eum, & hanc etiam opinionem sequitur Ansn. de execut. §. 7. cap. 47. qui ponit limitationes ad regulam, qui prior, & c. 31. limitat: in creditore ex causa onerosa, qui præfertur creditori ex causa lucrativa, etiam anteriori, & eam strenue defendit Gutierr. de juram. confirmat. p. 1. c. 3. c. 11. & seq. qui dicit, quod re vera, hoc est singulare & multi Advocati practici non advertunt, & ex ge-

17 neralitate text. in d. §. is quoque hoc ampliat, etiam si creditor ex causa lucrativa esset hypothecarius, quod multis rationibus, & authoritatibus, etiam rerum judicatarum comprobat Jo. Francisc. del Castill. dec. Sicil. 71. qui dicit, conclusionem prædictam esse veram, & communem, Paschal. de virib. patr. potest. part. 2. cap. 9. num. 15. Fulv. Constant. in l. 1. numer. 110. de filii offic. Capibl. in sing. 1. qui hanc opinionem, dicit, veram esse, quamvis creditor ex causa lucrativa habeat hypothecam, sequendo opinionem Gutier. eamque comprobat Ang. Steph. de Gatton. ad Const. Mediol. de jure, & privil. Fisc. c. 3. num. 14. cum seqq. Caroc. decis. 29 num. 9. Adducuntur etiam pro ista opinione Theologi, prout fuerunt Sayr. in clavi Reg. Caiet. Navar. Angles. Molin. Bonacin. Rebell. & alii relati per Reg. Revit. d. dec. 48. & per Carleval. de judic. 2 tom. disput. 3. & Capibl. de sing. 1. nu. 3. cum seq. qui mordicus hanc opinionem defendunt, quibus Ego addo Leonar. Zumin. in addit. ad Cumiam in ritib. M. Cur. Sicil. cap 90. num. 4. Don Marinum Cinelli de donat. contemplat. matrim. tract. 1. discurs. 2. partic. 13. nu. 53. & discurs. 2. partic. 6. nu. 19. Horat. Barbat. qui opinionem Reg. Revit. latissime comprobat de assistentia bonorum, glos. 7. ex n. 17. cum pluribus seqq. novissi-

18 me etiam Nogherol. alleg. 14. tom. 1. num. 68. & 69 qui dicit, quod postquam supervenit decisio Reg. Revit. 48. magnam authoritatem hæc opinio assequuta fuit.

Quibus tamen multa replicabantur pro parte dicti

19 illustr. Ducis Magdaloni, & quoad primum de exceptione insinuationis dicebant, verissimam esse conclusionem in jure, quod juramentum supplet defectum insinuationis, ut per Cavall. qui alios refert totam contr. comm. d. 7. 222. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 4. num 8. & Mattenz. in l. 1. glos. 3. num. 5. & 6. tit. 2. lib. 5. & in l. 7. glos. 6. num. 4. tit. 10. eodem lib. 5. latissime Seraph. de privileg. juram. privileg. 73. per tot. & de magis communi opinione testatur Joseph. Ludovic. conclus. 17. vers. & quod ubi, Cephal. cons. 194. n. 4. vol. 2. Virg. Boccat. in Constit. March. glos. 5. num. 6. ubi refert omnes fere DD. pro, & contra, & de magis communi testatur Neviz. cons. 8. numer. 6. Grass. in comm. opin. lib. 1. c. 8. q. 14. tom. 2. Ludov. dec. Perus. 66. num. 5. Gayll. observat. 39. lib. 1. Cravett. cons. 118. num. 1. & cons. 972. sub num. 5. Cephal. cons. 61. n. 18. Menoch. cons. 1. numer. 377. consil. 308. & cons. 789. Decian. resp. 31. num. 79. & 159. vol. 1. & resp. 60. vol. 4. Surd. cons. 450. Navar. consil. 10. sub num. 2. lib. 3. in tit. de donat. & alii congesti per Bernard. Grevai ad Gayl. d. conclus. 39. lib 2. sub num. 2. ubi plures Rotæ Romanæ pro hac sententia refert decisiones, quamvis nonnulli relati per Cavall. Boccat. Seraphin. Revitum, & alios in locis supra citatis contrarium teneant, per juramentum non aliter validari donationem non insinuatam, quæ inventa fuit à lege, duabus ex cau-

20 sis, & primò, ne donationes per metum extorqueantur. metus enim purgatum esse intelligitur per insinuationem, l. 1. Cod. de his, qui per met. jud. non appellan. Secundò, ad evitandum fraudes, l. data, C. de donat. l. fi. C. de fideicommiss. l. testandi forma, de testam. Guid. Pap. q. numer. 2. Seraph. de privil. ju-

21 ram. d. privileg. 73. num. 50. ex quibus deducitur, quod cum insinuatio sit inventa ob publicam utilitatem, per juramentum, cum sit contra bonos mores, non validatur contractus, cap. non est obligatorium, de reg. jur. in 6. & quod sit contra bonos mores, patet, quia ideo lex vult, donationes non insinuatas non valere, quia eas reputat fuisse factas in fraudem agnatorum, ut à successione excludantur, Rimin. jun.

22 in dict. §. 1. post numer. 143. insuper esset contra publicam utilitatem, Reipublicæ enim interest, ne fraudes committantur, & commissæ puniantur l. ita vul-

23 neratus, ff. ad leg. Aquil. Ponderatur etiam, quod hoc est, introductum, non in favorem donantis, sed in odium recipientis clandestinas donationes, & ne quis prodigaliter utatur sua substantia, Paul. de Castr. consil. 90. vol. 1. & ex prædictis, donationem absque insinuatione esse nullam, quamvis sit juramento firmata, voluit Gozad. cons. 88. Bart. in l. Modestinus, de donat. Seraph. ubi supra, numer. 51. quæ tamen du-

24 bia quæstio procedit in eo casu, quando simpliciter in donatione apponitur juramentum, quando vero renunciavit insinuationi, & legibus de ea loquentibus cum juramento, tunc satis communi, & frequentiori Doctorum calculo, donationem validam esse, probaverunt Cephal. consil. 208. numer. 16. volum. 1. Thobias Non. cons. 108. num 8. & hoc, quando tracta-

25 tur de insinuatione requisita à jure communi, licet secus teneat, quando ultra jus commune adesset etiam statutum, & ita opiniones conciliat etiam Magon. dec. Florent. 63. n. 23. & dec. 65. Clar. in §. donatio, quæst. 18. Rolan. à Vall. consil. 60. vol. 1. & consil. 39. Guid. Pap. sing. 541. & dec. 350. Tepat in tit. de donat. inter vivos, c. 9. insi. Abb. consil. 8. num 20. Bellon. cons. 60. numer. 18. Thobias Nonius consil. 1. num. 23. Vasquez de success. creat. lib. 1. §. 5. num. 4. Viv. commun. opin. in verbo donatio inter vivos, Vital. tract. de claus. vers. an leg. in fin. sit renunciandum, sub num. 3. Tiraq. in præfat. l. si nunquam, C. de revoc. donat. nu. 143. & 159. Oldrad. cons. 143. & cons. 253. Magon. decis. Florent. 65. sub nu. 41. Capyc. dec. 159. num. 11. Menoch. d. consil. 1. num. 377. qui late quæstionem examinat, & ab ea non esse recedendum, dixit Turrett. consil. 47. num. 49. lib 1. Anna sing. 259. ubi Anna filius in additione, Langlois in suo Codice dec. 50. qu. 1. latissime etiam Borrell. in summ. decis. Univers. tit. 11. lib. 3. ex n. 84. quod fatetur idem Reg. Revit. d. decis. 48. n. 4. & ideo dictam conclusionem declarat, non posse procedere

dere in casu dictæ decisionis, ex quo talis renunciatio insinuationi cum juramento, non potest donationem validam facere, nisi inter donantem, & donatarium, non autem respectu creditoris, qui est tertius, & hoc ex natura juramenti, quod effectum non producit respectu tertii, quod optime probatur ex *text. in d. cap. cum contingat 28. in fine, de jurejur. Bart. in d. l. Titia. §. Imperator ff. de leg. 2.* & in *d. l. cum quis decedens, §. Titia, ff de leg. 3. Socin. jun. consil. 69. num. 40. lib. 1.* & post ipsos *Rimin. jun. in d. §. numer. 737. instit. de action. Gabriel. comm. concl. 1. tit. de donat. numer. 68. Vin. comm. opin. in verbo donatio, opin. 212. Cancer. lib. 1. var. cap. 8. numer. 5. Alciat. in d. cap. cum contingat, numer. 178. Pappon. lib. 11. tit. 1. arrest. 28. Maynard. dec. Tholos. 53. lib. 2. Mantin. de juram. 4. par. effect. 110. Fortun. Garzia de ultim. fin. jur. nu. 363. vers. juramentum enim, Seraph. de privileg. juram. privil. 151. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 33. numer. 44. & lib. 13. tit. 37. num. 8. Anton. Gamez. in l. 56. Tauri, num. 8. Covar. in cap. 7. de sponsal 2. part. §. 1. numer. 3. Avend. de exeq. mand. 1. part. c. 17. nu. 15. & in dictionario in verbo otorgamiento, Mexi. ad ll. Toleti, de los terminos 7. fundament. 2. part. num. 27. Gutierr. in authent. sacramenta. puber. num. 38. & de juram. confirm. 1. p. cap. 1. num. 37. Joseph Vela jur. controv. in Hispal. Senat. dissert. 5. nu. 64.* qui etiam alios allegat, *Farinac. decis. 655. num. 6. & 7. vol. 1. Gratian. discept. forens. c. 53. per totum,* & in terminis, quod non operetur respectu creditorum, habetur ex *glos. in d.* sæpius allegato *cap. cum contingat*, quod etiam & ratione fundat idem *Reg. Rev. 1. num. 6.* quia insinuatio est in-

26 troducta non simpliciter respectu contrahentium, sed respectu aliorum, ne quis clam donaret, & postea contraheret cum creditoribus, juxta *text. in dict. l. data*, ubi *DD. C. de donat. Alciat. in l. pacta quæ contra numer. 34. C. de pactis, Pappon. d. lib. 11. tit. 1. arrest. 28.* qui in specie loquitur, ut non præjudicet tertio ratione hypothecæ postea acquisitæ, & decisum in Senatu Tholosano refert *Maynard. lib. 2. dict. decis. 53.* & ultra allegatos per *Reg. Ravid.* addo *Paul. Gallerat. de renunciat. cent. 1. tom. 2. cap. 90. de renunc. insinuat.* sub *num. 6. vers. aliud dicendum est*, qui relatis omnibus opinionibus, eas conciliat, ut non noceat creditoribus, qui postea contraxerunt, quod fundatur ex regulis generalibus, quia juramentum non operatur in præjudicium tertii, *d. capit. de pact. lib. 6. Socin. jun. dict. cons. 69. num. 40. lib. 1. Rimnal. jun. consil. 295. numer. 61. & consil. 242. numer. 29.* nunquam enim juramentum confirmatorium aliquid operatur in præjudicium tertii, non contrahentis, neque

27 jurantis, *cap. sicut de jurejur. Bart. & Bald. in l. 1. num. 4. C. de inoffic. donat.* & juramentum unius non potest alteri esse damnosum, *l. 3. §. pen. & l. nam etsi postea in fine, cum seq. ff. de jurejur.* & alii per *Cancer.* dicto *cap. 8. n. 41.*

Verum pro parte creditoris donatarii dicebatur, quod omnes fere *DD.* supra allegati loquuntur, quando ultra jus commune adest statutum, quomodo debeat fieri insinuatio, ad hoc ut donatio firma remaneat, & in istis terminis loquitur *Pappen. in d.*

28 *lib. 11. tit. 1. arrest. 28.* qui tenet, quod renunciatio insinuationis cum juramento operatur respectu jurantis, & suorum hæredum, & successorum, non vero quoad tertium, cui ratione hypothecæ postea quæsitæ interest, & decisionem in casu suo refert, loquitur enim de contractu donationis in Regno Franciæ celebrato, ubi adest statutum, sive constitutio, per quam expresse cavetur, non posse renunciari insinuationi, etiam cum juramento, ut habetur per *Thom. Cormer. Alenconium in C. juris civilis Romani, & Galli, tit. de insinuand. donat. lib. 17. part. 1. cap. 186.* quam *Maynard lib. 6. quæst. 62.* appellat constitutionem Molinensem, & per dictam constitutionem reprobat *Guid. Pap. dict. quæst. 350* ubi pro validitate renunciationis fuit decisum, quod etiam optime declarat *Appendix ad d. arrest. Pappon.* ubi ait, quod hodie ex dicta constitutione Molinensi cessat articulus ille, an per juramentum validetur donatio absque insinuatione, quia in Regno Franciæ insinuatio est essentialis, & de forma donationem, & proinde juris ministerio ex solo ejus defectu redditur actus nullus; & de eadem constitutione in dicto Regno Franciæ mentionem facit *Rebuff. in l. 67. in tit. de verb. signif. vers. ad hoc, fol.* mihi 464. & *Gallerat. dict. cap. 90.* sub *n. 6.* quod optime declarat *Ant. Faber* pro illo tempore, quo *Henricus II.* Rex Franciæ Sabaudiam tenebat, hanc eandem constitutionem ibi introduxit, ut tradit in suo *C.*

29 *l. 8. tit. 38. de insinuand. donat. diffinit. 1. & 5.* ubi dicit, quod licet de jure communi per juramentum sollemnitas insinuationis remittatur, tamen jure dicti Statuti Sabaudiæ, Galliarum constitutionum exemplo fuit introductum, ut nec juramento, neque partium voluntate possit insinuationi renunciari, & dat rationem, quia privatorum pactionibus juri publico renunciari non potest, licet hoc quod dicit, insinuationem esse de jure publico, reprehendatur a *Fontan. de pact. nupt. claus. 4. glos. 29. num. 11.* ubi dicit, quod non modicum fuit lapsus in hoc *Faber*, quia magis communis, & receptior est opinio, quod insinuatio sit quædam sol-

30 lemnitas juris, respiciens principaliter privatam utilitatem donantium, ne domesticis fraudibus, præsertim conjunctarum personarum, prodigaliter donando suis bonis priventur, licet secundario, & in consequentiam in hoc etiam sit jus publicum, ne quis sua re abutatur *d. l. data C. de donat.* & ideo non mirum, si juramentum suppleat illius defectum, & allegat *Guidon. Pap. dicta dec. 350. Cæsar Barz. dec. 25. n. 52. & Andr. Gayll. pract.*

31 *observat. lib. 2. observ. 39.* & quod hæc fuit ratio introductionis insinuationis, probaverunt *Petr. Gregor. syntagm. jur. univers. part. 3. lib. 38. cap. 13. Andr. Fachin. controvers. jur. lib. 3. cap. 83. Molin. de just. &*

32 *jur. tract. 2. disp. 238. num. 5.* sic etiam *Cancer.* loquitur in Principatu Cathaloniæ, ubi adest *Constitutio*, quæ est *unica, in tit. de donat.* incip. *per tolre*, ut non valeat donatio absque insinuatione, ut habetur ex eodem *Cancer. in d. c. 8. num. 2.* quod magis sperte dixit *Fontanel.* in *glos. 29. claus. 4. num. 12.* quod jure municipali dicti Principatus Cathaloniæ in hac materia insinuationis, non tantum fuit habita ratio ad interesse donantis, ad quod jus commune attendisse visum fuit, sed potius ad interesse creditorum eorum, qui donationes fecissent ad evitandum frau-

33 des, quæ sæpius in donationibus committi solent, taliter quod nisi factum ita fuerit, ac nisi repertæ fuerint infra decem dies in actis continuatæ ante contractum factum cum creditoribus, eis præjudicare non possint, quia robur, aut firmitatem contractus donationis non recipiunt, nisi à die, quo fuerint

34 insinuatæ, simile etiam statutum est in Aragonia, de quo per *Mart. Monter. decisio. Aragon. 44. numer. 7.* quod statutum fundatur similiter, non respectu donantis, sed creditorum, qui forsan postea contraherent cum ipso donante, nam per dictam constitutionem ideo necesse est, ipsam continuare, sive publicare, ad hoc ut creditores, qui postea contrahere intendunt, possint secure id facere absque fraudis suspicione.

35 Sic etiam *Gallerat.* loquitur attenta constitutione Status Mediolani, de qua per *Menoch. cons. 465. num. 15.* & ante ipsum *Alciat. resp. 759. in fin. & Silvan. cons. 40. num. 15.* & idem *Menoch.* contrarium sentit in insinuatione, quæ in donatione requiritur de jure communi, secundum quod juramentum suppleat defectum insinuationis, ex *Amat. Gabr. in lib. 3. conclusion. tit. de donat. conclus. 1. num. 66.* secus autem secundum constitutionem Mediolani, per

36 per quam infra certum tempus fieri debet publicatio, sive insinuatio, ratio traditur à *Silva, in dict. consf. 40. sub num.* 14. quod nullitas ex eo, quod non fuit facta publicatio, resultans ex dicta constitutione, videtur potius in odium donantis, & donatarii, quam favore donantis inducta ad evitandum fraudes. *dict. l. data, & l. donatio, sive cod. tit. de donat.* quod aperte colligitur ex forma constitutionis, volentis, non tantum donantem, verum etiam donatarium jurare

37 debere donationem non esse in fraudem. & amplius, quod duplicari debeat, unde ex hoc sequitur, quod contractus ob alterius odium improbatus juramento minime confirmatur, nec dictæ sollemnitati renunciari potest, *l. tametsi, D. ad Senat. Consult. Maced.* & dictam rationem sequitur *Menoch. dict. consil.* 465. sub *numer.* 15. *vers. rursus & secundò*, & in istis terminis loquitur *Galleratus* in *loco* supra citato, dum

38 dicit sub *dict. numero* 6. versus *finem*. quod nedum fuit inducta constitutio Mediolani in odium donantis, & donatarii, sed quod requiratur publicatio favore tertii, ne decipiatur ex donatione simulata, vel clandestina, & multis rationibus comprobat, & in terminis statuti loquitur etiam *Joseph. Ludov. comm. conclus. 17. vers. limitatur septimo, Tobias Non. consil.* 108. *numero* 8. & quod juramentum non suppleat defectum insinuationis, quando ultra jus commu-

39 ne adest statutum, de communi testatur *Gabriel. dict. conclus.* 1. *numer.* 79. *libro tertio in tit. de donat.* qui alios refert, quam tamen conclusionem non ita simpliciter puto esse admittendam, quia quando per statutum idem cavetur, quod per jus commune, non video rationem diversitatis, quare non debeat juramentum defectum insinuationis, quod ex magis

40 communi probavimus, supplere, maxime quando fuit illi cum juramento renunciatum: aut enim præter jus commune est in constitutione additum, vel circa formam, vel circa substantiam, ex qua additione colligitur, quod non solum respiciat commodum donantis, vel donatarii, sed etiam tertii, & in hoc casu veriss. firmam puto conclusionem prædictam, quod non operetur in eorum præjudicium, quam distinctionem adducit, & recte probat *Romanell. d. clauf.* 4. *glos.* 29. *num.* 10 quod etiam tenet *Pegner. decis.* 148. *num.* 4. & in his terminis procedit decisio relata per *Mart. Monter.* qui loquitur in Regno Aragoniæ, ubi adest simile statutum, prout est in Cathalonia, decis. consistorii civil. *decis.* 10. *num.* 10. & sic etiam stante statuto Bononiæ loquitur *Barz. decis.* 94. *num.*

41 6. ex quibus omnibus firma remanet conclusio quod ubi non adest statutum, valida erit donatio absque insinuatione, quando adest juramentum, quia secundum magis veram, & communem opinionem insinuationis solemnitas à jure requisita, principaliter respicit privatam utilitatem, ut post *Phanuc. de invent. q.* 143 in *tract.* cum alit unico, *num.* 185. testatur *Engon. consf.* 3. *n.* 15. *Rol. a Vall consf.* 70. *num.* 38. *lib.* 2. *Curt. jun. consf.* 34. *n.* 1. & alii per *Cæsar. Barz. dec.* 25. *num.* 52. *Fachin. controverf. jur. lib.* 3. *cap.* 83. *vers. respondeo* Et ideo concludendum videtur, quod cum in hoc Regno non adsit statutum, neque constitutio, sed tantum jus commune firma sit donatio cum juramento, absque insinuatione, quæ quamvis vera sit opi-

42 nio, quod nihil operetur in præjudicium tertii, tamen quia, ut supra fundavimus, non fuit de jure communi inventa insinuatio, nisi ad favorem donantis, præjudicare debet tertio, qui postea contraxit, quod in puncto probat *Durand. dec. Rota Rom.* 209. *vol.* 2. sub *num.* 16. ad quod etiam facit id, quod habetur ex *Rubeo decis.* 126. *n.* 4. *tom.* 2. ubi dicit, quod actio ex defectu

43 insinuationis competit solum donanti, sive renuncianti non autem tertio. Est tamen verum, quod ego admitterem creditorem post donationem contrahen-

44 tem, non ad dicendum donationem invalidam ex defectu insinuationis, quia hæc actio ei non competit, sed ad allegandum, & dicendum, donationem esse simulatam, vel factam in fraudem, quia talis donatio nulla est, & propterea ex illa dominium non transfertur, *l. nulla, ff. de contrab. empt. l. emptor, & ibi Bald. ff. de aqua pluv. arc.* neque hoc casu valida esset, quamvis insinuata, ut in terminis ex multis hoc probat *Pegner. decis.* 151. *numer.* 5. qui ex hoc *n.* 6 concludit, quod creditores futuri jus

45 revocandi alienationem antea factam non habent, nisi præcedens alienatio esset simulata, ficta, vel in fraudem creditorum, & sic fuisse decisum refert in illo Senatu, quando autem prædicta cessant, tunc non est, cur valida judicari non debeat, & creditoribus, qui longe post donationem contraxerunt, præjudicare, stante enim validitate donationis, prout ultra superius adducta, habetur ex *Repertor. Farinac. de contract. quæst.* 2. *num.* 11. cum *seq.* ubi late hanc materiam exarat, non potest claudicare, ut respectu donantis sit valida, respectu creditorum invalida, cum insinuatio de jure communi non fuit inventa ipsorum favore, sed ipsius donantis, ut supra fuit fundatum.

46 Dicebatur tamen amplius, quod quatenus prædicta opinio aliquam forsan posset habere difficultatem, quod hoc procedere posset in eo loco, ubi insinuatio esset in usu, secus vero in hoc Regno, ubi nunquam fuit ista solemnitas servata, ut testatur *Joan. Franc. de Pont. d. consf.* 84. *vol.* 1. ex quo proceditur sola facti veritate inspecta, sic etiam de hac observantia in Regno testatur *Episc. Ricc. in collect. decis.* 2075. *limit.* 4. & in *addit. ad Tiraq. de privileg. piæ causæ, privil.* 124. *in fine, Calder. in consf.* 1. *de donat. Carol. de Graffal. de Regal. Franch. jur.* 7. *Boer. in Consuetud. Bituricens. tit.* 9. *de donat.* §. 2. prope *finem, vers. sed an hodie, Novar. de miserab. person. privileg.* 124. *num.* 11.

47 Nec est novum, per consuetudinem introduci, ut donationes absque insinuatione firmæ sint; maxime quando adest juramentum, nam similem esse consuetudinem in Regno Franciæ, asserit *Boer. in d. Consuetud. Bitur.* sequitur *Rebuff. ad Const. Galliæ in proœmio, glos.* 5. *num.* 104. ubi etiam, quod communis inolevit practica, quod juramentum apponatur in omnibus instrumentis, *Barber. in viator. jur. rub. de donat. vers. quod autem,* ibi *cessat, & juramentum facit cessare insinuationem, De Petrus* in suo solemni *tract. de viribus juram.* in 12. *effect.* quæ quidem consuetudo & hodie servaretur in Francia, nisi per novam legem fuisset abrogata, & per legem Regum novissimam ordinatum, ut omnes donationes insinuari deberent ut est *rubr. que toutes donations seront insinuées,*

48 ut testatur idem *Rebuff. in dict. num.* 104. quod similiter accidit in hoc Regno, ubi semper in contractibus, qui per Notarios celebrantur juramentum interponitur, & in donationibus insinuationi renunciatur, & legibus de insinuatione loquentibus, ut testatur idem *Reg. Revit. dict. decis.* 48. *numero* 9. & Ego nunquam vidi in hoc Regno donationem insinuatam, & sic bene dicit *De Ponte*, & alii supra citati, quod hæc sollemnitas non est in usu, nec unquam vidi, nec audivi donationem annullatam ex defectu insinuationis.

49 Nec obstabit, quod solemnitati insinuationis renunciari non possit, quia hoc intelligi potest, quando non adest juramentum, quo casu validam esse renunciationem, communi *DD.* sententia supra fuit probatum, & admittit *Reg. Revit.* dicta *decis.* 47. *numer.* 4. immo *num.* 9. respondendo consuetudini hujus Regni, traditæ per *De Ponte d. consil.* 84. dicit quod in omnibus contractibus donationem in hoc Regno solet insinuationi renunciari, & hoc quoad primum articulum.

Quo

50 Quò verò ad secundum, seu limitationem, quod creditores ex causa onerosa, quamvis posteriores, erant præferendi creditoribus ex causa lucrativa, erit animadvertendum, quod quæstio ista animos Jurisconsultorum contorsit, adeo quod pro utraque parte sint Doctorum opiniones. Et pro creditoribus posterioribus ex causa onerosa affertur *Cum in l. privilegia, num. 10. ff. de privileg. creditorum*, & cum sequuti fuerunt *Ias. in d. l. inter eos, num. 8. ff. de re jud. Alciat. in l. pupillus, n. 14. ff. de his quæ in fraud. cred. Ceph. d. cons. 515. n. 12. Copy. dec. 78. n. 7. Afin. de exeq. §. 7. c. 47.* latissime *Gutierr. de juram. confirm. part. 3. cap. 15.* ex *nu. 19. Io. Franc. del Castillo dec. 72. Paschal de vir. patr. potest. p. 2. c. 9. n. 45.* quondam recolendæ memoriæ *Fulv. Constantius* Marchio Corleti in *l. 1. nu. 110. C. de filiis offic. Capiblanc. in sing. 3 nu. 3.* post *tract. de Baron. Reg. Revert. in d. dec. 48.* latissime hanc opinionem fundat *Consil. Carleval. de judic. & foro compet. disputat. 30. tom. 2. Afflict. decis. 186. Arsimon. Tepat. tit. 505. cap. 7. in verbo creditores ex causa onerosa*, & ex Canonistis *Sayr. in clauf. Reg. lib. 10. tract. 5. cap. 10. n. 34. Ludov. Molin. de instit. & jur. tract. 2. disputat. 413. n. 12. Bonac. in summ. mor. tom. 2. tract. de restit. disp. 1. q. 8. punct. 2.* qui etiam adducit *Lessium, & Reginald. Rebell. 2. p. de oblig. just. lib. 2. q. 19. nu. 4. Ant. de Amat. lib. 1. var. resolut. resol. 26. n. 14.* qui etiam alios collegit. Moventur prædicti *DD*, ex *text. in d. l. inter*

51 *eos, §. is quoque ff. de re jud.*

52 Hoc idem videtur probari ex *text. in l. qui ex donatione. ff. de donat.* ubi qui se obligavit ex donatione, convenitur in quantum facere potest, & erit detrahendum id, quod creditoribus debetur, allegatur etiam *text. in c. 1. de not. feud. & in d. l. privilegia, §. de privileg. credit.*

53 Secundò moventur ratione ex eisdem juribus deducta, quia dum donans non potest teneri, nisi in quantum facere potest, debet deduci omne id, quod debetur ejus creditoribus, sive anterioribus, sive posterioribus donationi, omnes enim ii possunt cogere debitorem ad solvendum, & deducere donantem ad egestatem, cumque donatarius non possit agere, nisi, ut deducto, ne egeat, certum est, esse deducendum id, quod debetur omnibus creditoribus, & deinde donatarius debet tantum relinquere donanti, ne egeat, & reliquum virtute donationis habere, quod

54 etiam probari potest ex *l. unic. Cod. pæn. fiscal. credit. præfer. lib. 10.* ubi creditores ex causa onerosa debent præferri Fisco ex causa pœnæ quæ est lucrativa, licet Fiscus sit Privilegiatus, quia si eodem die contrahit cum privato, nisi contractus probetur, præsumitur, Fiscum esse anteriorem, *l. 1. C. de jure Fisci, Rom. sing. 158. Peregr. de jure Fisci tit. 6. lib. 6. num. 21. Costa de remed. subsid. remed. 119. numer. 5.* nam creditores ex causa onerosa, præferendi sunt iis, qui tractant de lucro captando, *l. unica, §. licentia, C. de jure delib. Gayll. observ. 86. numer. 7. lib. 2.* ubi etiam *Bernard. Grevel. Contard. de moment. possess. remed. 21.* & causa dicitur lucrativa, vel onerosa, inspecta origine. *Afin. de exeq. §. 4. cap. 1. num. 14.* &

55 ideo causa, quæ habuit originem voluntariam, necessaria nunquam dici potest, *Surd. decis. 254. nu. 28. Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 28. cum seqq. Insti. de action.*

56 Et quamvis *Gabriel. consil. 82. num. 1. lib. 1.* teneat, quod opinio *Cum.* debet intelligi de creditoribus non habentibus hypothecam, sed personales tantum actiones, ex *tex. in l. 1. C. de jure Fisci*, & eum sequuti fuerunt *Felic. de cens. 10. 1. lib. 5. cap. 51. num. 15. Gabriel Sarayna in epist. ad Mathesilanum singul. 71. num. 3. Amator Rodriquez de concursu creditorum 2. par. art. 1. n. 19. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 12. nu. 23. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 1. par. 2. num. 23. Ant. Pichard. in §. quædam actiones, num. 70. Instit. de action.* sic etiam bene probat *Capibl. d. singul. 2. Statilius Pacif. de salvian. interd. inspect. 3. c. 2. nu. 469.* & in hanc partem videtur etiam inclinare *Ant. de Amat. d. resol. 26.* relatis opinionibus & latissime hanc opinionem tuetur *Gratian. in tract. de cred. c. p. 4. qu. 11.* ex *num. 1235.* & novissime hanc etiam opinionem sequitur eruditissimus Collega noster *Reg. Merlinus controver. forens. tom. 2. cap. 19.*

57 Tamen quod opinio *Cuman.* procedat, etiam si donatio contineat obligationem cum hypotheca bonorum, & validissimis fundamentis probat *Gutierr. in dict. cap. 11. par. 2. de juram. confirm.* sub *numer. 20. cum seqq.* Primo ex generalitate *text. in dict. l. inter eos, § is quoque*, & quod lex non distinguit, neque nos distinguere debemus. Secundo, quia illud æs alienum deducendum intelligeretur de anteriori certe nulla cadere posset dubitatio in *text.* contra dispositionem *text. in l. quod Labeo, ff. de carbon. edict.*

58 Tertio, quia ipsa hypotheca est accessoria ad obligationem principalem, & propterea non debet habere efficaciorem substantiam, atque naturam, nec ipsam debet alterare, argumento *text. in l. fin. Cod. de non num. pecun.* Cui tamen motivo licet subtiliter, & ingeniose respondet *Reg. Merlin. d. cap. 19. num. 13.*

59 quod tunc accessoria dicitur hypotheca obligationi principali, quando contrahitur in esse producitur, & tunc vera est regula, quod est de ea judicandum, ut de accessorio, *l. Iulianus, in princ. ff. de leg. 3* cum concordantibus, sed contractu in esse producto potest hypotheca à principali obligatione separari, & diversum producere effectum, cum cedi possit hypothecaria sine actione personali, *Vinc. de Franch. decis. 119. num. 24.* & probatur ex *text. in l. 1. C. de luit. pignor. & Capyc. decis. 46.* voluit, quod sublata

60 actione personali non ideo extinguitur hypotheca; quod etiam aliis mediis dixerat *Gutr. in dict. cap. 4. quæst. 1. numer. 1251. cum seqq.* Ego tamen huic responsioni nunquam acquiescere potui, siquidem respectu donatarii nullam in jure invenio differentiam,

61 an donatio sit cum hypotheca, vel non, quia ratio fundamentalis, quare creditor posterior ex causa onerosa præferatur donatario, est illa, quia donans non potest astringi ad solvendum donatario, nisi id, quod facere potest, hoc est, ut deducto omni ære alieno, non egeat, quod expresse habetur in *d. §. is quoque*, & dicitur in *text. in cap. 1. de not. feud.* non enim æquum est, quem videre egentem, quem prius habuit in conjugem, vel amicum, idem etiam disponitur in *l. qui ex donatione, ff. de donat.* cujus hæc sunt verba. *Qui ex donatione se obligavit ex rescripto Divi Pii, quantum facere potest convenitur, sed enim id, quod creditoribus debetur, erit detrahendum,* modo hæc ratio sic militat respectu creditoris hypothecarii, sicuti creditoris in actione personali, omnes enim æqualiter possunt personam debitoris astringere ad solutionem ejus quod ipsis debetur, & eum ad egestatem deducere, ut non possit donatario solvere quod ipsi prius donaverat, & ideo omnia prædicta absque ulla distinctione sunt intelligenda, cum gene-

62 raliter loquantur. & quamvis vera sit maxima, quod hypothecaria actio postquam fuit in esse producta, possit stare de per se, & separata ab actione personali, sicuti in hoc Regno quotidie practicamus in judicio assistentiæ, contra tertium possessorem, nam quamvis res sit penes tertium possessorem, contra quem nullam actionem personalem habet creditor, sed tantum hypothecariam, agit contra principalem debitorem actione personali pro rescissione contractus, & contra tertium actione hypothecaria, ut habetur ex *Reg. Prag. 1.* ubi *Reg. Revert. & Novar. de*

63 *assistent. bonor.* & totum tractatum fecit *Barbat. de assist. bonor.* tamen non ex hoc sequitur, quod *text.* prædictus in *d. §. is quoque* & alia jura, & *DD.* generaliter

saiiter loquentes, sint intelligendi solum, quando donatarius pro donatione tantum actionem personalem haberet, secus in hypothecaria, prout validissime fundat *Reg. Revis. in dict. decis.* 48. cujus dicta 64 non repeto, & ideo puto, aliter esse distinguendum, quod aut tempore concursus creditorum vivit donans, aut vero mortuus est. Primo casu videtur, non posse in dubium revocari, quod quando donatarius vult de donatione sibi satisfieri adversus donantem, quod possit donans deducere omne æs alienum, etiam id, quod creditoribus, tam anterioribus, quam posterioribus debetur, ut dicit *text. in d. l. qui ex donatione*, & etiam quod sibi est necessarium, ita ut ad egestatem non reducatur, reliquum vero donatario solvere, alias enim si non esset deducendum totum æs alienum, sed solum id, quod debent creditoribus in actione personali, non diceremus, esse deducendum omne æs alienum, sed partem, & donans remaneret in effectu absque dicto beneficio, quia cogeretur solvere creditoribus hypothecariis, & donatario, ut optime post *Gutierr. in loco supra citato*, & *Garran. ad Constit. Mediol.* sub *tit. de jure, & privileg. Fisc. cap.* 4. *num.* 24. cum *seq.* advertit *Reg. Revit. in d. decis.* 48. in *appendice*, sub *num.* 36. quod etiam sentire videtur *Amator Rodriguez de concurs. creditor. d. par. art.* 1. *de creditor. hypothecar.* sub *num.* 20. ubi relatis opinionibus, tenens sententia, quod quando in dona-65 tione adfuit hypotheca, quod locum habet regula, *qui prior in tempore, &c.* respondet ad contraria his verbis.

Nam retenta priori sententia ad ea jura pro ejus opinione adducta respondere posse arbitror, scilicet eo solum casu procedere, in quo loquuntur, videlicet cum donator conveniretur à donatario, & eum valde urgeret, & uti vellet illa exceptione, & privilegio, donatoribus concesso, ne conveniantur, ultra quam facere possunt, de qua in l. Nesennius, §. insolidum, ff. illo tit. de re jud. & l. maritum, ff. solut. matrim. quibus convenit l. 4. tit. 4. par. 5. propter rationem traditam à l. ne liberalitate 30. ff. eod. tit. ibi, Ne scilicet liberalitate inope fieri periclitetur, nam tunc eo quidem casu condemnandus erit donator in quantum facere potest, deducto omni ære alieno, habita ratione, ne egeat, tam ex causa donationis, quam ex alia quavis non simili. Hæc ille. Et quamvis immediate postea dicat, quod concurrente donatario ex causa donationis cum aliis creditoribus, si omnes hypothecas habeant, succedit superior regula, *qui prior est in tempore, &c.* sine distinctione causæ lucrativæ, vel onerosæ; tamen, ut evitetur, correctio, in continenti necessarium est dicere, hoc hoc procedere in eo casu, quando deducto ne egeat donator, adest in patrimonio debitoris tantum, ut possit satisfieri, tam donatario, quam omnibus creditoribus, tunc enim prius est satisfaciendum secundum temporis prærogativam, sed in eo casu, in quo patrimonium donantis non sufficit, tunc vivo donante debet deduci omne æs alienum, & satisfieri donatario, deducto ne egeat donator, & quod ita sit intelligendum id, quod dixit *Amator Rodriq.* colligitur etiam, quia ad probandam suam 66 intentionem adducit *glos. in l. & exhæredatum* 49. *ff. de re judic.* ubi dicit, quod omnes, qui habent beneficium, ne teneantur, nisi in quantum facere possunt, deducere possunt omnes æs alienum, quia hoc procedit ex privilegio particulari donantis, ut dicit *ibi glos. in verbo ære alieno*, ibi: *nam soli donatori hoc concedit*, & in *verbo condemnatum* dicit, quod donator deducit de omnibus, quibus debet ex causa non simili. sed filius exhæredatus, vel qui à paterna hæreditate se abstinuit, quamvis gaudeat dicto beneficio, tamen non deducit, quod debet primis, sed posterioribus, qui secum contraxerunt, postquam fuit factus sui juris, ex quibus clare colligitur, quod donans deducit omne æs alienum, quod debet, tam ante donationem, quam post. Quod etiam & alia ratione suadetur, quia si admittimus opinionem, quod creditor ex causa donationis cum hypotheca præfertur posteriori, quamvis sit creditor ex causa onerosa, necessarium esset fateri, quod donans adversus donationem cum hypotheca non haberi beneficium à lege inductum, ut non teneatur, nisi in quantum facere potest, hoc est falsum, quia esset destruere omnia jura, quæ de dicta exceptione contra donatarium loquuntur, ut supra diximus, & in S.C. fuit judicatum pro absoluto, donanti 67 etiam cum obligatione bonorum competere hoc beneficium, ut testatur *Præses de Franch. in decis.* 697. ubi dicit, quod non fuit dubitatum, competere Mattiæ Denticæ donatrici beneficium prædictum, & quamvis nihil dicatur, dictum contractum donationis fuisse cum hypotheca, tamen Ego vidi processum, quia donatio fuit facta per dictam Mattiam qu. Pompeo Capycio Latro, ejus filio, & meo Genitori, & nedum in contractu donationis aderat hypotheca, sed fuit facta contemplatione matrimonii, dum ergo competit etiam adversus donatarium cum hypotheca, necessarium est fateri, quod vivo donante, qui omnibus non potest satisfacere, ne ad egestatem reducatur, vel in carcerem detrudatur, ut suspensa satisfactione donationis solvat creditoribus, etiam hypothecariis posterioribus.

Ex quibus videtur, non esse tutam opinionem *Doctorum*, tenentium, quod inter creditores hypothecarios nulla constituitur differentia causæ lucrativæ, vel onerosæ vivo donatore, post tamen mortem ipsius, quia cessat ratio, ne donans ad egestatem reducatur; tunc prædictam conclusionem verissimam 68 puto, quia cum dictum beneficium sit personale, non transit ad hæredes, *l. maritum*, cum *lege seq. ff. soluto matrimon. Franch. decis.* 698. nisi tantum ad filios ejusdem matrimonii, *l. etiam ff. eod. tit. solut. matrim.* Ita ut non transmittatur ad nepotes, *Bellapert. in §. sunt præterea, col.* 1. ubi etiam *Angel. Aret. vers. sed si de dote, num.* 1. *Instit. de action. Bart. in l. maritum num.* 5. *in fine, & in l. quia tale, num.* 3. *ff. eod. tit. Surd. de alim. tit.* 1. *qu.* 78. *num.* 37. & alii per *Castagn. in tract. de benef. deduct. ne egeat, qu.* 3. *num.* 3. quod iste comprobat *Barbos. in d. l. maritum, num.* 77. *ff. solut. matrim.* & hoc innotatione privilegii donantis, vel patris, nam cum fuerit personale, morte ipsius extinguitur, *l. quia tale, ff. eod. tit.* sed hoc privilegio uti potest filius ex novo quodam privilegio ex propria ipsius persona, tanquam quid separatum à privilegio patris, prout ex *Alex. & Ias.* explicat *Barbos. ubi supra, num.* 78. & *numer.* 80. dicit, quod neque ad nepotes transit, & licet arguat contra ex *Bart. in l. si cum procuratore, in fine, ff. de re jud.* per *tex. in auth. si aliquid, C. qui prior, in pign. habeantur*, ibi in *verbo soboles*, quod verbum omnes descendentes significat, tamen dicit, quod prima sententia verior est, & quod non transeat ad nepotes, voluit etiam *Ang. & Imol. in l. etiam, ff. eod. tit. sol. matrim.* sequitur *Ricc. in add. add. decis. de Franch.* 698. & *collect.* 157.

Sequitur ergo ex prædictis, quod cum privilegium sit personale, nec ad hæredes transfertur, nisi ad filios 69 ejusdem matrimonii, neque ad nepotes, nec etiam ad fidejussores, *l. & si fidejussor, ff. de re jud.* ubi *DD. Pyrr. Maur. Aret. de fidejuss. sect.* 9. *cap.* 11. *num.* 11. *Baeza de inope debitor.* 9. 17. post *numer.* 45. *Castagn.* qui alios refert *quæst.* 4. *num.* 11. & per *tot.* mortua dicta Lucretia Filomarina donante non possunt sui creditores posteriores donatario, opponendo hanc exceptionem, donatario præferri. Nec prædictis ob-

stare

ftate poteft *text. in l. fi cui, penult. C. de non num. pe-*
70 *cun* quem affert *Reg. Rovit.* ad beneficium creditorum, nam loquitur in exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ annullat contractum, & proinde transferri poteft ad hæredes, creditores, & fidejuffores, fe-
71 cus autem eft in hoc beneficio, ut non teneatur, nifi in quantum facere poteft, quia eft privilegium datum miferationis caufa, *Cephal. conf. 193. num. 14. lib. 2. Aret. in §. fi. Inftit. de action. num. 12. Marc. Anton. de Amat. decif. 16. num. 17. Giurb. decif. 42. num. 4. Caftag. in proœm. primæ partis, num. 5.* & eft temporale, non perpetuum, ut dixit idem *Caftag. q. 1. limit. 54. num. 9.* nec tranfit ad hæredes donantis, quamvis ipfe fuerit condemnatus, quatenus facere poffet, *Carol. de Graff. de except. except. 32. n. 63.* & fuit judicatum in S.C. ut dixit idem *Franch. in d. decif. 697. & 698.* & non eft exceptio, quæ contra inftrumentum opponitur, ficut exceptio non numeratæ pecuniæ, nec
72 etiam eft contra ejus exequutionem, fed tantum eft exceptio modificativa, quæ, moderat exequutionem, *Caftag. quæft. 6. num. 17.* & ideo admittatur etiam adverfus fententiam, quæ tranfivit in rem judicatam, *Aret. in §. fed & fi quis, in fine, Inftit. de action.* & fic nullo modo *text. in d. l. fi cui* poteft applicari ad cafum.

73 Sed quatenus beneficium prædictum competeret creditoribus, hoc effet intelligendum, cum illa qualitate, & natura huic exceptioni competente, ut habetur per *Gomez. in l. 50. Tauri, nu. 52. verf. 6. limit. & verf. fed contrarium,* loquentem in terminis *dict. l. fi cui, C. de non num. pecun.* & proinde debent creditores dictam exceptionem opponere intra legitima tempora, prout debitor ipfe opponere potuiffet, fequitur *Barbof. in l. 1. par. 6. numer. 37. verf. non igitur, ff. fol. matrimon.* cum ergo exceptio donatori compe-
74 tens fit perfonalis, nec extendatur ad hæredes; ideo donatore mortuo non poffunt creditores amplius hoc beneficium ex perfona donantis habere, quod in terminis videtur probare *text. in l. fi cum procuratore, D. de re jud.* ubi habetur, quod quamvis mariti defenfor condemnetur in id, quod facere poteft, tamen non procedit, nifi vivo donatore, & quod quando deceffit donator, ceffet hoc beneficium, probatur ex dd. *dec. de Franch. 697. & 698.* & per *Barb. dict. l. maritum, nu. 77.* cum *feq.*

Quibus omnibus late difcuffis in Collaterali Confilio ad relationem doctiffimi, & vigilantiffimi Regentis Don Francifci Merlini, Delegati per S. M. in caufis patrimonii qu. Principis Conchæ, fuit depofitum liberatum Illuftr. Duci Magdaloni, creditori Julii Cæfaris de Capua Principis Conchæ donatarii, excludendo creditores pofteriores donationi factæ per qu. Lucretiam Filomarinam, in qua caufa nonnulla in facto ponderavit idem *Regens* Commiffarius, quæ non fuerunt ab Advocatis dicti Illuftr. Ducis confiderata, ex quibus poterat caufa terminari, fed nihilominus vifum fuit votare articula prædicta. Et quoad primum articulum infinuationis omnes fuimus concordes. Quo vero ad fecundum fuimus etiam concordes in fubftantia, licet in articulo inter creditores hypothecarios habeat locum illa juris difpofitio, quod creditor ex caufa onerofa præferatur creditori ex caufa lucrativa, fuit aliqua inter nos controverfia, quamvis admiffa prædicta opinione, quod habeat etiam locum, quando omnes funt hypothecarii, tamen quod attendatur qualitas caufæ, ut fupra diximus, attamen quia donans jam per plures annos ante erat mortuus, & nunquam hanc exceptionem oppofuerat, nec hodie aderant filii donantis, fuit judicatum, effe privilegium prædictum extinctum, & omnes debere concurrere fecundum datam temporis, nec in ulla fuit confideratione decifio S. C. relata per *Reg. Rovit. in dict. decif. 48.* quia rei veritate per illam non apparet, fuiffe decifa ea, quæ in dicta decifione difputantur, fed tantum, quod procedatur ad venditionem Terrarum Cafarani, & Cafaranelli, quæ fuerunt prædictæ principiffæ donantis, firmo remanente fequeftro pro effectu illius anni dum omnes, qui concurrebant, erant creditores in pecunia, & proinde omnino erat ad venditionem procedendum, & in pretio poftea veniebant difcutiendi dicti articuli, qui fuerunt difcuffi, & decifi per Collaterale Confilium.

OBSERVATIO IN DECIS. CLVI.

SVMMARIVM.

1 D. Regens Antonius Caracciolus laudatur.
D. Regens D. Francifcus Merlinus laudatur, Ibid.
D. Regens Joan. Francifcus Marcianus laudatur ibid.

2 *Actio non quæritur abfenti ex donatione regulariter.*
Limitatur primò favore dotis, n. 3.
Limitatur fecundè, quando pactum factum in beneficium abfentis apponitur in contractu donationis, num. 4.
Limitatur tertiò, quando abfens acceptat, feu approbat promiffionem. n. 5.
Limitatur quartò ratione juramenti, quod fupplet defectum abfentia. n. 6.
Limitatur quintò in contractu, & pacto facto per avum paternum, & fic per afcendentem ex linea mafculina. n. 7.
Limitatur fextò in contractu, qui incipit à traditione rei. n. 8.

9 *Actio, quæ abfenti quæritur in dictis cafibus eft realis non autem perfonalis.*

10 *Claufula folita apponi in omnibus contractibus,* Pro quibus omnibus, & fingulis obfervandis obligavit omnia bona &c. *quid operetur.*

11 *Fructus percepti per filium ex bonis teftatoris, an imputentur in legitimam, vel in novem partes dotium maternarum debitas ex* Confuet. Neapolitan.

12 *Legitima debetur in corporibus, non autem in fructibus, & adducitur decifio ibid.*
D. Pomponius Magaldus laudatur.

13 *Debitor vigore apocæ banci, an poffit opponere exceptionem* non numeratæ pecuniæ *infra biennium fi illi renunciavit, adducitur decifio n. 20.*
Exceptio non numeratæ pecuniæ *an poffit opponi à debitore in apocis banci fi non mansit in vinculis, vel facto depofito, ibid. & num. 17.*

14 Exceptioni non numeratæ pecuniæ *an poffit à debitore renunciari, & n. 17. 18. & 19. latè difcutitur, & opinio diftinguens fequenda eft, n. 15. &* in Hifpania *opinio affirmativa comprobata fuit per legem particularem, eod. n. 14.*

15 Exceptio non numeratæ pecuniæ *poteft perpetuò opponi, fi probetur pecuniam non fuiffe numeratam.*

16 Exceptioni non numeratæ pecuniæ *renuncians, amittit quidem privilegium exceptionis, non tamen amittit ipfam exceptionem, fi velit eam probare quia per* renunciationem *onus probandi remanet apud debitorem.*
D. Didacus de Andrea *laudatur, ibid.*
D. Ignatius Rozza *laudatur ibid.*

19 Exceptio non numeratæ pecuniæ *eft introducta ad occurrendum fatilitati debitorum pecunia indigentium, & ad quem fpectet onus probandi pecuniam verè fuiffe numeratam debitori, vel creditori, ibid.*

R 2 Caufa

Causa hujus decisionis fuit latissimè discussa ad relationem eminentissimi, & integerrimi Viri 1 *D. Antonii Caraccioli*, qui fuit Advocatorum Princeps ob doctrinam, eloquentiam, ac suavitatem in modo dicendi, ac loquendi, & ob ejus virtutes singulares fuit creatus Præsidens Reg. Cam. Sum. & demum Regens, atque Marchio S. Sebastiani adeo quod Domini Votantes remanserunt in paritate votorum, sed datis tribus adjunctis fuit determinata referente D. Marchione Ramontis *D. Francisco Merlino Pignatello* singulari Viro, qui fuit Auditor in Audientia Salerni, postea Judex M. C. V. Commissarius generalis contra delinquentes per Campaneam, postmodum Præsidens Reg. Cam. Sum. deinde Regens & demum Præsidens Sac. Reg. Consil. ad favorem Ducis Magdaloni, cujus jura proliatiori calamo fuerunt *Dom. Reg. Joan. Franciscus Marcianus*, tunc Advocatus primarius, ut videri potest *disput.* 51. 52. 53. 54. 55. *&* 56. *lib.* 2. *disput. forens.* de qua decisione etiam testatur *Dom. Cons. Dom. Ferdinandus Arias de Mesa doctissimus J. C. lib.* 3. *var. resol. cap.* 50. *numer.* 21. qui fuit unus ex Adjunctis, ideo pro confirmatione hujus decisionis legenda sunt scripta per *D. Marcian.* in locis supra citatis, ubi luculenter, more solito causa discutitur, & explicatur; Ego tamen infrascripta observanda censeo.

Primò, circa articulum excitatum *nu.* 1. an actio 2 quæratur absenti ex donatione ad intellectum *l. quoties, C. de donat. quæ sub modo*, dicimus, quod regula est negativa, ut absenti nulla quæratur actio, *l. absenti, ff. de donat. l. nec ambigi, Cod. eod. cum simil.* hæc tamen regula plures recipit restrictiones, ut tradit *D. Cons. Arias de Mesa ubi sup. num.* 2. & *Nos* etiam diximus *observat.* 44. *nu.* 4.

Fallit primò favore dotis, Avus namque potest 3 promittendo acquirere actionem nepti, cum de dote agitur, *arg. l. Gaius* 46. *ff. sol. matr. l. pater C. de pact. conven. l. si ita convenerit, ff. de pact. dotal. & l. quodcunque, §. si quis ita, ff. de verb. obligat.* favore enim dotis hoc speciale est, quod ex contractu inter alios celebrato, mulier absens pro dote jus acquirit, *ex l.* 1. *§. accedit, Cod. de rei uxor. act. l. fin. in princ. C. de jur. dot.* per quæ jura ita tradit *Bart. cons.* 123. & sequitur *Dec.* qui alios allegat *cons.* 35. *in princ. D. Merlin. cap.* 61. *n.* 2. *lib.* 1. ubi sic decisum adducit *D. Arias de Mesa ibid. n.* 20. & *Nos* pariter diximus *observat.* 44. *num.* 4.

Restringitur secundò dicta regula, quando pactum factum in beneficium absentis apponitur in contra- 4 ctu donationis, idque ex nova provisione legis, hoc etenim specialiter disposuit, ut ex pacto in contractu donationis inito in beneficium absentis acquiratur ei actio utilis, *d. l. quoties, Cod. de donat. quæ sub modo*, quæ lex favore exercentis liberalitatem induxit de novo, quod quis possit apponere in donatione pactum, ex quo alteri actio acquiratur, *Dom. Merlin. cap.* 60. *lib.* 1. *controvers. D. de Franch. decis.* 74. *D. Arias de Mesa ubi supra nu.* 16. *& Ego d. observ.* 44. *n.* 5.

Locum non habet tertiò dicta regula, quando ab- 5 sens acceptat, seu approbat promissionem, *Castr. & alii in d. l. absenti, & in l. illud C. de sacros. Eccles.*

Non verificatur quartò ratione juramenti, quod 6 supplet defectum absentiæ, & facit illi absenti actionem quæri, *arg. glos.* quæ reputatur singularis *in cap. quoties in verb. & prote* 1. *q.* 7. de qua *Bald. in l. pactum quod dotali nu.* 7. *C. de collat. qu.* 9. *Baccar. de virtute juram. num.* 24. *& Affl. decis.* 13. *num.* 5. ubi concludit propter juramentum absenti actionem quæri, etiam quod nemo stipulatus fuerit pro eo, *D. Regens decis.* 44. *n.* 17.

Limitatur quintò, quando sumus in contractu, & 7 pacto facto per Avum paternum, & sic per ascendentem ex linea masculina, ut considerat *glos. in d. l. publia, in verb. filio, ff. depos. & in l. pater, C. de pact. conven.*

Et tandem quando sumus in contractu, qui incipit 8 à traditione, juxta *text. in l. in traditionibus ff. de pact.* ubi disponit, quod in traditione rei suæ quilibet potest apponere efficaciter pactum, & legem, quam vult, ideoque Notarii in reassumptione instrumentorum apponunt clausulam istam; Unde factum est hoc præsens instrumentum ad cautelam dictarum partium, & omnium quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, aliisque limitationes, *Nos* adduximus *dissert. num... lib.* 1. *dissert. forens.*

Et actio quæ absenti quæritur in dictis casibus ut 9 supra positis est realis, non autem personalis, nam licet per *Afflict. decis.* 162. *ante num.* 6. dicat, quod si *const. Regni, In aliquibus*, sicut gravat personas ad dotandum, gravasset bona, usque clarum esset, quod bona essent obligata principaliter, non in subsidium, & daretur actio etiam contra tertios possessores, contrarium tamen dicimus esse verius, quia in omnibus contractibus adest clausula, *Pro quibus omnibus, & sin-* 10 *gulis observandis, obligavit omnia bona &c.* hæc generalissima obligatio, cum ad omnia inferatur, dum nihil excipiat omnia comprehendit *l.* 1. *§. generaliter, ff. de legat. præstan. Bald. consil.* 391. *&* 203. *volum.* 1. *Crav. consil.* 133. *numer.* 3. *volum.* 1. & proinde actionem realem absens acquirit in casibus prædictis.

Tradit *Dom. Reg. num.* 5. quod onus non potest imponi super legitima cujus occasione quæri potest, an 11 fructus percepti per filium ex bonis testatoris imputentur in legitimam, vel in novem partes dotium maternarum debitas ex *Consuet. Neapol.* & respondeo negativè, nam legitima debetur in corporibus, non 12 autem in fructibus, *l. scimus, §. repletionem, ubi glos. Cod. de in off. testam. §. prohibemus, auth. de trien. & semiss.* & illa portio novem partium est legitima filiorum. *Naped. in Consuet. Si quis moriens num.* 9. *D. de Franch. decis.* 396. & de illa decima potest mulier disponere ad libitum, nec de ea debetur legitima filiis, *Anton. de Alex. in consuet. Si aliquis moriens fol.* 160. eo magis si dotes extant, & non consistunt in pecunia numerata. *Naped. in consuet. Si quis vel si qua num.* 130. *& ita decisum fuit per S. C. die* * 27. *Junii* 1626. junctis Aulis referente *D. Meliore* viro doctissimo, & æquissimo in causa creditorum Andreæ Macedonii cum Joan. Vincentio Macedonio, per quod fuit provisum; *quod fructus percepti ex hæreditatibus Io. Vincentii Macedonii senioris, & Antonia Verrana non esse imputandos in legitimas debitas dicto Andreæ, nec in novem partibus dotium dictæ Antoniæ, verum legitimas deberi juxta liquidationem faciendam*, in banca Figliolæ, sub patrocinio *Dom. Pomponii Magaldi* Advocati timoratæ conscientiæ, & docti.

D. Regens numer. 71. *in fin.* verba facit incidenter de exceptione non numeratæ pecuniæ, ideoque 13 disputatum vidi, an debitor vigore apocæ banci, in qua renunciavit exceptioni non numeratæ pecuniæ, si postea conventus intra biennium illam opponat, sit audiendus ad impediendam apocæ exequutionem.

Pro creditore dicebatur, debitorem non esse audiendum, nisi in vinculis, vel facto deposito, juxta *pragmat.* 63. *§.* 6. *de offic. Proc. Cæs.* ibi, *Item volemo, e comandamo, che quelli, li quali saranno convenuti in vigore di polise dirette al Banco, non siano intesi, eccetto fatto il deposito in publico Banco, overo constituito il debitore in carcere*, ubi *D. Revit. num.* 45. inquit, quod eo casu intrat dispositio dictæ pragmaticæ, quæ conventis audientiam denegat,

&

& sic omnes exceptiones ei competentes tollit, & in propriis terminis exceptionis non numeratæ pecuniæ, ut debitor eam opponens audiri non possit; nisi in vinculis vel facto deposito, servata forma *Reg. pragm.* late probat *Dom. Reg. Capicius Latro decis. 111.* ubi *numer.* 41. testatur S. C. in hanc sententiam inclinasse.

14 Insuper dicebatur, quod & si articulus, an exceptioni pecuniæ non numeratæ possit debitor renunciare, inter DD. sit maximè controversus, alii namque affirmant, alii negant, adeout inter communes DD. opiniones contra communem *à Cevallo* relatas *pract. quæst. lib. 1. qu. 365.* ubi utramque pariter opinionem communem esse testatur, affirmativa tamen sententia, quæ renunciationis validitatem tuetur, si non communior, verior equidem, & juris principiis congruentior, proculdubio censenda erit, quilibet namque favori suo pro se introducto renunciare potest, *l. pen. C. de pact.* à qua generali regula hic casus non repetitur exceptus.

Et propterea sententia ista affirmativa uti communis, & verior, merito fuit jure Regio expressim in Hispania comprobata *in l. 9. tit. 1. par. 5. Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 9. num. 22. Gutier. de jurum. confirm. par. 1. cap. 37. nu. 9* & quamvis *d. lex Regia* in hoc Regno legis non habeat vigorem, in articulo tamen juris dubio, & inter DD. controverso, non modicam authoritatem obtinere debet, ut ex Nostratibus scripsit *D. Regens Constantius in l. 1. n. 36. C. de situ Offic. cial. lib. 12.* quem refert, & sequitur *D. Carleval. de judic. tom. 1. tit. 1. disput. 8. num. 133.*

15 Ulterius dicebatur, quod licet articulus sit controversus, negari tamen non poterit, in hoc DD. conflictu tertiam opinionem distinguentem, ac invicem dissidentes opiniones conciliantem, fore amplectendam, quam refert *Vasq. in d. §. 9. nu. 9* ibi. *Tertia est opinio distinguentium*, ut post talem renunciationem reus videatur relictus in terminis juris communis, ut hanc exceptionem possit perpetuo opponere, dummodo ipse probet pecuniam numeratam non fuisse, & propterea hæc opinio distinguens præfertur, ex adductis per *D. Valenz. cons. 1 t. nu. 4. cum seq.* renuncians siquidem amittit privilegium exceptionis, non 16 tamen amittit ipsam exceptionem, si velit eam probare, *Eman. à Cost. in l. si ex cautione, in verb. compellitur, num. 2. C. de non numer. pecun.* quæ opinio fuit etiam recepta in Belgico Senatu, ut testatur *Deckes in dissert. 6. lib. 1. dissert. jur. n. nu. 1. per tot. nu. 4.* quis per renunciationem onus probandi remanet apud debitorem, *ex glos. in d. l. si ex. cautione in Ver. probare, & Azo in rubr. n. 9. C. de non numer. pec.* quæ omnia, & alia prolixiori tamen calamo adducta fuerunt per *D. Didacum de Anirea* Advocatum ingeniosum, & doctum pro Aloysia Serravo creditrice in M. C. V. contra Bartholomæum Zannino, cujus Jura tuebatur *D. Ignatius Rozzera* Advocatus licet juvenis, tamen doctus, & magnæ expectationis, per infrascripta media.

Primò negabat hunc casum comprehendi sub *dict. pragmat. 61. §. 6. de offic. Proc. Cæs.* nam licet statutum, vel lex generaliter loquens, indistinctè in 17 omnibus locum habeat, id tamen procedit, si ons, eademque causa non diversa in omnibus ratio militat, *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. ult. Cod. ad l. falcid.* & exceptio quæ requirit altiorem indaginem, quæque incontinenti probari valeat diversam rationem habent, ut docet *Menoch. lib. 2. præsumpt. 47.* & exceptio non numeratæ pecuniæ promptuaria est, *ex d. l. 3. C. de non num. pecun.* merito in *d. pragm.* non comprehenditur.

Secundò, nam & si inter DD. controversum sit, an dictæ exceptioni renunciari possit, tamen magis communiter *DD. in d. l. 3.* negativam amplexi sunt opi-

18 nionem, tamen admissa opinione, quod possit renunciari, onus probandi, si renunciatio sit facta in eodem contractu, sive sponsa tunc, creditoris, non debitoris est, quia durat idem animi motus, cùm dicta excep-
19 tio introducta est ad occurrendum facilitati debitorum pecunia indigentium, ad tradita per *Cin. in cad. l. 3.* nam inopiæ pressio spe futuræ numerationis, sicut urget debitorem ad confitendum, ita eundem suo beneficio in eodem contractu ad renunciandum inducit, *l. si mulier, C. ad Velleian. l. doli exceptio, §. diversum, ff. de novat.* secus tamen est si renunciatio ex intervallo, & in alia separata scriptura facta sit, tunc enim onus probandi spectat ad debitorem, hancque distinctionem post *Bart. Bald. Salic. Cyn. Fclin. Mascard. Tusch. Molin. Alexand.* tenuere *Jacob. de Arena in dict. l. 3. Angel. de Aret. instit. de liter. oblig. numer. 14. Panorm. in cap. si cautio numer. 8. de fideicom. instrum. Host. & Joan. Andr. in cap. fin. de solut. Anton. Gomez. in l. 50. Tauri numer. 52. et Gregor. Lopez. in glos. fin. l. 9 titul. 1. par. 5.* aliique per ipsos citati, prout hæc, & alia allegabantur per dictum *D. Ignatium* in duabus allegationibus datis.

20 Causa tamen relata, ac discussa in M. C. V. referente Judice *D. D. Michaele Musettula* meo singulari Domino, fuit per d. M. C. V. prolatum decretum in banca Bruni, per quod fuit provisum, quod facto de- * posito providebitur.

Et cum à decreto appellasset dictus Bartholomæus debitor ad S. C. & obtinuisset regiam decretationem de verbo faciendo in S. C facto verbo, sive relatione per eundem *D. Judicem Musettulam in Aula D. Consil. Joan. Baptistæ Jovini Decani* fuit confirmatum decretum M. C. veruin ut audivi, S. R. C. motum fuit, quod in Aula, dùm causa maxima cum disceptatione discuteretur, fuit producta ab Actore quædam publica, & authentica declaratio facta per duos alios Conteos insolidum cum dicto debitore convento obligatos, in qua asserebant verè, & realiter pecuniam intervenisse, sicque ex ea liquebat pecuniæ numerationem, & proinde decretum M. C. V. approbatum extitit per S. C.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Paries divisorius quando dicatur communis cum vicinia cum vicino, & quando possit in eo superædificari, vel tigna, aut trabes in foraminibus immitti, & quid stante Consuetudine Neapolitana, & multa ad intellectum *Consuet.* incip. *Si quis habet domum, sub tit. de apert. non faciend.* & ad, & quando dictæ Consuetudines Neapolitanæ ligent Clericos, & Ecclesiasticas personas. Et quid quando potest haberi aspectus, vel damnificari in moto clausuræ Monasterii Monialium.

SUMMARIUM.

1 *Statuta laicorum regulariter non ligant Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, sive eorum bona.*
2 *Limitatur in multis casibus, comissive, & inter alios in Civitate Neapolis in causis fusinarum, fabricarum fundarum, vel demoliendarum.*
3 *Consuetudines Neapolitana videntur approbata per* Rit. 12. Cotiæ Archiepis. *Intellige, ut nu. 6.*
4 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
5 *Consuetudines Neapolitana fuerunt introducta tam per laicos, quam per clericos, nam fuerunt in scriptis redacta per duodecim Viros, & Antistitem hujus Civitatis de ordine* Regis Caroli.
7 Consuetudo, Si quis habet domum, tit. de apert. non faciend.

faciend. *expeditur.*

8 *Ampliatur dicta* Consuetudo *etiam in appartamento inferiori.*

9 Consuetudo *incip.* Si quis habet, in §. & si ex latere in verbo potest, de servitut. *declaratur.*

10 *Paries an, & quando efficiatur communis cum vicino.*

11 *Murus vicini perforari, & desuper adificare, vel trabes imponi, quando possint & quomodo hoc sit intelligendum, num. seq.*

13 *Tigna muro vicini appodiare, soluto pretio, illi non nocet, & adificanti prodest, & proinde permittendum.*

14 *Consuetudo juris communis correctoria non est extendenda de casu ad casum, etiam ex identitate rationis. Intellige, ut num. seq.*

16 *Consuetudines Neapolitana dicuntur potius pacta Civium, & sic quodammodo contractum, & de latius debent interpretari.*

17 *Argumentum à cessante ratione est validum.*

18 *Vicinus de jure communi non potest immittere tigna in pariete alterius vicini, ipso invito, secus tamen est de jure Consuetudinario, quando vicino notabiliter non nocet, & adificanti prodest, num. seq. & num. 15.*

20 *Ædificia, qua possunt habere aspectum ad Monasterium Monialium, ratione honestatis prohibentur.*

21 Pragmat. 2. sub tit. de Monialibus *est juri communi conformis, & ex identitate rationis fuit ampliata etiam respectu Monasteriorum Religiosorum masculorum, num. seq. & 24.*

25 *Ædificium etiam si non fieret ad amulationem, non est permittendum, quando gravissimum immineret Monasterio prajudicium, ratione publica utilitatis, qua Religiosis domibus provenit.*

26 *Paries, licet non fuerit constructus à principio ad usum adificandi, sufficit de jure Consuetudinario, ut taliter sit destinatus, quod possit adificia sustinere.*

27 *Socius potest invito socio superadificare in pariete communi pro diviso.*

28 Pragm. 6. sub tit. de Monialibus *quo in casu locum sibi vendicet.*

DECISIO CLVII.

Quamvis regulariter statuta laicorum, sive generalia, sive specialia non ligent Ecclesias, & 1 Ecclesiasticas personas, & eorum bona, ut habetur ex text. in cap. *Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit.* & 2 *Ego* dixi in *decis.* 66. & 95. tamen hoc limitatur in multis casibus, de quibus per *Rice collect. decis.* 171. & inter alios in hac Civitate in causis fabricarum fiendarum, vel demoliendarum, in quibus servantur Consuetudines Neapolitanæ, etiam respectu bonorum Ecclesiasticorum, excepto tamen jure congrui, ut habetur ex *Rit.* 22. *Curiæ Archiepiscop. Neapolitan.* per quæ verba, *excepto jure congrui, Alberic. Oliva ibidem* videtur sumere regu-3 lam, quod omnes Consuetudines Neapolitanæ videantur approbatæ per dictum *Ritum* inter personas 4 Ecclesiasticas, exceptio enim firmat regulam in contrarium, *l. quæsitum, §. denique, ff. de fund. instruct. glos. in rubr. de regul. jur. in 6. Abb. in cap. cum dilectis, col. 9. de confirm. util. vel inutil.* ubi etiam *Philipp. Franc. Isern. in cap. 1. vers. angariæ, quæ sint regal.* quod etiam latè fundat *Ursil. ad Afflict. decis.* 310. ubi dicit, 5 quod istæ Consuetudines fuerunt introductæ, tam per laicos, quam per clericos, nam fuerunt in scriptis redactæ per duodecim Viros, & Antistitem hujus Civitatis de ordine *Regis Caroli,* sequitur *Molfes. ad d. Consuetud. par. 2. qu. 7. de person. num. 8* congerit multa idem *Ursil. ubi supra,* licet alii contrarium te-6 neant, quod solum procedat respectu fabricarum fabricarum fiendarum, & demoliendarum, & similium, ut voluit *Episc. Campanil. in Rit.* 22. *nu.* 20. *ideo Ursil. in loc.* supra cit. *num.* 50.

Quibus sic stantibus, cum Illustr. Princeps Lepotani haberet domum extra Portam Regalem hujus Civitatis & prope illam, quæ antiquitus vocabatur, *la Conigliera,* quæ fuit fabricata ab Aragoniæ Regibus, solatii causa, juxta Monasterium Monialium Ordinis Sancti Benedicti, sub invocatione Sancti Potiti extulit in altum supra antiquam domum aliud solarium, & intendebat tigna immittere in pariete 7 dicti Monasterii, ex dispositione *Consuetud.* incip. *Si quis habet domum, sub tit. 21. de apert. faciend.* ubi disponitur, quod qui habet domum supra, sive juxta domum, hortum, locum, vel aream vicini, in qua domo sunt dossitiæ, vel aliæ aperturæ, si domum suam velit altius extollere, & facere aliud solarium, sive membrum, potest in ipso tot dossitias, & alias aperturas facere, quot habet in alio solario, sive membro veteri, dummodo non sint ampliores, nec longiores veteribus aperturis, & fiant in directum aliarum veterum, & sic dicebat Princeps, quod cum ipse haberet domum, & alia solaria poterat simili 8 modo extollere in altum aliud appartamentum cum eisdem dossitiis, & aperturis, prout in appartamento inferiori. quod ampliat *Afflict.* procedere etiam in eo, qui possidendo aperturas in appartamento superiori, vult aperturas facere in parte inferiori, in *decis.* 223. & 224. licet contra *Afflict.* fuisse judicatum referat *Pisanell. in d. dec.* 203.

9 Id ipsum probatur per aliam *Consuetudinem* incip. *Si quis habet, in §. et si ex latere, in verbo potest, de servit.* ubi habetur, quod potest vicinus habens domum, hortum, vel curtim vicinam dicto parieti, in ipsum parietem immittere tigna & alia onera ædificii, soluto pretio, vel saltem eo oblato, subdit *Napod.* sub *num.* 22. quia aut recipit pretium, & res est de plano, aut non recipit, & tunc potest vicinus ædificare, & sic invito Domino parietis, sed vere hæc non 10 potest dici servitus, sed communicatio parietis, quia recipiendo pretium medietatis parietis efficitur paries communis, *l. in rem communem, D. de servit. urban. præd.* & sic videbatur, quod poterat Princeps Lepotani solvendo, vel saltem offerendo medietatem pretii parietis ædificare in pariete vicini, & quod possit nedum ædificare in pariete vicini, sed per-11 forare murum, & ipso in foramine imponere trabes, vel aliam materiam ligneam, vel lapideam, dummodo non devastet faciem muri à parte vicini, probat ipsamet *glos. Napodan. in loco* supra allegato, in 12 *verbo in ipsum, num.* 27. & sic etiam supra murum, quia eadem est ratio, soluto tamen pretio, quod tamen est intelligendum civili modo, juxta potentiam parietis, ut habetur ex *glos.* prædicta *n.* 24. argumento *text. in l. cujus ædificium, ff. de servit. urb. Capoll. eod. tit. in cap. de camino,* & est ratio, quia appodiare tigna 13 soluto vicino pretio, illi non nocet, & ædificanti prodest, *l. 2. §. item Varus, ff. de aqua pluv. arcend.* & proinde est permittendum.

Verum pro parte Venerabilis Monasterii multa replicabantur, ad exclusionem prætensionis dicti Principis, & quamvis non negabat, Consuetudines Neapolitanas loquentes de servitutibus habere locum inter Ecclesiasticas personas, & bona, tamen dicebat, non esse casum in *Consuetudine* expressum, ex eo, quia non erat Monasterii paries, in quo intendebat Princeps immittere trabes, & ædificare appartamentum superius, sed erat mons lapideus, supra quem fuit postea ædificatus murus pro clausura Monasterii, cumque *Consuetudo* loquatur de muro,

&

& non de monte, non erat extendenda ad montem. Consuetudo enim juria communis correctoria non 14 est extendenda de casu ad casum, etiam ex identitate rationis, *Roch. de Curt.* post alios in *cap. cum tanto, de consuetud. sect. 4. num. 3.* quamvis hoc assumptum 15 poterat habere difficultatem, nam prædictæ Consuetudines potius possunt dici jus commune in Civitate Neapolitana, ut dixit *Vinc. de Franc. in proœm. Consuetud.* sub *nu. 9. in verbo adde, fol. 4. a t.* ex doctrina *Cagnolini repetit. l. 2. in 96. qu. C. de pact. inter* 16 *empt. & vend.* & potius dicuntur pacta Civium, & sic quodammodo contractus, & propterea latius debent interpretari, ut dixit *Jacob. Anell. de Bott. abrd. in verbo Adde, quod ista Consuetudines Consil. Andr. Provenzal.* olim meus Collega ad *Consuetud. Neapolit. observat. 14. nu. 2. Natta cons. 98. num. 13. & 23. Surd. decis. 39. n. 2. Molfes ad dict. Consuetud. part. 4. de successi. ab intest. q. 9. nu 4.*

Secundò considerabatur, quod quamvis *Consuetudo* prædicta illustr. Princip. faveret, adhuc in isto casu 17 non erat servanda, valet enim argumentum à cessante ratione, *l. quod pactum ff. de pactis*, ubi *Bart. & Angel. Menoch. cons. 9 num. 10. & cons. 90. nu. 71.* 18 cum enim de jure communi non posset vicinus immittere tigna in pariete alterius vicini, ipso invito, *l. quemadmodum, §. si protectum, ff. ad l. Aquil. l. 3. ff. de servit. urba. pro Capol. de servit. qu. 5. num. 7.* 19 Consuetudo introduxit, ut hoc facere liceret etiam domino invito, solvendo medietatem pretii parietis, ex quadam naturali æquitate, quod tamen debet intelligi, quando vicinu notabiliter non noceret, & ædificandi prod. st. *d. l. 1. § item Varus, ff. de aqua pluv. arcend.* Hinc videmus, quod si paries non posset ædificium substinere, *Consuetudo* prædicta locum non habet, ut dixit idem *Napod. in d. Consuetudine §. & si ex latere, in verbo immittere, num. 24.* Damnum autem Venerabili Monasterio esset maximum, quia cum supra dictum montem sit ædificatus murus pro clausura ipsius, qui stante dicto monte perpendiculariter inciso faciebat magnam altitudinem, si permitteretur ædificium prædictum, esset satis minuere altitudinem dictæ clausuræ, in detrimentum Monasterii, quod maxime erat considerandum in Monasterio prædicto, sito extra mœnia Civitatis: Item aditus intra Claustra Monasterii à dicta Domo cum scalis esset magis facilis, non solum per aditum ad Monasterium prædictum, sed etiam ad perscrutationem, quod non 20 erat permittendum, ad quod ponderabatur *pragm. 2. sub tit. de Monialibus*, ubi ratione honestatis Monialium prohibentur ædificia, quæ possent habere aspectum ad Monasterium, & quamvis per hanc novam fabricam non posset haberi prospectus intus Monasterium, tamen, ut supra est dictum, esset satis facilis 21 cum scala, nedum habere aspectum, sed aditum, & erit notandum, quod cum *pragmatica* prædicta sit juri communi conformis, ut ex *Imol. in l. si in meo ff. de aqu. pluv. arcend. Gluber. Constant. lib. 1. quæst. jur. cap. 27. in fin. Cabed. decis. Lusitan. 152. cap. 1. Mera decis. 8.* & aliis fundat *Reg. Rovit. in d. pragm. 2. nu. 1.* pro- 22 pterea ex identitate rationis fuit ampliata, nam cum loquatur de Monialibus, fuit judicatum procedere etiam respectu Monasteriorum Religiosorum masculorum, & sic Regularium utriusque sexus, ut testatur idem *Reg. Rovit. in decis. 85.* contra ea, quæ dixit *Ant. de Padill. in l. altius, C. de servitut.* cui etiam adversantur *Cyn. Bal. Salyc.* & alii in *d. decisione* allegati, quibus addo *Cabed. d. decis. Lusit. 152.* ubi etiam 23 generaliter tenet, quod quoties ex novo ædificio gravissimum imminet Monasterio præjudicium, etiam si non fieret ad æmulationem, non est permittendum ratione publicæ utilitatis, quæ Religiosis domibus provenit, idem *Cabed. decis. 105. numer. 4. d. part. 1. Giz-* 24 *Zar. decis. 37. num. 18.* & hac etiam ratione, quamvis *pragmatica* non loquatur, quando adest via intermedia, tamen sic fuit ampliata, & hoc honestatis, & Religionis favore, ex doctrina *Ant. de Padill. in d. l. altius, num. 19.* sequitur *Petra de potest. Princip. cap. 12. & 13. Battagl. ad. qu. in l. 1. C. de Episc. audien.* ubi aliam decisionem Sacr. Consil. refert in causa Monialium Sancti Andreæ cum Barone Galeota, *Rota Rom. recent. dec. 213. p. 2. tom. 1.* late etiam *Novar. in d. pragm. 2. & qu. for. p. 2. q. 1.*

Insuper dicebatur pro parte Monasterii, quod qua- 25 tenus essemus in casu Consuetudinis, quod posset vicinus immittere tigna, vel trabes in muro vicini, mediante pretio, quod hoc esset intelligendum, quando paries à principio constructus fuisset pro usu ædificandi, *Cepoll. in tract. de servit. in cap. de muro, seu pariete, num. 33.* sed cum murus Monasterii non fuerit à principio, nisi pro clausura ædificatus, non poterat vicinus ibidem superædificare, vel tigna immittere. Verum adversus prædicta fuit consideratum, doctrinam istam non loqui in hoc casu, sed quando paries est communis pro diviso, vel indiviso, & tamen etiam in dicto casu tenet *De Bott. in d. §. & si ex latere, in fine*, quod quamvis hæc distinctio sit vera de 26 jure communi, tamen de jure consuetudinario sufficit, quod destinatus sit paries, ita ut possit ædificia substinere, licet non fuerit constructus à principio ad usum ædificandi, quod etiam dixit *Reg. Rovit. in dec. 30. nu. 10.* ubi tenet, quod in pariete communi pro 27 diviso potest socius superædificare, etiam invito socio, ex *cons. Dec. 388. in fin.* sed hæc quæstio non videbatur posse in hac causa intrare, quia murum, non dubitatur, esse proprium Monasterii, & ab eo constructum ad usum clausuræ, nec poterat dici, esse communem, nec pro diviso, vel indiviso, & quamvis domus cohærebat Monasterio, non cohærebat muro, sed monti, super quo Monasterium ædificavit parietem, verum si permitteretur Domino domus in altum extollere, cohærebat etiam muro.

Et sic videbatur, quod cardo difficultatis erat, si ex illo ædificio in aliquo damnificaretur clausura Monasterii, quamvis enim domus esset ædificata sa- 28 tis ante, quam Monasterium & proinde, *pragmaticam*, prætendebatur, locum sibi vendicare non posse, prout fuisse judicatum cum Venerabili Monasterio Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ referunt *Reg. Rovit. & Novar. in d. pragmatica*, tamen certum est, quod Monasterium non poterat divinare quod novus Dominus dictæ domus voluisset novum ædificium facere, & aliud apparamentum superaddere, & sic re vera, non erat vetus ædificium, sed novum, quod intendebat facere in præjudicium Monasterii, in quo casu loquuti fuerunt *Cyn.* & alii quos refert *Reg. Rovit.* in dict. *pragmat. 2 num. 2.* & propterea visus fuit necessarius loci aspectus, quo accessu facto per Collaterale Consilium, videbatur, quod ex illo novo ædificio, quod facere intendebat Illustriss. Princeps satis damnum patiebatur claustra dicti Monasterii, & proinde die 24. Octobris 1642. fuit determinatum, quod dictus Illustr. Princeps abstineat à novo opere conficiendo in domibus, in actis deductis, & opus in eis factum adhærens parieti dicti Venerabilis Monasterii tollatur, Penes Anastasium à mandatis Scribam. Verum nescio, quomodo hodie fuit murus prædictus altior factus, credo, quod aliqua conventio sit inter partes inita, & de hac eadem decisione meminit *Regens Sanfelicius in addition. ad decision. 288. fol. 374. tom. 2.* ubi tamen refert causam, sed non decisionem, quia nondum erat promulgata tempore impressionis, sed eam refert in *addition. noviss. folio 32. à tit. in fin. 1. volum.*

OBSERVATIO IN DECIS. CLVII.

SUMMARIUM.

1 *Consuetuda Neap. incip.* Et si ex latere, *quando locum habeat.*

2 D. Prosper de Augustino *laudatur.*

3 D. Lælius Gizziua frater *laudatur.*

4 *Paries, & murus vicius, quando ab initio non est institutus, & deputatus ad usum ædificandi, & ad ferendum onera, sed destinatus tantum ad certum usum, puta ad dividendum, & ad usum clausuræ, an possit à vicino super illum ædificari, affertur decisio n. 9.*

Muri originaria ædificatio attenditur, ut cognoscatur, an possit à vicino superædificari, ibidem in fine.

5 *Murus ab initio ædificatus ad certum usum, & ad dividendum, vel ad clausuram, an possit super eo ab alio vicino aliquid fieri, & eo uti ad alium finem, quam fuerit à principio præordinatus.*

6 *Murum an liceat vicino ingrossare, ut eum magis onerare posset.*

7 *Murum vel parietem cum alio communem, an liceat vicino elevare, si obscurentur lumina propria domus vicini, ejusque conditio fieret deterior, & numer. 9.*

8 *In muro communi debet servari antiqua forma, & consistentia, nec mutari pristina facies.*

9 *Super murum communem ædificari non potest, quando status rei, vel contra usum proprium, ad quem fuit destinatus, vel quando aer tolleretur alteri vicino, vel in damnum vicini, vel quando multo tempore murus stetisset in ea forma.*

10 *Murus quando non est divisorius, sed destinatus ad ædificandum, potest super illo ædificari, etiam vicino contradicente, affertur decisio, cum clausula, ut ædificans non faciat fenestras, quæ habeant aspectum ad decimum vicini.*

AGitur in hac decisione, quando paries, sive murus divisorius sit communis cum vicino, ad intellectum *Consuet.* incip. *Si quis habet domum, de aperitur. non faciend. & Consuet* incip. *Si quis habet, §. si ex latere, in verb. potest, de servit.* Ideo observandus erit casus per S. C. determinatus, ad intellectum 1 *Consuet.* incip. *Et si ex latere*, per quam permittitur vicino volenti ædificare ex latere parietis alterius vicini, ut possit contingere ædificium, quod facit ipsi parieti, etiam ejus Domino contradicente, soluto tamen pretio medietatis dicti parietis, & soli. Dominicus namque Mongellus in hac Civitate Neap. prætendebat elevare novum ædificium inceptum in frontispicio, seu à latere domus qu. V. I. D. Julii Cæsaris de Augustino, super qua habebat interesse pro 2 ejus creditis *Dom. Prosper de Augustinus* ejus frater, (Vir sua ætate doctus Canonista, & unus ex Consultoribus Curiæ Archiepiscopalis Neap. qui fecit Additiones maxima doctrina refertas ad summam Bullarii Stephani Quarantæ,) offerendo dictus Mongelius solvere medietatem pretii dicti parietis, & soli servata *d. Consuet.*

Ex adverso tamen pro parte DD. de Augustino plura 3 opponebat *Dom. Lelius Gizzius* meus Germanus eorum Advocatus, cujus mei fratris benemeritissimi merita, & doctrinam reticeo propter meam erga illum reverentiam, cùm illius scripta multis scripta multis voluminibus alligata testentur: Non tamen prætermittam dicere solummodo, quod ejus lingua, & calamus, lingua aurea, & calamus aureus à coætaneis suis tunc temporis maximi nominis Advocatis denominabantur, & appellabantur, quod æquidem sufficiat pro compendio illius laudum & honoris. Atque illius scripta in dicta causa summatim perstringendo, dicebat *in d. Consuet.* minimè probari prætentionem Mongelli sed quatenus illa esset amplianda, juxta Adversarii intentionem, esse tamen restringenda, ut non vendicet sibi locum, quando paries, qualis erat ille, de quo agebatur, ab initio non 4 esset institutus, sed deputatus ad usum ædificandi, & ad ferendum onera, sed destinatum tantum ad certum usum, puta ad dividendum, vel ad usum clausuræ, ex annotatis per *glos. in l. Sabinus, sub verb. constat,* ibi, *Restat ergo &c. ff. commun. divid.* & in *cap. in re communi,* ubi etiam *Dyn. de regul. jur. in 6.* in puncto *Cepoll. in tract. de servit. urb. præd. cap 40. tit. de pariete num. 33. ad fin. Pyrrhus Anglebermeus in comment. ad Consuet. Civit. Aureliana Provinc. Gallia tit. 11. de servitut. fol. 14. in fin. Petr. de Ubald. in tract. de duob. fratr. par. 8. qu. 41.* referens ita *Fulgos.* consuluisse in quodam suo *cons. incip. duo vicini,* atque in praxi esse bene notandum. *Corn. cons. 78. col. 1. vol. 4. Dec. cons. 338. num. 2. & in fin.* & ita etiam tenent *Beer. cons. 5. numer. 27. Bursat. cons. 57. & 58. lib. 1. Surd. cons. 126. num. 4. & 22. vol. 1. Thes. decis. 41. n. 13. Horat. Carpan.* omnino videndus *in comment. ad Statuta Mediolani p. 2. sub rubr. de servitut. cap. 335. numer. 10. & in comment. super cap. 342. sub eadem rubr. num. 26. vers. facit ulterius alia ratio &c. & num. 68. Nall. cons. 23. lib. 1. Magon. decis. Florent. 46. num 6. Helter. Felician. de societ. cap. 28. num. 27.* ac novissimè *Steph. Gratian. lib. 5. disrept. forens. c. 896. n. 1.* per hæc verba loquens; *Nam etiam in casibus, in quibus tenetur aliquis communicare murum cum vicino, intelligendum est, dummodo petens talem communionem, utatur muro communicato ad usum destinatum, non autem quando, prout ex adverso prætenditur, quis vult communicare murum vicini, & illum altius elevare, ut eundem vicinum in sua domo sepeliat, nedum illius luminibus officiat, quia nimis durum esset, ut quis suo jaculo pereat,* & comprobat usque *ad num. 24.* & in propriis terminis hujus *Consuetudinis,* clarissimè sentit *Dom. Consil. de Bottis* ibi, *in sua Adnot. incip. Ego intelligerem, post Napod. ibid. num. 27.* In hoc enim attenditur destinatio originaria, secundum DD. cit. & signanter *Thes. de Bottis, & Carpan.* cum initium sit inspiciendum, *ad text. in l. si filiusfamilias, ff. de verb. oblig.* ideoque dixit *Surd. loc. cit. ubi supra;* tunc absque distinctione illa, an paries efficiatur communis pro diviso, vel indiviso quomodocunque sit, si deputatus, ac constructus fuerit ad 5 clausuram, non licet vicino aliquid in eo facere, nec eo uti ad alium finem, quam fuerit à principio præordinatus

Sic etiam dixit *Bald. in l. parietem, ff. de servit. urban. præd.* quem sequutus est *Thes. dict. decis. 41. nu.* 6 9. denegari vicino si vellet ingrossare murum, ut eum magis onerare posset, & *Alber. in l. altius, C. de servit. & aqua,* dicens, hoc habuisse de facto, ac *Cepoll. de servit. urban. prædior. cap. 36. quæst. 7.* voluerunt in muro cum alio communi non esse licitum illum 7 elevare, quando obscurantur lumina propriæ domus vicini, ejusque conditio fieret deterior, quia tunc tenetur servare antiquam formam, ac consistentiam, 8 nec potest illius pristina facies mutari, *ad text. in l. qui luminibus, ff. eod. tit. Surd. cons. 233. sub num. 10. lib. 2.* & in terminis *Petr. de Ubald.* qui ponit casum formalem *in tract. de duob. fratr. par. 8. quæst. 43* referens quosdam *DD. Paduanos,* similiter hanc quæstionem habuisse de facto, & sic illam determinasse; Hinc *Carpan. in præalleg. comment. ad capit. 335. numero 25. 26. & 27. ex pluribus DD. per eum cit.* 9 colligit supra murum communem ædificari non posse, quando mutatur status rei, vel contra usum proprium

proprium ad quem sit destinatus, vel quando aer tolleretur alteri domui, vel in damnum vicini, & præsertim, ut ex *Bald. Castr. Bursat. & Rominal.* concludit *Thes. in sit. decis.* 41. *eod. num.* 9. quando multo tempore murus stetisset in ea forma, nec aliquis eo usus esset altiando.

Quibus omnibus, ac aliis latiori calamo adductis per dictum *D. Latium* meum fratrem, (cujus anima 10 Paradisum possideat,) & per S. C. discussis sub die 19. Novembris 1629. fuit decisum non licere Dominico * Mongello extollere fabricam inceptam, intervenientibus D. Præside Ursino, ac DD. Consiliariis Caravita, Salgado, Constantio, Josepho Brandolino, & Thoma de Franchis causæ Commissario in banca de Scacciavento hodie Laviani.

Quando verò murus non est simpliciter divisorius, sed est destinatus ad ædificandum, tùm propter stabilitatem fundamenti, latitudinem muri, vel necessitatem ædificare volentis, tunc potest super illo ædificari, etiam vicino contradicente, ut fundat *D. Roccus resp.* 91. *num.* 1. 2. & 3. *lib.* 2. qui ita decisum refert *nu* 13. cum clausula tamen, ut ædificans non faciat fenestras, quæ habeant aspectum ad domum vicini, sub die 23. Junii 1647. in banca Romani.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Regia Pragm. 71. *de Offic. Procur. Cesar.* in qua disponitur, quod post extinctionem candelæ non possit recipi alia oblatio, nisi sit ultra decimam partem pretii, an sit intelligenda, quod illa decima debeat esse pro primo anno, licet in omnes annos distributa, an vero pro omnibus annis.

SUMMARIUM.

1 *Venditio dicitur perfecta, & emptor est securus, quando fuit facta in subhastationibus post accensionem candelæ, & ea extincta ultimo licitatori.*

2 *Emptori ultimo licitatori dicitur jus quæsitum per extinctionem candelæ.*

3 Afflict. decisio 340. *non est ab omnibus recepta, & de ea valde miratur* Parlad. rer. quotid. *ut numero* 6. *& millies contra eam in praxi fuisse servatum, num.* 7.

4 *Venditio facta sub hasta fiscali habet in se tacitum pactum addictionis in diem, à lege subintellectum: Intellige tamen ex privilegio fiscali, secus vero procedit ex juris communis dispositione, ut num. sequentibus.*

8 *Obligatio per quam summa est recipienda ante vel post traditam possessionem Arrendatoribus, ad intelligentiam* pragmat. 71. de offic. procurat. Cæsar. *qua certo modo videtur concordare cum* l. Hispana, *num.* 11.

9 *Locatio facta per plures annos, unica tantum dicitur, & illa temporis, & annorum distributio non intelligitur adjecta ad multiplicandum obligationes, sed ad solutionis effectum, & commoditatem, numero seq.*

12 *Locatio si fuerit facta per plures annos, non tenetur licitator quartum addere supra omnem pensionem omnium annorum, sed sufficit addere supra pensionem primi anni, ad intelligentiam* l. 4. Hisp. nov. recop.

13 *Explicatur praxis* d. pragm. 71. de offic. procur. Cæsar.

14 *Arrendatores si adhuc appareant debitores pro aliis Arrendamentis, non admittuntur ad offerendum, nisi prius redditis rationibus, quod est etiam provisum particularibus ordinibus Catholicæ Majestatis, licet quandoque Prorex soleat cum Collaterali Consilio in hoc dispensare.*

DECISIO CLVIII.

1 IN subhastationibus post accensionem candelæ, & ea extincta ultimo licitatori, dicitur perfecta venditio, & emptor est securus, *l. eos, Cod. de divers. præd. Urban. lib.* 11. *Francisc. Marc. decis.* 565. *part.* 1. *Ricc. collect. decis.* 1726. qui ex *Rub.* refert, quod cum commune Bergami incantasset datia, & factis subhastationibus, perfecto contractu apparuissent quidam plus offerentes, quæsitum fuit, an deberetur admitti reiterata licitatio; fuit decisum, quod non, per *text. in l. rata. C. de rescind. vendit.* ea ratione, quia fides hastæ fiscalis non debet decipi, *l. si hypothecas, C. de remiss. pignor.* & quia dicitur venditio perfecta, nam sicuti venditor, vel locator non potest pœnitere, ita nec emptor, vel conductor, *Boer. decis.* 149. 2 dicitur enim per extinctionem candelæ, ei jus fuisse quæsitum, *Capyc. decis.* 36. *num.* 5. quod quidem procedere, etiam in Fisco, habetur ex *Afflict. in decis.* 340. ubi per Sac. Cons. & Regiam Camer. ita fuisse resolutum dicit, & eum sequuntur *Guid. Pap. decis.* 5. 6. *Mastril. decis.* 84. *De Ponte cons.* 53. 1. *vol. Gregor. Lopez l.* 5. *tit.* 19. *part.* 6. *vers. mas por ella, in fine, Peregr. de jure fisc. lib.* 6. *tit. num.* 13 *Gutier. lib.* 1. *pract. qq. cap.* 38. *num.* 3. & alii per *Thorum in compend. decision.* 1. *vol. in verbo Fiscus an sit restituendus, Aviles in cap. Prætorum* 12. ubi etiam multa ad materiam. ea ratione quia alioquin non inveniretur emptor, vel conductor, si emptores, vel conductores post extinctam candelam non essent tuti, *l.* 1. *de usucap.*

Hinc cum evenisset casus, quod factis debitis subhastationibus super locatione Arrendamenti Gabellæ Serici, & demum accensa candela in Collaterali Consilio cum præsentia Excellentissimi Domini Proregis, remaneret Jo. Dominico Astuto V. I. D. pro persona nominanda pro annuis ducatis ducentum sexaginta quatuor mille pro annis sex, & comparuisset Fulgentius de Marino, qui obtulisset alios ducatos triginta sex mille, solvendos tamen quolibet anno dicti affictus pro rata. Dicebat Astutus, nullo modo esse dictam novam oblationem admittendam, quia jam erat contractus perfectus, nec erat nova addictio prædicta recipienda.

3 Et quamvis opinio *Afflict. in d. decis.* 340 non sit ab omnibus recepta, quia ei valde obstat *text. in l. si tempora, C. de fide instr. & jure hastæ fiscal. lib.* 10. in quo apparet, Fiscum in hoc esse privilegiatum, quo-4 niam venditio facta sub hasta Fiscali habet in se tacitum pactum addictionis in diem, à lege subintellectum, & *ibi* habetur, quod facta venditione sub hasta, si alius infra tempora, actionibus Fiscalibus statuta offerat meliorem conditionem Fisco, eum esse admittendum, & recipiendum. & per hunc *text.* ita tenet *ibidem gloss. Ioan. de Plat. Odoffred. & Bart. Bertach. de gabell. in* 9. *par. qu.* 8. & alii *DD. Bart.* 5 *in l. Lucius, §. fin. ff. ad municip.* quod procedit ex privilegio Fiscali, alias enim de jure communi non potest respectu majoris pretii oblati venditio, vel locatio rescindi, nisi per beneficium restitutionis in integrum, quod competit minori, & aliis personis privilegiatis, juxta dispositionem *text. in l. & si sine, §. quæsitum, ff. de minor.* 25. *ann. Claper. in cent. causar. Fiscal. caus.* 3. *n.* 1. *& causa* 4. *q. unica. num.* 4. *Anton. Niger in tract. de subhastationibus, cap.* 9. *num.* 12. & 6 satis de dicta decisione *Afflict.* miratus *Parlad. rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin.* 5. *part.* §. 13. *nu.* 14. *Caroc. de loc. & conduct. tit. de public. & vectigal. qu.* 3. quod etiam pluties fuit decisum in Regia Camera, & in specie in Arrendamento Salis Provinciæ Hydruntinæ, ubi quantitas ducatorum mille plus oblatorum visa fuit magna, & propterea fuit decisum, quod iterum accendatur

aendatur candela, ut ex decisione quondam Reg. & Præsid. Sacr. Reg. Consil. *Petri Jordani Ursini*, nunquam satis laudandi, inserta per *Marin. resolut. quotidianarum, resol.* 147. ex *num.* 12. usque ad *finem.* Sic etiam fuit decisum in anno 1630. in Arrendamento Vini in Regia Camera, nam cum remansisset Josepho de Angelis, & fuisset facta major oblatio ducatorum trium mille pro quolibet anno per Joannem Carolum Caracc, me tunc patrocinante pro dicto Joanne Carulo, fuit admissa, quod deinde fuit etiam confirmatum in Collaterali Consilio una cum Adjunctis datis per Excellentiss. Ducem de Alcala, tunc Regni Protegem, & millies contra *Afflict.* opinio-
7 nem in praxi fuisse servatum testatur *Minf. attell. tit.* 2. *pars.* 2. *in gloss. vendantur, numer.* 57. & fuisse judicatum in Senatu Gratianopolitano, dixit *Guid. Pap. decis.* 536. & in Burgund. Gall. *Cassan. in Consuetud. Burg. tit. des rentes, rubr.* 5. §. 2. post *num.* 24. *Reouff. tit. de precon. licitationibus & subhastationibus, gloss. unica, numer.* 33. & in Senatu Lusitaniæ *Phab. decis.* 135. *lib.* 2.

Tamen difficultas major fuit, ex quo dicebat Astutus, quod quamvis prædicta vera essent, hoc fuit ante *Reg. Pragm.* editum in anno 1621. quæ est 71. *de offic. Procurat. Cæsar.* in qua expresse cavetur, quod
8 non posset recipi oblatio ante traditam possessionem Arrendatoribus; quæ sit minor decimæ partis affictus unius anni, post vero traditam infra terminum trium mensium, sextæ partis affictus unius anni, & propterea dicebat Astutus, oblationem non esse admittendam, quia non continebat in effectu, nisi annuos ducatos sex mille, quæ non erat decima, sed quinquagesima pars pretii, nam decima importabat ducatos viginti sex mille, & plus pro quolibet anno; quam *Regiam Pragmaticam*, dicebat esse in viridi observantia; & quamvis pro parte dicti Oblatoris interpretatur dicta *Regia pragmatica*, non ut quolibet anno debeat continere ultra decimam oblatio, sed in primo anno, interpretando illa verba (*purche non sia meno della decima parte dell' affitto d'un'anno*) quod quando affictus est pro pluribus annis, prout semper locari solent vectigalia, & Impositiones Regii Fisci, tunc in quolibet anno pro toto tempore affictus debet excedere decimam. & ita etiam videtur intelligere *Novarius*, qui dictam *Pragmaticam* summat in *collect.* 1. ad dictam *pragm.* 71. dum dicit, quod auctarium non sit minus decima totius pretii annui; quod etiam & ratione fundatur, quia quan-
9 do locatio fit per plures annos, non dicuntur tot locationes, quot sunt anni, sed unica tantum locatio, non plures *Bald. cons.* 316. *lib.* 3. *Magon. decis. Lucens.* 69. *num.* 15. *Bart. quæst.* 4. *num.* 4. & in *l. si servum communem Mavii* § *fin. ff. de stipul. serv.* & in terminis *Socin. jun. cons.* 68. *volum.* 2. & post ipsum *Ignat. Lassarte de decim. vendit. cap.* 18. *num.* 25. *Carroc. de locat. & conduct. in rubr. de multiplicamento contractus*
10 *locationis, num.* 15. & illa temporis, & annorum distributio, ut quolibet anno solvatur certa quantitas, veluti in hoc casu ducatorum ducentum sexaginta quatuor mille pro affictu, non dicitur adjecta ad multiplicandum obligationes, sed solutionis effectum, & commoditatem, *Bald. in l. si Stichum*, §. *stipulatio*, ubi etiam *Roman. & Imol. ff. de verbor. oblig. Natta cons.* 548. *Magon. ubi supra num.* 16.

Dicebatur tamen pro parte Regii Fisci, & secundi Oblatoris, quod etiam attenta forma dictæ *Reg. prag.* 71. *de offic. Procur. Cæsar.* erat oblatio admittenda,
11 quia dispositio prædicta videtur certo modo concordare cum *l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 9. *nova recopilationis legum Hispan.* cum sit cum eisdem verbis prolata, dum ibi disponitur (*que no pueda ser recebido en ellas puja sino fuere de diezmo entero, ò media puja entera por el anno, à annos, y que fuere rematada*) quod etiam dictant verba dictæ *pragmatica*, in qua in præjudicio dictæ dispositionis dicitur (*& desiderando noi remediare quanto si puo, come si è procurato ancora in questi e negli altri Regni della Maestà sua*) quibus sic præmissis sequitur *lex* 4. ejusdem *tituli*, in qua cavetur, quod si aliquis voluerit addicere decimam partem, vel medietatem pujæ supra quantitatem primi anni, solvendam tamen pro rata pro omnibus annis conductionis, id ei permittatur, his verbis (*Pero si alguno quisiere fazer puja, ò media puja sobre la quarta del primero anno, repartida por todos los annos del arrendamiento, que si pueda fazer*) & quamvis dicta *lex* 4. videatur in aliquo sibi contradicere, cum prius dixerat [*que non pueda ser recebida puja, ni media puja salvo en todos los annos*] tamen interpretata fuit secundum primam lecturam, ut possit admitti pro primo anno, quamvis pro omnibus annis Arrendamenti fiat solutio pro rata destinata, ut in puncto voluit *Ignat. Lassarte in d. tract. de decim. vend. d. cap.* 18. *num.* 27. ubi singulariter ad intellectum *d. l.* 4. dicit.
12 *Quinto nota, quod si locatio fiat per plures annos, non tenetur licitator quartum addere supra omnem pensionem omnium annorum locationis, sed sufficit addere supra pensionem primi anni, ad hoc ut omnes annos locationem admittat: & poterit quidem quantitatem, ac summam quarto illius per omnes annos quoad solutionem dividere, ut in decima integra, vel dimidia expressum est*, ubi allegat dictam *leg.* 4. & subdit, quod quamvis dicta *lex* sit difficilis, & intricata, quotidiana praxi etiam in adjectione quarti observatur, & ampliat dispositionem dictæ *legis*, nedum eo casu, quo cum addictione decimæ sit admittenda, sed etiam in addictione quartæ quæ solvitur, in casu *leg.* 5. *eodem tit.* quod est trium mensium post subhastationem, ut declarat *Azevedo. in d. l.* 2. *lib.* 9. *tit.* 13. *de las pujas, y prometidas* sub *num.* 16. firmat idem *Lassarte in additamento* ad d. *cap.* 28. ad *num.* 27. ubi dicit, quod cum hoc semel sibi in praxi evenisset, durissimum visum fuit Judicibus, decisionem *text. in dict. l.* 4. ad quarti etiam adjectionem in prioris conductoris necem extendere, cum nulla lege reperiatur expressum, atque ideo lis illa transactione partium finita fuit, & ait, *sed adhuc quod scripsi tenendum est propter conditionem supra in novis pactitat. Regiis. Per quam decisum videtur, ut si locatio fiat per plures annos, quilibet annus per se considerandus est, at in quolibet adjectionem quarti fiam, pro ipso solutus anno.* Hanc etiam sententiam sequitur *Gutierr. de gabell. quæst.* 142. *num.* 1; licet hoc temperet respectu pujæ, & mediæ pujæ decimæ partis pretii intra quindecim dies, quia tunc fatetur, esse admittendam addictionem pro primo anno, modo in omnes locationes admittat, sequendo opinionem *Lassart.* secus vero in addictione quarti, in qua dixit, ita defendisse, & obtinuisse, quod necesse sit fieri pro omnibus annis, & non sufficit, quod fiat pro uno anno tantum, ex *l.* 6. *eod. in tit.* 13. *lib.* 9 *nova collect.* ubi respectu quarti habetur, quod debeat esse *de todo el cargo de la tal renta, que assi fuere rematada, y en otra manera.* Quidquid tamen respectu dicti quarti, ubi *Gutier.* se fundat per illam specialem *legis* declarationem, dicebatur, quod respectu decimæ, quia in d. *Regia pragmatica* adsunt eadem fere verba *dict. l.* 2. ita esset interpretanda, & doctrinam *Lassart.* esse punct. alem.
13 Insuper dicebatur, quod si *Regia pragmatica* aliter esset intelligenda, esset impracticabilis addictio ultra decimam in Arrendamentis, maxime in Arrendamentis magnis, prout est Arrendamentum Setici, de quo tractabatur, cum decima pro omnibus annis supra annuos ducatos ducentum sexaginta quatuor mille pro sex annis, esset ducatorum centum quinquaginta, & octo mille, & quadringentorum duo

tum

rum, & sic nunquam posset ista decima practicari, in maximam Regii Fisci perniciem, & ideo in *Regia Pragmatica* non dicitur, quod decima debeat offerri pro omnibus annis Attendamenti, sed pro uno anno.

Fuit etiam ab aliquibus ex Dominis consideratum, quod quamvis candela accensa remansisset Attendamentum prædicto Doctori Joan. Dominico Astuto, tamen ipse nominaverat Joan. Ambrosium
14 Parsvegna, & alios, qui adhuc apparebant debitores pro aliis Attendamentis, quo in casu non poterant admitti ad offerendum, nisi prius redditis rationibus, ut ex *tex. in l. licitatio* §. 1. *ff. de public.* dixit *Petr. Raven. in singul.* 847. *Arisman. Tepat. tit.* 367. *de public. & vectigal. cap.* 15. quod etiam fuit particularibus ordinibus Suæ Majestatis provisum, & quamvis præcedente voto Regiæ Cameræ soleat Prorex cum Collaterali Consilio dispensare, tamen dispensatio prædicta fit, quando adest beneficium Regii Patrimonii, quia major est illorum oblatio, secus vero quando continet minorem quantitatem. & sic cum in hoc Attendamento pro personis nominatis ab Astuto, & comprehensis in Albarano præsentato cum catasto participantium, necessaria esset dispensatio, tunc esset concedenda, quando in accensione candelæ iterum facienda super oblatione facta per dictum Fulgentium de Marino augeretur pretium; nam in casu prædicto quamvis fuerit extincta candela, tamen quia remansit personæ nominatæ ab Astuto, quæ concurrere non poterat, dicitur actus nullus. & propterea dicebatur, esse recipiendam novam majorem oblationem, & sic fuit decisum per Regiam Cameram, & Collaterale Consilium de Mense Maii 1642. sed per majorem partem votantium fuit decisus articulus *Regiæ pragm.* intelligendo, quod illius verba sint interpretanda, ut addictio sit ultra decimam pro primo anno, quamvis distributa in plures annos locationis.

DECISIO CLVIII.

SUMMARIUM.

1 *Oblatio majoris quantitatis an admittatur candela extincta in locatione rerum minorum, Universitatis, & Fisci, & quid si læsio, & nova oblatio non sit in sexta parte, ibid. & num. 6. 8. 9. & 17.*

2 *Oblatio nova, & major in qualibet re vendita subhasta, liberata, & adjudicata ultimo licitatori non debet regulariter admitti, & nu. 3.*

Limitatur multis modis. Primo si superveniat melior oblatio, nondum elapso termino in præconiis constituto ad licitandum nu. 4.

Limitatur secundo si venditio facta sit viliori pretio, quam esset valor, & sic læsio esset in sexta, numer. 5.

Limitatur tertio in re Fisci, Reipub. & Minoris, qui non solum ad damnum, sed etiam ad lucrum restituuntur, nu. 6. 7. 9. & 17.

8 *Fiscus habet privilegium admittendi novam majorem oblationem absque temporis præfinitione tàm in locatione, quàm in venditione sub hasta, etiam in decima parte, & sic etiam si læsio, & nova oblatio non esset in sexta, afferuntur decisiones nu. 9. & 17.*

10 *Dispositio* pragm. 71. de offic. procur. Cæs. *locum habet solum in locationibus rerum fiscalium, non autem in venditionibus earumdem, & num. 11. & 13. maximè ubi Fiscus est læsus enormissimè numer. 12.*

12 *Renunciari an possit beneficio restitutionis in integrum in casu enormissimæ læsionis.*

13 *Fiscus an habeat tempus limitatum ad recipiendam novam, & majorem oblationem in venditionibus sub hasta ex dispositione* pragm. 71. de offic. Procur. Cæs. 15. *n.* 17.

Quid de jure communi num. 14. *&* 16. *quid de consuetudine. nu.* 15.

16 *Tempus quadriennii datur ad rescindendam novam & majorem oblationem personis privilegiatis per viam restitutionis in integrum.*

17 *Fiscus non habet tempus limitatum in venditione rei, fiscalis sub hasta, & proinde semper potest novam, & majorem oblationem recipere, & num. 8. & 9.*

AGitur in hac decisione, àn candela extincta super locatione rerum fiscalium possit recipi alia melior oblatio, tàm jure communi attento, quàm dispositione *reg. pragm.* 71. *de offic. procur. Cæs.* & in qua quantitate debet esse læsio, & sic major oblatio, & fuit decisum oblationem novam debere esse ultra decimam partem affictus primi anni, ut refert *Dom. Auctor num.* 14. *in fin.* & quia est materia satis practicabilis, infrascripta notanda censui ad ornatum decisionis.

1 Oblatio majoris quantitatis, an admittatur in affictu, sive locatione candela extincta in rebus minorum, Universitatis, & Fisci, latè disputant *D. Regens Lanar. consil.* 63. *& D. Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. imposit.* §. 5. *per totum*, qui alios allegant, qui *num.* 5. concludit, quod admittitur si læsio sit saltim in sexta parte; tamen per Collaterale Consilium ad relationem *D. Proreg. Camilli de Marra* sub die 2. Septembris 1619. in causa inter Vincentium de Auria cum Petro Majorino, ac Universitate Sancti Severini prævia maxima discussione, fuit admissa nova oblatio duc. 800. facta per dictum Majorinum super oblatione facta per dictũ de Auria ducat. 19725. super qua erat extincta candela, & erant confectæ cautelæ cum prædicta Universitate pro affictu partiti generalis gabellarum dictæ Universitatis, ut ex actis penes Regium à mandatis Scribam de Ligorio, & sic læsio nedum non erat in sexta, sed nec etiam in 24. parte, quare apparet, quod sit magna decisio, retulit tamen mihi *Dom. Regens noster*, ipsum audivisse, quod aderat defectus sollemnitatum in primo affictu, & propterea fuit admissa nova oblatio ideo videndus erit processus dictæ causæ pro agnoscenda veritate articuli, tantò magis, quia in locatione rerum Universitatis adest *text.* expressus *in l.* 2. *C. de venden. reb. Civit. lib.* 10. ubi sancitum reperitur locationem publici prædii non revocari, licet extraneus majorem offerat pensionem, sed lex ista non videtur habere locum, ubi secunda oblatio excedit sextam, ut dicebat in occurrenti casu *D. Cons. Marabaldus* in lectione feudali, sed nihil ad hoc probandum allegavit.

Ideoque pro ornatu decisionis; Primò notandum erit, quod regulariter non solet admitti nova, & major oblatio rei venditæ sub hasta liberatæ, & adjudi-
2 catæ ultimo licitatori tanquam plus offerenti, *ad text. in l. non est probabilis, C. de rescind. vendit.* in qua habetur, non esse rescindendam venditionem perfectam, eo quod alter noviter offerat duplum pretii, pro quo fuerit facta venditio, ea
3 etiam ratione, quia contractus jam est perfectus, ita *Alber. in l. lecta, sine §. quæsitum, ff. de minor.* ubi ponit casum venditionis dationum Pergami perfecta venditione, supervenerunt majores oblationes, & non fuerunt admissæ, quia hasta fiscalis neminem deludere debet, *l. si hypothecas, Cod. de remiss. pignor.* refert *Affl. decis.* 340. judicatum in terminis per Sac. Cons. & Regiam Cameram, & hæc propositio nullam habet difficultatem.

Limita-

Limitatur tamen hæc conclusio in pluribus casibus Primò, quando supervenit melior oblatio, licet post addictionem, non tamen adhuc elapso tempore in præconiis constituto ad licitandum, tunc admittitur, quia terminum præfixum Judex non poterat cohartare, & decretum interpositum, habet in se tacitam conditionem, si melior non supervenerit oblatio.

Et secundò limitatur, si venditio facta fuerit viliori pretio, quam valor esset, & ea hac nova oblatione appareret in prima læsio in fexta, quæ attenditur in hujusmodi alienationibus, per doctrinam *Bartoli* ab omnibus receptam *in l. societate, §. arbitratu, ff. pro socio*; secus si pro justo pretio licitatori remansisset.

Sic etiam tertiò limitatur, quando agitur de re Fisci, rei publicæ, & minoris, qui restituuntur, nedum ad damnum, sed etiam ad lucrum, quia tunc etiam elapso termino, etiam post decreti interpositionem, etiam quod non sumus in læsione sextæ adhuc restituitur in oblatione noviter superventa post liberationem rei primo licitatori facta, *l. & si sine, §. quæsitum, & §. crediderit, ff. de minor. Guido Papa decis.* 539. quod intellige si agitur de notabili lucro, secus de parvo, ad quod, nec Fiscus, neque minor restituuntur, *glos. & Alber. in d. §. quæsitum*, & per plura firmat *D. de Ponte ubi sup. num.* 57. ubi decisum tradit per Reg. Cam. Sum. in Collaterali Consilio in locatione arrendamenti vini, quod prius remanserat Petro Francisco Ravascherio, nam superventa majori oblatione Nardi Andreæ de Leone, post elapsa tempora, post decreti interpositionem, & liberationem arrendamenti eidem Ravascherio, fuit ea tantùm de causa admissa, ea quo excedebat sextam oblationis Ravascherii, ideo ut si minor oblatio extitisset, certè non fuisset admissa, sic etiam in causa Principis Rocchæ Aspidis cum Augustino Sallustio super emptione terræ Cotiolani, quamvis adesset decretum liberationis in beneficium Principis primi oblatoris, ac possessio capta, tamen per S. C. facta relatione in Collaterali Consilio sub die 20. Maii 1616. fuit decisum, quod accendatur candela super nova oblatione dicti Sallustii, oppositis non obstantibus per dictum Principem in banca Scognamigli votantibus *D D. Regentibus Constantio, Montalvo, ac Lopez*, atque *D D. Consiliariis Felice de Jannario, Marco Antonio de Morra, Don Didaco Salinas, ac Pomponio Salvo* causæ Commissario in banca Scognamigli, ut habeo ex libro votorum manuscript. dicti *D. Consiliarii de Morra* fol. 92.

Secundò notandum etiam est, quod Fiscus habet privilegium pacti adjectionis in diem, & sic in suis venditionibus admittendi novam majorem oblationem, quia factæ intelliguntur, nisi alius meliorem conditionem obtulerit, ut fundat *Dom. Auctor numero quarto* quam conclusionem latè etiam confirmat *Dom. Præsid. Ganaverro consilio secundo numero decimosexto, cum seqq. post decisiones*, ubi probat, hoc privilegium procedere nedum in venditione, sed pariter in locatione, ex pluribus ibi allegatis, atque in venditione fuisse admissam novam, ac meliorem oblationem absque præfinitione temporis, ita sæpius decisum etiam in decima parte, & sic si læsio etiam non esset in sexta per *Reg. Cam. Sum.* adducit *nu.* 18. 19. 20. 21. 22. *&* 128.

Et quod *pragmat. 71. de offic. Proc. Cæs. de* qua in hac decisione *D. Regens* agitur, præfinitur certum tempus offerendi meliorem conditionem Fisco in locationibus, & non habere locum, nec extendi ad venditionem rerum fiscalium, dum *pragmatica* de locationibus loquitur, & proinde de venditionibus verbum nullum ut probat *idem Ganaver. ibid. à numer.* 97. *usque ad* 122.

Tertiò noto, quod Fiscus habet beneficium restitutionis in integrum, quia Fiscus Respublica est in venditionibus, si nova supervenerit, & major oblatio, ut fundat idem *Dom. Ganaverro ibid. à numer. 26. per tot. numer.* 72. ac propterea dicit, quatenus *dict. pragm.* 71. restringens tempus ad tres menses in locatione procedere posset in venditione, quod negat; tamen eo casu affirmat non procedere, ubi Fiscus est læsus enormissimè, nam renunciari non potest beneficio restitutionis in integrum in casu enormissimæ læsionis, ut fundat *à numer.* 116. *usque ad* 124.

Quartò noto, quod Fiscus non habet tempus à *dict. pragm.* 71. limitatum ad recipiendam novam, ac meliorem oblationem, ut supra dixi in venditionibus, sed ubi casus omissus remanet in dispositione juris communis, quo attento neque est præfinitum tempus admittendi majorem oblationem, ut probat *glos. in l. 1. in verb. præstituta, Cod. de vend. reb. Civit. lib.* 11. sequitur *D. Ganaverro ubi sup. num.* 125. sed secluso beneficio restitutionis in integrum, datur terminus triginta dierum, *Bart. in l. si tempora, numer. 7. Cod. de fid. instrum. & jure hastæ fiscalis*, aut quadraginta dierum, *glos. ubi supra, D. Ganaverro loco indic. numer.* 126; qui *numer.* 127. *ex Franc. Marco decis.* 566. *numer. 2. por.* 1. affirmat hanc temporis limitationem de consuetudine servari, sed quando adest persona privilegiata, & peti potest per viam restitutionis in integrum, terminus recipiendi novam, ac meliorem oblationem erit quadriennii eidem beneficio de Jure assignati, ut voluit *Bart. in dict. l. si tempora numer.* 7. & confirmat *D. de Medic. consil.* 164. *num.* 18. *& D. Ganaverro d. numer.* 127. & quod Fiscus non habeat tempus limitatum in venditione, probat *D. de Ponte de potest. Proreg. tit. 4. §. 5. num.* 50. & ita practicatum sæpius in Reg. Cam. Sum. adducit *D. Ganaverr. ubi supra in citat. numero* 20. 21. *&* 22. *ac etiam numer.* 128.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

An, & quando primus conductor præferatur in locatione rerum fiscalium, ad intellectum *text. l. congruis, & l. fin. C. de locat. prædiorum civilium. lib.* 11. & quid observetur in Regno Neapolitano, & quid faciendum, quando in extinctione candelæ pares sunt oblationes.

SUMMARIUM.

1 *Conductores Fiscales antiqui an præferantur novis, si velint eandem quantitatem offerre, & nu.* 7.

2 *Gabellarius gabellæ Fiscalis, si est paratus dare pro futuro anno quantum alius conductor, est præferendus: & quid circa hoc observetur in Regno, & in Regia Camera, num.* 14.

3 *Conductores primi an inviti teneantur reconducere.*

4 *Conductores Fiscales antiqui habent jus in re conducta, quamvis locatio sit ad modicum tempus, quod etiam procedit in conductore Ecclesiæ, num. 5. contrarium, num.* 6.

8 Text. in l. congruis, Cod. de locat. præd. civil. lib. 11. *expenditur, & an dispositio dict. l. habeat locum, non solum in locatione prædiorum Fiscalium, verum etiam in locatione gabellarum Regiarum num.* 15.

9 *Rem pro eodem pretio haberi, & in re locata præferri, satis durum videtur.*

10 *Venditio primo loco facta per novam oblationem remanet ac si facta non esset.*

11 Con-

11 *Conductor primus remanet liberatus eo ipso, quod est acceptata major oblatio, & quo in casu procedit opinio* Bart. *qui contrarium tenet, n.13.*

12 *Venditio contracta sub pacto adjectionis in diem, ipso jure resolvitur, & primus emptor est liberatus, venditore meliorem conditionem oblatam acceptante.*

16 *Gratificationi an sit locus, si accensa candela super nova oblatione, omnes conductores in fine extinctionis ipsius vociferando idem pretium offerant.*

DECISIO CLIX.

POst decisionem articuli in præcedenti *decisione* relati ad favorem secundi Oblatoris, petiit Astuius, (cui Arrendamentum primo loco remansit) eum præferri in conductione pro eodem pretio oblato, ex dispositione *text. in l. congruit, C. de location. præd. civil.* 1 *lib.11.* ubi habetur, quod conductores Fiscales antiqui præferuntur novis, si velint eandem quantitatem offerre, concordat *text. in l. fin. C. eod. tit. lib.11.* ubi dixit 2 *Lucas de Penna* versus *finem*, quod si Gabellatius gabellæ Fiscalis paratus sit tantum dare pro futuro anno, quantum alius conductor, præferendus est, sequitur *Afflict. decis.138. num.3. & in cap.1. in verbo vectigalia, num.116. quæ sint regal. & de jure prothomiseos in rubr. in princ. num.2. Viv. decis.308. num.7. Mantic. de tacit. & ambig. lib.5. tit.3. num.27. De Ponte cons.32. n.9. Peregr. de jure Fisci, lib.6. tit.5. n.5. Grattan. discept. forens. c.357. nu.6. tom.2. Castill. in decis. Sicil.114. Cardin. Tusch. lit. L. conclus.422. num.6.* & hæc est particulare Fisci privilegium, *Franch. decision.406. num.2. & 8. Fab. de Anna cons.77. Gizzar. decis.5. Reg. Tapia decis. S.C.59. Costa de remed. subsid. remed.77. num.5.* cum aliis allegatis per dictum 3 *Gizzarell. num.8.* Quod ea ratione fundatur, quia aliquibus concurrentibus tenentur primi conductores inviti rem conductam reconducere, *l. eotem ferro §. ult. ff. de public.* ubi *Bar. Alber. Alex.* & alii relati à *Boer. dec.249. num.2. Greg. Lopez: p.6. l.5. tit.19. Azeved. in l.2. titul.17. nova recopil. lib.9. num.15.* & est secunda ra-4 tio, quia isti conductores Fiscales habent jus in re conducta, quamvis locatio sit ad modicum tempus, quod non est in aliis conductoribus privatis, quibus nullum jus in re privata acquiritur, nisi esset locatio ad longum tempus, *Bar. in l.1. numer.1. ff. de loco pub. fruend. & in l.1. §. quod autem, num. 6. ff. de superfic.* reprobata opinione *glos.* contrarium sentientis, *DD. in l.1. in fin. ff. si ager vectigal. Menoch.* & alii allegati 5 per *Grat. d. discept.357. num.16.* quod etiam procedere in conductore Ecclesiæ, voluerunt *Mastrill. decision.309. in fine 4. part. Franch. d. decision.406. in fine* ubi fuit decisum pro Ecclesia, de qua decisione meminit *Cavall. comm. contra comm. quæst.756. num.69. Grat. d. cap.357. num.42. Barbosa in l. si filiosfamilias, §. fin. n.40.* cum *seqq. ff. sol. matrim.* & alii, quos allegat idem *Cavall.* à 6 *num.67.* usque ad *num.80.* licet contrarium videatur sentire *Genuens. practicab. Eccles. quæst.422.* quia esset imponere onus Ecclesiæ, ut non possit locare cui velit, quod etiam probat *Franch. in d. dec.406. n.8.*

Et demum dicebatur, quod hanc opinionem in terminis tenuerunt *Gutierr. practic. quæst. cap.38. num.6.* 7 *lib. Cavall. dict. quæstion.756. num.65.* qui tenet, primum conductorem esse præferendum, ex d. l. congruit, hanc etiam opinionem in rebus Fiscalibus tenuit *Bovad. lib.3. polit. cap.4. nu.21.* quam novissime firmarunt ex nostris *Donat. Ant. de Marin. resolut. quotid. cap.147. & Novar. in collect. ad d. pragm.71. de offic. Procur. Cæsar.*

8 In contrarium vero facit, quia *text. in d. l. congruit* non loquitur, nisi in eo casu, quo quis pro præteritis annis rem conductam possedit, non vero in eo, in quo factis subhastationibus candela fuit extincta, ut apertis verbis *ibi* dicitur, videlicet. *Congruit æquitati, ut veteres possessores fundorum publicorum novis conductoribus præferantur, si facta per alios augmenta suscipiant,* & *glos.* declarat illud verbum, *possessores*, hoc est detentores, intelligendo *text.* prædictum de conductore temporali, concordat cum dispositione *text. in l. fin. eod. tit.* quod fundatur in æquitate, quia conductor antiquus potest compelli ad reconducendum, tribus concurrentibus, de quibus in *d. l. eotem ferro, §. fin. ff. de public.* & dum in uno gravatur, debet in alio relevari, *Mart. Laudens. de fisc. qu.148. Cyn. Bal. Salyc.* & alii in *l. ne cui, C. locati, Franch. d. decis.409. num.7. Gomez. var. resolut. tom.2. cap.3. de loc. & conduct. Gizzar. in d. decision.5.* qui alios allegat, & ita decisum refert, & ideo cum sit provisio particularis, facta in il-9 lo casu, non est ad alios extendenda, cum res pro eodem pretio, quod ab aliis invenitur, haberi, & in re locata præferri satis durum sit, & contra dispositionem *text. in l. dudum C. de contrah. empt. Matienzo in l.20. tit.11. lib.5. nov. recopilat. gloss.1. & Bovad. in d. cap.4. nu. 26. lit. D.*

10 Secundò pro hac opinione facit, quia per novam oblationem venditio primo loco facta, remanet, ac si facta non esset, *l. si ex duobus, & l. si venditor, §.1. & l. cum in diem, ff. de in diem adject.* & quod nullum est, nullum producere potest effectum, & ideo nullum potest remanere jus primo locatori, & secundus habet ex novo contractu, non ex primo, *Avil. in cap.32. Prætor. num.15.*

Tertiò dicebatur, hoc probari à ratione cessante, si enim, ut diximus, ratio, quare habet privilegium prælationis antiquus conductor ex dispositione *d. l. congruit*, est, quia posset idem compelli ad relocandum, cessat in casu prædicto, quia lex tantum loquitur in antiquo conductore, non autem in eo, qui anno præterito non fuit conductor, sed tantum sub hasta de novo conduxit, quod probatur, quia eo ipso, quod 11 fuit acceptata major oblatio, primus conductor remanet liberatus, reprobata opinione *Bart. in l. licitatio, ff. de public. & vectig.* tenuit *Bal.* quem refert, & sequitur *Cremens. singul.41. Tuscus*, dicens, ex eo fuisse lucratum centum ducatos, quia per secundum actum ante rem receptam videtur à prima licitatione recessum, ut in *§. posteriore. Instit. quibus modis testamenta infirmentur*, & *Bal.* opinionem sequuti fuerunt etiam *Paul. de Castr. in d. l. licitatio, numero 3.* & alii allegati per *Addent.* ad d. *Cremens. Castill. in l.70. Tauri, in gloss. en almoneda, Aviles in d. capit.32. Prætor. numer.7. Ruger. Ruslan. in thes. jur. emphyt. quæst.24. num.2. vers. & sic est restringendum, Cassan. in Consuet. Burg. rubr.5. §. 1. numer.23. Angel. cons.20. Benvenut. Stracch. tit. de decoctor.5. p. num.8. Azeved. in l.4. tit.5. lib.7. nov. recopil. Hermosill. in l.52. tit.5. pag.5. gloss.7. num.31. Gutierr. de gabell. qu.134. Bertach. de gabell. in 2. p. qu.8. Amaya in l. si tempora, num.58. C. de fide, & jur. hastæ fisc. lib.10.* & pro hac opinione affertur *text. in l. Valerianus, ff. de prætor. stipulat. l. stipulatus es, ff. de fidejuss. & l. cum plures, §. lege, ff. locat.* ponderatur etiam *text. in l. quod autem, & in l. si venditor;* 12 *ff. de in diem adject.* ubi venditio contracta sub pacto adjectionis in diem, venditore meliorem conditionem oblatam acceptante, resolvitur ipso jure, & primus emptor est liberatus, quod etiam procedit, si posterior, qui meliorem conditionem obtulit, non sit solvendo, nihilominus si venditor illum admiserit, liberatus remanet prior emptor, per *text. in d. l. si venditor, in princ. in verbo sed si nemer,* & est *gloss.* communiter approbata in *l.2. in fin. ff. de in diem adject.* & opinionem *Bar.* procedere, quando sunt lici-13 tatores in actu licitandi, non autem quando contractus est jam perfectus, ita declarando *text. in l. Sabinus. ff. de in diem adjectione*, dixit *Clapper.* loquens etiam in subhastationibus rerum fiscalium in *cent. caus. fisc. caus.3. quæst.1.* qui ex prædictis ita decisum refert *in fine*.

14 Ex quibus, & aliis disputato late articulo hanc opinionem firmavit *Franc. de Amaya in d.l. si tempora, C. de fide, & jure hasta fisc. lib. 10. num. 26.* cum pluribus *seqq.* quod quidem in Regno videtur absolutum ex dictis per *Andr. de Barulo in d.l. congruit, C. de locat. prædior. civil.* cujus verba sunt, v.g. *si conduxit aliquis prædia publica ad tempus, non in perpetuum, quandocunque infra illud tempus admittitur licitatio plus offerentis, sicuti in Regno in gabellis, sed si primus conductor velit tantum dare, quantum fuit oblatum à secundis, prædia non auferuntur à primis, simile in pacto adjectionis in diem, ut ff. de in diem adject. l. licet, sed hoc non observatur in Regno in gabellis, quæ auferuntur primis conductoribus, nisi plus offerant.* Hoc idem testatur ex moderniotibus *Gizzarell. in d. decis. 5. num. 27.* ubi recitatis eisdem verbis *Andr. de Barulo* subdit, *sed veritas est, quod hodie Regia Camera plus offerentibus liberat gabellas, & vectigalia, & aufert prioribus, nisi plus offeratur, & ita servatur, & practicatur, quicquid dixerit Lucas de Penna,* idem testatur *D. Reg. Tapia in decis. S.C. 59. in fine,* ubi dicit, per S. C. fuisse 15 habitum pro vero, quod di positio *text. in d.l. congruit* habeat locum in locatione prædiorum fiscalium, deinde subdit, *sed re vera etiam in locatione gabellarum Regiarum hodie practicatur, ut locentur meliorem oblationem facientibus,* & secundum hanc opinionem fuisse judicatum in Collaterali Consilio, licet contrarium per Reg. Cam. fuisse determinatum, referat *De Marin. d. resolut. 147. in fine,* in causa Gregorii Musiati cum Didaco Sitozzi, de qua etiam decisione mentionem facit *Novar. in d. prag. 75. de officio proc. Cæsar. & Didac. de Mari in addit.* ad d. *decis. Gizzar. 5.* quod etiam testificabantur nonnulli ex Dominis, qui per multos annos fuerunt Præsidentes Regiæ Cameræ, & in causa votabant.

Hic articulus non fuit aliter decisus, quia accensa candela super nova oblatione, tam Astutus, quam 16 Fulgentius de Matino obtulerunt ducatos docentum septuaginta mille, & octingentum, & candela extinxit, omnibus vociferando dicta verba octingentum supra ducatos 270. m. & propterea fuit inter nos discussum, cui erat Attendamentum liberandum. Aliqui enim dicebant, esse locum gratificationi, ex *Bald. in l. fin. numer. 11. C. de testam. manum. ff. Carroc. de loc. & conduct. part. 3. tit. de public. & vectig. quæstion. 3. numer. 12. Bertach. de Gabell. 2. par. quæstion. 9. Coval. commun. contra commun. quæst. 248. ex num. 27.* Alii vero dicebant, esse iterum accendendam candelam, *Azeved in l. 1. tit. 13. lib. 9. nov. recopilat. Amaya in d.l. si tempora, numero 36. Peregr. de jur. fisc. lib. 6 tit. 5. numer. 7. in fine, Muscatell. in prax part. 3. §. venduntur, num. 96. Anton. Niger de subhast cap. 7. §. 9. numer. 9.* qui omnes opiniones recenset. Verum quia quamvis in fine omnes vociferassent idem pretium, tamen re vera prædictam quantitatem primò obtulerat Astutus, ideo die 1. Junii 1641. major pars inclinavit, ut liberaretur eidem Astuto, & sic fuit resolutum.

OBSERVATIO IN DECIS. CLIX.

SVMMARIVM.

1 *Primus conductor an præferri debeat novo Conductori nedum in prædiis fiscalibus, sed etiam privatis, & n. 2. 3. 4. 5. & 6.*

Quid in Conductore res Ecclesiæ, n. 7.

2 *Æquitas est ratio finalis* text. in l. congruit, C. de locat. præd. civil. lib. 11.

4 *Dispositio* l. ne cui, C. locat. *cessat per dispositionem* l. congrui: C de locat. præd. civil. lib. 11.

Text. in l. ne cui, C. de locat. *est correctus per* Text. il. congruit, C. de locat. civil. lib. 11.

Æquitas scripta, præfertur rigori scripto, ibid.

8 *Primus conductor præfertur novo conductori, quando rem conductam melioravit.*

Et etiam quando adest consuetudo. ibid.

9 *Conductor Gabellæ serici obtinens à Regia Curia extractionem certæ quantitatis ob fertilitatem primi anni assistat, solvens pretium conventum pro dicta extractione, si in dicto anno non extraxerit integram quantitatem non potest anno sequenti supplementum extrahere usque ad n. 19.*

Quid si non adsint culpa ipsius emptoris tracto, n. 14.

Quid si Princeps postea licentiam revocaret ob causas suam mentem moventes. ibid.

10 *Tractæ, seu Extractiones non debent concedi, nisi tempore magnæ fertilitatis, & ubertatis, ut anno præcedenti, ita ut Regnum munitum remaneat, & n. 15. & 19.*

11 *Tractæ si fuerunt concessæ, & ex post facto videretur deficere necessarium, & esset penuria in Regno debet cessare licentia concessa ad extrahendum, nec poterit fieri extractio anno sequenti n. 12. & 16.*

12 *Quando in concessione Tractæ non adest clausula refectionis, ut si quod in uno anno non poterit extrahi, possit anno sequenti, tunc quod in anno concessionis non fuit extractum, neque poterit extrahi anno sequenti, & n. 19.*

Tracto quando conceduntur, subintelligitur, dummodo Regnum non egeat, ibid. & n. 15.

13 *Licentia data ad extrahendum debet intelligi de eo tempore, & anno, non de futuro, & n. 19.*

15 *De futuro eventu non potest dari certa scientia.*

16 *Reipublicæ interest locuples in ea esse. & re sua benè uti.*

17 *Iudices curare debent, ut in Regno sit rerum ubertas.*

18 *Commodum peculiare Principis postponitur utilitatibus, subditorum.*

IN præcedenti decisione succubuit D. Jo. Dominicus Astutus, nunc Præsidens Reg. Cam. Summ. dignissimus; nàm fuit decisum esse recipiendam novam oblationem factam per Fulgentium de Marino pro affictu Gabellæ serici, ideoque petit præferri in conductione prædicta pro eodem pretio oblato ex dispositione *l. congruit, C. de locat. præd. civil. lib 11.* & jura pro D. Astuto adducit *D. Auctor numero 1. per totum numero 7.* sed rationes pro secundo oblatore refert *à numero 8. per totum num. 15.* Ego autem in hoc articulo 5 subscripta adnotavi ad demonstrandum, quod primus Conductor præferri debeat etiam in prædiis privatis, nedum in prædiis fiscalibus.

Veterem enim Conductorem præferendum esse novo, æquitati equidem convenit, *l. congruit, C. de* 2 *locat. præd. civil. lib. 11.* æquitas ergo erit ratio finalis tanquam nuncupatim expressa in principio illius legis, *ad text. in l. fin. ff. de hæred. instit.* quod notant etiam *Tiraq. in reg. causa cessante limit. 1. numer. 64. Molin. de hispan. primog. lib. 1. capit. 5. numer. 6. Gars. de nobilit. in divis. leg. nu. 54. Surd. cons. 240. numer. 35.* aliique passim.

Vnde cessabunt aliæ rationes, & expressa in *text. d. l. congruit* generalis reputabitur, non autem restricta 3 ad prædia fiscalia, ut aliorum ferè sententia, quemadmodum in individuo concludit *Iul. Cæsar Rugiell. pract. quæstion. cap. 13. numero 14.* ubi *addit.* nullam dari differentiam inter prædia fiscalia, & privata ex eo, quod licet libera sit unicuique voluntas, illa tamen legi naturali obstricta est, quæ dictat, *quod tibi non noces &c.* & ex his omnes differentiæ rationes in contrarium ponderatas tolli, imò particulariter singulas refellit, *n. 15. cum seqq.*

Naturali itaque æquitate concurrente, cessat dispositio *l. ne cui C. locat.* utnquam in rigore fundata, æquitas namque scripta præfertur rigori scripto, 4 *ad text. in l. placuit, C. de judic.* cum ibi notat. ibique asseverant *Hippol. sing. 685. Rand. decision. 1. num. 241. Handed. cons. 62. num. 3. volum. 2.* aliique indistinctè.

Sanèque

Sanèque sententiam amplexi sunt, præter *Afflict. decis.* 138. ubi ita decisum testatur, innumeri DD. quos in unum congerunt *Roginell. ubi supra num.* 6. *vers. con-*
5 *trariam opinionem*, & *D. Reg. Valenzuela dignissimus Præs. S. C. ac Iureconsultus Eminentissimus consil.* 75. *numero* 18. & præter eos *Costa in memorabilib. in verb. locatio prima in fin. Ripa de peste tit. de remed. preservat. contra pestem numer.* 259. *vers. si ad tempus*, *Mopus de locat. tit. de naturalib. locat. numer.* 12. *Viv. decision.* 308. *num.* 8. *Cavalcan. decis.* 30. *numer.* 97. *par.* 2. *vers. & conductor antiquus præfertur novo. Card. in tract. de locat. & cond. tit. de locat. emphiteu. quo fin. numer.* 8. & 10. *fol. mihi* 92. *à ter. & tit. de libertate quæst.* 3. *numer.* 4. *fol. mihi* 146. *à ter. Marant. consil.* 96. *numer.* 7. *Carcar. decis. Ianuens.* 97. *numer.* 7. *Zerula in suo praxi Episcopali in verb. jus congrui in princ. par.* 1.

Text. autem *in l. congruit* in quolibet conductore
6 locum sibi vendicare, advenit dictus *D. Regens Valenzuela citato consil.* 75. *numer.* 17. ubi pro confirmatione pandetat *text. in l. fin. in vers. si vero pro tali prædio*, *C. de locat. prædior. civil. lib.* 11. & *text.* singulatem *in l. necesse, ff. de in diem addict.*

Quod in conductore Ecclesiæ nominatim tradunt
7 *Rebuff. in compend. de reb. Eccles. non alien. num.* 61. & 62. *in fin.* ubi sic decisum refert, *Barbos. in l. si filiosfamilias*, §. *fin. numer.* 41. *vers. in hoc ergo terminis*, *ff. sol. matrim. Cavall. pract. quæst. commun. contra communes, qu.* 756. *num.* 68. & 69. *Gratian. discept. forens. lib.* 2. *cap.* 357. *num.* 42.

Nec obstat *decisio Dom. Præs. de Franchis* 406. easus enim de quo loquitur, non sententia, sed transactione fuit terminatus, ut idem asserit in fine decisionis.

Idquè tantò magis clarior redditur, quando antiqui conductores rem conductam melioraverunt, un-
8 de sunt præferendi, *Ruin. consil.* 114. *lib.* 3. *Roland. à Valle consil.* 28. *vol.* 1. Sed etiam quando hæc adest consuetudo, qua stante omnino sunt præferendi, *Bert. decis.* 107. aliique quos brevitatis studio prætermitto.

Et dum in hac decisione tractatur de locatione gabellæ serici, poterit dubitari si conductor dictæ gabellæ, ob sterilitatem magnam sericorum illius anni
9 afflictus, obtinuerit à Regia Curia extractionem librarum decem mille serici, & solvit Regiæ Curiæ pretium conventum pro dicta extractione, si conductor in dicto anno non extraxerit integras libras decem mille serici, possit in sequenti anno supplementum, usque ad dictas libras decem mille serici extrahere, ex quo in expeditionibus, seu provisionibus ei à Regia Camera consignatis, non fuit limitatum tempus, nec apposita clausula pro præsenti anno, & sic dum ind fini è loquuntur, licere ei anno sequenti, & quolibet inde sequenti extrahere quousque ad summam contentam perveniret; Ego tamen id nullatenus procedere posse ut infra dicendis fund. bo, maxime si concutit instructio Artis serici, ex quo anno sequenti passum sericum factum fuit, quare Ars magnum sentit damnum.

Tractæ enim, seu extractiones nullo modo esse concedendas, nisi tempore magnæ fertilitatis, ut an-
10 no præcedenti, adeo quod Regnum eis non obstantibus munitum remaneat, testatur *Ioannes de Platea in l. si quis per divinam*, *C. de aqu. duct. in fin. lib.* 11. ubi etiam *Andreas de Barrulo per text. in l. Præses Provinciæ*, *C. de servit. & aqua*, ibi, *Ex tuis prædiis aquæ agmen ortum fitientibus agris tuis ad aliorum usum vicinorum injuria propagari*, ita etiam *Afflict. in cap. post Natale*, per ipsummet *cap. not.* 6. *de pac. tenen. & decision.* 290. *numer.* 9. allegans dictum *Matthæi* in Evangelio de virginibus sapientibus, & fatuis, *Ne fortè non sufficiat nobis*, & *vobis*, quem sequitur *Camillus de Curte in suo divers. jur. feud. cap.* 7. *numero* 53. *in fin. mihi fol.* 17. & *D. Reg. de Ponte in tractat. de potest. Proregis tit. de tract. seu extract. num.* 5. quam opinionem uti communem amplectitur etiam *Avend. de exeq. mandat. lib.* 1. *cap.* 19. *numero* 35. *in antiquis*, *vers. & ratione publicæ utilitatis fol. mihi* 128.

Quod adeo verum, quod etiam quod fuerit concessa licentia extrahendi, & ex post facto videtur, quod
11 Regno deficere potest n. cessatium, licentiat extractionis concessa cessare debet, quod ita passim judicatum testatur præcitatus *D. de Ponte loco præcitato n.* 8.

Nec exinde poterit extrahi anno sequenti, prout in casu proposito, nàm quando in concessione tractæ, sive extractionis non est apposita clausula refectio-
12 nis, ut si quod uno anno non potuit extrahi, possit anno sequenti, tunc minimè, quod in anno concessionis non fuit extractum, potest extrahi anno sequenti, nam semper quod tractæ conceduntur, subintelligitur, quod Regnum non egeat, *D. de Ponte loc. præcit. numero* 8. *circa medium*, & sic dum in casu isto, clausula prædicta non adest, quomodo potest conductor prætendere extractionem complere in anno sequenti.

Neque potest pars se juvare dicendo, licentiam fuisse absque limitatione, & indefinitam, nàm non fit in supra allegatis differentia, quando licentia fuisset limitata, & quando indefinita, sed dicitur generaliter, quod quando non adest dicta clausula, non potest extrahi anno sequenti.

Sed melius, dum licentia datur eo anno, de eo tempore præsenti, in quo datur, intelligi debet, & non de futuro, nam semper de tempore, in quo aliquis actus
13 fit, intelligendum, non de futuro, nisi in specie dicatur, habetur per *text. in l. si ita stipulatus fuerimo*, §. 1. & *l. cum stipulamur, ff. de verb. obligat.* & *l. si ita legatum, ff. de auro*, & *argento legato*, & in dubio ita interpretari debere testatur in tractis, *Marcell. de Mauro in suis allegat. alleg.* 106. *numero* 2. *per text. in l. inter stipulantem*, §. *sacra*, *de tit. de verb. obligat.*

Quod non solum procedit, si culpa emptoris tractatum non fuit eo anno extractum, prout testatur
14 judicatum in tractis vini *D. Camillus de Curte loc. præcit. numer.* 45. Sed etiam quando Princeps post factam concessionem ex causis suam mentem moventibus concessionem revocaret, ita idem *D. de Curte loco indicato n.* 61.

Et hoc magna cum ratione, nàm dum ut dictum est, semper in extractionibus consideratur fertilitas
15 temporis concessionis, quomodo præsupponi potest voluisse concedere Regiam Cameram tractas indefinitas pro annis sequentibus, de quibus non potest sciri, neque fertilitas, neque sterilitas, cum sit in futuro eventu, de quo non potest dari certa scientia, & de facili, prout in uno anno succedere potest, quod sit sterilitas, & sic esset facere contra omne jus, prout per supra allegata habetur, quod præsumi non potest, imò absurdum dicere, qua ratione præcipuè mediante præcitatus *Maurus allegat. præcit. numero* 3. concludit nullatenus posse pro sequenti anno etiam in dubio intelligi extractiones esse concessas.

Et sic dùm conductor anno, in quo licentiam obtinuit non extraxit, sibi imputet, & nullo modo anno
16 sequenti extrahere potest, præcipuè si in anno sequenti esset penuria sericorum, & sic esset magnum publici præjudicium, cum Ars serici magnam hujus Civitatis Neap. partem contineat, cum qua t. m innumeræ personæ vivunt, quæ cum serici penuria adest, nesciunt quomodo vivere, & depauperantur, & quod Deus avertat multa mala committerent, quod Reipublicæ satis dat nosum; ipsi enim Reip. ... S 2 ... locupletes

locupletes esse, & re sua bene uti interest, §. *pen. & ult.* 17 *inst. de his qui sunt sui, vel alieni juris*, & proindè Iudices curare deberu, ot sit rerum ubertas, *l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. præfect. urbis*, & exinde optimus Princeps 18 solitus est suum peculiare commodum, subditorum utilitatibus postpoocre, ita *Petrus Belluga in suo speculo Principum rubr. 43. numer. 2. & 3. per text. in auth. ut Iudices sine quoque suffr. in princip. colum. 2. vers. consideravimus numero 11.* ubi post longum tractatum de eis, quæ Imperator pro utilitate subditorum invigilabat, subdit hæc verba. *Consideruvimus enim quia licet questus immodicus imminuitur, Imperio attamen nostri subjecti incrementum maximum percipiunt, & Imperium, & Fiscus abundabit utens subjectis locupletibus, & uno hoc introducto ordine plurima rerum, & innumera erit ubertas.*

Ex his igitur satis fundatum censeo, extractiones nonnisi tempore fertilitatis esse concedendas, easque 19 concessas oti eo anno debere, & non sequenti, nisi clausula refectionis adsit, & quamvis indefinitè loquntum in dubio io anno, in quo conceditur restringi potissimum ratione incertitudinis futuri eventus.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Sententia an, & quando possit proferri in alio, quam in eo, quod est petitum. Moræ purgatio quando admittatur in contractibus bonæ fidei, & quando ob non consignationem rei venditæ in tempore, contractus resolvatur. Et an, & quando pretium quantiplurimi includat etiam illius diminutioorm, ob non consignationem in tempore promisso factam per venditorem.

SUMMARIUM.

1 *Frumentum post triennium conservari non potest.*
2 *Res quando præstari non potest culpa ementis, oritur actio ad pretium.*
3 *Iudex potest ex officio condemnare conventum ad pretium.*
4 *Res, quæ dari non potest sub illa æstimatione quantiplurimi fuit à tempore moræ, si postea valet minus, officio Iudicis devenitur ad æstimatiorem.*
5 *Resolutioni contractus non est locus ob contraventionem, etiam in substantialibus in contractibus nominatis, sed est agendum, vel ad adimplementum, vel ad interesse intellige, ut num. seq.*
7 *Mora actoris quando faciat pretium decrescere.*
8 *Mora an sit purgabilis, quando res non est in eodem statu.*
9 *Causa finalis contractus quæ dicatur.*
10 *Resoluto contractu emptor non cogitur rem emptam recipere.*
11 *Causa finali contractus cessante, vel resolvitur, vel saltem rescinditur.*
12 *Resoluto contractus ex non adimplemento non datur in contractibus nominatis.*
13 *Iudex ordinarius cognoscit de justitia voti consultivi Advocatorum, sive Arbitrorum.*
14 *Reductio ad arbitrium boni viri potest peti usque ad triginta annos.*
15 *Contractus ex conventione legem accipiens, quando contractui non repugnat.*
18 *Mora purgatio an detur, quando adest pactum resolutivum in contractibus nominatis.*
17 *Totum continet singulas partes, quia qualibet pars in integrali toto comprehenditur.*
18 *Mora debitoris, quæ non potest purgari, an sit extensiva, & præbeat facultatem emptori.*
19 *Mora purgatio intelligitur infra breve tempus, ex conventione, vel à lege datum ad illud adimplendum.*
20 *Mora purgatio an admittatur, quando jus alterius partis est factum deterius.*
21 *Mora purgatio, quæ datur in venditione quomodo debeat intelligi, ubi expenditur doctrina* Paul. de Castro in l. cum venditorem, C. de act. empt.
22 *Emptor, qui ob non adimplementum venditoris emit viliori pretio, non dicitur esse in damno, sed in lucro.*
23 *Obligatio semper debet intelligi, ut minus obliget promissorem.*
24 *Pactum appositum in contractu debet attendi, non autem moræ purgatio.*
25 *Tempus contractus est considerandus, quando æstimatio debetur jure actionis ex conventione partium.*
26 Text. in l. vinum, ff. si cert. pet. *expenditur.*
27 *Venditor non consignans in tempore, an sicut ipse tenetur ad interesse quantiplurimi, ita etiam & emptor, si vinum, vel frumentum noluit recipere congruo loco, & tempore, & deinde pretium crescat, vel decrescat, ubi referuntur opiniones ex utraque parte, ut num. seq.*
29 *Periculum interitus spectat ad creditorem, qui est in mora recipiendi.*
30 *Contractus ex nulla parte debet claudicare.*
31 *Venditor non consignando in tempore, sicut ipse tenetur ad pretium quantiplurimi, ita etiam emptor tenetur quanti minoris.*
32 *Lucri, & damni dispar ratio est.*
33 *Mora est consideranda, ut alter non sit in damno, non autem quod sit in lucro.*
34 *Emptor, & venditor non debent ad imparia judicari.*
35 *Mora debitoris est peior, quam mora creditoris.*
36 *Moræ purgatio tota consistit in æquitate canonica.*
37 *Morosus debitor tenetur ad interesse intrinsecum, non autem extrinsecum, & quod dicatur interesse intrinsecum num. seq.*
39 *Mora regularis, vel irregularis quando debeat attendi, ubi refertur quæstio orta in Civitate Papiæ tempore, quo Rex Francorum Ludovicus bellum movit contra Venetos in materia tritici empti per Mercatores in maxima quantitate tempore penuriæ.*
40 *Emptore non solvente pretium venditor rem emptam tradere non tenetur, nec contra eum datur actio ex empto.*
41 *Mora debitoris, & creditoris quando sunt inæquales, est considerandum.*

DECISIO CLX.

EMit Fidelissima Civitas Neapolis ab Illust. Principe Catalis Majoris tumulos viginti mille tritici recollectionis anni 1636. pro pretio carolenorum viginti duorum pro quolibet tumulo, quos venditor promisit consignare in eadem Civitate per totum mensem Januarii 1637. qui terminus fuit prorogatus per totum mensem Maii ejusdem anni. Verum quia quamvis infra dictum tempus non fuerunt consignati, nisi tumuli 7455. & reliqua quantitas, ocdum non fuit in tempore consignata, verum nec frumentum applicuit ad portum dictæ Civitatis, nisi in principio mensis Septembris. Civitas noluit illud recipere, maxime quia prætendebatur, non esse qualitatis, & bonitatis promissæ, ideo egit Princeps in Collaterali Consilio, instando, cogi Civitatem ad illud recipiendum, cumque super dicta instantia fuisset terminus impartitus, compilato processu de pluribus contingit dubitari.

Et primò in ordine, quia tempore expeditionis causæ triticum non aderat, eo quia fuerat venditum per dictum Principem, prævia tamen protestatione, & decreto Ill. Ducis Belvederis Regentis Franciæ, & petitione, in qua institit, quia incipiebat marcescere, quod ipsi liceret illud vendere, citra præjudicium ejus jurium, & litis motæ, & cum stante dicta mala qualitate non fuerit venditum, nisi ad rationem carolenorum sex pro quolibet tumulo, dicebat Civitas, debere absolvi ab observatione judicii, dum enim frumentum non extabat, non poterat illud recipere, & quando venditor prætendebat illud plus precii, quod fuerat venditum ipsi Civitati, debebat dirigere de novo.

Cui tamen motivo respondebatur pro parte Principis, quod hodie quamvis non poterat tractari de receptione frumenti, dum non extabat, causa erat tamen expedienda circa damnum passum in pretio, 1 quia frumentum non poterat esse hodie receptibile, cum erant jam elapsi tres anni, & menses, infra quod tempus conservari minimè potuit, ex his quæ tradidit *Ang. in §. si quis à non domino, col. fin. Instit. de rerum divis. Bart. in l. divortio, §. ob donationes, in fin. ff. solut. matrim.* & alii per *Rot. Genuens. decis. 144. in fin.* & ideo 2 illa venditio fuit utilissima Civitati, ut tanto minus perderet, & dum frumentum præstari non potuit culpa ipsius Civitatis quæ noluit illud recipere, oritur actio ad pretium, *Bal. in l. fin. C. de fideicomm. libert. Afflict. dec. 23. num. 7.* ubi *Ursill. num. 1. Scact. de sent. & re jud. gloss. 14. quæst. 16. num. 4.* & notant *DD. in l. vinum, ff. si cert. pet.* ad quod pretium Iudex ex officio 3 potest conventum condemnare, quamvis non sit pretium, *Rot. Genuens. decis. 2. 4. num. 3. vers. tamen Iudex,* & hoc probat *Bar. in d. l. vinum, ff. si cert. pet. numer.* 4 14. ubi arguendo ad partes concludit, quod si vinum dari non potest sub illa æstimatione quanti plurimi fuit à tempore moræ, si hodie valet minus, de necessitate officio Iudicis devenitur ad æstimationem, *l. si servum, §. fin. ff. de verb. oblig.* cum concordantibus, & *num. 16.* dicit, quod si vinum reperiri non possit illius æstimationis, posset condemnari ad æstimationem officio Iudicis.

Secundò fuit dubitatum, si contractus erat resolutus. Dicebant enim pro parte Civitatis, ob non consignationem in tempore esse resolutum, quam- 5 vis enim in contractibus nominatis ob contraventionem etiam in substantialibus non sit locus resolutioni contractus, sed est agendum, vel ad adimplementum, vel ad interesse *si sicut, C. de action. & obligat. l. inervile*, ubi *Bald. & Salyc. C. de reivend. l. 1.* ubi *Paulus de Castr. C. de action. empt.* & alii per *Achill. Pedroch. in cons. unic. quando liceat ab emptione discedere, numer. 37.* & in contractu venditionis re vendita non consignata, hoc expresse tenet *numer. 38.* & licet in rebus consistentibus in pondere, numero, vel mensura opinio prædicta sit controversa, ut per *Ursill. in decision. Afflict. 399. Bertaz. de clausl. claus. 30. gloss. 6. Afflict. in decision. 180.* & habetur etiam ex *He-* 6 *ctor. Felyc.* & aliis, ab eis allegatis, tamen quatenus procederet est intelligenda in casu suo, quando scilicet si venditor in tempore non consignavit, nullum vero adest interesse emptoris, quod probat *tex. in l. cum venderem, in verbo intersu C. de action. empti,* ubi *gloss. & Paul. de Cast.* de quo interesse Civitatis, dicebatur, dubitari non posse, quia tempore, quo Princeps frumentum recollectionis anni 1636. consignare inten- 7 debat, erat jam facta nova recollectio, & satis minori pretio vendebatur, prout & ipsa Fidelissima Civitas emit ad rationem carolenorum decem, & septem pro quolibet tumulo, ut probatur per *gloss. in l. 2. in princ. ff. de eo, quod certo loco, Bart.* & alii *DD. in d. l. vinum, ff. si cert. petat. & in l. 3. §. in hoc, numer. 13. ff. commendati.*

8 Ex quo etiam fit, quod mora non erat purgabilis, illa enim quando res non est in eodem statu, purgari non potest, & in quolibet contractu, & conventione intelligitur insita naturalis conditio, dummodo tempore adimplementi res sit in eodem statu, ut in propriis terminis dicit *Achill. Pedroch. in d. cons. unico, nu. 286. Reg. Rovit decis. 53. n. 10 Ripa in l. si insulam, n. 37. & 104.* ubi alii *Scribentes, ff. de verb. oblig. Bologn. ibid. nu. 72 Carroc. de loc. & conduct. par. 4. tit. de mora,* post *n. 20.*

Secundò, quamvis purgari possit mora officio Judicis, est intelligendum, quando non deficit causa finalis contractus, modo intentio Civitatis fuit, se providere de tritico necessario usque ad recollectionem anni 1637. & ideo voluit, ut consignatio fieret per totum mensem Januarii, & postmodum contenta remansit prorogare per totum mensem Maii, & quod ista fuerit causa finalis, apparere dicebatur, quia certum est, quod Civitas non esset contractura, si scivisset, triticum non esse consignandum, nisi post 9 novam recollectionem anni 1637. & illa dicitur causa finalis, sine qua contrahens non esset contracturus, vel non pro tanto pretio, *Soc. cons. 26. colum. 2. lib. 3. Becc. cons. 45. num. 30. versic. & dicitur, lib. 1. Decian. cons. 41. num. 20. lib. 1.* & alii per *Riminal. jun. cons. 338. numer. 56. lib. 3. & cons. 559. numer. 30. lib. 5. Simon. de Pratis cons. 71. numer. 27. cent. 1. Achill. Pedroch. in d. cons. unico, quando liceat ab emptione disced. num. 245* & sic vel di- 10 cimus, contractum esse resolutum, & data contractus resolutione emptor rem emptam recipere non cogitur, *Alex. in d. l. si insulam, num. 24. ff. de verb. obligat. Carroc. in d. tit. de mora, numer. 37. & 101,* vel dicimus, 11 quod cessavit causa finalis dictæ emptionis, & contractus vel resolvitur, vel saltem rescinditur, *l. tale pactum, §. fin. C. de pact. l. 1. C. de condict. ob causam l. cum te fundum,* ubi *Bal. Salyc. & Paul. de Castr. C. de pact. inter empt. & vendit. Surd. decis. 220. numer. 19.* & alios citat *Suarez in thes. recept. sentent. lit. C. nu. 302. Bursat. cons. 191. num. 10. cum seqq. lib. 2. Cephal. cons. 674. numer. 97. lib. 5. Pedroch.* in *loco* proxime citato, *numero 233. & 772.*

Pro parte vero venditoris dicebatur, quod non 12 poterat amplius tractari de resolutione dicti contractus, quia in contractibus nominatis ex non adimplemento non datur ipsius resolutio, ex decisione *text. in d. l. sicut, C. de action. & oblig. & l. inciviale, ff. de rei vendic. l. ea conditione.* ubi *Bal. C. de rescind. vendit.* & in *l. 2. C. de condit. ob causam,* & habetur per *DD.* & præcipuè per *Jas. in l. fin. ff. de condict. ob causam, Mandel. cons. 616. num. 4. lib. 4. Dec. cons. 45. Surd. cons. 52. numero 267. lib. 1. Afflict. decision. 280.* quæ quoad hoc est communiter recepta, & secundum ipsam fuit judicatum in *Rota Rom.* ut refert *Hercul. Marescot. lib. 1. var. resolut. cap. 90. num 3.* aliam decisionem refert *Reg. Rovit. d. dec. 13.* in venditione conditionali, & sic in casu magis arduo, quibus addebatur, quod ipsæmet partes in hac caussa contentæ fuerunt remittere articulum prædictum quatuor Advocatis ipsiusmet Civitatis, qui omnes uno ore dixerunt, contractum non esse resolutum, & proinde Civitatem teneri ad receptionem frumenti.

Quibus tamen pro parte Civitatis replicabatur, 13 quod illa resolutio Advocatorum fuit tantum consultiva, & illius voti justitia cognoscit Iudex ordinarius, *l. à Divo Pio, in princ.* ubi *Bar. nu. 5. ff. de re jud.* 14 & ad omnem majorem cautelam fuit petita reductio illius ad arbitrium boni viri, potest peti usque ad 30. annos, *Borrell. in pragm. 1. de arbitr. §. 7. gloss. 2. n. 18.*

Dicebant etiam, quod admissa opinione, quod in contractibus nominatis non detur resolutio ipsorum ob non adimplementum alterius ex partibus, quod hoc esset, quando partes aliter non contraxissent, se- 15 cus vero quando aliter inter partes fuerit conventum,

tum, quia contractus ex conventione legem accipiunt, quando contractui non repugnat *Felicius de Soc.c.19.num.7.* prout esse prætendebatur in facti specie, in qua expressè paciscerunt, quod in casu non consignationis frumenti in tempore, & locis promissis, esset in electione hujus Fidelissimæ Civitatis, vel recuperare pretium anticipare eabursatum una cum interesse ad rationem decem pro centenario à die solutionis, vel pretium quantiplurimi, & quidem aliud non importat illa pretii restitutio, nisi quod res remaneat inempta, & sic potest dicere Civitas, quod potuit eligere resolutionem contractus, & nulli dubium est, 16 quod quando adest pactum resolutivum, tunc non datur moræ purgatio, etiam in contractibus nominatis, maxime non sequuta traditione, ut per *Marescot. dict.resolut.90.lib.1.in princ.*

Nec quia hodie non potest tractari de restitutione pretii, quia jam emptor consignavit majorem quantitatem frumenti, ultra pretium duc. 3100. anticipate solutorum, immo Civitas solvit residuum pretii tritici consignati, quia eadem dispositio, quam procederet, si in totum non fuisset facta consignatio in 17 tempore, procedit in residuo totum enim continet singulas partes, quia in integrali toto comprehenditur quælibet pars, *l. 1. §. si stipulanti*, ubi *Doctor. ff. de verb. oblig. l. si alii, ff. de usufruct. legat.* & alii per *Barbos. axioma* 230. & 168. quod maxime procedit, quando frumentorum consignatio debebat fieri diversis temporibus, & sic divise, ut declarat *Cardin. Tusch. pract. conclus. tom.8. conclus.33. numero 6.*

Et quatenus voluisset eligere interesse quantiplu-18 rimi, in hoc casu mora debitoris non posset purgari, sed illa facultas, quæ erat in venditore consignandi frumentum, translata est in Civitatem emptricem, quæ ideo potuit se providere, emendo triticum ad satis minus pretium, *Barthol. de Salyc. in tract. de mora, quæst.2.principal.n.11.& seq.fol.412.par.2.in 6.vol. tract. Ripa in d.l.si insulam, in fin.*

19 Vlterius dicebatur, quod admissa opinione, quod possit moram venditor purgare, tamen hoc est intelligendum, ut fit infra breve tempus, dummodo non excedat simile tempus ex conventione, vel à lege datum ad illud adimplendum, *Ripa in d.l.si insulam.numero 36. Carroc.in d.tit. de mora, numer.12.* non enim 20 admittitur moræ purgatio, quando jus alterius partis fuisset factum deterius, ut plene *Ego* dixi in *decis.* 30. *Durand. decision.* 270. late etiam *Farinac. in posthum. lib.2. decis.373.num.80.& decision.640.* ubi late de materia, *Seraph.decision.577.num.5.591. num.1.819. num.7. & 1150.num.4. Rimin jun.cons.426.num.37.643. num.7. & cons.656. num.20.* modo contractus initus fuit die 26. Septembris, & triticum partim erat consignandum in principio, residuum vero in fine Januarii, & neque erat consignatum de mense Septembris anni sequentis.

21 Item & secundò hoc debet intelligi secundum doctrinam *Paul.de Castr. in d.l. cum venditorem, C.de action.empt.* ubi quamvis teneat, quod datur in venditione moræ purgatio in eo casu, quando adest dies & non pœna, hoc debet intelligi, dummodo venditor offerat etiam interesse, id est faciat, quod emptor non remaneat in damno ad moram venditoris: secundò, quod emptor indigeat re empta, loquendo in emptione carnium, quia si carnibus amplius non indigeat, tenetur venditor restituere pretium, & illud plus, quod constituerunt carnes postea emptæ, quando verò emptori interesset habere carnes, audiretur venditor illas offerendo, nec deberet restituere pretium, dummodo solveret ultra quantum carnes illæ constituerunt; & sic in casu, de quo agitur debeat venditor simul cum frumento offerre id, quod Civitati interetat, ob consignationem in tempore non factam, *Carroc. de loc. d. par. 4. tit. de mora, numer.22.& tit. de remiss. mercedu. num.142. gloss. in l. utique ff. de recep. arbitr. Alex.in d.l.si insulam, num.9* ubi citatu *Ripa num.105. Salyc.in l.si traditio, num.14. ex text.in l. si post tres, ff.si quis caut.& num.68.ex text. in l. trajectitia, §. de illo, ff.de act. & oblig Caurer.c.5.de fidejuss.nu.113. par.2.*

Et quamvis pro parte venditoris replicaretur, quod in hoc casu nullum adesset interesse Civitatis, quia non emit frumentum cariori pretio, nec probatur, pretium fuisse auctum, & sic non potest præ-22 tendere pretium quantiplurimi. Illud autem, quod dicitur, quod emit, & poterat emere viliori pretio, non dicitur damnum, sed lucrum, ut habetur in *l.Proculus, ff.de damno infect.* Nec venditor promisit in casu inobservantiæ, nisi pretium quantiplurimi, & pro-23 ptetea non potest extendi ad illud lucrum quanto minoris emisset, quia semper obligatio debet intelligi, ut minus obliget promissorem, *l.semper in stipulationibus, in fine, ff. de regul. jur. Dec. cons.423. 24 numer.8.Ruin.cons.59. numer.10.lib.4.* & ubi adest pactum appositum in contractu, debet illud attendi, non autem mora, *Bologn. in d.l.vinum, numer.68. ff. si 25 cert. petat.* ubi dicit, quod quando æstimatio debetur jure actionis ex conventione partium, tunc considerari debet tempus contractus, ut etiam tenet *ibidem Salyc.numer.13 & Faber* in suo *Cod.lib.4. tit.si cert.pet. diffin.15.*

Et sic major difficultas hujus causæ erat, an illud pretium quantiplurimi comprehendat, nedum pretium majus, sed etiam pretii conventi diminutio-26 nem, & sic quanto minoris emisset post moram. Et quidem hæc quæstio tractatur à *Doctoribus in d.l.vinum*, ubi tradita regula per illum *text.* quod venditor teneatur ad interesse quantiplurimi, si vinum, vel frumentum in tempore promisso non consignavit; dubitatur, utrum si congruo loco, & tempore per venditorem fuerit frumentum venditum oblatum, & emptor noluerit recipere, si post tempus pretium diminuerit, venditor consignare debeat ad rationem conventam, vel secundum pretium diminutum, vel tui si frumentum fuerit venditum ad rationem carolenorum decem pro quolibet tumulo, & congruo loco, & tempore venditor offerat, & emptor noluit recipere, & deinde pretium auctum fuerit ad carolenor viginti, si ad viginti, an vero ad decem teneatur consignare? hanc quæstionem ponit *Cyn. in l. in minorum, in 9. quæst. C. in quibus causis in integr. re-27 stit. non est necess.* an sicut venditor non consignans in tempore, tenetur ad interesse quantiplurimi, ita etiam & emptor, si vinum, vel frumentum noluit recipere, cum sibi congruo loco, & tempore fuisset oblatum, & deinde pretium cresceat, vel decrescat? & dicit, quod *Iacob. de Raven.* tenuit opi-28 nionem negativam. Primò, quia id, quod cautum reperitur in venditore, nulla lege cavetur in empto-29 re. Secundò, quia creditor, qui est in mora recipiendi, gravatur in alio, quia periculum interitus ad eum spectat, *l. qui decem, ff. de solut.* quæ ratio cessat in debitore, ut per *Ias. in d.l. vinum, num.* 8. & sic si in uno gravatur, debet in alio relevari, sed *Petrus de Bellaper.* tenuit opinionem affirmativam, quod tenetur ad illam pretii diminutionem, & cum ista opinione videtur residere *Bart. in l.3.§. in hac, ff. commod.num.15.& Ias. in d.l.vinum, ubi supra, Bald. in l. acceptam, C.de usur. quæst. 16. Alex. in l. semel mora. ff.solut. matrim. Purpur. in d.l.vinum, numer.81.& Ioan. 30 Bologn. numer.* 39. ea ratione, quia contractus non debet claudicare, *l.illud, ff.de peric. & comm. rei vendit. Hieron. Buttigell. in repetit. d.l.vinum,* sub *numer.* 27. ubi etiam *Paul. de Montepico, numer.6.* & novissime *Carroc. de oblationibus part. 2. quæst. 99.* & pro hac opinione allegatur *text. in l.datio.* sive *ratio. §. si*

pe-

31 *per venditorem, ff. de action. empti*, ubi probatur quod sicut venditor non consignando in tempore tenetur ad pretium quantiplurimi, ita etiam tenetur emptor quanto minoris.

Sed rursus ad prædicta alia insurgebat difficultas, quia juxta prædicta loquuntur in emptore, qui congruo loco, & tempore noluit rem emptam à venditore accipere, hic autem non tractabatur de emptore, qui noluit recipere, sed de venditore, qui non consignavit in tempore, & in venditore bene cadit pretium quantiplurimi, quia emptor tractavit de damno vitando, sed in casu prædicto emptor non tractat de damno vitando, cum nullum passus fuerit damnum emendo frumentum ad majus pretium, sed ex mora venditoris esset in lucro, solvendo illud ad minorem quantitatem, & lucri, & damni dispar est ratio, *l. Proculus, ff. de damno infect.* & mora facit, ut alter

32 non sit in damno, non autem quod sit in lucro *glos. in l. si mora, ff. solut. matrimon.* quod etiam considera-

33 vit *Bolognet. in d. l. vinum n. 59.*

Quibus tamen pro parte Civitatis replicabatur, quod ista diminutio pretii non poterat respectu sui dici lucrum, sed damnum, siquidem ipsa emit frumentum pro ejus usu anni 1637. & si hodie coacta esset solvere pretium ad rationem conventam pro illo anno, dum non potuit uti frumento, nisi pro eo consumando in anno 1638. pro quo tempore poterat emere viliori pretio, dubio procul esset in damno, Insuper dicebatur, quod sicuti in tempore, qui con-

34 gruo loco, & tempore recipere noluit rem venditam datur pretii diminutio, sive augmentum in damnum ipsius, ita etiam, & tanto magis in venditore, ne ad imparia judicentur, *l. fin. §. 1. ad ff. Senat. Consul. Vellean.* cum aliis allegat. ubi per *glos. in verbo melioris conditionis*, sed pejor est mora debitoris, quam creditoris, ut per *Barbos. in d. l. si mora. nu. 16 ff. solut. matrim. DD. in d. l. vinum*, & præcipue *Zasius in 12. quæst.* & est *text. in leg. hominem, in fine, ff. mandati*, ubi dicitur, neutri parti suam moram prodesse, nec contractus debere claudicare, & ista moræ purgatio tota

36 consistit in æquitate canonica, & iniquum esset, ut debitor, qui in tempore non consignavit, & si vellet vendere frumentum post moram, viliori pretio venderet, sic cum jactura Civitatis locupletaretur, *Rimnald. jun. cons. 643. num. 15.* quod etiam in terminis fundatur ex doctrina *Paul. de Castrens.* & aliorum in *l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de action. empti*, ubi dicit, quod contra debitorem morosum agitur ad

37 interesse intrinsecum, non autem extrinsecum, sive consistat in lucro, sive in damno, dicitur autem

38 interesse intrinsecum illud, quod concernit pretium rei venditæ, si plus, vel minus valuit post moram, ut morosus teneatur quanti plurimi, vel minimi fuit in tempore moræ, prout alteri expedit, & sic clare dicit quod tenetur propter moram, etiam ad pretii diminutionem.

Quod tamen esset intelligendum de mora regulari,

39 non autem de mora irregulari, prout fuisse decisum refert *Cagnol. in d. l. curabit, num. 47. C. de action. empt.* ubi refert quæstionem ortam in Civitate Papiæ tempore, quo Rex Francorum Ludovicus bellum movit contra Venetos, ob quod cum esset maxima penuria tritici Mercatores emerunt magnam quantitatem, & solverunt venditoribus pretium, cumque per transitum exercitus ultra flumen Abduæ pretium decrevisset, fuit magna quæstio, ad quem pretium diminutionis spectaret, ad emptorem scilicet, an ad venditorem? & fuit decisum, quod cum solutio pretii non constituat venditorem, nisi in mora irregulari, non tenetur emptori ad pretium quantiplurimi quod tantum debetur, quando adesset mora regularis, de quo testantur etiam moderni *Papienses in d. l. vinum, ff. si certum petatur*, sequitur *Marant.* in suo *spec. part. 4. an sit judicium universale, vel particulare, in 4. princip. dist. num. 54.* ubi in terminis intelligit, hanc decisionem, & doctrinam *Cagnol.* procedere in eo casu, ubi adest tantum mora irregularis, quæ contrahitur per solutionem pretii, ex parte emptoris, & traditionem rei ex parte venditoris; at secus ubi adest mora regularis, quæ contrahitur per interpellationem expressam, vel tacitam; per appositionem diei, per ea, quæ habentur in *l. 1. ff. de actio. empti*, & in *dict. l. 9. curabit*, ex quibus decisa remanebat quæstio prædicta ad favorem Civitatis emptricis.

Ultimo loco pro parte venditoris dicebatur, non fuisse in mora ex eo, quia Civitas non solvit pretium frumenti jam consignati, nisi satis post tempus, ad quod ponderabantur aliqua in facto, & pactum expressum, quod non intelligatur facta solutio, quamvis scriberetur in Banco in sui faciem, nisi adesset in eo effectiva pecunia, ex *text. in l. Julianus, §. offerri*

40 *ff. de act. empt. l. si per emptorem, & utrobique DD. ff. de perse. & commun. rei vendit. Matthesil. singul. 50.* in quibus juribus probatur, quod emptore non solvente pretium, venditor rem emptam tradere non tenetur, nec contra cum datur actio exempto, *Rota Genuens. decis. 94 n. 12.*

Cui motivo respondebant primò, quod moræ non

41 erant æquales, quia respectu pretii non soluti, quatenus esset verum in facto, quod tamen expresse negabatur, immo ex scripturis dicebatur, totum contrarium apparere, erat satis parvum interesse, sicuti magnum esset istud non consignationis frumenti in tempore, ut declarat eadem *Rota Genuens. numero 16. & 17.* Secundò dicebatur, quod mora emptoris in non solvendo non operatur, nisi ut non possit agere ex empto, non verò, ut teneatur emptor post moram recipere pro eodem pretio.

Ex quibus discusso negotio die 19. Augusti 1642. ad relationem quondam Regentis Ferdinandi Brancia Ducis Belvederii, & Equitis Calatravæ, viri omni virtutum genere præstantissimi in Collaterali Consilio una cum adjunctis, fuit fidelissima Civitas Neapolis absoluta ab impetitis per dictum Illust. Principem Casalis Majoris. Penes Franciscum Anastasium regium à mandatis Scribam.

OBSERVATIO IN DECIS. CLX.

SUMMARIUM.

1 *Purgatio moræ admittitur de æquitate canonica, dummodo fiat intra breve tempus, & quomodo consideretur dictum tempus breve.*

2 *Purgatio moræ non admittitur in multis casibus.*

Primo, post litis contestationem, num. 3.

Item cum executio esset facienda à Iure, vel ab homine num. 4.

Item in collatione Beneficii Ecclesiastici, n. 5.

Quid si sit apposita certa dies & pœna n. 6.

Item in lucro captando, secus in evitanda pœna, numero 7.

Item si adest clausula rato remanente pacto n. 8.

Item si sit renunciatum purgationi moræ, n. 9.

Item in dispositionibus, & stipulationibus conditionalibus numero 10. & 11. Sed non in Prætoriis, & judicialibus, ibid.

Item si adsit pactum resolutivum donationis, & remissionis partis debiti, num. 12.

Item si contractus juramento roboratur, n. 13.

Item sequuta condemnatione, & post sententiam, numero 14.

Adducitur ex his decisio Reg. Cam. Summ. & alia Sac. Cons. Neap. n. 15.

Quid si sit renunciatum omni legum auxilio, n. 16.

cendatur candela, ut ex decisione quondam Reg. & Præsid. Sacr. Reg. Consil. *Petri Jordani Ursini*, nunquam satis laudandi, inserta per *Marin. resolut. quotidianarum, resol.* 147. ex *num.* 12. usque ad *finem*. Sic etiam fuit decisum in anno 1630. in Attendamenta Vini in Regia Camera, nam cum remansisset Josepho de Angelis, & fuisset facta major oblatio ducatorum trium mille pro quolibet anno per Joannem Carolum Cacace, me tunc patrocinante pro dicto Joanne Carolo, fuit admissa, quod deinde fuit etiam confirmatum in Collaterali Consilio una cum Adjunctis datis per Excellentiss. Ducem de Ascala, tunc Regni Proregem, & millies contra *Afflict.* opinio-
7 nem in praxi fuisse servatum testatur *Muscatell. lib. 2. part. 2. in gloss. venduntur, numer.* 57. & fuisse judicatum in Senatu Gratianopolitano, dixit *Guid. Pap. decis.* 536. & in Burgund. Gall. *Cassan. in Consuetud. Burg. tit. des rentes, rubr.* 5. §. 2. post *num.* 24. *Rebuff. tit. de precon. licitationibus & subhastationibus, gloss. unica, numer.* 33. & in Senatu Lusitaniæ *Phab. decis.* 135. *lib.* 2.

Tamen difficultas major fuit, ex quo dicebat Astutus, quod quamvis prædicta vera essent, hoc fuit nove *Reg. Pragm.* editum in anno 1631. quæ est 71. *de offic. Procurat. Cæsar.* in qua expresse cavetur, quod
8 non possit recipi oblatio ante traditam possessionem Attendatoribus; quæ sit minor decimæ partis affictus unius anni, post vero traditam infra terminum trium mensium, sextæ partis affictus unius anni, & propterea dicebat Astutus, oblationem non esse admittendam, quia non continebat in effectu, nisi annuos ducatos sex mille, quæ non erat decima, sed quinquagesima pars pretii, nam decima importabat ducatos viginti sex mille, & plus pro quolibet anno; quam *Regiam Pragmaticam*, dicebat esse in viridi observantia; & quamvis pro parte dicti Oblatoris interpretaretur dicta *Regia pragmatica*, non ut quolibet anno debeat continere ultra decimam oblatio, sed in primo anno, interpretando illa verba (*purche non sia meno della decima parte dell' affitto d'un'anno*) quod quando affictus est pro pluribus annis, prout semper locari solent vectigalia, & impositiones Regii Fisci, tunc in quolibet anno pro toto tempore affictus debet excedere decimam, & ita etiam videtur intelligere *Novarius*, qui dictam *Pragmaticam* summat in *collect.* 1. ad dictam *pragm.* 71. dum dicit, quod auctarium non sit minus decima totius pretii annui; quod etiam & ratione fundatur, quia quan-
9 do locatio fit per plures annos, non dicuntur tot locationes, quot sunt anni, sed unica tantum locatio, non plures *Bald. cons.* 316. *lib.* 3. *Magon. decis. Lucens.* 69. *num.* 15. *Bart. quæst.* 4. *num.* 6. *& in l. si servus communis Mavii § fin. ff. de stipul. serv.* & in terminis *Socin. jun. cons.* 68. *volum.* 2. & post ipsum *Ignat. Lassarte de decim. vendit. cap.* 18. *num.* 65. *Carroc. de locat. & conduct. in rubr. de multiplicatione contractus*
10 *locationis, num.* 15. & illa temporis, & annorum distributio, ut quolibet anno solvatur certa quantitas, veluti in hoc casu ducatorum ducentum sexaginta quatuor mille pro affictu, non dicitur adjecta ad multiplicandum obligationes, sed solutionis effectum, & commoditatem, *Bald. in l. si Stichum, §. stipulatio,* ubi etiam *Roman. & Imol. ff. de verbor. oblig. Natta cons.* 548. *Magon. ubi supra num.* 16.

Dicebatur tamen pro parte Regii Fisci, & secundi Oblatoris, quod etiam attenta forma dictæ *Reg. prag.* 71. *de offic. Procur. Cæsar.* erat oblatio admittenda,
11 quia dispositio prædicta videtur certo modo concordare cum *l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 9. *nova recopillationes legum Hispan.* cum sit cum eisdem verbis prolata, dum ibi disponitur (*que no pueda ser recebida en ella puja sino fuere de diezmo entero, ò media puja entera por el anno, ò annos, y que fuere rematada*) quod etiam dictant verba dictæ *pragmatica*, in qua in præjudicio dictæ dispositionis dicitur (*& desiderando noi remediare quanto si puo, come si e procurato ancora in questi & in altri Regni della Maestà sua*) quibus sic præmissis sequitur *lex* 4. ejusdem *tituli*, in qua cavetur, quod si aliquis voluerit addicere decimam partem, vel medietatem pujæ supra quantitatem primi anni, solvendam tamen pro rata pro omnibus annis conductionis, id ei permittatur, his verbis (*Pero si alguno quisiere fazer puja, ò media puja sobre la quarta del primero anno, repartida per todos los annos del arrendamiento, que si pueda fazer*) & quamvis dicta *lex* 4. videatur in aliquo sibi contradicere, cum prius dixerat [*que non pueda ser recebida puja, ni media puja salvo en todos los annos*] tamen interpretata fuit secundum primam lecturam, ut possit admitti pro primo anno, quamvis pro omnibus annis Attendamenti fiat solutio pro rata destinata, ut in puncto voluit *Ignat. Lassarte in d. tract. de decim. vend. d. cap.* 18. *num.* 27. ubi singulariter ad intellectum *d. l.* 4. dicit.
12 *Quintò nota, quod si locatio fiat per plures annos, non tenetur licitator quartum addere supra omnium pensionem omnium annorum locationis, sed sufficit addere supra pensionem primi anni, modo in omnes annos locationem admittat: & poterit quidem quantitatem, ac summam quartæ illius per omnes annos quoad solutionem dividere, ut in decima integra, vel dimidia expressum est*, ubi allegat dictam *leg.* 4. & subdit, quod quamvis dicta *lex* sit difficilis, & intricata, quotidiana praxi etiam in adjectione quarti observatur, & ampliat dispositionem dictæ *legis*, nedum eo casu, quo cum addictione decimæ sit admittenda, sed etiam in addictione quartæ quæ solvitur, in casu *leg.* 5. *eodem tit.* quod est trium mensium post subhastationem, ut declarat *Azevend. in d. l.* 2. *lib.* 9. *tit.* 13. *de las pujas, y prometidos* sub *num.* 16. firmat idem *Lassarte in additamento* ad *d. cap.* 18. ad *num.* 27. ubi dicit, quod cum hoc semel sibi in praxi evenisset, durissimum visum fuit Judicibus, decisionem *text. in dict. l.* 4. ad quarti etiam adjectionem in prioris conductoris necem extendere, cum nulla lege repetiatur expressum, atque ideo lis illa transactione partium finita fuit, & ait, *sed adhuc quod scripsi tenendum est propter conditionem supra in novis pactis Regiis. Per quam decisum videtur, ut si locatio fiat per plures annos, quilibet annus per se considerandus est, ut in quolibet adjectiones quarti fiant, pro ipso scilicet anno.* Hanc etiam sententiam sequitur *Gutierr. de gabell. quæst.* 142. *num.* 1; licet hoc temperet respectu pujæ, & mediæ pujæ decimæ partis pretii infra quindecim dies, quia tunc fatetur, esse admittendam addictionem pro primo anno, modo in omnes locationes admittat, sequendo opinionem *Lassart.* secus vero in addictione quarti, in qua dicit, ita defendisse, & obtinuisse, quod necesse sit fieri pro omnibus annis, & non sufficit, quod fiat pro uno anno tantum, ex *l.* 6. *eod. in tit.* 13. *lib.* 9 *nova collect.* ubi respectu quarti habetur, quod debeat esse *de todo el cargo de la tal renta, que assi fuere rematada, y no en otra manera.* Quidquid tamen respectu dicti quarti, ubi *Gutier.* se fundat per illam specialem *legis* declarationem, dicebatur, quod respectu decimæ, quia in d. *Regia pragmatica* adsunt eadem fere verba *dict. l.* 2. ita esset interpretanda, & doctrinam *Lassart.* esse punctualem.

13 Insuper dicebatur, quod si *Regia pragmatica* aliter esset intelligenda, esset impracticabilis addictio ultra decimam in Attendamentis, maxime in Attendamentis magnis, prout est Attendamentum Serici, de quo tractabatur, cum decima pro omnibus annis supra annuos ducatos ducentum sexaginta quatuor mille pro sex annis, esset ducatorum centum quinquaginta, & octo mille, & tarenorum duo

tam

rum, & sic nunquam posset ista decima practicari, in maximam Regii Fisci perniciem, & ideo in *Regia Pragmatica* non dicitur, quod decima debeat offerri pro omnibus annis Attendamenti, sed pro uno anno.

Fuit etiam ab aliquibus ex Dominis consideratum, quod quamvis candela accensa remansisset Attendamentum prædicto Doctori Joan. Dominico Astuto, tamen ipse nominaverat Joan. Ambrosium 14 Patavagna, & alios, qui adhuc apparebant debitores pro aliis Attendamentis, quo in casu non poterant admitti ad offerendum, nisi prius redditis rationibus, ut ex *tex. in l. licitatio* §. 1. *ff. de public.* dicit *Petr. Ravea. in singul.* 847. *Arisman. Tepat. tit.* 367. *de public. & vectigal. cap.* 15. quod etiam fuit particularibus ordinibus Suæ Majestatis provisum, & quamvis præcedente voto Regiæ Cameræ soleat Prorex cum Collaterali Consilio dispensare, tamen dispensatio prædicta fit, quando adest beneficium Regii Patrimonii, quia major est illorum oblatio, secus vero quando continet minorem quantitatem. & sic cum in hoc Attendamento pro personis nominatis ab Astuto, & comprehensis in Albarano præsentato cum caratis participantium, necessaria esset dispensatio, tunc esset concedenda, quando in accensione candelæ iterum faciendo super oblatione facta per dictum Fulgentium de Marino augeretur pretium; nam in casu prædicto quamvis fuerit extincta candela, tamen quia remansit personæ nominatæ ab Astuto, quæ concurrere non poterat, dicitur actus nullus, & propterea dicebatur, esse recipiendam novam majorem oblationem, & sic fuit decisum per Regiam Cameram, & Collaterale Consilium de Mense Maii 1642. sed per majorem partem votantium fuit decisus articulus *Regiæ pragm.* intelligendo, quod illius verba sint interpretanda, ut addictio sit ultra decimam pro primo anno, quamvis distributa in plures annos locationis.

DECISIO CLVIII.

SUMMARIUM.

1 *Oblatio majoris quantitatis an admittatur candela extincta in locatione rerum minorum, Universitatis, & Fisci, & quid si læsio, & nova oblatio non sit in sexta parte, ibid. & num. 6. 8. 9. & 17.*

2 *Oblatio nova, & major in qualibet re vendita subhasta, liberata, & adjudicata ultimo licitatori non debet regulariter admitti, & nu. 3.*

Limitatur multis modis. Primo si superveniet melior oblatio, nondum elapso termino in preconiis constituto ad licitandum nu. 4.

Limitatur secundo si venditio facta sit viliori pretio, quam esset valor, & sic læsio esset in sexta, numer. 5.

Limitatur tertiò in re Fisci, Respub. & Minoris, qui non solum ad damnum, sed etiam ad lucrum restituuntur, nu. 6. 7. 9. & 17.

8 *Fiscus habet privilegium admittendi novam majorem oblationem absque temporis præfinitione tàm in locatione, quàm in venditione sub hasta, etiam in decima parte, & sic etiam si læsio, & nova oblatio non esset in sexta, effertuntur decisiones nu. 9. & 17.*

10 *Dispositio* pragm. 71. de offic. procur. Cæs. *locum habet solum in locationibus rerum fiscalium, non autem in venditionibus earumdem, & num. 11. & 15. maximè ubi Fiscus est læsus enormissimè numer. 12.*

12 *Renunciari an possit beneficio restitutionis in integrum in casu enormissimæ læsionis.*

13 *Fiscus an habeat tempus limitatum ad recipiendam novam, & majorem oblationem in venditionibus sub hasta ex dispositione* pragm. 71. de offic. Procur. Cæs. *& n. 17.*

Quid de jure communi num. 14. & 16. quid de consuetudine nu. 15.

16 *Tempus quadriennii datur ad rescindendam novam & majorem oblationem personis privilegiatis per viam restitutionis in integrum.*

17 *Fiscus non habet tempus limitatum in venditione rei, fiscalis sub hasta, & proinde semper potest novam, & majorem oblationem recipere, & num. 8. & 9.*

AGitur in hac decisione, an candela extincta super locatione rerum fiscalium possit recipi alia melior oblatio, tàm jure communi attento, quàm dispositione *reg. pragm.* 71. *de offic. procur. Cæs.* & in qua quantitate debet esse læsio, & sic major oblatio, & fuit decisum oblationem novam debere esse ultra decimam partem affictus primi anni, ut refert *Dom. Auctor num.* 14. *in fin.* & quia est materia satis practicabilis, infrascripta notanda censui ad ornatum decisionis.

1 Oblatio majoris quantitatis, an admittatur in affictu, sive locatione candela extincta in rebus minorum, Universitatis, & Fisci, latè disputant *D. Regens Lanar. consil.* 63. *& D. Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. impost.* §. 5. *per totum*, qui alios allegant, qui *num.* 57. concludit, quod admittitur si læsio sit saltim in sexta parte; tamen per Collaterale Consilium ad relationem *D. Proreg. Comitis de Marra* sub die 2. Septembris 1619. in causa inter Vincentium de Autia cum Petro Majorino, ac Universitate Sancti Severini prævia maxima discussione, fuit admissa nova oblatio duc. 800. facta per dictum Majorinum super oblatione facta per dictū de Autia ducat. 19725. super qua erat extincta candela, & erant confectæ cautelæ cum prædicta Universitate pro affictu partiti generalis gabellarum dictæ Universitatis, ut ex actis penes Regium à mandatis Scribam de Ligorio, & sic læsio nedum non erat in sexta, sed nec etiam in 24. parte, quare apparet, quod sit magna decisio, retulit tamen mihi *Dom. Regens noster*, ipsum audivisse, quod aderat defectus sollemnitatum in primo affictu, & propterea fuit admissa nova oblatio ideo videnda erit processus dictæ causæ pro agnoscenda veritate articuli, tantò magis, quia in locatione rerum Universitatis adest *text.* expressus *in l.* 2. *C. de venden. reb. Civit. lib.* 10. ubi sancitum reperitur locationem publici prædii non revocari, licet extraneus majorem offerat pensionem, sed lex ista non videtur habere locum, ubi secunda oblatio excedit sextam, ut dicebat in occurrenti casu *D. Cons. Merobellas* in lectione feudali, sed nihil ad hoc probandum allegavit.

Ideoque pro ornatu decisionis; Primò notandum erit, quod regulariter non solet admitti nova, & ma-2 jor oblatio rei venditæ sub hasta liberatæ, & adjudicatæ ultimo licitatori tanquam plus offerenti, *ad text. in l. non est probabilis, Cod. de rescend. vendit.* in qua habetur, non esse rescindendam venditionem perfectam, ex eo quod alter noviter offerat duplum pretii, pro quo fuerit facta venditio, ea 3 etiam ratione, quia contractus jam est perfectus, ita *Alber. in l. lecta, fine §. quæsit. ff. de minor.* ubi ponit casum venditionis datiorum Pergami perfecta venditione, supervenerunt majores oblationes, & non fuerunt admissæ, quia hasta fiscalis neminem deludere debet, *l. si hipothecas, Cod. de remiss. pignor.* refert *Affl. decis.* 240. judicatum in terminis per Sac. Cons. & Regiam Cameram, & hæc propositio nullam habet difficultatem.

Limita-

Limitatur tamen hæc conclusio in pluribus casibus Primò, quando supervenit melior oblatio, licet post addictionem, non tamen adhuc elapso tempore in præconiis constituto ad licitandum, tunc admittitur, quia terminum præfixum Judex non poterat cohartare, & decretum interpositum, habet in se tacitam conditionem, si melior non supervenerit oblatio.

Et secundò limitatur, si venditio facta fuerit viliori pretio, quam valor esset, & ex hac nova oblatione appareret in prima læsio in sexta, quæ attenditur in hujusmodi alienationibus, per doctrinam *Bartoli* ab omnibus receptam *in l. societati, §. arbitratu, ff. pro socio*; secus si pro justo pretio licitatori remansisset.

Sic etiam tertiò limitatur, quando agitur de re Fisci, rei publicæ, & minoris, qui restituuntur, nedum ad damnum, sed etiam ad lucrum, quia tunc etiam elapso termino, etiam post decreti interpositionem, etiam quod non sumus in læsione sextæ adhuc restituitur in oblatione noviter superventa post liberationem rei primo licitatori facta, *l. & si sunt, §. quæsitu, & §. creditores, ff. de minor. Guido Papa decis.* 539. quod intellige si agitur de notabili lucro, secus de parvo, ad quod, nec Fiscus, neque minor restituuntur, *glos. & Alber. in d. §. quæsitu*, & per plura firmat *D. de Ponte ubi sup. num.* 57. ubi decisum tradit per Reg. Cam. Sum. in Collaterali Consilio in locatione arrendamenti vini, quod prius remanserat Petro Francisco Ravascherio, nam superventa majori oblatione Nardi Andreæ de Leone, post elapsa tempora, post decreti interpositionem, & liberationem arrendamenti eidem Ravaschetio, fuit ea tantùm de causa admissa, ex quo excedebat sextam oblationis Ravaschetii, ideo ut si minor oblatio extitisset, certè non fuisset admissa, sic etiam in causa Principis Rocchæ Aspidiæ cum Augustino Sallustio super emptione terræ Coriolani, quamvis adesset decretum liberationis in beneficium Principis primi oblatoris, ac possessio capta, tamen per S. C. facta relatione in Collaterali Consilio sub die 20. Maii 1616. fuit decisum, quod accendatur candela super nova oblatione dicti Sallustii, oppositis non obstantibus per dictum Principem in banca Scognamigli votantibus *D D. Regentibus Constantio, Montalvo, ac Lopez*, atque *D D. Consiliariis Felice de Jannario, Marco Antonio de Morra, Don Didaco Salinas, ac Pomponio Salvo* causæ Commissario in banca Scognamigli, ut habeo ex libro votorum manuscript. dicti *D. Consiliarii de Morra* fol. 92.

Secundò notandum etiam est, quod Fiscus habet privilegium pacti adjectionis in diem, & sic in suis venditionibus admittendi novam majorem oblationem, quia factæ intelliguntur, nisi alius meliorem conditionem obtulerit, ut fundat *Dom. Auctor numero quarto* quam conclusionem latè etiam confirmat *Dom. Præsid. Ganaverro consilio secundo numero decimo sexto. cum seqq. post decisiones*, ubi probat, hoc privilegium procedere nedum in venditione, sed pariter in locatione, ex pluribus ibi allegatis, atque in venditione fuisse admissam novam, ac meliorem oblationem absque præfinitione temporis, ita sæpius decisum etiam in decima parte, & sic si læsio etiam non esset in sexta per *Reg. Cam. Sum.* adducit *nu.* 18. 19. 20. 21. 22. *&* 118.

Et quod *pragmat. 71 de offic. Proc. Cas. de* qua in hac decisione *D. Regens* agitur, præfinitur certum tempus offerendi meliorem conditionem Fisco in locationibus, & non habere locum, nec extendi ad venditionem rerum fiscalium, dum *pragmatica* de locationibus loquitur, & proinde de venditionibus verbum nullum, ut probat *idem Ganaver. ibid. à numer.* 97. *usque ad* 128.

Tertiò noto, quod Fiscus habet beneficium restitutionis in integrum, quia Fiscus Respublica est in venditionibus, si nova supervenerit, & major oblatio, ut fundat idem *Dom. Ganaverro ibid. à numer. 26. per tot. numer.* 71. ac propterea dicit, quatenus *dict. pragm.* 71. restringens tempus ad tres menses in locatione procedere posset in venditione, quod negat; tamen eo casu affirmat non procedere, ubi Fiscus est læsus enormissimè, nam renunciari non potest beneficio restitutionis in integrum in casu enormissimæ læsionis, ut fundat *à numer.* 116. *usque ad* 124

Quartò noto, quod Fiscus non habet tempus *à dict. pragm.* 71. limitatum ad recipiendam novam, ac meliorem oblationem, ut supra dixi in venditionibus, sed uti casus omissus remanet in dispositione juris communis, quo attento neque est præfinitum tempus admittendi majorem oblationem, ut probat *glos. in l.* 1. *in verb. præstituta, Cod. de vend. reb. Civit. lib.* 11. sequitur *D. Ganaverro ubi sup. num.* 125. sed secluso beneficio restitutionis in integrum, datur terminus triginta dierum, *Bart. in l. si tempora, numer.* 7. *Cod. de fid. instrum. & jure hastæ fiscalis*, aut quadraginta dierum, *glos. ubi supra, D. Ganaverro loco indic. numer.* 126. qui *numer.* 127. *ex Franc. Marco decis.* 566. *numer.* 2. *par.* 1. affirmat hanc temporis limitationem de consuetudine servari, sed quando adest persona privilegiata, & peti potest per viam restitutionis in integrum, terminus recipiendi novam, ac meliorem oblationem erit quadriennii eidem beneficio de Jure assignati, ut voluit *Bart. in dict. l. si tempora numer.* 7. & confirmat *D. de Medic. consil.* 164. *num.* 18. *& D. Ganaverro d. numer.* 127. & quod Fiscus non habeat tempus limitatum in venditione, probat *D. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 4. *§.* 5. *num.* 50. & ita practicatum sæpius in Reg. Cam. Sum. adducit *D. Ganaverr. ubi supra in citat. numero* 20. 21. *&* 22. *ac etiam numer.* 128.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

An, & quando primus conductor præferatur in locatione rerum fiscalium, ad intellectum *text. l. congruit, & l. fin. C. de locat. prædiorum civilium, lib.* 11. & quid observetur in Regno Neapolitano, & quid faciendum, quando in extinctione candelæ pares sunt oblationes.

SVMMARIVM.

1 *Conductores Fiscales antiqui an præferantur novis, si velint eandem quantitatem offerre, & nu.* 7.

2 *Gabellarius gabellæ Fiscalis, si est paratus dare pro futuro anno quantum alius conductor, est præferendus: & quid circa hoc observetur in Regno, & in Regia Camera, num.* 14.

3 *Conductores primi an inviti teneantur reconducere.*

4 *Conductores Fiscales antiqui habent jus in re conducta, quamvis locatio sit ad modicum tempus, quod etiam procedit in conductore Ecclesiæ, num.* 5. *contrarium, num.* 6.

8 Text. in l. congruit, Cod. de locat. præd. civil. lib. 11. *expenditur, & an dispositio dict. l. habeat locum, non solum in locatione prædiorum Fiscalium, verum etiam in locatione gabellarum Regiarum num.* 15.

9 *Rem pro eodem pretio haberi, & in re locata præferri, satis durum videtur.*

10 *Venditio primo loco facta per novam oblationem remanet ac si facta non esset.*

11 *Con-*

11 *Conductor primus remanet liberatus eo ipso, quod est acceptata major oblatio, & quo in casu procedit opinio* Bart. *qui contrarium tenet, n.23.*

12 *Venditio contracta sub pacto adjectionis in diem, ipso jure resolvitur, & primus emptor est liberatus, venditore meliorem conditionem oblatam acceptante.*

16 *Gratificationi an sit locus, si accensa candela super nova oblatione, omnes conductores in fine extinctionis ipsius vociferando idem pretium offerant.*

DECISIO CLIX.

POst decisionem articuli in præcedenti *decisione* relati ad favorem secundi Oblatoris, petiit Astutus, (cui Arrendamentum primo loco remanſit) eum præferri in conductione pro eodem pretio oblato, ex dispositione *text. in l. congruit, C. de location. prud. civil. lib. 11.* ubi habetur, quod conductores Fiscales ant qui præferuntur novis, si velint eandem quantitatem offerre, concordat *text. in l. fin. C. eod. tit. lib. 11.* ubi dixit *Lucas de Penna* versus *finem*, quod si Gabellarius gabellæ Fiscalis paratus sit tantum dare pro futuro anno, quantum alius conductor, præferendus est, sequitur *Afflict. decis. 238. num. 3. & in cap. 1. in verbo vectigalia, num. 116. quæ sint regal. & de jure prothomiseos in rubr. in princ. num. 2. Viv. decis. 308. num. 7. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 3. num. 27. De Ponte cons. 32. n. 9. Peregr. de jure Fisci, lib. 6. tit. 5. n. 5. Grattan. discept. forens. c. 357. nu. 6. tom. 2. Castill. in decis. Sicil. 214. Card. Tusch. lit. L. conclus. 422. num. 6.* & hoc est particulare Fisci privilegium, *Franch. decision. 406. num. 2. & 8. Fab. de Anna cons. 77. Gizzar. decis. 5. Reg. Tapia decis. S.C. 59. Costa de remed. subsid. remed. 77. num. 5.* cum aliis allegatis per dictum *Gizzarell. num. 8.* Quod ea ratione fundatur, quia aliquibus concurrentibus tenentur primi conductores inviti rem conductam reconducere, *l. cotem ferro §. ult. ff. de public.* ubi *Bar. Alber. Alex.* & alii relati à *Boer. dec. 249. num. 2. Greg. Lopez. p. 6. l. 5. tit. 19. Azeved. in l. 2. titul. 17. novæ recopil. lib. 9. num. 15.* & est secunda ratio, quia isti conductores Fiscales habent jus in re conducta, quamvis locatio sit ad modicum tempus, quod non est in aliis conductoribus privatis, quibus nullum jus in re privata acquiritur, nisi esset locatio ad longum tempus, *Bar. in l. 1. numer. 1. ff. de loco pub. fruend. & in l. 1. §. quod autem, num. 6. ff. de superfic.* reprobata opinione *glos.* contrarium sentientis, *DD. in l. 1. in fin. ff. si ager vectigal. Menoch.* & alii allegati per *Grat. d. discep. 357. num. 16.* quod etiam procedere in conductore Ecclesiæ, voluerunt *Mastrill. decision. 309. in fine 4. part. Franch. d. decision. 406. in fine* ubi fuit decisum pro Ecclesia, de qua decisione meminit *Cavall. comm. contra comm. quæst. 756. num. 69. Grat. d. cap. 357. num. 42. Barbosa in l. si filiofamilias, §. fin. n. 40* cum *seqq. ff. sol. matrim.* & alii, quos allegat idem *Cavall.* à *num. 67.* usque ad *num. 80.* licet contrarium videatur sentire *Genuens. practicab. Eccles. quæst. 422.* quia esset imponere onus Ecclesiæ, ut non possit locare cui velit, quod etiam probat *Franch. in d. dec. 406. n. 8.*

Et demum dicebatur, quod hanc opinionem in terminis tenuerunt *Gutierr. practic. quæst. cap. 38. num. 6. lib. Cavall. dict. quæstion. 756. num. 65.* qui tenet, primum conductorem esse præferendum, ex d. l. congruit, hanc etiam opinionem in rebus Fiscalibus tenuit *Bovad. lib. 3. polit. cap. 4. nu. 21.* quam novissime firmarunt ex nostris *Donat. Ant. de Marin. resolut. quotid. cap. 147. & Novar. in collect. ad d. pragm. 71. de offic. Procur. Cæsar.*

In contrarium vero facit, quia *text. in d. l. congruit* non loquitur, nisi in eo casu, quo quis pro præteritis annis rem conductam possedit, non vero in eo, in quo factis subhastationibus candela fuit extincta, ut apertis verbis *ibi* dicitur, videlicet. *Congruit æquitati, ut veteres possessores fundorum publicorum novis conductoribus præferantur, si facta per alios augmenta suscipiant,* & *glos.* declarat illud verbum, *possessores,* hoc est detentores, intelligendo *text.* prædictum de conductore temporali, concordat cum dispositione *text. in l. fin. eod. tit.* quod fundatur in æquitate, quia conductor antiquus potest compelli, ad reconducendum; tribus concurrentibus, de quibus in *d. l. cotem ferro, §. fin. ff. de public.* & dum in uno gravatur, debet in alio relevari, *Mart. Laudens. de fisc. qu. 48. Cyn. Bal. Salyc.* & alii in *l. ne cui, C. locati, Franch. d. decis. 409. num. 7. Gomez. var. resolut. tom. 2. cap. 3. de loc. & conduct. Gizzar. in d. decision. 5.* qui alios allegat, & ita decisum refert, & ideo cum sit provisio particularis, facta in illo casu, non est ad alios extendenda, cum res pro eodem pretio, quod ab aliis invenitur, haberi, & in re locata præferri satis durum sit, & contra dispositionem *text. in l. dudum C. de contrah. empt. Matienzo in l. 20. tit. 11. lib. 5. nov. recopilat. gloss. 1. & Bovad. in d. cap. 4. nu. 26. lit. D.*

Secundò pro hac opinione facit, quia per novam oblationem venditio primo loco facta, remanet, ac si facta non esset, *l. si ex duobus, & l. si venditor, §. 1. & l. cum in diem, ff. de in diem adject.* & quod nullum est; nullum producere potest effectum, & ideo nullum potest remanere jus primo locatori, & secundus habet ex novo contractu, non ex primo, *Avil. in cap. 32. Prætor. num. 15.*

Tertiò dicebatur, hoc probari à ratione cessante; si enim, ut diximus, ratio, quare habet privilegium prælationis antiquus conductor ex dispositione *d. l. congruit*, est, quia posset idem compelli ad relocandum, cessat in casu prædicto, quia lex tantum loquitur in antiquo conductore, non autem in eo, qui annò præterito non fuit conductor, sed tantum sub hasta de novo conduxit, quod probatur, quia eo ipso, quod fuit acceptata major oblatio, primus conductor remanet liberatus, reprobata opinione *Bart. in l. licitatio, ff. de public. & vectig.* tenuit *Bal.* quem refert, & sequitur *Cremens. singul. 41. Tuscus*, dicens, ex eo fuisse lucratum centum ducatos, quia per secundum actum ante rem receptam videtur à prima licitatione recessum, ut in *§. posteriore, Instit. quibus modis testamenta infirmentur*, & *Bal.* opinionem sequuti fuerunt etiam *Paul. de Castr. in d. l. licitatio, numero 3.* & alii allegati per *Addent.* ad d. *Cremens. Castill. in l. 70. Tauri, in gloss. en almoneda, Avilez in d. capit. 32. Prætor. numer. 7. Rutger. Ruland. in thes. jur. emphyt. quæst. 24. num. 2. vers. & sic est restringendum, Cassan. in Consuet. Burg. rubr. 5. §. 1. numer. 21. Angel. cons. 20. Benvenut. Stracch. tit. de decoctor. 5. p. num. 8. Azeved. in l. 4. tit. 5. lib. 7. nov. recopil. Hermosill. in l. 52. tit. 5. pag. 5. gloss. 7. num. 31. Gutierr. de gabell. qu. 134. Bertach. de gabell. in 2. p. qu. 8. Amaya in l. si tempora, num. 58. C. de fide, & jur. hastæ fisc. lib. 10.* & pro hac opinione affertur *text. in l. Valerianus, ff. de prætor. stipulat. l. stipulatus es, ff. de fidejuss. & l. cum plures, §. lege, ff. locat.* ponderatur etiam *text. in l. quod autem, & in l. si venditor, ff. de in diem adject.* ubi venditio contracta sub pacto adjectionis in diem, venditore meliorem conditionem oblatam acceptante, resolvitur ipso jure, & primus emptor est liberatus, quod etiam procedit, si posterior, qui meliorem conditionem obtulit, non sit solvendo, nihilominus si venditor illum admiserit, liberatus remanet prior emptor, per *text. in d. l. si venditor, in princ. in verbo sed si neuter,* & est *gloss.* communiter approbata in *l. 2. in fin. ff. de in diem adject.* & opinionem *Bar.* procedere, quando sunt licitatores in actu licitandi, non autem quando contractus est jam perfectus, ita declarando *text. in l. Sabinus, ff. de in diem adjectione*, dixit *Clapper.* loquens etiam in subhastationibus rerum fiscalium in *cent. caus. fisc. caus. 3. quæst. 1.* qui ex prædictis ita decisum refert in fine.

14 Ex quibus, & aliis disputato late articulo hanc opinionem firmavit *Franc. de Amaya in d.l. si tempora, C. de fide, & jure hasta fisc. lib. 10. num. 26.* cum pluribus *seqq.* quod quidem in Regno videtur absolutum ex dictis per *Andr. de Barulo in d.l. congruit, C. de locat. prædior. civil.* cujus verba sunt, v.g. *si conduxit aliquis prædia publica ad tempus, non in perpetuum, quandocunque infra illud tempus admittitur licitatio plus offerentis, sicuti in Regno in gabellis, sed si primus conductor velit tantum dare, quantum fuit oblatum à secundis, prædia non auferuntur à primis, simile in pacto adjectionis in diem, ut ff. de in diem adject. l. licet, sed hoc non observatur in Regno in gabellis, quæ auferuntur primis conductoribus, nisi plus offerant.* Hoc idem testatur ex modernioribus *Gizzarell. in d. decis. 5. num. 27.* ubi recitatis eisdem verbis *Andr. de Barulo* subdit, *sed veritas est, quod hodie Regia Camera plus offerentibus liberat gabellas, & vectigalia, & aufert prioribus, nisi plus offerant, & ita servatur, & practicatur, quicquid dixerit Lucas de Penna,* idem testatur *D. Reg. Ta-*15 *pia in decis. S.C. 59. in fine*, ubi dicit, per S. C. fuisse habitum pro vero, quod dispositio *text. in d.l. congruit* habeat locum in locatione prædiorum fiscalium, deinde subdit, *sed re vera etiam in locatione gabellarum Regiarum hodie practicatur, ut locentur meliorem oblationem facientibus,* & secundum hanc opinionem fuisse judicatum in Collaterali Consilio, licet contrarium per Reg. Cam. fuisse determinatum, referat *De Marin. d. resolut. 147. in fine*, in causa Gregorii Musiati cum Didaco Strozzi, de qua etiam decisione mentionem facit *Novar. in d. prag. 75. de officio proc. Cæsar. & Didac. de Mari in addit.* ad d. *decis. Gizzar. 5.* quod etiam testificabantur nonnulli ex Dominis, qui per multos annos fuerunt Præsidentes Regiæ Cameræ, & in causa votabant.

Hic articulus non fuit aliter decisus, quia accensa candela super nova oblatione, tam Astutus, quam 16 Fulgentius de Marino obtulerunt ducatos ducentum septuaginta mille, & octingentum, & candela extinxit, omnibus vociferando dicta verba octingentum supra ducatos 270. m. & propterea fuit inter nos discussum, cui erat Attendamentum liberandum. Aliqui enim dicebant, esse locum gratificationi, ex *Bald. in l. fin. numer. 11. C. de testam. manum. ff. Carroc. de loc. & conduct. part. 3. tit. de public. & vectig. quæstion. 3. numer. 12. Bertach. de Gabell. 2. par. quæstion. 9. Caval. commun. contra commun. quæst. 248. ex num. 17.* Alii vero dicebant, esse iterum accendendam candelam, *Azeved in l. 1. tit. 13. lib. 9. nov. recopilat. Amaya in d.l. si tempora, numero 36. Peregr. de jur. fisc. lib. 6 tit. 5. numer. 7. in fine, Muscatell. in prax part. 3. §. venduntur, num. 96. Anton. Niger de subbast. cap. 7. §. 9. numer. 9.* qui omnes opiniones recenset. Verum quia quamvis in fine omnes vociferassent idem pretium, tamen re vera prædictam quantitatem primò obtulerat Astutus, ideo die 1. Junii 1642. major pars inclinavit, ut liberaretur eidem Astuto, & sic fuit resolutum.

OBSERVATIO IN DECIS. CLIX.

SVMMARIVM.

1 *Primus conductor an præferri debeat novo Conductori nedum in prædiis fiscalibus, sed etiam privatis, & n. 2. 3. 4. 5. & 6.*

Quid in Conductore res Ecclesiæ, n. 7.

2 *Æquitas est ratio finalis* text. in l. congruit, C. de locat. præd. civil. lib. 11.

4 *Dispositio* l. ne cui, C. locat. *cessat per dispositionem* l. congrui; C de locat. præd. civil. lib. 11.

Text. in l. ne cui, C. de locat. *est correctus per* Text. il. congruit, C. de locat. civil. lib. 11.

Æquitas scripta, præfertur rigori scripto, ibid.

8 *Primus conductor præfertur novo conductori, quando rem conductam melioravit.*

Et etiam quando adest consuetudo. ibid.

9 *Conductor Gabellæ serici obtinens a Regia Curia extractionem certæ quantitatis ob fertilitatem primi anni afflictus, solvens pretium conventum pro dicta extractione, si in dicto anno non extraxerit integram quantitatem non potest anno sequenti supplementum extrahere usque ad n. 19.*

Quid si non adfuit culpa ipsius emptoris tractæ, n. 14.

Quid si Princeps postea licentiam revocaret ob causas suam mentem moventes. ibid.

10 *Tractæ, seu Extractiones non debent concedi, nisi tempore magnæ fertilitatis, & ubertatis, ut anno præcedenti, ita ut Regnum munitum remaneat, & n. 15. & 19.*

11 *Tractæ si fuerunt concessæ, & ex post facto videretur deficere necessarium, & esset penuria in Regno debet cessare licentia concessa ad extrahendum, nec poterit fieri extractio anno sequenti n. 15. & 16.*

12 *Quando in concessione Tractæ non adest clausula refectionis, ut si quod in uno anno non poterit extrahi, possit anno sequenti, tunc quod in anno concessionis non fuit extractum, neque poterit extrahi anno sequenti, & n. 19.*

Tractæ quando conceduntur, subintelligitur, dummodo Regnum non egeat, ibid. & n. 15.

13 *Licentia data ad extrahendum debet intelligi de eo tempore, & anno, non de futuro, & n. 19.*

15 *De futuro eventu non potest dari certa scientia.*

16 *Reipublicæ interest locupletes in ea esse. & re sua benè uti.*

17 *Iudices curare debent. ut in Regno sit rerum ubertas.*

18 *Commodum peculiare Principis postponitur utilitatibus, subditorum.*

IN præcedenti decisione succubuit D. Jo. Dominicus Astutus, nunc Præsidens Reg. Cam. Summ. dignissimus; nàm fuit decisum esse recipiendam novam oblationem factam per Fulgentium de Marino pro affictu Gabellæ serici, ideoque petiit præferri in conductione prædicta pro eodem pretio oblato ex dispositione *l. congruit, C. de locat. præd. civil. lib. 11.* & jura pro D. Astuto adducit *D. Auctor numero 1. per totum numero 7.* sed rationes pro secundo oblatore refert *à numero 8. per totum num. 15.* Ego autem in hoc articulo 1 subscripta adnotavi ad demonstrandum, quod primus Conductor præferri debeat etiam in prædiis privatis, nedum in prædiis fiscalibus.

Veterem enim Conductorem præferendum esse novo, æquitati equidem convenit, *l. congruit, C. de* 2 *locat. præd. civil. lib. 11.* æquitas ergo erit ratio finalis tanquam nuncupatim expressa in principio illius legis, *ad text. in l. fin. ff. de hæred. instit.* quod notant etiam *Tiraq. in reg. causa cessante limit. 1. numer. 64. Molin. de hispan. primog. lib. 1. capit. 5. numer. 6. Gars. de nobilit. in divis. leg. nu. 54. Surd. cons. 140. numer. 15.* aliique passim.

Vnde cessabunt aliæ rationes, & expressa in *text. d. l. congruit* generalis reputabitur, non autem restricta 3 ad prædia fiscalia, ut aliorum ferè sententia, quemadmodum in individuo concludit *Iul. Cæsar Ruginell. pract. quæstion. cap. 13. numero 14.* ubi *addit.* nullam dari differentiam inter prædia fiscalia, & privata ex eo, quod licet libera sit unicuique voluntas, illa tamen legi naturali obstricta est, quæ dictat, *quod tibi non noces &c.* & ex his omnes differentiæ rationes in contrarium ponderatas tolli, imò particulariter singulas refellit, *n. 15. cum seqq.*

Naturali itaque æquitate concurrente, cessat dispositio *l. ne cui C. locat.* tanquam in rigore fundata, æquitas namque scripta præfertur rigori scripto, 4 *ad text. in l. placuit, C. de judic.* cum ibi notat. ibique asseverant *Hippol. sing. 685. Rand. decision. 1. num. 141. Honded. cons. 62. num. 3. volum. 2.* aliique indistinctè.

Sanèque

Sanèque sententiam amplexi sunt, præter *Afflict. decis.* 138. ubi ita decisum testatur, innumeri DD. quos in unum congerunt *Ruginell. ubi supra num. 6. vers. contrariam opinionem*, & *D. Reg. Valenzuela dignissimus Præs. S.C. ac Iureconsultus Eminentissimus cons. 75. numero 18.* & præter eos *Cotta in memoralib. in verb. locatio prima in fin. Ripa de peste tit. de remed. preservat. contra pestem numer. 259. vers. si ad tempus*, *Mopus de locat. tit. de naturalib. locat. numer. 12. Vit. decision. 308. num. 8. Cavalcan. decis. 30. numer. 97. par. 2. vers. & conductor antiquus præfertur novo. Card. in tract. de locat. & cond. tit. de locat. emphiten. quo. fin. numer. 8. & 10. fol. mihi 92. à ter. & tit. de libertate quæst. 3. numer. 4. fol. mihi 146. à ter. Marant. cons. 96. numer. 7. Cattar. decis. Iannens. 97. numer. 7. Zerula in suo praxi Episcopali in verb. jus congrui in princ. par. 1.*

6 *Text.* autem *in l. congruit* in quolibet conductore locum sibi vendicare, advertit dictus *D. Regens Valenzuela citato cons. 75. numer. 17.* ubi pro confirmatione ponderat *text. in l. fin. in vers. si verò pro tali prædio, C. de locat. prædior. civil. lib. 11.* & *text.* singularem *in l. necesse, ff. de in diem addict.*

7 Quod in conductore Ecclesiæ nominatim tradunt *Rebuff. in compend. de reb. Eccles. non alien. num. 61. & 62. in fin.* ubi sic decisum refert, *Barbos. in l. si filiofamilias, §. fin. numer. 41. vers. in his ergò terminis, ff. sol. matrim. Cavall. pract. quæst. commun. contra communes, qu. 756. num. 68. & 69. Gratian. discept. forens. lib. 2. cap. 357. num. 41.*

Nec obstat *decisio Dom. Præs. de Franchis* 406. casus enim de quo loquitur, non sententia, sed transactione fuit terminatus, ut idem asserit in hac decisionis.

8 Idquè tantò magis clarior redditur, quando antiqui conductores rem conductam melioraverunt, unde sunt præferendi, *Ruin. cons. 134. lib. 3. Roland. à Valle cons. 28. vol. 1.* Sed etiam quando hæc adest consuetudo, qua stante omnino sunt præferendi, *Boer. decis.* 107. aliique quos brevitatis studio prætermitto.

9 Et dum in hac decisione tractatur de locatione gabellæ serici, poterit dubitari si conductor dictæ gabellæ, ob sterilitatem magnam sericorum illius anni afflictus, obtinuerit à Regia Curia extractionem librarum decem mille serici, & solvit Regiæ Curiæ pretium conventum pro dicta extractione, si conductor in dicto anno non extraxerit integras libras decem mille serici, possit in sequenti anno supplementum, usque ad dictas libras decem mille serici extrahere, ex quo in expeditionibus, seù provisionibus ei à Regia Camera consignatis, non fuit limitatum tempus, nec apposita clausula pro præsenti anno, & sic dum indefinitè loquutum, licere ei anno sequenti, & quolibet inde sequenti extrahere quousque ad summam contentam pervenerit; Ego tamen id nullatenus procedere posse ex infra dicendis fundamentis, maxime si concurrit instantia Artis serici, ex quo anno sequenti parum sericum factum fuit, quare Ars magnum sentit damnum.

10 Tractæ enim, seu extractiones nullo modo esse concedendas, nisi tempore magnæ fertilitatis, ut anno præcedenti, adeo quod Regnum eis non obstantibus munitum remaneat, testatur *Ioannes de Platea in l. si quis per divinam, C. de aqu. duct. in fin. lib. 11.* ubi etiam *Andreas de Barrulo per text. in l. Præses Provinciæ, C. de servit. & aqua*, ibi, *Ex tuis prædiis aqua agmen ortum sitientibus agris tuis ad alienum usum vicinorum injuria propagari*, ita etiam *Afflict. in cap. post Natale*, per ipsummet *cap. not. 6. de pac. tenen. & decision. 290. numer. 9.* allegans dictum *Matthæi* in Evangelio de virginibus sapientibus, & fatuis, *Ne fortè non sufficiat nobis, & vobis*, quem sequitur *Camillus de Curte in suo divers. jur. feud. cap. 7. numero 53. in fin. mihi fol. 27.* & *D. Reg. de Ponte in tractat. de potest. Proregum. de tract. seu extract. num. 5.* quam opinionem uti communem amplectitur etiam *Avend. de exeq. mandat. lib. 1. cap. 19. numero 35. in antiquis, versic. & ratione publicæ utilitatis fol. mihi 128.*

11 Quod adeo verum, quod etiam quod fuerit concessa licentia extrahendi, & ex post facto videtur quod Regno deficere potest necessarium, libertas extractionis concessa cessare debet, quod ita passim judicatum testatur præcitatus *D. de Ponte loco præcitato n. 8.*

12 Nec exinde poterit extrahi anno sequenti, prout in casu proposito, nàm quando in concessione tractæ, sive extractionis non est apposita clausula refectionis, ut si quod uno anno non potuit extrahi, possit anno sequenti, tunc minimè, quod in anno concessionis non fuit extractum, potest extrahi anno sequenti, nam semper quod tractæ conceduntur, subintelligitur, quod Regnum non egeat, *D. de Ponte loc. pracit. numero 8. circa medium*, & sic dum in casu isto, clausula prædicta non adest, quomodo potest conductor prætendere extractionem complere in anno sequenti.

Neque potest para se jovare dicendo, licentiam fuisse absque limitatione, & indefinitam, nàm non fit in supra allegatis differentia, quando licentia fuisset limitata, & quando indefinita, sed dicitur generaliter, quod quando non adest dicta clausula, non potest extrahi anno sequenti.

13 Sed melius, dum licentia datur eo anno, de eo tempore præsenti, in quo datur, intelligi debet, & non de futuro, nam semper de tempore, in quo aliquis actus fit, intelligendum, non de futuro, nisi in specie dicatur, habetur per *text. in l. si ita stipulatus fuerim, §. 1. & l. cum stipulamur, ff. de verb. obligat. & l. si ita legatum, ff. de auro, & argento legato*, & in dubio ita interpretari debere testatur in tractis, *Marcell. de Mauro in suis allegat. alleg. 106. numero 2. per text. in l. inter stipulantem, §. sacra, de tit. de verb. obligat.*

14 Quod non solum procedit, si culpa emptoris tractatum non fuit eo anno extractum, prout testatur judicatum in tractis vini *D. Camillus de Curte loc. præcit. numer. 51.* Sed etiam quando Princeps post factam concessionem ex causa suam mentem moventibus concessionem revocaret, ita idem *D. de Curte loco indicato n. 61.*

15 Et hoc magna cum ratione, nàm dum ut dictum est, semper in extractionibus consideratur fertilitas temporis concessionis, quomodo præsupponi potest voluisse concedere Regiam Cameram tractas indefinitas pro annis sequentibus, de quibus non potest sciri, neque fertilitas, neque sterilitas, cum simus in futuro eventu, de quo non potest dari certa scientia, & de facili, prout in uno anno succedere potest, quod sit sterilitas, & sic esset facere contra omne jus, prout per supra allegata habetur, quod præsumi non potest, imò absurdum dicere, qua ratione præcipuè mediante præcitatus *Maurus allegat. præcit. numero 3.* concludit nullatenus posse pro sequenti anno etiam in dubio intelligi extractiones esse concessas.

16 Et sic dùm conductor anno, in quo licentiam obtinuit non extraxit, sibi imputet, & nullo modo anno sequenti extrahere potest, præcipuè si eo anno sequenti esset penuria sericorum, & sic esset magnum publici præjudicium, cum Ars serici magnam hujus Civitatis Neap. partem contineat, cum qua tam innumeræ personæ vivunt, quæ cum serici penuria adest, nesciunt quomodo vivere, & depauperantur, & quod Deus avertat multa mala committerent, quod Reipublicæ satis damnosum; ipsi enim Reip. locupletes

locupletes esse, & re sua bene uti interest, §.*pen.* & *ult.* 17 *inst. de his qui sunt sui, vel alieni juris*, & proindè Iudices curare debent, ut sit rerum ubertas, *l.1.§.cura carnis, ff. de offic. praefect. urbis*, & exinde optimus Princeps 18 solitus est suum peculiare commodum, subditorum utilitatibus postponere, ita *Petrus Belluga in suo speculo Principum rubr.43.numer.2. & 3. per text. in auth. ut Iudices sine quoquo suffr. in princip. colum.2. vers. consideravimus numero* II. ubi post longum tractatum de eis, quae Imperator pro utilitate subditorum invigilabat, subdit haec verba. *Consideravimus enim quia licet quaestus immodicus imminuitur, Imperio attamen nostri subjecti incrementum maximum percipiunt, & Imperium, & Fiscus abundabit utens subjectis locupletibus, & une hoc introducto ordine plurima rerum, & innumera erit ubertas.*

Ex his igitur satis fundatum censeo, extractiones nonnisi tempore fertilitatis esse concedendas, easque 19 concessas uti eo anno debere, & non sequenti, nisi clausula refectionis adsit, & quamvis indefinitè loquutum in dubio in anno, in quo conceditur restringi potissimum ratione incertitudinis futuri eventus.

Michael Angelus Giezius.

ARGUMENTUM.

Sententia an, & quando possit proferri in alio, quam in eo, quod est petitum. Morae purgatio quando admittatur in contractibus bonae fidei, & quando ob non consignationem rei venditae in tempore, contractus resolvantur. Et an, & quando pretium quantiplurimi includat etiam illius diminutionem, ob non consignationem in tempore promisso factam per venditorem.

SUMMARIUM.

1 *Frumentum post triennium conservari non potest.*
2 *Res quando praestari non potest culpa ementis, oritur actio ad pretium.*
3 *Iudex potest ex officio condemnare conventum ad pretium.*
4 *Res, quae dari non potest sub illa aestimatione quantiplurimi fuit à tempore morae, si postea valet minus, officio Iudicis devenitur ad aestimationem.*
5 *Resolutioni contractus non est locus ob contraventionem, etiam in substantialibus in contractibus nominatis, sed est agendum, vel ad adimplementum, vel ad interesse ut intellige, ut num. seq.*
7 *Mora actoris quando faciat pretium decrescere.*
8 *Mora an sit purgabilis, quando res non est in eodem statu.*
9 *Causa finalis contractus quae dicatur.*
10 *Resoluto contractu emptor non cogitur rem emptam recipere.*
11 *Causa finali contractus cessante, vel resolvitur, vel saltem rescinditur.*
12 *Resoluto contractus ex non adimplemento non datur in contractibus nominatis.*
13 *Iudex ordinarius cognoscit de justitia voti consultivi Advocatorum, sive Arbitrorum.*
14 *Reductio ad arbitrium boni viri potest peti usque ad triginta annos.*
15 *Contractus ex conventione legem accipiunt, quando contractus non repugnat.*
18 *Mora purgatio an detur, quando adest pactum resolutivum in contractibus nominatis.*
17 *Totum continet singulas partes, quia quaelibet pars in integrali toto comprehenditur.*
18 *Mora debitoris, quae non potest purgari, an sit extensiva, & praebeat facultatem emptori.*
19 *Mora purgatio intelligitur infra breve tempus, ex conventione, vel à lege datum ad illud adimplendum.*
20 *Mora purgatio an admittatur, quando jus alterius partis est factum deterius.*
21 *Mora purgatio, quae datur in venditione quomodo debeat intelligi, ubi expenditur doctrina* Paul. de Castro in l. cum venditorem, C. de act. empt.
22 *Emptor, qui ob non adimplementum venditoris emit viliori pretio, non dicitur esse in damno, sed in lucro.*
23 *Obligatio semper debet intelligi, ut minus obliget promissorem.*
24 *Pactum appositum in contractu debet attendi, non autem mora purgatio.*
25 *Tempus contractus est considerandus, quando aestimatio debetur jure actionis ex conventione partium.*
26 Text. in l. vinum, ff. si cert. pet. *expenditur.*
27 *Venditor non consignans in tempore, an sicut ipse tenetur ad interesse quantiplurimi, ita etiam & emptor, si vinum, vel frumentum noluit recipere congruo loco, & tempore, & deinde pretium crescat, vel decrescat, ubi referuntur opiniones ex utraque parte, ut num. seq.*
29 *Periculum interitus spectat ad creditorem, qui est in mora recipiendi.*
30 *Contractus ex nulla parte debet claudicare.*
31 *Venditor non consignando in tempore, sicut ipse tenetur ad pretium quantiplurimi, ita etiam emptor tenetur quanto minoris.*
32 *Lucri, & damni dispar ratio est.*
33 *Mora est consideranda, ut alter non sit in damno, non autem quod sit in lucro.*
34 *Emptor, & venditor non debent ad imparia judicari.*
35 *Mora debitoris est peior, quam mora creditoris.*
36 *Mora purgatio tota consistit in aequitate canonica.*
37 *Morosus debitor tenetur ad interesse intrinsecum, non autem extrinsecum, & quod dicatur interesse intrinsecum num. seq.*
39 *Mora regularis, vel irregularis quando debeat attendi, ubi refertur quaestio orta in Civitate Papiae, tempore, quo Rex Franciscus Ludovicus bellum movit contra Venetos in materia tritici empti per Mercatores in maxima quantitate tempore penuriae.*
40 *Emptore non solvente pretium venditor rem emptam tradere non tenetur, nec contra eum datur actio ex empto.*
41 *Mora debitoris, & creditoris quando sunt inaequales, est considerandum.*

DECISIO CLX.

EMit Fidelissima Civitas Neapolis ab Illust. Principe Catalis Majoris tumulos viginti mille tritici recollectionis anni 1636. pro pretio carolenorum viginti duorum pro quolibet tumulo, quos venditor promisit consignare in eadem Civitate per totum mensem Januarii 1637. qui terminus fuit prorogatus per totum mensem Maii ejusdem anni. Verum quia quamvis infra dictum tempus non fuerunt consignati, nisi tumuli 7455. & reliqua quantitas, oedum non fuit in tempore consignata, verum nec frumentum applicuit ad portum dictae Civitatis, nisi in principio mensis Septembris. Civitas noluit illud recipere. maxime quia praetendebant, non esse qualitatis, & bonitatis promissae, ideo egit Princeps in Collaterali Consilio, instando, cogi Civitatem ad illud recipiendum, cumque super dicta instantia fuisset terminus impartitus, compilato processu de pluribus contingit dubitari.

Et

Et primò in ordine, quia tempore expeditionis causæ triticum non aderat, eo quia fuerat venditum per dictum Principem, prævia tamen protestatione, & decreto Ill. Ducis Belvederii Regentis Franciæ, & petitione, in qua institit, quia incipiebat marcescere, quod ipsi liceret illud vendere, citra præjudicium ejus jurium, & litis motæ, & cum stante dicta mala qualitate non fuerit venditum, nisi ad rationem carolenorum sex pro quolibet tumulo, dicebat Civitas, debere absolvi ab observatione judicii, dum enim frumentum non extabat, non poterat illud recipere, & quando venditor prætendebat illud plus pretii, quod fuerat venditum ipsi Civitati, debebat dirigere da novo.

Cui tamen motivo respondebatur pro parte Principis, quod hodie quamvis non poterat tractari de receptione frumenti, dum non extabat, causa erat tamen expedienda circa damnum passum in pretio, 1 quia frumentum non poterat esse hodie receptibile, cum erant jam elapsi tres anni, & menses, infra quod tempus conservari minimè potuit, ex his quæ tradidit *Ang. in §. si quis à non domino, col. fin. Instit. de rerum divis. Bart. in l. divortio, §. ob donationes, in fin. ff. solut. matrim.* & alii per *Rot. Genuens. decis. 144. in fin.* & ideo 2 illa venditio fuit utilissima Civitati, ut tanto minus perderet, & dum frumentum præstari non potuit culpa ipsius Civitatis quæ noluit illud recipere, oritur actio ad pretium, *Bal. in l. fin. C. de fideicomm. libert. Afflict. dec. 23. num. 7.* ubi *Vrsill. num. 1. Scacc. de sent. & re jud. gloss. 14. quæst. 16. num. 4.* & notant *DD. in l. vinum, ff. si cert. pet.* ad quod pretium Iudex ex officio 3 potest conventum condemnare, quamvis non sit pretium, *Rot. Genuens. decis. 24. num. 3. vers. tamen Iudex,* & hoc probat *Bar. in d. l. vinum, ff. si cert. pet. numer.* 4 14. ubi arguendo ad partes concludit, quod si vinum dari non potest sub illa æstimatione quam plurimi fuit à tempore moræ, si hodie valet minus, de necessitate officio Iudicis devenitur ad æstimationem, *l. si servum, §. fin. ff. de verb. oblig.* cum concordantibus, & *num.* 16. dicit, quod si vinum reperiri non posit illius æstimationis, posset condemnari ad æstimationem officio Iudicis.

Secundò fuit dubitatum, si contractus erat resolutus. Dicebant enim pro parte Civitatis, ob non consignationem in tempore esse resolutum, quam- 5 vis enim in contractibus nominatis ob contraventionem etiam in substantialibus non sit locus resolutioni contractus, sed est agendum, vel ad adimplementum, vel ad interesse *l. sicut, C. de action. & obligat. l. incivile*, ubi *Bald. & Salyc. C. de reivend. l. 1.* ubi *Paulus de Castr. C. de action. empt.* & alii per *Achill. Pedroch. in cons. unic. quando liceat ab emptione discedere, numer. 37.* & in contractu venditionis re vendita non consignata, hoc expresse tenet *numer. 38.* & licet in rebus consistentibus in pondere, numero, vel mensura opinio prædicta sit controversa, ut per *Vrsill. in decision. Afflict. 399. Bertaz. de clausul. claus. 30. gloss. 6. Afflict. in decision. 180.* & habetur etiam ex *Hec-* 6 *tor. Felyc.* & aliis ab eis allegatis, tamen quatenus procederet est intelligenda in casu suo, quando scilicet si venditor in tempore non consignavit, nullum vero adest interesse emptoris, quod probat *tex. in l. cum venditorem, in verbo intersit C. de action. empti*, ubi *gloss. & Paul. de Cast.* de quo interesse Civitatis, dicebatur, dubitari non posse, quia tempore, quo Princeps frumentum recollectionis anni 1636. consignare inten- 7 debat, erat jam facta nova recollectio, & satis minori pretio vendebatur, prout & ipsa Fidelissima Civitas emit ad rationem carolenorum decem, & septem pro quolibet tumulo, ut probatur per *gloss. in l. 2. in princ. ff. de eo, quod certo loco, Bart.* & alii *DD. in d. l. vinum, ff. si cert. petat. & in l. 3. §. in hoc, numer. 13. ff. commendati.*

8 Ex quo etiam fit, quod mora non erat purgabilis, illa enim quando res non est in eodem statu, purgari non potest, & in quolibet contractu, & conventione intelligitur tacita naturalis conditio, dummodo tempore adimplementi res sit in eodem statu, ut in propriis terminis dicit *Achill. Pedroch. in d. cons. unico, nu. 286. Reg. Rovit decis. 53. n. 10 Ripa in l. si insulam, n. 37. & 104.* ubi alii *Scribentes, ff. de verb. oblig. Bologn. ibid. nu. 72 Carroc. de loc. & conduct. par. 4. tit. de mora, post n. 20.*

Secundò, quamvis purgari possit mora officio Judicis, est intelligendum, quando non deficit causa finalis contractus, modo intentio Civitatis fuit, se providere de tritico necessario usque ad recollectionem anni 1637. & ideo voluit, ut consignatio fieret per totum mensem Januarii, & postmodum contenta remansit prorogare per totum mensem Maii, & quod ista fuerit causa finalis, apparere dicebatur, quia certum est, quod Civitas non esset contractura, si scivisset, triticum non esse consignandum, nisi post 9 novam recollectionem anni 1637. & illa dicitur causa finalis, sine qua contrahens non esset contracturus, vel non pro tanto pretio, *Soc. cons. 26. colum. 2. lib. 3. Becc. cons. 45. num. 30. versic. & dictiar. lib. 1. Decian. cons. 41. num. 20. lib. 1.* & alii per *Riminal. jun. cons. 338. numer. 56. lib. 3. & cons. 559. numer. 30. lib. 5. Simon. de Pretis cons. 71. numer. 27. cent. 2. Achill. Pedroch. in d. cons. unico, quando liceat ab emptione disced. num. 245* & sic vel di- 10 cimus, contractum esse resolutum, & data contractus resolutione emptor rem emptam recipere non cogitur, *Alex. in d. l. si insulam, num. 24. ff. de verb. obligat. Carroc. in d. tit. de mora, numer. 37. & 101.* vel dicimus, 11 quod cessavit causa finalis dictæ emptionis, & contractus vel resolvitur, vel saltem rescinditur, *l. tale pactum, §. fin. C. de pact. l. 1. C. de condict. ob causam l. cum te fundum*, ub. *Bal. Salyc. & Paul. de Castr. C. de pact. inter empt. & vendit. Sard. decis. 210. numer. 19.* & alios citat *Suarez in thes. recept. sentent. lit. C. nu. 302. Bursat. cons. 191. num. 10. cum seqq. lib. 2. Cephal. cons. 674. numer. 97. lib. 5. Pedroch.* in *loco* proxime citato, *numero 233. & 772.*

Pro parte vero venditoris dicebatur, quod non 12 poterat amplius tractari de resolutione dicti contractus, quia in contractibus nominatis ex non adimplemento non datur ipsius resolutio, ex decisione *text. in d. l. sicut, C. de action. & oblig. & l. incivile, ff. de rei vendic. l. ea conditione.* ubi *Bal. C. de rescind. vendit.* & in *l. 2. C. de condit. ob causam*, & habetur per *DD.* & præcipuè per *Iason. in l. fin. ff. de condict. ob causam, Mandel. cons. 626. num. 4. lib. 4. Dec. cons. 45. Surd. cons. 52. numero 267. lib. 1. Afflict. decision.* 180. quæ quoad hoc est communiter recepta, & secundum ipsam fuit judicatum in *Rota Rom.* ut refert *Hercul. Marescot. lib. 1. var. resolut. cap. 90. num 3.* aliam decisionem refert *Reg. Rovit. d. dec. 53.* in venditione conditionali, & sic in casu magis arduo, quibus addebatur, quod ipsæmet partes in hac caussa contentæ fuerunt; remittere articulum prædictum quatuor Advocatis ipsiusmet Civitatis, qui omnes uno ore dixerunt, contractum non esse resolutum, & proinde Civitatem teneri ad receptionem frumenti.

Quibus tamen pro parte Civitatis replicabatur, 13 quod illa resolutio Advocatorum fuit tantum consultiva, & illius voti justitia cognoscit Iudex ordinarius, *l. à Divo Pio, in princ.* ubi *Bar. nu. 1. ff. de re jud.* 14 & ad omnem majorem cautelam fuit petita reductio illius ad arbitrium boni viri, potest peti usque ad 30. annos, *Borrell in pragm. 1. de arbitr. §. 7. gloss. 2. n. 18.*

Dicebatur etiam, quod admissa opinione, quod in contractibus nominatis non detur resolutio ipsorum ob non adimplementum alterius ex partibus, quod hoc esset, quando partes aliter non contraxissent, se- 15 cus vero quando aliter inter partes fuerit conven-

tum, quia contractus ex conventione legem accipiunt, quando contractui non repugnat *Felicius de Soc.c.19.num.7.* prout esse prætendebatur in facti specie, in qua expressè paciscerunt, quod in casu non consignationis frumenti in tempore, & locis promissis, esset in electione hujus Fidelissimæ Civitatis, vel recuperare pretium anticipare exbursatum una cum interesse ad rationem decem pro centenario à die solutionis, vel pretium quantiplurimi, & quidem aliud non importat illa pretii restitutio, nisi quod res remaneat inempta, & sic potest dicere Civitas, quod potuit eligere resolutionem contractus, & nulli dubium est,
16 quod quando adest pactum resolutivum, tunc non datur moræ purgatio, etiam in contractibus nominatis, maxime non sequuta traditione, ut per *Marescott. dict. resolut. 90. lib. 1. in princ.*

Nec quia hodie non potest tractari de restitutione pretii, quia jam emptor consignavit majorem quantitatem frumenti, ultra pretium duc. 3.00. anticipate solutorum, immo Civitas solvit residuum pretii tritici consignati, quia eadem dispositio, quam procederet, si in totum non fuisset facta consignatio in
17 tempore, procedit in residuo totum enim continet singulas partes, quia in integrali toto comprehenditur quælibet pars, *l. 1. §. si stipulanti*, ubi *Doctor. ff. de verb. oblig. l. si ulti, ff. de usufruct. legat.* & alii per *Barbos. axioma 230. & 168.* quod maxime procedit, quando frumentorum consignatio debebat fieri diversis temporibus, & sic divise, ut declarat *Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 8. conclus. 33. numero 6.*

Et quatenus voluisset eligere interesse quantiplu-
18 rimi, in hoc casu mora debitoris non posset purgari, sed illa facultas, quæ erat in venditore consignandi frumentum, translata est in Civitatem emptricem, quæ ideo potuit se providere, emendo triticum ad satis minus pretium, *Barthol. de Salyc. in tract. de mora, quæst. 2. principal. n. 11. & seq. fol. 412. par. 2. in 6. vol. tract. Ripa in d. l. si insulam, in fin.*

19 Ulterius dicebatur, quod admissa opinione, quod possit moram venditor purgare, tamen hoc est intelligendum, ut fiat infra breve tempus, dummodo non excedat simile tempus ex conventione, vel à lege datum ad illud adimplendum. *Ripa in d. l. si insulam numero 36. Carroc. in d. tit. de mora, numer. 12.* non enim
20 admittitur moræ purgatio, quando jus alterius partis fuisset factum deterius, ut plene *Ego* dixi in *decis. 30. Durand. decision. 270.* late etiam *Farinac. in posthum. lib. 2. decis. 373. num. 80. & decision. 640.* ubi late de materia, *Seraph. decision. 577. num. 5. 591. num. 1. 819. num. 7. & 1150. num. 4. Rimin jun. cons. 426. num. 37. 643. num. 7. & cons. 656. num. 20.* modo contractus initus fuit die 26. Septembris, & triticum partim erat consignandum in principio, residuum vero in fine Januarii, & neque erat consignatum de mense Septembris anni sequentis.

21 Item & secundò hoc debet intelligi secundum doctrinam *Paul. de Castr. in d. l. cum venditorem, C. de action. empt.* ubi quamvis teneat, quod datur in venditione moræ purgatio in eo casu, quando adest dies & non pœna, hoc debet intelligi, dummodo venditor offerat etiam interesse, id est faciat, quod emptor non remaneat in damno ad moram venditoris: secundo, quod emptor indigeat re empta, loquendo in emptione carnium, quia si carnibus amplius non indigeat, tenetur venditor restituere pretium, & illud plus, quod constituerunt carnes postea emptæ, quando verò emptori interesset habere carnes, audiretur venditor illas offerendo, nec deberet restituere pretium, dummodo solveret ultra quantum carnes illæ constituerunt; & sic in casu, de quo agitur debeat venditor simul cum frumento offerre id, quod Civitati interetat, ob consignationem in tempore non factam, *Carroc. de loc. d. par. 3. tit. de mora, numer. 21. & tit. de remiss. mercedu, num. 142. gloss. in l. utique ff. de recep. arbitr. Alex. in d. l. si insulam, num. 9* ubi etiam *Ripa num. 105. Salyc. in l. si traditio, num. 14.* ex *text. in l. si post tres, ff. si quis caut.* & *num. 68.* ex *text. in l. trajectitia, §. de illo, ff. de act. & oblig. Cancer. c. 5. de fidejuss. nu. 111. par. 2.*

Et quamvis pro parte venditoris replicaretur, quod in hoc casu nullum adesat interesse Civitatis, quia non emit frumentum cariori pretio, nec probatur, pretium fuisse auctum, & sic non potest præ-
22 tendere pretium quantiplurimi. Illud autem, quod dicitur, quod emit, & poterat emere viliori pretio, non dicitur damnum, sed lucrum, ut habetur in *l. Proculus, ff. de damno infect.* Nec venditor promisit in casu inobservantiæ, nisi pretium quantiplurimi, & pro-
23 pterea non potest extendi ad illud lucrum quanto minoris emisset, quia semper obligatio debet intelligi, ut minus obliget promissorem, *l. semper in stipulationibus, in fine, ff. de regul. jur. Dec. cons. 423.*
24 *numer. 8. Ruin. cons. 59. numer. 10. lib. 4.* & ubi adest pactum appositum in contractu, debet illud attendi, non autem mora, *Bologn. in d. l. vinum, numer. 68. ff. si*
25 *cert. petat.* ubi dicit, quod quando æstimatio debetur jure actionis ex conventione partium, tunc considerari debet tempus contractus, ut etiam tenet *ibidem Salyc. numer. 13. & Faber* in suo *Cod. lib. 4. tit. si cert. pet. diffin. 15.*

Et sic major difficultas hujus causæ erat, an illud pretium quantiplurimi comprehendat, nedum pretium majus, sed etiam pretii conventi diminutio-
26 nem, & sic quanto minoris emisset post moram. Et quidem hæc quæstio tractatur à *Doctoribus in d. l. vinum*, ubi tradita regula per illum *text.* quod venditor teneatur ad interesse quantiplurimi, si vinum, vel frumentum in tempore promisso non consignavit; dubitatur, utrum si congruo loco, & tempore per venditorem fuerit frumentum venditum oblatum, & emptor noluerit recipere, si post tempus pretium diminuerit, venditor consignare debeat ad rationem conventam, vel secundum pretium diminutum, vel uti si frumentum fuerit venditum ad rationem carolenorum decem pro quolibet tumulo, & congruo loco, & tempore venditor offerat, & emptor noluit recipere, & deinde pretium auctum fuerit ad carolenos viginti, si ad viginti, an vero ad decem tenetur consignare? hanc quæstionem ponit *Cyn. in l. in minorum, in 9. quæst. C. in quibus causis in integr. re-*
27 *stit. non est necess.* an sicut venditor non consignans in tempore, tenetur ad interesse quantiplurimi, ita etiam & emptor, si vinum, vel frumentum noluit recipere, cum sibi congruo loco, & tempore fuisset oblatum, & deinde pretium crescat, vel decrescat? & dicit, quod *Iacob. de Raven.* tenuit opi-
28 nionem negativam, Primò, quia id, quod cautum reperitur in venditore, nulla lege cavetur in empto-
29 re, Secundò, quia creditor, qui est in mora recipiendi, gravatur in alio, quia periculum interitus ad eum spectat, *l. qui decem, ff. de solut.* quæ ratio cessat in debitore, ut per *Ias. in d. l. vinum, num. 8.* & sic si in uno gravatur, debet in alio relevari, sed *Petrus de Bellaper.* tenuit opinionem affirmativam, quod tenetur ad illam pretii diminutionem, & cum ista opinione videtur residere *Bart. in l. 3. §. in hoc, ff. commod. num. 15. & Ias. in d. l. vinum, ubi supra, Bald. in l. acceptum, C. de usur. quæst. 16. Alex. in l. semel mora. ff. solut. matrim. Purpur. in d. l. vinum, numer. 81. & Ioan.*
30 *Bologn. numer. 39.* ea ratione, quia contractus non debet claudicare, *l. illud, ff. de peric. & comm. rei vendit. Hieron. Buttigell. in repetit. d. l. vinum,* sub *numer. 27.* ubi etiam *Paul. de Montepico, numer. 6.* & novissime *Carroc. de oblationibus part. 2. quæst. 99.* & pro hac opinione allegatur *text. in l. datio. sive ratio. §. si*

pe,

31 *per venditorem, ff. de action. empti*, ubi probatur quod sicut venditor non consignando in tempore tenetur ad pretium quantiplurimi, ita etiam tenetur emptor quanto minoris.

Sed contra ad prædicta alia insurgebat difficultas, quia jura prædicta loquuntur in emptore, qui congruo loco, & tempore noluit rem emptam à venditore recipere, hic autem non tractabatur de emptore, qui noluit recipere, sed de venditore, qui non consignavit in tempore, & in venditore bene cadit pretium quantiplurimi, quia emptor tractavit de damno vitando, sed in casu prædicto emptor non tractat de damno vitando, cum nullum passus fuerit damnum emendo frumentum ad majus pretium, sed ex mora venditoris esset in lucro, solvendo illud ad minorem quantitatem, & lucri, & damni dispar est ratio, *l.*

32 *Proculus, ff. de damno infect.* & mora facit, ut alter non sit in damno, non autem quod sit in lucro, *gloss.*

33 *in l. si mora, ff. solut. matrimon.* quod etiam consideravit *Bologn. in d. l. vinum n. 59.*

Quibus tamen pro parte Civitatis replicabatur, quod ista diminutio pretii non poterat respectu sui dici lucrum, sed damnum, siquidem ipsa emit frumentum pro ejusdem anni 1637. & si hodie coacta esset solvere pretium ad rationem conventam pro illo anno, dum non potuit uti fromento, nisi pro eo consumando in anno 1638. pro quo tempore poterat emere viliori pretio, dubio procul esset in damno, Insuper dicebatur, quod sicuti in tempore, qui con-

34 gruo loco, & tempore recipere noluit rem venditam datur pretii diminutio, sive augmentum in damnum ipsius, ita etiam, & tanto magis in venditore, ne disparia judicentur, *l. fin. §. 1. ad ff. Senat. Consul. Velleian.* cum aliis allegatis *ibi per gloss. in verbo melioris conditionis*, sed pejor est mora debitoris, quam creditoris, ut per *Barbos. in d. l. si mora. nu. 16 ff. solut. matrim. DD. in d. l. vinum*, & præcipue *Zufius in 12. quæst.* & est *text. in leg. hominem, in fine, ff. mandati*, ubi dicitur, neutri parti suam moram prodesse, nec contractus debet claudicare, & ista moræ purgatio tota

36 consistit in æquitate canonica, & iniquum esset, ut debitor, qui in tempore non consignavit, & si vellet vendere frumentum post moram, viliori pretio venderet, sic cum jactura Civitatis locupletaretur, *Riminald. jun. cons. 643. num. 15.* quod etiam in terminis fuit dictum ex doctrina *Paul. de Castrens.* & aliorum in *l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de action. empti*, ubi dicit, quod contra debitorem morosum agitur ad

37 interesse intrinsecum, non autem extrinsecum, sive consistat in lucro, sive in damno, dicitur autem

38 interesse intrinsecum illud, quod concernit pretium rei venditæ, si plus, vel minus valuit post moram, ut morosus teneatur quanti plurimi, vel minimi fuit in tempore moræ, prout alteri expedit, & sic clare dicit quod tenetur propter moram, etiam ad pretii diminutionem.

Quod tamen esset intelligendum de mora regulari,

39 non autem de mora irregulari, prout fuisse decisum refert *Cagnol. in d. l. curabit, num. 47. C. de action. empt.* ubi refert quæstionem ortam in Civitate Papiæ tempore, quo Rex Francorum Ludovicus bellum movit contra Venetus, ob quod cum esset maxima penuria tritici Mercatores emerunt magnam quantitatem, & solverunt venditoribus pretium, cumque per transitum exercitus ultra flumen Abduæ pretium decrevisset, fuit magna quæstio, ad quem pretium diminutionis spectaret, ad emptorem scilicet, an ad venditorem? & fuit decisum, quod cum solutio pretii non constituat venditorem, nisi in mora irregulari, non tenetur emptori ad pretium quantiplurimi quod tantum debetur, quando adesset mora regularis, de quo testantur etiam moderni *Papienses in d. l. vinum, ff. si certum petatur*, sequitur *Marant.* in suo *spec. part. 4. an sit judicium universale, vel particulare, in 4. princip. dist. num. 54.* ubi in terminis intelligit, hanc decisionem, & doctrinam *Cagnol.* procedere in eo casu, ubi adest tantum mora irregularis, quæ contrahitur per solutionem pretii, ex parte emptoris, & traditionem rei ex parte venditoris; at secus ubi adest mora regularis, quæ contrahitur per interpellationem expressam, vel tacitam, per appositionem diei, per ea, quæ habentur in *l. 1. ff. de action. empti*, & in *dict. l. curabit*, ex quibus decisa remanebat quæstio prædicta ad favorem Civitatis emptricis.

Ultimo loco pro parte venditoris dicebatur, non fuisse in mora ex eo, quia Civitas non solvit pretium frumenti jam consignati, nisi satis post tempus, ad quod ponderabantur aliqua in facto, & pactum expressum, quod non intelligatur facta solutio, quamvis scriberetur in Banco in sui faciem, nisi adesset in eo effectiva pecunia, ex *text. in l. Julianus, §. offerri*

40 *ff. de act. empt. l. si per emptorem, & utrobique DD. ff. de perse. & commun. rei vendit. Matthesil. singul. 50.* in quibus juribus probatur, quod emptore non solvente pretium, venditor rem emptam tradere non tenetur, nec contra eum datur actio ex empto, *Rot. Genuens. decis. 44 n. 12.*

Cui motivo respondebatur primò, quod moræ non

41 erant æquales, quia respectu pretii non soluti, quatenus esset verum in facto, quod tamen expresse negabatur, immo ex scripturis dicebatur, totum contrarium apparere, erat satis parvum interesse, sicuti magnum esset istud non consignationis frumenti in tempore, ut declarat eadem *Rota Genuens. numero 16. & 17.* Secundò dicebatur, quod mora emptoris in non solvendo non operatur, nisi ut non possit agere ex empto, non verò, ut teneatur emptor post moram recipere pro eodem pretio.

Ex quibus discusso negotio die 19. Augusti 1642. ad relationem quondam Regentis Ferdinandi Brancia Ducis Belvederii, & Equitis Calatravæ, viri omni virtutum genere præstantissimi in Collaterali Consilio una cum adjunctis, fuit fidelissima Civitas Neapolis absoluta ab impetitis per dictum Illust. Principem Casalis Majoris. Penes Franciscum Anastasium regium à mandatis Scribam.

OBSERVATIO IN DECIS. CLX.

SUMMARIUM.

1 *Purgatio moræ admittitur de æquitate canonica, dummodo fiat intra breve tempus, & quomodo consideretur dictum tempus breve.*

2 *Purgatio moræ non admittitur in multis casibus.*

Primo, post litis contestationem, num. 3.

Item cum exequutio esset facienda à Iure, vel ab homine num. 4.

Item in collatione Beneficii Ecclesiastici, n. 5.

Quid si sit apposita certa dies & pœna n. 6.

Item in lucro captando, secus in evitanda pœna, numero 7.

Item si adest clausula rato remanente pacto n. 8.

Item si sit renunciatum purgationi moræ, n. 9.

Item in dispositionibus, & stipulationibus conditionalibus numero 10. & 11. Sed non in Prætoriis, & judicialibus, ibid.

Item si adsit pactum resolutivum donationis, & remissionis partis debiti, num. 12.

Item si contractus juramento roboratur, n. 13.

Item sequuta condemnatione, & post sententiam, numero 14.

Adducitur ex his decisio Reg. Cam. Summ. & alia Sac. Cons. Neap. n. 15.

Quid si sit renunciatum omni legum auxilio, n. 16.

An super devolutione rei emphitentica detur purgatio moræ, & adducitur decisio. n.17.

5 *Beneficia Ecclesiastica si non conferuntur infra legitima tempora, statim devolvitur collatio ad Superiorem, & non admittitur purgatio moræ.*

18 *Patronus in Ecclesia patronata laicali habet quatrimestre ad præsentandum Rectorem, & in patronata Ecclesiastica, vel mixta sex menses, aliàs pro illa vice devolvitur collatio ad Episcopum, & numer.23. & 39.*

19 *Tempus concessum patronis ad præsentandum Rectorem in Ecclesia patronata currit à die scientia, & notitia non ab ipsa die vacationis, & num.25.*

20 *Episcopus potest prorogare tempus Patronis ad præsentandum, & etiam elapso tempore eos admittere ad præsentandum, & numer. 31. & 32. Nisi sit elapsum tempus sex mensium collationis Episcopalis, num. 33. & 34.*

21 D. Abbas Ioannes Iacobus Gizzius frater, *laudatur, & eius allegationes iuris afferuntur.*

22 *Ius patronatus aliud est Ecclesiasticum, aliud laicale & aliud mixtum.*

24 *Ius patronatus mixtum, censetur Ecclesiasticum, non laicale, non solum quoad tempus concessum ad præsentandum, sed etiam quoad concursum faciendum pro examine in Parochiali Iuris patronatus mixti, ac si esset Parochialis iuris patronatus Ecclesiastici, quia pro Ecclesiastico reputatur.*

Etiam si quando ius patronatus pro duabus partibus pertineat ad laicum, & pro una tantum ad Ecclesiam ibid.

26 *Ignoranti non currit tempus.*

In patrono Iuris patronatus potius præsumitur ignorantia, quam scientia vacationis beneficii, & præsumptio stat pro ipso, nisi probetur scivisse, ibid.

27 *Episcopus debet infra duos menses instituere præsentatum à Patrono in Ecclesia patronata à die præsentationis, alias devolvitur institutio ad Papam.*

28 *Episcopus si negligit instituere præsentatum infra bimestre, possunt Patronus, ac præsentatus recursum habere ad Metropolitanum, vel viciniorem Episcopum aut ad Papam.*

30 *Episcopus habet semestre ad providendum, & conferendum Beneficia ad se spectantia, sic etiam ad conferendum Beneficia patronata ad se devoluta ob non factam præsentationem à Patronis, quod tempus currit Episcopo à die notitia. & num.39.*

34 *Institutio Beneficii Iuris patronatus obtempta ab Episcopo post tempus præfixum Patronis ad præsentandum, scienter facta valet, si fiat intra semestre concessum Episcopo ad conferendum Iure suo, & numero 35.*

36 *Creditor si plus debito petat à debitore, quandonam constituatur in mora ipse debitor, distingue, ut numero 37.*

38 *Pactum de retrovendendo, sivè redimendi quandocunque, an præscribatur spatio 30. annorum, etiam stante iuramento. & num. seq.*

39 *Pactum de retrovendendo, sive redimendi infra certum tempus, an fiat perpetuum, & præscribatur, afferuntur decisiones Sacri Consilii Neapolitani.*

AGit *D. Regens in hac decis. numero octavo cum seqq.* quod mora non est purgabilis, si tempore adimplementi res non sit in eodem statu, & sic jus partis sit deterius factum, & res non sit integra, ut dixi *n. um.10.*

Ideò observandum. Primò, quod licet purgatio moræ admittatur de æquitate Canonica, ut dixit idem *D. Regens numer.36.* Intelligitur, ut fiat infra breve, seu modicum tempus, ut dixit *num. 19.* quod modicum tempus *Bart. in l. si insulam 84. ff. de verb. oblig. numer.3.* remittit arbitrio Iudicis, qui ex qualitate operum, vel temporis arbitrabitur, & secundum *Guttier. de iuram. confirm. par.3. cap.17. num.1.* consideratur in contractibus usque ad litis contestationem; In judicialibus autem stipulationibus post tres, quinque, pluresvè dies arbitrio Iudicis, si jus Actoris non in factum deterius, per *text. in l. & si post tres dies, ubi gloss. & DD. ff. si quis caut.* Vel ad octo dies secundum *Thes. decis.77. num.3. & 4.* & proinde tempus unius anni esse longam moram, & ideo non esse admittendam illius purgationem, tenet *Gratian. decis. 49. num. 7.*

2 Multi tamen sunt casus quos enumerant DD. in quibus non admittitur moræ purgatio, ut per *Bar. in d. l. si insulam, D. Episc Rocc. collect. dec.14. par.1. D. Cons. Rocc. resp.93. à num.3. ad 20. lib. seu cent.1.* & præter alios casus.

3 Primus est post litis contestationem, *d. l. si insulam ff. de verb. oblig.* ubi *Bart. numer.2. in fin.* ait, dummodo litis contestatio fiat intra modicum tempus.

4 Item cum exequutio esset facienda à Iure, vel ab homine; *Bart. ibid. num.19. Caputaq. par.2. decis. 336. seu 5 verb. mora; Put. dec.259. num.6. lib.1.* A Iure, præter alia exempla, exemplificatur in collatione Bene-

5 ficii Ecclesiastici infra legitima tempora minime facta ob negligentiam; Iis enim elapsis ipso jure fit exequutio ad effectum, ut eodem instanti devolvatur ad Superiorem collatio, ita ut postea non sit locus purgationi moræ, *Abbas in capit. 2. numer. 11. circa fin. de concess. præb. Franc. Marc. decis. 1239. parte prima.*

6 Item si sit apposita certa dies, & pœna in qua adimpleri debeat, *Viv. decis. 442. num. 1. Put. d. decis. 259. num.6. lib.1. Thes. d. decis. 77. n.1.* qui tamen in tali casu admittit purgationem moræ in contractu, & etiam illinc ad octo dies, *& decis. 212. numer.4. & 5.* Jmò post duos menses fuisse admissam purgationem moræ de æquitate Canonica in contractu, in quo erat apposita dies, & pœna, testatur *Guttier. dict. capit.17. num.10.*

7 Item in lucro captando, secus si tractetur de evitanda pœna, *Gratian. lib.2. discept. forens. cap.302. num.11. cum seqq.*

8 Item quando adest clausula, rato remanente pacto, *Franc. Marc. dec.415. par.1. Afflict. decis. 174. numero 4.*

9 Item quando fuit renunciatum purgationi moræ, *Afflict. d. decis.174. n. 4. Viv. decis.442. n.19.*

10 Item in dispositionibus conditionalibus *Gratian. discept. forens. lib.1. cap.173. num. 3.*

11 Item in stipulationibus conditionalibus, & ubi adest pactum resolutivum, *Put. decis. 66. part.3. Thor. in comp. decis. tom. 1. verb. moram, purgare.* Sed non in Prætoriis, & judicialibus, puta de præsentando Reo infra tale tempus; tunc enim permittitur purgare moram, *Bart. in d. l. si insul. n. 4. Gutt. d. c.17. n.10.*

12 Item quando adest pactum resolutivum donationis, & remissionis partis debiti in contractu inito, *Caputaq. decis. 237. seu 6. verbo mora par.1. Viv. decis. 531. num.5. & 9.*

13 Item quando contractus juramento roboratur *DD. citati & Thes. d. dec. 212. n.6.*

14 Item quando sequuta est condemnatio, & sic post sententiam non admittitur moræ purgatio, *Anna sing. 350. Viv. d. decis. 442. n.19. in fine.*

Alios casus videre poteris apud *citat. DD.* ut brevitati consulam.

15 Et ex his *d. D. Consil. Rocc. cit. resp. p. 93 nu.31. cent. 1.* adducit decisionem R. C. S. in causa Vincentii Guarneræ cum Vniversitate Postilionis, qui mediante publico instrumento promiserat dictæ Vniversitati,

quod

quod si solverit ipsi Vincentio per totum mensem junii 1633. ducat. 150. ex duc. 386. sibi debitis, reliquos duc. 236. ad complementum, illi donavit, conditione adjecta, quod casu, quo dicta Universitas defecerit à solutione promissa, instrumentum sit nullum, & donatio pro non facta, remaneatque apud Vincentium actio exigendi totam summam, & cum Universitas defecisset à dicta solutione, & prætendisset admitti ad moræ purgationem post annum per R.C.S. fuit exclusa, referens idem *D.Racc.ibid.num.25.* aliam consimilem decisionem S.C. in causa Vincentii de Medicis cum Nunciante Albano, cui relaxaverat certam summam, si solvisset restantem quantitatem per totum mensem Septembris 1631. cum eisdem pactis, & conditionibus, & cum defecisset à solutione promissa in dicto tempore præfixo, & die 14. Octobris ejusdem anni fecisset depositum, volens purgare moram, & per S.C. fuit exclusus, & condemnatus ad solvendum integram summam.

Sed quid si sit renunciatum omni legum auxilio, & 16 tunc non esse admittendam purgationem moræ, ait *Afflict. dict. 174. num. 5.* sed contrarium tenet *Vrs. decis.531.num.4.Put.decis.456.lib.2.*

Et quid super devolutione rei emphiteuticæ privati 17 & neque admittendam purgationem moræ, adest *decis.Afflict.sup.cit.*174. sed *Vrsil.ibid. sub num. 3.* dicit quod & si *in d.decis. Afflict.* non fuit admissa moræ purgatio in emphiteuta privato, tamen temporibus suis per idem S. C. de æquitate usque ad sententiam pluries fuit admissa dicta purgatio, asserens ita fuisse observantiam, & stilum Sac. Cons. suis temporibus, ab anno 1538. usque ad 1564. contra decisionem *Afflict.* in emphiteuta privato, nam in emphiteuta Ecclesiæ, non est dubium, quod detur moræ purgatio, per *text. in capit. propter in fin. & in capit. potuit de locat.* ibi, *nisi celeri satisfactione postmodum sibi consulere studuisset*, ubi *gloss. & Abb. & cæteri Afflict. ibid.num.1.*

Occasione sumpta ex eo, quod dixi supra *numer.5.* de Beneficiis Ecclesiasticis non collatis infra legitima tempora concessa ad conferendum.

18 Observandum est Secundò, quod si Patronos non præsentaverit Rectorem in Ecclesia patronata laicali infra quatuor menses, & in patronata Ecclesiastica, vel mixta infra sex menses post vacationem Beneficii, collatio devolvitur pro illa vice ob eorum negligentiam ad Episcopum instituentem, *cap. quoniam, & cap. cum propter de Jur.patron.* quod qui-19 dem tempus currere Patrono à die scientiæ, & notitiæ dictæ vacationis, non autem ab ipsa die vacationis; immò posse Episcopum non solum prorogare 20 dictum tempus quatuor, vel sex mensium Patronis hujusmodi ad præsentandum, sed etiam posse elapso tempore prædicto quatuor, vel sex mensium Patronis hujusmodi ad præsentandum probat, *D. Abb.* 21 *Joan. Iacobus Gizzius V. I. D. & Prothonotarius Apostolicus* meus frater dilectissimus in quadam allegatione data in causa Jurispatronatus laicalis Archipresbyteratus cujusdam Terræ, cujus præsentatio tempore vacationis spectat ad D. Baronem, & utilem Dominum dictæ Terræ, cum sit de jure patronatus ipsius D. Baronis, nam cum annis elapsis vacasset ob mortem, & non fuisset facta præsentatio infra quadrimestre, fuit sequitus d.meus frater, ut de Jure responderet ad favorem D.Baronis, quas allegationes sic breviter, quia currenti calamo datas hic per extensum adducere putavi, quarum tenor est vz.

ADSIT CHRISTUS JESUS.

In dubio mihi proposito, an possit Episcopus Institutor admittere Patronum ad præsentandum Rectorem in Ecclesia patronata laicali elapso termino quatuor mensium, & instituere præsentatum illumque confirmare, hæc, quæ currenti calamo derepente pro temporis angustia breviter adnotavi, pro responsione adducere censui.

Primò equidem notum esse, Juspatronatus aliud 22 esse Ecclesiasticum, aliud laicale, & aliud mixtum, & sic Patronos alios esse Ecclesiasticos, alios laicos, alios demum Ecclesiasticos, & laicos simul, ut puta quando laicus habet dictum jus insimul cum Ecclesia, *Garc. de benef.tom.1.par.5.cap 9.num.108.Vgol.de potest.Episcop. par.1.cap.51.in princ. num. 5. Joan Maria Novar. pract.concl.Iur.Pontif.tit.de præsent.à patron. facien. conclus.1.num.1.*

Secundò, Patronum Ecclesiasticum habere semestre ad præsentandum Rectorem in Ecclesia patrona-23 ta Ecclesiastica, Patronum vero laicum habere quadrimestre in Ecclesia patronata laicali, vulg. *text. in cap.unico, §. verum de jur.patron.in 6.Vgol.loc. cit. D. Episcop.Campanil.in divers.jur.canon.rubr.11. cap. 13. num.393.Barbosa de potest.Episc.alleg.72. num. 126. & cæteri DD.* communiter, ut ait *Gavant.in Enchir. seu Manual. Episc.verb. Ius patronatus num.35.* & in jure patronatus mixto habent etiam Patroni semestre ratione communionis, & ob favorem Ecclesiæ ad præsentandum, *glos. fin. in dict.capit. unico de jur. patr. in 6. in verb. Ecclesiasticus, Garc. d. num. 108. Vgol. dict. numero 5. vers. Item semestre habet laicus, Novar. & Gavant. ubi supra, Barbos. loc. citat. numer.131.*

24 Prout etiam in simili, quando vacat Parochialis Juris patronatus mixti, partim Ecclesiastici, partim laici, ratione communionis, & favore Ecclesiæ quoad examen faciendum, censendum esse Ecclesiasticum, non autem laicale, etiam si pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro una tantum ad Ecclesiam, itaut servari debeat forma examinis per concursum præscripta *à Sac.Conc. Trid.sess. 24. cap.18. de reform.* in concursu Parochialium jurispatronatus Ecclesiastici in quibus fit concursus, ita censuit *Sac. Congreg.* pluries, ut testatur *Garc.tom.2. de Benefic.part.9. cap.2.a num.276.ad 280. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos.6.num.135.& 136.* & ita ordinavit *Eminentissim. Dominus Cardinalis Paleota in concil.1.Provinc. Bononiens.tit. seu cap.8.de exam.per concurs.§. de quib. benefic. edictum sit proponendum per concursum*, ut habetur *in ejus Archiepiscop. Bononien. par. 4. fol. mihi* 247. [qui quidem Dominus Cardinalis fuit primus Archiepiscopus Bononien. nam cum esset Episcopus dictæ Ecclesiæ, eodem tempore eadem Ecclesia à Gregor. Papa XIII. fel. record. Archiepiscopali dignitate, & nomine fuit insignita, ut ait *August.Brunus in epist.ad lectorem* posita *in princip. dict. Archiep. Bononien.*]

25 Quod tempus semestre in Jure patronatus Ecclesiastico quadrimestre in laicali, & etiam semestre in casu currit Patronis ad præsentandum non à die vacationis Beneficii, sed à die scientiæ, ac notitiæ ejusmodi vacationis, *glos.in c.2.de concess.præb. in verb. infra sex menses, Abb. in cap. fin.num.5.eod.tit.Vgol.loc. cit. D.Episc.Ricc.in praxi fori Eccles.in prima impress.Praxi Jurispatron. decis.171. & in 2. impress.resol.155. par. 1. & par. 2. resolut.458.numero 2.Garc.tomo secundo de Benefic.par.10.cap.2.num.34.& num.36.& 37.* refert pluries decisum *D.Campanil.ubi supra, Caputaquen. decis. 248. seu 2.verb.tempus, par.3.Rota decis.421. in noviss. par. 1. D. Episcop. Genuen. in praxi Archiepisc.capit. 82. numero primo in 2. & 4. impress. Barbos. loc. citat. numero 134.* & hæc est recepta sententia in Sacra Rota, & ab ea sæpius approbata, ut aiunt *Ricc. D.* 26 *Genuen. & Barbos.locis citat.* ex vulgata ratione, quia ignoranti non currit tempus, etiam si sit præfixum à statuto, vel appositum ad puniendum, *Put decis.443. num.1.& 2.lib.1.*& tempus nunquam currit, nisi à die

scientiæ

scientiæ, *Vrsil. ad Afflict. decis.37. num.2.* ignorantia potius præsumitur, quam scientia, *ex reg. præsumitur 47 de reg. iur. in 6.* & præsumptio est pro Patrono, ut dicatur præsentasse in tempore, & ignorasse vacationem, nisi scivisse probatum fuerit, Ideoque nisi probetur Patronum habuisse notitiam vacationis, ignorantia semper præsumitur, *D.Genuens.& D. Campanil.ibi, Barbos.ubi supra d.num.134.ac 135.& 136.Novar.loc.ind e.num.2.*

27 Tertiò. quod Episcopus institutor debet infra duos menses instituere præsentatum à Patrono in Ecclesia patronata Parochiali, quod bimestre currit ipsi Episcopo à die præsentationis, si præsentatus præmisso examine ad formam *Sac.Conc.Trid.d.sess. 24. c 18.de reform.* approbatus petierit se institui, alioquin institutio & omnimoda dispositio devolvitur ad Papam, data optione Patrono, ut si Episcopus institutor negligat præsentatum ipsum instituere infra dictos duos menses possint Patronus, & præsentatus recurrere ad

28 Metropolitanum, vel viciniorem Episcopum, aut ad Sanctam Sedem Apostolicam pro obtinenda hujusmodi institutione, ut statuitur *in Bulla Pii V. incip. In conferendis, relata per Quarant.verb.Beneficiorum Parochialium collatio*, & tenet *Massobr. in praxi hab. concurs. ad Paroch. Eccles. requis. 9. in princ.*

29 Quartò, quod si Patroni non præsentent intra dicta legitima tempora devolvitur ad Episcopum instituentem potestas conferendi tale Beneficium patronatum pro illa vice tantum ob dictam Patronorum negligentiam, *cap. quoniam 3.& cap.cum propter 27. de jur. patron. Fusch. de visit.lib.2. cap.10. numer. 11. Azor. instit. moral.par. 2. lib. cap.27.quæst.5. Barbos. eod. tract. de potest. Episcopi d.alleg.126.n.65.* & tunc

30 Episcopus habet semestre ad providendum, & conferendum, sicuti habet in aliis beneficiis ad se spectantibus vacantibus, ut fuit statutum *in Conc.Lateran.*& habetur *in cap. 2. de concess.prabend.& cap.dilecto filio fin de suppl. negl.g Prælat. Fusch.d.lib.2. cap.28. numer. 28. Garc.d. capit. 2.numero primo Azor. dict. capit. 27. quæstione 11. barbosa dict. allegat. 126. numer. 67. & dict. allegat. 72. numero 194. & allegat. 58. numero 1.& 5* quod etiam tempus semestre currit ipsi Episcopo à die notitiæ, *cap. quia diversitatem 5. in fine de concess. præben gloss. in d cap. eod.in verbo sex menses, Garc.d.cap.2.num.15.Azor.d.lib.6.cap.26.quæst 10. Fusch. & barbosa cit. loc. Gavant. in Manuali Episc. verb.Ius patronatus num.71.& verbo beneficiorum collatio num.1.& 2.Vgolin.d. num. 5. Seraphin.decis.380.p.1. Rota in noviss.par.1.decis.481.*

31 Quintò, quod Episcopus potest in sui præjudicium prorogare dictum tempus quatuor, vel sex mensium patronis ad præsentandum, *Vgolin. d. cap. 51. §. 1. nu.4.vers. tertio, qui intra tempus ex Parisio de resign. benef. lib.7. quæst. 29. in fin. D. Riccius in d. praxi in 1.impress.de.resol.217. num. 303. cum seqq. & in secunda impress resol.195. par. 1. Barbosa dict. alleg.72. numer. 143. Joan.Maria Novar. ubi supra num.6.* quia in favorem Episcopi id concessum est, scilicet posse conferre tale beneficium ob negligentiam Patronorum, *in d.cap. quoniam, & cap.cum propter, de jur. patron* cui favori renunciare potest, *ad text.in l.si quis in conscribendo, C.de pact.* & ita pluries fuisse decisum *per Rotam* testantur idem citati DD. *Vgolin.D.Ricc.& Barbos. loc.cit.* & in simili tenet *Azor.d.cap.27. qu. 16. in fine.*

32 Sextò, posse quoque Episcopum elapso tempore quatuor vel sex mensium admittere patronum ad præsentandum, si velit, *idem Barbos.d.alleg.72. num. 142.ex Viviano in praxi jur. patron. par 2.lib.6. capit.7. num. 8. Jo. Maria Novar. loc.cit.d.conclus.1. in fine, vers.& eandem*, qui citat *Lambertin.de jur. patron. lib. 2.par.2.articul.2, numero tertio quæst.1.* & tenet etiam *Gavant.in d.manual.verb. Ius patronatus,num 39. ex*

33 *eod.Viv.dict.part.2.lib.7.capit.6.num.13.*nisi ut elapsum dictum semestre collationis Episcopalis.

34 Septimò, valere institutionem obtentam post tempus præfixum, quando scienter facta fuit per illum, qui aliàs suo jure conferre poterat, *gloss.fin in c. quam sit 6. de elect. in 6. ibi, Nisi confirmatio scienter fuisset facta per illum, qui alias suo Jure conferre potuisset Massobr. d. requis. 9 dub. 1. num.26.* Sicque posse Episcopum instituere præsentatum post tempus lapsum Patronis, intra tamen semestre concessum Episcopo ad conferendum jure suo, dum, ut probatum est, valet institutio facta post tempus præfisum ab Episcopo, qui jure suo conferre poterat ob devolutionem.

35 Ex quibus concludendum, posse in casu nostro, de quo agitur, D. Episcopum instituentem admittere præsentatum, esto quod sint elapsi quatuor menses à die vacationis, & ipsum præsentatum, si in examine repertus fuerit idoneus, ut suppono, instituere, & confirmare, dummodo non sint elapsi alii sex menses, quos habet Episcopus ad conferendum, ut supra probavimus, currentes à die notitiæ, *Gavant. in d. manual.Episc.verb.Ius patronatus num.41.*cum nec antea ad Superiorem potestas conferendi devolvatur, *D. Ricc.d. decis. 217.n.304.vers.item tertio, & resol.195. numero 2. p. 1. in 2.edit. Barbos.d.alleg.58.numero 10. Gavant. in d. manual. Episc. verb. beneficiorum collatio numer.5.* Eo vel magis, quia Dominus patronus potuit ignorare diem vacationis, & potest esse quod suum quatrimestre non sit elapsum à die notitiæ, & quod propterea præsentatio fiat in tempore. Cætera &c.

Abbas Io.Iacobus Gizzius.

Cum *D.Regens n.38.* dixit, quod pejor est mora debitoris, quam creditoris.

36 Observandum est tertiò, si creditor plus debito petat à debitore, an constituatur in mora debitor pro quantitate verè debita negando totum, & *Bart. in leg.qui solidum,80.ff.de legat. 2. numero secundo* dicit, quod si actor petat plus debito v. g. centum,

37 & re vera ipsi non debentur nisi 80. tunc distingue aut enim reus debitor simpliciter negat, & nihil offert, & tunc constituitur in mora pro quantitate verè debita. quia qui petit totum, petit quamlibet ejus partem, prout idem *Bart. in l. 1. §. si stipulanti numer.2. ff. de verb. oblig. & in l. in fideicommissi num. 5. ff.de usur.* Aut debitor excepit, & declaravit id, quod verè debebat, & tunc creditor Actor ad constituendum Reum debitorem in mora, tenetur declarare velle recipere illam partem confessatam cujus *Bart.* opinionem, & distinctionem *in d l 1. qui solidum*, sequitur *Abb.in cap.1.num. 15. de plus petit.* ubi refert opiniones hinc inde, & *Paul.de Castro in d. l. 1. §. si stipulanti numero 5. ab Alex. numero 8.* qui ait opinionem *Bart.* esse magis communem, & ratio quare Actor tenetur declarare velle partem recipere confessatam secundum *Bart ibid.* est, quia non tenetur Reus offerre partem Actori qui totum petit, nam non videtur verisimile velle partem recipere, qui totum petiit, *text. in l. tutor, §.Lucius, ff. de usur.* & ideo debet Actor exprimere, quod detur sibi pars, & quamvis *Bart.* soleat allegari sibi contrarius, quam aliter dixerit in *d.l.qui solidum*, & aliter in *d.l.1 §.si stipulanti*; Attamen si benè ponderentur dicta à *Bart. in d.l.qui solidum*, non est sibi contrarius secundum supradictam distinctionem, ut advertit *Abb.ubi sup.dict num.15.*

Num.24.D.Regens mentionem facit de pacto in instrumento apposito, propterea.

38 Observandum est quartò, an pactum de retrovendendo,

dendo, sive redimendi quandocunque, præscribatur spatio 30. annorum, etiam stante juramento, & qua nvis Baer. decis. 182. numero 4. & 12. & decis. 358. dicat pluries fuisse judicatum affirmativè, tamen in S. C. Neap. refert D. Episc. Ricc. in collect. decis. par. 1. collect. 285. contrarium fuisse decisum; nempe quod non præscribatur, sed fieri perpetuum, & Mynsig. cent. 2. observ. 16. tenet, neque præscribi spatio centum annorum, & quod ita multoties fuit per Cameram Imperialem judicatum nunquam præscribi, & hanc esse veriorem, & magis communiorem sententiam, & in judicando servanda, secundum Alciat.

39 Observandum quinto, an pactum de retrovendendo, sive redimendi infra certum tempus, puta decem annorum appositum in instrumento, fiat perpetuum, & fieri perpetuum, ita ut cogatur emptor quandocunque retrovendere, quia tale pactum non valet, nec potuisse præscribi, decisum refert Thor. in compet. decisione tomo secundo verb. Reemptio alicujus capitalis, & tom. 2. verb. pactum de retrovendendo temporale, & Camill. de Medic. cons. 124, numero 5. referens ita pluries decisum in S. C. in causis Ducis Adilæ Marchionis Vasti, & Principis Bisiniani; quæ quidem causa Principis Bisiniani fuit cum illis de Gallutio, ut ego vidi ex processu Antonii Belmusti cum Ioanne Vincentio, Horatio, & Scipione de Gallutiis in Banca Figliolæ, in qua causa cum Aloysia Gallucio uxor Cæsaris Gallutii esset creditrix D. Principis Bisiniani in ann. ducat. 540. pro capitali duc. 6000. vigore instrumenti sub die 16. Novembris 1542. promisit dicta Aloysia retrovendere dictos annuos introitus quandocunque dicto Principi, infra tamen annos decem quibus elapsis non esset amplius obligata retrovendere dicto Principi, suisque hæredibus, & successoribus, seu alteri pro ipso, cumque dictus Princeps cessisset dictum Jus luendi Antonio Belmusto, dictus Antonius depositavit in anno 1583. [& sic post elapsum tempus decem annorum] dict. duc. 6000. una cum tertiis decursis, & institit in Sacr. Consil. cogi, & condemnari Joannem Vincentium, Horatium, & Scipionem Gellutios hæredes dictæ Aloysiæ ad retrovendendum, & compilato processu fuerunt per Sacr. Consil. absoluti dicti hæredes, qui dicebant pactum prædictum de retrovendendo fuisse temporale, & jam elapsum, & quatenus fuisset perpetuum fuisse præscriptum per spatium 30. annorum, & quod pecunia depositata non erat propria dicti Principis, Tenor sententiæ S.C. talis fuit.

In Dei nomine Amen. Visa supplicatione Majestati nostræ, & in nostro S. C. præsentata pro parte Mag. Antonii Belmusti contra Joannem Vincentium, Horatium, & Scipionem Gallutios nomine ut in actis, cujus tenor talis est &c. Visis denique videndis.

Per hanc nostram diffinitivam sententiam dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, prædictos Mag. Io. Vincentium, Horatium, & Scipionem Gallutios nomine ut in actis principales, ut principales absolvendos esse, & absolvi debere, prout præsenti nostra diffinitiva sententia absolvimus, & penitus liberamus ab impetitione Mag. Antonii Belmusti, salvis juribus fortè competentibus Ill. Principi Bisiniani quando dictus Ill. Princeps voluerit redimere introitus in judicio deductos de ejus propria pecunia, neutram &c. hanc eamdem &c. Petrus Paulus Theodorus. Die 20. Februarii 1585. Neapoli præsens sententia lecta lata, & publicata fuit sedentibus ibidem pro Tribunali Ill. D. Antonio Cadena pro Præsidente S C. & pro Prothonotario, ac Excellentibus DD. Petro Paulo Theodoro causæ Relatore, Hieronymo Olzignano, & Petro Antonio Stellatello Regiis Consiliariis, præsentibus pro testibus in numero opportuno, Iacobus Figliola Actuarius.

Sed à dicta sententia reclamavit dictus Antonius qui cessit dictum Ius luendi Andreæ de Summa, & postea die 12. Iulii 1585. per aliam sententiam ejusdem Sac. Cons. ad relationem *D. Consiliarii Stellatelli*, fuit decisum, *bene fuisse reclamatum*, & proinde fuerunt condemnati dicti de Gallutio ad retrovendendum dicto Andreæ de Summa cessionario Iuris luendi dicti Ill. Principis per intermediam personam dicti Antonii Belmusti dictos annuos duc. 540. pro dicto capitali duc. 6000. depositatorum; prout hæc omnia patent ex dicto processu Antonii Belmusti cum dictis de Gallutiis, in banca Figliolæ.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Regius Fiscus in Regno non appellat, sed petit recursum; & quomodo, & quando ille debeat concedi, & quem effectum habeat.

Forjudicatus in Regno à sententia forjudicationis appellare non potest, sed tantum dicit de nullitate, & quæ nullitates, reddant dictam sententiam nullam, & sub qua forma debeat inquisitus citari, ut possit contra eum sententia forjudicationis proferri, & quando confessio facta in tortura minime noceat confitenti, & quæ indicia sint sufficientia ad torturam.

SUMMARIUM.

1 Forjudicatus cum fuerit captus, debet ante omnia fieri recognitio ejus personæ.

2 Forjudicatus in Regno non admittitur ad appellandum, nec ad supplicandum, sed tantum potest dicere de nullitate sententiæ.

3 Fiscus in Regno à sententiis contra eum latis non appellat, sed habet recursum: licet fiscus sit de jure communi & quomodo, & qualiter sit introductus infra quem terminum petit debeat, n. seq. & remissive.

5 Appellatione remota per statutum non tamen tollitur recursus.

6 Recursus quandoque sumitur pro revisione.

7 Recursus similis est appellationi, & juxta illius terminos regulatur.

8 Relatio Nuncii super citatione facienda quam formam continere debeat, & n. 16. usque ad n. 19.

9 Citatio domi tunc sufficit, quando non potest haberi ejus propria persona.

10 Citatio prima in criminalibus debet esse personalis.

11 Citandi commissio non exequuta servata ipsius forma, est ipso jure nulla.

12 Sententia forjudicationis est etiam nulla ubi nulla est citatio.

13 Contumacia sola an sit sufficiens, ut deveniri possit ad sententiam forjudicationis circumscriptis aliis probationibus.

14 Condemnari ad mortem quis non potest ex sola confessione.

15 Confessio facta in tortura, & etiam post millies ratificata non obest confitenti, quando non est facta coram Iudice, competenti, legitimis, præcedentibus indiciis.

20 Relatio Nuncii simpliciter facta an præsumatur domi solitæ habitationis.

21 Validitati actus est favendum, quando subjecta materia patitur.

22 Relationis factæ immediate post commissionem non est differentia, si Nuncius dicat. modo, & forma sibi commissis, vel modo, & forma, ut supra.

23 Certum non solum dicitur de per se, sed etiam per relationem ad aliud, & num. seq.

25 Indicia ad torturam an sint sufficientia, arbitrio Iudicis est relinquendum.

26 Indicia multa si sint probata per testes singulares, ex eis resultant plures præsumptiones, quæ faciant indicium ad torturam.

DECISIO

DECISIO CLXI.

Lata, & publicata sententia forjudicationis contra Hieronymum de Micco, inquisitum de homicidio, eoque capto, facta prius recognitione personæ, justa doctrinam *Bart. in leg. de vis, numero quinto ff. de custod. reorum*, ubi etiam tradit formam dictæ recognitionis, & in *leg. inter stipulantem, §. 1. numero 13. ff. de verbor. obligat.* ubi *Angel. Clar. in prax. crim. §. fin. q. 96. Antonius Scapi de jur. non script. lib. 5. cap. 177. Foller. in* ejus *prax. in verbo captis forjudicatis, numer. 1.* & alii per *Flamin. Carthar. de exequut. sent. cap. 2. nu. 1. Cabal. resol. 170 per totam*, & per *Thor. in addit. ad decis. 3. 3. Reg. Salernis. num. 11.* fuit dictum, quod sententia forjudicationis exequeretur, de quo decreto cum inquisitus disisset de nullitate, forjudicatus enim in Regno non admittitur ad appellandum, nec ad supplicandum, sed tantum potest dicere de nullitate, per *Const. Regni, incip. Pœnam eorum*, ubi *Afflict. in 5. qu. princ. in fine Carrer. in prax. crimin. in princip. numero 30. Foller. d. verbo captis forjudicatis, numer. tertio Baiard. ad Iul. Clar. quæst. 94. n. 8. Vrs. dec. 439. lib.* & ideo plures fuerunt propositæ nullitates, quibus discussis in Mag. Cur. fuit dictum, secundam, & sextam nullitatem obstare, à quo decreto Regius Fiscus sentiens se nimis gravatum habuit recursum ad Suam Excellentiam, ejusque Collaterale Consilium, quia in Regno à sententiis contra eum latis non appellat, ex *Rit. M. C. V. 258. & 261. ibique Caravit.* & ita decisum in Sac. Cons. refert *Gramm. decis. 14.* sed habet recursum *Capyc. dec. 144. Campagn. in cap. Regni Plerumque Foller. in prax. crim. in verbo pœnis debitis feriantur, numero 82.* ubi idem dicit, quando gravatur de minoratione pœnæ *Franch. dec. 148. & 470. & ibid. Addentes, Borrell. in summ. dec. tit. 23. num. 747. p. 2. de Ponte de potest. Proreg. tit. 3. de elect. Offic. §. 1. numero 51. Mastrill. decis. Sicil. 158. num. 2. Imbriani in tract. de repulsa repuls. par. 1. consid. 2. num. 2. Muscatell. in tract. de cognit. seu probat. delict. tit. de inter. num. 41. Vrs. decis. 378. Peregrin. de jure fisci lib. 7. tit. 4. in princip.* & quomodo, & qualiter sit introductus, & infra quem terminum peti debeat, declarat *Reg. Revis. decis. 14.* licet secus sit de jure communi, non enim jure cautum reperitur, quod non possit Fiscus à sententia contra ipsum lata in criminalibus appellare, *Gabriel in titul. de maleficiis, conclus. 24. Gramm. d. decis. 14. Caravit. d. rit. 258. Franc. d. decis. 148. & 470.* & post *Innoc. & Abb. in capit. cum clamor. extra de testibus, Peregrin. d. lib. 7. art. 4.* & hoc, quia prohibita appellatione per statutum non tollitur recursus *Minad. decis. 27. & in Constitut. In aliquibus, vers. nota primò de ista conclusione, numero 54. Magon. decis. Lucens. 37. lo. Baptista Costa de remed. subsid. remed. 22. Paris. de Put. de sindic. in verbo condemnatio, Gail. lib. 1. pract. observat. cap. 135. lib. 1.* & *ibi* etiam latè *Bernard. Greva consider. 1.* ubi *in princ.* dicit recursum quandoque sumi pro revisione, latissimè *Flamin. Monach. in addit. ad dict. dec. Minad. 27.* qui tamen recursus similis est appellationi, *Blanc. de compromissis, qu. fin. num. 17.* & juxta illius terminos regulatur, *Hippol. de Marsil. sing. 88. Menoch. de arbitr. jud. lib. 1. quæst. 70. Franc. in cap. dilecto num. 168. de appellat. Corn. cons. 188. lib. 4.* Et propterea facta relatione per Magn. Cur. in Collaterali Consil. fuit recursus Regio Fisco concessus, & quod tempore expeditionis causæ Magn. Cur. prædicta, quæ uti delegata procedebat, veniret in Collateral. Consilio.

Dicebat Fisci Patronus, se in dicto decreto maximè fuisse læsum, quia Magn. Cur. judicavit, secundam, & sextam nullitatem obstare, quæ neque in jure, neque in facto aliquam habebat subsistentiam. Secunda enim nullitas continebat, quia inquisitus non fuit legitimè citatus domi, nam retulit Nuncius, cum cum citasse domi suæ solitæ habitationis, modo, & forma, ut supra, & prætendebatur, debere dicere, quia non fuit repertus personaliter, fuit citatus in domo suæ solitæ habitationis, vel saltem debebat dicere, fuisse citatum modo, & forma sibi commissis, juxta *decis. de Franch. 322.* ubi fuit decisum, quod ex quo de formula citationis ad Capitula datur ordo Nuncio, quod reum citet personaliter, & si personaliter non contigerit reperiri, eum citet in domo suæ solitæ habitationis, quod sufficiat, si dicatur in relatione Nuncii eum citasse in domo, modo, & forma sibi commissis, ex doctrina *Bald. in l. properandum, §. & siquidem, vers. nota etiam, C. de judic. Dec. in capit. cum parati*, sequit *glos. in verbo Nuncius extra de probat.* quæ practica fundatur ex *textu in l. sic re etiam oportet, §. qui autem, ff. de excusat. tutor.* ibi *oportet autem eas manifestari à Præsidibus, vel in faciem vel ad domum* quod declarat *Bart. in l. 44. §. Prætor ait, num. 2. ff. de damn. infect.* quod tunc sufficit domi, quando non potest fieri personaliter, licet aliter videatur indistinctè sentire *Dyn. in l. 1. §. 1. ff. de lib. agnosc.* ex illa alternativa ad faciem, vel ad domum, tamen sententia *Bart.* est communiter recepta, & eam sequitur *glos. in cap. quoniam frequenter § si autem, ut lite non contest. Specul. in tit. de act. §. vers. sed numquid sufficit. Anchar. in clem. causam de elect. Ant. de Butr. in cap. causam, de dolo, & contum. Roman. cons. 454.* & idem *Dyn. in d. l. 4. §. Prætor ait*, quem etiam *ibid.* citat *Bart. Vant. de nullit. ex defect. citat. numer. 95.* quod maximè dicebat inquisitus procedere in criminalibus, quia prima citatio debet esse personalis, *Paul. de Castr. in l. servum quoque num. 12. ff. de procur. Cassador. decisione 2. de dolo, & contum. Rota Roman. in decisione 123. post tractatum Cencii de censib. Grattos. Vbert. in tract. de citat. cap. 7. num. 216.* ex quo sequebatur, quia cum citandi commissio non sit exequuta, servata forma ipsius, est ipso jure nulla, *Paul. Aemil. Verall. Episcop. Coputaquens. decisione 121. part. 2.* & ubi est nulla citatio, nulla est etiam sententia forjudicationis, *Franch. decis. 322. Grezar. decis. 17. numero 12. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 26. Joan. Iacob. Laurentius in tract. de Judice suff. cap. 6 n. 60.*

Sexta verò nullitas proposita erat, quia non aderant indicia sufficientia ad torturam; quamvis enim *Afflict. in Constit. Regni Pœnam eorum, num. 10.* voluerit, quod ex sola contumacia, circumscriptis probationibus possit deveniri ad sententiam forjudicationis tamen *Afflict.* opinio communiter in regno rejicitur, sed ut deveniri possit ad sententiam forjudicationis, necesse est, ut adsint saltem indicia sufficientia ad torturam, justa doctrinam *Bald. in leg. fin. numero secundo Codic. de crimin. stellion.* & clarius in *l. si mora, ff. solut. matrimon.* ubi dicit, quod ex sola contumacia nemo debet interfici, *Jas. in l. omnes populi 12. col. ff. de just. & jur. Foller. in verbo Etsi confitebantur, num. 26.* sequitur *Reg. Revis. in pragm. de sentent. forjud. 36. Viscont.* in suis *conclus. in verbo forjudicatus, Lucas de Penn. in dict. Constitut. Regni Pœnam eorum*, ubi dicit, quod satis est, quod contumacia fingat, inquisitum confessum fuisse crimen patratum, sed ex sola confessione non potuit ad mortem condemnari, nisi aliis concurrentibus indiciis, ut habetur plene per *Farinac. quæst. 81. de reo confess. & convict. ex numero 16. Foller. in d. prax. crimin. in verbo Etsi confitebuntur, vers. tertio limitatur, in fine d. numero 20. Rimenal. jun. consil. 817. num. 36. vol. 7.* ubi dicit, quod oportet, ut sit facta coram Judice competenti, & legitimis præcedentibus indiciis, alioquin etiam quod sit facta in tortura, & ex post millies ratificata, non obest confitenti *l. pen.* ubi *gloss. & Bart. ff. de quæst. Carrer. in prax. crim. in princ. num. 47.* sequitur *Sebast. Guazz. ad defens. reorum defens. 52. cap. 1. in fine:* nam si hoc procedit in vera confessione, quanto magis procedere debet in

betzin ficta, quæ fictio veritati prævalere non debet, *Grzz. decis. 13. suo nu. 1.*

Quibus tamen nullitatibus respondendo Regius Fiscus dicebat, in decreto Magn. Cur. fuisse notorie gravatum, dum determinavit, prædictas nullitates obstare, 16 quia secunda de citatione satis est, quod Nuncius referat, se citasse reum, modo, & forma, ut supra; quamvis enim aliqui *DD.* fuerint in opinione, relationem factam in genere à Nuncio, se citasse, prout habuit in mandatis, vel modo, & forma sibi commissis non sufficere prout hanc negativam opinionem tenuerunt *Alex. cons. 201. num. 2. lib. Vestr. in pract. lib. 4. cap. 3. numer. 9.* ubi etiam allegat *Ægid. concl. 200. de re judic.* quia dicta citatio est obscura, & incerta, 17 tamen contraria sententia est communiter recepta, & eam tenuerunt *Bald. in dict. l. properandum, paragrapho & siquidem, numer. 13. C. de judic. Put. decis. 1. alias 48. in addit. de dolo,* & contum. *Vant. in d. tract. de null. ex* 18 *defect. citat. num. 97.* Alii tamen distinguunt, quod aut Judex committit executionem alternative, hoc est personaliter, vel domi, aut committit ordinate, prout communiter fit in citationibus ad capitula, quod Nuncius citet personaliter, & ubi personam non invenit, citet domi, nam primo casu, quia Judex alternative committit, vel personaliter, vel domi, si Nuncius in genere referat, citasse modo, & forma sibi commissis, vel modo, & forma, ut supra, tunc quia incertum esset, si cum citavit personaliter, vel domi, ex ipsa incertitudine redderetur nulla citatio, eo enim casu relatio generalis non valeret, quia illa alternativa non est certa, nisi per relationem ad juris dispositionem, quæ resolvit alternativam in copulativam subsidialem, ut citetur personaliter, si reperiatur, in subsidium vero quando non reperiretur domi, & quamvis certa sit Judici juris dispositio, quia citationem commisit, & sic per relationem valida redderetur, ut dixit *Bart. in d. l. 4. paragrapho Prætor, ait, numer. 3. ff. de damno infect.* tamen si secus est in relatione Nuncii, qui cum ignoret juris dispositionem, non possumus dicere, quod relatio ipsius ad eam referatur, & sic remaneret incerta, & obscura, & hoc casu procedit opinio *Alex. in cons. 2. numero 3. & 4. volum. 3. Marant.* in suo *speculo 6. part.* 19 *membr. num. 127.* In secundo vero casu, quando commissio fuit per Judicem ordinate commissa, & tunc quia relatio Nuncii se refert ad factum, quod cum sit certum, bene potest ab eo percipi, dicunt, generalem relationem valere, quam distinctionem esse communiter receptam dixit *Scacc. de judic. capit. 48.* ubi ex professo hanc materiam tractat, præsertim sub *num. 7.* sequitur *Sebast. Guazzin.* ubi etiam late *de defens. reor. defens. 10. capit. 4.* qui alios allegat, & quod talis relatio valeat, tenuit etiam *Baiard. ad Clar. in quæst. 31. num. 52.* post *Afflict.* & alios *Foller. in prax. crim. in verbo fiat relatio Nuncii, num. 14.* & hoc est, quod fuit decisum per S.C. in d. *decis. 322.* relata per *Franch.* de qua etiam decisione meminit *Guazzin.* in *loco* supra citato; verum 20 est tamen, quod si non exprimeretur in relatione, fuisse citatum domi, sed simpliciter reum citasse, servata forma commissionis, intelligeretur, domi citasse, ut constitueretur in minori culpa ex ficta, quam ex vera contumacia, *Scacc. ubi supra num. 8.* & ampliat, *num. 10.* quod quamvis non exprimatur, in domo suæ solitæ habitationis, nisi in commissione ita esset ordinatum, præsumi debere, executam fuisse in domo solitæ habi- 21 tationis, quia debemus favere validitati actus, quando subjecta materia patitur, *l. ubi ita donatur, ff. de donat. causa mort. Guazz. ubi supra* sub *num. 4. Bernat. decis. Bov. 57. nu. 3.*

22 Nec ulla probabili ratione, dicebatur, esse constituendam differentiam, quando Nuncius retulit, se reum intimasse in domo suæ solitæ habitationis, *modo, & forma sibi commissis,* quando dixit in domo suæ solitæ habitationis, *modo, & forma, ut supra* quando relatio fit immediate post commissionem citationis; nam 23 ratio decisionis in primo casu est, quia certum est, non solum illud, quod est certum de per se, sed etiam illud, quod est certum per relationem ad aliud, ut dixit *Vant. in d. tit. de nullit. ex defect. citat. num. 137.* ubi ait, quod si Nuncius referret, se executum fuisse, prout habuit in mandatis, vel prout in literis citatoriis continebatur, talis Nuncii relatio satis redditur certa, & clara per relationem ad aliud, & proinde valet, ex vulgato *text. in l. asse toto, ff. de hered. instit.* concordat *text. in l. si ita ff. de condit. & demonstr. l. leg. ff. de verb. signif.* cum aliis longa serie traditis per *Casanate cons. 56. & 57.* & per *Castill. de Sorimajor. de conject. ult. volunt. lib. 4. capit. 46. per totum, & Vant.* sequutus fuit *Scacc. in dict. capit. 48.* sub *numer. 7. vers. contrarium sententiam, & Guazz. in dict. capit. quarto numer. quarto* major ratio est, quando immediate post citationem dicitur à Nuncio, se citasse reum in domo suæ solitæ habitationis, modo, & forma ut supra, refertur enim ad formam, & modum citationis ordinatum per Judicem 24 in commissione, ratione relationis ad ipsam commissionem, *Ludov. Casanat. d. cons. 56. numer. 3.* videndus est etiam *Reg. Ioan. Francisc. Sanfelic decis. 125. numer. 8.* qui dicit, quod ex forma, & tenore commissionis regulatur Nuncii relatio, & sic quamvis non exprimat in domo solitæ habitationis, tamen regulatur à forma commissionis.

25 De tertia vero nullitate non fuit habita ratio, ex qua in facto bene Fiscus fundabat, adesse indicia sufficientia ad torturam quæ indicia an sint sufficientia, arbitrio Judicis est relinquendum, ut post *Gom. var. resolut. tom. 3. capit. 13. de probatione delict. Jacob. Novell. in prax. causar. crim. tit. quæ indic. præced. deb. numer. 17. & 21.* & alios probat *Menoch. de arbitr. in dict. casu 470.* & plenius in *tract. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. in princ. Cacher. dec. 79. Bars. cons. 201. Christoph. Crassi de indiciis delict. p. 4. cap. 37. num. 14.* & quidem plura concurrebant indicia in casu prædicto, nempe inimicitia orta inter inquisitum, & interfectum, ex causa amoris erga quandam mulierem, cum qua rem habebat, item fuit visus cum sclopo in eodem loco, ubi fuit patratum homicidium, aderat fama publica, absentatio statim post delictum, ubi fuit tantum visus in itinere, & adest confessio extrajudicialis, nullus alius datur percussor, & delictum fuit patratum de nocte, quæ indicia 26 licet adsint sufficienter probata, tamen negari non potest quod unus testis faciat aliqualem præsumptionem, & propterea quando non unum, sed plura extant indicia, licet singula per duos testes non sint probata, sed per unicum tantum, cum sint plures testes singulares, de singulis indiciis deponentes, tamen plures præsumptiones isto modo probatæ faciunt indicium ad torturam, ut in puncto decidit *Raphael Fulgos. in l. fin. C. fam. ercisc. Socin. cons. 54.* sub *numer. 2. vers. tertio, & ultimo, lib. 3. Gramm. cons. crim. 32. numer. 10. & decis. 34 numer. 35. Gabr. comm. concl. tit. de probat. concl. 1. numer. 27. Eugen. cons. 27. numer. 11.* tectè *Caball. resolut. crim. cent. 2. casu 193. numer. 2. Franc. Person. in tract. de indic. ad tort. numer. 63. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 9. numer. 9. Paul. Granat. theor. 23. numer. 14. Farin. de indic. ad tort. quæst. 37. numer. 38.*

Quibus omnibus mature discussis in Collaterali Consilio die 2.. Novembris 1644. fuit judicatum, esse deferendum recursui petito per Regium Fiscum, & postea fuit etiam sententia forjudicationis exequuta.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXI.

SUMMARIUM.

1 *Probationes, quænam requirantur, ut deveniri possit ad forjudicationem, tres sunt opiniones, prima ve-*

rior, secunda tamen receptior, numer. 2. & 4.
Indicia ad torturam, an sint sufficientia ad forjudicationem, ibid. nu. 1.

3 *Bulla Clericatus sufficiunt ad impediendam forjudicationem Rei absentis, non autem ad impediendum prolationem sententiæ mortis Rei præsentis, & ita observat* Mag. Cur. Vic. & Sac. Reg. Cons.

5 *Sola contumacia non est delictum, & ideò non sufficit ad forjudicationem faciendam.*

6 *Citari quis non potest in causa criminali de Iure Regni Neapolis, nisi præcedant indicia ad torturam.*

7 *Ad forjudicationem non potest procedi contra contumacem, vigore* Constit. Regni Pœnam eorum, *si non adsunt omnia requisita introducta* per d. Constit.

8 *Pœna capitalis introducta* per Const. Pœnam eorum *contra contumaces absentes est pœnalis, & iuris communis correctoria.*

9 *Ad inducendam forjudicationem plura requiruntur.*

10 *Citatio, quæ requiritur ad inducendam forjudicationem, quæ requisita habere debeat.*

11 *Citatio pro inducenda forjudicatione quomodo facienda sit, & ubi nulla est citatio, nulla etiam est sententia forjudicationis, ibid.*

12 *Forjudicatus an possit facere testamentum remissivè.*

13 *Deportatus potest condere testamentum.*

14 *Damnatus ad mortem non per forjudicationem, & sic propter contumaciam, sed existens in carceribus, an possit facere testamentum, & numer. 15. afferuntur decisiones M. C. V. & S. R. C. numer. 17. & 18.*

Et an testamentum anteà factum rumpatur, ibid. numer. 14.

Et an si aufugiat, & testetur ante exequutionem sententiæ, ibid. d. nu. 14.

16 D. Carolus de Rosa *laudatur.*

Materia forjudicationis in hac decisione fuit discussa, ac pariter de recursu, quod competit Regio Fisco in causis criminalibus, in quibus Fiscus non appellat, sed petit recursum; sic etiam fuit tractatum, quando recursus debeat concedi, & quem effectum habeat; ideo infrascripta observanda sunt.

Primò, quæ probationes requirantur, ut deveniri 1 possit ad forjudicationem, & in hoc articulo variæ fuerunt opiniones. Prima opinio fuit, quod requirantur plenæ probationes, *Spec. lib. 3. par. t. de accusat. §. sequitur num. 20. vers. sed pone, quam ibid. in a. dic. in verbo cognitas*, sequitur *Io. Avar.* atque DD. relati per *Farinac. de inquisit. quæst. 12. numer. 16. vers. imo*, & ita observari de stilo Franciæ testatur *Boerius decis. 63. num. 8. & 9.* & Mediolani *Boss. in tit. de requir. reis*, & ex Nostratibus *Foller. in pract crim. in 4. p. 3 par. vers. & si confitebuntur numer. 15.* quam sententiam probant ex *l. raptores, C. de Episc. & Cleric.* Secunda opinio fuit, quod requirantur inditia ad torturam, & hanc sequuti sunt *Natta cons. 594. numer. 14. vol. 3. Becius cons. 11. & D. Roviit. in rubr. de sentent. forjud. num. 36. sed D. Regens hic num. 25.* dicit, ac probat, quod arbitrio Judicis relinquitur, an inditia ad torturam sint sufficientia ad forjudicandum; Tertia fuit opinio *Guid. de Suzzar*, quem refert *Marsil. in repet. l. unica, C. de raptu virg. numer. 129. & cons. 82. numer. 40.* dicentis, non requiri probationes, nec inditia ad torturam, sed tantum contumaciam, & ita servari de facto, testatur, ac in praxi receptum esse asserit *Clar. in paragrapho fin. lib. 5. quæst. 44. vers. item quare ad quid, numer. 13.* & hanc quidem sententiam sequutus fuit *Affl. in Constit. Pœnam eorum numer. 47. de forbannit. & forjudic.*

Sed licet prima opinio verior sit, hancque communiter in terminis Statuti sequuntur Scribentes relati per 2 *Alex. in l. mora, numer. 13. ff. sol. matrim.* quæ concludenti ratione probatur, nam si in Reo præsente, qui potest se tueri, & suas excipere defensiones, requiruntur probationes concludentissimæ, *l. fin. ff. de probat.* multò magis in absente, cujus innocentiam, nemo ostendere potest, & hæc ratio tanti roboris est, quod 3 aliàs *Mag. Cur. Vic. vel Sac. Reg. Cons.* ad impediendum forjudicationem, admittit tantùm Bullas Clericatus, quæ non sufficiunt ad impediendam prolationem sententiæ mortis rei præsentis, ut refert *D. de Franch. decis. 319.*

Tamen secunda opinio moribus utentium recepta 4 est, ut de ejus observantia testatur *D. Rovitus ubi supra numer. 36.* ac tertia opinio *Guid. de Suzzar, & Afflict.* non est vera, ex his, quæ considerat *D. Rovit.* ex doctrina *Baldi in l. fin. C. de crim. stellion.* cum nulla lex dicat, quod contumacia sola sit delictum, 5 tùm etiam, quia Jure Regni *ex pragm. 39. de offic. Mag. Iustit.* statutum est, non posse quem citari, nisi præcedant inditia ad torturam, & aliter emanata cita-6 tio est nulla, sicut communi consensu asserit *Clar. qu. 20. vers. ad firmandam*, ad quos se remittit *D. Rovit. in dict. pragm. 39. numer. 3.* & ex citatione nulla, nullum dicitur bannum, ut notat idem *Afflict. in d. constit. Pœnam eorum nu. 16.*

Secundò observandum erit, non posse procedi ad 7 forjudicationem si non concurrunt omnia requisita, *dict. Constit. Pœnam eorum*, hoc enim genus condemnationis introductum est per *dictam Constitutionem Pœnam eorum*, quæ si locum non invenit, certum est non posse practicari forjudicationem, quod probatur, nam *dicta Constitutio*, qua pœna capitalia 8 absentium introducta fuit est pœnalis, & juris communis contraria, ex ea enim corriguntur plures leges, nempè *text. in l. absentem ff. de pœnis, in l. absentem C. de accusat. & in l. prim. ff. de requir. reis*, imò non solum contra jus commune, sed etiam contra omnia Jura Mundi, ut asserit *Angel. in dict. l. prim.* quem refert, & sequitur *Boer. decis. 63. numer. 10 & Cartar. in tract. de exeq. sentent. capto bandito, capit. fin. numer. 225.*

Tertio observa, quod ad inducendam forjudicatio-9 nem requiruntur, ut dicit *Afflict. in eadem Constitutione Pœnam eorum numer. 15.* & præsertim citatio ad informandum, ut tradit *numer. 26. Foller. in pract. par. 1. partis secundæ in verb. forjudicentur, numer. 27. & in verb. vel eos verbaliter citare faciant numer. tertio cum seq.* quæ citatio communiter à *DD.* vocatur ad respondendum inquisitioni, *Spec. lib. tertio par. prima tit. de accusat. paragrapho sequitur numer. 6. Cartar.* post alios *in pract. de interrogat. reorum lib. primo capit. primo numer. primo* & quæ requisita habere debeat 10 dicta citatio, & qui sint citandi tractavit *D. Regens decis. 74. lib. primo* ubi *Nos in observat.* plura observatione digna diximus, quæ hic brevitatis causa non repeto.

Quomodo autem sit facienda citatio, habetur *per* 11 *D. Regentem num. 8. 9. 10. & 11.* qui *numer. 12.* probat, quod ubi nulla est citatio, pariter erit nulla sententia forjudicationis, ex *Dom. de Franchis decis. 324. & aliis*, quos citat.

Quartò observo circa articulum, an forjudicatus 12 possit facere testamentum, in quo articulo revidendus *D. de Marin. cap. 332. lib. 1. num. 6.* ubi exemplum adducit cum decisione *S.C.* vide *Farinac. in repertor. qu. crimin. quæst. 26.* ubi se remittit *in repert. de ultim. volunt. qu. 39. in princ.*

Quintò observa, quod deportatus testari potest, de 13 qua quæstione agit *Molfes. par. quarto quæst. 47. numer. 16* ubi testamentum erat conditum per deportatum, qui à sententia condemnationis appellaverat, & appellatione pendente testamentum fecit, qui postea obiit, nam ejus testamentum etiam de jure

digesto.

digestorum est validum, *l. qui à latronibus* 13. §. *fin. ff. qui testam. fac. poss. l. si quis* 6 §. *ejus qui*, *ff. de injust. rupto*, *& irrito testam.* sed videndum est *Farinac. d. q.* 39. ubi plures ampliationes tradit *à num.* 14 *per tot. nu.* 18. refert etiam *D. de Marin. ibid. nu.* 7.

Sextò observo, quod damnatus ad mortem natura-
14 lem, non per forjudicationem, & sic propter contumaciam, sed quia est præsens, & in carceribus constitutos, non potest testari, ite *Bart. & DD. in l. ejus*, §. 1. *ff. de testam. Clar. in §. testamentum quæst.* 21. aliique relati *per Farinac. d. quæst.* 39. *num.* 1 qui *num.* 2. hanc regulam ampliat, ut etiam testamentum antea factum rumpatur, & irritum fiat, ex *Claro d. quæst.* 21. *in princ.* item amplist *num.* 3. ut nec etiam ad pias causas testari valeat, ad quod citat *Aret. in §. fin. num.* 4. *Instit. quib. non est permiss. fac. testam. Clar. in d. §. testamentum, quæst.* 5. *vers. quæro quid in damnato*, *Covarr. & Capr.* ibi adductos, & quarto ampliat etiam si condemnatus sit ad mortem naturalem, etiam si post condemnationem aufugiat, & testetur antequam fiat exequutio sententiæ, ex eodem *Claro in d. §. testamentum quæst.* 19. *vers. aliquando verò*, *& d. quæst.* 21. *vers. sed quid si reat*, *& Capra conclus.* 102. *num.* 104. *& seq.* hanc autem regulam limitat *Farinac.* pluribus in casibus *ibid. à num.* 5. *per tot. num.* 12.

Sed cum per *M. C. V.* fuisset condemnatus ad mor-
15 tem naturalem *Ioseph Ardunus*, Sacellum Beati Caetani Thienei constructum intus Ecclesiam Divi Pauli Congregationis Clericorum Regularium sibi hæredem ex testamento vocavit, cujus testamenti nullitatem proposuit Anella Ansalone ab intestato hæres, & quod sit factum post sententiam ipsi testatori laquei supplicium irrogantem.

16 At pro dicto Sacello Beati Cajetani dicebat *D. Carolus de Rosa* Advocatus, & si juvenis, tamen doctus, quod licet jure digestorum attento, testamentum conditum à damnato ad mortem est nullum, *ex d. l. ejus qui* 8. §. *fin. ff. qui testam. facere poss. & ex l. lex Cornelia §. si quis librum*, *ff. de injur. & ex l. si quis filio* 6. §. *irritum, ff. de injusto rapto*; ac ita etiam tenere quamplures Doctores, inter quos adducebat *Harprecht. ad Clar. in d. quæst.* 21. *num.* 2. *Berlich. pract. conclus. part.* 3 *conclus.* 8. attamen attento Jure *Codicis, & Authen.* damnati ad mortem naturalem testamenti factionem tenent, citans *Salic. in auth. sed hodie*, *C. de donat. inter vir. & uxor. Alber. in d. l. ejus qui paragrapho* 1. *numer.* 1. *& in Auth. bona damnat. numer.* 2. *C. de bon. proscript. Clarum in d. paragrapho testamentum quæst.* 21. *numer.* 1. *Camill. Borrell. in summa decis. tit. de testam. numer.* 81. *P. Dianam resolut. moral. par.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 120. & ita servari in Urbe Romæ, *ex Farinac. in p. ali. crimin. par.* 2. *quæst.* 102. *inspect.* 2. *num.* 131.
17 atque ita pluries *Mag. Cur. Vic.* judicasse *in anno* 1588.
* 15. *Septembris* in causa præambuli Lutii Durante, de *anno* 1625. 19. *Octobris* in causa præambuli Vincentii Coqui, *de anno* 1637. *die* 20. *Iunii* in causa Josephi, & Flaminii Salese, cum Sidonie, & Catherina Palermo super validitate testamenti quondam Joannis Matthæi Palermo.

Et propterea per *Mag. Car. Vic.* in banca Jaonutii
18 Bambace *sub die* 27. *Iunii* 1662. referente *Domino Iudice Don Ioanne de Dura* cum interventu *Dominorum Iudicum Muscettula*, *& Salamanca* fuit interpositum decretum præambuli in beneficium dictæ Cappellæ, salvis juribus respectu bonorum antiquorum prætensorum per Anellam Ansalone; quæ cum appellasset *ad Sac. Cons.* commissa causa *Domino Consiliario Hodierna*, compilato processu fuit per *Sac. Cons.* confirmatum decretum præambuli, in banca de Spera.

Michael Angelus Gizzius.

Dum imprimebatur hæc Observatio CLXI. Obiit dictus Doctor Michael Angelus Gizzius Auctor harum Observationum hac die Sabbati 13. mensis Februarii M. DC. LXVI. ætatis suæ annorum LXV. & mensium duorum, quia natus erat die 13. Decembris anni M. DC.

ARGUMENTUM.

Mercedis remissio in locationibus an, & quando fieri debeat, quando fuerunt revolutiones in Civitate.

SUMMARIUM.

1 *Locationes in hac Civitate Neapol. à quo tempore incipiant, & pensionis solutio pro interetu, & extra quando sit facienda.*

2 *Locationes ædium, sive domorum in hac Civitate non sunt difformes, sed uniformes, quod etiam fuit tempore Romanorum.*

3 *Revolutiones in hac Civitate Neap. à quo tempore caperunt.*

4 *Conductor ut ad pensionem teneatur, debet uti frui re conducta, nam sicuti ex contractu locationis acquiritur actio locatori adversus conductorem pro mercede, ita è converso conductori ad uti fruendum re locata.*

5 *Inquilinus præstat pensionem propter usum rei conductæ, & ideo quando est impeditus, debet ei fieri mercedis remissio: intellige cum distinctione in nu. seq.*

7 *Periculum rei locatæ non ad conductorem, sed ad locatorem spectat.*

8 *Mercedis remissio tunc debetur, quando bellum, vel incursus hostium supervenit, vel non potuit prævideri tempore locationis, secus autem si prævideri potuit.*

9 *Bellum quando prævideri non potest, inter casus fortuitos connumeratur.*

10 *Mercedis remissio non datur, quando tempore locationis bellum erat præparatum, vel prævideri poterat.*

11 *Mercedis remissio debetur ex casu fortuito, vel insolito.*

12 *Conductor si sit impeditus uti frui re conducta, ei debetur mercedis remissio, saltem pro rata.*

13 *Mercedis remissio non solum fit propter bellum, verum etiam si adesset belli timor.*

14 *Belli timor est prior ipso bello.*

15 *Pax ubi non est, in consequentiam est bellum, quia sunt correlativa.*

16 *Civitates duæ si permaneant sub diligenti custodia, & continuo timore, idem judicatur de illo tempore, quod de bello manifesto.*

17 *Conductoribus in Regno Valentiæ causa expulsionis Maurorum ex dicto Regno fuit dictum, competere mercedis remissionem.*

18 *Conductori ædium ex causa belli, vel belli timoris debet fieri pensionis diminutio, sed ex quolibet casu insolito.*

19 *Conductor potest nova causa superveniente à locatione discedere, & rem locatam amittere.*

Amplia, ut nu. seq. & 21.

22 *Conductor si domum conduxit pro scholaribus venturis ad studium, his deficientibus ex causa belli supervenientis, est ei facienda mercedis remissio.*

23 *Locationis contractus, quamvis expressè non fiat pro aliquo exercitio faciendo in domo conducta, tamen est præsumendum, quod conductor pro suo particulari ministerio illam conduxit.*

24 *Remissio mercedis est facienda conductori, non solum*

pro tempore, quo duravit pestis, vel bellum, sed etiam pro illo tempore, quo propter illius timorem non fuit in eius accessus.

25 *Commercii amissio est sufficiens causa ad obtinendam mercedis remissionem pro re conducta.*

26 *Gabellario, seu Arrendatori debetur diminutio mercedis, non obstante, quod fuerit conventum, remissionem ex qualibet causa non posse peti.*

27 *Conducens domus pro hospitiis retinendis, si propter guerras nullus Peregrinus potuit transire, ei debetur mercedis remissio, quia sterilitas præter spem supervenit.*

28 *Mercedis remissio an debeatur, non obstante renunciatione casus belli, famis, pestis, & similibus, & quocumque casui & eventui solito, & insolito.*

29 *Contractus tempus semper est attendendum in qualibet dispositione, si aderat; vel ne commercium in Civitate.*

30 *Remissionem mercedis debere fieri ob causam pestis, vel belli, regulare est.*

31 *Decisio S. C. relata per* Afflict. dec. 228. *ubi apparet denegata mercedis remissio ob causam pestis, fuit fundata in Consuetudine.*

32 *Conductori debet fieri mercedis remissio pro illo tempore, quo apparet, adfuisse obsidiones in Civitate à Regiis Rebellibus.*

33 *Inquilinus si pro uno tantum mense non potuit habitare, pro dicto mense est ei facienda pensionis remissio.*

34 *Inquilinus migrando è domo conducta ante tempus, non solum tenetur ad integram pensionem, sed etiam interesse.*

Limita ut num. seq. & 36.

37 *Pestis superveniens an sit iusta causa migrandi è domo conducta.*

38 *Conducenti pedagium à Communi, si propter mortalitatem gentes non transierunt per locum, ubi exigebatur, non debetur mercedis remissio, quia homines transire desiêrunt casu, non a certi corporis qualitate.*

39 *Pestis in loco contractus brevi tempore durans facit cessare mercedis remissionem, secus autem si est diuturna.*

40 *Conductori debetur mercedis remissio, si tempore contractus locationis aderant in domo mali spiritus.*

41 *Spectrorum apparitio in domo iustam migrandi causam præbet.*

42 *Spectra iustam causam rescissionis contractus non præbent, tam de iure Romano, quam Gallico.*

43 *Conductores quando non possunt habitare in domo conducta, debent denunciare locatoribus, & ipsis claves tradere, & nu. 47. & 48.*

44 *Denunciatio est necessaria, quamvis locator de casu fortuito notitiam habeat: alias conductores ad totam pensionem tenentur, nu. seq.*

46 *Inquilinus etiam si adsit iustus timor migrandi sed non recessit a domo conducta, integram mercedem solvere debet.*

49 *Conductor deserendo domum sine denuntiatione, non dum tenetur ex locato, sed etiam ad interesse, & nu. seq.*

51 *Casus fortuitus absque locatoris culpa, ipsum non obligat, neque ad damnum, & interesse, neque ad mercedis remissionem, nisi damnum sit intolerabile.*

52 *Conductor modicum damnum æquo animo ferre debet.*

53 *Remissio mercedis occasione belli, vel pestis fit, quando conductor ex re conducta nihil percepit.*

54 *Conductori, qui ex causa pestis se absentavit, non fit pensionis remissio, si in domo conducta retinuit res suas.*

55 *Conductores si aliquam artem, sive liberalem, sive mechanicam exercent, & lucrari non potuerunt tempore belli, an eis sit facienda mercedis remissio, & numer. 58. & 59.*

56 *Remissio mercedis fit conductori propter damnum, non autem propter lucrum, quia a pari non procedunt, damnum pati, & lucrum amittere.*

57 *Lucri cessantis ratio in conductore habet solum locum, quando in aliquo casu contingit culpa locatoris.*

60 *Conductores si pro aliquo magisterio exercendo domum conduxerunt, sufficit, quod in domibus locatis habitaverint, quamvis eorum magisterium non potuerint ita commode ibidem exercere.*

61 *Pensio est solvenda, quamvis ex re conducta nihil percipiatur, vel lucretur, dummodo adsit facultas utendi ipsa re.*

62 *Conducenti datium salis à Communitate non debetur mercedis remissio ex eo, quod vendidit minorem salis quantitatem, nisi esset læsus ultra dimidiam.*

63 *Remissio mercedis non est facienda conductori, cui ob generale Principis proclama fuit vetitum seminare in re conducta orizam, si bona sunt acta ad alios fructus producendos.*

DECISIO CLXII.

Adest in hac Civitate Neapolis frequentissimus usus: ut multi habitantium in ea, proprias domus non habeant, sed illas conducunt ob eorum Dominis per anni circulum. & quasi quolibet anno solent 1 migrare de una in aliam domum in 4. die mensis Maii, juxta *pragmaticam* editam de anno 1611. quæ est 3. sub *tit. de loc. & cond.* ubi etiam destinatur tempus solutionis pensionis, hoc est medietas pretii totius anni in medietate mensis Julii, & vocatur solutio pro introitu, alia vero medietas in fine anni, & vocatur solutio exitus, licet antea aliter erat dispositum, ut in *pragm.* 1. eodem *tit.* & in *Consuet. Sed si fundum, tit. de locat. & 2 conduct.* & sic locationes ædium, sive domorum in hac Civitate non sunt difformes, & hoc fuisse etiam tempore Romanorum, advertit *Reg. Rovit. in d. pragm.* 1. *ubique Ferdinand.* Fil.

3 Accidit in anno 1647. quod fuerunt in Civitate tres Populares seditiones, sive revolutiones: una ipsorum in die 7. Julii: alia in die 21. Augusti: alia vero in die 5. mensis Octobris, quæ ultima duravit usque ad diem 6. Aprilis anni sequentis, & sic fere per sex menses, infra quod tempus fuit Civitas divisa in duas partes, una enim erat obediens Regi Nostro Invictissimo, alia vero inobediens, licet in ea parte inobediente maxima pars ipsius, quamvis in corde esset devota nostro Regi Hispaniarum, attamen remanebat oppressa à multitudine plebis inobedientis, & sic utraque pars Civitatis erat aggeribus vallata, & quotidie inter eos præliabatur cum tormentis æneis, bombas emittendo, ac omnia alia hostilia faciendo, quæ in belli cimento fieri solent, per quod temporis spatium ita inimica inter se permansit, ut omne negotii commercium fuerit fere extinctum, & sublatum, nec Tribunalia penitus regebantur. Quiete tamen in dicto die 6. mensis Aprilis [Omnipotentis Dei gratia] largita, ac negotiatione iterum introducta, & apertis Tribunalibus, quia nonnullæ erant ortæ lites in M. C. V. respectu prætensarum remissionum mercedis inter locatores, & conductores domorum, qui prætendebant pensiones non solvere, & locatores integras eis deberi, dicebant, propterea fuit per d. M. C. facta consultatio S. E. quomodo se regulare deberet, & introducto negotio in Collat. Consil. ut ad tot, tantasque lites evitandas per decretum generale judicaretur, quid erat per Tribunalia exequendum in dicto

in dicta materia, ut diversæ proferrentur sententiæ, examinatis propterea juribus inter Nos, pro utraque parte facientibus, fuit consideratum.

Primo pro parte conductorum, quod conductor ut 4 ad pensionem teneatur, debet uti frui re conducta, nam sicuti ex contractu locationis acquiritur actio locatori adversus conductorem pro mercede, ita etiam conductori datur actio ad uti fruendum re locata, & sic ad hoc ut conductor teneatur ad mercedis solutionem, debet libere, & plene uti frui re conducta, *l. si quis domum, l. si tibi, & l. ex conducto, paragrapho 1. ff. locati, Gomez. var. resolut. tom. 2. capit. 3. Connan. lib. 7. comment. capit. 11. Carroc. de loc. & cond. p. 6. qu: 2. vers. quando competat actio ex conducto, Petr. Greg. syntagm. num. 3. p. lib. 27. cap. 1. Moz. de contract. tit. de loc. & cond. Christin. dec. 117. numer. 2. tom 3.* ex quo fit, quod cum non potuerint uti frui re conducta, propter bellum in Civitate, sequitur, quod non teneantur ad pensionis solutionem: Inquilinus enim præstat 5 pensionem propter usum rei conductæ, & ideo dum fuit impeditus, debet ei fieri mercedis remissio, juxta doctrinam *Cast. in l. cum in plures. ff. locati, Boer. dec. 149. numer. 5. Connan. d. lib. 7. cap. 11. numer. 13. Sard. cons. 34.* cum hac tamen distinctione quia quando im-6 pedimentum provenit ex culpa locatoris, tunc locator tenetur ad omne interesse, & damnum, quando vero absque ejus defectu, & tunc tenetur ad remissionem mercedis, etiam lucri cessantis, *Bursat. cons. 309. num. 6. Altograd. cons. 21. numer. 51. l. si merces, §. vis major, D. loca §. penult. Instit. eodem tit. l. si in lege, §. colonus, ff. locat. Alex. cons. 24. num. 1. lib. 6. Socin. sen. consil. 156. nu. 4. lib. 1. Ruin. cons. 23. numer. 5. & cons. 65. numer. 3.* 7 *lib. 1. Menoch. cons. 55. numer. 14. & cons. 246. numer. 1.* & periculum rei locatæ, non ad conductorem, sed ad locatorem pertinet, ut ex dictis juribus. Sed quod attinet ad bellum, quod fuit in Civitate, quamvis non fuerit usus domorum impeditus facto locatoris, mercedis remissionem deberi, habetur ex *Bal. in tit. de pace constant. in verbo vasalli, qui tempore. num. 2.* ubi 8 distinguit, quod si Guerra, vel incursus Hostium supervenit, vel non potuit prævideri tempore locationis, & remittitur pensio: sin autem erat bellum, vel prævideri potuit, & non remittitur, *Bart. in d. l. ex conducto, paragrapho si vis, ff. locat. Dec. cons. 319.* idem *Bald. in l. inter causas, paragrapho abesse, ff. mandat. & in l. si* 9 *casum, C. de usur.* nam bellum connumeratur inter casus fortuitos, quando prævideri non potuit, *d. l. ex conducto, §. si vis tempestatis, Bald. in d. verbo vasalli, qui tempore, num. 1.* sicuti etiam non datur remissio, quan-10 do tempore locationis bellum erat præparatum, vel prævideri poterat, *Remnold. jur. cons. 28. Quintil. Mandos. cons. 87. Reg. Galeot respons. Fiscal. 13 nu. 39.* 11 & quod ex casu fortuito, vel insolito debeatur remissio mercedis, est text. in *d. l. ex conducto, paragrapho si vis, & l. si merces, paragrapho vis major, ff. locat. Covarr. practic. quæst. cap. 30 Franc. de Claper. in cent. cons. fiscal. caus. 44. quæst. unic.* ubicunque enim conductor im-12 peditur uti frui re conducta, mercedis remissio ei debetur, saltem pro rata, *cap. propter sterilitatem*, ubi *August. Barbos. DD.* colligit, *extra locat.* immo non solum ob bellum fit remissio mercedis, ut post alios di-13 xit *Bursat. cons. 81. num. 8. vol. 1. Vuesembec. cons. 45. in fin. vol. 1. Carroc. de locat. & conduct. par. 4. de remi. mercedis. quæst. 8. numer. 8. Io. Baptist. Gargiar. cons. 96. num. 79.* verum etiam si adesset belli timor, *l. habitatores, paragrapho 1. ff. locat. Alba cons. 736. numer. 1. Lucione. comm. concl. 12. vers. ampliatur secundo, Coler. cons. 1. nu. 130 Muta in cap. Rega. Sicil. tom. 2. cap. 29 Regis Federici, & dec. 3. sub numer. 21. Gargiar. dict. consil. 98. numer. 81. cum seqq* ubi affert *Sener. in traged.* qui ait, 14 quod pejor est bello, timor ipse belli, *Vivi. comm. opin. tom. 1. opin. 247. Io. Vincent. de Anna Aleg. 21. numer. 24. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 27. tit. 6. numer. 7.* ubi 15 etiam dicit, quod ubi non est pax, ergo est bellum, cum sint correlativa, immo quod quando duæ Civitates stant 16 sub diligenti custodia, & continuo timore, idem judicatur de illo timore, quod de bello manifesto, *Io. Iacob. de Leonard. inter consil. Brunsfond. cons. 117. num. 168. p. 1. Anchar. consil. 8. Hieron. de Leo decis. Va-*17 *lent. 174. tom. 2.* ubi decisum refert, ex causa expulsionis Maurorum ex dicto Regno Valentiæ competere conductoribus remissionem mercedis, & quod nedum 18 ex causa belli, vel belli timore, sed ex quolibet casu insolito debeat conductori fieri diminutio pensionis. *Christin. in Consuetud. Molchinens. tit. 8. art. 14. in additionibus, fol. 309. Carond. lib. 3. respons. 58. num. 4. Gayl. lib. 2. observ. 23. & 52. Renat. Coppin. ad leges Andegavenses, lib. 3 cap. 2. tit. 2 num. 20. & de Sacr. Politia lib. 3. cap. 7. Gothofred. in d. l. habitatores, §. item; Hieron. Panschman. practic. quæst. part. 2. qu. 13. Reg. Galeot. respons. fiscal. 17. Larrea in respons. fiscal. tom. 1. al-*19 *leg. 28. Ego ipse consult. 40. par. 1.* & quod possit conductor nova causa superveniente à locatione discedere; & rem locatam dimittere, *Io. Baptist. de Sancto Blas.* impressus in fine *prax. Iudic. Io. Bapt. Asinii cap. 3. Gratian. discept. forens. c. 534. ex n. 48. Fontanell. dec. 261. n.* 20 *8. & dec. 137. numer. 19. tom. 2.* & nedum in illo casu, in quo per locatorem, vel aliam impeditur uti frui re conducta in totum, sed etiam in parte, *Sardus dec. 295. numer. 17. Fontanell. dicta dec. 137. numer 13.* & quod tali casu non possit cogi ad solvendum affictum, *Mantic. Rot. Rom. 146. Hieron. de Leo dec. Valent.* 21 *124.* quod ampliatur, etiam in eo casu, quando conductor non potest uti frui re conducta ad usum destinatum ex aliquo casu fortuito, *Burat. dec. Rot. Rom. 20. num. 1. & 2*

Ex quibus dicebatur, quod etiam respectu illorum, qui in domibus locatis habitaverunt, non obstante bello, quod nihilominus eis erat facienda remissio, quia sublato commercio, ob bellum defecerunt negotia, & sic non potuerunt uti domibus locatis ad usum, per ipsos conductores destinatum, ad quod adducebatur doctrina *Paul. de Castr.* post *Bart. in d. l. ex conducto, & in l. cum in plures ff. locat.* quem refert, & sequitur *Camill. de Medic. cons. 141. numer.* 22 *5.* ubi quod si quis conducit domum pro Scholaribus venturis ad studium, his deficientibus ex causa belli supervenientis, quod conductori est facienda mercedis remissio, idem firmat *Bossius* in casu pestis in *tit. de remissione mercedis, numer. 4* post *Bar. in d. l. cum in plures, Aret. cons. 52. Imol. cons 57. Roman. cons. 178.* 23 & quamvis in contractu locationis non exprimatur, conduxisse pro faciendo in domo aliquod exercitium, tamen ita est præsumendum, quod pro suo particulari ministerio conduxit, *Bart. in d. l. cum in plures, Roman. d. cons. 178* & non solum debet fieri remissio pro 24 tempore, quo duravit pestis, vel bellum, verum etiam pro illo tempore, quo propter illius timorem non fuit tutus accessus, *Anchar. d. cons. 78.* quia solus de-25 fectus omissionis commercii est sufficiens causa ad obtinendam mercedis remissionem, *Mar. Giurb. obs. forn. 24. par. 1.* ubi plene de materia post *Anchar.* 26 *consil. 40.* & sub *numer. 11.* decisum refert, Gabellatio, seu Arrendatori, qui per plures annos conduxerat cum omnibus commodis, & incommodis, quia residebat illic Papa, qui postea recessit, & ex hoc gabellæ commoda fuerunt valde diminuta, deberi nihilominus diminutionem mercedis, non obstante, quod fuerit conventum, remissionem ex qualibet causa non posse peti, & *Anchar. d. cons. 40. in fine* dicit, alias consuluisse, quod cum quidam de Eugubio, credens, 27 transire Romipetas, sive Peregrinos, qui Romam petunt per dictam Civitatem, conduxerat multas domus pro hospitiis retinendis, quia propter guerras nullus potuit transire, debebat fieri remissio mercedis, quasi sterilitas præter spem supervenerit, *l. cum in plures, §. 1. ff.*

1.ff.locat. ubi *Bar.* hoc etiam decisum refert *Mastrill. de* .299. *tom.* 3. ubi dicit, quod non obstante renunciatione casui belli, famis, pestis, temporum sterilitatis, populorum revolutionis, & omni alio, & quocunque casui, & eventui solito, & insolito, cogitato, & incogitato; etiam si talis fuerit, quod de eo opus esset fieri specialem mentionem, gabellæ conductori commercio impedito fuit facta mercedis remissio, aliam decisionem in casu simili refert *Mone.* .. *dec.*8.sub *tit. de locat.* confert etiam id, quod dixit *Mur. Ant. Marcerat. var. resolut. lib.* 2. *resolut.* 26.*numer.*10. quod de-29bet attendi tempus contractus, quod aderat in Civitate commercium, & ideo eo sublato non esse locum 30contractui assecurationis, & est regulare ob causam pestis, vel belli, debere fieri conductoribus mercedis remissionem, ut post alios dixit *Philibert. Marchan. de bello divin. p.*9 *cap.*3.*Franc. Ansald. cons.* 88.

31 Nec prædictis dicebatur posse obstare decisionem Sac. Consil. relatam per *Afflict. dec.* 25. ubi apparet denegata mercedis remissio ob causam pestis, quia Sacr. Consil. in dicto casu se fundavit in consuetudine, ut *ibi* 32 asseritur, & advertit *ibidem Urssanell. in addit.* & quod attinet ad bellum, debere fieri remissionem mercedis conductori in quarta parte pensionis, quia pro dicto tempore fuerunt obsidiones in Civitate à Regiis Rebellibus, habetur ex *Pappon. lib.* 13. *tit.* 9. *arrest.* 4. *in appendice arrest.* & sic esse faciendam mercedis remissio-33nem, concludebat, quod tanto magis procedit in inquilino, cui, etiam si per unum mensem non potuerit habitare, sit remittenda pensio pro dicto mense, *Rip. in tract. de privileg. contract. caus. pest. numer.* 26. sequitur *Mar. Giurb. d. observ.* 2a. *p.* 1. sub *nu.*21. versus *finem.*

Pro parte vero locatorum quamvis nihil fuerit dictum, neque allegatum, tamen quia tractabatur de interponendo decreto generali per Collaterale Consilium ad sedandas, & dirimendas lites, quæ oriri poterant in hac Civitate post quietem illius quæ (Dei gratia) fælicissime successit, fuerunt distincti plures casus, & primus fuit respectu illorum conductorum, qui ob tormenta bellica, ac ictus scopictorum cum quibus diu, noctuque continue præliabatur in locis, qui erant prope aggines, seu trincheras, fuerunt coacti relinquere 34habitationes, & alibi migrare, nam & si inquilinus ante tempus migrare è domo conducta nequeat, & contrafaciens non solum tenetur ad integram pensionem, 35sed etiam ad interesse, *l. Dominus*, § *fi. ff. loca.* verum hoc non procedit, si adsit justa migrandi causa, quia tunc agere potest, ut remissa pensione eidem migrare liceat, *l. qui bona* §. *si illo, ff. de damn. infect. l. inquilino, ff. eodem tit.* cum aliis per *Gayl. lib.* 2. *observ.* 23. *nu.* 6. qui dicit, quod justa causa est, si inquilinus ruinam metuat etiam si re vera nullum adhuc subsit periculum, sed tamen probabiliter, & verisimiliter evenire posset, per *text. in d. l. habitatores.* §. *fi. & l. si quis fumo*, §. *dicitur, ff. ad leg. Aquil.* quod etiam est intelligendum, si 36post contractum locationis justi timoris causa superveniat, *Bal. cons.* 366. *vol.* 1. *Abb. in d. cap. propter sterilitatem, num.* 9. *ext. locat.* Fuit tamen dubitatum, utrum 37pestis superveniens sit justa causa migrandi? & in dicto casu non conveniunt DD. *Abb.* etenim in *d. cap. propter sterilitatem.* 8 affirmativam tenuit opinionem, & eum sequitur *Soc. sen. cons.* 44. *num* 4. *vol.* 1. *Bertac. de gabell. par.* 2. *numer.* 25. licet dicat, quod quamvis de jure verum sit, tamen in practica vix obtineri posset. 38Contrariam autem opinionem tenuit *Bald. in d. l. licet, num.* 8. *C. locat. in* 3. *quæsito*, ubi, quod si quis conduxit pedagium à Communi, & propter mortalitatem gentes non transiverunt per locum, ubi exigebatur, tenet, non deberi mercedis remissionem, quia homines transire est à casu, non à certi corporis qualitate, unde conductor casum, & fortunam conduxit, ut etiam si nihil percipiat, debeat solvere, quod promisit, *l. si jactum retis, ff. de act. emp.* & dixit *Bal.* quod hæc est veritas, ut notat *Bar. in l. cetem.* §. *qui maximos, ff. de public. & vectig.* & cum opinione *Bald.* concurrit *Gayl. in loco* 39 citato *numer.* 7. cum hac tamen distinctione, quod si pestis in loco contractus brevi tempore, durat non debetur remissio, at si est diuturna, quod in isto casu debetur: & est ratio, quia merces datur pro usu rei conductæ, quod si ea per totum temporis spatium uti non potest, satis esset iniquum, rei usu carere, & totam pensionem solvere, hanc etiam distinctionem sequitur *Paul. Christinæus dec. Curiæ Belgicæ* 112. *tom.* 3. qui 40etiam infert ad quæstionem, quando in domo adsunt mali spiritus, & adducit *Gothofr. in d. l. habitatores*, §. *iterum*, qui dicit, obtinuisse mercedis remissionem, quia tempore contractus locationis conductor ignorabat, 41 malos spiritus in domo versari, cum spectrorum apparitio justam præbeat migrandi causam, *Carroc. de locat. & conduct. part.* 3. *tit. de mercedis remissione, nu.* 41. & 46. licet contrarium in dicto casu teneat *Lude-*42*vic. Carond. lib.* 7. *respons.* 232. ubi putat jure Romano, vel Gallico spectra justam causam rescissionis contractus non præbere, & ita respondisse, & judicasse, & Curiam per modum provisionis sequutam esse, scribit, quod etiam probavit Senatus Parisiensis, ut refert *Renat. Coppin. lib.* 3. *cap.* 7. *de sacr. polit. num.* 10. *cum seq.*

Secundus casus est respectu illorum, qui habitationem continuaverunt, ex eo, quia non erant in eo periculo, ne domus à tormentis bellicis devastarentur, 43 respectu quorum considerabatur primo, nam isti conductores nihil denunciaverunt locatoribus, juxta dispositionem *tex. in l. item quæritur*, §. *exercit. ff. locat.* neque ipsis tradiderunt claves, prout tenebantur, ad hoc ut à solutione mercedis excusarentur, *Io. Franch. de Sancto Nazario in tract. de peste, in* 4. *car. in* 1. *col. in vers. secundo dubitatur, verb. sed subtiliter dubi-*44*tatio*, *Addent. ad Affl. dict. dec.* 258. quæ denunciatio est necessaria, quamvis locator de casu fortuito notitiam habeat, nam illa operatur, ut locator teneatur ad factum, & proinde etiam scienti est denunciandum, ad *text. in l. denunciasse*, post *princ. ff. ad l. Iul. de adult. Celsus Ugo cons.* 18. *numer.* 10. *Kimioald. jun. cons.* 40. *numer.* 31. *Socin jun. cons.* 4. *numer.* 34. *vol.* 2. sed con-45ductores in habitatione continuaverunt, quia quamvis essemus in eo casu; quod possent conductores à locatione discedere, tamen si in habitatione permanserunt, nihil locatori denunciando, ipsis est imputandum, & propterea ad totam pensionem tenentur, ita *Paul. de Castr. in l. si merces, paragrapho si vicino, ff. locat.* per *tex. in l. quod si domus. ff. eod. Bar. in l. habitatores, paragrapho item interrogatus*, & ibi etiam *Alberic. in fi. & in l. qui insulam, num.* 1. *ff. eod. tit. Fulgos. & Salyc. in d.* §. *item interrogatus*, & alii per *Io. Baptist. Gargiar. cons.* 52. *num.* 16. & 17. quod procedit, 46etiam si adsit justus timor, sed non recessit inquilinus à domo conducta, nam debet solvere integram mercedem, *Carroc. de locat. & conduct. tit. de remiss. merced.* 47*quæst.* 8. *num* 20. *vers. secundus est casus*, sic etiam in eo casu, quando inquilinus potest recedere à conductione, & à contractu, quod hoc est intelligendum, si consignentur claves locatori, alias tenetur ad pensionem, ita post *Abb. in d. cap. propter sterilitatem. Io. Baptista Caccialup. in l. diem functo, in* 1. *quæst. ff. de off. assess.* sequitur *Boss. de remiss. merced. numer.* 46. & ideo idem *Caccialup. ibid. qu.* 40. *in fi.* consulit, ut casu eveniente 48conductores notificent Domino recessum, & offerant claves, quod si recipiantur, bene est, sin autem, deponantur, licet esse consilium, non autem obligationem, dicat *Boss.* sub *numer.* 58. *Ripa de peste, p.* 2. *numer.* 27. *Rum. cons.* 147. *numer.* 16. *vol* 1. *Ant. Gabr. tit. de solut. concl.* 11. *num.* 47. *Carroc. de locat. & conduct. tit. de remiss. merced. qu.* 8. *nu.* 89. & sic conductor non denunciando 49locatori, deserendo domum, nedum tenetur ex locato, sed etiam ad interesse, ut habetur ex *Bart. in l. si non*, §. *cum quidam, vers. tertio casu. ff. locat. Fulgos. in*

d. l.

d. l. item quæritur, §. exercitu, ex quibus infert *Boss. in d. tit. de remiss. merced. nu.* 51. quod teneatur conductor ad restitutionem, etiam fenestrarum, & omnium 50 aliorum damnorum illatorum per milites, & dicit, casum evenisse in Civitate Mediolani, ubi multi deseruerunt domus habentes in eis milites hospitatos, quæ ab eis fuerunt dirutæ, etiam usque ad fundamenta [prout nos quoque etiam vidimus durantibus illis calamitosis temporibus in hac Civitate, ejusque Suburbiis] & dicit etiam, quod plures locatores evacuatis domibus alebant milites, ut domos non everterent, *d. num. 51. in fi.*

Cæterum, quod attinet ad remissionem mercedis respectu eorum, qui continuaverunt habitationem absque illo evidenti periculo, non videtur probabili- 51 ter, quod remissio mercedis eis debeatur, cum casus fortuiti absque locatoris culpa ipsum non obligent, neque ad damnum. & interesse, neque ad mercedis remissionem, nisi damnum sit intolerabile, ita ut si plus quam in dimidio mercedis, quam solvit, alioquin 52 æquo animo debet conductor modicum damnum ferre, *l. si uno, §. cum quidam ff. locat. Morot. respons.* 76. *numer.* 8. *l. si merces, §. vis major.* ubi *Bar.* & alii, *ff. eodem titul. locat. & conduct. Farinac. dec.* 148. *tom.* 1. *in posthum. & dec.* 323. *tom.* 2. *Vivi. comm. opin.* 131. ubi 53 alios afferens, de communi testatur: nam remissio occasione belli, vel pestis fit, quando nihil percipitur, nec potuit conductor uti frui, si autem aliquid percipiatur, & non sit læsus ultra dimidiam affictus veri vel perceptionis fructuum, non fit remissio, *Bursat. cons.* 11. *numer.* 32. *vol.* 1. *Ioseph. Ludovic. conclus.* 12. *vers. verior*, ubi alios colligit, *Grat. consil.* 161. *vol.* 2. *Corn. cons.* 128. *numer.* 27. *vol.* 2. *Bero consil.* 145. *numer.* 15. *vol.* 1. *& cons.* 141. *numer.* 6. eodem *vol.* & est communis opinio, ut per *Barbos.* qui *DD.* cumulat in *d. cap. propter sterilitatem, ext. de locat. & conduct. Carroc.* eodem *tit. de remiss. merced. d. quæst.* 8. *numer.* 13. qui *numer.* 14. ex *Franc. Muro. decis. Delphin.* 1067 concludit, quod 54 conductori, qui ex causa pestis se absentavit, non fit remissio, si in domo conducta retinuit res suas, & sic aliquem fructum percepit.

Nec etiam est in consideratione illud, quod ponde- 55 ratur pro parte conductorum, qui aliquam artem, sive liberalem, sive mechanicam exercent, & lucrari non potuerunt, quia durante bello commercium cessavit, & non potuerunt uti re conducta ad usum destinatum, ex doctrina *Paul. de Castr. in d. l. cum in plures, ff. locat.* & aliorum supra allegatorum, quibus addo *Buratt.* 56 *dec. Rot. Rom.* 210. *numer.* 1. quia remissio fit conductori propter damnum, & incommodum, non autem propter lucrum; non enim à pari procedunt damnum pati & lucrum amittere, *l. fi. C. de codicill.* & ratio lucri ces- 57 santis in conductore solum habetur, quando in aliquo casu contingit culpa locatoris, *Surd. cons.* 34. *numer.* 5. *& 6.* & latius *numer.* 9. *Castrens. in d. l. ex conducto, §. si vis. numer.* 2. *ff. locat. & in l. si unus, paragrapho si idem, ff. eod. tit.* & idem *Castrens. Bar.* & alii supra al- 58 legati loquuntur, quando expresse domus fuit conducta pro aliquo exercitio, ibi conficiendo, secus tamen quando conduxit pro habitando, & in consequentiam pro aliquo exercitio, *Castrens. in dict. l. cum in plures: & ibidem Bart.* & licet idem *Castr.* dicat, quod hoc 59 possit colligi ex qualitate personæ conductoris, tamen erit considerandum, si locator plus locavit ejus, quod alteri locare posset, vel esset solitus locare, quia si in dicto casu locator non est in lucro, non debet esse in damno, alias ad imparis judicarentur, & sic ista exceptio, quod non potuit uti frui re conducta ob impedimentum illatum, non obstat, quin merces integre solvatur, ut habetur ex *Burat. dict. dec. Rot. Rom.* 210 *in fin.*

Insuper *Paul. de Castr.* & alii loquuntur, quando 60 domus conductæ non fuerunt pro habitando principaliter, & hac occasione ibidem magisterium exercendo, nam tunc sufficit, quod conductores in domibus locatis habitaverint, quamvis eorum exercitium, sive magisterium non potuerint ita commode ibidem exercere, ex eo, quia non potest dici, quod fuerunt læsi ultra dimidiam mercedis, vel quando bona ibi retinuerint, vel aliquid ex re conducta perceperint, quia tunc remissio fieri non debet, ut ex *Carroc. de locat. & conduct. dict. quæst.* 8. *Ioseph. Ludov. conclus.* 12. *Franc. Marc. dict. dec.* 1067. & aliis supra fundavimus. & *Pa-* 61 *ris. consil.* 38. *volum.* 1. *numer.* 13. dixit, pensionem esse solvendam, quamvis ea re conducta nihil percipiatur, vel lucretur, dummodo adsit facultas utendi ipsa re. *Socin. sen. in cons.* 103. *in prin. & consil.* 105. *num.* 3. *col.* 1. *Natta consil.* 494. *vol.* 3. *& cons.* 304. *volum.* 2. *Gabr. comm. concl. titul. de empt. conclus.* 4. *numer.* 5. *&* 10. & post ipsos *Bursat. cons.* 11. *numer.* 15 *vol.* 1. *Menoch. de arbit. lib.* 2. *casu* 76. late etiam de materia *Imol. in dict. cap. propter sterilitatem, & ibid. Barbos. in collect.* qui 62 omnes allegat; hinc *Bero. in cons.* 143. *lib.* 2. dixit, non teneri Communitatem, quæ locaverat datium salis ad remissionem mercedis conductori. ex eo, quod vendidit minorem salis quantitatem, quia Summ. Pontif. auxit pretium illius nisi essent læsi ultra dimidiam, se- 63 quitur *Morot. d. cons.* 76. *versus finem.* nec remissio fit conductori, quia ei fuit ob generale Principis proclama vetitum seminare orizam; si bona sunt apta ad alios fructus producendos. *Ozasc. co[n]s.* 31. *numer.* 82. *Io. Bapt. Costa de fact. scient. & ignor. inspect.* 38.

Quibus omnibus inter nos mature discussis die 28. Aprilis 1648. fuit interpositum decretum, tenoris seq. v3.

Super excomputis, & dilationibus petitis pro solutione pensionum domorum hujus Fidelissimæ Civitatis.

Die 28. Aprilis 1648 Neap.

Visis nonnullis memorialibus porrectis pro parte nonnullorum Particularium hujus Fidelissimæ Civitatis, visaque relatione facta per M.C.V.

Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis providet, decernit, atque mandat, non esse concedendam dilationem petitam respectu pensionum domorum, verum quoad prætensa excomputa M. C. V. partibus auditis justitiam faciat, & nihilominus quoad domus, quæ passæ fuerunt damnum, ita quod secure ibi habitare non potuerunt, pendente provisione facienda per dict. M. C. V. detur dilatio duorum mensium respectu exitus pensionum, hoc suum, &c.

Zufia Reg. Caracciolus Reg. Capycius Latro Reg. Garzia Regens. Penes Lombardum, Regium à mandatis scribam.

OBSERVATIO IN DECISIO. CLXII.

SUMMARIUM.

1 *Valet argumentum de Bello Divino ad Bellum humanum, & sic de Peste ad Bellum, & è contra.*

2 D. Reg. Fabius Capycius Galeota *laudatur.*

Bellum in Italia non est casus fortuitus, ibid.

Italia nunquam pace quievit, quia est subjecta continuis Bellis, discordiis, & depopulationibus, ibid.

3 Bedæ oranti pro pace Italiæ responsum fuit è Cælo, Beda tace, quia Italia nunquam erit in pace.

4 *Conductor, seu Inquilinus, qui ob evidens periculum non valet in domo conducta habitare ruinam comminante, an teneatur solvere pensionem, si aliam domum conduxit ad habitandum.*

Et quid si non recessit è dicta domo ruinam minante, ibid.

5 *Beneficiatus, qui non percepit fructus, an teneatur solvere pensionem illius anni, vel sit ei facienda remissio, & n.* 9.

Pensio imposita super fructibus beneficii, si fructus in uno anno non percipiantur, an debeatur solvi, ibid. & num. 9.

6 *Distinguitur quando fructus, super quibus imponitur pensio sunt appositi taxativè, vel demonstrativè, & nu. 7. & 9.*

7 *De stylo Curiæ Rom. semper in literis Apostolicis reservationis Pensionis fructus apponuntur gratia taxationis; & non demonstrationis, ideo fructibus non perceptis, pensio non debetur.*

8 *Limitatur primo, si anno sequenti, vel præcedenti Beneficiatus percepit fructus uberiores, quia ubertas cum sterilitate compensatur, & nu. 9.*

10 *Limitatur secundo si Beneficiatus non percipit fructus culpa sua.*

11 *Limitatur tertio quando pensio non est imposita super fructibus, seu super titulo beneficii.*

12 *Limitatur quarto, si exactio pensionis non fiat ultrà quam Beneficiatus facere potest, quia debet illi remanere tantum unde commodè vivere possit.*

Clerici, & Religiosi non tenentur ultrà quam facere possunt, ibid.

13 *Pensionis materia est adeò exequutiva, ut solutio non retardetur, si Beneficiatus causas alleget, ob quas non teneatur solvere, sed agere potest in petitorio, interim solutione non retardata in possessorio.*

Latissimè per D. Regentem fuit discussum in hac Decisione, an debeat fieri remissio mercedis per locatorem conductori domus ob causam Belli supervenientis, vel Revolutionum Civitatis, propterea nihil addendum superest in dicta materia.

Attamen dùm numer. 24. & 30. dixit remissionem mercedis fieri debere Conductoribus, non solùm tempore Belli, sed etiam tempore Pestis ex *: bilib. Marchin.* Notandum est primo ex eodem *Marchin. de Bello Divino, seu de Peste*, quod valet argumentum indistinctè de uno ad aliud Bellum.

1

Secundò notandum est ex *D. Reg. Galeota l. C. quidem celeberrimo resp. fiscal 17. num. 36.* quod secundum eum, bellum non est casus fortuitus ad huc, ut peti possit mercedis remissio à conductore gabellarum bello superveniente, quis, ut ejus utar verbis, Italia nunquam pace quievit, & quiescit, ut experientia docuit, ob sæpissimos casus, quibus misera divexatur Italia, quæ est adeò Bellis, discordiis, ac Depopulationibus subjecta, ut nulli sperare liceat, nisi bella, & discordiam, non pacem nisi modicam, potiùsve alterius belli præparationem, Divina quasi quadam permissione, prout vulgò fertur, quod *Venerabilis Beda* pro pace Populi Italici oranti, sic fuisse voce è cœlo missa responsum: *Beda, tace, quia Italia nunquam erit in pace.* Vndè cum istis sit constans, nota & communis opinio, omnis homo sapiens, & discretus hunc casum debuit cogitare, & verisimile est ipsum cogitasse, ac prævidisse, sicuti eisdem terminis consuluit *Laur. Ca. o in. cons. 14. nu. 7.* & in puncto *Vaill. d. cons. 18 dec. 110. n. 10.*

2

3

Item quæri potest, An si inquilinus, qui habitare non potuit in domo conducta ob evidens periculum communitæ, seu imminentis ruinæ, ob quod necessè fuit è domo exire, & postea rediit dicta domo à locatore, qui inquilinum requisivit, ut rediret ad ibi habitandum, teneatur, etiam si non redierit, integram solvere pensionem, & quamvis pro Conductore scripserit Idemmet conductor *D. Marius Rec. hus*, cujus *Allegationes* referuntur per *D. Raf hel. de patr. potest. par. 4. cap 6. in fine*. Attamen per *S. C. Neapol.* fuit condemnatus idem Conductor inquilinus ad solvendum medietatem pensionis, stante quod aliam medietatem expenderat in locatione alterius domus, quam conduxerat, & in qua habitaverat: post comminatam ruinam primæ domus conductæ, & sic S Consil providere voluit amborum utilitati, ac interesse, & damno; locatorem scilicet ad interesse Conductoris & Conductorem ad reliquæ pensionis residuum pro interesse locatoris condemnavit, ut refert *7 her. in comp. decis. tom. 1. verbo remissio mercedis*, addens *ibid. in fine*, *ges Carroc. de locat. & conduct. part. 4. tit. de remiss. merced. qu. 8. num. 10. vers. secundus est casus*, quod quando adest justus timor, sed conductor non recessit, & integra merces debetur, quod etiam dixit *D. Reg. numer. 46.* si verò aliam domum conduxerit, debebit locator prædictæ domus mercedem secundæ locationis, vel quanti conducturus fuisset excomputare, vel refundere, quasi de hoc convenisse videatur per *text. in l. si domus, vers. idem. iuris, ff. locat.* sed d. tex. ego invenire non potui, propterea puto, quod *Carroc.* voluit citare *tex. in l. si quis domum 9. in princ. cum §. hic subjungi potest*, & in *l. bi atores 30. cum l. seq ubi gl. ff. locat.*

4

5 Observandum est etiam, quod si à Summo Pontifice imponatur annua pensio in beneficium, & ad favorem v. g. Titii super fructibus, & proventibus alicujus beneficii Ecclesiastici, si eveniat sterilitas in uno anno, an Beneficiatus teneatur solvere dictam pensionem, vel faciendo sit ei remissio. & *Natta tom. 1. cons. 66.* tenet faciendam esse remissionem dictæ pensionis, quia, qui tenetur dare speciem quandam de redditibus beneficii, eo ipso, quod non potest de illis reddibus dare liberatur ab obligatione, ex *Abb. in cap. nisi essent, col. penu. de prabend.* aliasque rationes adducit *Natta num. 2. 3. & 4* citans *num. 1 Paul. de Castro cons. 3. 8. num. 3. lib. 1.* qui tamen taliter distinguit, aut fructus, &

6 proventus, super quibus imposita est pensio, fuerunt appositi gratia taxationis, aut gratia demonstrationis, si primo casu, & tunc fructibus non perceptis non debetur pensio quæ dicatur uoica oratione, quid, & undè solvi debeat pensio. v. g. jussit Papa, ut solvatur pensio Titio super fructibus, & proventibus talis beneficii Ecclesiastici quolibet anno centum ducatorum, & sic in una oratione tunc fructus videntur appositi gratia taxationis, & ideò illis non perceptis, non debetur solvi pensio, non ultra quam vires fructuum patiantur, per *tex. in l. mnen debitoris, §. unt ex hæredibus, ff. de leg. 3. l. 6 quæ sic vum § si quis legaverit, & l. Lucius, §. ... leg. 2.* & in hoc casu consuluit *Natta ...* si fuerunt appositi gratia demonstrationis, quando dicet Summus Pontifex jussit pensionem solvi, dicendè d. significet undè, & sic essent duæ orationes, tunc demonstrationem facerent, ut v. g. jussit Papa, ut solvatur pensio annua centum ducatorum Titio, & postea subnectit, quos volo sibi solvi ex fructibus, & proventibus talis beneficii, & eo casu fructibus non perceptis debetur pensio, ea ratione, quia fructus fuit appositi causa demonstrationis, per *text. in l. quidam testamento in principio, ff. de leg. 1. & l. Paulo Callimacho, §. fin. ff. de legat. 3. l. lucius, ff. de alim. & cib. leg.* quam opinionem *Paul. de Castro* sequuti sunt *Felin.* in c. ad audientiam l. 2. num. 7. vers. sexta conclusio de rescript. *Caccialup. in tract. de pension. quæst. 16.*

7 Attamen de stylo Curiæ Rom. semper in literis annuæ pensionis, fructus undè debet fieri solutio pensionis, & ipsa pensio exprimuntur sub una, & eadem oratione, ut refert *Gigas de pension. quæst. 65. num. 6. vers. sed circa præmissa*, qui concludendum putat, quod fructus apponuntur gratia taxationis, & quod propterea illis non extantibus, pensio non debeatur.

8 Quæ tamen conclusio Primo limitatur si beneficiatus alio anno percipit fructus abundantes, & uberiores, quia tunc suppleri debet pensio præcedentis anni, in quo cessatum fuit, quia cum annua præstantia fienda est ex redditibus certæ rei, si uno anno fructus non extent expectanda est ubertas anni sequentis, & sterilitas cum sterilitate compensanda, *l. ex eo vino 13. ff. de trit. vin. & oleo leg.* ita *Paul. de Castro d. cons. 338. num. 3.* in fin. *vers. sed hic subsultur dubium*, per *gl. fin. in cap. vobis 12. qu. 2.* quæ dicit Prælatos Ecclesiarum non posse

posse allegare temporis sterilitatem, & hostium incursum, si præcedentibus annis redditus uberes habuerunt, idem tenet *Gigas ubi sub num. 7.* ac *Caccialup. ead. qu. 16.* Videndus est etiam *Alex. de Nevo cons. 67. fol. mihi 75.* quod *cons.* refert etiam *Gigas d. quæst. 62.* ubi *d. Alex.* latè discussit de hac materia, & *numer.* 11. dicit, quod quando locus est appositus gratis taxationis, tunc

9 nihil debetur, si nihil percipiatur, quando scilicet unica præstatio, seù solutio est facienda, secus verò, si plures præstationes, seù solutiones sunt faciendæ singulis annis, quia si fructus non nascuntur uno anno, debet suppleri solutio, seu fieri solutio de fructibus annorum præcedentium, vel sequentium per *sup. cit. tex. in l. ex eo vino 13. ff. de trit. vino, & oleo leg.* & in *l. legatum, §. vini falerni, ff. de ann. legat.* Vndè ait, quod non consideratur in hoc casu sterilitas, vel fertilitas, sed solum an tot fructus sint nati, undè possit fieri integra solutio, & si non potest fieri, ut quia tot fructus non sunt nati, debet suppleri solutio de fructibus annorum præcedentium, vel sequentium, etiam si in ipsis non fuit fertilitas: nam sufficit, quod in præcedentibus, vel sequentibus annis sint percepti tot fructus, ut possit fieri integra solutio

10 Secundò limitatur, quando beneficiatus non perciperet fructus culpa sua, *Gigas ubi supra num. 9.*

11 Tertio limitatur, quando pensio fuisset imposita non super fructibus, sed super titulo beneficii *Gigas ibid. nu. 10.*

Quarto limitatur quando exactio non fit ultrà quam Beneficiatus facere potest, quia Clerici, & Religiosi non

12 tenentur ultrà quam facere possunt *DD. in cap. Odoardus de solu.* idem *Alex. de Nevo d. cons. 67. numer. 12.* quia debet remanere Beneficiato tantùm, undè possit commodè vivere, aliàs non tenetur *Abb. in c. conquerente numer. 5. vers. & intellige de Cler. non resid. Fel. in d. c. ad audientiam el 2. numer. 2. vers. secunda conclusio, Caccialup. eod. tr. de pension. quæst. 7. in principio.*

Sed idem *Gigas d. nu. ver. 10. ver. & licet conclusio*, postea subnectit, quod licet supradicta conclusio ha-

13 beat communem opinionem *DD.* Nihilominus ista materia pensionis est adeò exequutiva, & favorabilis, quod de stylo Curiæ retardationem non recipit, & sic solutio non retardatur, & ideò quantumcumque fructus non percipiat Beneficiatus, cogetur ad solvendum in possessorio, poterit tamen in petitorio agere ad repetitionem indebitæ solutæ pensionis, quia dicunt Curiales solve, & repete, contrà *text. in l. 1. ff. de compensat.* ubi habetur, quod interest nostra potius non solvere, quam solutum repetere, Adducens *ibidem decisionem Rotæ*, in quadam causa Hispana. in qua Beneficia-

* tus opponebat non debere solvere pensionem, ex quo ex illo beneficio gravato onere pensionis nullos fructos percepisset, quia perierant propter bellum, tamen fuit condemnatus ad solvendam pensionem. Addens etiam *numer.* 12. quod quando Beneficiatus vult agere, vel super nullitate pensionis vel ad illius reductionem, sivè aliter, lite pendente *signatura* non consuevit dare commissionem Justitiæ, nisi cum clausula *Sine retardatione pensionis*, nè fraudetur Pensionarius perceptione illius.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Ex indiciis indubitatis an reus possit condemnari pœna ordinaria de jure communi, & quid stante *Regia Pragmatica* hujus Regni, quæ est 12 *de offic. Iudic.* & quæ sint indicia indubitata, ad hoc ut practicari possit *dict. Regia Pragmatica*, & quid in crimine sodomiæ, stante ejus atrocitate. & quomodo crimen prædictum probetur, & nonnulla ad materiam.

S V M M A R I U M.

1 *Indicia indubitata an faciant, ut quis possit condemnari pœna ordinaria: referuntur nonnullorum Doctorum opiniones, ut nu. 2. 3. & 4.*

5 *Indicia indubitata faciant, ut quis possit condemnari pœna ordinaria in hoc Regno per* pragmatic. 12. de offic. Judic. *emanatam in anno 1621. quæ cum tribuat largas habenas Iudicibus, fuit aliter cautum per aliam prag. de anno 1627. num. 6. 40. & 49.*

7 *Iudices prolata sententia ex indiciis indubitatis ad pœnam ordinariam, ante ipsius exequutionem si fuerit lata in Civitate Neap. debent ex eorum referre indicia in Collaterali Consilio, sin autem in partibus, debent facere relationem in scriptis de indiciis, super quibus fuerit prolata sententia prædicta.*

8 *Delictum in genere in crimine sodomia quomodo probetur.*

9 *Sodomitatis confessio convalidata in tortura probat, aliis concurrentibus indiciis: & quid si sit minor quatuordecim annorum, nu. 13.*

10 *Confessio extrajudicialis sodomita ante delictum patratum facta maximum indicium: Intellige, ut num. seq.*

12 *Probatio præambula ad delictum, aliisque concurrentibus, probat ipsum delictum.*

14 *Crimen connumeratum inter delicta atrocissima, quod occulte committi solet, potest conjecturis, & præsumptionibus probari, ac etiam per testes inhabiles.*

15 *Sodomiæ crimen probatur ex dormitione viri cum puero, maximè quando nulla redditur verisimilis ratio dormitionis.*

16 *Testes inhabiles soliti commorari in locis, ubi patratur delictum, optimè probant illud; quod exemplificatur in stupro, adulterio, furto; vel barattaria, vel ludo commissis, in lupanari, vel taberna, & aliis in locis.*

17 *Indicium maleficii oritur etiam ex mala conversatione.*

18 *Fornicatio videtur probata ex ipso, quod quis habet in domo mulierem suspectam.*

19 *Publica vox, & fama cum aliis unitis probat delictum.*

20 *Delictum occultum cum sit difficilis probationis potest probari per conjecturas.*

21 *Delictum in genere esse commissum, probatur per eas conjecturas, quæ haberi possunt in facto occultis, & per ea indicia, quæ inducantur ad probationem criminis.*

22 *Præsumptiones in delicto sodomia conjunguntur.*

23 *Testis de auditu conjungitur cum fama ad probandum delictum sodomiæ.*

24 *Una conjectura destruit aliam, & alias etiam simul conjunctas tollit.*

25 *Præsumptio, & conjectura semper debeat prævalere ad excludendum delictum.*

26 *Sodomia crimen occulte committi solet, & ideo non est verisimile, quod committatur cum Camera aperta.*

27 *Carnalem copulam adfuisse inter repertum nudum cum nuda ad hoc ut præsumatur, requiritur, quod ostium domus sit clausum.*

28 *Distillatio est materia distracta à semine, & urina, & in dubio præsumitur pollutio.*

29 *Socius criminis non probat contra socium.*

30 *Fornicatio, & copula carnalis non censetur probata per lenones, & mediatores deponentes de accommodatione domus.*

31 *Sodomitati depositis an faciat indicium ad torturam.*

32 *Minores dictum annorum duodecim non admittitur ad testificandum, præcipue in crimine sodomiæ.*

33 *Hospitii Domina non est integra testis, tum quia fœmina, tum*

tum quia participi delicti, quia præsumitur meretrix, prout solent esse omnes illa, quæ tenent hospitia publica.

34 *Meretrices à testificando repelluntur.*

35 *Probatio ad probandum actum contra naturam debet esse vera, & legitima, quia præsumptio naturalis excludit contrariam.*

36 *Testes deponentes de fama publica debent esse omni exceptione majores.*

37 *Testes pauperes, & alia viles personæ non dicuntur omni exceptione majores.*

38 *Fama publica ut probetur quæ requirantur, & cum quibus qualitatibus, remissive.*

39 *Pœna ordinaria an, & quando habeat locum.*

41 *Indicia indubitata qualiter debeant esse, ad intelligentiam* pragm. 12. de offic. Judic.

42 *Indicia plura dubitata, quæ ad eundem effectum tendunt, an possint uniri, & facere unum indicium indubitatum, & num. 51.*

43 *Indicium unum indubitatum non probat, ad effectum* d. pragm. 12. *quæ loquitur per verbum plurale.*

44 *Delictum occultum non potest probare, nisi conjecturis, & præsumptionibus.*

45 *Indicium indubitatum nihil aliud est, nisi quando cogitur animus Iudicis ad sic credendum, & num. 47. & 50. ubi traditur distinctio.*

46 *Delictum in genere in crimine sodomia an possit probari, quinetiam probetur delictum in specie.*

48 *Præsumptiones requisita ad condemnandum reum non sufficiunt, qualescunque sint, nisi sint urgentissima.*

52 *Exempla quando restringunt regulam.*

53 *Probatio quando est difficilis in adulterio, furto, & similibus, admittuntur probationes minus integra.*

54 *Sodomia scelus quantum sit horrendum, & detestabile, expenditur.*

55 *Sodomia crimen insimul cum Idololatria capit, & crevit, & inter atrocissima crimina connumeratur, nu. seq. remissive.*

56 *Sodomita omnes in illa nocte, in qua Redemptor noster natus est, fuerunt mortui.*

57 *Pœna sodomita, tam de jure divino, quam de jure natura, civili, & canonico multiplex traditur, remissive.*

58 *Sodomia est peccatum gravius adulterio, & incestu, etiam cum matre, remissive.*

59 *Sodomita in hoc Regno post mortem etiam cremantur.*

60 Roselli de Rosell. *doctrina allegata inter* cons. Bal. 445. *quomodo sit intelligenda in materia adulterii.*

61 *Adulterium non probatur ex hoc, quod fuit visus solus cum sola, vel nudus cum nuda, quoties criminaliter proceditur, quamvis hoc ad finem separandi matrimonium sufficiat.*

62 *Testes singulares ad probandum vitium sodomiticum conjunguntur, & faciunt plenam probationem, quæ in casu etiam socius criminis probat, nu. seq.*

64 *Socius criminis, & socius in crimine quomodo differant, & qualiter diversimode probent.*

DECISIO CLXIII.

QVamvis maxima fuerit inter *Doctores* controversia: an ex judiciis indubitatis possit quis condemnari pœna ordinaria, & nonnulli Classici *DD.* tenuerint opinionem affirmativam, prout fuit *Abb. in capit. afferte, numer. 6. extra de præsumpt. Bellem. decis. 689. in fine, Sarmen. selectarum interpretat. lib. 1. capit. 8. numer. 5.* & alii relati per *Hieron. Caval. p. all. quæst. comm. contra comm. quæst. 337.* qui prædictam opinionem communem esse testatus, & hanc opinionem tenuerunt etiam *Bar. in l. 3. ff. de furt. & Thom. de Pipera* relatus in *addit. ad Speculat. in tit. de probat. paragrapho videndum restat, vers. Decimo tertio per indicia indubitata*, & alii; tamen quia contraria opinio videtur magis communis, & æquior, ut habetur ex eodem *Caval. d. q. 337.* & eam amplexi fuerint nostri Regnicolæ, ut habetur ex *Afflict. in constit. Regni Humanitate, numer. 28 vers. si autem non haberet*, & in *Constit. Summo periculo, numer. 10. Campagn. in capit. Regn. 252 Franch. dec. 372. Grammat. decis. 8. & 42.* ubi ex Indiciis indubitatis, & præsumptionibus vehementissimis fuit homicida condemnatus ad remigandum per quadriennium, Marchio Belmonti in *Reg. Tapia lib. 5. juris Regni, tit. 49. pragm. 1. de quæstionibus, in fine, Rocc. collect. 133. & 1561.* & hanc etiam opinionem servari in Senatu Mediolani dixit *Clar. lib. 5. senten. paragrapho fi. quæst. 20.* & in Senatu Sabaudiæ *Ant. Fab. defin. 6. C. de pœnis*, & in Senatu Dolano per *Grevill. decis. 93.* Sed in hoc Regno hæc controversia fuit determinata per *Regiam Pragmaticam* de anno 1621. quæ est 12. *ff. de offi. Iudic.* ubi ob multiplicationem delictorum, relicta illa opinione magis æqua, & forsan magis communi fuit ordinatum, quod possint Judices Regii sequi opinionem affirmativam, ex indiciis indubitatis condemnare inquisitos ad pœnam ordinariam; sed quia satis largas habenas habebant Judices vigore *dict. Regia Pragmatica*, ideo in anno 1622. fuit cautum, ut in eo casu, in quo Judicibus videretur condemnare reum ad pœnam ordinariam, prolata sententia ante tamen ipsius executionem, si fuerit in hac Civitate prolata, debeat fieri relatio oretenus in Collaterali Consilio, sin autem in partibus, debeant in scriptis referre indicia, super quibus fuerit prolata sententia, ut eis visis ordinari possit, quod magis convenire videatur, quæ est *prag. 13. eod. tit.*

Cumque quidam Carolus Tropea Calaber, qui artem calceolarii exercebat in hac Civitate fuisset inquisitus de vitio nefando, & ex indiciis indubitatis fuisset per Mag. Cur. Vic. delegatam condemnatus ad pœnam ordinariam, pro observantia *dict. Reg. Pragm. 13.* fuit facta relatio in Collaterali Consilio, in quo fuit tractatum, si aderant indicia indubitata, ex quibus M. C. potuisset ad mortem inquisitum condemnare. Dicebat Regius Fisci Patronus, quod nedum in hoc casu aderant indicia indubitata, sed aderat plenissima probatio. Primo, quia dictus Carolus fuit per M. C. inventus cum Joanne Baptista, alias Titta Serino sodomitato annorum duodecim insimul cum Josepho Piaotta, qui sodomitaverat alium puerum, nomine Andream Martucellam annorum quatuordecim, qui ea mane in eadem domo comederunt cum dictis pueris, & post prandium fuerunt inventi absque collare, & tunica manicata, fere denudati, & aderant in duabus cameris cum lecti operimento, strato in terra, ac super ipso pulvinari, & facta diligentia per Judicem Mag Cur. Vic. Thomam Lonhesium in subuculis tam dicti Caroli, quam Jo. Baptistæ, fuerunt illæ inventæ cum stercore, ac semine humano, de recenti emisso, fuit facta recognitio per Medicos expertos in ano dicti Joannis Baptistæ, & dicti Experti retulerunt, fuisse stupratum, anumque dilatatum, cum rubore, ex quibus probari delictum in genere, habetur per *Doctores in capit. proposuisti, de probationibus, Farinac. quæst. 2. numer. 24. & quæst. 148. numer. 74.* & post *Foller. in pract. crim. part. 2. vers. capias informationem, numer. 20.* probatur per *Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1330. numer. 5. Scacc. de indic. quæst. 87. numer. 30. vers. si in ano pueri.* Secundò aderat confessio ejusdem sodomitati, qui nedum confessus fuit, delictum fuisse cum ipso commissum à dicto Carolo in illo die, in quo fuit repertus quasi in flagranti, sed etiam pro alia vice in Apotheca dicti Caroli, erat enim magister calceolarius, & alia nocte in quodam Hospitio, & quod

quod dictum sodomitati probet; dummodo tamen in tortura convalidetur, prout jam fuit convalidatum, aliis tamen concurrentibus indiciis, post *Boss. in tit. de indic. ad tortur. numer.* 160. dixit *Hippol. de Marsil. consil.* 28. *Farinac. de indic. ad tortur. q.* 43. *numer.* 90.
10 *Guazz. defens.* 19. *cap.* 10. *sub numer.* 8. late *Julius Carthar. dec. crimin.* 88. *per totam*, qui alios allegat. Tertiò aderat confessio ejusdem Caroli ante delictum, dum petiit, sibi accommodari domum à Josepho Serino ejus discipulo ejusdem artis calceolarii pro dicto delicto patrando, & fuit illamet, in qua fuit repertus, quod deposuit idem Joseph, ac alius testis, nomine Ferdinandus Galterius, qui deposuit, audivisse, quando Carolus prædictam domum petiit, ut comederet cum dicto puero sodomitato, quod inducit maximum indicium, ut habetur ex *glos.* communiter sequuta in *l. capite quinto, D. de adult. Dec. in capit. at si Clerici, de Iudic. Menoch. de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 89. *numer.* 14. *& de arbitr. lib.* 2. *casu* 331. *Clar. in prax. crim. quæst.* 21. *vers. confessio*, & alii per *Farinac. de indic. ad tort. qu.* 37. *num.* 47. & latius *quæst.* 82. *reg.* 2. *de reo confesso, & convict. num.* 13. Et quamvis prædicti *Doctores* loquan-
11 tur de confessione delicti patrati, non patrandi, tamen maxima in hoc casu debet haberi ratio de dicta confessione, quia Carolus fuit repertus in eadem domo Josephi cum dicto puero sodomitato, & sic est probatio
12 præambula ad delictum, vel præparatio ad delictum, quæ probatio sequens delictum, aliisque concurrentibus, probat ipsum delictum, *Franc. Cason. de indic. & tort. tract.* 3. *capit.* 4. *num.* 1. *Blanc. de indic. ad l. fin. ff. de quæst. num.* 67 & est *text. in l.* 1. *§. vi possidero, D. de vi, & vi arm. Menoch. de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 89. *numer.* 120. *&* 122.

Prædictis accedebat etiam depositio patientis, qui confessus fuit, delictum fuisse patratum nedum eadem die, hora, & loco, sed per duas alias vices, ut dictum est supra; una in Apotheca ipsius Caroli, & alia de no-
13 cte in quodam Hospitio, quod etiam in tortura convalidavit, & quod dictum sodomitati; maxime concurrentibus aliis adminiculis, & cum tortura convalidatum probet, quamvis sit minor quatuordecim annorum, dixit *Boss. in tit. de indic. & consid. ante tort. num.* 160. *Hippol. de Marsil. consil.* 28. *Farinac. quæst.* 43. *numer.* 90. *de indic. ad tort.* ubi dixit, communem esse opinionem, & *nu.* 101. *Sebast. Guazz. defens.* 19. *capit.* 10. *sub num.* 8. late *Peguer. decis.* 76.

Ad quod delictum in dicto Hospitio probandum aderant etiam duo alii testes, hoc est mulier, quæ hospitium tenebat, & Thomas Forenza annorum 16. famulus, sive discipulus dicti Caroli, qui deponunt, obdormivisse Carolum cum dicto Andrea Mattucella, & quamvis testes fuissent inhabiles, una, n. erat mulier,
14 alter minor, tamen quia crimen occulte committi solet, & inter delicta atrocissima connumeratur, potest conjecturis, & præsumptionibus probari, ac etiam per testes inhabiles, juxta tradita per *DD. in l. famosi, ff. ad leg. Jul. majest. & in cap. per tuas, extra de Simon. Menoch.* & alii per *Mascard. de probat. conclus.* 1320. *num.* 4. & latius 1366. *per totam*; & quod ex dormitione viri
15 cum puero, quando nulla redditur verisimilis ratio dormitionis, probetur hoc delictum, tenet *Farinac. quæst.* 136. *numer.* 170. *& quæst.* 148. *num.* 69. repro-
16 bata opinione *Antonii Gomez.* & quod quando agitur de probando stupro, adulterio, furto, vel baratteriis, & ludo commissis in lupanari, vel taberna, & aliis in locis, quod isto casu lusores, lenones, meretrices, & similes personæ solitæ commorari in talibus locis, optime probent delictum patratum, dicunt *Gram. consil.* 45. *num.* 16. *Natta. consil.* 369. *num.* 13. *&* 14. *vol.* 2. & alii per *Borgn. Cavalc. de delict. seu quasi contract. dec.* 13. *num.* 21. *vol.* 5.

Quibus adstipulabatur, quia insimul cum dicto Carolo in eadem domo fuit etiam captus Joseph Pizotta, qui alium puerum, Andream Mattucellam nomina-
17 tum annorum 14. sodomitavit, qui Joseph ob delictum prædictum fuerat laqueo suspensus, & sic ex mala conversatione oritur indicium maleficii, *Farinac. de indic. ad tort. quæst.* 52. *numer.* 86. immo dicebat Fiscus, quod ex hoc, nedum aderant indicia indubitata, sed quod poterat dici, quod quasi in flagranti fuerunt
18 reperti; tam prædictus Carolus, quam prædictus Joseph Pizotta in dicto delicto, cum eo ipso, quod quis habet in domo mulierem suspectam, videtur probata fornicatio, *glos. in capit. tua nos, in verbo non ex evidentia, de cohab. cleric. & mulier.*

19 Demum concurrebat publica vox, & fama, probata per novem testes, quæ cum aliis unitis probat delictum; *Calcan. consil.* 110. *Decian. consil.* 83. *num.* 4. *Fa-*
20 *rinac. dict. quæst.* 136. *num.* 103. *& q.* 148. *num.* 73. cumque delictum prædictum sit occultum, & difficilis probationis, probari potest per conjecturas, *cap. præterea, de testibus, l. cum probatio, ff. de probat. l. quæro, §. fin. ff. de adil. edict.* delictum in genere esse commissum
21 probatur per eas conjecturas, quæ haberi possunt, & ea indicia, quæ inducuntur ad probationem dicti criminis in genere probant etiam delictum in specie, *Foller. in prax. crim. in verbo capiat informationem. num.* 20. *&* 21. *Bar. in l. in illa stipulatione si Kalendis, ff. de verb. oblig. Jason. in l. cum heres, C. de transact. Decian. dict.*
22 *consil.* 83. *num.* 3. & in hoc delicto præsumptiones conjunguntur, *Bar. in l.* 1. *§. idem Cornelio. ff. de quæst. Angel. de malef. in verbo fama publica, Decian. dict. consil.*
23 83. *nu.* 6. *& Calcan. dict. consil.* 110. *num.* 8. ubi dicit, quod testis de auditu conjungitur cum fama ad probandum in hoc delicto.

Verum pro inquisito multa ponderabantur ad exclusionem dicti sceleris, quamvis enim delictum prædictum ob ejus atrocitatem, & quia occulte fieri solet, possit conjecturis, & præsumptionibus probari, tamen multo magis potest conjecturis, & præsumptio-
24 nibus excludi, una enim conjectura aliam destruit, *l. Divus, ff. de in integr. restit. l. non solum, ff. de ritu nupt.* immo una conjectura alias etiam simul conjunctas tollit, *Rimin. Jun. consil.* 602. *numer.* 114. *in fine, & cons.* 658. *numer.* 12. & Ego dixi in *consult.* 10. *numer.* 44.
25 *& consult.* 54. *numer.* 59. & semper prævalere debet præsumptio, & conjectura ad excludendum delictum, quia est potentior, *Alexbar. consil.* 179. *in fine, Dec. in capit. in præsentia, de probat. in* 12. *notab. Gomes. de grat. expect. num.* 8. *Menoch. de præsumpt. quæst.* 30. *lib.* 1. *& lib.* 2. *præsump.* 90. *& de arbitr. Iud. casu* 471. *num.* 25. &
26 propterea cum delictum prædictum occulte committi soleat, *capit. literas, de præsumpt. Muscat. in prax. crim. titul. de privileg. & pæn. crimin. sodom.* non est verisimile, prædictum Carolum voluisse committere dictum crimen cum camera aperta, prout repertus fuit cum dicto puero, *Crazius in consil.* 3. *numer.* 2. *ad reorum defens.* qui in terminis loquitur ad excludendum crimen nefandum, commissum camera aperta, & ad
27 præsumendum, carnalem copulam adfuisse inter repertum nudum cum nudo, requiritur, quod ostium domus fuerit clausum, *Corn. consil.* 192. *in fin. lib.* 4. *Cravett. consil.* 203. *numer.* 29. *Craz. dict. consil.* 3. *numer.* 44.

Respondebatur etiam ad conjecturas, & primo ad illam, quod in subuculis, tam agentis, quam patientis fuit inventum stercus hominis cum semine humano, de recenti emisso, quod ex dicto indicio non oriebatur plena probatio delicti, ex defectu testium quamvis n. hoc deponebant quatuor testes, tamen unus eorum erat Capitaneus justitiæ, tres alii personæ viles, &
28 quod potuit esse distillatio, quæ est materia distincta à semine, & ab urina, ut affirmat *Sanchez de matrim. lib.* 9. *disput.* 45. *num.* 2. & quando bene fuisset semen humanum, potuit esse pollutio, ut affirmat *Crazius in discept. forens. crim. discept.* 25. *nu.* 38.

29 Dice-

29 Dicebatur etiam, nullam habendam esse rationem de depositione Josephi Serini, qui domum accommodavit, ubi dictum crimen fuit patratum, tanquam socii criminis, *Farinac. de delict. carn. quaest. 136. nu. 73.* ubi dicit, quod fornicatio, & copula carnalis non censetur probata per lenones, & mediatores, deponentes, quod visum, & mulierem intromiserant in suis domibus ad peccatum perpetrandum, quia cum sint ejusdem criminis participes, ad testificandum non admittuntur, *Afflict. in Constit. Regn. Asperitatem, sub titul. de adulter. & lenocin. numer. 11. Bajard. ad Clar. in §. sodomia, numer. 11. Foller. in prag. 1. de sodom. nu. 58. Mastril. ad indul. gener. c. 51. n. 19.* quod etiam sancitur in d. pragm. 1. de sodom.

31 Nec de depositione sodomitati, dicebatur, habendam esse rationem, cum neque indicium faciat ad torturam, *Gramm. dec. 40. numer. 16. Peguer. dict. dec. 76. num. 1. Iulius Carth. d. dec. 88. numer. 13. Ciarlus discept. 23. numer. 12. & 37.* tanto magis, quia erat minor annorum duodecim, cujus dictum non admittitur ad testificandum, *Mart. vote 118. numer. 7.* qui loquitur proprie in crimine sodomiæ, ex *Paris. consil. 163. col. 2. vol. 4. Ciaz. discept. 25. numer. 61.* Nec etiam dicebatur, probare duos alios testes, qui deponunt de dormitione in hospitio simul in eodem lecto cum dicto patiente, 33 quia non sunt idonei, ex quo Domina hospitii non est integra testis, tum quia fœmina, tum quia est particeps delicti, ut ex *Farinac. dict. quaest. 136. numer. 73.* diximus supra, tum etiam, quia præsumitur meretrix, prout solent esse omnes istæ, quæ tenent hospitia publica, quæ meretrices repelluntur à testificando, *Farinac. de testib. quaest. 56. artic. 10. numer. 358. cum seq.* & Thomas famulus Caroli est persona vilis, nec si esset probatum, in eodem lecto dormivisse, & ex hoc debet præsumi, delictum fuisse commissum, quia cum agitur de probando actum contra naturam, requiritur vera, & 35 legitima probatio, & præsumptio naturalis excludit contrariam, *Gomez. in l. 80. Tauri, num. 18. Menald. consil. 63. nu. 41 vol. 1. Trivisan. dec. 13.*

Neque denique obstare dicebatur, fama publica, 36 quia testes, qui deponunt super dicta fama publica, non sunt omni exceptione majores, prout de jure requiritur, sed sunt personæ viles, *Bart. in l. de minore paragrapho plurium, nu. 21. ff. de quaest. Burs. consil. 35. numer. 2a vol. 1. Menoch. consil. 149. num. 41. Mascar. de probat. conclus. 749. numer. 37.* & pauperes, & viles personæ 37 non dicuntur omni exceptione majores, *Ripa in l. si constante, numer. 34 ff. solut. matrim.* & ad proban-38 dum famam plura requiruntur, & ideo probatur cum ejus qualitatibus, *Iul. Clar. in §. fin. qu. 6. nu 11.* ubi *Addentes.*

Insuper, quatenus ex probationibus aliqua oriretur præsumptio, seu indicium contra dictum Carolum, non tamen ex hoc potuit condemnari pœna ordinaria, 39 quæ non habet locum, nisi in reo confesso, vel convicto *Afflict. in Const. Regni*, incipiente *Legum asperitate, numer. 1. Foller. in dict. pragmat. 1. de sodom.* & neque potuit condemnari ex indiciis indubitatis, tum 40 quia de jure communi magis recepta opinio est, ut non possit deveniri ad condemnationem pœnæ ordinariæ, sed extraordinariæ, ut supra fuit fundatum, & probat *Decian. dict. consil. 83. numer. 11. volum. 3.* tum quia si attendamus *Reg. pragm. 12. de offic. Iud.* quatenus hoc delictum comprehenderet, nec possent dici indicia indubitata, quæ talia esse debent, quod mentem Judicis compellant ad credendum, delictum taliter commissum fuisse, nam si possibile est, rem aliter se habere, non dicitur indicium indubitatum, ut plenissime fundat *Carth. dec. 41. numer. 59.* quæ non possunt applicari ad casum, de quo agebatur, & quamvis diximus, 42 quod plura indicia dubitata quæ ad eundem effectum tendunt, possint uniri, & facere unum indicium indubitatum, *Bal. in l. fin. num. 2. ff. de probat.* ubi etiam *Salyc.* & alii per *Farinac. consil. 108. numer. secundo consil. 109. numer. 14. Carthar. dec. 49. numer. 50. Steph. Ang. Garron. in comment. ad Constitut. Mediol. lib. quarto tit. 7. art. 36. numer. 18.* tamen contra *Farinac.* in eadem causa scripserunt *Ioann. Bapt. Rosselim, Flaminius Amaduccius, & Marc. Antoni Peregrin.* quorum scripta sunt inserta in eodem *consil. Farinac. 108. Mart. vot. 248.* & quatenus vera esset conclusio, quod ex pluribus indiciis dubitatis oriatur unum indubitatum, nec sufficeret ad condemnationem pœnæ ordinariæ, nedum de jure communi, sed 43 etiam attenta dicta *pragmat. 12.* quæ non unum, sed plura indubitata requirit, cum loquatur per verbum plurale, quod in uno verificari non potest, *l. ubi numerus, ff. de testib.*

Quibus tamen pro parte inquisiti non obstantibus facta relatione in Collaterali Consilio per Mag. Cur. die 8. Octobris 1642. fuit resolutum, adesse indicia sufficientia, & indubitata, ut practicari possit *Regia Pragmatica*, & proinde fuit ordinatum, ut Mag. Cursuum exequeretur decretum, prout fuit exequutum, quia fuit habitum pro vero, indicia esse indubitata, per illam enim domus præparationem duorum virorum malæ famæ, cum duobus pueris ad crapulandum, & sodomitandum, in qua etiam fuerunt inventi, & fuit probatum delictum in genere, quia anus pueri erat dilatatus de recenti, cum rubore, cum semine hominis in subuculis, tam agentis, quam patientis, quibus accedebat confessio patientis, etiam in tortura con-44 validata, & cum tractaretur de delicto occulto, quod non solet probari, nisi conjecturis, & præsumptionibus, *Mascard. dict. conclus. 1320. numer. 4. & conclus. 1166. per totum*, visum fuit, non posse negari, 45 fuisse delictum per indicia indubitata probatum, cum nihil aliud sit indicium indubitatum, nisi quando cogitur animus Judicis ad sic credendum, juxta doctrinam *Paul. de Castr. in l. fi. C. de probat.* qui ponit exemplum in eo, qui fuit visus exire cum gladio evaginato, & sanguinolento è domo, ubi fuit inventus homo occisus, eo enim casu quamvis non fuit visus occidere, tamen quia adest homo mortuus, animus Judicis cogitur credere, ab eo fuisse interfectum, sic in proposito ex delicto in genere, optime probato per inspectionem Expertorum, resultat probatio delicti in specie inter eos, qui simul fuerunt reperti cum signis evi-46 dentissimis dicti delicti, nam in similibus criminibus delictum in genere probari non potest, quinetiam probatur delictum in specie, *Hippol. de Mars. cons. 5. libr. 5. Foller. in prax. crimin. prima par. versic. cap. de informationem, numer. 20. in fine*, & quidem ex prædictis dubitari non poterat, quin indicia essent indubi-47 tata, quia indubitatum, & plenum indicium est demonstratio rei per signa sufficientis, per quæ animus in aliquo, tanquam in proprio existente quiescit, & plus investigare non curat, ita ex *Bal. Angel. de malef. Carrer. Bran. Ghirl. Conrad. Menoch. Mascard.* & aliis dixit *Farinac. in dict. quaest. 36. numer. 37.*

Sed proprie in materia nostræ *pragmatica* loquendo, quale debeat esse indicium indubitatum, ut possit practicari, etiam quoad pœnam ordinariam, videndus erit doctissimus *Petr. Barbos. in l. 2. in princ. numer.* 48 *89. ff. sol. matrim.* ubi dicit, non sufficere quascunque præsumptiones ad condemnandum reum, sed oportere, esse urgentissimas, ex *Menoch. consil. 82. num. 143.* quamvis tractetur de delictis occultis, *Dec. consil. 175. numer. 6. Gramm. dec. 42. num. 14.* at quando adessent in-49 dicia indubitata, tunc tenet, ex illis posse procedi ad imponendam pœnam ordinariam delicti, quicquid dicat *Avend. respons. 35. numer. 5.* juxta dispositionem *text. in l. fi. C. de probat.* quæ satis generaliter loquitur; verum distinguit hoc non esse simpliciter intel-50 ligendum; nam indubitatum indicium potest esse

uno

uno de duobus modis. Primò quando animus Judicis inducitur ad credendum, ita esse, absque alia hæsitatione actuali, sed tamen cum aliqua hæsitatione virtuali, veluti quando existimem, illud posse non esse verum, sed pro omne firmiter credo, esse ita verum. Secundò, quando credulitas est ita firma, ut neque actualem, neque virtualem habeam dubitationem; & ideo tenet, quod in delictis occultis ex prima specie credulitatis potest Judex condemnare reum pœna ordinaria delicti, quia attenta materia dicuntur indicia indubitata, in aliis verò delictis procedit secunda distinctio, nam in delictis occultis, & quæ occulte fieri solent, debet Judex deponere illam hæsitationem, conformando se cum Juris dispositione, quæ hujusmodi præsumptiones urgentes jubet reputari pro plena probatione, quam *Barbos.* distinctionem refert, & sequitur ad interpretationem nostræ *Regia Pragmat.* plene discusso articulo *Reg. Revil. decisione 63.*

51 Insuper in dicto casu plura urgentissima adeant indicia, quæ quamvis non essent indubitata, sed dubitata tamen ex pluribus indiciis dubitatis resultat unum indicium indubitatum, ut post *Bald. & Salyc. in dict. leg. fin. numero 2.* & alios tenet *Farinac. dict. quæstione 36. numero 41. & quæst. 86. numero 14 & 59. & consil. 108. numer. 92.* cum pluribus *seq.* ubi *numero 97.* dicit, quod non refert, quod *Joannes Andr.* & alii ponant exemplum in eo, qui fugit cum gladio evagi-

52 nato, quia ista exempla non restringunt regulam, *Cardin. controvers. forens. libro 1. capit. 15. numero octavo,* &

53 regulariter quando difficilis est probatio, prout in adulterio, furto, & similibus admittuntur probationes minus integræ: *l. in actionibus, § pleni, D. de in litem jur. l. Consensu, Codic. de repud. cap. cum causam matrimonii, de prob. Corn. consil. 92. num. 12. volum. 4.* quod tanto fortius procedere debet in hoc nefando crimine in quo *Imperator Constantinus in leg. cum vir, Codic. ad l. Jul. de adult.* jubet, insurgere leges, armari jura gladio

54 ultore, & *Imperator valent. Theod. & Arcbad. lib. 9. Codic. Theod. titulo septimo* dicunt, quod hujusmodi scelus spectante Populo, flamma vindice expiabunt, & de hujus sceleris detestatione videndus est *Div. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 11.* & usque adeo abominabile est, ut postquam Diabolus ad sic peccandum hominem induxerit, statim aufugit, non valens ex nobilitate suæ naturæ tam horrendum, & detestabile crimen cernere, *Afflict. in Constitut. Regni, lib 3. rub. 48. numero 11.* & hoc crimen cœpisse insimul cum idololatria, & cum ea crevisse, habetur ex *Div. Thom. 4 sentent. distinct. 10 quæstione secunda art. 4.* quem refert *Reg. Tapia de jure Regn. in rub. de sodomitico. lib. 5.* ubi omnes fere DD. congerit, qui de materia tractant, & de hujus criminis immanitate videndus est etiam *Diaz. in sua prax. crim. canon. c. 89.* ubi latè etiam *Additionator Ignat. Lopez de Salzed.* & inter atrocissima crimina connumerari dixit *Mascard. de probat. conclus. 1320. numero 3.* & esse peccatum gravissimum, turpissimum, & abominabile, dixit *Episc. Ricc. decis. Cur. Archiepisc. 145. par. 4.* ubi etiam affert memorabile illud, quod scribit *D.*

56 *Hieronym.* quod illa nocte, in qua Redemptor noster natus est omnes sodomitæ fuerunt mortui, & inter illos *Virgilius Poeta, Caball. resolut. crimin. cent. 1. casu*

57 *16. numero 32,* & de multiplici eorum pœna, tam de jure Divino, quam de jure Naturæ, Civili, & Canonico *Menoch. de arbitr. casu 286.* & quod sit peccatum

58 gravius adulterio, & incestu, etiam cum matre, *Caball. dict. resol. 16. num. 20. & 21. cum seqq.* ubi multa de ejus enormitate, & quæ mala pariat, & ideo in

59 hoc Regno sancitum fuit per *pragm. 3. de sodom.* ut nedum capite plectantur, sed quod post mortem cremen-tur, quod etiam probat *Petr. Caball. dict. casu 16. numero 35. in fine, Ignat. Lopez de Salsed. in loco supracitato,* quod etiam ex legibus Hispaniæ fuisse cautum, habetur ex *nova recopilat. lib 5. titul. 21.* & de jure Lusitano *Fagundez in 6 præcept. Decal. lib. 6. cap. 9. § sodomia sub n. 12.*

60 Et ad ea, quæ in contrarium ad elidendas Fisci probationes fuerunt ponderata, respondebatur, non obstare doctrinam *Aymon. Cravet. consil. 205. numero 20 & Giaz. consil. 3.* qui allegant *Rosell. de Rosate* inter *consil. Bald. 435. lib. 2* qui loquitur in eo casu in quo testes dicebant, quod habebat Mulier Juvenem in domo, in qua ostium erat firmatum, & negabat mulier, juvenem ibi esse, qui adulterium commisisse prætendebatur, & tamen fuit inventus cum caligis dissolutis, & dispectoratus, ubi dicit, quod si alia probatio magis concludens non adsit, non potest dici fuisse probatum adulterium, est tamen verum, quod posset suspicari, quod fuisset ibi vir, ut adulterium committeret, sed præventus adimplere non potuit, & *Cravett. ibid. numero 21.* referens dictam doctrinam *Rosell* dicit, quod non probatur adulterium in dicto casu, quia non ex hoc probatur, quod Juvenis taliter inventus opus Veneris impleverit, cum potuit sic agere, ut adulteraret, sed tamen non adulteràvit, & sic potius probatur conatus quidam, quam consummatio delicti, & *numero vigesimo* dicit am-

61 plius ex *Mathesil. notab. 119.* quod non probatur adulterium ex hoc, quod fuit visus solus cum sola, vel nudus cum nuda, quia quamvis istud sufficeret ad plenam probationem, ad finem separandi matrimonium, *capit. litteris, de præsumpt.* non tamen sufficit, quoties proceditur pro adulterio criminaliter. Verum prædicti casus satis differunt à nostro, quia ad finem, ut quis possit condemnari pœna ordinaria pro delicto, non sufficit probare, fuisse devenium ad actum proximum, sed actum fuisse consummatum, & in dicto casu, de quo agebatur, nedum fuit inventus dictus Carolus dispectoratus, & cum dicto puero, verum constat, delictum fuisse consummatum per delictum in genere optimè probatum; nec aliqua fuit habita consideratio de repulsa testium examinatorum, quia, ut supra diximus, in delictis occultis, & maxime in hoc nefando crimine admit-

62 tuntur testes, qui alias idonei non reputantur, & hoc vitium sodomiticum per testes singulares etiam probari potest, qui conjunguntur, & faciunt plenam probationem, ut post *Afflict. Dec. Rom. Mandos. Bursat. Gabri l.* & aliis, habetur ex *Borgn. Cavalc. decis. 13. titul. de delict. ex quæst. part. 5. numero 1.* ea ratione, quis ex natura negotii, & loci non potest haberi copis testium, & veritas aliter haberi non posset, quod

63 casu etiam socius criminis probat, ubi *numero 2.* dicit, quod testes isti magis probant, quam alii, cum tale delictum non soleat patrari, nisi cum personis inhabilibus, infamibus, & minoribus, ut experientia docet, & ideo isti sunt meliores testes, quam alii, quod probat ex *Hippol. de Mars. Plot. Natta, Salyc. Alber. Alex. Burs.* & aliis, maximè in istis delictis atrocioribus, & sic etiam erit animadvertendum, quod solus patiens potest dici socius in crimine, maxime cum constituitur differentia inter socium criminis, &

64 socium in crimine; quia illi, qui non participaverunt de delicto, probant, etiam absque tortura, quia non fuerunt effecti infames, ad notata in *capite primo extra de testibus,* ubi *gloss.* dicit, quod socius in crimine simoniæ, si non est socius criminis, & muneris, probat contra consocium, & multa alia exempla adducuntur per *Borgn. dict. decisio. 1 numero 5. & sequent.* & quamvis dictum sodomizati, qui est socius in crimine de per se totum non probet, tamen cum aliis præsumptionibus, & convalidatum in tortura bene probat, ut ex *Menoch* & aliis supra fuit dictum. & pu-to advertendum, quod quamvis soleat dici ab aliquibus qui fuerunt Judices M.C.V. quod non possunt inquisiti de hoc delicto puniri pœna ordinaria, nisi fuerint

confessi, quia non possunt convinci, tamen visum fuit hoc non posse procedere in casu prædicto, quia aderat potius quædam fragrantia delicti, vel saltem indicia indubitatissima.

OBSERVATIO IN DECIS. CLXIII.

SUMMARIUM.

1 *Iudex criminalis condemnans Reum ex indiciis indubitatis ad pœnam extraordinariam, an possit eadem sententia condemnare ipsum Reum ad interesse partis.*

2 *Iudex an ex sola suspicione delicti possit ad pœnam extraordinariam devenire.*

3 *Condemnatio semper supponit crimen.*

4 *Pœna non potest irrogari ubi non adest delictum.*

Accusatio non procedit, nec inquisitio formari potest, ubi non adest delictum, ibid.

5 *Opinio potest esse probabilis duplici modo, vel ex principiis intrinsecis, vel ex principiis intrinsecis.*

6 *Iudex in sententiis ferendis, quando opiniones sunt æquè probabiles ex parte juris, an possit quam maluerit eligere, & secundum illam judicare, & quid si eligat minus probabilem relicta probabiliori, & n.10. 11. 12. 13.14. & 15.*

7 *Iudex an pro amico possit modo secundum unam opinionem probabilem, modo secundum aliam etiam probabilem judicare, & num.8.9.12. & 16.*

Quid si propter munera, & affectus particulares, ibid. num.8.

11 P. Franciscus Metolla *laudatur.*

Congregatio Oratorii Neap. vulgò Girolimini *laudatur, ibid.*

Patres Congregationis Oratorii *prædicant secundum Apostolicum Institutum, ibid.*

Concionatores nostri temporis deplorantur, ibidem.

Prædicatores quid, & quomodo prædicare debeant, ut manus suum rectè subeant, ibidem.

13 *Iudex quando sunt duæ opiniones æquè probabiles ex parte juris tenetur litigantes componere, vel rem inter ipsos dividere, & si non est divisibilis debet aliquo modo utrique parti satisfacere, & num.14.*

Quid quando sunt duæ opiniones æquè probabiles ex parte facti in civilibus causis n.17.

Quid quando una opinio est magis probabilis altera opinione n.20.

15 *Quando sunt variæ opiniones super aliquo juris articulo S.C. Neap. cogit partes ad compromittendum eidem S.C.*

16 *Iudex, qui habet propositum semper ferendi sententiam pro amicis, quando sunt duæ opiniones ex parte juris probabiles, est in periculo peccandi mortaliter.*

18 *Iudex in causa criminali quando sunt duæ opiniones æquè probabiles, debet judicare in favorem Rei, etiam relicta probabiliori accusatoris, & n.21.*

19 *Opiniones æquè probabiles ex parte facti tunc dicuntur quando utraque pars probat causam suam testimoniis, & scripturis æquè idoneis, & æqualis auctoritatis.*

22 *Index in causis personarum, & rerum privilegiatarum quando sunt opiniones æquè probabiles, pro quo debeat judicare.*

23 *Judex post latam sententiam diffinitivam, an possit condemnare Reum ad interesse partis omissum in libello.*

24 *Judex proferens sententiam in causa criminali inter partes reservans uni parti jus agendi quoad interesse civile, an eodem die possit pronunciare in causa civili super dicto interesse, vel requiratur nova citatio.*

25 *Itinerantes possunt extra loca habitata deferre in hoc Regno sclopum quatuor palmorum oneratum, & cum rota, tamen debent intra habitationem illum exonerare, & pulverem ejicere de fucone.*

26 *Sclopus cum rota prohibitus deferri à statuto, qui potest sine igne naturali exonerari, si ab illo eximatur rota, eximitur à statuto, & num.27. affertur decisio, ibid.*

Molendinum remota clausa non dicitur molendinum, ibid d.num.26.

28 *Meretrices in hac Civitate Neap. & suburbiis non possunt incedere in sellis gestatoriis, nec in Rhedis, Curribus, & quadrigis.*

29 *Meretrix, quænam dicatur, ut comprehendatur sub statuto, seu pragmatica prohibente Meretrices incedere in sellis gestatoriis, & in Rhedis, & num 30. cum seq. affertur decisio num.35.*

Abb. Panorm. *opinio refellitur, qui tenet meretricem dici mulierem, quæ duos, & non alios admisit ad coitum causa quæstus ibidem.*

30 *Meretricium nomen fundatur in publicitate, & multiplicitate actuum.*

31 *Lex, & statuta non Judaicè, & secundum corticem intelligenda sunt, sed secundum rationem, & in sua propria, & potiori significatione, & num.30.*

32 Affl. *opinio refellitur, qui tenet meretricem dici mulierem, cui unus tantum accessit ad coitum mercede accepta.*

33 *Mulier quæ ab uno tantum se carnaliter cognosci permittit, & detineri, potius dicitur concubina, quam meretrix.*

34 *Statutum prohibens armorum delationem per Civitatem non comprehendit itinerantes, vel de foris venientes.*

Cum in hac *decis. nu.3.* dicat *D. Regens*, quod magis communis, & æqua opinio sit, ut Reus ex indiciis indubitatis ad pœnam extraordinariam condemnetur, quæri potest, an Iudex criminalis condemnans Reum ad dictam pœnam extraordinariam ex 1 prædictis indiciis indubitatis, possit eadem sententia condemnare ipsum Reum ad interesse partis, & negativam sententiam tenuerunt multi *DD.* inter quos *D. Reg. Merlin. controv. for. cap.19. to.1.* ac *D. Reg. Rov. dec. 67.* qui latissimè, & pleno calamo hanc materiam pertractant contrariis respondendo; Affirmativam verò opinionem posse, scilicet Iudicem, qui Reum pœna extraordinaria condemnat ex præsumptionibus, & indiciis illum etiam condemnare ad interesse partis tenuerunt alii *DD.* præcipuè *D. Paschal. de patr. potest. part. 4. cap.5. sub n.38. vers. major vero dubitatio, Mastrill. ad Capyc. decis.141. num.8. D. Capibl. de Baron. in commentar. ad pragm.6. num.105. tom.1.* & *D. Andreol. controv.269. part.4.* ubi impugnat *dd. DD. Reg. Merlin. & Rovit.* alios tenentes negativam opinionem, dicens *numero 7. & 8.* quod allegata per illos pro majori parte continent fallaciam petitionis principii, tanquam supponentia pro certo illud, de quo disputatur, tam respectu jurisdictionis, quàm probationis, quia ratio allegata per ipsos, quod condemnatus ex præsumptionibus, & conjecturis non dicatur condemnatus tanquam delinquens, sed tanquam de crimine suspectus falsa est, nec aliquo Iure probatur, 2 non solum, quia pro sola suspicione, nec etiam ad pœnam extraordinariam possit deveniri, sed etiam, quia certum est, quod semper condemnatio supponit cri-3 men, licet sit diversitas quoad pœnas secundum majoritatem, vel minoritatem probationum ipsius delicti, quo cessante, non potest agi, nec de ordinaria, nec de extraordinaria pœna, & condemnatio semper supponit delictum, & pœna aliqua non possit irrogari, nisi ubi adest delictum, & nec accusatio procedit, nec inquisitio formari potest; sed quid ego sentiam in hac diversitate opinionum, nolo meum proferre judicium remittendo

remittendo Lectorem ad examinandum rationes pro ambabus opinionibus per *supradictos DD.* allatas, cum tàm affirmativam, quàm negativam sententiam sequuti sunt *Doctores maximæ æstimationis*, *& doctrinæ*; nisi velimus dicere ambas dictas opiniones esse probabiles saltim ex principiis extrinsecis, nempè ob auctoritatem tot gravium Doctorum, qui eas defendunt.

Nam opinio dupliciter potest esse probabilis; Vno 5 modo intrinsecè, sivè ex principiis intrinsecis, illa scilicet, quæ rationi alicujus momenti innititur, ita tamen, ut pro opposita parte, nihil convincens sit; Et alio modo extrinsecè, seù ex principiis extrinsecis; nempè ob auctoritatem gravium Doctorum, qui eam defendunt *Thom. Sanch. in summ. lib. 1. cap. 9. num. 6. & 7. Ioan. Sanc. in select. disp. 14. nu. 8. & disp. 41. nu. 7. Bonac. tom. 2. disp. 2. q. 4. punct. 9. n. 1. Meroll. tom. 1. disp. 3. cap. 4. dub. 1. n. 3. 4. 8. & 114.* ac cæteri communiter.

6 An verò Iudex in sententiis ferendis, quando opiniones sunt æquè probabiles ex parte juris, possit quam maluerit in conscientia sequi. Respondeo, quòd multi *DD.* tenent posse Iudicem inter duas opiniones probabiles ex parte juris sequi, quam maluerit, & secundum illam Judicare quando sunt æquè probabiles, ac etiam relicta probabiliori sequi minus probabilem. Immò cessante scandalo propter amicum modo secundum 7 unam, modo secundum alteram opinionem judicare; nam cum utraque opinio sit probabilis, judicando modo secundum unam, modo secundum aliam, semper facit, quod est licitum, & licito nititur fundamento; quandò verò cum scandalo id faceret, peccaret quidem graviter, non tamen teneretur ad restitutionem, quia nihil contra jus partium facit, utitur enim jure suo; cavendum tamen est, inquiunt isti *DD.* nè 8 Judex propter munera, vel propter affectus particulares judicet opinionem illam esse probabilem quæ re vera non est probabilis, ità tenent *Bonac. d. tom. 2. disp. 2. qu. 4. puncto 9. num. 13. 14 & 15. Dian. par. 2. tract. 15. resol. 3. vers. sed contrariam sententiam, Ioann. Sanc. disp. 44. numer. 50.* & probabilem hanc sententiam putat *Thom. Sanch. ubi sup. num. 47.* & cæteri *DD.* ab ipsis citati, & quos etiam adducit *Meroll. loc. cit. d. disp. 3. cap. 4. dub. 3. coroll. 4. num. 151.* Addunt tamen *Salon. & Sayr. à d. Meroll. citati*, opinionem illam, quam sequitur Judex debere existimare veram, ut etiam advertit 9 *D. Ciarlin. tom. 3. controv. 235. num. 32. & Petr. de Aragon. 2. 2. quæst. 63. art. 4. sub pennlt.* subdit limitationem, dummodò opinio illa non sit usu, & consuetudine abrogata.

Alii verò *DD.* quos referunt infrà mox citandi Au-10 ctores tenent inter duas opiniones probabiles ex parte juris non esse licitum in conscientia Iudici sequi opinionem, quam maluerit sivè æquè probabilem, sivè minus probabilem, & secundum eam ferre sententiam relicta etiam probabiliori, sed semper debere judicare secundum probabiliorem, ita *Thom. Sanch. ubi sup. n. 47.* & *DD.* quos larga manu citat *D. Meroll. d. cap. 4. num. 157. & Dian. d. part. 2. tract. 13. resol. 3. in princ.* quod etiam mordicus substinet *dict. D. Ciarlin. in cit. controv. 235 num. 38. cum seq.* per *tex. in l. si idem in fine, ibi, probabilior, ff. de jurisd. omn. Iud. in cap. capellanus circa finem de feriis*, ibi, *Posterior sententia meliori, & subtiliori nititur fundamento.* subdens idem *Ciarlin. num. 40. & 41.* hanc esse commonem, & magis communem *DD.* sententiam, & quod quamvis multi aliter sentiant, & dicant contrariam opinionem esse probabilem, non esse tamen ab hac communi recedendum, quod etiam tutius est, ad *tex. tud. c. Capellanus de feriis c. juvenis de sponsal. c. ad audientiam de homicid.*

Sed quamvis supradictæ sententiæ sint ambæ probabi-11 les; At tamen idem *P. Francisc. Merolla* fulgentissimum æquidem sydus semper venerandæ admodum, & nunquam satis laudatæ, *Congregationis Oratoris Neap.* vulgò *Girolamini* sic appellati, ex eo, quia S. PHILIPPUS NERIUS fundator prima dictæ Congregationis fundamenta jecit Romæ in Ecclesia S. Hieronymi de Charitate (quæ ad excolendam vineam Domini tot infatigabiles operarios assiduè habere non desinit; & qui in ejusdem vineæ Domini cultura laborare non cessant indesinenter orationibus Sacramentorum frequentia, ac verbi Dei quotidiano pabulo verbo, & exemplo Christi oves pascendo, non in persuasibilibus, & doctis humanæ sapientiæ verbis, non in sublimitate sermonis, non in fuco verborum, & ingenii ostentatione, non inflatis orationibus, nec ambitioso dicendi genere, non auribus prurientes, neque doctas fabulas sequentes; (heù calamitas nostri temporis deploranda nimis multorum Concionatorum) sed in ostensione virtutis, & in doctrina spiritus, ac solum Christum crucifixum prædicantes, juxtà *D. Pauli oraculum 1. Corinth. cap. 2.* aliisque piis exercitationibus maxima totius Vrbis hujus Neap. ædificatione, atque profectu, cum ipsis exprobrari nequeat illud *Ierem. Toren. cap. 4. num. 4. Parvuli petierunt panem, & non erant qui frangerent eis,*) loco supra indicato *à n. 160. cum seqq.* valdè optimè distinguit, cui ego adhæreo; Iudicem dupliciter posse esse affectum circa controversiam, quæ ei à litigantibus decidenda proponitur; Primo modo, ut uni parti contradictionis assensu determinato, ac opinione propria simpliciter adhæreat. Alteram verò partem tantùm probabilem existimet; Secundo vero modo, ut neutri parti simpliciter, ac assensu determinato adhæreat, sed solum utramque putet probabilem, sivè æquè probabilem, sivè alteram altera probabiliorem. His positis sic concludit. Quando Judex se habet primo modo debet in conscientia ferre sententiam pro ea parte, cui ipse assensu determinato adhæret, nec potest judicare secundùm aliam opinionem quam putat probabilem. quando verò Iudex non habet propriam opinionem circa veritatem alterius partis, & consequenter neutri parti simpliciter adhæret, tunc si alteram partem existimat probabiliorem ex parte juris, probabilius est teneri ferre sententiam juxta eam opinionem probabiliorem. At quando Iudex se habet secundo modo non habens propriam opinionem circa veritatem alterius partis, sed utramque partem putat esse æquè probabilem ex parte juris, probabile est posse eam eligere opinionem quam 12 maluerit & secundum illam judicare. Immò cessante scandalo pro amico modo secundum unam, modo secundum alteram sententiam ferre; At probabilius esse, & magis æquitati consonum non dari Judici electionem, sed teneri litigantes componere, quia quando 13 opiniones sunt æquè probabiles ex parte juris videtur 14 esse æquale jus partium, nam cum Judex judicare debeat secundum jura, & jura æquè faveant utrique parti, declinare potius in unam partem, quàm in aliam cum sine causa fiat, videtur acceptio personarum, & cum Iudex sit tantùm distributor, tenetur in judicando servare æqualitatem justitiæ distributivæ, ergo si iura partium sunt prorsus æqualia non videtur cur possit ipse totam rem uni tribuere, tenebitur ergo illam inter ipsos dividere si sit divisibilis, vel si non sit divisibilis oportebit ratione aliqua utrique parti satisfacere, v.g. sorte est res applicanda, vel uni rem, alteri dimidium æstimationis, & hoc utriusque partis consensu, *Thesaur. decis. 89.* Vnde *S. C. Neap.* quando sunt variæ opiniones super aliquo juris articulo cogit partes, 15 ut faciant compromissum de jure, & de facto eidem *S. C.* ut per *Afflict. decis. 13. num. 19. & decis. 4 . . numer. 8.* & ibi *Vrsill. in a . not. num. 10. Grammat. decis. 9. num. 1. D. Rego de Ponte de potest. Proregis tit. 1. rubr. de provision. fieri solit. in princ. numer. 10. in fine, & Mascarell. in pract. S. C. lib. 1. par. 7. glos. condemnando numer. 49.* quos etiam citat idem *Meroll. ubi supra numer. 166.*

Infert etiam *Salan.* citatus à *d. Meroll. ubi sup. nu.* 154. Iudicem, qui habet propositum, cæteris paribus, semper ferendi sententiam pro amicis, quando adsunt 16 duæ opiniones ex parte juris probabiles, ut supra diximus, regulariter loquando esse in periculo peccandi mortaliter, nam habens hunc animum, & affectum, sæpe apparebit ei probabilis ea opinio, quæ favet amico, cum re vera non sit probabilis, & merita imparia causæ ob talem affectum, qui facile judicium perturbat, paria judicabit, idem etiam tenet *Ciarlin. loc. cit. num. 43. & seqq. & Nav. in capit. si quis autem de pœnit. dist. 7. n. 130. vers. 24. infero*, ait peccare Iudices omnes, qui opinionum varietate confisi pronunciant pro amicis, volantes eis in dubio gratificare.

Quando verò duæ opiniones sunt æque probabiles 17 ex parte facti, probabilius est, Iudicem debere in civilibus componere partes inter se, vel rem dividendo inter partes si sit divisibilis, vel si non sit divisibilis debet Iudex aliquo modo utrique parti satisfacere, ut diximus *sup. n. 14.* & si sit causa criminalis debet judicare 18 in favorem rei. *Mere loc. cit. nn. 171. & 172. Bonac. ubi sup. n. 14.* Tunc autem dicitur æquè probabilis opinio ex parte facti quando utraque pars probat causam 19 suam testimoniis æque idoneis, vel scripturis æqualis auctoritatis, sed quando opiniones ex parte facti non sunt æqua probabiles, sed una est probabilior altera, quia scilicet una pars causam suam probavit testimo-20 niis melioribus, & probabilioribus, Iudex in conscientia tenetur judicare in civilibus juxta opinionem probabiliorem, quia pro illa adsunt majora merita, nè videatur acceptor personarum, secundo quia in sententia ferenda debet Iudex servare æqualitatem justitiæ distributivæ, & favere ei, qui dignior est, & majus jus habet, at ille, cui favent probabiliora testimonia est dignior, & habet majus jus ac etiam quia recta ratio dictat, ut sententia feratur in favorem partis melius probantis, *Meroll. ubi sup. num 176. Bonac. loc. cit. num. 14. vers. opinio dicitur æquè probabilis.*

Et in criminalibus non solum licitum est Iudici sequi partem probabilem Rei ex parte facti relicta probabiliori accusatoris maximè quando nullum sequi-21 tur accusatori nocumentum, sed tenetur in conscientia, prout etiam, ut supra dixi quando sunt æquè probabiles, tenetur ad favorem Rei sententiam ferre. *Meroll. ubi sup. nu. 172. 180. & 181.* qui *nu. 182.* advertit doctrinam supra à se traditam de Iudice quomodo se gerere debeat in sententiis ferendis intelligendam esse regula-22 riter, quia quando sunt personæ, & res privilegiatæ, quibus semper cæteris paribus favendum est, ut est causa pia, libertas, dos, matrimonium, &c. quod etiam docuit aa multis *DD.* idem *Ciarlin. d. controvers. 235. n. 70.*

Sed an Iudex post latam diffinitivam sententiam pos-23 sit condemnare Reum ad interesse, partis petiti omissum in libello? & idem D. *Reg. Merlin. eod. tom. 1. controv. forens. cap. 20.* tenet non posse, quia post latam diffinitivam sententiam cessat omninò Iudicis officium, ità ut nequeat in accessoriis se intromittere, nisi eadem die vellet super his illam supplere, quia id incontinenti videtur factum, ex *text. expresso in l. Paulus 42. ff. de re judic.* & in *l. Iudex posteaquam eod. tit.* & ita decisum per Senatum Pedemontanum refert *Thesaur. decis. 135. num. 1.* & in hoc Regno procedere tam in Iudice ordinario, quam in Iudice delegato vigore *cap. Regni Si de furto.*

Quando verò Iudex proferens sententiam in causa 24 criminali inter partes, reservat uni parti jus agendi quoad interesse civile, & eadem die postea pronunciaverit in causa civili supradicto interesse, nullitet procedit, cum requiratur nova citatio, quia cum in causa criminali Iudex declaraverit animum suum non velle pro illa die super interesse civili pronunciare, non poterit eodem die de eo pronunciare, sed alio die, & cum nova citatione, *Caputaq. decis. 116. alias 5. verbo Index part. 2. Grattan. tom. 1. discept. forens. capit. 144. num. 65.*

25 Nu. 25. in hac *decis.* fit mentio de præsumptione, & conjectura quando excludant delictum. Non immeritò ad intellectum *Reg. Pragmat. 7. numero 8. de armis, volum. 2.* ubi statuitur, ut Viatores licet possint extra habitationem deferre sclopum quatuor palmorum oneratum, & cum rota, tamen intra habitationem debent illum exonerare de rota, & pulverem eximere à fucone. Observandum est, quod sclopus cum 26 rota qui potest exonerari sine igne naturali, si ab illo eximatur rota, eximitur à statuto, eo enim casu non dicitur sclopus ajus qualitatis *Bolognett. consf. 15. sub n. 24.* quem refert, & sequitur *Francisc. Niger Cyriac. controvers. 310. numer. 134. lib. 2.* Et stante prohibitione Synodali contra Clericos asportantes Archibosettos, si Clericus inventus fuerit cum Archibusetto absque fucilibus, & canibus ferreis, non incidit, in pœnam contentam in statuto, seu decrato Synodali, vel adicto, quia non dicitur propriè asportare arma, qui ea defert non apta ad nocendum, & ita decisum refere *D. Ricc. de cis. 93. tom. 1* in Curia Neapolitana. Sicut dicitur de Molendino, qui remota Clusa, sine qua molere non potest, non dicitur Molendinum, destructo namque ordine destruitur ordinabile, ad *e x t. in l. tria prædia 31. ff. de servit. rustic. præd. Iacobut. de Franch. in tit. de his, qui feudar. poss. §. hoc autem num. 28. Cyriac. ibidem numero 135. & 136.* & sic deferens sclopum quamvis oneratum, sed absque rota intra loca habi-27 tata non videtur incidere in pœnam *d. Pragm.* Actamen cum fuisset annis elapsis captus in hac Civitate Neap. quidam cum sclopo onerato, sed absque rota fuit dubitatum de contraventione *dict. Pragmatica*, dum non erat sclopus exoneratus, & replicabatur ab inquisito, quod non poterat cum illo delictum aliquod committi dum non aderat rota, & sic cessabat finis prohibitionis *d. Pragm. & per M. C. V.* referente * *D. Iudice de Marinis* postea Præsideore R. C. S. ac demum Regente Regiam Cancellariam meritissimo fuit provisum, quod liberetur novis supervenientibus indiciis, quia noluit *M. C. V.* determinare Articulum. In Banca . . .

Ex jam dictis infero ad *num. 33. & 34. hujus decisionis*, ubi fit mentio de fœmina Domina Hospitii, quod præsumatur meretrix, quod cum prohibitum sit Meretricibus sub pœna fustigationis nè incidant per hanc 28 Civitatem Neapolitan. & in ejus suburbiis in sellis gestatoriis, ac in Rhedis, Curribus, Bicis, & Quadrigis. ut in *pragm. 4. & 8. de meretricibus, tom. 1* & in *prag. 10. & 11 eodem tit. tom. 2.* ac in *pragm. 9 num. 4. de ar-29 mis tom. 1.* Quod pœna in *dd. prag.* contenta non habet locum in qualibet Muliere, quæ solum ab uno, vel à duobus tantum carnaliter se cognosci patitur, & propterea *Pragmaticas* supradictas eas non ligare, nec comprehendere, quia *Pragmaticæ* loquuntur de Meretricibus, quæ in proprio significatu veniunt illæ, quæ palam & publicè, sive in tabetna, vel alio quocunque loco multorum libidini parent, *cap. vidua est 34. dist.* & quarum turpitudo publicè venalis est, *capit. Meretrices 33. quæst. 4. l. palam 43. § item quæ, ff. de ritu nupt. Covarruv. 2. part. relect. cap. 7. §. 11. num. 4.* ubi refellit opinionem *Abb. in cap. cum decorem circa finem de vita, & honestate cleric.* & sequacium, qui Mulierem, quæ duos ad coitum causa quæstus, nec plures admisit, meretricam esse existimat, per *d. tex. in d. l. palam*, etenim *I. C. Vulpianus*, ibi in *d. §. item quæ*, sic apertè loquitur: *Item quæ cum uno, & altere se pecunia accepta commiscent non videtur palam corpore quæstum facere*, ubi *glos. in verbo & altere* Itaque non dicitur Meretrix, quæ cum uno, & altero tantum pecunia accepta se commiscoit *D. de Franch. dec. 68. n. 8. D. Pasch. de vir. patr. pot. par. 2. cap. 10. n. 27.*

Et

Et cum agatur de pœna imposita per statutum, debet in suo proprio, & potiori significatu locum habe- 30 re absque alia distinctione, quia nomeo Meretricium fundatur in publicitate, & multiplicitate actuum, & 31 lea, & statutum non judaicè, & secundum cort'cem intelligenda sunt, sed secundum rationem *Bal. in l. quicunque n.19.in fine, C. de servis fugit.* & in *l.omnes populi n.77.in fine, ff. de just. & jure*, per *gloss.* ab omnibus solemnizatam in *l.damni, §.is, qui in verbo aliquas, ff. de damn.infect.*

32 Hine etiam refellenda est opinio *Afflict. super constit.par.2.lib.3.rubr 43. de prohib. cohabit.meretric. inter bonas mulier. num.3.* qui ex *Luca de Penna* tenet, quod Meretrix etiam dicatur illa, etiam si unus accessit ad eam, & mercedem proinde recepit, per *text. in l.mariti, §.qui quaestum, ff.ad l.Jul.de adult.* quia *text.ille* loquitur in marito lenocinium committente & quæstum ex hoc faciente, in quo sat est semel quæstum accepisse, ut bene advertit *Covar.loc.cit. num.3.* Non autem de Muliere, quæ ab uno se carnaliter cognosci patitur causa quæstus, ut dicatur meretrix, ut etiam *D.Reg.Tapia lib.5.Iur. Regni titul.26. de meretricibus, in rubr.in fine.*

33 Unde cum in anno 1614. quædam Mulier, quæ præsupponebatur meretrix fuerit reperta tertia hora noctis in Quadriga veniens de Civitate Aversæ ad hanc Neap. itetando, & cum Fiscus instaret incidisse in pœnam fustigationis contentam in *d.Pragm.4.&* 8. [nam aliæ *Pragm.10.& 11.atque 19.supra cit.* fuerunt emanatæ postea,] & per testes ab ipso Fisco examinatos non constabat ipsam esse meretricem publicam, sed restrictam, & ex ejus mulieris de positione se ab uno cognosci carnaliter, & detineri, in quo casu meretria dici non potest; sed potius concubina, cum ut supra diximus meretricium fundatur in publicitate & multiplicitate actuum. Item dicebatur ex parte d. mulieris, quod sicut statutum prohibens armorum, delationem per Civitatem non comprehendit itinerantes, vel de foris venientes, *l. 1. ff. ad leg.Iul. de vi* 34 *publ capit.1.§.mercator de pace tenend.& ejus violator. de usibus feudal.* ubi *Andr. de Isern. numero trigesimo* quia de eis, vel non cogitavit statuens, vel si cogitavit non venire intellexit, ita hoc casu non debere comprehendi Meretricem (si talis esset) quæ ab alia Terra, vel Civitate, ubi tale non viget statutum, jure licito ad Civitatem Neapolit. statuto subjectam accederet in quadriga. Item pro ea dicebatur, quod quamvis plures fuissent captæ in fragranti, nunquam rigor hujus pœnæ fuit per M. C observatus. Et facta 35 per eandem M.C.relatione in Collaterali Consilio die Octobrie 1614. obtinuit dicta mulier, & fuit liberata, ut ego habeo in quodam voto ad pennam *Consiliarii Marci Antonii de Morra*, qui tunc erat Regius Consiliarius, & Iudex dictæ M.C. in criminalibus, quamvis ipse fuerit voti ex aliis, & utilitate vitæ, & occasionibus ab ea, & ne prorsus impunita discederet, recedendo à pœna ordinaria per triennium exulandam à tota Provincia, vel saltem per milliaria triginta cum comminatione fustigationis, & duplicationis, quod fieri posse aiebat ipse dicens esse opinionem communiter receptam *Bartol. in leg. quid ergo, §. pœna gravior, ff. de his, qui not. infam. Bald. in leg. & si severior, C odic. ex quibus caus. infam. irrog.* sed non obstante dicto ejus voto per *Collaterale Consil.* fuit liberata, ut hæc omnia ex manu sua scripta habeo ad literam.

Michael Angelus Grizzius.

ARGUMENTUM.

Tertius quando possit Iudicem recusare, & quid quando causa suspicionis est frivola, & Iudex bonæ opinionis, & famæ, & recusatio est affectata ab una ex partibus litigantibus.

SUMMARIUM.

1 *Tertius comparens in causa an possit à sententia appellare, restitutionem in integrum ad pinguius probandum petere, & Judicem ut suspectum recusare, num. 2. & 3.*

4 *Judices, qui sunt bona fama, & integerrimi, & in supremo dignitate constituti non possunt ex frivolis causis recusari.*

5 *Senatores præsumuntur exploratæ fidei, & integritatis & ut tales à Principe electi, unde ex levibus causis recusari non possunt.*

6 *Filius non potest dici tertius respectu patris.*

7 *Filius præsumptione juris pro una, eademque persona cum patre reputatur.*

8 *Tertius, in quem adest suspicio calumniæ, vel malitia quod veniat in causa ad eam impediendam, & differendam, audiri non debet.*

9 *Judex non debet audire tertium malitiosè se opponentem, prout sæpe sæpius contingi solet.*

10 *Concedenda non sunt ea, quæ calumniose petuntur.*

11 *Filii uti tertii an possint venire ad coadjuvandum jura eorum patris pro validitate testamenti, remissive.*

12 *Tertius veniens in causa non potest admitti, nisi in eo statu, in quo lis est inter Actorem, & Reum.*

13 *Tertii persona venientis ad coadjuvandum, vel defendendum, unica judicatur cum persona ipsiusmet principalis, & n. 19.*

14 *Terminus statutus per* Regiam Pragmaticam *ad proponendas suspitiones.*

15 *Tertius est audiendus in terminis, in quibus causa reperitur, ita ut præclusa via principali, cui tertius coadjuvare intendit, etiam ipsi tertio præclusa intelligitur.*

19 *Tertius veniens in causa post conclusionem, non potest testes, & alias probationes producere cum hoc principali non liceat.*

Amplia, ut numero seq. & 18.

20 *Tertius tenetur appellare infra legitima tempora decem dierum, à die sententiæ.*

21 *Tertius uti legatarius veniens ad coadjuvandum tenetur litem assumere in eo statu, in quo reperitur, ita ut non habeat plus juris in ea, quam principalis cui assistere intendit.*

22 *Tertius, cui per decretum est dictum, quod non audiatur, sed tantum, quod liceat assistere, tunc neque Judicem recusare poterit.*

23 *Judex an possit recusari per tertium ultro advenientem in judicio, remissive.*

DECISIO CLXIV.

Tertius comparens in causa, si habeat quale quale interesse, quod possit à sententia appellare, habetur ex *text. in leg. ab exequutore, §. alio, & in l. à sententia, D. de appellat. gloss. in can. non solum 2. quæst. 6. Rota decis. 4. alias 390. de sequestr. possess. & fruct. Covar. Corn. Alber. Tiraq.* & alii per *Kugin. de appellat. in §. 2. cap. 10. num. 34.* sic etiam poterit exequutionem sententiæ impedire, *Lancell. de attent. part. 2. cap.12. ampliat.14. num.1. Gayl. observ. 122. &*

37. lib.

17. *lib* 1. *Minsing. observ.* 73. *cent.* 3. & si comparet post conclusum in causa, potest petere restitutionem 2 in integrum ad pinguius probandum, *Afflict.* & *ibi Vrsil.* & alii *Addent. decision.* 15 potest etiam Iudicem 3 uti suspectum recusare, ut habetur ex *Panormit. in cap. cum super, de offic. deleg. numero* 2. ibi, *& tene menti, quia nescio alibi, quod tertius comparens pro suo interesse potest recusare Iudicem, si habet causam legitimam, cum recusandi*, & inferius dicit, *& hoc non tradas oblivioni*, & *ibidem* etiam *Ant. de Butr. Cardinal.* & alii, *Anfrer. in tractat. de recusat. test. numero* 38. *versic.* 69. *Lancell. de attent. part.* 2. *cap.* 6. *numer.* 36. *&* 71. *Mascard. de probat. volum.* 2. *conclus.* 943. *numer.* 4. *Intrigl. sing.* 8?. *numer.* 170. *lib.* 3. *Afflict. dict. decision.* 15. *numero* 3. *& decision.* 235. *numer.* 7. *in fi. Reg. Sanfelic. decis.* 90. *numero* 40. late etiam de tertio comparente *Reg. Revit. decision. prim.* ubi omnia perbelle distinguit, & declarat.

Ex quibus vertente lite in Sac. Reg. Cons. inter Corneliam Pisciottam. & D. Pompeum Campitellum super successione hæreditatis quond. Elionoræ Pisciottæ; Marchionissæ Casaboni, sororis dictæ Corneliæ, & uxoris dicti D. Pompei, ac etiam Io. Thomam Pisciottam creditorem dictæ hæreditatis, cum tractaretur in eodem Sac. Cons. ad instantiam Corneliæ, si debeb reconfirmari sequestrum omnium bonorum dictæ hæreditatis, alias factum in limine expeditionis dicti articuli, causa discussa, & informata comparuerunt duo filii ex prima uxore dict. D. Pompei hoc est D. D. dacus, & D. Laurentius Campitelli, vi legatarii dictæ Elionoræ, unus ex eis in duc. 500. alter vero in duc. 200. & institerunt, pro eorum interesse audiri, & die sequenti non expectata provisione facienda per S. C. si uti tertii debebant audiri, vel liti assistere, proposuerunt in Collat. Cons. capita recusationis Spectabilis Andreæ Marchesii, Præsidis dicti S. C. nam & si capita suspitionis Regiorum Consiliariorum, & aliorum Senatorum, tam Reg. Cam. quam aliorum Officialium M. C. V. proponantur in eisdem Tribunalibus, ubi causa vertitur coram eorum Capite, tamen recusationes Præsidis Sacr. Cons. & Locumtenentis Reg. Cam. proponuntur coram Prorege, suoque Collater. Cons. ut habetur in *Pragm.* 5. *num.* 11. *de suspit. offic.*

Diceb. tur enim pro parte Corneliæ Pisciottæ, recusationem nullo modo esse recipiendam, sed capita esse rejicienda. Primo, quia erat satis affectata recusatio, & capita erant admodum frivola, nulliusve momenti, quia solum se restringebant, ex eo, quod dictus Præses Andreas Marchesius ex persona D. Annæ Marchesiæ ejus uxoris erat creditor dict. Io. Thomæ Pisciottæ, uti hæredis quond. Scipionis Pisciottæ in annuis duc. 280. pro capitale ducatorum quatuor mille, qui Jo. Thomas erat creditor hæreditatis prædictæ in maxima pecuniarum quantitate, & institerat pro sequestro, & ex inventario bonorum hæreditariorum & relatione creditorum apparebat, hæreditatem esse opulentam, & in nihilo posse periclitari creditum dicti Præsidis, tanto magis, stante ejus circumspectione, & integritate, omnibus nota, nam licet ex causis jure permissis omnes Iudices possint recusari, tamen est facienda aliqua differentia inter Iudices, & Iudices, nam qui sunt bonæ 4 famæ, & integerrimi, & in suprema dignitate constituti, non possunt ex frivolis causis recusari, ut post *Specul.* dixit *Abb. in cap. postremo, in fin. de appellat. Alex. in l. qui jurisdictioni, numer.* 6. *ibidemque Iason, numero* 10. *vers. Decimotertio, ff. de jurisd. omnium Iud.* idem *Iason in auth. jubemus, C. de judic. Paris. consil.* 31. *num.* 68 *lib* 1. *Tiraq. de pœnis legum caus.* 51. *num.* 61. *Menoch. de arbitr. Iud. casu* 151. *numer.* 7. sequitur *Ga-* 5 *bed. decis. Lusit. part.* 1. *decision.* 20. *num.* 4. *&* 7. ubi dicit, quod Senatores non debent ex levibus causis recusari, cum sint, & præsumantur exploratæ fidei, & integritatis, uti tales à Principe electi, *l. unic. D. de offic. Præfect. Prat.* ibi, *credidit enim Princeps, eos qui ob singularem industriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhiberentur, non aliter judicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis sua, quam ipse foret judicaturus*, *Simancas de catholic. instit. tit.* 37. *numero* 15. *Intrigl. dec. Sicil.* 47. *num.* 17. *Alvar. Valasc. in praxi partit. c.* 9. *numer.* 22. *Fontanel. dec.* 5. *num.* 8. *tom.* 1. *per tot.* ubi nonnulla ad propositum.

Secundo dicebatur, satis evidenter constare, hanc suspicionem D. Pompeum a suis filiis proponi procurasse per diem ante, pro expeditione causæ præscriptum, postquam pluries fuerat causa prædicta in Aula discussa, ejusque merita detecta, nec erat dubium, quod malitiose fuit procuratum, ad finem evitandi sequestrum bonorum, per ipsum detentorum, nam 6 filius non potest dici tertius respectu patris prout post *Plut. decision.* 77. *numer.* 18. *in fin. lib.* 2. dixit *Lancellot. de attent. par.* 2. *capit.* 3. *titul. de attent. à tertio,* 7 *numer.* 52. ea ratione, quia filius præsumptione juris pro una, eademque persona cum patre reputatur, *l. fin. C. de impub. & aliis substit. §. et,* cum pluribus concordantibus, *Instit. de inut. stipulat. Vasq. de succ. ff. creat. lib.* 2. *§.* 20. *part. requisit.* 29. *declarat.* 1. *numer.* 42. & 8 tertius, in quem adest suspitio calumniæ, vel malitiæ, quod veniat ad causam, ut faveat ipsi reo convento, & causam impediat, & expeditionem differat, tunc audiri non debet, ad finem impediendi, argumento *text. in cap. fraternitatis, ext. de testib. in integr. glos. in cap. super eo, in verbo tenebat, de offic. deleg. Felin. in cap. veniens, column.* 3. *vers. fallit primo de testib. Vant. in tractat. de nullit. in titul. quis possit dicere de nullitate, numero* 17. quod etiam ex multis comprobat *Ioan. Iacob. de Laurent. in tract. de Iudic. suspect. cap.* 15. 9 sub *numer.* 147. Immo quod Iudex non debeat audire tertium, malitiose se opponentem, prout sæpe sæpius solent isti tertii comparere, ut causæ expeditiones differant, docet *Scac. de appell. quæst.* 17. *lim.* 6. *membr.* 4. sub *num.* 87. *vers. limita primo*, ubi dat rationem, quia non sunt concedenda ea, quæ calumniose 10 petuntur, *Dec. in cap. licet causam, not.* 6 *n.* 42. *& seqq. de probat. Mars. in pract. crim. §. opportune, num.* 75. *& seqq.* usque ad 90. *Covar. pract. quæst. c.* 14. sub *numero* 3. *Afflict. d. dec.* 235. late etiam *Gizzar. dec.* 40. *& ibi Addentes.*

Tertio ad exclusionem dictæ suspitionis asserebatur, 11 quod isti filii Dun Pompei veniebant in hac causa ob interesse exiguorum legatorum, nec poterant venire, nisi ad coadjuvandum jura eorum patris pro validitate testamenti, prout declarat *Reg. Revit. in d. decision.* 1. *numer.* 5. *in fin. & per totam*, *Ioseph Ludov. decision. Perus.* 26. & proinde tenentur isti tanquam tertii causam prosequi in eo statu, & gradu, in quo reperitur, *Covar. pract. quæstion. capit.* 13. *Rugniell. de appell. §.* 2. *cap.* 1. *numer.* 47. *Altograd. consil.* 6. *num.* 47. 12 *Gizzar. dict. decision.* 40. nec potest admitti, nisi in eo statu, in quo lis est inter actorem, & reum, *Surd. decision.* 60. *numero* 6. *Grevai ad Gayll.* ubi multos recenset *observat.* 71. *libro primo Vasq. controvers. illustr. capit.* 31. *Gayll. observat.* 105. eodem *libro* 1. & uni- 13 ca judicatur persona tertii venientis ad coadjuvandum, vel defendendum cum ipsomet principali *Reg. Merlin.* hodie dignissimus Præses Sacr. Consil. *controvers.* 30. *numero* 3. *lib.* 1. ubi multas decisiones af- 14 fert, cumque per *Regiam Pragmaticam* 13. in ordine, *cap* 6. *de suspit. official.* sit statutus terminus quadraginta dierum ad suspitiones proponendas, per temporis lapsum, nedum quadraginta dierum, sed annorum fere duodecim à die incœptæ litis, in quibus dictus Præses Andreas Marchesius semper intervenerat in causa tam uti Regius Consiliarius, quam

uti

uti Præses ejusdem Sacr. Consil. sequebatur, quod non poterat uti suspectus recusari, cum iste tertius sit 15 audiendus in terminis, in quibus causa reperitur, ita ut præclusa via principali, cui tertius coadjuvare intendit, etiam ipsi tertio præclusa intelligitur, *Bal. in l. si eo tempore, in fin. C. de remiss. pignor. Natta consil. 457. tom. 2. numer. 1.* & ideo si tertius veniat ad causam post conclusionem, non potest testes, & 16 alias probationes producere, cum hoc non liceat principali, *ca. pastoralis, de caus. poss. & propr. cap. cum dilectus, de fide instrument.* ubi etiam *glos. in verbo conclusum, Iason. in l. admonendi, ff. de jure jur. Alex. consil. 182. num. 7. volum. 6. Gayll. d. observat. 71. lib. 1. num. 17. & 18. Farinac. de testib. titul. de opposit. contra exam. test. quæst. 75. numero 135. Innocent. in ca. cum super, de re jud.* ubi etiam *Ant. de But. numer. 17. Covar. dict. capit. 13. numer. 2.* ubi hoc ampliat, etiam data 17 ignorantia litis tertii comparentis, contrariis respondendo, & *cap. 14. & 15.* plenissime, & eum sequitur *Fab. de Ann. cons. 97. numer. 6. 7. & 8.* ubi ex his infert, quod si iste tertius comparet post conclusum in causa, si principali litiganti sint concessæ restitutiones in integrum ad pinguius probandum, quas Nos primum, & secundum beneficium appellamus, ex eo, 18 quia esset persona privilegiata, quod isti tertio, quamvia sit etiam privilegiatus, veluti quia minor, non conceditur alia restitutio, seu beneficium, & sic etiam si tempus petendi dicta beneficia sit elapsum, & tertius tempore inhabili comparuerit, nam cum principalis prædictas restitutiones habere non possit, neque ei impartiri possunt, *Giurba decision. 1. nu-* 19 *mer. 25.* ubi alios refert, & hoc eademmet ratione, quia reputatur una, eademque persona cum principali litigante. *Surd. decision. 163. num. 9. decision. 174. numer. 27. & decision. 335. num. 21.* idem *Giurb.* ubi supra, *num. 31. Hended. cons. 25. num. 19. volum. 1. Reg. & Preses Merlin. controv. forens. d. cap. 30. numer. 2. Gaballin. Milleloq. 983.* 20 *num. 1. Reg. Sanfelic. dict. decis. 90. num. 27.* ubi sic decisum refert, nec etiam poterit appellare post lapsa legitima tempora ad appellandum, tenetur enim appellare infra decem dies à die scientiæ, ut late probat *Covar. dict. cap. 15. Lancell. Copoal. Rebuff.* & alii per *Scacc. de appellat. quæst. 17. limit 6. membr. 4.* sub *num. 96. versicul. secus erit Hartman. lib. 2. observat. titul. 5. observ. 10. numer. 6. vers. & sic est casus, Achil. Personal. de adipisc. poss. numer. 34. Mathias Berlich. practicab. quæst. conclus. 25. numer. 21.* quod absque controversia 21 procedit, quando iste tertius non venit ad causam, nisi ad coadjuvandum unum ex litigatoribus, quod exemplificat *Covar.* in legatario *dict. cap. 15.* nam tunc cum non veniat principaliter pro suo interesse ad excludendum actorem, vel reum, tenetur litem assumere in eo statu, in quo reperitur, ita ut non habeat plus juris in ea, quam principalis, cui assistere intendit, & proinde excluso principali ex lapsu temporis, erit etiam exclusus iste tertius, *Ioseph. Ludovic. d. decision. Perusi. 26. numero 25. & in fin. Hended. d. consil. numer. 25. volum. 1. Covar. dict. capit. 15. numero 3. & 5. Berlich. ubi supra, numero 28. & 35. Paris. consil 107. numer. 82. volum. 1.* quo in casu sit decretum, quod non audiatur, sed liceat tantum assistere, ex qua 22 audientiæ denegatione provenit, quod neque possit Judicem recusare, ut dixit *Reg. Sanfel. dict. decision. 90. numer. 21.* ubi ad hoc ponderat doctrinam supra relatam *Panorm. in dict. cap. cum super, de offic. deleg.* & affert decisionem Sacr. Cons. in causa successionis Illustr. Principis Bisiniani cum Comite Saponariæ, & 23 tertium posse Iudicem recusare, intelligit *Gravet in addit. ad Gayl. d. observ. 71. considerat. 1.* quando fuit in judicio citatus, non ultro adveniente, allegat *Rot. Genuens. in dec. 143. numer. 7.* in quo tamen articulo erit cogitandum.

Sed his omnibus discussis die 18. Augusti 1647. fuit determinatum, quod rejiciantur Capita, & solvat pœnam, & fuit maxime consideratum, quod prædicti legatarii, filii D. Pompei non habebant interesse principaliter, sed secundario, & quod dicta recusatio revera fuit proposita à patre sub nomine filiorum, ad retardandam causæ, expeditionem, Penes Stephanum de Giorno, Regium à Mandatis Scribam.

OBSERVAT. IN DECIS. CLXIV.

SVMMARIVM.

1 *Suspitio Iudicis potest allegari tàm per principalem, quàm per procuratorem habentem speciale mandatum.*

2 *Vel si sit procurator generalis, qui pro principali absente promittat de rato, vel petat terminum ad obtinendum speciale mandatum, ibidem.*

Iudex recusatus suspectus interim non potest procedere in causa, ibid.

2 *Iudex, qui propalavit votum suum antè sententiam quando reddatur suspectus, & recusari possit, & nu. 3. Afferuntur decisiones, ibidem.*

3 Auditores Rotæ Rom. *qui palam detegunt, quid sentiant in causa non recusantur suspecti, ibid.*

4 *Advocatus partis factus Iudex an possit recusari, & in quibus casibus.*

5 *Appellari, seu reclamari non potest à decreto suspitionis Iudicis in Tribunalibus Neap. sed per Dom. Proregem, ejusque Collaterale Consilium sæpè dispensatur, ut admittatur recusatio.*

6 *Compaternitas, seu cognatio spiritualis est causa justa recusandi Iudicem.*

7 *Iudex, qui est compater alicujus an possit recusari suspectus in causis filii, uxoris, vel mariti illius, cum quo contraxit cognationem spiritualem, & numero 8. cum seq.*

Dom. Consiliarius Antonius Floribus *laudatur, ibid.*

Suspitio Iudicis an possit proponi post 40. dies si de novo ad notitiam partis pervenit, ibid. & n. 14. & 17. affertas decisio n. 28.

9 *Cognatio spiritualis, inter quos contrahatur ex dispositione S.C.T. & n. 11.*

10 *Cognatio spiritualis contracta per Iudicem cum aliqua reddit ipsum suspectum in causa filii. Afferuntur decisiones ibid.*

Interesse filii, dicitur interesse patris, ibid.

11 *Cognatio spiritualis contracta cum viro, non extenditur ad uxorem, & è contrà.*

12 *Suspicio Iudicis debet proponi ante omnes exceptiones, & ante litis contestationem de Iure communi, sed de Iure Regni Neap. intrà quadraginta dies à die intimationis primæ petitionis, & n. 13.*

Limitatur tamen quando suspitio ad notitiam recusantis pervenit post dictum tempus 40. dierum, & numer. 14. & 17.

Ignorans non dicitur jus suum remittere, ibidem.

15 *Ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia.*

16 *Suspitionem novè ad partis notitiam devenisse probatur ejus juramento.*

Litigare coram Iudice suspecto durissimum est, & cavendum est à Iudice suspecto, ibid.

17 *Recusatio Iudicis suspecti, quæ non egat probatione pe & quandocunque admitti, & post tempus prefixum tes. num. 21. quod etiam procedit in multis aliis casibus, num. 18.*

19 *Suspitiones Iudicum quando Iure communi sint proponenda, & infrà quale tempus de Iure Regni Neapolitani, & quæ de novo supervenerint.*

20 *Pragmatica promulgata super suspitionibus Officialium sunt fundata in calumnia litigantium, qui suspitiones proponunt ad dilatandas expeditiones causarum,*

causarum, & illa non probata non habet locum, numero 21.

21 *Causa suspitionis cum est notoria, & manifesta potest determinari absque termino, & nu.17. & 23.*

22 *Statutum mandans litigari coram Iudice suspecto non valet.*

Statutum excludens interpretationem, non excludit bonam, & rationabilem, ibid.

Sed comprehendit casum dolosum, verum non præsumptum, ibid.

23 *Exceptio, quæ incontinenti probatur, impedit immissionem, secus si altiorem requirat indaginem.*

Exceptio rei non traditæ cum sit certa non censetur exclusa per statutum tollens omnes exceptiones, ibid.

Statutum reiiciens omnes exceptiones adversus publicum instrumentum, adhuc admittitur exceptio justa cum rejecta solum censeantur futiles, & frivola, ibid.

24 *Pragmatica de suspit. Official. circa tempus illas proponendi, an sint in usu, & illarum observantia, à quo debeat probari, n.23.*

Usus statuti eo ipso, quod non probatur, censetur probatus non usus illius, ibid.

25 *Statutum continens plura, & diversa capitula, potest recipi quoad unum, & quoad aliud separatum respui.*

26 *Pragmatica de suspition.official. circa tempus illas proponendi non verificantur in omnibus causis, & sub illarum dispositione non comprehenditur casus suspitionis ex causa consanguinitatis, vel affinitatis, quia semper talis suspitio opponi potest usque ad expeditionem causæ.*

Casus certus non comprehenditur in d.pragm.ibidem.

27 *Cognatio spiritualis quando finitur.*

28 *Adducitur decisio.*

CUm in hac decisione agatur de suspitionibus Officialium observandum est quod suspitio potest allegari tàm per principalem, quàm per ejus Procuratorem, dummodo Procurator habeat speciale mandatum, *Simon de Pret.consil.27.numer.3.* nisi sit Procurator generalis, qui pro principali absente de rato promittat, vel petat terminum ad obtinendum mandatum speciale, & interim Iudex recusatus debet abstinere, prout decisum refert *Rebuff. ad Constit.Gall tom.3.tit.de recus. art.1.glos.1.n.4. in fine, D.Revit.in pragm.1.n.75.de suspit.official.*

2 Quando verò Iudex propalavit votum suum antè sententiam redditur suspectus, & potest recusari, ut latè *Giurb.decision.54. per totam.* qui tamen *numer.7. & 8.* ait, quod non facilè talis recusatio admitti debeat, 3 cum Romæ dignissimi illi *Auditores Rotæ* palam detegunt quid sentiant in causa, & dicunt partibus, tu Ius non foves, sententia contra te ferenda est, Rota non benè sentit de causa tua, & quod propterea sic liberè loquentes non recusantur, ut suspecti, & quod ipsemet cum esset, ut suspectus recusatus ex eo, quod dixerat uni parti non esse adhuc à suis Advocatis satisfactum, quasi votum suum propalasset, tamen pronunciatum fuisse ipsum non ideo fuisse suspectum, aliamque similem decisionem adducit, ea nempè ratione, quia arbitrio Superioris, seu Arbitrorum esse causam suspitionis admittere, vel non, ex *Bero. in cap. quoniam contra n.161. de probat.*

4 Quando autem Advocatus unius partis ex litigantibus factus sit Iudex ejusdem causæ possit recusari, adest *pragm.eadem 15.cap.18. de susp.official.* Sed videndus omninò idem *Giurb.d.dec.54.n.5. & 6.*

Et cum in *d. prag. 15. cap. 23.* disponatur non posse appellari, neque reclamari à decretis suspitionum, observandum etiam, quod sæpè sæpius dispensatum extitit per *S. E. & suum Collaterale Consilium*, & admissa 5 reclamatio, ut in causa Venerabilis Monasterii S. Claræ hujus Civitatis Neap. cum V.I.D. Ioanne Thoma de Roggerio, in qua fuit allegatus suspectus *D. Consiliarius Andreas Provenzalis*, & decisa causa suspitionis per S.C. *die 27. Martii* 1631. quod non admittantur capita suspitionis, à quo decreto cum reclamasset ad *Collaterale Consilium*, fuit per *Collaterale Consilium* admissa reclamatio, die 23. *Aprilis ejusdem anni*; Item in causa suspitionis propositæ per Marchionem Orioli D. Alexandrum Pignonem in personam *Consiliarii Andreæ de Ianuario postea Regentis Collateralis Consilii sub die 16. Aprilis* 1633. prout etiam in aliis reclamationibus fuit obtenta dispensatio.

6 Compaternitas, seù cognatio spiritualis est etiam causa justa recusandi Judicem uti suspectum, ut habetur in *ead. pragm.15. cap.17.* Sed hæsitari contingit, an Judex, qui contraxit cognationem spiritualem cum aliquo, possit recusari suspectus in causa filii, vel uxoris, vel mariti, qui nullam habent cognatio-7 nem cum Iudice, & dicendum puto posse recusari, prout patet ex allegatis à me in suspitione proposita die primo Aprilis 1664. per D. Lucretiam de Bononia Marchionam Sancti Sebastiani uxorem D. D. Caroli de Capua in personam *D. Antonii Florilli Regii Consiliarii meritissimi, ac doctissimi*, in causa quam habebat cum D.Duce Rodii. & D.Carolo ejus filio, ex eo quod D.Ducissa Rodii uxor dicti Ducis, & mater dicti D. Caroli contraxerat cognationem spiritualem cum dicto *D. Consiliario Florillo* dum susceperat de sacro fonte Baptismatis filium dicti *D.Consiliarii*, ut patet ex infrascriptis à me allegatis.

In quibus defenditur etiam, quod si post terminum quadraginta dierum concessum ad proponendas suspitiones per Regiam pragmaticam, de novo ad notitiam recusantis pervenit causa suspitionis potest nihilominus proponi, & sunt tenoris sequentis, & sic decisum afferitur.

In facto non ambigitur Ill.Ducissam Rodii in sacro fonte Baptismatis suscepisse filium *Domini Antonii Florilli mihi Regii Consiliarii dignissimi*, ut ex confes-sione ejusdem *D. Antonii* colligitur, & propterea jure 8 meritò fuit allegatus suspectus per Ill. Marchionem Sancti Sebastiani D. Lucretiam de Bononia in causa, quam habet cum Ill. Duce Rodii viro dictæ Ducissæ, ac cum D. Carolo eorum filio cessionariis D. Caracciolo monialis professæ in Monasterio Reginæ Cœli.

9 Cognatio namque spiritualis secundum dispositionem *S.C.T.sess. 24. cap.2. de reformat. matrimon.* benè contrahitur inter suscipientem, & baptizatum ipsum, & illius patrem, ac matrem, necnon inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem, cum quo conformis est *pragm. 15. cap. 17. de suspit.official.* circà suspitiones proponendas, ut probant *D.Revit.in prag.1.num.35. & D. Novar.in d.pragm. 15. collect.6.numer. 27. de suspit. official.* unde cùm cognatio spiritualis sit contracta inter d. Ducissam, & d. D. Consiliarium D.Antonium patrem baptizati, non videtur hæsitandum de allegata suspitione in personam prædicti D. Consiliarii Antonii dum cognatio spiritualis justa dicitur causa recusationis, ut probant *DD. relati per Petram super Ritu M.C.V. 265. num.134* qui hoc comprobat *num.136. cum tribus seqq. tom.2.* & habetur citata *pragm.15.cap 17.*

Ideoque in causa Hectoris Pignatelli cum Comite Soriani filio Ducis Nuceriæ super successione status Montis Leonis, dùm fuisset allegatus suspectus Re-10 gius Consiliarius; ac Proregens Didacus Lopez per d.Hectorem, eò quod d. Dux levaverat in sacro Baptismate filium prædicti D. Lopez, & licet nulla detur conjunctio spiritualis cum filio suscipientis, & sic cum d. Comite ex dispositione *d. S. C. Trid.* & tradit

D.Reg.

D.Reg Sanfelic.decis.83. num. 14. attamen ratione affectionis interesse filii dici potest interesse patris, ex rationibus consideratis per eundem *D. Sanfelic. ibid. à num.15. per tot.num.20.* & propterea per totum *Sacrum Consilium, in Collaterali Consilio sub die 11. Septembris* 1623. fuit decisum, quòd dictus Consiliarius Lopez non interveniat, ut refert idem *Sanfelic. ibidem numer.21.* qui *in praxi judiciaria sect.2 2.sub numer.4.* refert fuisse decisum in *Collaterali Consilio*, cognationem spiritualem cum patre contractam reddere suspectum Judicem in causa filii, & proinde ordinatum quod non interveniat Præses S. C. quia compater patris Marchionis Galatii, aliam similem decisionem refert *Fontanell.decis.15.num.24.lib.1.* sequitur, & refert. *Petra ubi supra num.*135. qui aliamque decisionem refert *sub nu* 141.in personam Consiliarii Iovini cujus filium levaverant Dux, & Ducissa Magdaloni, & lis erat inter hodiernum Ducem, & D. Josephum fratrem naturalem super solutione legati facti per quondam Ducem patrem, & tamen fuit decisum, quod non interveniat de anno 1661. & propterea in casu nostro, licet cognatio spiritualis nullatenus sit contracta cum d.D.Carolo filio Ducissæ Levantis, attamen ratione interesse filii, quod dici potest interesse matris, ut supra, debet similiter ordinari, quod non interveniat dictus D. Consiliarius Florillus in causis dicti D. Caroli cum ipsa Marchiona vertentibus.

11 Nec curandum, quod cognatio spiritualis minimè sit contracta cum dicto Duce patre, cum cognatio spiritualis per virum contracta ad uxorem non extendatur, nec è contra, ut probant infiniti adducti per *Sanch de matrimonio lib 7. disp.54. num.11.* quia *Tridentinum Concilium* expressè declarat cognationem non contrahi ab aliis personis præter ibi enumeratas, inter quas non continetur uxor patrini, vel maritus patrinæ, nam contrarium substinet *Petra ubi supra n.* 142. imo in casu nostro lis est, tam cum dicto Duce quàm cùm Carolo ejus filio, & dum in causis filii dictus D. Consiliarius Florillus intervenire non potest ex supra probatis, & decisis, neque etiam in causis Ducis ejus interventus adesse poterit ratione individuitatis causæ, & sic sufficit, quod respectu unius ex colligantibus intervenire non possit.

12 Neque obstare poterit si objiciatur suspitionem non esse recipiendam, dum fuit proposita elapsis quadraginta diebus concessis ad illam allegandam, & proponendam in *d. pragm. 15. cap. 6 de suspicion. official.* eò quòd dicti dies quadraginta computantur à die intimationis primæ petitionis, sivè controsupplicatæ, ut habetur *d.cap.6.* & tamen sunt elapsi plures menses & Marchiona passa est compilari processum coram dicto D.Consiliario Florillo causæ Commissario, & ad ejus relationem proferre sententiam diffinitivam contra ipsam.

13 Nam respondetur, quod licet jure communi attento recusatio Judicis sit proponenda ante litis contestationem, & ante omnes alias exceptiones, quia est omnium prima *l.apertissimi, C. de judic. l.fin. C. de exception. Fontanella, qui DD. cumulat. decis.17.n.1.* & attento *jure Regni* intra quadraginta dies *ex dict. pragmatic.15. cap.6.* hæc tamen conclusio suam recepit re-
14 strictionem, nisi expost, & sic elapsis diebus quadraginta ad notitiam recusatio, sive suspitio devenerit, vel de novo emerserit, *cap.insinuante de offic. delegat. Mastrill.decis.131.num.68.cum seq. Castill.decis.6.nu.16. vol. 1. & decis. 131.num.1.volum.1. Intrigliol. decis.47. num.30.* aliique, quos sequens adducit *Fontanella ubi supra numer.* 5. quia ignorans non potest dici jus suum remittere, & in alium consentire, *cap. pastoralis de exception. Fontanella loco citato nu.6.* hinc dixit *Castillus dict. decis. 6. in addit.* quod in praxi vidit servatum, quod admittatur recusatio, quamvis causa fuerit antiqua, quando constat judici, quod causa de novo pervenit ad notitiam recusantis, quo relato sequutus est *D.Regens Capycius Latro decis.83. n. 10.lib.1.*

Probatur autem, quod novè ad notitiam Marchionæ recusantis hæc recusationis causa pervenit pluribus mediis

15 Primò ex præsumptione juris, quo ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia ex adverso, *l.verius, ff. de probat. c.præsumitur de reg.juris lib. 6. Intrigliol. d. decis.47. num.31.*

16 Secundo juramento ipsius recusantis, *Gevar.pract. quæst. cap.26. numere 2. Mastrill.decis. 151. numer. 69.* aliique, quos sequens, adducit *Fontanella d. decis.17. num.8. & decis.18.numer.1. & 2.* tantò magis, quia hic agitur de punienda negligentia ad excusationem culpæ vel negligentiæ *Cacheran. decis.71.num. 4. Fontanella ibidem numero* 10. qui *num.13.* probat quod quoties non potest aliqua negligentia imputari, sed relevantes suspictiones videntur, non debent rejici faciliter, & reddit rationem, quia durissimum est coram judice suspecto litigare, *can. quod suspecti 3 quæst.5. & d. l. apertissimi, C. de judic.* ideoque dixit *Bovadilla in sua politica lib. 3 cap.8.n.121. & seq.* quod cavendum est à Judicibus suspectis.

17 Tertiò admittitur propositiò recusationis post elapsum tempus præfixum ad illam proponendam, dum non eget probatione stante confessione Iudicis recusati, secus si probatio requireretur, ut ex *Covarruv. dict. c. 20.n.2. vers. sic & post*, ibi, *& si causa suspitionis*, probat *Fontanella decisione 19 numero 1* qui *numero 2.* ex simili comprobat.

18 Quarto fallit *d.pragmat.15.cap.6.* In multis aliis casibus positis per *Fontanellam citat. decis.19.num.3.7. & 13.* qui licet non concurrant in casu nostro, tamen prosunt, quia in illis casibus suspictio potest proponi etiam post lapsum tempus.

19 Minus obstabit, si dicatur supradictas restrictiones sive limitationes per Nos adductas procedere jure communi inspecto, cum de jure Regni illæ sint rejectæ, ut in *pragmat.8. de suspicion. official* ibi: *Etiam si de novo suspictio illa ad eorum notitiam pervenisse cum juramento allegetur, quam allegationem per præsentem omnino rejicimus, & mandamus*, & in *dict. pragmat. 15. capit.9. eodem titul.* ibi: *Et elassi li termini sopradetti, non si possa proponere ulteriormente sospettione alcuna per causa di preterito, etiam che la parte giurasse di esserle di nuovo pervenuto à notitia, neque per viam restitutionis in integrum, ò per qualsivoglia altra ragione*, prout ita declarant *D.Rovit.in dict. pragm.8.num.1.* ac *D. Novar. ibid. collect.4. similiter num.1.* ubi subjungit, quod fuit necessè id expressè exprimere, cum contrarium sit de jure communi ex *Castillo decis. num. 14. volum.1.* ubi limitat si de novo causa revocationis orta fuerit, ea enim quandocunque poterit opponi, ad *text. in cap. specialis de appellat. & cap. cum inter monasterium de re judic.* dummodo notoriè, & evidenter constet causam de novo supervenisse *Crist.in.decis.148.num.18.volum.2. Mising. observ.59.num.4. cent.4. & Masnard. decis. 91. par.1.* & hoc casu non procedere *d.pragm.8. & prag. 15.§.6. & 9* fundat *D. Novar. loco citato num.3. & 4.* ex *D Regente Capicio Galeota Duce Regina controver.39. lib.1.*

Quandoquidem pro parte Marchionæ recusantis plures adducimus responsiones, ex quibus fundabitur caput recusationis esse admittendum, & si in tempore dierum quadraginta non sit propositum.

20 Primò, nam omnes *Pragmatica de suspicit. official.* promulgatæ, sunt fundatæ in calumnia litigantium, qui recusationes proponunt ad dilatandum causarum cursum, & expeditionem, ut in *pragm.5. in princip.8 10. & 15.* ut etenim inquit *Castill. decis.75. numer.5. parte 1* quem refert *Dom. Novar. in sit. pragm.5. collect. 3. numer.1.* ut plurimum suspictiones proponuntur ad protelandas

21 telandas causas. Sed causa ista recusationis est certa, notoria, & manifesta & ad dilatandum non fuit proposita cum possit determinari absque termino: sed tantùm nè cogatur Marchiona litigare coram Iudice suspecto, contra *text. in can. quo suspecti*, 3. q. 5. & alia jura supra adducta, & probat *Dom. Episcop. Riccius dec. 233. par. 1. Ciriac. controv. 222. numer. 98. lib. 2. & Dom. Regens Capicius Latro consult. 101. numer. 1. lib. 2.* ideoque
22 statutum mandans litigari coram Iudice suspecto non valet, sed tantùm hoc fieri posse per Principis rescriptum, voluit *Phœbus decision. 77. tom. 1.* quo relato sequutus est *D. Novar. in rubr. de suspicion. official. collect. 1. numer. 2.* & aliis relatis, probat etiam *D. Rovit. in pragm. 1. numer. 42. eod. tit.* meritò pragmatica restringens tempus ad proponendas suspiciones Judicum non substinetur, & omni tempore illæ proponi possunt, quia per hanc restrictionem temporis tolleretur potestas recusandi Iudicem suspectum, hinc statutum excludens interpretationem, non excludit bonam, & rationabilem, *Gratian. cap. 25. num. 22. lib. 1. cap. 406. numer. 22. lib. 3.* & comprehendit casum dolosum verum non præsumptum, ex traditis per eandem *Gratian. d. cap. 406. num. 10.* sed pragmatica est fundata in scientia præsumpta, ut inquit *D. Novar. in pragm. 8. collect. 4. numer. 4. vers. quia respondetur de suspect. official.* ergo *d. pragmatica* non habet locum in casu nostro, sic etiam exceptio fundata in articulo juris, qualis est
23 ista recusatio, dùm probationem, sive terminum non requirit, dicitur certa *Gratian. cap. 692. numero 36. volum. 4.* ideoque exceptio, quæ incontinenti probatur impedit immissionem, secus si altiorem requireret indaginem, idem *Gratian. cap. 895. num. 3. & 10. lib. 5.* qui *num. 8.* declarat, quando dicatur requirere indaginem, sic etiam exceptio rei non traditæ, cum sit certa, non censetur exclusa per statutum tollens omnes exceptiones, ut probat *Gratian. cap. 411. num. 10. cum duob. seq. lib. 3. & cap. 873. numer. 3. lib. 5.* sicut etiam statutum si reiiciat omnes exceptiones adversùs publicum instrumentum, adhuc tamen admittitur exceptio justa, cum censeantur tantummodo rejectæ futiles, ac frivolæ, ut probat *Ciriac. controv. 224. numer. 3. 1. 3. & 4. volum. 1.* ideoque dùm pragmatica præsupponit calumniam in recusante, non habet locum in ista recusatione, dùm non probatur præsuppositum, & sic calumnia ad tradita per *glos. in l. mancipia § in verbo accusandum, C. de servis fugit.* & probant *DD.* relati per *Ciriac. controv. 248. num. 4. d. lib. 2. & contr. 460. nu. 21. lib. 3.*

Secundo siquidem *d. pragm 8. & 15. §. 9. de suspic. official.* non sunt in viridi observantia circa limitationem temporis ad proponendas suspiciones, licet namque *DD.* disputent an statutum præsumatur esse in observantia, ut est videre apud *Ciriac. controv. 512. numer. 40. 41. lib. 3. & Menoch. lib. 2. præsumpt. 1.* tamen illius observantia semper debet probari, quoties non constat, quod aliquo tempore receptum fuerit, ut probant *Menoch. ibid. num. 4. & cons. 317. numer. 14. lib. 4. Beccius cons. 36. num. 18. Duenas reg. 311.* ac *Ciriac. controv. 205. num. 143.* ac *d. controv. 512. numer. 38. 42. 43.* ubi ipsos refert, & observantia debet probari per allegantem, & sic per Ducem, & D. Carolum, cum non usus probatur eo ipso, quod non probatur usus, *Verall. decis. 203. par. 3.* sequitur *Ciriac. ibid. n. 144. & d. controv. 512. n. 44.*

Nec dici poterit esse observantia, dùm eadem Marchiona pro pœna recusationis fecit depositum duc. 120. juxtà *d. pragm. 15. cap. 4.* nam responsio est promptuaria, quæ tollit omnem dubietatem, nam statutum continens plura, & diversa capitula, potest recipi quoad unum, & quoad aliud separatum reipsi, ut benè probat *Gratian. cap. 516 numer. 4 lib.* ideoque *D. Rovit. prag. 10. sod. tit. de suspect. official.* inquit, quod licet in *d. prag.* auferatur potestas Judicibus, nè et quavis causa restituant depositi facti pro pœna in casu succumbentiæ in suspicionibus, attamen a prima die id non fuit observatum, ut dixit etiam in *pragm. 1. numer. 18. sed. tit.* ubi multas determinationes in contrarium adducit, ideoque stante inobservantia *d. pragm. 10.* fuisse emanatam *pragm. 15. cap. 9.* prout idem fatetur *D. Novar. in d. pragm. 10. collect. 5. numero 4.* ideoque non probata specifica observantia *d. pragm. 15. cap. 9.* illam non esse servandam dicimus, & proindè recusationem propositam decidendam esse ad favorem Marchionæ recusantis; cum agatur de suspicione tàm clara, & sæpius ad favorem recusantis decisa per idem S.C.

Sic pariter observandum erit, quod tradit *D. Regens de Marinis in observat. ad decision. Reverter. 517. nu-*
26 *mer. 5* quod *d. pragm. 8. ac 15. cap. 6.* non verificatur in omnibus casibus, & sub illa rum suppositione non comprehendit casum suspicionis ex causa consanguinitatis, vel affinitatis, nam semper usque ad expeditionem causæ talis suspicio allegari poterit ea ratione, quia certa sit suspicio, & sic casus certus non comprehenditur sub *d. prag.* propterea in casu nostro idem dicendum erit cum non dilatandi causa sit proposita recusatio, sed uti certa, & indubitata, & meritò sub *dd. prag.* non comprehenditur.

27 Et tandem obstare minimè poterit, quod per mortem Ducissæ sit finita cognatio spiritualis, prout dicitur de affinitate, quæ secundum aliquos per mortem uxoris finiatur, nam contractum in affinitate tuetur aliorum auctoritate *D. Rovit. in dict. pragm. 1. numero 30.* imò secundum *Fulgos. & Covarruv.* dicit, quod affinitas est finita in veritate, sed non est finita dilectio ob quam Iudex est suspectus, ut fund. in *num. 31.* & sic undique patet D. Florillum non posse intervenire in causa prædicta, prout sperat ut à Peritissimis integerrimis Senatoribus, qui cætera suppleant pro D. Marchiona.

28 Per S.C. die 24. ejusdem mensis Aprilis 1664. decisum fuit juxtà has Allegationes, quòd non interveniat dictus D. Consiliarius, & restituatur depositum penes Secretarium S. C.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Tempus decennii ad interponendam appellationem à quo die currere incipiat, & quid in Fisco à sententia criminali, contra ipsum lata, Et an prohibita Fisco appellatione detur ei recursus, & infra quantum temporis spatium valeat illum petere, & an ei detur restitutio in integrum ob omissam appellationem, vel recursum in tempore.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio à sententia hodie interponitur intra decem dies, quod procedit de jure Civili, & Canonico, & num. 5.*
2 *Appellatio de jure Digestorum, & Codicis infra quod tempus ante poni debeat.*
3 *Appellationis tempus ex statuto, vel stylo Civitatis, etiam Superiorem habentis, potest abbreviari, vel augeri.*
4 *Statuta varia circa appellationum tempora referuntur remissive.*
6 *Appellationis tempus infra decem dies est etiam dispositum ex observatione Cameræ Imperialis.*
7 *Decem dies statuti ad appellandum ad hoc ut currant non sufficit qualibet scientia, sed requiritur specifica per actum intimationis, & n. 45.*

Amplia,

Amplia, ut n. seq.

9 *Appellatio intra decem dies habet locum; tam in sententiis diffinitivis, quam in interlocutoriis.*

10 *Tempus decem dierum ad appellandum currit de momento ad momentum, neque potest etiam de consensu partium prorogari, & n. 28.*

11 *Tempus decem dierum ad appellandum in sententiis S.C. currit à die publicationis earum, nec requiritur citatio, secus tamen est in decretis interlocutoriis ejusdem S.C.*

12 *Citatio in publicatione sententiæ Sac. Conc. ideo non est necessaria, quia Procuratores à communiter decidentibus semper moram faciunt in dict. S.C. quando sententiæ leguntur.*

13 *Fiscus de jure Regni non appellat à sententiis absolutoriis in causis criminalibus, quod etiam servatur in interlocutoriis.*

14 *Statutum, sive constitutio, quod Fiscus in causis criminalibus appellare non possit, viget etiam in Statu Mediolani, & in Flandria, sive Gallia inferiori.*

15 Ritus M.C.V. *quod non possit appellari in causis criminalibus, procedunt nedum in sententiis absolutoriis, sed in omnibus aliis decretis.*

16 *Statutum, quod à sententia criminali appellari non possit, viget fere in omnibus locis remissive.*

17 *Fiscum posse appellare, tam in causis civilibus, quam criminalibus non reperitur in jure prohibitum.*

18 *Fisco notorie gravato datur recursus.*

19 *Practica communis, quæ observatur in S.R.C. circa petitionem recursus.*

20 *In recursu requiritur majus gravamen, quam si agatur per viam ordinariam appellationis.*

21 *Fiscus in causis, in quibus M.C.V. est, delegata, non appellat ad S.C. sed reclamat ad delegantem, qui est Regni Prorex, & Collaterale Consilium.*

22 *Practica Collateralis Consilii circa concessionem recursus quando Fiscus est notorie gravatus.*

23 *Injustitia notoria æquiparatur nullitati.*

24 *Fiscus quamvis ex dispositione* Ritus *à decretis absolutoriis appellare non possit, non tamen est ei prohibitum dicere de nullitate.*

25 *Statutum auferens appellationem, non tollit recursum supplicationis vel querelæ.*

26 *Appellatione prohibita non est prohibitus recursus.*

27 *Recursus ad instar appellationis debet peti infra decem dies à tempore latæ sententiæ.*

29 *Appellatio interposita ultra decimum etiam parte non opponente dicitur nulla.*

30 *Terminus decem dierum ad appellandum currit à die scientiæ.*

31 *Decretum latum absente Fisco est nullum.*

32 *Fisco nunquam notificatur sententia in causis criminalibus in quibus debet interesse, quia ei, qui certus est certiorari non est necesse.*

33 *Citandus non est, qui præsens reperitur, nam præsentia supplet defectum citationis, num. seq.*

35 *Fiscus non est privilegiatus, nisi in casibus, in quibus specialiter privilegiatus reperitur.*

36 *Fiscus non est restituendus in integrum, nisi in casibus à jure expressis.*

37 *Fisco in causis criminalibus non datur restitutio in integrum.*

38 *Appellatio in dubio semper est admittenda.*

39 *Appellatio secundum dispositionem* Rit. M.C.V. *non est prohibita, nisi ubi tantum adesset sententia absolutoria.*

40 *Statutum juris communis correctorium non extenditur de casu ad casum, neque ex identitate, vel majoritate rationis.*

41 *Appellatio de jure Saxonico, quamvis sit prohibita in causis criminalibus, tamen admittitur, quando pœna, quæ infertur inquisito, non est corporalis, sed pecuniaria.*

42 *Clericatus cognitio est facienda juxta formam* Ritus *235. ubi per Caravit.*

43 *Clericus non præsumitur, nisi probetur, & in dubio semper præsumitur quem esse laicum.*

44 *Fisco agente civiliter, vel criminaliter maxima differentia constituitur.*

46 *Fiscus an in integrum restitui debeat in casu, quo Judex pœnam inquisito debitam minuit, & quod in causis ordinariis, ubi non tractatur de pœna, num. seq.*

48 *Fiscus, & Ecclesia in materia restitutionis in integrum æquiparantur.*

49 *Respublica, Ecclesia, Fiscus, & Pupillus pari passu ambulant.*

50 *Fiscus an ex sola omissione appellationis infra decendium dicatur læsus, ita ut alia læsionis probatione non egeat, & num. seq.*

52 *Læsionis plena probatio non requiritur de bono jure petentis in integrum restitutionem, sufficit tantum, quod adsit fumus de dicto bono jure.*

DECISIO CLXV.

1 Per *text. in auth. hodie, C. de appellat.* constituitur victo tempus decem dierum ad appellandum à sententia, contra ipsum lata; quod etiam procedit de jure Canonico, ut in *can. anterior num. 28. 2. quæst. 6. & cap. cum dilectus in fine de elect. & cap. concertationi, de appell. in 6.* licet de jure Digestorum, & Codicis 2 brevius tempus constitutum erat, nam si principalis causam agebat per se ipsum, habebat duos dies ad appellandum à die latæ sententiæ, sin autem per Procuratorem, tres dies, *l. eos, §. sin autem, C. de appellat. & cō[illegible] l. 1. § biduum, §. dies, & §. in propria ff. quando appell. sit, Jo. Ferrar. de appellat. lib. 2. cap. 4. num. 134. tom. 5 tract. fol. 62. Rebuff. de appellat. artic. 1. glos. 1. num. 1. tom. 3 fol. 482. Petr. Gregor. Tholos. in tract. de appellat. lib. 6. capit. 6. in princip.* & post ipsos *Scacc.* 3 *de appellat. quæst. 12. num. 1.* quod quidem tempus ex statuto, vel stylo Civitatis, etiam Superiorem habentis posse abbreviari, vel augeri, habetur ex *Franch. in cap. cum sit Romana, num. 8. versic. ex hoc etiam infertur, de appellat. Rebuff.* loco supra citato, *numero 7. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. de attent. & innov. appellat. pend. limit. 50. numero 164. Sigism. Scacc. ubi* 4 *supra numero 5. & 6.* & ideo in Francia statutum fuit, ut illico appelletur, *Rebuff. ubi supra, numero 4.* & in foro Capitolino infra octo dies, *Marc. Anton. Mart. tract. de tempor. utili, & contin. capit. 3. numer. 5. in 8. volum. tract.* & de variis temporibus ad appellandum constitutis, habetur per *Matthesilan. in l. cum anterioribus, Codic. de tempor. & reparat. appellat.* quem refert *Brederodius de appellat. part. 1. titul. 23.* licet hodie omnia prædicta jura cessent, quan-5 do non adest statutum, seu consuetudo in contrarium & tempus ad appellandum est decem dierum, juxta dispositionem *text. in authent. hodie, Codic. de appellat. Specul. in titul. de appellat. §. restat videre, in princ. lib. 2. Mensing. cent. 3 observat. 31.* qui dicit, 6 hoc idem esse dispositum ex observatione Cameræ Imperialis, *Menoch. præsumpt. 95. lib. 1. Sforz. Odd. de restit. in integr. part. 2. quæst. 69. num. 2. Lancellot. de attent. part. 1. d. cap. 12. de attent. & innovat. appellat. pendente, limit. 50. princ. numero 38.* & in Regno est absolutum, ut per *Afflict. in Constitut. Appellationum tempora in 4. notab. Marant.* in suo *Speculo part. 6.* 7 *actu 2. princip. numero 213. Reg. Rovit. in pragm. 1. eodem titul. de appellation.* ubi etiam *Notar. numero secundo* qui decem dies, ad hoc ut currant, non sufficit qualibet scientia, sed requiritur specifica per actum intimationis. *Bald. in leg. 1,* sub *num. 6.* ibidemque *Salyc. in fin. C. de tempor. appellat. Jo. de Plat. in l. 1. in 3. notab. C. de Decurion. lib. 10. Intrigl. singul.*

34. lib.

34.lib.2.Reg.Rovit.in dict.pragmat.1.numero 4. Barz. decis.153.Cacher.decis.142.num.35.Capyc.decis.139.numer.4.Gratian.decis.111.num.5. idem *Reg.Rovit.decis. 16.Novar.in dict. pragmat. numero nono* & 10 quod 8 etiam procedit, quando pars fuit personaliter citata ad audiendam ipsam sententiam, & fuit contumax, *Topat.titul. 265.capit.4. versic. tempus ad interponendum Ofasch.dict.decis.142. dict.num.35. & 39.* & habere locum, 9 tam in diffinitivis, quam in interlocutoriis, fundat idem *Reg. Rovit.ubi supra numero septimo capit. dilecti, extra de appell. 1.Vrsil.ad Afflict.decis.42 num.2.*

10 Quod tempus currit de momento ad momentum, quia dies prædicti non sunt utiles sed continui, neque possunt etiam de consensu partium prorogari, *Gamma decis.Lusitan.389. Reg.Rovit.ubi supra, numero 11. Mynsinger. observat.68.centur.2. Marant.* in suo *speculo part.6.titul & quandoque appellatur, numero 336. Petr.de Raven.singul.30.& 421. Andr.Gayl. observat. 139.lib.1.*ubi etiam *Bernard.Grev.numero 2. in 2. amplia. Lancellot.de attent.dec.12.limit.50. num.58. Ruginell.de appellat.§.6.glos.2.e.7.*

Quod autem diximus, quod tempus prædictum 11 decem dierum non currit, nisi à die citationis, non procedit in sententiis Sacr.Reg Consil quæ dum proferuntur in forma sententiæ, & sic nomine Regis, prout scribitur in rubrica sententiæ tunc decem dies currunt à dictæ, & publicationis ipsius, quod tamen secus est in decretis interlocutoriis, quia debent intimari, prout de observantia, & stylo Sacr.Consil.testatur *Lanar.consil.97.num.1.*ubi dicit, quod ideo non est ne12 cessaria citatio, quando proferuntur in forma sententiæ, quia Procuratores à communiter accidentibus semper moram faciunt in Sac.Consil.quando sententiæ leguntur *Reg.Rovit.ubi supra num.6.*

Ex his fuit dubitatum in Collaterali Consilio cum quidam Franciscus Carolus de la Valle de Barulo fuisset inquisitus de ictu scoppitæ in personam Caroli Galibet. & per decretum M.C.V.sub die 9.Augusti 1641. fuisset tanquam Clericus remissus ad Curiam Archiepiscopalem, ac decreto prædicto intimato parti querelanti, minimè appellasset; sed tantum sibi reservavit juris remedia, transactis jam decem diebus Procurator Regii Fisci à dicto decreto appellavit, & commissa appellatione in Sacr. Consil. fuit prætensum pro parte inquisiti, nullo modo potuisse committi causam appellationis, sed quod erat judicandum sententiam fecisse transitum in rem judicatam, nam 13 de jure Regni non appellat à sententiis absolutoriis in causis criminalibus, ut ex *Rit. M.C.V. 258. & 261.* & *ibidem Caravita, Annib. Troys. in Rit. 412. numero 36.Gramm.decis.14.* & aliis fundavimus in *decisione 161. Capyc. decisione 144.* qui dicit quod *Ritus* prædicti observantur etiam in sententiis interloquutoriis, *Faller.in prax. crimin. in verbo pœnis debitis ferantur numero 82. Franch.decis.148. & 467. Muscatell. in pract.crimin.titul.de injur. & famos. libell. num. 84. Niger.in capit. Regni Plerumque* ubi etiam *Reg. Carol.de Tapia, Farinac. de var. & divers. crim. quæst. 101. numero 32. Lancell. Conrad. de Offic. Præs. in caus.civil.titul. de appellat.* sub numero nono *Kav. decisione 378.numero quinto Borrell.in summ. decis. titul. 33.numero 747.part.2.de Pont.de potest.Proreg.titul.3. de elect.offic.§.1.numero 51.Jul.Cæsar Jmbrian.in tract. de repuls.part.1.consider.2.numero 9. Mastrill. decis. Sicil.158.numero 2.*& de his *Ritibus* mentionem facit *Peregrin.de jure fisc.lib.7.titul.4.in princ. Batard. ad Clar.quæstione 94.numero 22.* quod quidem statutum, sive constitutio viget etiam in statu Mediolani, ubi 14 sublata est in causis criminalibus appellatio. *Clar. in dict quæst.94 num.2.*sic etiam in Flandria, sive Gallia inferiori, testatur *Iodochus in prax.crimin.cap.149.num. 3.*Quod procedit, nedum in sententiis absolutoriis, in 15 quo casu loquuntur *Ritus* M.C sed in omnibus aliis decretis observatur in practica ut testatur idem *Carav. 16 in d.rit.258.*sub *num.2.*

Quod statutum, ut à sententia criminali appellari non possit, viget fere in omnibus locis, ut dicit *Boss.in prax.crim.tit.de appellat. numero 7.* licet con17 trarium sit de jure communi, quia non reperitur in jure prohibitum, Fiscum posse appellare tam in causis civilibus, quam in criminalibus, ut habetur ex *text.in l.litigatoribus, C.de appellat.l non tantum, ff. eodem titul. l. addictis, C de Episcop.audien.cap cum sit Romana, de appellat.& ibidem Dec.Innoc. & Abb. in c.cum clamor,extra de testib.Paris de synd. in verb. condemnatio*, ac pluribus comprobat *Gabriel comm. conclus.lib.7.titul.de malefic.concl.14.Imol.cons.142.2. col.vers.præterea prohibet.*

18 Sed in caso, quo Fiscus esset notoriè gravatus, datur ei recursus, de quo verbo loquitur *text. in capit. 19 licet in fin.de elect.* & practicam dicti recursus ponit *Reg.Tapia* Marchio Belmontis *in dict.cap. Reg* incip. *Plerumque contingit.n.4.*nam oblata supplicatione Regii Fisci Præsidi Sacr. Reg. Cons fit decretatio per eum sub nomine Regis, cui dirigitur supplicatio, cum titulo Sac.Reg Majestati, quod Mag.C.V. relationem faciat in Sacr. Cons. ad finem providendi, si est deferendum petito recursui, & facta relatione per Iudicem causæ Commissarium in dict. Sacr. Cons. si gravamen est notorium, fit decretum, esse deferendum petito recursui, dicens, accepisse à Senioribus, 20 & præcipue à Præside Vincentio de Franchis, & Regente Marthos de Gorostiola quod requiritur majus gravamen in recursu, quam si agatur per viam ordinariam appellationis, de qua practica testatur etiam *Caravit. in dict. rit. 258 in fin.* & hoc idem servatur in Collaterali Consilio, ubi Ego ad præsens resideo, quia 21 in causis, in quibus Mag. Cur. est delegata, non appellatur ad Sacr. Consil. seu reclamatur ad Delegantem, qui est Regni Prorex, & Collaterale Consilium *leg 1.ff.quibus & à quo leg. præcipimus, C.de appellat. §.1.vers.si quis contra aliquem, in Auth. de Sanctiss. Episcop.Gayl.observat.121. lib.1.* ubi *Grevat*, qui alios 22 citat, & quando Fiscus prætendit se notorie gravatum, petit recursum in Collaterali Consilio, & fit decretatio, quod Mag. Cur. Vic. relationem faciat, qua facta si apparet, Regium Fiscum notoriè fuisse gravatum tunc decernitur, esse deferendum petito recursui; sin autem gravamen non est notorium, & tunc ei denegatur, & exequitur sententia ad favorem inquisiti, prout semper practicatur, quod quidem jure etiam funda23 tur, quia notoria injustitia æquiparatur nullitati, *cap. inter cætera,de re jud* & advertit *Franch.in dict. decis. 148 num.7 de Pont de potest.Proreg. d.tit.3. de elect. offic.§.1 num.51.Cancer.var.resolut.lib.2.cap.15.de iter. requisit.n.60.Mastrill.*dicta *dec.158.n.27.*

24 Et quamvis per *Rit. M.C.V.* sit prohibitum Fisco appellare à dictis decretis absolutoriis, non tamen ei est prohibitum dicere de nullitate, *Rugin. de appellat. §.11.cap.3.numero 14. & cap. 4. numero 3 Zuccard. cons.37. num.19 Mastril.dict.decis.158.numero 28.* & ideo dicit *Bald.in l fin § fin.Cod. de temper. appellat.* quem refert, & sequitur idem *Mastrill.* in *loco* sæpe 25 citato *numero octavo* quod si ex statuto infertur appellatio, non tamen tollitur recursus supplicationis, vel querelæ, *Menoch.de arbitr.Iud.quæst 70. numer.16. Plot.in cons.130.num.64* inter *cons.crimin.divers tom.1.* ubi alias limitationes ponit, & prohibita appellatio26 ne non est prohibitus recursus, *Grattan.decis.31. Rot. March.*qui recursus debet etiam peti per Regium Fis27 cum infra decem dies à tempore latæ sententiæ absolutoriæ, ad instar appellationis, ut per *Reg.Rovit.dec. 34.Rit.collect.dec.2517.*

Ex quibus dicebat inquisitus, quod cum decem dies erant

erant jam elapsi, non poterat Regius Fiscus appellare, sed erat pronunciandum, decretum remissionis causæ ad Judicem Ecclesiasticum fecisse transitum 28 in rem judicatam, quia terminus prædictus decem dierum ad appellandum currit de momento ad momentum, neque potest, ut supra diximus, de partium consensu prorogari, quo termino elapso nulliter fuit interposita appellatio, quia ultra decennium inter-29 posita, etiam parte non opponente, nulla dicitur, ut post *Bald. Paul. de Castr. & Mensyng. observat.* 11. *ad fin. cent* 3. ex pluribus tenet *Greve. ad Gayl. observ.* 119. *n.* 66. *& observ.* 139. *ampl.* 2. *lib.* 1.

30 Nec obstare dicebatur, quod terminus prædictus nunquam cœpit currere, quia decretum non fuit Regio Fisco notificatum, & de jure terminus decem dierum currit à die scientiæ, *l.* 1. *§. fin. ff. quand. appell. sit, cap. concertationi, de appellat. in* 6. *gloss. & Bartol. in dict. auth. hodie, Scagl. super rit.* 6. *num.* 1. nam decre-31 tum fuit prolatum præsente Fisco, alias enim nullum esset, *l. Divus, §. si Fiscus ff. de jur. fisc. l. fin. C. de Advoc. Fisc. Peregrin. de jur. fisc. lib.* 7. *titul.* 2. *num.* 2. *& titul.* 4. *nummer.* 2. quod etiam habetur per *Reg. Pragmat.* 36. *de offic. S. C.*

32 Hinc inolevit praxis, quod in causis criminalibus nunquam Fisco notificatur sententia, quia is, qui certus est, certiorari non est necesse, *l.* 5. *ff. de act. empti, capit. eum, qui, de reg. jur. in* 6. *gloss. verbo cognoverunt,* 33 *in princ. in cap. cum inter* 18. *de elect.* quod etiam dixit *Jas. in l.* 2. *ff. de in jus voc.* ubi dicit, quod qui præsens est, non est citandus, sequitur *Costa de fact. scient. & ignor. inspect.* 70. *num.* 5. *Mensyng. observat.* 6. *num.* 8 *centur.* 6. *Cavaler. decis.* 117. *num.* 1. *Barbos. in* 34 *cap. susceptis, num.* 14 *de cans. poss. & propriet. Ricc. collect.* 2414. nam præsentia supplet defectus citationis, *Gratian. discept. forens. cap.* 738. *num.* 20. *Paul. Durand. decis. Rot. Roman.* 6. *num.* 7. *part.* 1. *Farinac. quæst.* 72. *num.* 75. *Tusch. in verbo citatio, conclus.* 272. *num.* 82. *Cavall. comm. contra comm. q.* 808. *nu.* 18. & alii per *Franc. Baron. in tract. de citat. quæst.* 18 ex *n.* 12.

Nec dicebatur, Regium Fiscum posse juvari remedio restitutionis in integrum, nam Fiscus non est 35 privilegiatus, nisi in casibus, in quibus specialiter privilegiatus reperitur. *gloss. in l. item veniunt, §. in privatorum, in verbo publica ff. de petit. heredit. Tiraq. de utroque retract. part.* 1. *gloss.* 14. *n.* 100. *Guid. Pap. decis.* 536. *Sforz. Odd. de restitut. in integr. part.* 1. *quæst.* 4. *art.* 13. *num.* 83. *l. in factum, § Fiscum ff. de condit. & demonstrat. Boss. de privileg. Fisc. n.* 75. *Reg. Sanfelic. decis.* 135. 36 *nu.* 7. & non reperitur jure cautum, Fiscum esse restituendum in integrum, nisi in casibus expressis in *l. unica, C. de sent. advers. fisc.* inter quos non connu-37 meratur ista restitutio adversus sententiam, contra ipsum latam, tanto magis, quia sumus in criminalibus, in quibus non datur Fisco in integrum restitutio, secundum *Bal. in addit. ad Specul. in tit. de accusat. super rubr. Cremens. singul.* 22. *Alex. in apostil. ad Bart. in l. auxilium. ff. de minor. Afflict. in Constitut. Regn. in titul de in integr. restitut. Andr. de Isern. in Constit. Obscuritatem, Gabriel. commun. concl. lib.* 7. *de conclus.* 13. sub *nu.* 3. *Alfar. de offic. fiscal. gloss.* 17. sub *nu.* 41. ex quibus concludebatur, causam appellationis minime posse committi.

In contrarium verò pro Regio Fisco considera-38 batur, quod quando essemus in dubio, appellatio semper esset admittenda, *gloss. in l. qui restituere, ff. de rei vendic. l.* 13. *titul.* 23. *part.* 3. *Larrea allegat. fiscal. tom.* 1. *allegat.* 109. *num. in fin.* & quod tanto magis erat admittenda in hoc casu, in quo secundum Fisci prætensionem nulla erat dubitatio, siquidem certissimum est de jure communi, Fiscum non esse prohibitum appellare, & quamvis per *Ric.* 258. *M. C. V.* 39 appellatio fuerit ei prohibita, tamen non in omnibus causis, sed tantum ubi adesset sententia absolutoria, ut dictant verba dicti *Ritus*, quæ sunt infrascripta. *Item non appellatur ab omnibus sententiis absolutoriis, latis per ipsam Curiam ex mero officio, vel ex denunciatione criminaliter procedendo.* Ad decretum, de quo fuit interposita appellatio non erat absolutorium, quia fuit tantum interpositum super remissione ad Judicem Ecclesiasticum, & propterea non erat casus dicti *Ritus*, sive statuti, quod cum sit juris communis 40 correctorium, non extenditur de casu ad casum, *l. sancimus, C. de testam. l. præcipimus, C. de appellat.* immo nec ex identitate, vel majoritate rationis, *DD. in auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles. Menoch. consil.* 344. *num.* 3. *& 4.* Hinc jure Saxonico quamvis pro-41 hibita sit appellatio in causis criminalibus, tamen in illis casibus, in quibus pœna, quæ infertur inquisitio non est corporalis, sed pecuniaria, appellatio admittitur, *Mensyng. cent.* 4. *observat.* 41. *Matth. Coler. decis. German.* 22. *n.* 18. *& per totam,* ubi alios casus recenset, *Ric. collect. decis.* 2476.

Secundò dicebatur, quod in causa prædicta re-42 missionis ad Judicem Ecclesiasticum non fuit processum criminaliter, sed dato termino, & Parti, & Fisco intimato, & compilato processu, juxta formam *Ritus* 235. ubi *Caravit.* & habetur etiam per *Stephan. Aufrer. in tract. de potest. secul. in Eccles. in* 20. *fallent. Mascard. conclus.* 189. *num.* 8. *Farinac. quæst.* 8. *num.* 4. *in fin. Ambrosin. de immunit. Eccles. cap.* 23. *num.* 15. *vers. pro concordia, Decian. tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 110. *&* 111. *Scac. de judic. cap.* 11. *n.* 89. & post ipsos *Sebast. Guazzin. de defension. reor. defens.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. & est ratio, quia nemo præsumitur Clericus, nisi probetur, sed in dubio præsumitur laicus, *can. legum.* 2. *quæst.* 1. *Bald. in cap. at si Clerici, §. de adulter. de judic. & in cap. significasti, de foro compet. num.* 2. *Decian.* 43 *ubi supra num.* 117. & propterea, quia illa qualitas clericatus erat probanda, & in hoc judicio fori declinatoriæ non proceditur criminaliter, sed ordinarie, non potest habere locum *Ritus*, in quo denegatur appellatio tantum in causis criminalibus, & à sententiis absolutoriis; maxima enim constituitur 44 differentia in Fisco criminaliter, vel civiliter agente, *Mascard. de probat. concl.* 806. *n.* 6. *Alfar. de offic. fisc. gloss.* 16. *priv.* 15. *& gloss.* 17. *nu.* 41. ac supradicta intelligenda sunt juxta dicta per *Farinac. in locis* supra citatis per *Ambrosinum.*

45 Et demum dicebatur, quod circumscripto articulo, si dies decem ad appellandum currant à die scientiæ, vel intimationis, de quo per *Bald. in d. l.* 2. sub *nu.* 6. ubi Doctores congerit, *C. de tempor. appel.* & alios supra citatos, tamen Regius Fiscus petiit ad præ-46 dictam appellationem admitti, etiam per viam restitutionis in integrum, nam quamvis dubia sit quæstio, an Fiscus in integrum restitui debeat in casu, quo Judex pœnam inquisito debitam minuat, tamen affirmativa sententia probari videtur ex *text. in l.* 1. *C. de sentent. advers. fiscal.* & propterea hanc opinionem tenuerunt *gloss. & DD. in l. Imperatores; ff. de re jud. Paul. de Castr. in l. Respublica, C. ex quibus caus. major. Guid. Pap. quæst.* 302. qui de consuetudine ita servari testatur, *Gabr. comm. opin. lib.* 7. *de concl.* 13. *num.* 1. *&* 2. *Bald. in l. quid ergo, § pœna gravior, num.* 5. *in* 1. *elect. ff. de his qui notant. infam. & Angel. in dict. l. quid ergo, § quamvis, num.* 4. ubi in specie loquuntur in restitutione in integrum ex causa minorationis pœnæ, *Cepoll. caut.* 14. *num.* 3. & alii per *Sfort. Odd. de restit.* 47 *in integr. part.* 1. *quæst.* 3. *art.* 33. sub *num.* 95. & ideo in causis ordinariis, ubi non tractatur de pœna, nullum potest esse dubium, quin Fiscus læsus in sententia restitui debeat jure minorum, *d. l.* 1. *C. de sent. advers. fisc. lat. Paul. de Castr. Fulgos.* & alii in *d. l. Respublica, Bal. in d. l. quid ergo §. pœna gravior. Boss. in tit. si adver-*48 *sus rem jud. num.* 26. & alii per *Sfort. Odd. ubi supra, num.* 80. & Fiscum, & Ecclesiam in materia restitu-

tionis in integrum equiparari dixit, *Caff. in Confuetud. Burg. rub. 6. §. 4. verf. fed quia num. 12.* ubi Respublica, Ecclesia, Fiscus, & Pupillus pari passu ambulant, *l. Rempublicam, C. de jur. Reipubl. lib. 11. cap. 1. de in integr. restit. Colfius Ugo conf. 58.*

49

Controvertitur tamen *DD.* si ex sola omissione appellandi dicatur læsus, an vero oporteat aliunde probare læsionem, ad hoc ut possit restitui in integrum adversus omissam appellationem infra decennium? Et quidem, quod eo ipso, quod non appellavit, dicatur læsus, absque alia probatione læsionis, voluerunt *Rebuff. de restit. art. 1. gloss. 3. num. 10. & 16. Cacher. decis. 158 num. 1. e. & 3. Gabriel. comm. opin. tit. de minor. conclus. 2. Mascard. de probat. conclus. 1273. sub num. 47. Bart. in l. Sancimus, C. in quibus causis restit. in integr. Signorol. de Homod in l. nam & postea, §. si minor, num. 30. vers. sed ego puto ff. de jur. jur. Mensynger. observat. 17. cent. 4. Sfort. Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 56. artic. 4. num. 40. Greve. ad Gayll. conclus. 134. nu. 9. libro primo,* & alii innumeri.

50

51 Et licet nonnulli contrarium teneant, quod immo requiratur aliqua probatio, fuisse læsum ex non interpositione appellationis prout dixit *Bart.* sibi contrarius in *d. l. nam & postea, §. si minor, num. sext. ff. de jur. jur.* ubi etiam *Angel. in fin.* & alii adducti per *Cacher.* in allegata *dec. 158. nu. 8.* & per *Greve. d. conclus. 143. Sfort. Odd. ubi supra, num. 40. vers. in contrarium*, tamen præfati *DD.* has diffidentes inter se opiniones variis mediis conciliare conentur; & videntur concludere, quod non requiratur plena probatio læsionis de bono jure petentis in integrum restitutionem, sed tantum, quod adsit fumus de dicto bono jure, ut voluit idem *Sfort. Odd. in loco* supra citato sub *num. 46. vers. ego igitur*, & quia in hac causa multa ponderabantur in facto circa requisita à *Sac. Conc Trid.* respectu Clericatus. Ideo facta relatione in Collaterali Consilio die 15 Maii 1642. per qu. Ill. Reg. Ferdinandum Brancia, Ducem Belvederii fuit interpositum decretum, quod S.C. super exceptione rei judicatæ de justitia provideret, & hoc, quia hæc exceptio resultabat ex oppositione inquisiti, & Regius Fiscus non appellavit in tempore decem dierum, & sic decisio dictæ exceptionis non erat decidenda in Collat. Consil. sed per Judicem, ad quem fuerat pro parte Regii Fisci appellatum. Penes Regni Secretarium.

52

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXV.

SUMMARIUM.

1 *Appellationis terminus, quando currat à die sententia, & quando à die scientia, & nu 3 usque ad 11.*

2 *Quando quis ex scientia venit jure suo privandus, non sufficit qualibet scientia in genere, sed requiritur plena, certa, &c.*

3 *Statuto mandante appellationem à decretis debere fieri intra tot dies a die intimationis, an sufficiat notitia aliunde habita decreti lati, etiam non intimato decreto, ut currat tempus appellandi condemnato à die notitia & sententia.*

Intimatio decreti an sit necessaria, si ejus notitia sit aliundè habita, ibid. & n. seq.

4 *Intimatio, & citatio quando dicatur per equipollens adimpleta, & quando non ignorantur circumstantia decreti non requiritur intimatio, nu. 5.*

6 *Condemnatus si habuit aliunde scientiam sententia contra ipsum prolata, tunc non est necessaria intimatio, & si sponte comparuit, suppletur defectus citationis, n. 7.*

7 *Comparens in judicio habetur pro legitimè citato, & num. 8.*

8 *Appellans, vel reclamans à sententia, & decreto sibi non intimato dicitur se habere pro intimato, & habere scientiam decreti, ità ut nulla alia requiratur illius intimatio, & n. 9. afferuntur decisiones.*

Notitia citationis supplet, ejusdem citationis nullitatem, ibid.

9 *Reclamans à decreto sibi non intimato, dicitur illius notitiam habere, & ideò ipsi currit tempus à dicta die ad nullitates proponendas, non à die intimationis, afferuntur decisiones.*

10 *Nullitates debent proponi infra sex dies quid si ultimo, & sic sexta dies fuerit feriata, an possint proponi septima die, afferuntur diversa sibi contraria decisiones.*

11 *Contumax quando dicatur verus, & quando fictus, & quando appellent à die sententia, & quando à die notitia.*

12 *Recursus conceditur non solùm notoriè gravato, sed etiam quando sententia est contra jus.*

13 *Recursus est nomen generale à verbo recurro, & comprehendit omnem actum, per quem ad superiorem recurritur, vel per appellationem, vel per reclamationem.*

14 *Appellatio conceditur à decretis Judicum inferiorum, reclamatio à decretis Judicum majorum, & qui sint Judices inferiores, & qui majores, & infrà quod tempus concedatur.*

Judices M.C.V. & Tribunalia Regia Audientia dicuntur Judices inferiores ibid.

Consiliarii Regii S.C. & Presidentes R.C. dicuntur Judices majores ibid.

15 *Tempus petendi recursum regulatur à temporibus appellationis, & reclamationis, ut à decretis Judicum inferiorum debeat fieri inf. à decem dies, & à decretis Judicum majorum inf. à biennium, & adducitur decisio.*

16 *Laicus an possit præsentari ad beneficium de jure patronatus si est proximè clericandus infrà tempus concessum Patronis ad præsentandum, & qua forma sit præsentandus.*

17 *Capitulum sede vacante, & ejus Vicarius Capitularis non potest infrà annum sedis vacantis concedere licentiam & dimissorias ad ordines suscipiendos, nisi iis, qui fuerint arctati.*

18 *Capitulum sede vacante potest infrà annum concedere dimissorias laico ad primam tonsuram recipiendam, qui fuit præsentatus ad beneficium de jure patronatus tanquam arctato.*

19 *Prima tonsura collata ab alieno Episcopo sine licentia proprii Episcopi an sit valida, vel nulliter collata? An taliter ordinatus gaudeat privilegiis Clericalibus? An talis collatio possit ratificari a proprio Episcopo, & an taliter ordinatus possit obtinere beneficia Ecclesiastica remissivè.*

IN hac decisione dicitur tempus dierum decem constitutum victo ad appellandum à sententia contrà ipsum lata, ad hoc, ut currat non sufficere quamlibet scientiam, sed requiri specificam per actum intimationis; Ideò observate ne desinas, ità

1 distinguendum esse, quod aut scientia sententiæ, & decretorum fuit simplex, & generalis, seù extrajudicialis, absque aliqua expressione qualitatum, & tunc non sufficit ad privandum Condemnatum jure suo appellandi infrà decem dies, vel dicendi de nullitate infrà tot dies constitutos à statuto, juxtà dispositionem *Pragm. 4. num. 18. de dilation.* quia quando quis

2 ex scientia venit jure suo privandus, vel quando post intimationem aliquid est sciendum, non sufficit quælibet scientia in genere, sed requiritur plena, certa, & specifica cum circumstantiis, & qualitatibus facti, & tenoria decreti, argumento *glos.* quam omnes sequuntur in *cap. concertationi de appell. in 6. in verbo scivertt, Prepos. in cap. personas sub num. 2. eod. tit. de appell.*

appell. Felin. in cap. cum contingat à nu. 6. conclus. 4. de rescript. Bart. in l. denunciasse §. qui dergo nu. 2. ff. ad l. Jul. de adult. latè *Tiraq. de retract. §. 36. glos. 2. n. 30.*

3 Aut verò scientia decreti fuit Judicialis, & plena, certa, ac specifica cum omnibus qualitatibus, & tunc talis scientia sufficit, ità *Ubertin. de citation. cap. 2. nu. 64. fol. 51.* & in terminis statuti Mediol. quo cavetur, quod qui à decreto, vel sententia appellare voluerit, vel de nullitate dicere, id teneatur facere intrà quatuor dies continuos à die intimationis sententiæ, & non ultrà, ut si Victus certus fuerit de decreto, & de eo apertam, & specificam notitiam habeat, quod non obstante statuto, tempus à die talis scientiæ, etiam decreto minimè intimato, dicatur elapsum, refert *Lancellot. Gallia cons. 109. num. 24. & 28.* quam sequitur *Petra in ritu M.C.V. 232. num. 25.* quia modò victus certus sit de sententia, intimatio non est necessaria, de qua intimatione, ut *d. Lancellot.* asserit, ideò statutum loquitur, quia frequentiùs, & regulariter quis certior fit, sed non per hoc excluditur alia species notitiæ, qua interveniente cum suis qualitatibus, non est ampliùs necessaria intimatio, & di-

4 citur per æquipollens adimpleta solemnitas citationis, *Farinac. in repert. Judic. in fragm. verbo citatio num. 16.* Unde *Alba cons. 162. num. 6.* dixit, quod quando non ignoramus circumstantiæ decreti, non requiritur intimatio, & præcipuè quando intimatio non requiritur pro forma, scilicet quando statutum non procedit ulterius annullando, sed simpliciter loquitur, &

6 *Menoch de arbitr. lib. 1. quæst. 66. num. 3. & 4.* dicens, quod quando pars, contrà quam est prolata sententia habuit illius scientiam, tunc non est necessaria denunciatio, quæ non est de essentia sententiæ, quia illa requiritur, ut quis certior reddatur, ideò necessaria non est, cum alia via certus est.

7 Undè communitèr *DD.* dixerunt, quod per spontaneam comparitionem suppletur defectus citationis, ut tenent *glos. in verbo sententia in 3. notab. Bal. Alex. & alii in l. 1. in princ. ff. de feriis,* idem *Alex. cons. 123. num. 3. lib. 2. Vestr. in pract. lib. 4. cap. 3. num 8.* ea ratione, quia solemnitas citationis potest per æquipollens adimplari, ita etiam tenent *Cassiod. decis. 2. n. 2. tit. de Judic. Cocctn. decis. 373. num. 6 Vant. de nullit. tit. qual. & quibus modis senten. null. repar poss. numer. 116. Mynsing. cent. 2. observ. 18. nu. 3. 4. & 5. observ. 90 num. 2. cum seqq. & cent. 4. observ. 54. Farin. in repert. Judic. in fragm. verbo citatio nu. 14. & Gonsal. ad 8. reg. Cancell § 7. in proem. num. 146. & seq.* qui omnes dicunt,

8 quod comparens in judicio habetur pro legitimè citato, ideò si victus à decreto appellavit, vel reclamavit, exprimendo in supplicatione illius tenorem, dicitur ab eo die habitæ notitiæ currere tempus, *Rugnell de appellat. §. 4. cap. 1. num. 89. Scaccia de appellat. quæst. 12. num. 31. & seq D. Petra in d ritu M.C.V. 113. nu. 24.* quia appellans habet pro se intimato, & quod per appellationem inducatur scientia decreti, ità, ut nulla alia requiratur intimatio tenent *Farin. decis. 165. num. 2. tom. 2. in posth. Cavaler. decis. 486. num. 2.* proùt *Rota* in una Rom. Viridarii die 14. Decembris 1612. & notitia citationis ad victum pervenit supplet ejusdem citationis nullitatem, *clem. causam in fine,* ubi *glos. verbo plena,* & ibi *Imol. nu. 11. Caputaq. decis. 321. num. 4. par. 2* & *Add ad decis. 99 Farinac. post to. 1. cons. lit. A.* qui alios citat.

9 Et stante reclamatione interposita ab aliquo decreto, ex qua colligitur alius decreti scientia a parte reclamantis, decreto minimè intimato, non posse recipi nullitates propositas post lapsum tempus sex dierum, ex dispositione *d. pragm. 4. de dilation.* pluries fuisse decisum per S. C. junctis Aulis refert *Thor. in comp. decis. tom. 3. sect. 1. verbo citatio decreti interlocutorii fol. 160. & eodem tom. 3. sect. 2. verbo nullitas adversus decreta fol. 168.* & quotidiè in S.C. ita determinari, ait *D. Martian. disp. for tom. 1. disp. 18. num. 45. in fine,* quem sequitur *D. Petra in d. rit. 125. num. 26.* & quamvis *D. Rovit. in d. pragm. 4. de dilat. num. 30.* dicat tempus sex dierum præfixum ad dicendum de nullitate currere post actualem intimationem, & notificationem, non autem sufficere notitiam, ac scientiam decreti aliundè habitam, & sic fuisse decisum in S. C. sub die 22. Maii 1615. in causa creditorum Marchionis Genzani. Observandum tamen est, quod idem *Dom. Rovit. ibidem.* indicet S.C. ità decrevisse motum ex allegata auctoritate *Intrigl. ibid. cit.* sed increpat *d. Intrigl.* qui se decepit, cum contrarium sit de jure verius, ut scilicet sufficiat scientia aliundè habita ex adductis per *d. Lancell. Gall.* & *Tiraquell. locis à nobis supra citat.* addens idem *D. Rovit.* quod *DD. per Intrigl. citati,* non sunt fideliter adducti, quod etiam advertit *Petra in eod. rit. 123. nu. 27. & 28.*

10 Observandum est etiam, quod si nullitates proponendæ infrà sex dies à *pragm.* præfixos adversus decretum S.C. si sexta dies fuerit festivs, seù feriata, ita ut non potuit pars præsentare nullitates in dicta sexta die, an possit eas præsentare septima die, & diversimodè adsunt decisiones in S.C. nam *D. Hodierna lib. 1. controv. 48. num 19.* asserit ultimum, & sic factum diem debere esse utilem, & sic per S. C. junctis Aulis fuisse resolutum, & quod propterea fuerunt receptæ nullitates, quæ fuerunt propositæ post quindecim elapsos dies, quia omnes fuerunt feriati, præter primum, & adducit aliud exemplum Collateralis Consilii, quo processum fuerat ad discussionem nullitatum in nono die propositarum, eo quod sextus, septimus, & octavus dies fuerunt festi, sic etiam decisum per R. C. S. refert *D. de Marin. in arrest. d. R. C. arrest. 709.* sed contrarium fuisse etiam decisum per S.C. in dicto casu quando sexta dies est feriata non debere recipi nullitates septima die, tradit *D. Rocc. tom. 2. resp. 2. num. 18.* idem decisum in alia causa refert idem *D. Petr. in ritu 6. M.C.V. nu. 7.* & in alia causa in Aula D. Consiliarii Staibani ibidem vidisse judicatum, ait *Blas. Altimar. in observat. ad d. decis. 16. D. Rovit. nu. 3. vers. observat. tertio.*

11 Denique quando appellatio interponi possit post decem dies, & quando dictum appellandi tempus decem dierum currat à die notitiæ, & quando à die sententiæ prolatæ vide per *dict. Farinac. in repert. Judic. quæst. 53 per totam,* ubi latissimè habes hanc materiam, ubi etiam habetur quando dicatur verus, & quando fictus contumax, scilicet, quod verus contumax est ille, qui fuit citatus personaliter, & non comparuit; fictus verò dicitur ille, qui fuit citatus domi, vel per edictis, vel in loco Beneficii, & ao, & quando fictus contumax appellet à die notitiæ, & verus contumax die sententiæ.

12 Recursus, de quo in hac *decis. num. 18.* non solùm competit fisco, vel alteri notoriè gravato; sed etiam quando sententia lata, à qua supplicatur, vel petitur recursus est contra jus, ad *tex. in lib. 1. C. de sent. præf. prætor,* ibi. *Si contrà jus se læsos affirmant non provocandi, sed supplicandi licentiam monstramus.*

13 Observabis propterea ex *D. Rovit in cit. decis. 14.* quod recursus est nomen generale à verbo recurro, & comprehendit omnem actum, per quem ad Principem, & superiorem recurritur, sivè per remedium appellationis à sententiis Judicum inferiorum gra-

14 datim ad superiores, sivè per supplicationem, & reclamationem, seù recursum à sententiis majorum Judicum, ut est Sacrum Regium Consilium, & Reg. Camera Summariæ, & ideò à decretis minorum Judicum, ut sunt Tribunalia Regiæ Audientiæ, & M. C. V. fiscus debet petere recursum infrà de-

15 cem dies concessos ad appellandum, sed adver-

sua decreta, à quibus non datur appellatio, sed reclamatio, infrà biennium, ut sunt decreta S. C. & R. C. Summariæ poterit petere recursum etiam infrà biennium, & non ultrà, & sic tempora petendi recursum per Regium Fiscum regulantur à temporibus appellationum, & reclamationum, ut scilicet à sententiis, & decretis Judicum inferiorum à quibus non admittitur appellatio, nisi infrà decem dies, nec etiam admittatur recursus ultrà; sed post decem dies, à decretis verò, & sententiis Judicum majorum, à quibus admittitur reclamatio, seu supplicatio, etiam ultrà decem dies, & usque ad biennium, admittatur recursus fisco similiter intrà biennium, & non ultrà, & ità decisum refert *d. D. Rovit. in d. decis. 14. & decis. 16.* quem sequitur *D. de Marinis tom. 1. resol. quotid. cap. 150 nu. 11.*

16 Occasione, qua in hac decisione fit mentio de Clericatu, observandum censeo, an laicus possit præsentari ad beneficium de Jure patronatus, cum non habeat primam clericalem tonsuram, quæ omninò requiritur ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum, & breviter respondeo, quod quamvis non sit incapax beneficii, qui non habet saltem primam tonsuram, tamen quando quis est proximè clericandus, potest ad beneficium præsentari, cum antè institutionem tonsuram accipiat, quod æquidem procedit quando laicus proximè clericandus expressè, vel tacitè præsentaretur in tempus, quo esset clericus, & sic in tempus habile, quo casu si præsentatus fiat clericus intrà tempus datum ad præsentandum, præsentatio valeret ex tunc, ità *Garz. tom. 2. de benefic. part. 7. cap. 1. numer. 28. D. Ricc. decis. 125. part. 4. numer. 14. D. Squillant. de privil. cleric. cap. 4. num. 11. Meroll. tom. 3. disp. moral. de jurisd. cas. 7. de jurisd. cap. sede vacante dub. 4. num. 79.* Tacitè autem diceretur præsentari in dictum tempus, quando patronus illum præsentaret non absolutè, sed sub hac forma, præsento talem de proximo clericandum, vel præsento talem, & peto ipsum initiari prima tonsura, tunc enim videtur eum præsentare, ut cum fuerit clericus, instituatur; In casu verò, quo absolutè præsentaretur, nondum habens clericalem tonsuram, præsentatio esset nulla, tanquam facta de indigno, & incapaci, quantumvis de proximo fieret clericus; ratio est, quia clericatio etiam de proximo subsequens non potest retrotrahi ad tempus præsentationis, in quo requiritur capacitas, & habilitas præsentati, cum ex præsentatione jus ei quæratur ad beneficium, ità *Garz. loco cit. nu. 19. 30. & 31. D. Ricc. ibidem D. Squillant. dict. cap. 4. nu. 12. & 13. Meroll. ubi supra eod. nu. 79.* qui afferunt *decis. Rotæ.*

17 Undè cum per *S. C. Trid. sess. 7. de reform. c. 10.* prohibeatur Capitulo, & ejus Vicario sede vacante concedendi, ordinandi licentiam, sivè literas dimissorias ad ordines suscipiendos, nisi elapso anno, conceditur tamen facultas infrà annum eidem illas concedendi Arctatis, illi scilicet, qui beneficii Ecclesiastici recepti, sivè recipiendi occasione arctatus fuerit.

18 Propterea poterit idem Vicarius Capitularis infrà annum sedis vacantis Episcopalis concedere literas dimissorias ad primam tonsuram tanquam arctato ei, qui est præsentatus à Patronis laicis ad beneficium Juris patronatus ipsorum, ut illud obtinere valeat, si præsentatio sit facta modo, & forma supra explicatis ei, qui est proximè clericandus, ut censuit *Sacr. Congreg* quorum declarationem referunt *supracit. DD* nempè *D. Ricc. eod. num. 14. D. Squillan. d. n. 12. Meroll. d. c. 7. dub. 3 nu. 75. & dub. 4. d. num. 78. & Garz. loc. cit. n. 30.*

19 Hic subnecti possent aliæ quæstiones, an prima tonsura collata ab alieno Episcopo sine licentia, seù literis dimissoriis proprii Episcopi sit nulla, an verò valida, & teneat dicta collatio. Secundo, an taliter ordinatus gaudeat privilegiis clericalibus canonis, & fori. Tertio, an talis collatio possit ratificari, & rata haberi à proprio Episcopo, an verò egeat dispensatione Summi Pontificis per literas (perindè valere.) Quarto, an taliter ordinatus possit obtinere Ecclesiastica beneficia, & pensiones, de quibus omnibus latè scripsit *Abbas Joannes Jacobus Gizzius* meus frater (de quo supra mentionem fecimus in *observationis ad decis. 160. numer. 21.*) quas jurium allegationes infrà in calce hujus operis afferamus, propterea ad illas Lectorem remitto, ut hic brevitati consulam.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Filiatio quomodo probetur, & an sit probanda in legitimatione per Principis rescriptum, & num requiratur citatio filiorum, vel agnatorum, quando fit petente patre in ejus vita, vel de ordine ipsius post mortem. Et an Princeps, vel ejus Vicarius possit naturales, & spurios legitimare, quando adest legitima proles. Et qui dicantur naturales, vel spurii. Et an pater possit plus relinquere filio legitimato, quam filiis legitimis, & naturalibus. Et quid si non habet filios legitimos masculos, sed solum fœminas, maxime stante statuto exclusivo fœminarum, stantibus masculis. Et an habeat locum *lex hac edict. C. de sec. nupt.* etiam in filio legitimato, late discutitur.

SUMMARIUM.

1 *Legitimatio est de Regalibus, & de reservatis Supremo Principi, & an potestas prædicta possit communicari.*
2 *Prorex in hoc Regno solet legitimationes facere.*
3 *Privilegia legitimationis expediuntur firmata per Proregem, & per unum ex Regentibus ac per Præsidem S. C.*
4 *Legitimationis privilegium à patre ante ejus mortem supplicatum, & in testamento ordinatum, potest testamento patris ostenso post ejus mortem expediri; Intellige de filio naturali, non autem de spurio, nu. 5.*
6 *Agnatorum citatio non requiritur in legitimatione filiorum naturalium quando patet dispositio circa legitimationem in testamento. & n. 9.*
7 *Præses Sacri Consilii non potest interponere decretum & dare formam, vel apponere clausulas in legitimatione, cum hoc spectet ad Principem legitimantem qui est Prorex, ejusque Collaterale Consilium, & num. 170. & 173.*
8 *Legitimatio cum sit privilegium, & donum Principis gratiosum, in ea nec de jure, nec de more debet pars adversa audiri, & num. 174.*
10 *Princeps sicuti solus legem condere potest, ita in ejus potestate est privilegia concedere, nullo citato.*
11 *Citationes adaptantur ad actus judiciales non ad gratias quæ à Principe fiunt, quia in eis semper subintelligitur clausul.* Si preces veritate nitantur, *& num 21.*
12 *Privilegium si contineat aliquid alteri præjudiciale, in ejus expeditione requiritur partis citatio.*
13 *Filius legitimationem si petat, debent citari partes, secus tamen est, quando ad instantiam patris, vel ejus ordine, tam in vita quam post ejus mortem legitimatio fieret. & num 104.*
14 *Pater potest de ejus bonis ad libitum disponere in beneficium legitimatorum, relicta tamen legitima filiis legitimis, & naturalibus, quo in casu sola patris voluntas pro ratione habetur.*
15 Bulla Pii IV. *contra illegitimos loquitur tantum de*

legitimis

legitimis qui fiunt contra patris voluntatem.

16 *Legitimatio filii ut habeat effectum post mortem patris, sufficit quæcunque Patris ordinatio, sive in testamento, sive in actu inter vivos, adeo ut satis sit, quod pater dixerit, suam intentionem esse, quod filius suus legitimetur, quamvis non expresserit post mortem suam.*

17 *Voluntas patris pro legitimatione filii potest probari ex signis, & conjecturis.*

18 *Legitimatio facta de ordine testatoris excludit substitutum, & an tunc substitutus citari in legitimatione debeat.*

19 *Legitimatus de ordine testatoris æquiparatur legitimato per subsequens matrimonium.*

20 *Patris ordinatio pro legitimatione filii potest probari per simplicem epistolam.*

22 *Citatio non est necessaria in gratia per Principem facienda, quia Tribunal gratiæ non est ejus qualitatis, ut in eo lites decidantur, sed illa secundum petentis relationem expeditur, nec de ea probationes fiunt.*

23 *Legitimatus uti filius alicujus, debet probare, se esse illius filium.*

24 *Filiorum procreatio non cadit in certum sensum hominis, ac nemo testificari potest, aliquem ab aliquo genitum, vel conceptum esse.*

25 *Filiatio conjecturis, & præsumptionibus est probanda, quando vero concludens probatio haberi non potest præcipue in probanda filiatione illegitima, nu. 30.*

26 *Filiatio secundum* Bald. *tribus modis probari potest, nempe necessario, probabili, & præsumptive.*

27 *Mater semper certa est.*

28 *Filiatio quoad patrem probari non potest, nisi per conjecturas à lege approbatas, & per actus extrinsecè deductos.*

29 *Filiationis probatio ex parte patris est impossibilis per modos naturales, ut per visum, vel per alium sensum corporeum.*

31 *Filiatione non probata, non tenet legitimatio, neque institutio alicujus facta uti filii.*

32 *Legitimationis probatio, petenti incumbit.*

33 *Legitimatio an, & quando per fidem Baptismatis probetur.*

34 *Baptisma est actus qui ad parentem pertinet, cum filius est infans, nam sustinetur professio illa infantis, quæ fit in actu Sacramenti Baptismatis in fide parentum.*

35 *Parochi sive Plebani libris quando credatur.*

36 *Filiatio probatur ex nominatione patris, in supplicatione porrecta pro legitimatione filii & num. 38.*

37 *Confessio extrajudicialis de filiatione incidenter facta aliquando illam non probat, probat tamen, quando nominatio à patre facta est in actu, qui conveniret magis filio, quam extraneo.*

39 *Filius constituitur in quasi possessione filiationis ex nominatione à patre, non incidenter facta, sed ad obtinendam à Principe legitimationem, & illi standum est, donec ab adversario contrarium probetur.*

40 *Nominatio filii an probet filiationem, & num. 52.*

41 *Filiatio probatur ex geminata nominatione facta à patre in testamento. Item ex pluribus enunciativis, n. 42. Maxime quando nominatio fuit facta in testamento filium instituendo, & quid in legato, n. 43. & nu. 63. in institutione hæredis, tam universali, quam particulari, n. 44. & in donatione, n. 45.*

46 *Nominatio licet sola de per se non sufficiat ad probandam filiationem, tamen quando cum aliis adminiculatur vel fit in actu proportionabili, non nisi filio convenienti, tunc probat filiationem.*

47 *Filiatio præsumitur ex affectione, & ex nimio amore.*

48 *Filiatio præsumitur ex legato facto pro dote, cum fide Parochi, & ex dicto unius testis in articulo mortis.*

49 *Filiatio præsumitur ex publica voce, & fama, educatione, tractatione, & similibus.*

50 *Filiatio arguitur ex tutoris datione, cum tutores non soleant dari, nisi filiis.*

52 *Parocho, sive Plebano non creditur, nisi circa commissa de Baptismate tantum, cum descriptio parentum in libro Baptismatis non fit ex certa scientia, sed ex relatione aliorum.*

53 *Baptizare parentes dispositione* Sacr. Concil. Trid. *in libro Parochi describi non est necesse, sed sufficit, ut ibi notetur nomen dicti baptizati, ac illorum, quos elegerint, ut infantem de Sacro fonte suscipiant.*

Novat. in pragm. unica, *sub* tit. de Paroch. *in hoc reprobatur, num. 57.*

54 *Parochus potest tantum facere fidem de cognatione spirituali inter patrinos, cum sit actus in ejus præsentia gestus, non autem de parentibus baptizati, de quibus nihil scire potest, nisi per relationem.*

55 *Parocho non creditur, nisi in eis, quæ ex certa scientia affirmare potest, unde ex libro ab ipso confecto filiatio minime probatur. num. 62.*

56 *Ætatis probatio traditur per* prag. unic. *sub* tit. de Parochis.

58 *Baptismatis solemnitates, quibus utebantur Apostoli, traduntur, remissive ubi inter cæteras, Sacerdos imponendo manus baptizato, mandabat, ut baptizatus, & ejus susceptor describerentur, num. seq. quod hodie ita etiam servatur, num. 60.*

61 *Baptismatis fides, in qua aliquis pater nominatur, contra eum non probat.*

64 *Filiatio non probatur per nominationem in decisoriis.*

65 *Filius naturalis in dubio an potius judicandus sit, vel spurius, & num. 100. & 101.*

66 *Matrimonium est facti, & propterea filius potius præsumitur naturalis, quam legitimus, & facta non præsumuntur, nisi probentur.*

67 *Filius præsumitur natus ex stupro, vel adulterio, nisi legitimum matrimonium probetur.*

68 *Mulier, quæ nunquam fuit conjugata, præsumitur virgo, & ille, qui cum ea rem habet, stuprum committit.*

69 *Filii ex damnato coitu orti non sunt naturales, sed spurii.*

70 *Concubinatus non contrahitur cum ea, cum qua stuprum absque protestatione fuit commissum.*

71 *Virgo non potest assumi in concubinam, nisi tamen sit in obscuro loco nata, vel cum protestatione.*

72 *Spurius ut quis dicatur, an sit attendendum jus* Civile, *vel* Canonicum, *remissive.*

73 *Filiationis perfecta probatio oritur ex diversis simul junctis conjecturis. & etiam ex præsumptionibus imperfectis & simul duæ conjecturæ conjungi possunt ad faciendam plenam probationem, vel ad summum sufficiant tres, num. seq.*

75 *Filiationis quasi possessio constituitur ex nominatione facta à patre naturali, etiam in filiis spuriis, licet sit extrajudicialis, & incidenter facta ad alium effectum.*

76 *Probatio præsumptiva possessionis sufficit ad obtinendum, quamvis recipiat probationem in contrarium, & differat à probatione veræ proprietatis, quæ illam non admittit, & num. 81.*

77 *Filius si sit constitutus in quasi possessione filiationis per patris nominationem, nihil refert, quod postea pater neget, esse filium suum, sufficit enim ultimus tractatus.*

78 *Filiatio probatur ex nominatione in testamento, & divisione bonorum.*

79 *Filiationis quasi possessio transfert onus probandi contrarium.*

80 *Probationes leviores sufficiunt ad probandam filiationem. quando non agitur in judicio plenario, sed tantum ad finem obtinendi privilegium legitimationis.*

82 *Possessio parentum super legitimatione filii sufficit in statuto de continuanda possessione in heredem.*

83 *Confessio parentum sufficit ad constituendum filium in quasi possessione filiationis.*

84 *Filiatio, & consanguinitas probantur ex sola nominatione in instrumento divisionis, nisi adversarius contrarium probet.*

85 *Filiatio ultra nominationem, quando pro ea concurrunt alia conjectura, est probatio juris, & de jure.*

86 *Privilegium legitimationis ad patris instantiam, vel ipso mandante, conceditur absque partis citatione, & nullam admittit probationem in contrarium, nec de jure, neque de stylo Regia Cancellaria.*

87 *Legitimatio ad patris instantiam petita, vel ab aliquo simpliciter impetrata quomodo differant.*

88 *Pater in rebus propriis est moderator, & arbiter.*

89 *Pater si potest privare, nedum agnatos, sed etiam filios, ejus propria bona dilapidando, tanto magis in actu à jure, vel Principis privilegio sibi permisso potest illa filio legitimato relinquere.*

90 *In legitimatione ad patris instantiam facta stat ejusdem patris voluntas provatione, & omnes solemnitates citationis, vel causa cognitionis cessant.*

Quod etiam procedit in legitimato post mortem patris de ejus ordinatione, num. seq. & ad favorem legitimati stante statuto excludente faminas, nu. 92.

93 *Stuprum purgatur ex diuturna cohabitatione, & prasumitur concubinatus.*

94 *Protestatio non est necessaria, si quis diu stetit in concubinatu.*

95 *Filius natus ex soluto, & soluta, cum qua absque impedimento matrimonium contrahi potest, naturalis dicitur, hodie de aquitate Canonica ad hoc ut natus ex soluto, & soluta sit naturalis, & non spurius non sunt in observantia requisita, à jure civili introducta ad concubinatum inducendum, ibidem & num. 97.*

96 *Naturalis filius dicitur natus ex soluta, etiam domi non retenta.*

98 *Filius ut dicatur naturalis, si natus sit ex soluto, & soluta, sufficit, quod pater in testamento, vel in alia publica scriptura eum filium nominaverit.*

99 *Concubina legitima ea hodie dicitur, qua poterat esse uxor, quia aliter nunquam quis posset naturalis dici, cum protestatio non sit permissa, immo nec publicus concubinatus.*

102 *Legitimatio filii ex famula procreati, quam pater defloravit, & postmodum per plures annos domi retinuit, est valida, non obstante, quod ipse pater expressit Principi, esse ortum ex soluto, & soluta, & Decisio M. C. V. confirmata per S. C. ad hoc recensetur.*

103 *Legitimationes in defectum legitima prolis fuerunt introducta.*

105 *Stylus Reg. Cancell. quam formam teneat circa expeditionem privilegii legitimationis, & quod observetur in Hispania.*

106 *Clausula*, quod non præjudicetur filiis legitimis, & naturalibus, *semper in legitimatione subintelligitur.*

107 *Legitimatio, qua fit per oblationem Curia an sit validior illa, qua fit per Principis rescriptum, & numer. 144.*

108 *Filio naturali nullo titulo relinqui potest ultra unciam, extante legitima prole.*

109 *Legitimationes per rescriptum ita demum effectum habent si pater legitimam sobolem non habeat.*

110 *Legitimatus per Principis rescriptum extantibus filiabus legitimis, & naturalibus an succedat in feude, dua distinctiones afferuntur.*

111 *Filia famina legitima, & naturales per fratrem legitimatum excluduntur à successio e feudi, secundum opinionem* Bald. *stante statuto, quod fere viget in tota Italia de exclusione faminarum, stantibus masculis: sed contraria sententia* Ant. de Butr. *ut verior, & benignior recipitur.*

112 *Princeps patre instante, vel mandante potest filium legitimare, non obstante, quod adsit legitima proles.*

Amplia, etiam quando legitimatio petitur à filio ex ordinatione patris. num. 113. Vel quando Princeps hoc facit de certa scientia, & plenitudine potestatis, num. 114.

115 *Princeps legitimando filium, existente legitima sobole, dicitur potius dispensare, quam legitimare, & num. 123.*

116 *Legitimatio facta de voluntate patris est valida, etiam si bona essent apprehensa à venientibus ab intestato, quando est facta mentio de filiis legitimis, & naturalibus.*

117 *Legitimatio facta in vita patris, & etiam post mortem de ejus ordine, & voluntate est valida, absque citatione, quia hoc negotium principaliter ipsius patris est, qui de suis bonis ad libitum disponere potest.*

Intellige, ut num. 118.

119 *Legitimatus per rescriptum Principis faminas excludit, ac si vere esset legitimus. Quando in precibus est facta mentio legitimo prolis, num. 120.*

121 *Filius naturalis ex* l. 12. Tauri *non potest consequi, nisi usque ad quintum.*

122 *Princeps licet possit legitimare de plenitudine potestatis, existente legitima prole, tamen de potestate ordinaria hoc facere non debet, & eam concedendo, male facit, & quare, num. 123.*

124 *Illegitimi cum legitimis de jure Divino succedere non debent, & num. 130. tamen* Imperator *aliquo in casu dispensare potest.*

125 *Principi est licitum legitimare, quando adest legitima proles, tamen non decet, quia offendit publica honestatis justitiam, cujus ante omnes cultor esse debet.*

126 *Lex civilis super honestate fundata ad peccati concupiscentiam refranandam valde abhorret, ut existente legitima prole, bastardi ad successionem habilitentur, & Principem tale legitimationis rescriptum concedendo, inhumanum esse, atque ideo pecudi comparandum, num. seq.*

128 *Libellum Principi dare pro legitimatione filii est ineptum, si in eo legitimorum filiorum mentio non fiat, atque improbum, si facta eorum mentione quis desideret, ut nascatur injuria, unde jura nascuntur.*

129 *Filius Ancilla ex* Sac. Scrip. in Genes. *non potest esse hares cum filio Libera.*

131 *Prorex, sive Vicarius Principis de plenitudine potestatis legitimare non potest nisi sibi specialiter sit concessum, quia legitimatio est de Regalibus, & Supremo Principi reservatis.*

132 *Legitimatio supremam authoritatem requirit.*

134 *Legitimare non potest Inferior à Principe, existente legitima sobole.*

133 *Legitimandi facultate concessa non venit legitimatio, stantibus filiis legitimis, & naturalibus, & num. seq. etiam si confessio sit facta amplissimis verbis, iisque pregnantibus, num. 137.*

138 *Stylus, & practica clausula qua utitur Regia Cancellaria, quando adest legitima proles, unde inolevit.*

139 *Proregis potestas in legitimando recipit interpretationem ex consueto stylo.*

140 *Prorex in hoc Regno potest facere omnia, qua ipsemet Rex; intelligendo tamen de potestate subordinata legibus,*

legibus, & Regni Constitutionibus.

141 *Princeps concedendo ejus Vicario, vel alteri Inferiori aliquid de sibi reservatis, semper intelligitur concedere, ut id exerceat cum causa cognitione, & non cum illa plenitudine potestatis, quam habet concedens.*

142 *Princeps legitimando debet habere legitimam causam, quæ tanto magis requiruntur in ejus Vicario.*

143 De Pont. de potest. Proreg. 10 tit. de legit. sive restit. natal. *qui testatur de stylo Regia Cancellaria, illum non probat, & quomodo sit intelligendus, ut non sit contra* text. in §. si quis igitur, auth. quib. mod. natur. effic. sui, *n.* 152.

145 *Legitimatus per oblationem Curia non restituitur natalibus, neque fit vere legitimus, sicuti legitimatus per rescriptum Principis, quia illa fit tantum favore Reipublica per quandam fictionem sive machinationem, ista autem fit intuitu persona propria & simpliciter, quando plene legitimatur.*

146 *Legitimatus vere perinde est, ac si esset legitimus, & naturalis.*

147 *Legitimatus debet vel institui, vel exheredari, alias habebit quarelam inofficiosi, & rumperet testamentum, cateraque omnia facere posset, qua legitimus, & naturalis.*

148 *Legitimatus per oblationem Curia non fit omnibus agnatus, sed tantum patri succedit, sed legitimatus à Principe fit omnibus agnatus, & cognatus.*

149 *Legitimatus à Principe non solum succedit in bonis burgensaticis, verum etiam in feudis hereditariis & ex pacto, quando esset ejus pater primus acquisitor feudi, & posset de illo disponere, mediante Regio assensu.*

150 *Feudetarius cum Domini consensu potest ad libitum disponere de feudo, relinquendo tamen filiis legitimam, quod procedit etiam in feudo novo ex pacto, & providentia.*

151 *Legitimatus continetur in statuto exclusivo fœminarum, stantibus masculis, prout est in Regno* Const. Io aliquibus. *Legitimatio extendit se ad statutum, quod recipit interpretationem à jure communi, ibid.*

153 *Clausula*, citra præjudicium liberorum, *pracipuus effectus est, excludere taliter legitimatum à successione intestati.*

154 *Legitimatus stante statuto exclusivo fœminarum succedit etiam fratri, excludendo sorores legitimas, & naturales.*

155 *Prorex hujus Regni ex amplissimis verbis sua commissionis potestatem legitimandi habet quoscunque ex damnato coitu procreatos, tam ad honorem, quam ad successionem bonorum burgensaticorum, & feudalium, in cujus etiam commissione leguntur verba,* ut sit alter nos, *& similia, quæ omnimodam Proregibus tribuunt potestatem, exceptis casibus expresse prohibitis, num. seq.*

157 *Comes Palatinus potestatem legitimandi habet, si ea illi specialiter in privilegio vel commissione tributa fuerit.*

158 *Agnationis conservatio est justa causa legitimandi, maxime ubi adest statutum exclusivum fœminarum.*

159 *Familia conservatio Reipublica interest.*

160 *Agnatio conservatur per filium legitimatum.*

161 *Causa justa, & probabilis legitimandi est patris voluntas.*

162 *Ultima voluntati jura multum favent.*

163 Tex. in §. quoniam, auth. quib. mod. natur. effic. sui, *licet loquatur in legitimato per oblationem Curia, procedit tamen etiam in legitimato per rescriptum.*

164 *Filius legitimus, & naturalis non debet esse pejoris conditionis, quam legitimatus.*

165 *Pater relicta legitima filiis legitimis, & naturalibus, potest de reliquo ad libitum disponere in beneficium legitimati per Principis rescriptum, quando de eis est facta mentio in legitimatione.*

166 *Præsertim quando non adsunt filii masculi, sed tantum fœmina, & sumus in locum, ubi viget statutum exclusivum fœminarum.*

167 Tex. in l. hac edictali, C. de secund. nupt. & lex filiæ meæ emancipatæ, ff. solut. matrim. *quo in casu procedant.*

168 *Filius constituitur in quasi possessione filiationis ex instantia facta à patre pro legitimatione, & ex reiteratis nominationibus.*

169 *Privilegium legitimationis de antiquo stylo Cancellaria expeditur absque alia probatione filiationis, quia semper intelligitur reservatum jus partibus in judicio ordinario contrarium probandi pro earum interesse.*

171 *Filii naturales etiam legitimati de stylo Cancellaria non admittuntur ad successionem bonorum feudalium.*

172 *Legitimati non possunt succedere bonis Consuetudinibus subjectis, quia per ipsas sunt vocati agnati ex pacto civium, & providentia Consuetudinis.*

175 *Privilegium legitimationis firmatur à Præside S. C. uti Logotheta, & Viceprothonotario Regis.*

Viceprothonotarii officium erat olim in Regno loco Magistri Scriniorum ibid.

176 *Logotheta officium idem fere est, quod Scriba: & de variis nominibus Logotheta num seq.*

178 *Privilegium, quod non est subscriptum manu Prothonotarii, non est perfectum.*

179 *Officium Logotheta, & Prothonotarii hodie est unitum penes Præsidem S. C. & Viceprothonotarium.*

180 *Officium Magistri libellorum hodie residet penes Regentes Cancellariam.*

181 *Magistri libellorum, vel à Nerone, vel non multum post ipsum originem habuerunt, nam antiquitus ipsimet Principes libellos subscribebant, & illos signabant.*

182 *Scriba à mandatis primo, sicut hodie erant illi, qui ex ordine Magistri libellorum responsa, sive decreta libellis scribunt.*

183 *Prothonotarii officium erat legere scripturas, & memorialia coram Rege, & illa conservare, quod officium hodie per Regem Catholicum est translatum in Secretarium Regni.*

184 *Præsides Sac. Consil. ut plurimum sunt substituti ad officium Viceprothonotarii, qui creant Judices ad contractus, & Notarios.*

De emolumentis, qua exigant, ibid. Quo in loco subscribere se debeat in privilegiis legitimationis, numer. 185.

DECISIO CLXVI.

IOannes Thomas Fazalus antequam uxorem duceret, ex Laura Coppula muliere soluta, quam domi retinuit, duos filios retinuit, duos filios habuit, Cõstantiam scilicet, & Scipionem ex uxore postea Laura Apicella, Regii Consiliarii Joannis Baptistæ filia procreavit Corneliam, & Beatricem. Videns tamen prole legitima masculina carere, procuravit legitimationem Scipionis filii naturalis, precesque Domino Proregi pro ipsius legitimatione por[illegible] ad honores, sed etiam quoad successi[illegible], qua quâvis legitimatio sit de Regalibus [illegible] de reservatis Supremo Principi, tamen pote[illegible] Princeps dictam potestatem communicare, ut [illegible] in *l. qui in Provincia, §. Divus ff. de rit.* [illegible] *ald. in l. 2. num* 39. *C. de servit. & aqu.* & in *l. cum filius ff. de milit. testam. Peregr. de fidei-*

21 telandas causas. Sed causa ista recusationis est certa, notoria, & manifesta & ad dilatandum non fuit proposita cum possit determinari absque termino; sed tantùm nè cogatur Marchiona litigare coram Iudice suspecto, contra *text. in can. qui suspecti*, 3 q. 5. & alia jura supra adducta, & probat *Dom. Episcop. Riccius dec. 233. par. 2. Ciriac. controv. 222. numer. 98. lib. 2. & Dom. Regens Capycius Latro consult. 101. numer. 1. lib. 2.* ideoque

22 statutum mandans litigari coram Iudice suspecto non valet, sed tantùm hoc fieri posse per Principis rescriptum, voluit *Phebus decision. 77. tom. 1.* quo relato sequutus est *D. Novar. in rubr. de suspition. official. collect. 1. numer. 2.* & aliis relatis, probat etiam *D. Rovit. in pragm. 1. numer. 42. eod. tit.* meritò pragmatica restringens tempus ad proponendas suspitiones Judicum non substinetur, & omni tempore illæ proponi possunt, quia per hanc restrictionem temporis tollitetur potestas recusandi Iudicem suspectum, hinc statutum excludens interpretationem, non excludit bonam, & rationabilem, *Gratian. cap. 25. num. 22. lib. 1. cap. 406. numer. 22. lib. 3.* & comprehendit casum dolosum verum non præsumptum, ex traditis per eundem *Gratian. d. cap. 406. num. 10.* sed pragmatica est fundata in scientia præsumpta, ut inquit *D. Novar. in pragm. 8. collect. 4. numer. 4. vers. quia respondetur de suspect. official.* ergo *d. pragmatica* non habet locum in casu nostro, sic etiam exceptio fundata in articulo juris, qualis est

23 ista recusatio, dùm probationem, sive terminum non requirit, dicitur certa *Gratian. cap. 692. numero 36. volum 4.* ideoque exceptio, quæ incontinenti probatur impedit immissionem, secus si altiorem requireset indaginem, idem *Gratian. cap. 895. num. 3. & 10. lib. 5.* qui *num. 8.* declarat, quando dicatur requirere indaginem, sic etiam exceptio rei non traditæ, cum sit certa, non censetur exclusa per statutum tollens omnes exceptiones, ut probat *Gratian. cap. 411. num. 10. cum duob. seq. lib. 3. & cap. 873. numer. 3. lib. 5.* sicut etiam statutum si reiiciat omnes exceptiones adversus publicum instrumentum, adhuc tamen admittitur exceptio justa, cum censeantur tantummodo rejectæ futiles, ac frivolæ, ut probat *Ciriac. controv. 224. numer. 1. 2. 3. & 4. volum. 1.* ideoque dùm pragmatica præsupponit calumniam in recusante, non habet locum in illa recusatione, dùm non probatur præsuppositum, & sic calumnia ad tradita per *glos. in l. mancipia § in verbo accensendum, C. de servis fugit.* & probant *DD.* relati per *Ciriac. contro v. 248. nu. 4. d. lib. 2. & contr. 460. nu. 21. lib. 3.*

Secundo siquidem *d. pragm 8. & 15. § 9. de suspic. official.* non sunt in viridi observantia circa limitationem temporis ad proponendas suspitiones, licet namque *DD.* disputent an statutum præsumatur esse in observantia, ut est videre apud *Ciriac. controv. 512. numer. 40. 41. lib. 3. & Menochi lib. 2. præsumpt. 2.* tamen illius observantia semper debet probari, quoties non constat, quod aliquo tempore receptum fuerit, ut probant *Menoch. ibid. num. 4. & cons. 317. numer. 14. lib. 4. Beccius cons. 36. num. 12. Duenas reg. 80.* ac *Ciriac. controv. 125. num. 143.* ac *d. controv. 512. numer. 38. 42. 43.* ubi ipsos refert, & observantia debet probari per allegantem, & sic per Ducem, & D. Carolum, cum non usus probatur eo ipso, quod non probatur usus, *Verall. decis. 203. par 3.* sequitur *Ciriac. ibid. n. 144. & d. controv. 512. n. 44.*

Nec dici poterit esse observantia, dùm eadem Marchiona pro pœna recusationis fecit depositum duc. 120. juxtà *d. pragm. 15. cap. 4.* nam responsio est promptuaria, quæ tollit omnem dubietatem, nam statutum continens plura, & diversa capitula, potest recipi quoad unum, & quoad aliud separatum reipsi, ut benè probat *Gratian. cap. 516. numer 4. lib.* ideoque *D. Rovit. prag. 10. sub tit. de suspect. official.* inquit, quod licet in *d. prag.* auferatur potestas Judicibus, nè ex quavis causa restituant depositi facti pro pœna in casu succumbentiæ in suspitionibus, attamen à prima die id non fuit observatum, ut dixit etiam in *pragm. 1. numer. 18. eod. tit.* ubi multas determinationes in contrarium adducit, ideoque stante inobservantia *d. pragm. 10.* fuisse emanatam *pragm. 15. cap. 9.* prout idem fatetur *D. Novar. in d. pragm. 10. collect. 5. numero 4.* ideoque non probata specifica observantia *d. pragm. 15. cap. 9.* illam non esse servandam dicimus, & proindè recusationem propositam decidendam esse ad favorem Marchionæ recusantis; cum agatur de suspictione tàm clara, & sæpius ad favorem recusantis decisa per idem S.C.

Sic pariter observandum erit, quod tradit *D. Regens de Marinis in observat. ad decision. Revertor. 517. nu-*

26 *mer. 5* quod *d. pragm. 8.* ac *15. cap. 6.* non verificatur in omnibus casibus, & sub illarum dispositione non comprehendit casum suspitionis ex causa consanguinitatis, vel affinitatis, nam semper usque ad expeditionem causæ talis suspictio allegari poterit ea ratione, quia certa sit suspictio, & sic casus certus non comprehenditur sub *d. l. pragm.* propterea in casu nostro idem dicendum erit cum non dilatandi causa sit proposita recusatio, sed mi certa & indubitata, & meritò sub *dd. prag.* non comprehenditur.

27 Et tandem obstare minimè poterit, quod per mortem Ducissæ sit finita cognatio spiritualis, prout dicitur de affinitate, quæ se itidum aliquos per mortem uxoris finiatur, nam contrarium in affinitate tuetur aliorum auctoritate *D. Rovit. in dict. pragm. 1. numero 30.* imò secundum *Valgos. & Covarruv.* dicit, quod affinitas est finita in veritate, sed non est finita dilectio ob quam Iudex est suspectus, ut fundat *num. 31.* & sic undique patet D. Florillum non posse intervenire in causa prædicta, prout spera ut à Peritissimis integerrimis Senatoribus, qui cætera suppleant pro D. Marchiona.

28 Per S.C. die 24. ejusdem mensis Aprilis 1664. decisum fuit juxtà has Allegationes, quòd non interveniat dictus D. Consiliarius, & restituatur depositum pæncs Secretarium S. C.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Tempus decennii ad interponendam appellationem à quo die currere incipiat, & quid in Fisco à sententia criminali, contra ipsum lata, Et an prohibita Fisco appellatione detur ei recursus, & intra quantum temporis spatium valeat illum petere, & an ei detur restitutio in integrum ob omissam appellationem, vel recursum in tempore.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio à sententia hodiè interponitur intra decem dies, quod procedit de jure Civili, & Canonico, & num. 5.*

2 *Appellatio de jure Digestorum, & Codicis infra quod tempus interponi debeat.*

3 *Appellationis tempus ex statuto, vel stylo Civitatis, etiam Superiorem habentis, potest abbreviari, vel augeri.*

4 *Statuta varia circa appellationum tempora referuntur remissive.*

6 *Appellationis tempus infra decem dies est etiam dispositum ex observatione Cameræ Imperialis.*

7 *Decem dies statuti ad appellandum ad hoc ut currant non sufficit qualibet scientia, sed requiritur specifica per actum intimationis, & n. 45.*

Amplia,

Amplia, ut n. seq.

9 *Appellatio intra decem dies habet locum, tam in sententiis diffinitivis, quam in interlocutoriis.*

10 *Tempus decem dierum ad appellandum currit de momento ad momentum, neque potest etiam de consensu partium prorogari, & n. 28.*

11 *Tempus decem dierum ad appellandum in sententiis S.C. currit à die publicationis earum, nec requiritur citatio, secus tamen est in decretis interlocutoriis ejusdem S.C.*

12 *Citatio in publicatione sententia Sac. Conc. ideo non est necessaria, quia Procuratores à communiter decidentibus semper moram faciunt in dict. S.C. quando sententia leguntur.*

13 *Fiscus de jure Regni non appellat à sententiis absolutoriis in causis criminalibus, quod etiam servatur in interlocutoriis.*

14 *Statutum, sive constitutio, quod Fiscus in causis criminalibus appellare non possit, viget etiam in Statu Mediolani, & in Flandria, sive Gallia inferiori.*

15 Ritus M.C.V. *quod non possit appellari in causis criminalibus, procedunt nedum in sententiis absolutoriis, sed in omnibus aliis decretis.*

16 *Statutum, quod à sententia criminali appellari non possit, viget fere in omnibus locis remissive.*

17 *Fiscum posse appellare, tam in causis civilibus, quam criminalibus non reperitur in jure prohibitum.*

18 *Fisco notorie gravato datur recursus.*

19 *Practica communis, qua observatur in S.R.C. circa petitionem recursus.*

20 *In recursu requiritur majus gravamen, quam si agatur per viam ordinariam appellationis.*

21 *Fiscus in causis, in quibus M.C.V. est, delegata, non appellat ad S.C. sed reclamat ad delegantem, qui est Regni Prorex, & Collaterale Consilium.*

22 *Practica Collateralis Consilii circa concessionem recursus quando Fiscus est notorie gravatus.*

23 *Injustitia notoria equiparatur nullitati.*

24 *Fiscus quamvis ex dispositione* Ritus *à decretis absolutoriis appellare non possit, non tamen est ei prohibitum dicere de nullitate.*

25 *Statutum auferens appellationem, non tollit recursum supplicationis, vel querela.*

26 *Appellatione prohibita non est prohibitus recursus.*

27 *Recursus ad instar appellationis debet peti infra decem dies à tempore lata sententia.*

29 *Appellatio interposita ultra decennium quam parte non opponente dicitur nulla.*

30 *Terminus decem dierum ad appellandum currit à die scientia.*

31 *Decretum latum absente Fisco est nullum.*

32 *Fisco nunquam notificatur sententia in causis criminalibus in quibus debet interesse, quia ei, qui certus est certiorari non est necesse.*

33 *Citandus non est, qui præsens reperitur, nam præsentia supplet defectum citationis, num. seq.*

35 *Fiscus non est privilegiatus, nisi in casibus, in quibus specialiter privilegiatus reperitur.*

36 *Fiscus non est restituendus in integrum, nisi in casibus à jure expressis.*

37 *Fisco in causis criminalibus non datur restitutio in integrum.*

38 *Appellatio in dubio semper est admittenda.*

39 *Appellatio secundum dispositionem* Rit. M.C.V. *non est prohibita, nisi ubi tantum adesset sententia absolutoria.*

40 *Statutum juris communis correctorium non extenditur de casu ad casum, neque ex identitate, vel majoritate rationis.*

41 *Appellatio de jure Saxonico, quamvis sit prohibita in causis criminalibus, tamen admittitur, quando pœna, qua infertur inquisito, non est corporalis, sed pecuniaria.*

42 *Clericatus cognitio est facienda juxta formam* Ritus 235. *ubi per* Caravit.

43 *Clericus non præsumitur, nisi probetur, & in dubio semper præsumitur quem esse laicum.*

44 *Fisco agente civiliter, vel criminaliter maxima differentia constituitur.*

46 *Fiscus an in integrum restitui debeat in casu, quo Judex pœnam inquisito debitam minuat, & quid in causis ordinariis, ubi non tractatur de pœna, num. seq.*

48 *Fiscus, & Ecclesia in materia restitutionis in integrum æquiparantur.*

49 *Respublica, Ecclesia, Fiscus, & Pupillus pari passu ambulant.*

50 *Fiscus an ex sola omissione appellationis infra decennium dicatur læsus, ita ut alia læsionis probatione non egeat, & num. seq.*

52 *Læsionis plena probatio non requiritur de bono jure petentis in integrum restitutionem, sufficit tantum, quod adsit fumus de dicto bono jure.*

DECISIO CLXV.

1 PEr *text. in auth. hodie, C. de appellar.* constituitur victo tempus decem dierum ad appellandum à sententia, contra ipsum lata, quod etiam procedit de jure Canonico, ut in *can. anterior 28. 2. quæst. 6. & cap. cum dilectus in fine de elect. & cap. concertationi, de appell. in 6.* licet de jure Digestorum, & Codicis

2 brevius tempus constitutum erat, nam si principalis causam agebat per se ipsum, habebat duos dies ad appellandum à die latæ sententiæ, sin autem per Procuratorem, tres dies, *l. eos, §. sin autem, C. de appellat. & consult. l. 1. § biduum, §. dies, & §. in propria ff. quando appell. sit, Jo. Ferrar. de appellat. lib. 2. cap. 4. num. 134. tom 5 tract. fol. 61. Rebuff. de appellat. artic. 1. glos. 1. num. 1. tom. 5 fol. 482. Petr. Gregor. Tholos. in tract. de appellat. lib. 6. cap. 6. in princip.* & post ipsos *Scacc.*

3 *de appellat. quæst. 12. nu. 1.* quod quidem tempus ex statuto, vel stylo Civitatis, etiam Superiorem habentis posse abbreviari, vel augeri, habetur ex *Franch. in cap. cum sit Romana, num. 8. versic. ex hoc etiam infertur, de appellat. Rebuff. loco supra citato, numero 7. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. de attent. & innov. appellat. pend. limit. 50. numero 164. Sigism. Scacc. ubi*

4 *supra numero 5. & 6.* & ideo in Francia statutum fuit, ut illico appelletur, *Rebuff. ubi supra, numero 4.* &

in foro Capitolino infra octo dies, *Marc. Anton. Bart. tract. de tempor. utili, & contin. capit. 3. numer. 5. in 8. volum. tract.* & de variis temporibus ad appellandum constitutis, habetur per *Matthesilan. in l. cum anterioribus, Codic. de tempor. & reparat. appellat.* quem refert *Brederodius de appellat. part. 1. titul. 23.* licet hodie omnia prædicta jura cessent, quan-

5 do non adest statutum, seu consuetudo in contrarium & tempus ad appellandum est decem dierum, juxta dispositionem *text. in authent. hodie, Codic. de appellat. Specul. in titul. de appellat. §. restat videre, in princ. lib. 2. Minsing. cent. 3 observat. 11.* qui dicit,

6 hoc idem esse dispositum ex observatione Cameræ Imperialis, *Menoch. præsumpt. 95. lib. 1. Sferz. Odd. de restit. in integr. part. 2. quæst. 69. num. 2. Lancellot. de attent. part. 2. d. cap. 12. de attent. & innovat. appellat. pendente, limit. 50. princ. numero 38.* & in Regno est absolutum, ut per *Afflict. in Constitut. Appellationum tempora in 4. notab. Marant.* in suo *Speculo part. 6.*

7 *actu 2. princip. numero 213. Reg. Rovit. in pragm. 1. eodem titul. de appellation.* ubi etiam *Novar. numero secundo* qui decem dies, ad hoc ut currant, non sufficit quælibet scientia, sed requiritur specifica per actum intimationis, *Bald. in leg. 1. sub num. 6. ibidemque Salyc. in fin. C. de tempor. appellat. Jo. de Plat. in l. 2. in 3. notab. C. de Decurion. lib. 10. Intrigl. singul.*

34. lib.

34.*lib.1.Reg.Rovit.in dict.pragmat.1. numera 4. Barz. decis.153.Cacher.decis.142.num.35.Capyc.decis.139.numer.4.Gratian.decis.211.num.5.* idem *Reg.Rovit.decis. 16.Novar.in dict. pragmat. numera* 2.&3 & 10 quod 8 etiam procedit, quando pars fuit personaliter citata ad audiendam ipsam sententiam, & fuit contumax, *Tapat.titul. 265.capit.4. versic. tempus ad interponendum Osasch.dict.decis.142. dict.num.35. & 39.* & habere lo- 9 cum, tam in diffinitivis, quam in interlocutoriis, fundat idem *Reg.Rovit.ubi supra numera septimo capit. dilecti, extra de appell.* 1.*Vrsil.ad Afflict.decis.42 num.2.*

10 Quod tempus currit de momento ad momentum, quia dies prædicti non sunt utiles sed continui, neque possunt etiam de consensu partium prorogari, *Gamma decis. Lusitan.389. Reg.Rovit.ubi supra, numera* 11. *Mynsinger. observat.68.centur.2. Marant.* in suo *Specula part.6. titul & quandoque appellatur, numera* 336. *Petr.de Raven.singul.*30.*&* 421.*Andr.Gayl. observat. 139.lib.1.*ubi etiam *Bernard.Grev.numera 2 in 2. ampliat. Lancellot.de attent.de.12.limit.50. num.58. Ruginell.de appellat.§.6.glos.2.&7.*

Quod autem diximus, quod tempus prædictum 11 decem dierum non currit, nisi à die citationis, non procedit in sententiis Sacr.Reg Consil quæ dum proferuntur in forma sententiæ, & sic nomine Regis, prout scribitur in rubrica sententiæ tunc decem dies currunt à die latæ, & publicationis ipsius, quod tamen secus est in decretis interlocutoriis, quia debent intimari, prout de observantia, & stylo Sacr.Consil.testatur *Lanar.consil.97.num.*1.ubi dicit, quod ideo non est ne- 12 cessaria citatio, quando proferuntur in forma sententiæ, quia Procuratores à communiter accidentibus semper moram faciunt in Sac.Consil.quando sententiæ leguntur *Reg.Rovit.ubi supra num.6.*

Ex his fuit dubitatum in Collaterali Consilio cum quidam Franciscus Catulus de la Valle de Batulo fuisset inquisitus de ictu scoppitæ in personam Caroli Galibet, & per decretum M C.V.sub die 9.Augusti 1641. fuisset tanquam Clericus remissus ad Curiam Archiepiscopalem, ac decreto prædicto intimato parti querelanti, minimè appellasset, sed tantum sibi reservavit juris remedia, transactis jam decem diebus Procurator Regii Fiscl à dicto decreto appellavit, & commissa appellatione in Sacr. Consil fuit prætensum pro parte inquisiti, nullo modo potuisse committi causam appellationis, sed quod erat judicandum sententiam fecisse transitum in rem judicatam, nam 13 de jure Regni non appellat à sententiis absolutoriis in causis criminalibus, ut ex *Rit.M.C.V.* 258. *&* 260. & *ibidem Caravita, Annib. Trays. in Rit.* 41a.*numera 16.Gramm.decis.* 24. & aliis fundavimus in *decisione* 161. *Capyc. decisione* 144. qui dicit quod *Ritus* prædicti observantur etiam in sententiis interloqutoriis, *Faller.in prax.crimin. in verba panis debitu serantur numera* 82. *Franch.decis.*148. *&* 467. *Muscatell. in pract.crimin.titul.de infur. & famas. libell.num.* 84. *Niger.in capit. Regni Plerumque* ubi etiam *Reg. Carol.de Tapia, Farinac. de var. & divers. crim. quæst.* 101. *numera* 32. *Lancell. Conrad. de Offic. Prat. in caus.civil.titul. de appellat.* sub numera nam *Vgv. decisione* 378.*numera quinta Barrell.in summ. decis. titul. 33.numera 747.part.2.de Pont.de potest.Proreg.titul.3. de elect.offic.§.1.numera 52.Iul.Cæsar Imbrian.in tract. de repuls.part.2.consider.2.numero 9.* & *Mastrill. decis. Sicil.*158.*numera* 2.& de his *Ritibus* mentionem facit *Peregrin.de jure fisc.lib.7.titul.4.in princ. Bobard. ad Clar.quæstione 94.numera* 12.quod quidem statutum, 14 sive constitutio viget etiam in statu Mediolani, ubi sublata est in causis criminalibus appellatio, *Clar. in dict quæst.94 num.*2.sic etiam in Flandria, sive Gallia inferiori, testatur *Iodocbus in prax.crimin.cap.149.num.* 3.Quod procedit, nedum in sententiis absolutoriis, in 15 quo casu loquuntur *Ritus* M.C sed in omnibus aliis decretis observatur in practica ut testatur idem *Caravit.* 16 *in d.rit.*258.sub *num.*2.

Quod statutum, ut à sententia criminali appellari non possit, viget fere in omnibus locis, ut dixit *Bossi.in prax.crim.tit.de appellat. numera* 7. licet con- 17 trarium sit de jure communi, quia non reperitur in jure prohibitum, Fiscum posse appellare tam in causis civilibus, quam in criminalibus, ut habetur ex *text.in l.litigatoribus, C.de appellat.l.non tantum, ff. eodem titul. l. addictos, C de Episcop.audien.cap cum sit Romana, de appellat.& ibidem Dec.Ianne. & Abb. in c.cum clamor,extra de testib.Paris de synd. in ve b. euademnatis*, ac pluribus comprobat *Gabriel comm. conclus.lib.7.titul.de malefic.concl.14.Imol.cons.142.2. col.vers.præterea prohibet.*

18 Sed in casu, quo Fiscus esset notoriè gravatus, datur ei recursus, de quo verbo loquitur *text.in capit.* 19 *licet in fin.de elect.* & practicam dicti recursus ponit *Reg.Tapia* Marchio Belmontis *in dict.cap. Reg* incip. *Plerumque contingit,n.*4.nam oblata supplicatione Regii Fisci Præsidi Sacr. Reg. Consil fit decretatio per eum sub nomine Regis, cui dirigitur supplicatio, cum titulo Sac. Reg. Majestati, quod Mag.C.V.relationem faciat in Sacr. Consil. ad finem providendi, si est deferendum petito recursui, & facta relatione per Iudicem causæ Commissarium in dict. Sacr. Consil, si gravamen est notorium, fit decretum, esse deferendum petito recursui, dicens, accepisse à Senioribus, 20 & præcipue à Præside Vincentio de Franchis, & Regente Matthæo de Colostinlo, quod requiritur majus gravamen in recursu, quam si agatur per viam ordinariam appellationis, de qua practica testatur etiam *Caravit. in dict. rit. 258 in fin.* & hoc idem servatur in Collaterali Consilio, ubi Ego ad præsens resideo, quia 21 in causis, in quibus Mag. Cur. est delegata, non appellatur ad Sacr. Consil. seu reclamatur ad Delegantem, qui est Regni Prorex, & Collaterale Consilium *leg.1.ff.quibus & à quo leg.præcipimus, C.de appellat. §.1.vers.si quis contra aliquem, in Auth.de Sanct ssim. Episcop.Gayl.observat.*1at.*lib.*1.ubi *Grevæ*, qui alius 22 citat, & quando Fiscus prætendit se notoriè gravatum, petit recursum in Collaterali Consilio, & fit decretatio, quod Mag Cur. Vic. relationem faciat, qua facta si apparet, Regium Fiscum notoriè fuisse gravatum tunc decernitur, esse deferendum petito recursui, sin autem gravamen non est notorium, & tunc ei denegatur, & exequitur sententia ad favorem inquisiti, prout semper practicatur, quod quidem jure etiam funda- 23 tur, quia notoria injustitia æquiparatur nullitati, *cap. inter cætera,de re jud* & advertit *Franch.in dict. decis.* 148 *num.7.de Pont de potest.Proreg.d.tit.3.de elect.offic.§.1 num.51.Cancer.var.resolut.lib.2.cap.15.de hær. requisit.n.60.Mastrill.*dicta *dec.*158.*n.27.*

24. Et quamvis per *Rit. M.C.V.* sit prohibitum Fiscu appellare à dictis decretis absolutoriis, non tamen ei est prohibitum dicere de nullitate, *Ragm. de appellat. §.1c.cap 3.numero* 24. *& cap. 4. numero* 3. *Zuccard. cons.37. num.*1.*& Mastril.dict.decis.*158.*numera* 28. & ideo dicit *Bald.in l.fin § fin.Cod, de tempor. appellat.* quem refert, & sequitur idem *Mastrill.* in *loca* sæpe 25 citato *numera octava* quod si ex statuto interrurr appellatio, non tamen tollitur recursus supplicationis, vel querelæ, *Menoch.de arbitr.iud.quæst 70. numer.*16. *Plat.in cons.*130.*num.*64 inter *cons.crimin.divers tom.*1. ubi alias limitationes ponit, & prohibita appellatio- 26 ne non est prohibitus recursus, *Gratian.decis.*51. *Rot. Marcb.*qui recursus debet etiam peti per Regium Fis- 27 cum infra decem dies à tempore latæ sententiæ absolutoriæ, ad instar appellationis, ut per *Reg.Rovit.dec.* 34.*Rit.collect.dec.*2517.

Ex quibus dicebat inquisitus, quod cum decem dies

erant

erant jam elapsi, non poterat Regius Fiscus appellare, sed erat pronunciandum, decretum remissionis causæ ad Judicem Ecclesiasticum fecisse transitum
28 in rem judicatam, quia terminus prædictus decem dierum ad appellandum currit de momento ad momentum, neque potest, ut supra diximus, de partium consensu prorogari, quo termino elapso nulliter fuit interposita appellatio, quia ultra decennium interposita, etiam parte non opponente, nulla dicitur, ut
29 post *Bald. Paul. de Castr. & Minsyng. observat.* 11. *ad fin. cent.* 3. ex pluribus tenet *Greve. ad Gayl. observ.* 119. *n.* 66. *& observ.* 139. *ampl.* 2. *lib.* 1.

30 Nec obstare dicebatur, quod terminus prædictus nunquam cœpit currere, quia decretum non fuit Regio Fisco notificatum, & de jure terminus decem dierum currit à die scientiæ, *l.* 1. *§. fin. ff. quand. appell. sit, cap. concertationi, de appellat. in* 6. *gloss. & Bartol. in dict. auth. hodie, Scagl. super rit.* 6. *num.* 1. nam decre-
31 tum fuit prolatum præsente Fisco, alias enim nullum esset, *l. Divus, §. si Fiscus ff. de jur. fisc. l. fin. C. de Advoc. Fisc. Peregrin. de jur. fisc. lib.* 7. *titul.* 2. *num.* 2. *& titul.* 4. *numer.* 2. quod etiam habetur per *Reg. Pragmat.* 36. *de offic. S.C.*

32 Hinc inolevit praxis, quod in causis criminalibus nunquam Fisco notificatur sententia, quia is, qui certus est, certiorari non est necesse, *l.* 5. *ff. de act. empti, capit. eum, qui, de reg. jur. in* 6. *gloss. verbo cognoverunt,*
33 *in princ. in cap. cum inter* 18. *de elect.* quod etiam dicit *Jas. in l.* 1. *ff. de in jus voc.* ubi dicit, quod qui præsens est, non est citandus, sequitur *Costa de fact. scient. & ignor. inspect.* 70. *num.* 5. *Minsyng. observat.* 6. *num.* 8 *centur.* 6 *Cavaler. decis.* 317. *num.* 1. *Barbos. in*
34 *cap. susceptis, num.* 14 *de caus. poss. & propriet. Ricc. collect.* 2414. nam præsentia supplet defectus citationis, *Gratian. discept. forens. cap.* 738. *num.* 20. *Paul. Durand. decis. Rot. Roman.* 6. *num.* 7. *part.* 1. *Farinac. quæst.* 72. *num.* 75. *Tusch. in verbo citatio, conclus.* 272. *num.* 82. *Cavall. comm. contra comm. q.* 808. *nu.* 18. & alii per *Franc. Baron. in tract. de citat. quæst.* 18 *ex n.* 12.

Nec dicebatur, Regium Fiscum posse juvari remedio restitutionis in integrum, nam Fiscus non est
35 privilegiatus, nisi in casibus, in quibus specialiter privilegiatus reperitur. *gloss. in l. item veniunt, §. in privatorum, in verbo publica ff. de petit. hæredit. Tiraq. de utroque retract. part.* 1. *gloss.* 14. *n.* 100. *Guid. Pap. decis.* 536. *Sforz. Odd. de restitut. in integr. part.* 1. *quæst.* 4. *art.* 13. *num.* 83. *l. in factum, § Fiscus, ff. de condit. & demonstrat. Boss. de privileg. Fisc. n.* 75. *Reg. Sanfelic. decis.* 135.
36 *nu.* 7. & non reperitur jure cautum, Fiscum esse restituendum in integrum, nisi in casibus expressis in *l. unica, C. de sent. advers. fisc.* inter quos non connu-
37 meratur ista restitutio adversus sententiam contra ipsum latam, tanto magis, quia sumus in criminalibus, in quibus non datur Fisco in integrum restitutio, secundum *Bal. in addit. ad Specul. in tit. de accusat. super rubr. Cremens. singul.* 52. *Alex. in apostil. ad Bart. in l. auxilium. ff. de minor. Afflict. in Constit. Regn. in titul. de in integr. restitut. Andr. de Isern. in Constit. Obscuritatem, Gabriel. commun. concl. lib.* 7. *de conclus.* 13. sub *nu.* 3. *Alfar. de offic. fiscal. gloss.* 17. sub *nu.* 45. ex quibus concludebatur, causam appellationis minime posse committi.

In contrarium verò pro Regio Fisco considera-
38 batur, quod quando essemus in dubio, appellatio semper esset admittenda, *glos. in l. qui restituere, ff. de rei vendic. l.* 13. *titul.* 23. *part.* 3. *Larrea allegat. fiscal. tom.* 2. *allegat.* 109. *num. in fin.* & quod tanto magis erat admittenda in hoc casu, in quo secundum Fisci prætensionem nulla erat dubitatio, siquidem certissimum est de jure communi Fiscum non esse prohibitum appellare, & quamvis per *Ric.* 258. *M. C. V.*
39 appellatio fuerit ei prohibita, tamen non in omnibus causis, sed tantum ubi adesset sententia absolutoria, ut dictant verba dicti *Ritus*, quæ sunt infrascripta. *Item non appellatur ab omnibus sententiis absolutoriis, latis per ipsam Curiam ex mero officio, vel ex denunciatione criminaliter procedendo.* Ad decretum, de quo fuit interposita appellatio non erat absolutorium, quia fuit tantum interpositum super remissione ad Judicem Ecclesiasticum, & propterea non erat casus dicti *Ritus*, sive statuti, quod cum sit juris communis
40 correctorium, non extenditur de casu ad casum, *l. sancimus, C. de testam. l. præcipimus, C. de appellat.* immo nec ex identitate, vel majoritate rationis, *DD. in auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles. Menoch. consil.* 344. *num.* 3. *&* 4. Hinc jure Saxonico quamvis pro-
41 hibita sit appellatio in causis criminalibus, tamen in illis casibus, in quibus pœna, quæ infertur inquisito non est corporalis, sed pecuniaria, appellatio admittitur, *Minsyng. cent.* 4. *observat.* 41. *Matth. Coler. decis. German.* 22. *n.* 18. *& per totam*, ubi alios casus recenset, *Ric. collect. decis.* 2476.

Secundò dicebatur, quod in causa prædicta re-
42 missionis ad Judicem Ecclesiasticum non fuit processum criminaliter, sed dato termino, & Parti, & Fisco intimato, & compilato processu, juxta formam *Ritus* 235. ubi *Caravit.* & habetur etiam per *Stephan. Aufrer. in tract. de potest. secul. in Eccles. in* 20. *fallent. Mascard. conclus.* 189. *num.* 8. *Farinac. quæst.* 8. *num.* 4. *in fin. Ambrosin. de immunit. Eccles. cap.* 23. *num.* 15. *vers. pro concordia, Decian. tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 110. *&* 111. *Scac. de judic. cap.* 31. *n.* 89. & post ipsos *Sebast. Guazzin. de defension. reor. defens.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. & est ratio, quia nemo præsumitur Clericus, nisi probetur, sed in dubio præsumitur laicus, *can. legum.* 2. *quæst.* 1. *Bald. in cap. at si Clerici, §. de adulter. de judic. & in cap. significasti, de foro compet. num.* 2. *Decian.*
43 *ubi supra num.* 117. & propterea, quia illa qualitas clericatus erat probanda, & in hoc judicio fori declinatoriæ non proceditur criminaliter, sed ordinariè, non potest habere locum *Ritus*, in quo denegatur appellatio tantum in causis criminalibus, & à sententiis absolutoriis; maxima enim constituitur
44 differentia in Fisco criminaliter, vel civiliter agente, *Mascard. de probat. concl.* 806. *n.* 6. *Alfar. de offic. fisc. gloss.* 16. *priv.* 15. *& gloss.* 17. *nu.* 41. ac prædicta intelligenda sunt juxta dicta per *Farinac. in locis* supra citatis per *Ambrosinum*.

45 Et demum dicebatur, quod circumscripto articulo, si dies decem ad appellandum currant à die scientiæ, vel intimationis, de quo per *Bald. in d. l.* 2. sub *nu.* 6. ubi Doctores congerit, *C. de tempor. appel.* & alios supra citatos, tamen Regius Fiscus petiit ad prædi-
46 ctam appellationem admitti, etiam per viam restitutionis in integrum, nam quamvis dubia sit quæstio, an Fiscus in integrum restitui debeat in casu, quo Judex pœnam inquisito debitam minuat, tamen affirmativa sententia probari videtur ex *text. in l.* 1. *C. de sentent. advers. fisc. lat.* & propterea hanc opinionem tenuerunt *gloss. & DD. in l. Imperatores ff. de re jud. Paul. de Castr. in l. Respublica, C. ex quibus caus. major. Guid. Pap. quæst.* 302. qui de consuetudine ita servari testatur, *Gabr. comm. opin. lib.* 7. *de concl.* 13. *num.* 1. *&* 2. *Bald. in l. quod ergo, § pœna gravior, num.* 4. *in* 1. *elect. ff. de his qui notant. infam. & Angel. in dict. l. quod ergo, § quamvis, num.* 4. ubi in specie loquuntur in restitutione in integrum ex causa minorationis pœnæ, *Cepoll. caut.* 14. *num.* 3. & alii per *Sfort. Odd. de restit.*
47 *in integr. part.* 1. *quæst.* 3. *art.* 14. sub *num.* 95. & ideo in causis ordinariis, ubi non tractatur de pœna, nullum potest esse dubium, quin Fiscus læsus in sententia restitui debeat jure minorum, *d. l.* 1. *C. de sent. advers. fisc. lat. Paul. de Castr. Fulgos.* & alii in *d. l. Respublica, Bal. in d. l. quod ergo § pœna gravior. Boss. in tit. si adver-*
48 *sus rem jud. num.* 26. & alii per *Sfort. Odd. ubi supra, num.* 80. & Fiscum, & Ecclesiam in materia restitu-

tionis

tionis in integrum equiparari dicit, *Cass. in Consuetud. Burg. rub. 6. §. 4. vers. sed quia num. 12.* ubi Respublica, Ecclesia, Fiscus, & Pupillus pari passu ambulant, *l. Rempublicam, C. de jur. Reipubl. lib. 11. cap. 1. de in integr. restit. Celsus Ugo cons. 58.*

49

Controvertunt tamen *DD.* si ex sola omissione appellandi dicatur læsus, an vero oporteat aliunde probare læsionem, ad hoc ut possit restitui in integrum adversus omissam appellationem infra decennium? Et quidem, quod eo ipso, quod non appellavit, dicatur læsus, absque alia probatione læsionis, voluerunt *Rebuff. de restit. art. 1. gloss. 3. num. 10. & 16. Cacher. decis. 158 num. 1. 2. & 3. Gabriel. comm. opin. tit. de minor. conclus. 2. Mascard. de probat. conclus. 1273. sub num. 47. Bart. in l. Sancimus, C. in quibus causis restit. in integr. Signorol. de Homod. in l. nam & postea, §. si minor, num. 50. vers. sed ego puto ff. de jur. jur. Mensynger. observat. 17. cent. 4. Sfort. Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 56. artic. 2. num. 40. Greva. ad Gayll. conclus. 134. nu. 9. libro primo,* & alii innumeri.

50

51 Et licet nonnulli contrarium teneant, quod immo requiratur aliqua probatio, fuisse læsum ex non interpositione appellationis prout dixit *Bart.* sibi contrarius in *d. l. nam & postea, §. si minor, num. sext. ff. de jur. jur.* ubi etiam *Angel. in fin.* & alii adducti per *Cacher.* in allegata *dec. 158. nu. 8.* & per *Greva. d. conclus. 143. Sfort. Odd. ubi supra, num. 40. vers. in contrarium*, tamen præfati *DD.* has diffidentes inter se opiniones variis mediis conciliare conantur, & videntur concludere, quod non requiratur plena probatio læsionis de bono jure petentis in integrum restitutionem, sed tantum, quod adsit fumus de dicto bono jure, ut voluit idem *Sfort. Odd. in loco* supra citato sub *num. 46. vers. ego igitur*, & quia in hac causa multa ponderabantur in facto circa requisita à *Sac. Conc. Trid.* respectu Clericatus. Ideo facta relatione in Collaterali Consilio die 15 Maii 1642. per qu. Ill. Reg. Ferdinandum Brancia, Ducem Belvederii fuit interpositum decretum, quod S. C. super exceptione rei judicatæ de justitia provideret, & hoc, quia hæc exceptio resultabat ex oppositione inquisiti, & Regius Fiscus non appellavit in tempore decem dierum, & sic decisio dictæ exceptionis non erat decidenda in Collat. Consil. sed per Judicem, ad quem fuerat pro parte Regii Fisci appellatum. Penes Regni Secretarium.

52

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXV.

SUMMARIUM.

1 *Appellationis terminus, quando currat à die sententia, & quando à die scientia, & nu. 3 usque ad 11.*

2 *Quando quis ex scientia venit jure suo privandus, non sufficit qualibet scientia in genere, sed requiritur plena, certa, &c.*

3 *Statuto mandante appellationem à decretis debere fieri intra tot dies à die intimationis, an sufficiat notitia aliunde habita decreti lati, etiam non intimato decreto, ut currat tempus appellandi condemnato à die notitia, & scientia.*

Intimatio decreti an sit necessaria, si ejus notitia sit aliundè habita, ibid. & n. seq.

4 *Intimatio, & citatio quando dicatur per equipollens adimpleta, & quando non ignorantur circumstantia decreti non requiritur intimatio, nu. 5.*

6 *Condemnatus si habuit aliunde scientiam sententia contra ipsum prolata, tunc non est necessaria intimatio, & si sponte comparuit, suppletur defectus citationis, n. 7.*

7 *Comparens in judicio habetur pro legitimè citato, & num. 8.*

8 *Appellans, vel reclamans à sententia, & decreto sibi non intimato dicitur se habere pro intimato, & habere scientiam decreti, ità ut nulla alia requiratur illius intimatio, & n. 9. afferuntur decisiones.*

Notitia citationis supplet ejusdem citationis nullitatem, ibid.

9 *Reclamans à decreto sibi non intimato, dicitur illius notitiam habere, & ideò ipsi currit tempus à dicto die ad nullitates proponendas, non à die intimationis, afferuntur decisiones.*

10 *Nullitates debent proponi infra sex dies quid si ultima, & sic sexta dies fuerit feriata, an possint proponi septima die, afferuntur diversa sibi contraria decisiones.*

11 *Contumax quando dicatur verus, & quando fictus, & quando appellent à die sententia, & quando à die notitia.*

12 *Recursus conceditur non solùm notoriè gravato, sed etiam quando sententia est contra jus.*

13 *Recursus est nomen generale à verbo recurro, & comprehendit omnem actum, per quem ad superiorem recurritur, vel per appellationem, vel per reclamationem.*

14 *Appellatio conceditur à decretis Judicum inferiorum, reclamatio à decretis Judicum majorum, & qui sint Judices inferiores, & qui majores, & infrà quod tempus concedatur.*

Judices M.C.V. & Tribunalia Regia Audientia dicuntur Judices inferiores ibid.

Consiliarii Regii S.C. & Prasidentes R.C. dicuntur Judices majores, ibid.

15 *Tempus petendi recursum regulatur à temporibus appellationis, & reclamationis, ut à decretis Judicum inferiorum debeat fieri infrà decem dies, & à decretis Judicum majorum infrà biennium, & adducitur decisio.*

16 *Laicus an possit prasentari ad beneficium de jure patronatus, si est proximè clericandus infrà tempus concessum Patronis ad prasentandum, & qua forma sit prasentandus.*

17 *Capitulum sede vacante, & ejus Vicarius Capitularis non potest infrà annum sedis vacantis concedere licentiam, & dimissorias ad ordines suscipiendos, nisi iis, qui fuerint arctati.*

18 *Capitulum sede vacante potest infrà annum concedere dimissorias laico ad primam tonsuram recipiendam, qui fuit prasentatus ad beneficium de jure patronatus tanquam arctato.*

19 *Prima tonsura collata ab alieno Episcopo sine licentia proprii Episcopi an sit valida, vel nulliter collata? An taliter ordinatus gaudeat privilegiis Clericalibus? An talis collatio possit ratificari à proprio Episcopo, & an taliter ordinatus possit obtinere beneficia Ecclesiastica remissivè.*

IN hac decisione dicitur tempus dierum decem constitutum victo ad appellandum à sententia contrà ipsum lata, ad hoc, ut currant non sufficere quamlibet scientiam, sed requiri specificam per actum intimationis; Ideò observare ne desinas, ità distinguendum esse, quod aut scientia sententiæ, & decretorum fuit simplex, & generalis, seù extrajudicialis, absque aliqua expressione qualitatum, & tunc non sufficit ad privandum Condemnatum jure suo appellandi infrà decem dies, vel dicendi de nullitate infrà tot dies constitutos à statuto, juxtà dispositionem *Pragm. 4. num. 18. de dilation.* quia quando quis ex scientia venit jure suo privandus, vel quando post intimationem aliquid est faciendum, non sufficit quælibet scientia in genere, sed requiritur plena, certa, & specifica cum circumstantiis, & qualitatibus facti, & tenoris decreti, argumento *glos.* quam omnes sequuntur in *cap. concertationi de appell. in 6. in verbo sciverit, Prapos. in cap. personas sub num. 2. eod. tit. de appell.*

1

2

appell. Felin. in cap. cum contingat à nu. 6. conclus. 4. de rescript. Bart. in l. denunciasse §. quid ergo nu. 2. ff. ad l. Iul. de adult. latè *Tiraq. de retract. §. 36. glos. 2. n.* 30.

3 Aut verò scientia decreti fuit Judicialis, & plena, certa, ac specifica cum omnibus qualitatibus, & tunc talis scientia sufficit, ità *Ubertin. de citation. cap. 2. nu. 64. fol. 51.* & in terminis statuti Mediol. quo cavetur, quod qui à decreto, vel sententie appellare voluerit, vel de nullitate dicere, id teneatur facere intrà quatuor dies continuos à die intimationis sententiæ, & non ultrà, ut si Victus certus fuerit de decreto, & de eo apertam, & specificam notitiam habeat, quod non obstante statuto, tempus à die talis scientiæ, etiam decreto minimè intimato, dicatur elapsum, refert *Lancellot. Gallia cons. 109. num. 24. & 28.* quem sequitur *Petra in ritu M.C.V. 132. num.* 25. quia modo victus certus sit de sententia, intimatio non est necessaria, de qua intimatione, ut *d. Lancellot.* asserit, ideò statutum loquitur, quia frequentiùs, & regulariter quis certior fit, sed non per hoc excluduntur alia species notitiæ, qua intervenante cum suis qualitatibus, non est ampliùs necessaria intimatio, &

4 dicitur per æquipollens adimpleta solemnitas citationis, *Farinac. in repert. Judic. in fragm. verbo citatio nu.* 16. Unde *Alba cons. 162. num. 6.* dicit, quod quando non ignorantur circumstantiæ decreti, non requiritur intimatio, & præcipuè quando intimatio non requiritur pro forma, scilicet quando statutum non procedit ulterius annullando, sed simpliciter loquitur, &

6 *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 66. num. 3. & 4.* dicens, quod quando pars, contrà quam est prolata sententia habuit illius scientiam, tunc non est necessaria denunciatio, quæ non est de essentia sententiæ, quia illa requiritur, ut quis certior reddatur, ideò necessaria non est, cum alia via certus est.

7 Undè communitèr *DD.* dixerunt, quod per spontaneam comparitionem suppletur defectus citationis, ut tenent *glos. in verbo sententia in 3. notab. Bal. Alex. & alii in l. 1. in princ. ff. de feriis*, idem *Alex. cons. 113. num. 3. lib. 2. Vestr. in pract. lib. 4. cap. 3. num* 8. ea ratione, quia solemnitas citationis potest per æquipollens adimpleri, ita etiam tenent *Cassiod. decis. 2. n. 2. tit. de Judic. Coccin. decis. 373. num. 6 Vant. de nullit. tit. qual. & quibus modis senten. null. repar. poss. numer.* 116. *Mynsing. cent. 1. observ. 18. nu. 3. 4. & 5. observ. 90 num. 2. cum seqq. & cent. 4. observ. 54. Farin. in repert. Judic. in fragm. verbo citatio nu. 14.* & *Gonsal. ad 8. reg. Cancell. § 7. in procem. num. 146. & seq.* qui omnes dicunt,

8 quod comparens in judicio habetur pro legitimè citato, ideò si victus à decreto appellavit, vel reclamevit, exprimendo in supplicatione illius tenorem, dicitur ab eo die habitæ notitiæ currere tempus, *Rugnell. de appellat. §. 4. cap. 1. num. 89. Scaccia de appellat. quæst. 12. num. 32. & seq. D. Petra in d. ritu M.C.V. 123. nu. 24.* quia appellans habet pro se intimato, & quod per appellationem inducatur scientia decreti, ità, ut nulla alia requiratur intimatio tenent *Farin. decis. 165. num. 2. tom. 2. in posth. Cavaler. decis. 486. num. 2.* prout *Rota* in une Rom. Viridarii die 14. Decembris 1612. & notitia citationis ad victum perventa supplet ejusdem citationis nullitatem, *clem. causam in fine*, ubi *glos. verbo plena*, & ibi *Imol. nu. 11. Caputaq. decis. 32. num. 4. par. 2* & *Add. ad decis. 99 Farinac. post to. 1. cons. lit. A.* qui alios citat.

9 Et stante reclamatione interposita ab aliquo decreto, ex que colligitur illius decreti scientia ex parte reclamantis, decreto minimè intimato, non posse recipi nullitates propositas post lapsum tempus sex dierum, ex dispositione *d. pragm. 4. de dilation.* pluries fuisse decisum per S. C. junctis Aulis refert *Thor. in comp. decis. tom. 3. sect. 1. verbo citatio decreti interlocutorii fol. 160. & eodem tom. 3. sect. 2. verbo nullitas adversus decreta fol.* 168. & quotidiè in S. C. ita determinari, ait *D. Marcian. disp. for. tom. 1. disp. 18. num. 45. in fine*, quem sequitur *D. Petra in d. rit. 123. num. 26.* & quamvis *D. Rovit. in d. pragm. 4. de dilat. num.* 10. dicat tempus sex dierum præfixum ad dicendum de nullitate currere post actualem intimationem, & notificationem, non autem sufficere notitiam, ac scientiam decreti aliunde habitam, & sic fuisse decisum in S. C. sub die 22. Maii 1615. in causa creditorum Marchionis Genzani. Observandum tamen est, quod idem *Dom. Rovit. ibidem.* indicit S. C. ità decrevisse motum ex allegata auctoritate *Intrigl. ibid. cit.* sed increpat *d. Intrigl.* qui se decepit, cum contrarium sit de jure verius, ut scilicet sufficiat scientia aliundè habita ex adductis per *d. Lancell. Gall.* & *Tiraquell. locis à nobis supra citat.* addens idem *D. Rovit.* quod *DD. per Intrigl. citati*, non sunt fideliter adducti, quod etiam advertit *Petra in eod. rit. 123. nu.* 27. & 28.

10 Observandum est etiam, quod si nullitates proponandæ infrà sex dies à *pragm.* præfixos adversus decretum S. C. si sexta dies fuerit festiva, seù feriata, ita ut non potuit pars præsentare nullitates in dicta sexta die, an possit eas præsentare septima die, & diversimodè adsunt decisiones in S. C. nam *D. Hodierna lib. 1. controv. 48. num* 19. asserit ultimum, & sic sextum diem debere esse utilem; & sic per S. C. junctis Aulis fuisse resolutum, & quod propterea fuerunt receptæ nullitates, quæ fuerunt propositæ post quindecim elapsos dies, quia omnes fuerunt feriati, præter primum, & adducit aliud exemplum Collateralis Consilii, quo processum fuerat ad discussionem nullitatum in nono die propositarum, eo quod sextus, septimus, & octavus dies fuerunt feriati, sic etiam decisum per R. C. S. refert *D. de Marin. in arrest. d. R. C. arrest.* 709. sed contrarium fuisse etiam decisum per S. C. in dicto caso quando sexta dies est feriata non debere recipi nullitates septima die, ut adit *D. Rocc. tom. 2. resp. 2. num.* 18. idem decisum in alia causa refert idem *D. Petr. in ritu 6. M.C.V. nu.* 7. & in alia causa in Aula D. Consiliarii Staibani itidem vidisse judicatum, ait *Blas. Altimar. in observat. ad d. decis. 16. D. Rovit. nu. 3. vers. observati tertio.*

11 Denique quando appellatio interponi possit post decem dies, & quando dictum appellandi tempus decem dierum currat à die notitiæ, & quando à die sententiæ prolatæ vide per *dict. Farinac. in repert. Judic. quæst. 55 per totam*, ubi latissimè habes hanc materiam, ubi etiam habetur quando dicatur verus, & quando fictus contumax, scilicet, quod verus contumax est ille, qui fuit citatus personaliter, & non comparuit; fictus verò dicitur ille, qui fuit citatus domi, vel per edictus, vel in loco Beneficii, & eo, & quando fictus contumax appellet à die notitiæ, & verus contumax die sententiæ.

12 Recursus, de quo in hac *decis. num.* 18. non solùm competit fisco, vel alteri notoriè gravato, sed etiam quando sententia lata, à qua supplicatur, vel petitor recursus est contra jus, ad *tex. in lib. 1. C. de sent. præf. prætor*, ibi. *Si contrà jus se læsos affirmant non provocandi, sed supplicandi licentiam monstramus.*

13 Observabis propiereà ex *D. Rovit in cit. decis.* 14. quod recursus est nomen generale à verbo recurro, & comprehendit omnem actum, per quem ad Principem, & superiorem recurritur, sivè per remedium appellationis à sententiis Judicum inferiorum gra-

14 datim ad superiores, sivè per supplicationem, & reclamationem, seù recursum à sententiis majorum Judicum, ut est Sacrum Regium Consilium, & Reg. Camera Summariæ, & ideò à decretis minorum Judicum, ut sunt Tribunalia Regiæ Audientiæ, & M. C. V. fiscus debet petere recursum infrà de-

15 cem dies concessos ad appellandum, sed adver-

sus decreta, à quibus non datur appellatio, sed reclamatio, infrà biennium, ut sunt decreta S. C. & R. C. Summariæ poterit petere recursum etiam infrà biennium, & non ultrà, & sic tempora petendi recursum per Regium Fiscum regulantur à temporibus appellationum, & reclamationum, ut scilicet à sententiis, & decretis Judicum inferiorum à quibus non admittitur appellatio, nisi infrà decem dies, nec etiam admittatur recursus ultrà, seu post decem dies, à decretis verò, & sententiis Judicum majorum, à quibus admittitur reclamatio, seu supplicatio, etiam ultrà decem dies, & usque ad biennium, admittatur recursus fisco similiter infrà biennium, & non ultrà, & ità decisum refert *d. D. Rovit. in d. decis. 14. & decis. 86.* quem sequitur *D. de Marinis tom. 1. resol. quotid. cap. 150 nu. 11.*

16 Occasione, quia in hac decisione fit mentio de Clericatu, observandum censeo, an laicus possit præsentari ad beneficium d. Jure patronatus, cum non habeat primam clericalem tonsuram, quæ omninò sequitur ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum, & breviter respondeo, quod quamvis non sit incapax beneficii, qui non habet saltem primam tonsuram, tamen quando quis est proximè clericandus, potest ad beneficium præsentari, cum autè institutionem tonsuram accipiat, quod æquidem procedit quando laicus proximè clericandus expressè, vel tacitè præsentaretur in tempus, quo esset clericus, & sic in tempus habile, quo casu si præsentatus fiat clericus intra tempus datum ad præsentandum, præsentatio valeret ex tunc, ità *Garz. tom. 2. de benefic. part. 7. cap. 1. numer. 28. D. Ricc. decis. 125. part. 4. numer. 14. D. Squillant. de privil. cleric. cap. 4. num. 11. Meroll. tom. 3. disp. moral. de jurisd. cap. 7. de jurisd. cap. sede vacante dub. 4. num. 79.* Tacitè autem diceretur præsentari in dictum tempus, quando patronus illum præsentaret non absolutè, sed sub hac forma, præsento talem de proximo clericandum, vel præsento talem, & peto ipsum initiari prima tonsura, tunc enim videtur eum præsentare, ut cum fuerit clericus, instituatur; In casu verò, quo absolutè præsentaretur, nondum habens clericalem tonsuram, præsentatio esset nulla, tanquam facta de indigno, & incapaci, quantumvis de proximo fieret clericus; ratio est, quia clericatio etiam de proximo subsequens non potest retrotrahi ad tempus præsentationis, in quo requiritur capacitas, & habilitas præsentati, cum ex præsentatione jus ei quæratur ad beneficium, ità *Garz. loco cit. nu. 29. 30. & 31. D. Ricc. ibidem D. Squillant. dict. cap. 4. num. 12. & 13. Meroll. ubi supra eod. nu. 79.* qui afferunt *decis. Rota.*

17 Undè cum per *S. C. Trid. sess. 7. de reform. c. 10.* prohibeatur Capitulo, & ejus Vicario sede vacante concedendi, ordinandi licentiam, sivè literas dimissorias ad ordines suscipiendos, nisi elapso anno, conceditur tamen facultas infrà annum eidem illas concedendi Arctatis, illi scilicet, qui beneficii Ecclesiastici recepti, sivè recipiendi occasione arctatus fuerit.

18 Propterea poterit idem Vicarius Capitularis infrà annum sedis vacantis Episcopalis concedere literas dimissorias ad primam tonsuram tanquam arctato ei, qui est præsentatus à Patronis laicis ad beneficium Juris patronatus ipsorum, ut illud obtinere valeat, si præsentatio sit facta modo, & forma supra explicata ei, qui est proximè clericandus, ut censuit *Sacr. Congreg.* quam declarationem referunt *supracit. DD* nempe *D. Ricc. eod. num. 14. D. Squillan. d. n. 12. Meroll. d. c. 7. dub. 3 nu. 75. & dub. 4. d. num. 78. & Garz. loc. cit. n. 30.*

19 Hic subnecti possent aliæ quæstiones, an prima tonsura collata ab alieno Episcopo sine licentia, seù literis dimissoriis proprii Episcopi sit nulla, an verò valida, & teneat dicta collatio. Secundo, an taliter ordinatus gaudeat privilegiis clericalibus canonis, & fori. Tertio, an talis collatio possit ratificari, & rata haberi à proprio Episcopo, an verò egeat dispensatione Summi Pontificis per literas (perindè valere.) Quarto, an taliter ordinatus possit obtinere Ecclesiastica beneficia, & pensiones, de quibus omnibus latè scripsit *Abbas Joannes Jacobus Gizzius* meus frater (de quo supra mentionem fecimus in *observatione ad decis. 160. numer. 21.*) quas jurium allegationes infrà in calce hujus operis afferemus, propterea ad illas Lectorem remitto, ut hic brevitati consulam.

Michael Angelus Gizzius.

ARGVMENTVM.

Filiatio quomodo probetur, & an sit probanda in legitimatione per Principis rescriptum, & num requiratur citatio filiorum, vel agnatorum, quando fit petente patre in ejus vita, vel de ordine ipsius post mortem. Et an Princeps, vel ejus Vicarius possit naturales, & spurios legitimare, quando adest legitima proles. Et qui dicantur naturales, vel spurii. Et an pater possit plus relinquere filio legitimato, quam filiis legitimis, & naturalibus. Et quid si non habet filios legitimos masculos, sed solum fœminas, maxime stante statuto exclusivo fœminarum, stantibus masculis. Et an habeat locum *lex hac edict. C. de sec. nupt.* etiam in filio legitimato, late discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio est de Regalibus, & de reservatis Supremo Principi, & an potestas prædicta possit communicari.*
2 *Prorex in hoc Regno solet legitimationem facere.*
3 *Privilegia legitimationis expediuntur firmata per Proregem, & per unum ex Regentibus ac per Præsidem S. C.*
4 *Legitimationis privilegium à patre ante ejus mortem supplicatum, & in testamento ordinatum, potest testamento patris ostenso post ejus mortem expediri; Intellige de filio naturali, non autem de spurio, nu. 5.*
6 *Agnatorum citatio non requiritur in legitimatione filiorum naturalium quando pater disposuit circa legitimationem in testamento. & n. 9.*
7 *Præses Sacri Consilii non potest interponere decretum & dare formam, vel apponere clausulas in legitimatione, cum hoc spectet ad Principem legitimantem qui est Prorex, ejusque Collaterale Consilium, & num. 170. & 173.*
8 *Legitimatio cum sit privilegium, & donum Principis gratiosum, in ea nec de jure, nec de more debet pars adversa audiri, & num. 174.*
10 *Princeps sicuti solus legem condere potest, ita in ejus potestate est privilegia concedere, nullo citato.*
11 *Citationes adoptantur ad actus judiciales non ad gratias, quæ à Principe fiunt, quia in ejus semper subintelligitur clausul.* Si preces veritate nitantur, *& num 21.*
12 *Privilegium si contineat aliquid alteri præjudiciale, in ejus expeditione requiritur partis citatio.*
13 *Filius legitimationem si petat, debent citari partes, secus tamen est, quando ad instantiam patris, vel ejus ordine, tam in vita quam post ejus mortem legitimatio fieret. & num 104.*
14 *Pater potest de ejus bonis ad libitum disponere in beneficium legitimatorum, relicta tamen legitima filiis legitimis, & naturalibus, quo in casu sola patris voluntas pro ratione habetur.*
15 Bulla Pii IV. *contra illegitimos loquitur tantum de*

legitimis

legitimis qui fiunt contra patris voluntatem.

16 Legitimatio filii ut habeat effectum post mortem patris, sufficit quæcunque Patris ordinatio, sive in testamento, sive in actu inter vivos, adeo ut satis sit, quod pater dixerit, suam intentionem esse, quod filium suum legitimetur, quamvis non expresserit post mortem suam.

17 Voluntas patris pro legitimatione filii potest probari ex signis, & conjecturis.

18 Legitimatio facta de ordine testatoris excludit substitutum, & an tunc substitutus citari in legitimatione debeat.

19 Legitimatus de ordine testatoris æquiparatur legitimato per subseqüens matrimonium.

20 Patris ordinatio pro legitimatione filii potest probari per simplicem epistolam.

21 Citatio non est necessaria in gratia per Principem facienda, quia Tribunal gratiæ non est ejus qualitatis, ut inibi lites decidantur, sed illa secundum petentis relationem expeditur, nec de ea probationes fiunt.

23 Legitimatus uti filius alicujus, debet probare, se esse illius filium.

24 Filiorum procreatio non cadit in certum sensum hominis, ac nemo testificari potest, aliquem ab aliquo genitum, vel conceptum esse.

25 Filiatio conjecturis, & præsumptionibus est probanda, quando vere concludens probatio haberi non potest præcipue in probanda filiatione illegitima, nu. 30.

26 Filiatio secundum Bald. tribus modis probari potest, nempe necessario, probabili, & præsumptive.

27 Mater semper certa est.

28 Filiatio quoad patrem probari non potest, nisi per conjecturas à lege approbatas, & per actus extrinsecè deductos.

29 Filiationis probatio ex parte patris est impossibilis per modos naturales, ut per visum, vel per alium sensum corporeum.

31 Filiatione non probata, non tenet legitimatio, neque institutio alicujus facta uti filii.

32 Legitimationis probatio, petenti incumbit.

33 Legitimatio an, & quando per fidem Baptismatis probetur.

34 Baptisma est actus qui ad parentem pertinet, cum filius est infans, nam sustinetur professio illa infantis, quæ fit in actu Sacramenti Baptismatis in fide parentum.

35 Parochi sive Plebani libris quando credatur.

36 Filiatio probatur ex nominatione patris, in supplicatione porrecta pro legitimatione filii & num. 38.

37 Confessio extrajudicialis de filiatione incidenter facta aliquando illam non probat, probat tamen, quando nominatio à patre facta est in actu, qui conveniret magis filio, quàm extraneo.

39 Filius constituitur in quasi possessione filiationis ex nominatione à patre, non incidenter facta, sed ad obtinendam à Principe legitimationem, & illi standum est, donec ab adversario contrarium probetur.

40 Nominatio filii an probet filiationem, & num. 51.

41 Filiatio probatur ex geminata nominatione facta à patre in testamento. Item ex pluribus enunciativis, n. 42. Maxime quando nominatio fuit facta in testamento filium instituendo, & quid in legato, n. 43. & nu. 63. in institutione hæredis, tam universali, quam particulari, n. 44. & in donatione, n. 45.

46 Nominatio licet sola de per se non sufficiat ad probandam filiationem, tamen quando cum aliis adminiculatur vel fit in actu proportionabili, non nisi filio convenienti, tunc probat filiationem.

47 Filiatio præsumitur ex affectione, & ex nimio amore.

48 Filiatio præsumitur ex legato facto pro dote, cum fide Parochi, & ex dicto unius testis in articulo mortis.

49 Filiatio præsumitur ex publica voce, & fama, educatione, tractatione, & similibus.

50 Filiatio arguitur ex tutoris datione, nam tutores non solent dari, nisi filiis.

52 Parocho, sive Plebano non creditur, nisi circa commissa de Baptizato tantum, nam descriptio parentum in libro Baptismatis non fit ex certa scientia, sed ex relatione aliorum.

53 Baptizati parentes dispositione Sacr. Concil. Trid. in libro Parochi describi non est necesse, sed sufficit, ut ibi notetur nomen dicti baptizati, ac illorum, quos elegerint, ut infantem de Sacro fonte suscipiant.

Novat. in pragm. unica, sub tit. de Paroch. in hoc reprobatur, num. 57.

54 Parochus potest tantum facere fidem de cognatione spirituali inter patrinos, cum sit actus in ejus præsentia gestus, non autem de parentibus baptizati, de quibus nihil scire potest, nisi per relationem.

55 Parocho non creditur, nisi in iis, quæ ex certa scientia affirmare potest, unde ex libro ab ipso confecto filiatio minime probatur. num. 62.

56 Ætatis probatio traditur per prag. unic. sub tit. de Parochis.

58 Baptismatis solemnitates, quibus utebantur Apostoli, traduntur, remissive ubi inter cæteras, Sacerdos imponendo manus baptizato, mandabat, ut baptizatus, & ejus susceptor describerentur, num. seq. quod hodie ita etiam servatur, num. 60.

61 Baptismatis fides, in qua aliquis pater nominatur, contra eum non probat.

64 Filiatio non probatur per nominationem in decisoriis.

65 Filius naturalis in dubio an potius judicandus sit, vel spurius, & num. 100. & 101.

66 Matrimonium est facti, & propterea filius potius præsumitur naturalis, quàm legitimus, & facta non præsumuntur, nisi probentur.

67 Filius præsumitur natus ex stupro, vel adulterio, nisi legitimum matrimonium probetur.

68 Mulier, quæ nunquam fuit conjugata, præsumitur virgo, & ille, qui cum ea rem habet, stuprum committit.

69 Filii ex damnato coitu orti non sunt naturales, sed spurii.

70 Concubinatus non contrahitur cum ea, cum qua stuprum absque protestatione fuit commissum.

71 Virgo non potest assumi in concubinam, nisi tamen sit in obscuro loco nata, vel cum protestatione.

72 Spurius ut quis dicatur, an sit attendendum jus Civile, vel Canonicum, remissive.

73 Filiationis perfecta probatio oritur ex diversis simul junctis conjecturis, & etiam ex præsumptionibus imperfectis & simul duæ conjecturæ conjungi possunt ad faciendam plenam probationem, vel ad summum sufficiunt tres, num. seq.

75 Filiationis quasi possessio constituitur ex nominatione facta à patre naturali, etiam in filiis spuriis, licet sit extrajudicialis, & incidenter facta ad alium effectum.

76 Probatio præsumptiva possessionis sufficit ad obtinendum, quamvis recipiat probationem in contrarium, & differat à probatione veræ proprietatis, quæ illam non admittit, & num. 81.

77 Filius si sit constitutus in quasi possessione filiationis per patris nominationem, nihil refert, quod postea pater neget, esse filium suum, sufficit enim ultimus tractatus.

78 Filiatio probatur ex nominatione in testamento, & divisione bonorum.

79 Filiationis quasi possessio transfert onus probandi contrarium.

80 *Probationes leviores sufficiunt ad probandam filiationem, quando non agitur in judicio plenario, sed tantum ad finem obtinendi privilegium legitimationis.*

82 *Possessio parentum super legitimatione filii sufficit in statuto de continuanda possessione in heredem.*

83 *Confessio parentum sufficit ad constituendum filium in quasi possessione filiationis.*

84 *Filiatio, & consanguinitas probantur ex sola nominatione in instrumento divisionis, nisi adversarius contrarium probet.*

85 *Filiatio ultra nominationem, quando pro ea concurrunt alia conjectura, est probatio juris, & de jure.*

86 *Privilegium legitimationis ad patris instantiam, vel ipso mandante, conceditur absque partis citatione, & nullam admittit probationem in contrarium, nec de jure, neque de stylo Regia Cancellaria.*

87 *Legitimatio ad patris instantiam petita, vel ab aliquo simpliciter impetrata quomodo differant.*

88 *Pater in rebus propriis est moderator, & arbiter.*

89 *Pater si potest privare, nedum agnatos, sed etiam filios, ejus propria bona dilapidando, tanto magis in actu à jure, vel Principis privilegio sibi permisso potest illa filio legitimato relinquere.*

90 *In legitimatione ad patris instantiam facta stat ejusdem patris voluntas pro ratione, & omnes solemnitates citationis, vel causa cognitionis cessant.*

Quod etiam procedit in legitimato post mortem patris de ejus ordinatione, num. seq. & ad favorem legitimati stante statuto excludente fœminas, nu. 92.

93 *Stuprum purgatur ex diuturna cohabitatione, & præsumitur concubinatus.*

94 *Protestatio non est necessaria, si quis diu steterit in concubinatu.*

95 *Filius natus ex soluto, & soluta, cum qua absque impedimento matrimonium contrahi potest, naturalis dicitur, hodie de æquitate Canonica ad hoc ut natus ex soluto, & soluta sit naturalis, & non spurius non sunt in observantia requisita, à jure civili introducta ad concubinatum inducendum, ibidem & num. 97.*

96 *Naturalis filius dicitur natus ex soluta, etiam domi non retenta.*

98 *Filius ut dicatur naturalis, si natus sit ex soluto, & soluta, sufficit, quod pater in testamento, vel in alia publica scriptura eum filium nominaverit.*

99 *Concubina legitima ea hodie dicitur, quæ poterat esse uxor, quia aliter nunquam quis possit naturalis dici, cum protestatio non sit permissa, immo nec publicus concubinatus.*

102 *Legitimatio filii ex famula procreati, quam pater defloravit, & postmodum per plures annos domi retinuit, est valida, non obstante, quod ipse pater expressit Principi, esse ortum ex soluto, & soluta, & Decisio M. C. V. confirmata per S. C. ad hoc recensetur.*

103 *Legitimationes in defectum legitimæ prolis fuerunt introductæ.*

105 *Stylus Reg. Cancell. quam formam teneat circa expeditionem privilegii legitimationis, & quid observetur in Hispania.*

106 *Clausula,* quod non præjudicetur filiis legitimis, & naturalibus, *semper in legitimatione subintelligitur.*

107 *Legitimatio, quæ fit per oblationem Curiæ an sit validior illa, quæ fit per Principis rescriptum, & numer. 144.*

108 *Filio naturali nullo titulo relinqui potest ultra unciam, extante legitima prole.*

109 *Legitimationes per rescriptum ita demum effectum habent si pater legitimam sobolem non habeat.*

110 *Legitimatus per Principis rescriptum extantibus filiabus legitimis, & naturalibus an succedat in feudo, duæ distinctiones afferuntur.*

111 *Filia fœmina legitima, & naturales per fratrem legitimatum excluduntur à successione feudi, secundum opinionem* Bald. *stante statuto, quod fere viget in tota Italia de exclusione fœminarum, stantibus masculis, sed contraria sententia* Ant. de Butr. *uti verior, & benignior recipitur.*

112 *Princeps patre instante, vel mandante potest filium legitimare, non obstante, quod adsit legitima proles.*

Amplia, etiam quando legitimatio petitur à filio ex ordinatione patris, num. 113. Vel quando Princeps hoc facit de certa scientia, & plenitudine potestatis, num. 114.

115 *Princeps legitimando filium, existente legitima sobole, dicitur potius dispensare, quam legitimare, & num. 123.*

116 *Legitimatio facta de voluntate patris est valida, etiam si bona essent apprehensa à venientibus ab intestato, quando est facta mentio de filiis legitimis, & naturalibus.*

117 *Legitimatio facta in vita patris, & etiam post mortem de ejus ordine, & voluntate est valida, absque citatione, quia hoc negotium principaliter ipsius patris est, qui de suis bonis ad libitum disponere potest.*

Intellige, ut num. 118.

119 *Legitimatus per rescriptum Principis fœminas excludit, ac si vere esset legitimus. Quando in precibus est facta mentio legitimæ prolis, num. 120.*

121 *Filius naturalis ex l. 12.* Tauri *non potest consequi, nisi usque ad quintum.*

122 *Princeps licet possit legitimare de plenitudine potestatis, existente legitima prole, tamen de potestate ordinaria hoc facere non debet, & eam concedendo, male facit, & quare, num. 125.*

124 *Illegitimi cum legitimis de jure Divino succedere non debent, & num. 130. tamen* Imperator *aliquo in casu dispensare potest.*

125 *Principi est licitum legitimare, quando adest legitima proles, tamen non decet, quia offendit publicæ honestatis justitiam, cujus ante omnes cultor esse debet.*

126 *Lex civilis super honestate fundata ad peccati concupiscentiam refrænandam valde abhorret, ut existente legitima prole, bastardi ad successionem habilitentur, & Principem tale legitimationis rescriptum concedendo, inhumanum esse, atque ideo pecudi comparandum, num. seq.*

128 *Libellum Principi dare pro legitimatione filii est ineptum, si in eo legitimorum filiorum mentio non fiat, atque improbum, si facta eorum mentione quis desideret, ut nascatur injuria, unde jura nascuntur.*

129 *Filius Ancillæ ex* Sac. Scrip. in Genes. *non potest esse hæres cum filio Liberæ.*

131 *Prorex, sive Vicarius Principis de plenitudine potestatis legitimare non potest nisi sibi specialiter sit concessum, quia legitimatio est de Regalibus, & Supremo Principi reservatis.*

132 *Legitimatio supremam authoritatem requirit.*

134 *Legitimare non potest Inferior à Principe, existente legitima sobole.*

135 *Legitimandi facultate concessa non venit legitimatio, stantibus filiis legitimis, & naturalibus, & num. seq. etiam si concessio sit facta amplissimis verbis, iisque prægnantibus, num. 137.*

138 *Stylus, & practica clausula qua utitur Regia Cancellaria, quando adest legitima proles, unde inolevit.*

139 *Proregis potestas in legitimando recipit interpretationem ex consueto stylo.*

140 *Prorex in hoc Regno potest facere omnia, quæ ipsemet Rex; intelligendo tamen de potestate subordinata legibus,*

legibus, & Regni Constitutionibus.

141 *Princeps concedendo ejus Vicario, vel alteri Inferiori aliquid de sibi reservatis, semper intelligitur concedere, ut id exerceat cum causa cognitione, & non cum illa plenitudine potestatis, quam habet concedens.*

142 *Princeps legitimando debet habere legitimam causam, quæ tanto magis requiruntur in ejus Vicario.*

143 De Pont. de potest. Proreg. in tit. de legit. sive restit. natal. *qui testatur de stylo Regiæ Cancellariæ, illum non probat, & quomodo sit intelligendus, ut non sit contra* text. in §. si quis igitur, auth. quib. mod. natur. effic. sui, *n.*152.

145 *Legitimatus per oblationem Curiæ non restituitur natalibus, neque fit vere legitimus, sicuti legitimatus per rescriptum Principis, quia illa fit tantum favore Reipublicæ per quandam fictionem sive machinationem, ista autem fit intuitu personæ propriæ & simpliciter, quando plene legitimatur.*

146 *Legitimatus vere perinde est, ac si esset legitimus, & naturalis.*

147 *Legitimatus debet vel institui, vel exhæredari, alias habebit querelam inofficiosi, & rumperet testamentum, cæteraque omnia facere posset, quæ legitimus, & naturalis.*

148 *Legitimatus per oblationem Curiæ non fit omnibus agnatus, sed tantum patri succedit, sed legitimatus à Principe fit omnibus agnatus, & cognatis.*

149 *Legitimatus à Principe non solum succedit in bonis burgensaticis, verum etiam in feudis hæreditariis & ex pacto, quando esset ejus pater primus acquisitor feudi, & posset de illo disponere, mediante Regio assensu.*

150 *Feudatarius cum Domini consensu potest ad libitum disponere de feudo, relinquendo tamen filiis legitimam, quod procedit etiam in feudo novo ex pacto, & providentia.*

151 *Legitimatus continetur in statuto exclusivo fæminarum, stantibus masculis, prout est in Regno* Const. In aliquibus. *Legitimatio extendit se ad statutum, quod recipit interpretationem à jure communi, ibid.*

153 *Clausula.* citra præjudicium liberorum, *præcipuus effectus est, excludere taliter legitimatum à successione intestati.*

154 *Legitimatus stante statuto exclusivo fæminarum succedit etiam fratri, excludendo sorores legitimas, & naturales.*

155 *Prorex hujus Regni ex amplissimis verbis suæ commissionis potestatem legitimandi habet quoscunque ex damnato coitu procreatos, tam ad honorem, quam ad successionem bonorum burgensaticorum, & feudalium, in cujus etiam commissione leguntur verba,* ut sit alter nos, *& similia, quæ omnimodam Proregibus tribuunt potestatem, exceptis casibus expresse prohibitis, num. seq.*

157 *Comes Palatinus potestatem legitimandi habet, si ea illi specialiter in privilegio vel commissione tributa fuerit.*

158 *Agnationis conservatio est justa causa legitimandi, maxime ubi adest statutum exclusivum fæminarum.*

159 *Familiæ conservatio Reipublicæ interest.*

160 *Agnatio conservatur per filium legitimatum.*

161 *Causa justa, & probabilis legitimandi est patris voluntas.*

162 *Ultimæ voluntati jura multum favent.*

163 Tex. in §. quoniam, auth. quib. mod. natur. effic. sui, *licet loquatur in legitimato per oblationem Curiæ, procedit tamen etiam in legitimato per rescriptum.*

164 *Filius legitimus, & naturalis non debet esse pejoris conditionis, quam legitimatus.*

165 *Pater relicta legitima filiis legitimis, & naturalibus, potest de reliquo ad libitum disponere in beneficium legitimati per Principis rescriptum, quando de eis est facta mentio in legitimatione.*

166 *Præsertim quando non adsunt filii masculi, sed tantum fæminæ, & sumus in locum, ubi viget statutum exclusivum fæminarum.*

167 Tex. in l. hac edictali, C. de secund. nupt. & lex filiæ meæ emancipatæ, ff. solut. matrim. *quo in casu procedunt.*

168 *Filius constituitur in quasi possessione filiationis ex instantia facta à patre pro legitimatione, & ex reiteratis nominationibus.*

169 *Privilegium legitimationis de antiquo stylo Cancellariæ expeditur absque alia probatione filiationis, quia semper intelligitur reservatum jus partibus in judicio ordinario contrarium probandi pro earum interesse.*

171 *Filii naturales etiam legitimati de stylo Cancellariæ non admittuntur ad successionem bonorum feudalium.*

172 *Legitimati non possunt succedere bonis Consuetudinibus subjectis, quia per ipsas sunt vocati agnati ex pacto civium, & providentia Consuetudinis.*

175 *Privilegium legitimationis firmatur à Præside S. C. ut Logotheta, & Viceprothonotario Regis.*

Viceprothonotarii officium erat olim in Regno loco Magistri Scriniorum ibid.

176 *Logothetæ officium idem fere est, quod Scribæ: & de variis nominibus Logothetæ num seq.*

178 *Privilegium, quod non est subscriptum manu Prothonotarii, non est perfectum.*

179 *Officium Logothetæ, & Prothonotarii hodie est unitum penes Præsidem S. C. & Viceprothonotarium.*

180 *Officium Magistri libellorum hodie residet penes Regentes Cancellariam.*

181 *Magistri libellorum, vel à Nerone, vel non multum post ipsum originem habuerunt, nam antiquitus ipsimet Principes libellos subscribebant, & illos signabant.*

182 *Scribæ à mandatis prius, sicut hodie erant illi, qui ex ordine Magistri libellorum responsa, sive decreta libellis scribunt.*

183 *Prothonotarii officium erat legere scripturas, & memorialia coram Rege, & illa conservare, quod officium hodie per Regem Catholicum est translatum in Secretarium Regni.*

184 *Præsides Sac. Consil. ut plurimum sunt substituti ad officium Viceprothonotarii, qui creant Judices ad contractus, & Notarios.*

*De emolumentis, quæ exigant, ibid. Quo in loco subscribere se debent in privilegiis legitimationis, numer.*185.

DECISIO CLXVI.

IOannes Thomas Fazalus antequam uxorem duceret, ex Laura Coppula muliere soluta, quam domi retinuit, duos filios retinuit, duos filios habuit, Constantiam scilicet, & Scipionem ex uxore postea Laura Apicella, Regii Consiliarii Joannis Baptistæ filia procreavit Corneliam, & Beatricem. Videns tamen prole legitima masculina carere, procuravit legitimationem Scipionis filii naturalis, precesque Domino Proregi pro ipsius legitimatione porrexit, nedum ad honores, sed etiam quoad successionem, quia quamvis legitimatio sit de Regalibus, & de reservatis Supremo Principi, tamen potest Princeps dictam potestatem communicare, ut habetur in *l. quis in Provincia, §. Divus ff. de rit. nupt. Bald. in l.* 2. *num* 39. *C. de servit. & aqu.* & in *l. cum filius ff. de milit. testam. Peregr. de fidei-*

e *fideicomm.art.13.num.90.*& proinde solet à Prorege fieri, *De Pont.de potest.Proreg.tit.de divers.provis.§.de* 3 *legitimat.sine restit.natal.in princ.*ubi dicit, quod privilegia expediuntur firmate per Proragam, & per unum ex Regentibus, ac per Præsidem S. C.

Antequam tamen privilagium legitimetionis expediretur, decessit Jo. Thomas pater, & in testamento institutis hæredibus universalibus dicta Cornelie, & Beetrice, filiabus legitimis, & naturalibus, dicto Scipioni legavit duc.100.m.in tot effectibus Regiæ Curiæ, sive Arrendamentorum Civitatis, cum onere solvendi Constantiæ, similiter filiæ naturali, & dicti Scipionis ex utroque parente sorori pro ejus dote duc.10.m. Quibus stantibus cum pro parte Tutoru, ac Curatorum ejusdem Scipionis tractaretur de expeditione privilegii legitimationis, à patre ante ejus 4 mortem supplicati, & in eodem testamento ordinati, juxte casum legis, expressum in § *Illud tamen à nobis*, ubi *Bart. & Ang.auth.quibus mod.natur. effic. sui*, ibi *fiunt filii legitimi precibus Principi oblatis, & testamento patris ostense, si eos per rescriptum morte præventus legitimare non potuit*; & est etiam *text. in auth. si quis liberos, C.de natural.lib.*& in *§.si vero solummodo, in auth.quib mod.natur.effic.legit.Pasch.de virib patr. potest.par.2.ca.4.num.128.* licet in spatio contrarium firmet, & hoc etiam voluit *Bart.in l.Gallus,§.& quid* 5 *si tantum,num.14 ff.de liber.& posthum.Rusn.cons.74. num.17.& 104.num.8.vol.3.Boer.decis.122.Socin.jun.in tract.de citat.art.7.num.7. vers. trigesimus casus*, ubi 6 quod neque requiritur agnatorum citatio, si pater ite disposuisset, *Cardin.Seraphin.decis.1331. Gratian. discept.forens.ca.635.num.37.& 40.& ca.496.numer.66. Molin.de Hispan.primogen.lib.3.ca.3.num.2.Brun. à Sole in compend.in verb.citatio, Marescott. variar. resolut.ca.35.lib.1.Molin.de just.& jur.disput.* 174. & alii per *Franc.Baron.in tract.de citat.quæst.19.num.11.*cum *seq.de Pont.in loco* proxime citato, *numero 3. Alex. Trentacinq.var.resolut.lib.1.titul.de legitimat.ut solet. 2.num.*e5. ubi etiam alios recenset. Cumque per unum ex Mandatis Scribam esset formatum dictum privilegium legitimationis, juxta stylum Cancellariæ, & illud fuisset ab eodem ductum ad domum dicti Spectabilis Præsidis, ut ab eo firmeretur, noluit illud firmere, sed partes audire, quibus auditis, & vi- 7 sis Allegationibus utriusque pertis, sub die 4. Augusti 1645. interposuit decretum, quod expediatur dictum privilegium legitimationis, cum duabus temen conditionibus sive clausulis: prime, ut nullum intelligeretur factum præjudicium liti inter easdem partes vertenti circa immissionem, & validitatem dicti legati: Altera vero, ut portio ipsa legitimeti non excederet portionem filiarum legitimarum, & naturalium, à quo decreto sentiens se gravatum Curator Scipionis, porrexit preces S.E. in Regio Coll. Cons. instando, de dicto decreto nullam haberi rationem, quia enormissime veniebat gravatus respectu dictarum clausularum.

8 Ad quod fundandum dicebatur pro ejus parte, fuisse gravatum, quia cum legitimatio sit privilegium, & donum Principis gratiosum, non debebat, nec de jure, nec de more pars adversa audiri, *Bald. in l.nam ita Divus.ff.de adopt.*& in *l.fi. C. quibus res in d.non noc.*& in *l.fin.column.fi. C. de fruct. & lit. expens.Paul.de Castr.consil. 338. volum.1. Alex.in l. de* 9 *unoquoque.ff.de re jud.Card.Florent.in cap.per venerabilem,qui filii sint legit.*qui tenet posse legitimationem fieri à Principe, nemine citato, *Bart.Paul.Castr. Fortun.Garz.Cror.Galiaula*, & alii in *d.l.Gallus, §. & quid si tantum.ff.de liber.& posthum. Jo. Bapt. Lupus*, qui alios refert *de illegitim.con.3.§.5.num.18.fol.*mihi 227. & idem dixit *Peregr.de fideicomm.d. art. 23. numer.51.Anton.Gabr.commun.conclus.lib.2. tit. de citationibus, conclus.1. num.* 436. ubi innumeros *Doctores* refert, ratio traditur à *Dec.consil.190. numer.* 10 7. quia sicuti legem concedere potest, sic in ejus potestate est, privilegie concedere, nullo citato, idem *Dec.consil.193.num.3.cons.390. num. 16. & cons. 498.num.32.Menoch.cons.1140. num. 31. Joan. Maria Riminald.cons.425.num.34.Jo.Andr.in cap.cum olim, de privileg.Bocc.cons.142.nu.27.Jo.Bapt.Asin.in prax. judic.§.7.cap.5.limit.3.numer.1.*& alii per *Borrell.in summa dec.tit.45. de citatione,n.317.*& per *Franc.Baron.in d.tract.de citat.quæst.19.num.51.Sarmient.lib.1.* 11 *select. cap. 8. num. 3.* qui dicit, citationes adaptari ad actos judiciales, non ad gratias, semper enim subintelligitur clausule, *si preces veritate nitantur. l.conditiones extrinsecus*, ubi *Bartol.ff. de condit. & demonstrat glos.in cap.significasti, in verb. conditione de elect.Bald.in rubr.Cod. de instit. & substit. num. 2.* de qua clausula late per *Mart.claus.168. part. 1. & claus.71.part.2.*

Et quamvis non desint *DD.* qui teneant, quod 12 quando in privilagio continetur aliquid alteri præjudiciale, requiratur pertis citatio, ut post *Jacobum de Aret.* voluerunt *Bald. in l. nam ita Divus, ff.de adopt. & Bartol. in leg. adoptio, ff. eod.* & alii per *Gabriel. in dict. lib. 2. tit. de citat.* sub eodem *numero 436. vers. contrarium*, per *Asin. in dict. §. 7. capite quinto limit. 5. numero 4. Borrell. in dict. titul. 44. numero 318. Surd. consil. 313. numero 9. Peregrin. de jure Fisci libro primo titul. tert. numero 22. Caluol. in praxi, §. citatio, conclus.6.num. 53. Rebuff. ad Constitut.Gall.tom.2. tit. de lit. dilat. art. 1. glos. 8. numero octavo.*

13 Tamen hoc posset procedere, quando filius legitimetionem peteret, secus vero est, quando ad instantiam patris, vel ejus ordine, tam in vita, quam post ejus mortem fieret legitimatio, cum pater possit de 14 ejus bonis ad libitum disponere, relicta filiis legitima, & in hoc casu sola patris voluntas pro ratione habenda est, ut voluerunt in propriis terminis legitimetionis *Bar.in d.l.Gallus,§.& quid si tantum, n.14. ff.de liber.*& *posth.*ubi etiam *Paul.de Castr.n.16.& Jas. n.135.*& prædictam opinionem sequuti fuerunt *Alex. Trentacinq.de resolut.n.24.Alvar.Valas.tom.1.dec.158. n.8 Rot.Rom.*apud *Durand.dec.*254 *nu.*5.cum *seqq.* & communem dixit *Viv.com. opin.* 454. *Rota* in novissi- 15 mis diversor.ab an.1626.usque ad 1630.*dec.*319.& hoc non obstante *Bulla Pii IV.* contra illegitimos, quia loquitur de legitimis, qui fiunt contra patris voluntatem, ut *n.17.Molin.de Hispan.primog.lib.3.c.3.nu.10. Cravett.de antiquit.tempor.par.1.nu.85.Covarr.in epitom.de sponsalibus,part.2.c.8.§.9. num. 8. vers. Porro. Cardin.Tusch.practic.conclus.tom. 5. concl. 321. in verbo legitimatio, Peregr.cons.68.num. 1. vol. 2. Petr. Caball. cons.163.nu.4.Bursat.cons.79.n. 41. Ludovic. de Sard. de naturalibus liber.tit.de legitimatione per rescriptum Principis,§ septimo videndum,num.2.in fi. Gratia. dis-* 16 *cept.forens.c.635.num.23.*qui *num.25.* hoc ampliet, ut sufficiat quæcunque patris ordinatio, sive in testamento, sive in actu inter vivos, adeo ut satis sit, quod pater dixerit, suam intentionem esse, quod filius suus legitimaretur, quamvis non expresserit post mortem suam *Peregr.d.cons.68 num.2.lib.* 2. ubi, quod etiam 17 ista patris voluntas poterit probari ex aliquibus signis, & conjecturis, *Gabriel.cons.26 num.4.lib.* 2. post *Bal.consi.263.lib.5.*& in *l.in testamento,quæst.9.nu 14. C.de testament.milit.Jas.Galiaul.*& alii in *d.§.& quid si tantum,Soc.consi.41. lib. 3. Aymon. Cravett. de antiquit.tempor.par.1.in princ. numer.39.* & novissime doctissimus bonæ memoriæ, Reg. ec Sacr.Consi.Præses *Petr.Jordan.Ursin.de success.feud.p.1.q.3.art.* e. respectu tamen illorum bonorum, de quibus pater potest ad libitum disponere, quod etiam probavit *Molin. de Hispan.primog.d.lib.3.cap.3.nu.* 10. & de communi testatur *Soc.consi.226.num.7.lib.2.Eugen.cons.52. num. 63.*

Menoch.

63. Menoch. conf. 20. nu. 57. Franc. Sarmient. lib. 1. select. cap. 5. num. 3. Sfort. Odd. de compendiosa substitut. par. 6. art. 6. dub. 4. num. 5. Crass. in § fideicommissum, quæst. 58. Mohed. decisi. 246. Vincent. Fusar. de fideicomm. substitut. 3. 408. num. 133. & num. 140. ubi disputato articulo dicit, quod si legitimatio facta esset ex ordinatione testatoris, excluderet substitutum, nec enim citare in legitimatione est necessa *Rustic. in l. cum avus, lib. 2. cap. 15. num. 136.* ea ratione, quia taliter legitimatus æquiparatur legitimato per subsequens matrimonium allegat *Soc. jun. cons. 120. nu. 58. & consi. 121. num. 12. lib. 1.* & quod sufficit constare de ordinatione prædicta testatoris per simplicem epistolam, & Ego aliqua tetigi *decis. 3. numer. 18.* alios refert *Gilmon. de la Mota in addit. ad Molin. de Hispan. primog. d. lib. 3. cap. ad nu. 22. & 23.* qui post *Sarmient. lib. 7. select. c. 9. num. 3.* dicit, quod citatio ad actus judiciales adaptatur, non autem ad gratias, quas Principes facere solent, cum non sit Tribunal gratiæ ejus qualitatis, ut in eo lites decidantur, in quo omnis gratia secundum petentis relationem expeditur, nec de ea probationes fiunt.

Verum quia etiam admisso articulo supradicto, adhuc filiæ legitimæ, & naturales impugnabant, nullo modo posse expediri privilegium legitimationis, ex tribus præcipue fundamentis. Primò, quia non constabat, dictum Scipionem esse filium dicti Jo. Thomæ, nam legitimatus uti filius alicujus, debet probare, se esse illius filium, *Barbat. cons. 27. li. 1. Signorol. cons. 183. & 221. Paris. cons. 10. num. 21. & consi. 11. nu. 14. Alciat. respons. 469. num. 3.* & alii per *Menoch. cons. 501. num. 4. & 1012. num. 38. Odd. cons. 16. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 32. Peregr. de fideicommiss. art. 23. num. 38. & decis. 10. nu. 1.* & per *Fusar. de fideicommiss. substit. d. cap. 408. nu. 43. & 180.* Secundò, quia quamvis probaret, se esse filium, attamen tanquam spurius, uti natus à virgine stuprata, esset incapax legati prædicti. Tertiò, quod omnino veniebat excludendus ob existentiam legitimæ prolis, & quod non poterat iste filius legitimatus plus ejus habere, quam ad legitimos, & naturales, ex dispositione patris perveniret.

Et quoad primum dicebatur pro parte Scipionis, quod cum hæc filiationis probatio respectu patris, nedum sit difficillima, sed fere impossibilis, ex quo procreatio filiorum non cadit in certum sensum hominis, & nemo testificari potest, aliquem ab alio genitum, vel conceptum esse, ut ex dispositione *text. in l. Lucius*, ubi *glos.* & communiter *DD. ff. de condit. & demonstrat. & in l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur. Bart. in l. 1. C. quorum bonor. Bald. in d. l. filium*, & 10 *cons. 64. lib. 1. Dec. in cap. in præsentia, & in rubr. de probat. nu. 162. & in consi. 272. Mascard. de probat. concl. 787. num. 5. Alex. Raudens. de analog. cap. 30. Forster. de success. ab intest. lib. 4. cap. 7. Paleoth. de noth. & spuriis, cap. 21. Lup. de illegitim. comm. 2. §. 3. num. 3. Barz. decisi. 92. num. 1. Gratian. discept. forens. cap. 653. num. 79. Noguerol. allegat. 25. num. 20. Greuz. ad Gayl. lib. 2. cap. 97. Menoch. cons. 89. & de præsumpt. lib. 1. quæst. 14. num. 50. Petra de fideicom. quæst. 11. numer. 241. Forner. lib. 2. select. cap. 6. Caranza de part. natur. cap. 20. quæst. 4. num. 33.* ubi late, *Surd. consi. 1. num. 18. Reg. de Ponte cons. 3. vol. 2. Consil. Theodor. alleg. 18. numer 28. Reg. Merlin. controvers. forens. cent. 2. cap. 84.* ubi plene tota fere materia optime discutitur, ideo hanc filiationem conjecturis, & præsumptionibus esse probandam, cum vere concludens probatio haberi non possit, tradit *Bal. in l. 1. n. 34. C. de iis, qui accus. non poss.* ubi tres modos circa filiationis probationem ponit, necessarium, probabilem, & præsumptivum: Necessaria probatio cadit in matre, quia semper certa est, *l. quia semper ff. de in jus vocand.* Probabilis quoad patrem, quia natus ex uxore vicinis scientibus, ut *d. l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur.* Præsumptiva vero cadit etiam in patre per actus extrinsecos, ut quia pater vocabat etiam filium suum, vel mater, & alii consanguinei, & propterea *glos. in d. l. Lucius, ff. de condit. & demonstrat.* vult, filiationem quoad patrem probari non posse, nisi per conjecturas, à lege approbatas, & per actus extrinsece deductos, *Alex. cons. 74. vol. 1. Mascard. de probat. d. conclus. 787. num. 3. Gratian. discept. forens. d. cap. 653. num. 79.* cum *seqq. Rota divers. dec. 138. num. 6 par. 1. Jo. Bapt. Lup. d. comm. 2. §. 3. num. 11. Jo. Bapt. Ciarlin. controvers. forens. cap. 7. nu. 11. Horat. Giovagnon. consi. 19. num. 10. Menoch. consi. 5. num. 18.* Unde probationem filiationis ex parte patris esse impossibilem per modos naturales, ut per visum, vel per alium sensum corporeum, ex *text. in d. l. Lucius* probat *Paschal. de vir. patr. potest. par. 2. c. 2. num. 9. Noguerol. d. allegat. 25. n. 24. & 25.* & propterea est necessario recurrendum ad conjecturas, præcipue in probanda filiatione illegitima, *Lupus d. comm. 1. §. 3. num. 1. Paschal. loco* proxime citato, *num. 12. Intrigl. decisi 35. n. 4. Jo. del Castillo tom. 5. cap. 104. nu. 6. Baltass. Thomas. de requis. legitim. tract. 1. tit. 13. num. 285. Caball. cons. 48. nu. 25. part. 1. Reg. Tapia dec. S. C. 37. num. 3. Rot. Rom. per Farinac. decis. 76. num. 1. & 199. nu. 2. & decisi. 641 par. 1. in posth. & dec. 279. nu. 1. tom. 2. Canonista in c. Michael, de filiis Presbyter.*

Et quia non probata filiatione non tenet legitimatio, neque institutio, ut habetur per *Roland. à Valle cons. 82. num. 9. vol. 3. Peregr. de jure fisc. lib. 3 titul. 12. numer. 3. Baltass. Thomas. de requis. legitim. tract. 1. titul. 13. numer. 281.* ideo ejus probatio ipsi petenti legitimationem incumbit, *l. cum, qui 22. ff. de probat. Bald. consil. 180. lib. 5. Alciat. de præsumpt. 28.* sub *numer. 8. & reg. 1. præsumpt. 49. numero secundo. Mascard. de probat. conclu. 786. numer. 1.* pro qua filiatione probanda plures conjecturæ cumulabantur: & primò producebatur fides Parochi Baptismatis dicti Scipionis, in qua asserebatur, fuisse baptizatum tanquam filium prædicti Jo. Thomæ Fazalli, per quam probari filiationem, dixerunt *Nattaconsi. 434. num. 11. Surd. d. cons. 1. num 45. Beroius consi. 162. nu. 9. vol. 2.* & hoc ea ratione, quia Baptisma est actus, qui ad parentem pertinet, cujus filius est infans: sustinetur enim professio illa infantis, quæ fit in actu Sacramenti Baptismatis in fide parentum, *can. quæris, de consecrat. dist. 4. cap. majores*, ubi *gloss. de Baptism. Gratian. discept. forens. cap. 56. num. 23. & cap. 562. n. 67. Borgnin. Cavalc. decis. 10. num. 48. part. 3. Thomas. de requis. legitim. tom. 1. tit. 13. nu. 308.* & quod libris Parochi sive Plebani credatur, probat *Mascard. conclus. 1087. num. 7. Menald. cons. 154. Nicol. Genua de script. privat. lib. 5. quæst. 2.* in *tit. de libris Plebanorum, sive Curat. versi. & ut paucis, nu. 1. & 2.*

Secunda conjectura, & præsumptio oriebatur ex nominatione facta per Jo. Thomam patrem in supplicatione porrecta, quando petiit à Prorege legitimationem ejus filii naturalis, ex qua probari filiationem, habetur, ex *text. in l. cum precum*, & *ibi Bal. C. de liberal. caus. Alex.* & alii in *l. editu, C. de edendo, Menoch. consi 687. nu. 21. & cons. 816. nu. 43. & de arbitrar. Judic. casu 89. Alba. consi. 6. nu 11. Peregr. cons. 91. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 567. numer. 28. Lupus de illegitim. comm. 2. §. 3. num. 7.* & licet confessio extrajudicialis de filiatione incidenter facta aliquando non probet, *l. non epistolis, & l. nonnudis, C. de probat.* & habetur ex *Menoch. consi. 1171. num. 20.* tamen hoc non procedit, quando nominatio à patre facta est in actu, qui conveniret magis filio, quam extraneo, prout est actus, in quo pater supplicat Principi pro legitimatione, eum vocando filium naturalem, *Ant. de Butr. in d. cap. Michael. Abb. Aret. & Felin. in cap. per tuas, qui fil. sint legit. Alex. & Jas. in l. si posthumus, §. si quis, numer. 11. ff. de lib. & posthum.* & in terminis hoc voluit

voluit *Paris. cons. 10. num. 49. vol. 2.* & propterea ex assertione patris in supplicatione oblata Principi probari filiationem, voluit *Mascard. de probat. conclus. 790. n. 48.* ita ut ex tali nominatione non incidenter, sed ad obtinendam à Principe legitimationem constituatur filius in quasi possessione filiationis, & illi standum sit, donec ab adversario contrarium probetur, tradidit *Alex. cons. 88. nu. 11. lib. 7.* & post ipsum *Theodor. in alleg. 18. n. 33. Alciat. respons. 135. n. 3. Bar. in l. quod Senatus, §. item per contrarium, ff. de liber. agnosc. Paris. d. cons. 10. num. 51. Jas. cons. 106. num. 2. vol. 1.* & alii per *Mascard. d. concl. 790. nu. 18. & 34.* & quod nominatio potentior, sit conjectura ad probandam filiationem, dixit *Melchior. Phœb. decis. Lusit. 97. num. 4.* ex *text. in auth. si quis liberos, C. de natural. liber. Menoch. de arbitrar. casu 89. num. 70.*

Tertia præsumptio arguitur ex ipso testamento Jo. Thomæ, in quo pluties prædictum Scipionem filium vocat, ex qua geminata nominatione probari filiationem, habetur ex *tex. in §. ad hoc, in auth. ut liceat matri, & aviæ,* & quod ex pluribus enunciativis probetur filiatio, *Rot. Roman. dec. 176. par. 1. in recent. dec. 472. nu. 2. & dec. 422. nu. 7. Alba cons. 83. num. 14. Cardinal. Seraphin dec. 1531. Baltass. Thomass. d. tract. 1. de requis. legitim. tit. 13. num. 350. Paul. de Castr. in d. l. non epistolis, C. de probat. & in cons. 151. num. 5. vol. 2. Cardinal. Paleoth. de noth. & spur. cap. 13 nu. 2. Æmil. cons. 94. n. 9 Mascard de probat. d. concl. 790. num. 46.* quod tanto magis procedit, quando fuit facta in testamento, eum instituendo, ut de communi testatur *Roland à Valle dict. consil. 22. num. 26. lib. 3.* licet secus in leg. 10. *Paris. d. cons. 10. num. 69. lib. 2. Mascard. dict. conclus. 790. & 793. Barz. decis. 91.* & est doctrina *Bart. in l. 3. §. idem per contrarium ff de liber. agnosc.* & eum sequitur *Anton. de Butr in d. cap. Michael, de filiis Presbyter. & in cap. transmissæ, qui filii sint legit. Petr. de Anchar. in clem. si Summus Pontifex de sent. excomm. Paul. de Castr. in d. l. non nudis, C. de probat. Surd. d. cons. 3. num. 50.* & quamvis loquantur in institutione universali, tamen etiam in institutione particulari, voluit *Cons. Theodor. d. alleg. 18. n. 35.* & in donatione ducat. bis mille fundat *Reg. Merlin. cent. 2. controvers. forensi. cap. 84. n. 17 ver. quintam conjecturam* cum *seqq.* qui licet hæc conjectura sola de per se non sit sufficiens, tamen quando cum aliis adminiculatur, vel fiat in actu proportionabili, non nisi filio convenienti, tunc probare, ex *Ant. de Butr. Felin. Aretin.* & aliis latissime fundat, quod tanto magis procedere debet, quando institutio particularis, sive legatum est in tanta magna quantitate duc. 100. mil. nam quis sanæ mentis posset dicere Jo. Thomam voluisse filios legitimos, & naturales privare tam magna parte suæ hæreditatis, & in ea dictum Scipionem hæredem particularem instituere, si non esset vere ejus filius? cum ex tali affectione filium præsumi, habetur ex *Innoc. in d. cap. Michael. de fil. Presbit. Mascar. concl. 883. num. 17. Theodor. d. alleg. 18. num 30.* & ex nimio amore filiatio probatur, *Paris. d. cons. 10. nu. 60. lib. 1. Gozadin. cons. 13. n. 45. Rim. jun. cons. 611. nu. 37. Rota decis. 238. nu 4.* & ex legato ducat. 500. pro dote, cum fide Parochi, & ex dicto unius testis in articulo mortis præsumi filiationem, refert *Farinac. decis. Rot. Rom. 332. n. 6.* in impressis de anno 1616. & hoc quamvis ille, cui erat injunctum dictum legatum solvendum, dixisset, quod illud solvebat charitatis causa.

Cum quibus conjecturis concurrere dicebatur publica vox, & fama, educatio, tractatio, & similia, de quibus per *Bal. in l. 1. n. 5. ff de probat. & in d. l. 1. & l. non ignorat, C. de his, qui accus. non poss.* quamvis tamen prædicta probata non fuissent, quia terminus non erat impartitus, nec impartiendus in legitimatione obtinenda, tamen in causa successionis, & legati prædicti in Sacro Consilio terminanda probarentur & pro nunc dicebatur, esse satis omnibus notoria, ac etiam multa ex testamento apparere, in quo nedum ei uti filio naturali legatum fecit, sed etiam tutorem reliquit, ex qua tutoria datione arguitur filiatio *Paris. cons. 13 n. 4. lib. 2. Decian. cons. 1. n. 111. vol. 3.* ea ratione, quia tutores non solent dari, nisi filiis, sequitur *Thomas. in d. tract. 1. tit. 3. de requis. legitim. nu. 323.*

In contrarium vero pro parte filiarum legitimarum, & naturalium dicebatur, nullam esse habendam rationem de nominatione, quia ex illa non probatur filiatio, ut ex *text. in l. Imperatores & in l. non nudis, C. de probat.* voluerunt *Soc. jun. consi 86. nu. 34. vol. 2. Roland à Valle consi. 49. num. 23. lib. 4. Menoch. consi. 181. Lup. de illegit. comm. 3. §. 5. num. 12. Anell. Amat. cons. 4. num. 22. Rot. Rom.* penes *Durand decisi. 254. nu. 12. Jas. in l. neque professio, C. de testam.* & alii per *Mascard. d. concl. 790. in princ. Reg. Merlin. controv. forens. d. cap. 84. num. 20. lib. 2. cap. transmissæ,* ubi *glos. qui filii sint legitim. cap per tuas. de probat. glos. in l. non epistolis, C. de probat. & in d. cap. Michael, de fil. Presbyter. cap. illud, de præsumpt.* hanc etiam opinionem tenuerunt *Rum. consi. 63. num. 12. lib. 2. Dec. cons 462. num. 13.* & de communi testatur *Mazol. consi 90. num 75. Grat. consi. ult. n. 45. lib. 1.* & alii per *Baltass. Thomas. d. tract. 1. tit. 13. de requis. legitimat. nu 315.*

Sicut nec esse habendam tarlonem de fide Baptismatis, Parocho enim non creditur, nisi circa commissa de Baptismate tantum, & dum scribit in libro Baptismatum parentes baptizati, id non facit ex certa scientia, sed ex relatione aliorum, nec est necessarium, ut in d. libro Parentes describantur ex decreto *Sacr. Conc. Trid. sess. 24. cap. de reform. matrim. in ver. Parochus,* sed tantum nomen baptizati, ac illorum, quos elegerint, ut infantem de sacro fonte suscipiant, cum cognatio spiritualis inter eos, ac patrem, & matrem baptizati contrahatur, quod quidem testificari potest per Parochum, quia ille actus in ejus præsentia celebratur, sed de parentibus baptizati nihil scire potest, nisi per relationem, & proinde ipsi fides adhiberi nequit, juxta notata in *l. diligenter, ff. mand. cap. prudentiam, in fine, de offic. deleg.* & proinde Parocho, aliquem à se baptizatum asserenti creditur, non circa alia, nisi in eis, quæ ex certa scientia affirmat, *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 52. num. 54.* quod est etiam sancitum per *Regiam pragm. unic.* sub *tit. de Parochis,* ad finem probandi ætatem baptizati, & licet *Novar. in d. pragm. nu. 5. ex d. cap. 2. de reformat.* dicat, quod tenentur Parochi habere librum, in quo describantur singuli, qui in sua Ecclesia baptizantur, cum nominibus parentum, si de legitimo matrimonio procreati sunt, & Patrinorum, qui eos de baptismo susceperunt, ac cum die, mense, & anno; tamen rei veritate in *d. cap. 2.* nihil disponitur de descriptione parentum, sed tantum Patrinorum, quod per belle deducit *Reg. Rovit. in d. pragm. n. 2. & 3.* ex Apostolis circa solemnitates, quæ servabantur in conferendo Baptismate, ubi affert *Hopper. de vera jurisprudent. lib. 6. tit. 9.* qui ex *Dionysio Areopagita* dicit, quod inter cæteras solemnitates, Sacerdos imponendo manus baptizato mandabat, ut baptizatus, & ejus susceptor describerentur, ergo dicit idem *Reg. Rovit.* conficiebatur liber baptizatorum, cum nominibus, & cognominibus susceptorum, & testatur, quod ita hodie servatur, ex quibus, & aliis, non obstante tali fide baptismatis fuit absolutus quid in pro patre nominatus in fide baptismatis, ut refert *Thor. in compend. p. 1. in verbo filiatio in jure multifariam,* & ex libro prædicto non probari filiationem voluerunt *Paris. d. consil. 10. num. 87. lib. 2. & Gozad. cons. 13. num. 54.*

Nec demum de nominatione facta in supplicatione pro legitimatione, & in testamento, dicebatur, esse habendam rationem, quia nominatio procedere potest

potest in institutione, non autem in legato, *Paris. consil. 13. numer. 29. libro 1. Roland. à Valle consilio 22. numero 23. Mascurd. de probat. conclus. 793. Duenn. reg. 341. & 342. Rimінald. jun. consil. 611. numer. 28.* & quod in decisoriis filiatio non pro-
64 betur per nominationem, *Menoch. consil. 927. Villalob. comm. opin. lit. F. n. 152.* & alii relati per *Thom. d. tract. 1. tit. 13. num. 325.*

Amplius dicebatur, quod dato, absque veri præjudicio, quod alique ex dictis conjecturis oriretur probatio circa filiationem, adhuc Scipio non posset
65 dici filius naturalis, sed spurius, prout regulariter in dubio erit judicandus, *glos. in cap. lator, in verb. probare, qui fil. sint legit. ibidemque Proposit. in 12. quæst. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 5. num. 7. & in respons. 26. num. 2. & 3. & respons. 123. num. 10. 268. num. 2. & 269. num. 1. Menoch. consil. 60. numer. 12.* illa præsertim for-
66 tiori ratione, quia matrimonium est facti, & facta non præsumuntur, & propterea filius potius præsumitur naturalis, quam legitimus, *Cardin. Paleoth. de spur. c. 10. & cap. 20. num. 8 Bertrand. consil. 135. libro 2. Natta cons. 421. num. 9. Gozad. cons. 21. Ego in decis.*
67 *14. num. 3.* & hoc alia potissima ratione, quia nisi probetur legitimum matrimonium, præsumitur filius natus ex stupro, vel adulterio, *penult. in d. cap. lator, Dec. in c. 1. de adult.* argumento *text. in can. cum aliter 30. q. 3. Bertrand. d. cons. 135. & cons. 158. vol. 2. Cephal. cons. 51. & 52. Alciat. respons. 51. & 52. lib. 1.* Ve-
68 rum quia Laura Coppula mater dicti Scipionis nunquam maritum habuit, sequitur, quod erat virgo, ex *text. in cap 1. de adult.* & sic Jo. Thomas quando cum illa rem habuit, stuprum commisit, *l. inter, §. 1. & l. stu-*
69 *prum 34. §. adulter. ff. ad leg. Jul. de adult.* & propterea isti filii ex damnato coitu orti, non naturales, sed
70 spurii existimari debent; non enim concubinatus contrahitur cum ea, cum qua stuprum (absque protestatione) fuit commissum, quod probat ad literam *tex. in l. 1. §. cum Atilicino ff. de concubinis*, ubi formalia verba. *Cum Atilicino sentio, & puto solas eas in concubinatu haberi posse sine metu criminis, in qua stuprum*
71 *non committitur*, ubi *glos. in verbo stuprum* quærit, an virgo possit assumi in concubinam, & videtur, quod non, nisi tamen sit in obscuro loco nata, vel cum protestatione, quæ protestatio est facienda, quod vult eã habere in concubinam, ut notat *glos. in d. l. eodem tit. de concubin.* quod etiam probat *Andr. de Isern. in Constit. Regni. Si quis rapere, de rapt. virgin. Ludovic. de Surd. in tract. de legitim. in princ. Gramm. voto crim. 4. num. 3. Natta d. cons. 421. Cardinal. Paleoth. de noth. & spur. cap. 12. num. 1. Surd. de alim. tit. 1. quæst. numer. 12.* Cumque etiam ex confessione Jo. Thomæ in dicta supplicatione habeatur, quod cum ipsa Laura stuprum commisit, cessat disputatio, si attendendum sit jus civile, ut canonicum, prout infra dicemus in ista
72 materia filiorum naturalium, quia sufficit, esse ortum ex stupro, & sic ex delicto punibili, *Cravett. cons. 166. nu. 8. Beroius cons 90. nu. 11.*

73 Prædictis autem pro parte Scipionis plura replicabantur: & primò, quod quamvis quælibet ex supra narratis conjecturis de per se non sufficeret ad probandam filiationem, tamen simul junctis, ex illis perfecta probatio elicitur, *Anchar. cons. 225. Giovagnon. cons. 21. lib. 1. Menoch. cons. 816. nu. 31.* ubi quod ex præsumptionibus, etiam imperfectis simul junctis filiatio probetur, *Paleoth. de noth. & spur. cap. 23. numer. 1. Cephal. cons. 593. num. 16. Villalob. d. lit. F. numer. 152. Suarez. comm. opin. eadem lit. F. num 181. Menoch. cons. 614. num. 14. Surd. cons. 552. num. 10. & d. cons. 1. num. 51. Thomas. ubi supra num. 336. Gratian. discept. forens. cap. 754. num 30 & 31. Theodor. de alleg. 18. numer. 29. Consil. Marcian. cons. 51. num. 5.* & alii per *Reg. Merlin. d. cent. 2. controv. forens. cap. 84. nu. 7.* ubi quod duo, vel ad summum tres conjecturæ sufficiunt, etiam si quæ-
74 libet de per se sufficiens non esset, & de communi testatur, sed quod duæ conjecturæ conjungi possint ad faciendam plenam probationem filiationis, habetur ex *glos. in l. 2 § 1 ff de excusat. tutor. Bart. Bal. Paris. Menoch.* & alii per *Surd. in dict. consilio. 1. num. 54.*

Secundò dicebatur, quod hodie pro obtinendo privilegio legitimationis, non erat plenarie probanda filiatio, sed sufficiebat Scipionem esse in possessione,
75 seu quasi filiationis, quæ quasi possessio constituitur ex nominatione reiterata, facta à patre naturali, etiã in filiis spuriis, & etiam quod sit extrajudicialis, & incidenter facta ad alium effectum, constituit tamen filium in quasi possessione istius qualitatis, *Theodor. d. alleg. 18. num. 34. Rominal. jun. cons. 329. num. 3. in fine, vol. 2. Gratian. discept. forens. cap. 653. nu 72 & cap. 754. num. 48 Peregr. de fideicommiss. art. 41. num. 68. Simon. de Præt. consil. 194. num. 11. & consil. 136 num. 14.* idem *Peregrin. consil. 70. libro 2. Caball. consil. 48. numer. 25.*
76 *part. 1. Rot. Rom.* apud *Cavaler. decisio. 76. part. 1. in recent.* quia licet non probetur vere proprietas filiationis, tamen sat est, quod præsumptiva probetur, & ad obtinendum sufficit præsumptive probatio, quæ differt à probatione vera proprietatis, quia illa recipit probationem in contrarium, vera autem non, *Surd.* in sæpe allegato *cons. 1. num 64.* qui ex his num, *55.* concludit, quod ista præsumptiva probatio, quatenus non sit sufficiens in petitorio, tamen sufficien-
77 tissima erit in possessorio, immo quando constitutus est in quasi possessione filiationis per patris nominationem, nihil refert, quod pater postea neget, esse filium suum, *Rot. Rom. noviss. decis. 238.* sub *numero 15. vol. 1.* ubi etiam, quod ultimus tractatus attenditur, *Giovagnon. consil. 7. num. 4. lib. 2. & consil. 36. numer. 48.*
78 ubi affert Rotæ Romanæ decisionem, per quam ex nominatione in testamento, & divisione bonorum fuisse probatam filiationem, decisum refert, quæ fi-
79 liationis quasi possessio transfert onus probandi contrarium in adversarium, *Roland. à Valle d. consil. 22.*
80 *num. 27. lib. 3. Rota Romana d. decis. 238. num. 2. Thomas. in loco* proxime citato *num. 185.* cumque hodie non agatur in judicio plenario filiationis, sed incidenter ad finem obtinendi legitimationem, & salva sunt jura contrarium probandi filiis legitimis, & naturalibus in lite vertente in Sacr. Consil. leviores probationes sufficiunt. *Gemin. cons. 27. per totum. Lup. de illegitim. comm. 2. §. 3. num. 54. Sese decis. 13. numer. 8. tom. 1.* & innumeras pro hac opinione Rotæ Roma-
81 næ decisiones refert *Noguerol. in d. alleg. 29. num. 91.* ubi plene, & quod ista quasi possessio sufficiat ad obtinendum in judicio possessorio, *Card. Seraphin. decis. 1065. Gratian. discept. forens. cap. 732. numer. 10.*
82 cum *seqq. & c. 754. num. 19.* ubi quod sola possessio parentum super legitimatione filii sufficit in statuto de continuenda possessione in hæredem, & *num. 27.* dicit, confessionem parentum sufficere ad consti-
83 tuendum filium in quasi possessione filiationis, & multa alia ad propositum coogerit idem *Noguerol. alleg. 13. numer. 150.* hoc etiam voluit *Surd. decis. 145.*
84 ubi ex sola nominatione in instrumento divisionis dicit probari consanguinitatem, & filiationem, *Anna cons 88. num. 38.* nisi adversarius contrarium probet. *Trentacinq. consil. 71 nu. 13. lib. 1.* late etiam *Hodiern. ad*
85 *Surd. in decis. 145.* ubi *num. 7.* quod quando aliæ ultra nominationem concurrunt conjecturæ, quod sit probatio juris, & de jure, & propterea aliam probationem in contrarium non admittant, ex *Bart. cons. unic.* impresso post *decis. Bonon. nu. 52. Boer. decis. 299. Bero. quæst 60. nu. 2.*

86 Quod tanto magis procedit in privilegio legitimationis, ad patris instantiam, vel ipso mandante petito à Principe, in quo nulla admittitur probatio, neque de jure, neque de stylo Regiæ Cancellariæ, sed

patte

patre tantùm instante conceditur, absque patris citatione, juxta doctrinam *Bar. in l. nam ita Divus, ff. de natural. liber.* de quo stylo testatur etiam *De Ponte in d. tit. de legitimat. seu restit. natal. num. 2.* & in 87 hoc est differantia, quando legitimatio fit patre instante, vel ab aliquo simpliciter impetratur, nam illo primo casu præjudicat omnibus, & maxime cæteris 88 liberis, neque est necessaria legitimorum citatio, cum pater in rebus propriis sit moderator, & arbiter, *Socin. in tract. de citat. art. 8. num. 70. casu 30.* 89 dat rationem, quia si pater potest privare, nedum agnatos, sed etiam filios, ejus propria bona dilapidando, quanto magis in actu à jure, vel Principis privilegio sibi permisso, ex doctrina *Bart. in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.* & in legiti-90 matione ad patris instantiam facta stat ejusdem patris voluntas pro ratione, & omnes solemnitates citationis, vel causæ cognitionis cessant, *Gozad. cons. 6. numer. 47. & consilio 48. numer. 12. Decian. cons. 307. Menoch. cons. 19. num. 20. & 21. & cons. 20. numer. 41. Socin. jun. consilio 97. numer. 33. lib. 2. & cons. 93. num. 63. lib. 3.* & post ipsos *Mercurial. Merlin. de le-91 gitim. lib. 1. tit. 2. quæst. 8.* ubi plene de materie *num. 19.* quod nedum procedit in legitimato ad instantiam patris eo mortuo, verum etiam in legitimato post mortem patris de ejus ordinatione, ex *Bac. cons. 110. & Socin. d. art. 8.* fundat idem *Merlin. loco proxime citato num. 30* & *lib. 3. tit. 1. quæst. 20. num 17. & 18.* ubi refert decisionem Rotæ Romanæ, referente tunc Reverendissimo Aldobrandino Rotæ Auditore, de-92 inde Summo Pontifice *Clemente VIII.* assumpto, ubi ad favorem legitimati stante statuto excludente fœminas fuit pronunciatum, & ipse etiam in hanc sententiam venit, post *Costam de ratione rata, q. 238. num. 6. 12. & 13.*

Nec obstare dicebatur, aliud objectum, nempe quod Scipio erat judicandus spurius, tanquam procreatus de fœmina stuprata, nam in facto non erat verum, quia ante susceperit filiam fœminam, cui dotem ducatorum decem milla testator reliquit de summa ducatorum centum milla, prædicto Scipioni 93 legata, quia ex diuturna cohabitatione purgatur stuprum, & præsumitur concubinatus, ut dixit *Ludov. de Sardis in tract. legitim.* & post eum *Grammat. in d. vot. crim. 4. num. 3. ex glos. in l. cos, in auth. quib. mod. nat. effic. sui, ibi, vel hoc quando brevi tempore tenuit eam, Mascard. de probat. conclus. 361. nu. 13. & 14. Reg. 94 Revit. cons. 74. vol. 2. nu. 6.* ubi *nu. 7.* quod nec est necessaria protestatio, si diu stetit in concubinato, *Gerard. Mazol. cons. 33. num. 8. De Marinis resolution. quotidian. lib. 1. cap. 255. num. 16. Basard. ad Jul. Clarum in §. stuprum, nu. 15.*

Rursus, hodie illa requisita à jure civili introducta ad inducendum concubinatum, ad hoc ut filius ex eo procreatus sit *naturalis*, & non spurius, de æqui-95 tate canonica non sunt in observantia; quilibet enim ex soluto, & soluta natus, cum qua absque impedimento matrimonium contrahi potest, naturalis dicitur, *Bald. cons. 129. num. 3. lib. 5. & cons. 206. lib. 3. Jas. consil. 51. lib. 3. Herculan. de cautien. de non offend. ca. 32. Covar. de sponsal. pact. 2. cap. 8. §. 4. numer. 3.* & alii per *Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 9. num. 14. Peregrin. de jure fisci lib. 3. tit. 18. numer. 30. Menoch. cons. 18. Silvan. consil. 3. dub. 2. Cephal. cons. 186. num. 78. lib. 2. Becc cons. 165. num. 11. lib. 2. Bursat. cons. 62. nu. 5. Socin. consi. 47. num. 46. vol. 4. Theb. Nonius consi. 76. num. 10. Marzar. consi 9. pag. 114. vers. venio ad secundum caput, Pors. consi. 105. num. 39. Rot. Roman. decisi. divers. 50. num. 32. Crass. in §. Insistentio, quæst. 7. num. 7. Surd. cons. 487. Mantic. decis. 149. num. 9.* late *Mastrill. decis. 152. Lupus de illegit. comm. 1 §. 1. Rot. Rom. decisi. 254. p. 2 divers. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. qu. 5. num. 5. Blas. Robles de Salsed. lib. 2. c. 11. num. 7. Fasard. in tract. de* 96 *legitimat. num. 46. Facin. quæst. ccim. 13. nu. 60.* qui naturales esse dicit, natos ex soluta, etiam domi non retenta, *Cavall. quæst. commun. contra comm. q. 565. Reg. Revit. d. cons. 74.* qui *numer. 8. ex text. in §. ad hoc, in* 97 *auth. ut matri, & avia* dicit, quod per jura novissime videntur sublata requisita ad probandum concubinatum, nam sufficit, ad hoc ut filii dicantur naturales, quod sint *nati* ex soluto, & soluta, cum qua poterat 98 ab initio esse matrimonium, & quod pater in testamento, vel in alio publica scriptura eum filium nominaverit, ad quod adducit etiam doctrinam *Azon.* 99 *in tit. de concubinis in finalibus verbis*, ubi dicit, quod eademum hodie est legitima concubina, quæ poterat esse uxor, & credit, quod hæc sit veritas, quia aliter nunquam quis posset naturalis dici, cum protestatio non sit permissa, immo nec publicus concubinatus, ergo per necessum dicendum erit, hodie non requiri protestationem, sed ea dicitur legitima concubina, cum qua potest matrimonium contrahi, tanto magis, quando ex ea filii sont procreati, *Gratian. discept. forens. cap. 35. num. 30. Mastrill. d. decis. 152. numer. 18. Jo. Bapt. Lupus de illegitim. comm. 1. §. 1. num. 9. vers. Verum in practica, Mascard. de probat. conclus. 341. nu. 4. & 14.* & hanc opinionem tanquam humaniorem, & æquiorem esse sequendam, dixit *Mercurial. Mer-* 100 *lin. d. lib. 1. tit. 2. quæst. 5. numer. 7.* & ideo tenuerunt nonnulli, quod in dubio filius potius *naturalis*, quam spurius præsumi debet, *Theb. Nonius cons. 28. num. 13. Cravet. cons. 138 nu. 1. & cons. 166. num. 1. Rumnald. jun. cons. 187. num. 107. Cæsar. Barz. decis. 91.* & de magis communi testatur *Thesaur. quæst forens. 83. lib. 2. nu. 2.* 101 *Bal. cons. 448. in 3. dub. lib. 1.* ea motus ratione, quia hoc modo delicti suspitio evitatur, saltem jure civili, *Boss. in tit. de damnato coitu, numero 77. Simon. de Prat. de interpret. ultim. volunt. libro tertio interpret. 1. dub. 3. sol. 1. fol. 188. Petra de fideicommiss. d. quæst. 11. num. 462. Berrart. consi. 117. Paseib. cons. 72. Surd.* mutata sententia *de aliment. tit. 1. quæst. 10. n. 24. & cons. 530. num. 2. Joseph. Ludovic. decis. Perusin. 18. num. 24.* & probabiliorem dicit *Merlin. d. quæst. 5. num. 41. & 42. Peregrin. de fideicommiss. art. 22. num. 90.*

102 Cumque iste articulus esset in controversiam deductus in Sacro Consilio, an valida fuisset legitimatio facta ad instantiam Marcelli Mormilis, Francisci ejus filii, ex quadam ejus famola procreati, quam defloravit, & postmodum per plures annos domi tenuit, & prætenderetur per agnatos, nullam fuisse legitimationem, ex eo, quia pater Principi non expressit, illius matrem stupratam à Marcello fuisse, & sic ex coitu damnato, & punibili, sed tantum expressum fuerat, ortum esse ex soluto, & soluta, fuit oppositis non obstantibus in anno 1630. tam per Magn. Cur. Vic. quam per Sacr. Consil. hæres in omnibus ejus bonis declaratus, de qua sententia meminit *De Marinis resolut. quotidian. dict. lib. 1. cap. 255.* sub *numer. 18.*

Major difficultas videbatur residere in tertio articolo, an possit hæc legitimatio fieri in præjudicium filiarum legitimarum, & naturalium: in quo tria opponebantur per dictas filias. Primò, de jure prohibitam esse legitimationem, existente legitima sobole. Secundò, quod quamvis id Princeps facere potuisset de plenitudine potestatis, tamen hoc facere non debet, neque potest ejus Vicarius. Tertiò dato, quod hoc fieri potuisset in vita patris, vel post mortem de ejus ordine, & voluntate; tamen legatum patris valere non potest in eo, quod excedit portionem filiis legitimis, & naturalibus relictam.

103 Et quoad primum dicebatur, legitimationes fuisse introductas in defectum legitimæ prolis, ut probat *text. in §. si quis ergo, auth. quib. mod. natur. effic. sui, §. si quis fane, & §. liceat igitur patri, authent.*

quib

quibus mod. natur. effic. legit. & *in authent. item si ne*, *C. de natur. liber.* ubi concessa videtur legitimatio filiorum naturalium, quando legitima proles deficit. *Surd. cons. 337. numer. 20. Tiraq. in l. si unquam, in ver. dona-* 104 *tione largitus*, *numer.* 314. *Peregr. de fideicomm. d. art. 23. num. 53.* & ideo *Reg. de Ponte in d. tit. de legitimat. seu restit. natal.* dicit, quod in legitimatione dum fit ad instantiam patris, tam in ejus vita, quam post ejus mortem; quando sic in testamento disposuisset, non citantur agnati, nec alii successores ab intestato: sed si nulla praecedit testatoris dispositio, tunc citandi sunt, secundum communem doctrinam *Bart. in dict. l. Gal-* 105 *lus*, §. & *quid si tantum*, *numer.* 14. *ff. de liber.* & *posthum.* & propterea stylus Regiae Cancellariae est, fieri legitimationes in vita patris, citra praejudicium liberorum, ea regula *text. in auth. praeterea*, *C. de natural. liberis*, & dum fiunt post mortem patris, expeditur privilegium, cum clausula, *citra praejudicium ab intestato venientium*, quod etiam observatur in Hispania, quia semper legitimationes fiunt cum supradicta restrictione, ut dixit *Io. del Castillo lib. 4. controver. capit. 22. numer. 147. Vinc. Fusar. de fideicomm. substit. quaest. 408. numer.* 116. & sic nullo modo debet fieri praeju- 106 dicium per dictam legitimationem filiis legitimis, & naturalibus, & quod haec clausula, quod *non praejudicetur filiis legitimis*, & *naturalibus*, semper intelligatur in legitimatione, post *Bald. in capit. licet guerram, col. penult. hic finit lex* voluit *Surd. dict. consil. 337. num. 24. Fachin. controvers. jur. lib. 6. c.* [illegible] *C. vers. movetur.*

Nec praedictis obstare dicebatur, *text. in paragrapho si quis igitur*, *il primo*, *auth. quib. mod. natur. effic. sui*, 107 ubi per oblationem Curiae pater si filios legitimos, & naturales habeat; potest naturales tantum legitimare; cum validior sit legitimatio per oblationem Curiae, 108 quam per Principis rescriptum; ut dixit *Surd. dict. consilio 337. numer.* 30. & *consil. 177. numer.* 15. ubi nullo titulo relinqui posse filio naturali ultra unciam, extante legitima prole, *Aluarad. de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. numer. 74. ea tex. in auth. licet*, 109 *C. de natural. liber.* hoc etiam voluit *Capyc. dec. 194. numer.* 3. ubi ita demum legitimationes per rescriptum effectum habere, dixit, si pater legitimam sobolem non habeat, & propterea hanc opinionem in patre legitimationem petente tenent *Anchar. in cons. 241. sub numer. 2. vers. secundo requiritur*, *Bart.* & *Angel. in d. §. si quis ergo*, & *in §. si igitur*, *in auth. quibus mod. natur. effic. sui gloss.* & *Bart. in §.* & *generaliter*, eodem *tit.* & in *auth. item si quis*, *C. de natural. liber. Bal. in l. 2. num. 19. ff. de servit.* & *aqua*, *Paul. de Castr. consil. 22. vol. 2. Alex. cons. 67. col. 5. vers. ad praedicta*, *vol. 1. Curt. sen. cons. 13.* & *35. in fin. Ruin cons. 61. vol. 3. Soc. in d. §.* & *quid si tantum*, *num.* 12. & *consil. 212. vol.* [illegible] *Boer. decis. 240. num. 18. Dec. cons. 392. num. 4.* & *consil. 307.* & *479. Roman. cons. 194. Gilken. in d. l. Gallus*, §. & *quid si tantum*, *num. 243. Petr. Ant. Petra de potest. Princip. cap. 32.* sub *num. 20. Greva ad Gayl. lib. 2. conclus.* 142. & alii per *Gabriel. commun. opin. lib. 6. tit. de legitimat. conclus. 6. num.* 1. pro hac etiam opinione adducitur *Isern. in cap. 1. §. naturales*, *si de feudo defuncti. mil. it. fuerit controvers.* ubi etiam *Afflict. Lupus de illegitim. comm. 3. tit. 4. num. 34. Peregrin. cons. 15. num. 2.* & *de fideicomm. d. art. 23. numer. 53. Staiban. consi. 14. num. 1. Trentacinq. var. resol. tit. de legitim. concl. 2. num. 37. vers. sed per rescriptum*, *Gratian. discept. forens. capit. 46. num. 64.* & *cap. 218. num. 25. Aquilin.* late in *d. l. Gallus*, §. & *quid si tantum ff. de lib.* & *posth.* plenissi- 110 me per *Reg. Ursin. S. C. Praesidem de successione feud. par. 1. art. 3. quaest.* 7. ubi disputat articulum, an legitimatus per Principis rescriptum extantibus filiabus legitimis, & naturalibus, in feudo succedat: & distinguit duos casus. Primus est, quando in legitimatione ad patris instantiam nulla est facta mentio filiarum legitimarum, & naturalium, & tunc neque illis nocebit, cum sit subreptitie obtenta, immo nec legitimus filius naturalis efficitur, ex *text. in paragrapho si vero solummodo*, *in auth. quib. mod. natur. effic. legit.* Secundus est casus, quando de existentia filiarum legitimarum, & naturalium Principi mentio facta est, & adest statutum, prout fere in tota Italia viget, quod stantibus masculis faeminae non succedant, & in hoc casu controversa est opinio: secundum enim *Bal.* sententiam in *l. cum acutissimi*, *numer.* 7. & *in l. tam*, *quam num. 26. C. de fidei-* 111 *comm.* faeminae legitimae, & naturales per fratrem legitimatum excluduntur. Alia vero opinio fuit *Ant. de Butr. in cap. per venerabilem*, *qui filii sint legit. num. 36. vers. sed posset esse dubium*, qui contrariam opinionem tenuit, faeminas s. ob legitimatum non excludi: quam sententiam ipse idem *Ursin. numer.* 11. dicit benigniorem, receptiorem, & veriorem esse, contrariis respondendo.

112 Verum contrariam opinionem, quod Princeps patre instante, vel mandante possit filium legitimare, non obstante, quod adsit legitima proles, voluerunt *Bart. in d. l. Gallus*, §. & *quid si tantum*, post *Iacob. de Belvis*, *Castrens. Alvarot.* & *Salyc. ff. de liber.* & *posth.* ubi etiam *Aquilin. Angel. in d. §. si igitur*, *in auth. quib. mod. natur. effic. sui*, *Aretin. in d. §.* & *quid si tantum*, & ibi etiam *Io. Crotus num. 61. Alex. in l. ex facto. ff. de vulg.* & *pupill. Ias. cons. 68 vol. 3. Gabriel. comm. conclus.* 113 *dict. lib. 6. tit. de legitimat. concl.* [illegible] *num.* 8. ubi *nu.* 9. ampliat, quando legitimatio peteretur à filio ex ordinatione patris. *Ruin. cons. 104 numer. 8. vol. 3. Fulgos. consi. 62. Bal. consi. 56 vol. 2. Federic. de Sen. consi. 57. vol. 2. Peregrin. de fideicommiss d. art. 23. numer. 57. Gayl. observat. 142. numer. 7. lib.* 2. quam communem dixit *numer.* 9. *Gozad. consil.* 6. & ita decisum refert *Puteus dec. 89. lib. 2. Iacob. de Belvis. in §. quoniam*, *auth. quib. mod. natur. effic. sui*, *Io. de Imola in cap. nisi cum pridem*, §. *personas de renunciat.* & de communi testatur *Alex. consi. 187. vol.* 5. communem etiam dixit *Ias. in d. §.* & *quid si* 114 *tantum*, *num.* 96. & ita etiam decisum, quando Princeps hoc facit de certa scientia, & de plenitudine potestatis, refert *Claper. causa 30 quaest.* 1. qui loquitur in spuriis legitimatis, existentibus filiis legitimis, & naturalibus, 115 quo casu magis dicitur dispensatio, quam legitimatio ut *Idem* refert in *quaest. 2. eadem causa*, & quod 116 de voluntate patris possit Princeps legitimare, & quod valeat legitimatio, quando de filiis fuit facta mentio, *Cabed. decis. Lusitan. 69. numer. 21. part. 2.* ubi dicit, quod sic servatur de stylo, etiam si bona essent apprehensa à venientibus ab intestato, & hanc etiam opinionem comprobat *Emanuel à Costa in d. paragrapho* & *quid si tantum*, *part. 2. numer. 95. vers. ultimo Bar.* ubi 117 distinguit, quod quando legitimatio fit in vita patris, & etiam post mortem de ejus ordine, & voluntate, vel si nulla demonstretur patris voluntas: nam primo casu hoc facere potest, ipsis non auditis, ea ratione, quia hoc negotium principaliter ipsius patris est, qui de suis bonis disponere potest ad ejus arbitrium, & voluntatem, *Rot. Rom. in noviss.* ab anno 1626. *decis.* 100. *Covarr. de sponsal. part. 2. cap. 8. paragrapho 9. numer. 9. Greg. Lopez. l. fi. tit. 15. part. 4. glos. 2.* & *in l. 4. eodem titul.* ubi de communi testatur; *Azeved. in l. 10. nova recopilat. tit. 8. lib. 5. numer. 27. Mart. de success. legal. part. 1. qu. 11. art. 2. num. 26.* ubi dictam legitimationem admittit, quando de filio legitimo, & naturali facta est mentio, alias secus, & alii longa serie congesti per eruditissimum *Reg. Merlin. in lib. 1. controvers. forens. cap. 1. numer. 6. cum seqq.* quod pluribus mediis nervose, & copiose comprobat, quibus addo *Paschal de virib. patr. potest. par. 2. capit. 4.* praesertim *numer.* 106. ubi fundat, quod hoc maxime procedit, 119 quando non sunt masculi, sed foeminae, quia legitimatus per rescriptum Principis faeminas excludit, ac si vero esset legitimus, ut inquit *Alex. in consi. 2. num. 11. vol.* 1. quicquid dixerit *Dec. in l. liberos*, *num. 8. C. de collat.*

qui tenuit, omnes æqualiter succedere, quia pro opi-120nione *Alex.* faciunt dicta per *Marc. Ant. Eugen. consil.* 57. *numer.* 76. quod tamen est intelligendum, quando in precibus mentio facta est legitimæ prolis, ut probat idem *Paschal. loco citato, numer.* 108. *cum seqq. Gabriel. consil* 23. *vol.* 2. *Peregrin. d. art.* 23. *num.* 54. *&* 58. *Garz. de nobil. Hispan. glos.* 21. *num.* 69. *versi. itaque si filii legitimati extent, Matienz. lib.* 5. *l.* 10. *tit.* 8. *glos.* 1. *num.* 1. ibi, 121 *requiritur quinta, Tell. Fernand. in l.* 12. *Taur. in princ.* ubi tamen ex illa *lege* non poterit consequi, nisi usque ad quintum.

Sed adhuc pro parte dictarum Puellarum legitimatarum, & naturalium dicebatur quo ad secundum 122 articulum; nempe, quod quamvis Princeps hoc facere potuisset, non tamen de potestate ordinaria, sed de plenitudine potestatis. quod Princeps facere non debet, & tanto minus ejus Vicarius, ad quod probandum adducitur *Covar. de sponsalibus d. part.* 2 *capit.* 8. *paragrapho* 9. *numer.* 7. *vers. ex quo infertur*, circa me*dium*, ubi quamvis teneat quod legitimatio per Principem facta existente legitima prole valeat, tamen dicit, quod Princeps eam concedendo male facit, quod satis 123 comprobat incertus *Author.* inter *cons. Iacob. Philipp. Port. cons.* 106. *numer.* 25. quia tunc potius dicitur dispensatio, secundum *Dec. cons.* 307. *col.* 3. *& Alex. cons.* 124 88. *col. fi. lib.* 5. ubi ait, quod quamvis de jure Divino illegitimi cum legitimis succedere non debeant, tamen Imperator in aliquo casu dispensare potest, & sic probat, in dicto casu potius esse dispensationem, quam legitimationem. sequitur *Curt. sen. cons.* 65. *numer.* 81. *& cons.* 74. *numer.* 88. *Soc. jun. cons.* 142. *numer.* 12. *vol.* 1. *Goz. ad. cons.* 6. *num.* 25. *Paris. d. cons.* 10. *num.* 127. *& cons.* 125 170. *lib.* 2. *Aquilin in d. l. Gallus, §. & quod si tantum, vers. quid enim, fol.* 62 *à tom. num.* 165. ubi ait, Principi licere legitimare, quando adest legitima proles, non tamen decere, cum offendat publicæ honestatis justi-126tiam, cujus ante omnes cultor esse debet; datur etiam ratio à dicto Incerto *Authore* sub *numer.* 2. quia lex civilis super honestate fundata ad peccati concupiscentiam restringendam valde abhorret, ut existente prole legitima bastardi ad successionem habilitentur, *l. fi. C. de natural. liber. & Bal. in capit. filii nati, numer.* 2. *si de feud. defunct. milit. controvers. fuerit inter Domin. &* 127 *agnat.* ubi ait, Principem, qui tale rescriptum concedit, inhumanum esse, atque ideo pecudi comparandum, quod etiam dixit *Emanuel a Costa in d. §. & quid* 128 *si tantum, vers. quo deinde aqua, & igni, numer.* 138. & amplius addit, quod super hac re libellum Principi dare ineptum erit, aut improbum: ineptum, si legitimorum liberorum mentio non fiet, unde rescriptum nullius erit momenti, improbum, si facta eorum mentione quis desideret, ut nascatur injuria, unde jura nascuntur, hoc etiam voluerunt *Isern. in capit.* 1. *paragrapho naturales, numer.* 4. *si de feud. fuer. controvers. inter Domin. & agnat. Intrigl. de feud. cent.* 2. *art.* 2. *numer.* 274. *Glaper. cent. caus. fiscal. causa* 30. *quæst.* 1. *Gayl. & ibi Grevæ observat.* 142. *lib.* 2. & alii innumeri, quod etiam corroboratur ex *Sacra Scriptura*, ut in *Genes.* 129 *capit.* 21. *Non erit heres filius ancillæ cum filio liberæ*, quod est registratum in *can. dicat aliquis* 32. *quæst.* 4. & in *Novo Testamento à Paulo Apostolo ad Galatas capit.* 4. & ideo *Bart. in l.* 3. *ff. de testament. in fine* tradidit, quod de jure Divino cum bastardis legitimi succe-130dere non debent, & *ibidem* etiam *Bald. & Angel. & Ancharan. dict. consil.* 242. *penult. col.* ubi dixit, hujusmodi prolem esse odiosam jure Divino, Canonico, & Civili.

131 Ulterius dicebatur, quod admissa opinione, quod Princeps hoc facere posset de plenitudine potestatis, tamen ejus Vicarius, & sic Prorex hoc facere non poterit, nisi sibi specialiter à Principe sit commissum, cum legitimatio sit de Regalibus, & Supremo Principi reservatis, *l. qui in Provincia, paragrapho Divus, ff. de ritu nupt.* ubi *DD.* & in *d. cap. per venerabilem, qui filii sint legit. Bal. in l.* 2. *num.* 39. *C. de servit. & aqu. & in l. cum filius, ff. de testam. milit. Paris.* ubi plurea cumulat, & allegat *d. cons.* 10. *num.* 114. *lib.* 2. *Peregr. de fideicommiss.* 132 *d. art.* 23. *numer.* 90. & ideo in legitimando requiritur authoritas suprema, *Bal. cons.* 67. *num.* 4. *vol.* 1. *& cons.* 406. *num.* 3. *vol.* 3. post *Iacob. de Belvis. Salyc. in auth. item si quis, C. de natural. liber. Alex. d. consi.* 187. *n.* 11. *& cons.* 188. *num.* 17. *vol.* 5. *Alciat. in l.* 1. *num.* 48. *ff. de verb. obligat. Socin. cons.* 93. *num.* 4. *vol.* 4. *Cassan. in cathal. glor. mund. par.* 5. *consid.* 24. *privileg.* 49. *Boss. in tit. de Principe, numer.* 180. *Sixtin. de Regalib. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 10. *Capyc. in investit. feud. in verbo legitimatio, glos. in prælud. Constit. col.* 8. *Fusar. de fideicommiss. substit. quæst.* 408. *ex numer.* 37. ubi late, *Gabed. d. decis. Lusit.* 69. *in princ. Thoro in addit. ad Reg. de Ponte de potest. Prorég. in rubr. de legitim. seu restitut. natal.* late etiam *Surd. d. consi.* 339. *per totum*, ex quo sequitur, quod 133 hoc facere non possit ejus Vicarius, nisi specialiter, si ei commissum, *Luc. de Penna in l. contra publicam, C. de re milit. lib.* 12. ubi quod Vicarii Regis non habent illam plenitudinem potestatis, quam habent ipsi Reges, *Anibal. de muner. & honor. part.* 3. *numer.* 31. *De Ponte de pote. Proreg. in princ. num.* 2. *Boss. in d. tit. de Principe, num.* 87. *&* 88. *Harthm. Pistor. quæst.* 40. *num.* 6. *lib.* 2. *Rosenth. de feud. capit.* 7. *conclus.* 19. *num.* 8. *Schrader. de feud. par* 7. *cap.* 5. *num.* 26. *Sixtin. de Regalib. cap.* 4. *num* 113 *Mastrill. de magistrat. lib.* 5. *capit.* 134 6. sub *numer.* 37. *lib.* 2. & 4 quod Inferius à Principe non possit legitimare existentibus filiis. *Bald. in l. rescripta, ver. sortie quærunt, C. de precib. Imper. offerend. Ant. de Butrio in d. cap. per venerabilem, col.* 3. *qui filii sint legit. Curt. sen. cons.* 65. *num.* 73. *& cons.* 56. *numer.* 74. & communem dixit *Curt. jun. consi.* 3. *num.* 4 & aliis per 135 *Gabriel. commun. opin. tit. de legitim. lib.* 6. *concl.* 6. *num.* 3. & ideo facultate legitimandi concessa, non venire legitimationem, stantibus filiis legitimis, & naturalibus, dixit *Bal. in l.* 1. *C. de servit. & aqua, quæst.* 18. *Paul. de Castr. in d. §. & quid si tantum, num.* 12. ubi etiam *Aret.* & alii allegati à *Gabriel. loco* proxime citato *num.* 136 7. *Galiaula in l. centurio, numer.* 134. *ff. de vulg. & pupill.* unde concessa generaliter potestate legitimandi, non censetur concessa, stante legitima prole, dixit *Bart. in* 137 *d. l. cum filius, ff. de milit. testam. Paul. de Castr. consi.* 180. *vol.* 1. etiam si concessio sit facta amplissimis verbis, & cum verbis prægnantibus, quod ex pluribus *DD.* authoritatibus probat *Surd. d. consi.* 337. *num.* 12. *Peregr. d. art.* 23. *num.* 57 *ver. Palatini autem*: & ex hoc 138 inolevit practica, & stylus Cancellariæ in hoc Regno, ut apponantur clausulæ exclusivæ, quando adest legitima proles, ut per *De Pont. in d. tit. de legitim. sive restit. natal. in princ. Prus. Ursin. de success. feud. par.* 1. *quæst.* 3. *art.* 6. *in fi.* ex quo stylo Proregis potestas suam 139 interpretationem recipere debet, ad *text. in capit. cum dilectus, ext. de consuetud.* nam licet in hoc Regno 140 possit facere omnia, quæ ipse Rex, ut habetur ex *Franch. decisi.* 165. tamen hoc debet intelligi, ut sint subordinata legibus, & constitutionibus Regni, *Oliban. de jur. fisc. capit.* 4. *numer.* 62. *Capyc. decis.* 130. *Petr. Gregor. syntagm. jur. par.* 3. *lib. quart. capit.* 21. *Capiblanc. de auth. Baron. pragm.* 1. *numer.* 3. *Cancer. variar. resolut. lib.* 3. *capit.* 3. *numer.* 330. & ex his di-141xerunt multi, penes Proregem non adesse plenitudinem potestatis, quam habet ipse Rex, quia concedendo Inferiori aliquid de sibi reservatis, semper intelligitur concedere, ut id exerceat cum causæ cognitione, & non cum illa plenitudine potestatis, quam habet ipse concedens, *Capyc. in c. Imperialem, fol.* 32. *col.* 2. *in fin. ver. decimo, Mastrill. d. c.* 6. *n.* 37. *Anell. Amat.* in propria materia loquendo *cons.* 4. *num.* 10. & tandem 142 dicebatur, quod quamvis hanc legitimationem facere posset, quia in Principe sequiritur, quod adsit legitima causa, tanto magis illa est necessaria in ejus Vicario,

cap.

cap. per venerabilem, ubi *Ant. de Butrio, qui filii sint legit. Brun. consi. 70. num. 11. Menoch. consi. 20. num. 9. Reg. Merlin. d. cap. 1 numer. 21. lib. 1. Iaf. in d. l. Gallus §. & quid si tantum, num. 107. Galeaula in l. 2. ff. de verb. oblig. Decius conf. 93. col. fin. Gozad. conf. 8. nu. 56. Parif. conf. 6. num. 37. & consi. 12. numer. 138. li. 2. Gabriel. d. lib. 6. tit. de legit. conclus. 6. num. 21. Curtius senior conf. 19. & conf. 73.*

141 Quibus tamen replicabatur pro parte Scipionis, quod ea, quæ dicit *Reg. de Ponte in d. tit. de legitim. sive restit. natal.* de stylo Regiæ Cancellariæ, quod in vita patris soleant fieri legitimationes, citra præjudicium liberorum, non probant, quod existente legitima prole fieri non possint, quia esset contra *text. in d. §. si quis igitur, auth. quib. mod. natur. effic. sui*, ubi etiam per oblationem Curiæ legitimatio fieri potest, patre petente, etiam quando filios legitimos habet, quod tanto magis procedere debet in legitimatione, quæ fit per Principis rescriptum, dummodo de legitima prole existente fiat mentio, patre petente, vel ita 144 ordinante: non enim ita plene fit legitimatio per oblationem Curiæ, sicuti per Principis rescriptum, ut habetur per *DD. in §. quoniam varie, auth. quibus mod.* 145 *natur. effic. sui, Menoch. consi. 206. num. 20.* neque legitimatus per oblationem restituitur natalibus, sicuti legitimatus per rescriptum, nec fit vere legitimus, sed tantum per quandam fictionem, sive machinationem, *paragrapho filium vero, d. auth. quibus mod.* quod dici non potest de legitimato per rescriptum, quando plene est legitimatus, ex quo intuitu personæ proprie, & simpliciter legitimatur, sed per oblationem fit legitimatio, solum favore Reipublicæ, *Io. Bapt. Costa de ratione rata, qu. 238. nu. 17.* ubi respondet ad *tex. in d. §.* 146 *quoniam varie*, & vere legitimatus per Principis rescriptum perinde est, ac si esset legitimus, & naturalis, *Bart. in l. si is, qui pro emptore, in 3. q. ver. item quaeritur, ff. de usu. cap. & in l. nupti, in fi. C. de natural. liber. Alex.* 147 *conf. 2. vol. 1. Dec. conf. 326. & conf. 275. & in l. liberos, C. de collat.* & propterea debet, vel institui, vel exhæredari, alias habebit quærelam inofficiosi, & rumperet testamentum cæteraque omnia facere posset, quæ legitimus, & naturalis, *Alex. Iaf. Soc.* & alii in *rubr. ff. de liber. & posth. Dec. conf. 264. & conf. 52. & 55.* late *Fusar.* 148 *de fideic. substit. d. quaest. 408. per totam, Gabed. d. dec. libr. 2.* item legitimatus per oblationem Curiæ non fit omnibus agnatus, sed tantum patri succedit, *leg. communium, C. de natural. liber.* legitimatus autem à Principe fit omnibus agnatus, & cognatus, *Angel. consi. 17. Paul. de Castr. consi. 227. vol. 2. Alex. consi. 139. vol. 2.* quod etiam de communi testatur *Dec. in l. iterum, numer. 5. C. unde legit. & consil. 307. in fi. Io. Marc. Aquil. in d. paragrapho, & quid si tantum numer. 162.* ubi hanc opinionem veriorem existimat, lege etiam *Fab. de Anna conf. 106. 2. vol.* & taliter legitima-149 tus non solum succedit in bonis burgensaticis, verum etiam in feudis hæreditariis, & etiam ex pacto, quando esset primus acquisitor, & posset de illis disponere, mediante Regio assensu, *glof. in d. cap. naturales fi de feud. defunct. verbo legitimi*, ubi *Andr. numer. 4. Bal. numer. 2. Aluar. numer. 4. Afflict. in 2. notab. numer. 9. & 11. Federic. Schenk. numer. 7. in fi. Zas. de feud. par. 8. numer. 78. Hartman. Pistor. quaest. jur. lib. 2. par. 2. quaest. 40. Scradar. de feud. tom. 1. par. 7. de success. masculi. cap. 5. numer. 23. versi. nisi forsan. Rosenthal. de feud. cap. 7. concl. 19. in glof. lit. H. 16. 1.* & esse frequenti calculo *DD.* receptum, testatur *Clar. in §. feudum, quaest. 82. numer. 1. Rotr. decisi. 183. Cuman. conf. 168. numer. 3. Aret. in dict. §. & quid si ta tum, numer. 26. Prases Ursin de success. feud. part. 1. quaest. 3. art. 4. num. 1. & 2.*

150 & hoc ea ratione, quia feudatarius cum Domini consensu potest de eis ad libitum disponere, relinquendo tamen filiis legitimam, & hac eadem ratione procedit in feudo ex pacto, & providentia novo, ut habetur ex *Afflict. dec. 148. & 112. num. 6* & *ibidem Ursin. numer. 5. Camerar. in cap. 1. An agnatus, nu. 16. & 32.* idem *Urs. in loco* proxime citato *art. 5. nu. 15.* & decisum refert *Phab. decis. Lusitan. 57.*

Insuper dicebatur, quod si hoc procedit, quando adest filius masculus legitimus, & naturalis, eo magis debet habere locum, quando supersunt filiæ fæminæ tantum absque masculo, & sumus, ubi adest statutum, quod stantibus masculis fæminæ non succedant, prout in Regno per *Constit. incip. In aliquibus* & sic etiam fere per totam Italiam viget, & articulus prædictus plene examinatur per eundem *Prasid. Ursin. in d. part. 1. quaest. 3. art. 3.* ubi *numer. 3. in fi.* cum *Bal. in l. cum acutissimi, C. de fideicomm. numer. 7. versi. item* 151 *dico*, & *in l. cum, quam, C. eodem tit. num. 36.* concludit, quod in dicto statuto etiam filius legitimatus continetur, quia legitimatio extendit se ad statutum, quod recipit interpretationem à jure communi, *l. 1. §. lex falcidia, ff. ad leg. falcid. Cuman. in l. si ita quis, §. fi. ff. de leg. 2. & in l. fideicommiss. ff. de condit. & demonstrat. Seraphin. decisi. 1331. Menoch. consi. 1026. num. 5 Eugen. consi. 57. volum. 1. Cuman. conf. 266. in fi. Reg. Merlin. in d. controvers. 1. nu. 22. cum seqq.*

152 Nec obstabat clausula illa relata per *De Pont. in d. tit. de legitim. sive restit. natal. citra præjudicium liberorum*, quia hoc intelligitur ab intestato, secus autem, quando pater fecit testamentum, quia tunc poterit ad libitum disponere, relicta tantum filiis legitima, *Soc. jun. conf. 97. numer. 42. vol. 2. Dec. consil. 338. & 610. Alex. consi. 52. lib. 2. & conf. 188. lib. 5.* & hunc esse magis communem opinionem, refert *Cabed. d. decis. 69. num. 4. lib. 2. Paul. de Castr. conf. 429. num. 3 in fine, vers. nec obstat, lib. 2. Cardin. Tuschus practic. conclus. lit. C. in verb. clausula legitimationum, Augustin. Barbos. de clausul. usufrequent. clausul. 158. numer. 10. Gozadin. consi. 6. numer. 33. & 68. Gabriel. consi. 29. numer. 7. lib. 2. Dec. conf. 393. & 576. numer. 6.* & præcipuus 153 effectus, qui resultat ex dicta clausula, est excludere taliter legitimatum à successione intestati, *Parif. consil. 14. numer. 44. lib. 2. Capyc. decision. 21. num. 5. Mandell. consi. 7. num. 1.* & quod legitimatus succedat etiam fra-154 tri, excludendo sorores legitimas, & naturales, stante statuto prædicto fæminarum exclusivo, *Castrens. conf. 180. vol. 1. Surd. d. conf. 337. numer. 11. Anchar. d. consi. 142. in fi. Parif. dict. conf. 14 numer. 44 Putent decis. 303. lib. 3.* & alii per *Gratian. discept. forens. cap. 496. num. 39.*

Qua conclusione attenta, quod Princeps possit legitimare etiam extantibus filiabus legitimis, & naturalibus, sequitur, quod etiam ejus Vicarius hoc facere possit, quando ei potestas legitimandi est commissa, prout dicunt omnes fere *DD.* supra citati, & quod 155 Prorex hujus Regni hanc habeat potestatem, habetur per *Franch. dict. decis. 165.* ubi, quod omnia facere potest, quæ ipse Rex facere posset, ex amplissimis verbis commissionis, in qua referuntur in specie ista verba, *quoscunque ex illicito, & damnato coitu procreatos, aut procreandos, tam ad honorem, quam ad successionem bonorum burgensaticorum, & feudalium legitimare, & habilitare*, ut legitur in commissione Proregis inserta per *Tassonum in pragmatica de antephato, versi. 2.* 156 *observat. 2. fol 42.* ubi etiam leguntur verba, *ut si alter nos*, & similia, quæ omnimodam Proregibus tribuunt potestatem, exceptis in casibus expresse prohibitis. *Reg. Tap. decis. Suprem. Ital. Senat. 23. numer. 10.* & proinde *De Ponte in loco* supra citato inter alias potestates dicit, Proregem posse legitimationes prædictas facere, quod etiam dicit *Tassor. in dict. pragm.* 157 *numer. 106. in fin.* & decisum refert *De Marinis quotidian. resolut. des. capit. 255.* & sic Comes Palatinus hanc potestatem legitimandi habet, quando ea specialiter in privilegio, sive commissione data fuerit, etiam extantibus legitimis & naturalibus, *Gayl. observ.* 142.

142 *num. 9. lib. 2. Aquilinus in dict. §. & quid si tantum, num. 159. Soc. ibidem num. 12. Ias. num. 89. Alex. cons. 67. numer. 15. & consil. 94. num. 4 lib. 1. Fellerse. de sen. cons. 57. Bald. cons. 56. vol. 5. Peregrin. de fideicommiss. d. art 23. nu. 57. Pat. dec. 89. lib. 2.*

158 Nec deficere justam causam in hac legitimatione, dicebatur; nam nonnullæ afferebantur. Prima namque erat agnationis conservatio, cum non habebat Jo. Thomas legitimos, & naturales, maxime ubi adest desuper narratum statutum; quam causam esse justam, & probabilem, quamvis non exprimatur, sed sufficere, quod ex narratis colligatur, & sufficientem esse etiam, ut per Comitem Palatinum legitimetur, dicit *Iacob. Philipp. Port. cons. 105 numer. 26. post Soc. jun. in d.* 159 *cons. 97. nu. 31. vol. 1.* Reipublicæ enim interest, familiæ conservatio, *l. 1. §. denunciare, ver. publice, ff. de ventre inspic. Rot. dec. noviss. par. 2. dec. 120. nu. 12. Cyriac. Niger* 160 *controvers. lib. 1. c. 137. nu. 13.* & quod conservetur agnatio, etiam per filium legitimatum, late fundat *Tiraq. in l. si unquam. ver. susceperit, num. 84. C. de revoc. donat. Afflict. in Constit. In aliquibus, nu. 10. Mart. de success. legal. par. 1. quæst. 18. art. 7. num. 9.*

161 Secundam causam satis justam, & probabilem esse asserebatur, quia processit ex voluntate patris, qui legitimationem ordinavit, *Corn. cons. 1. num. 22. vol. 3.* & ei ultimo loco uti filio legatum fecit, & sic adest favor 162 ultimæ voluntatis, cui ex juribus multum suffragatur, argumento *text. in l. 1. C. de sacros. Eccles. & l. in testamentis, ff. de reg. jur. & l. 1. C. de fideic.* cum similibus, & hanc sufficientem esse causam, post *Bart.* & alios in *d. l. Gallus, §. & quid si tantum* voluerunt *Alex. cons. 188. vol. 5. Ias. in l. filius familias, §. divi, in 2. lect. n. 6. ff. de legat. 1. & cons. 118. vol. 3. Gozadin. Soc. Galvanl.* & alii per *Iacob. Philipp. Port.* allegato *cons. 105. num. 29.* cum *seqq.* ubi contrariis respondet, *Paris. d. cons. 1. num. 109. lib. 1. Reg. Rovit. in pragm. 4. de feud. num. 33. Capyc. in investitura, in verbo legitimatio, Gabriel. comm. opin. lib. 6. conclus. 8. numer. 3. Gamma decis. Lusit. 268. num. 4. Rocc. collectan. decis. 652. & 108. Thoro in Compend. decis. part. 1. in verbo Legitimatus cum clausula, Mart. de success. legal. d. art. 7. num. 16. Rota decis. 38. part. 2. in recent. Merlin. de legitim. tit. 2. quæst. 9. num. 7. Menoch. consil. 19.* qui cæteros allegat.

Quoad tertium, & ultimum articulum, quod non poterat Joann. Thomas pater plus relinquere Scipioni filio legitimato, vel legitimando, quam filiabus legitimis, & naturalibus, afferebatur doctrina *Angel.* 163 *in d. §. quoniam, in authen. quibus mo. d. natur. effic. sui,* per illum *text.* & licet *text.* ille loquatur in legitimato per oblationem Curiæ, tamen idem juris esse in legitimato per Principis rescriptum, tenet idem *Ang. ibidem,* & in *§. in rebus*, eodem *tit. Roman. in l. necessarius, ff. de acquir. hæredit.* & alii per *Tell. Fernandez in d. l. 9.* 164 *Tauri, numer. 28.* ubi, quod ista sit communis opinio, secundum *Dec. in cons. 393. Costa in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, in 2. par. num. 127.* & dat rationem *Tell. Fernandez ubi supra*, quia quamvis de jure potest pater ad libitum disponere, relinquendo filiis legitimam, tamen non debet esse pejoris conditionis filius legitimus, & naturalis, quam legitimatus, *Bal.* & alii in *d. cap. per tuas, qui filii sint legitim. Gilmon de la Mota in add. ition. ad Molin. de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 2.*

Tamen respondebatur prædictis, quod contra adest 165 opinio communis omnium fere *DD.* qui dicunt, quod pater qui potest de ejus bonis disponere, potest etiam relicta legitima filiis legitimis, & naturalibus, de reliquo ad libitum disponere in beneficium filii legitimati per Principis rescriptum, quando in legitimatione est facta mentio de illis, ut supra fuit probatum, tanto magis, quando non adsunt filii masculi, sed tantum fœminæ, & sumus ubi viget statutum exclusivum fœminarum stantibus masculis, ut præter alios dixit *Menoch.* in allegato *cons. 1026. num. 15.* cum *seqq. Eugen. cons. 57. numer. 89. Seraphin. d. decis. 1351. De Marin. d. cap. 55. Beroiu cons. 174. vol. 2. Theodor. d. allegat. 18. Thob. Nonius cons. 76. num. 25. Reg. Merlin.* in sæpius citata *controvers. 1. Sarmient. lib. 1. select. cap. 8. numer. 4. Bertrand. cons. 112. nu. 29. vol. 2.*

167 De aliis vero oppositionibus, nempe de dispositione *legis hac edictali, C. de secund. nupt.* & de *l. filia mea emancipata, & ægra, ff. solut. matrimon.* non fuit habita ratio, nam primus *text.* non procedit, nisi in casu, quo pater plus donasset filiis secundi matrimonii, quam primi, & hoc ea ratione, quia pater magis diligere solet filios secundi matrimonii, & ex precibus & suasionibus secundæ uxoris præsumitur velle excorare filios primi matrimonii, quæ ratio cessat in casu prædicto, cum Scipio sit susceptus ante matrimonium, nec sumus in donatione, sed in ultima voluntate, quo in casu non habere locum dispositionem prædictam, habetur per *Franch. decis. 583. numer. 2. Reg. Rovit. decis. 22. De Ponte consi. 35. numer. 27. lib. 1. Farin. decisi. 121. tom. 2.* & *text. in dict. l. filia mea* procedit, quando per actum inter vivos prætendit testator in ultima constitutus in fraudem bona alienare, ad evitandum jus successionis, ut dixit *Cephal. cons. 435. nu. 107. Rimin. consi 211 nu. 7. lib. 1. & consi. 46. nu. 8. lib. 2. Ego in dec. 22. nu. 51.* cum *seqq.*

Quibus omnibus discussis in Collaterali Consilio, visum fuit, non fuisse necessarium prædictos articulos determinare, tanto magis, quia jam erat introducta lis in Sacro Consilio, nec rei veritate in legitimatione erat formandum judicium, nec partes audiendæ, maxime instante parte, sed sufficiebat, Scipionem fuisse in possessione, seu quasi filiationis exnominatione, & instantia facta à patre pro legitimatione, & 168 ex alia facta in testamento, ex quibus reiteratis nominationibus, & petitione non erat dubium, esse in dicta quasi possessione filiationis, *Surd.* in allegato *consi. 1. numer. 4. Rolana. à Valle consi 22. numer. 3. Ruminald. consi. 329. numer. 9.* & alii supra relati. Immo de stylo Cancellariæ semper fuit observatum, quod petente patre fit legitimatio, absque alia probatione filiationis, quia semper intelligitur reservatum jus partibus, in judicio ordinario contrarium probare pro suum interesse. Et proinde die 21. Junii 1646. fuit resolutum, quod expediatur privilegium legitimationis in personam Scipionis Fazzali, tam quoad honores, quam quoad successionem, demptis tamen bonis feudalibus, & antiquis, obventis quondam Joan. Thomæ patri ab agnatis, & cognatis, citra tamen præjudicium legitimæ prolis, & nihilominus Sacr. Consil. super omnibus deductis, deducendis in eodem Sacr. Consi. etiam 170 orientibus ex concessione prædicta justitiam faciat, sublato de medio decreto interposito per Spectabilem 171 Præsidem ejusdem Sacr. Consil. sub die 4. Augusti 1645. Diximus demptis bonis feudalibus quia non est solitum de stylo Cancellariæ admittere filios naturales, etiam legitimatos, ad successionem bonorum feudalium, & in omnibus fere legitimationibus in pro- 172 cessu productis fuit observatum, esse excepta bona feudalia: respectu vero bonorum Consuetudini subjectorum certum est, quod legitimatus in eis non poterat succedere, quia per ipsam sunt vocati agnati ex pacto Civium, & providentia Consuetudinis, & propterea legitimati in eis non succedunt, ut dixit *Najodan. in Consuetud. Si quis, vel si qua, de success. ab intest. in verb. legitimus, numer. 171.* ibi ponderando illud verbum *legitimis, in princ.* & ibidem *Addentes*, & præcipue *Pisanell. Capyc. & Reg. Consil. Provenzal. observat. 10. per totam*, idemmet *Capyc. dec. 194.*

173 Diximus etiam, sublato de medio decreto Spectabilis Præsid. Sacr. Consil. ex eo, quia ad ipsum nullo modo spectabat interponere decretum prædictum cum legitimatio, & clausulæ in legitimatione apponendæ spectent ad Principem legitimantem, sive ad ejus

174 ejus Vicarium, ejusque Collaterale Consilium, cum sit donum Principis, ut supra diximus, *Bald. in d. l. nam ita Divus, ff. de adopt. Peregrin. de fideicommiss. d. art.* 175 33. *numer.* 51. & quamvis Praeses Sacr. Consil. firmet privilegium, tamen non firmat uti Praeses, sed uti Logotheta, & Viceprotonotarius Regis, cujus officium erat in Regno loco Magistri Scriniorum, ut dixit *Andr. de Barul. & Luc. de Penna in rubr. C. de Magistr. Scri-* 176 *nior. lib. 12. Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de officio Logothetae, & Protonotarii, num. 4.* & officium Logothetae idem fere est, quod Scribae, ut exponit *Volaterr. lib. 29. in glos. in tit. de Magistrat. Graecorum*, & antiquitus tres erant Logothetae, unus dicebatur magnus Logotheta, alter expeditionum, & alius Turmarum, quae quamvis essent duo in Regno officia, tamen postea fuerunt unita, & annexa Magno Logothetae, ut per *Frecc. in loco supra citato, numer. 27.* & officium Protonotarii erat primum in Consilio, Logothetae vero primo scribere, quae decreta erant, & *numer. 28.* quaerit, si Protonotarius non apponit manum in privilegio cum data an teneat, & videtur sentire, quod non, quia non habet omnia solemnia; hinc inolevit practica, quod 177 hodie cum praedictum officium Logothetae, & Protonotarii quod exercetur per Praesidem Sacr. Consil. & Viceprotonotarium sit unitum, Praeses praedictus subscribit legitimationes uti privilegium à Principe concessum, licet hodie hoc officium Magistri libellorum 178 apud Regentes Cancellariam resideat, ut dixit *Budeus in l. ne quicquam, ff. de offic. Proconf. Surg. de Neap. illustr. cap. 26. numer. 16.* qui *numer. 17.* tradit, quod isti libellorum Magistri, vel à Nerone, vel non multum post ipsum originem habuerunt, prius enim ipsi-181 met Principes libellos subscribebant, & illos signabant, ut habetur ex *Pancirol. in Notitia Imper. Oriental. capit. 116.* si vero, qui ex ordine Magistri libellorum responsa, sive decreta in libellis scribunt, hodie Scribae à mandatis vocantur; & ideo officium Protonotarii, quod per prius erat legere scripturas coram Rege, & 183 illas conservare, per ipsum non exercetur, sed per Regem Catholicum fuit translatum in Secretarium Regni, & Scribae à mandatis legunt memorialia coram Regentibus ut dixit *Tasson. in pragmatica de antepha-* 184 *to vers. 3. observat. 3 numer. 287.* sicuti nonnulla alia, quae ad ejus officium spectabant per ipsum Praesidem non exercentur, neque per Viceprotonotarium, ad quod officium, ut plurimum, solet Rex substituere Praesides Sacr. Consil. qui uti Viceprotonotarii creant Judices ad contractus, & Notarios, & exigit emolu-185 menta, & quando legitimatur aliquis à Principe, ducatum unum pro qualibet firma habet, ut per *Tasson. loco citato num. 135. & seq.* & post Proregem, & unum ex Regentibus firmat privilegium legitimationis, nec potest dare legem, neque formam ipsi legitimationi, sed illa pertinet ad Proregem concedentem, ejusque Collaterale Consilium.

OBSERVATIO IN DECISIO. CLXVI.

SUMMARIUM.

1 *Princeps an possit filium spurium legitimare, ut sibi succedat, & num 3*

Papa, Imperator, Rex, & Princeps non recognoscentes superiorem possunt proprium filium spurium legitimare, ibid.

2 *Tex. Genes. cap. 21. dicens: Ejice Ancillam, & filium, &c. quomodo intelligatur.*

3 *Inferior, qui superiorem recognoscit, & subest Imperatori, vel Regi, & ab eo habet facultatem legitimandi an possit proprium filium legitimare.*

Legitimare an possit proprium filium Rex, vel inferior ab eo facultatem habens, & num. 6.

4 *Bartolus habuit privilegium inter alia, à Rege Carolo IV. Romanorum Imperatore legitimandi.*

5 *Filii Presbyterorum illegitimi legitimati, vel dispensati possunt promoveri ad clericales ardines, immò ad Episcopatum, & Papatum.*

Salomon fuit filius adulterinus, & tamen ei datum fuit Regnum à David patre suo, ibid.

6 *Filii adulterini, illegitimi, & spurii soleat esse acutiores ingenio, & perspicaciores filiis legitimis, & adducuntur exempla.*

7 *Bartolus in aterna juris doctrina insignis non fuit expositus, ut quidam ajunt, & ubi, & à quo literas didicit, & nu. 8.*

Et qua anno aetatis sua incepit Ius civile audire, & quo anno publicè de Iure respondit, et quo anno doctaratus fuit, ibid.

8 *Bartoli pater vocabatur Franciscus.*

Bartoli vita conscripta in principio prima partis, ff. veter. ibid.

9 *Parochi libris an credatur circa aetatem, et matrimonia.*

10 *Aetas quomodo probetur per testes, conj. flurat, et in dicem.*

Testes deponentes de aetate quid dicere debeant, ibidem.

11 *Aetas an probetur ex attestatione patris, vel matris, et ex libro patris, et nu. 12. 15. et 16.*

13 *Aetas probatur ex testimonio sanctuli, idest patris spiritualis, seu Compatris.*

Aetas probatur per Obstetricem, vicinas, domesticas consanguineos, & nutricem. ibid. & nu. 14.

14 *Aetas quando probetur per unicum testem.*

AGitur in hac Decisione de potestate Principis legitimandi filios naturales, & spurios; Obser-1 vandum erit, an possit Princeps idem filium suum spurium legitimare, ut sibi succedat, & respondeo cum distinctione.

Nam Papa, Imperator, & Princeps non recognoscens superiorem, potest proprium filium spurium legitimare, non ut patet cum filio, sed ut n ex cum subdito, *tex. in cap. per venerabilem, §. insuper qui filii sint legit.* quem *Ab. ibi num. 13.* singulatem appellat *Prapos. ibid. num. 121. Covarr. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 8. num. 10. Marta voto 57. nu. 9. & 10.* & quamvis *glos. in d.* § *Insuper in verbo Regi gratiam, & l. ej. 10 1. qui jurisdictione num. 9. ff. de jurisdictl. omn. Iudic.* teneant contrarium, tamen *Covarr.* ibidem dicit non attendum cum *Ias. & glos.* malè textum intellexerint.

2 Nec obstat tex. *Genes. cap. 21.* dicens: *Ejice Ancillam, & filium ejus*, non enim erit filius Ancillae cum filio liberae, & habetur in *canon. non omnis 32. quaest. 2.* ubi etiam dicitur illud à Domino fuisse constitutum, idemque habetur ex *D. Paulo ad Galat. cap. 4.* de quibus locis etiam mentionem facit hic *D. Regens numer. 119.* quia respondetur, quod dicta auctoritas Sacrae Scripturae non urget, dum illud erat praeceptum judiciale legis veteris, & ista judicialia non videntur obligare in lege nova, nisi quatenus sint probata per habentem auctoritatem legis condendae, ad tex. in cap. transla*to de constitut.* & ibi non agitur, an Princeps hoc facere possit, qui est punctus de quo tractatur, ita *Marta d. voto 57. num. 25.* qui etiam respondet ad alias rationes, quae pro negativa opinione adduci possunt. *nu. 9. cum seqq.*

3 Sed major difficultas est de inferiore superiorem recognoscente, qui subest Caesari, vel Regi, & habente ab eo facultatem legitimandi, an possit filium suum spurium legitimare, & negativam opinionem, quod non possit tenent idem *Prapos. ubi supra d. numer. 121. circa med. ad finem usque d. num. Dec. in cap. ex literis 3. numer. 53.* de *probat.* & in *d. l.* qui jurisdictioni *numer. ff. de jurisd. omn. Iud.* & ibi *Ias. ut supra, Soci-*

sen. cons. 95. num. 2. & seqq. tom. 4. Natta in addit. ad cons. Alex. 188. *vol. 5. lit. A.* & absque licentia peculiari ad id impetrata, *Covarr. d. c.* 8. §. 8. *num.* 21.

Affirmativam verò opinionem, quod possit legitimare proprium filium ille, qui superiorem recognoscit, & ab eo privilegium, & facultatem habet legitimandi, tenuerunt *Bal. in l. 3. si Consul. vers. quarta quæstio est, num.* 10. *Alex. d. cons.* 188. *in princip. vol. 5. Io. de Anan. cons.* 29. *num* 4. *vers. sed in contrarium facit*, & post alios videtur tenere *Marta d. voto* 57. præcipuè post *numer.* 10. & *à numer.* 17. *ad finem*, qui quamvis in principio faciat quæstionem simpliciter de Principe, non explicando si sit Rex, vel ab eo habens facultatem legitimandi, an possit proprium filium spurium legitimare, attamen cum priùs alleget pro negativa *Dec. Soc. & Nattam, &c.* & posteà teneat contrà ipsos, qui loquuntur de eo, qui habet privilegium, & facultatem à Rege, vel Imperatore, prout est Comes Palatinus, de quo loquitur *Bal. ubi supra*, vel alius, & non loquuntur *dd. DD.* de ipso Imperatore, & Principe, ac Rege superiorem non recognoscentibus, videtur propterea *d. Marta* hanc affirmativam sequi, eo vel magis, quia *d. Marta à d. num.* 17. *ad finem.* Respondet objectionibus, & rationibus omnibus, quæ a *dd. Dec. Soc. Natta, & aliis* afferuntur, qui loquuntur de inferiore habente talem facultatem à Principe, (quam 4 etiam facultatem habuit *Bart.* inter alia privilegia à Rege Carolo IV. Roman. Imperatore, ut ait *Ias. in l. quidam cum filium num.* 36. *ff. de verb. oblig.*) non de ipso Principe superiorem non recognoscente: Tu tamen Lector teneas eam sententiam, quæ tibi videbitur magis rationabilis in tali discrimine opinionum, & rationum.

Notandum est etiam filios Presbyterorum, naturales, 5 & illegitimos legitimatos, seù dispensatos posse promoveri ad ordines clericales, immò ad Episcopatum, Cardinalatum, & Papatum, ut est *text.* expressus *in can. Osius dist.* 56. ubi recensentur omnes, qui fuerunt filii Presbyterorum, & promoti ad Episcopatus, & Papatum, & Salomoni filio adulterino fuit datum Regnum à David patre suo, *Marta ibid. numer.* 12. & isti filii adulterini, & spurii solent esse acutiores inge- 6 nio, & perspicaciores legitimis filiis, cum scientiæ sæculares humanæ servituti deservientes fuerint inventæ ab illegitimis, & adulterinis, prout *Genes. capit.* 4. de Jabel qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum, & Jubal, qui fuit pater canentium cithara, & organo, & Tubalcain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri, & Salomon, qui fuit sapientior cæteris, & Romulus, qui Urbem Romam condidit, & Alexander Rex potentissimus, & orbis dominator, & Hercules, qui tàm grandia, ac fortia peregit, aliique multi, ut per *Cassan. in consuet. Burgund. rubr.* 8. *tit. de successions des bastards §. 3. nu.* 9.

7 Et Bartolus lucerna Juris, doctrina insignis, secundum aliquos dicitur fuisse expositum, ut ait *Illephons. Perez de Lara in tract. de anniversar. & Cappellan. lib.* 1. *capit.* 21. *num.* 70 ubi in fine dicit, Bartolum, qui eo tempore magno afficiebatur honore non erubuisse fateri se expositum in *l. quidam cum filium numer.* 8. *ff. de verb. oblig.* sed fallitur, prout falluntur omnes alii, qui idem tenent, nam si verba ipsius *Bart.* rectè inspiciamus, non est verum seipsum fateri expositum, sed quod quidam Frater Petrus de Assisio miræ sanctitatis, qui locum Venetiis erexit, ubi infantes expositi nutriendi recipiebantur, ipsum erudivit, rexit, & custodivit à lapso, & non dicit *Bart.* se ibi fuisse expositum. Verba formalia ipsius *Bart. in d. l. quidam cum filium d. nu.* 8. hæc sunt: *Ego habui unum magistrum, qui me primas literas docuit, qui vocabatur Frater Petrus de Assisio, nunc verò in Civitate Venetiarum vocatur Frater Petrus Pietatis, sic dictus, quia locum ibi erexit, qui domus Pietatis vocatur, ubi infantes expositi nutriendi recipiuntur, vir expertus, nullius hypochrysis, miræ sanctitatis apud me, & omnes qui eum benè noscunt, cui gratias ago exemplo Aquilii Reguli supra de donat. l. Aquilius, qui dum me rexit, custodivit a lapsu, & Dei gratia, & sua doctrina me talem reddidit, quod in 14. anno ætatis meæ in Civitate Perusii sub D. Cyno de Pistorio jura civilia audire incepi, & ejus perseverante gratia taliter continuè studendo profeci, quod in 20. anno Bononiæ repetendo, & disputando publicè de jure respondi, & demum in 21. anno doctoratus fui, & ex multo amore, quem ad illum Fratris Petri benignitatem gero, cum calamus hoc scribit, cordis oculus lachrymatur, ipsèque vir Venerabilis Petrus dixit mihi, quod plures ex illis pueris expositis aliis tradidisset hoc pacto, quod eos non aliter, quam ut filios observarent.* Hæc sunt verba *Bart.* ex quibus non constat se fuisse expositum, sed ab illo Fratre Petro, qui curam expositorum filiorum habebat, literas didicisse, &c. & ideò *Fel. in capit. inter cæteras in principio de rescript.* dixit, quod *Bart.* per ea verba non aperit se fuisse expositum, ut etiam dixit *Cassan. ubi supra numer.* 9. *in fine vers. voluerunt & aliqui*, & com- 8 probatur ex ejus *Bart.* vita conscripta per Thomam Biblovarium, quæ habetur *in princ. primæ partis, ff. vet. impressa Venetiis in sexta editione Iuntarum* 1596. ubi dicitur *Bartolum* natum Saxoferrati ex Patre nomine Francisco, & quod audivit grammaticam sub d. Rev. P. Petro de Assisio viro experto, & miræ sanctitatis, qui Venetiis erexit domum Pietatis, & sic allucinantur, qui dicunt *Bartolum* fuisse expositum.

Nu. 35. & 58. fit mentio de libris Parochi, an illis credatur: Ideò observa, quod circa ætatem, & matri- 9 monia contracta creditur libris Parochi, tanquam confectis à persona ex necessitate sui officii, *Capyciq. decis.* 314. *par.* 1. *Vin. lib.* 1. *decis.* 184. *numer.* 3. & 443. *num.* 5. & 489. *numer.* 9. *lib.* 3. *Genub. decis.* 109. *numer.* 7. *Cavaler. decis.* 444. *num.* 1. & 4. *Rota decis* 750. *num.* 10. *par.* 1. *divers. Mascard.* latè *in* 1. *de probat. conclus.* 673. *per tot.* & 10 ætatem posse probari per testes, & per conjecturas, & indicia, *Surd. cons.* 77. *numer.* 6. & 7. *lib.* 1. *Bart. in l. de ætate, numer.* 7. *ff. de minor.* ubi latè, & præsertim dicit, quòd ubi non posset ætas probari per obstetricem, vel alias mulieres, quæ interfuerunt tempore partus, & viderunt puerum exeuntem de ventre matris, quia ista probatio esset indubitata, tunc posset fieri ista probatio per testes vicinos domesticos, & consanguineos, qui deponere debent, quod antè illum diem erat publicum, & notorium inter vicinos, & consanguineos, quod talis non habebat talem filium, & quod ab ea die cœpit esse notorium, quod talis filius sibi natus erat, & hoc sufficit, ut ait *Bart. ibidem.* itaet etiam *Cavaler. decis.* 475. *num.* 1. & 5. item per designationem temporis, ut si testis dicat talem esse natum in anno, quo fuit coronatio Papæ, vel nativitas Principis, vel quid memoratu dignum, *Ioseph. Ludov. decis. Perus.* 55. *numer.* 8. 47. & *seq. Mascard. de probat. vol.* 1. *concl.* 679. & *Bart. in d. l. de ætate numer.* 7. & quod ætas potest etiam probari ex testificatione patris cum juramento, & ex ejus libro, in quo sit descripta nativitas filiorum, *Capyciq. d. decis.* 314 *nu.* 3. *par.* 1. *Farinac. de test. quæst.* 55. *num.* 177. & in *Repert. de contract. quæst.* 41. *num.* 35. & *DD.* relati per eundem *par.* 1. *fragment. criminal. in verbo ætatem numer.* 168. & per *Mascard. de probat. conclus.* 669. *num.* 7. & *conclus.* 670. *à num.* 1. *ad* 11. *Menoch. lib.* 2. *de præsumpt. conclus.* 51 *numer.* 8. & *c.* & sufficienter dicitur probata absque scrupulo ætas filii ex libro patris, *Vin. d. decis.* 184. *nu.* 14. & 15. & *decis.* 443. *num.* 1. *cum seq. Leo. Vincen. de Anna in singul.* 370. *incip. Pater scribit*, sic decisum refert in causa Marcelli Bozzuti, & iterum decisum refert *Anna filius in noviss. addit. ad d. singul.* 379. *num.* 491. *fol. mihi* 61. in causa Thomæ de Anna sui fratris, & quando tractatur de ætate filii pater, & mater admittuntur 12 in testimonium, plenè probandum *Bart. cons.* 92. *num.*

4. per

4 per totum lib. 1. Vic. d. decis. 184. nu. 16. Dom. de Marin. resol. quotid. tom. 1. cap. 144 num. 7. & valere matris attestationem adest text. in l. etiam 16. ff. de probat. Mascard. d. conclus. 669. num. 10 gl. in aut. si testes, §. testis idoneus in verbo filio lit. B. la prima, Bart. d. cons. 92. num. 4. & 6. qui numer. 5. & 6. idem dicit de Sanctulo, idest patre spirituali, seu Compatre, quod sit testis idoneus pro ætate filii spiritualis, & sequitur Danza in addit. ad Grammat. decis. 48. numer. 26. & Mascard. d. conclus. 669. num. 7. & obstetrices, ut supra diximus probant indubitanter, etiam si sint sorores illius, de cujus ætate probanda agitur Mascard. dict. conclus. 669. numer. 3. & 4. atque etiam per domesticos, vicinos, & consanguineos probari ætatem, ut supra, cum Bart. diximus, tenent etiam idem Bart. d. cons. 92. nu. 6. Gramm. cons. civil. 17. num. 1. Danza ubi supra num. 27. & 28. & cæteri DD. supra relati.

14 Et unicum testem sufficere dixit Bart. in d. l. de ætate ff. de minor. numer. 7. in fin. ibi, Tunc unus testis, vel duo possunt probare nativitatem, quod dictum Bart. intelligit Sforz. Odd. de restit. in integr. part. 1 quæst. 37. art. 6. num. 61. & 62. ut procedat in casibus, in quibus esset probanda ætas testimonio obstetricis, vel nutricis, vel matris, vel Parochi, &c. Cum enim isti regulariter non soleant habere contestes, & unici sint ad hunc actum, testimonium eorum, etiam si sit testimonium unius fidem tamen faciet, sicut aliàs duorum, per ea, quæ tradit ipsemet Bart. in 1. cons. ff. nu. 9.

15 Contrarium tamen tenuerunt alii DD. quos referunt supra citati DD. nempè librum patris solum semiplenè probare; & idem de testimonio patris, vel matris. Alii tandem conciliant has opiniones distinguendo, quod talis liber cum juramento patris si vivit, probat plenè, idem si est mortuus, quia mors est loco juramenti, &
16 illud supplet, secus absque juramento, nisi adsint aliæ præsumptiones, & adminicula; & quod testimonium patris, vel matris solum semiplenè probat, nisi sit adminiculatum aliis præsumptione, & quid si agatur de favore filii contra alium, vel de favore extranei contra ipsum filium, vel si agatur de commodo filii contrà ipsum patrem, latè tractant, & distingunt supra relati DD. nempè Vin. d. decis. 443. num. 3. & 4. Cravett. de antiquit. temp. in 8. sect. prima partis incip. Vidimus, & abundè num. 34. & 35. fol. mihi 89. Menoch. d. præsumpt. 51. à num. 10. & seq. & de arbitr. casu 86. numer. 4. & 5. Mascard. d. conclus. 669. à numer. 7. cum seq. & conclus. 670 per totam, Gramm. decis. 48. num. 12. & 13. ubi Add. de Mari à num. 13. ad 17. Farinac. de testib. dict. quæst. 54. à d. num. 177. cum seqq. & in Repert. de contract. qu. 41. num. 32. 33. & 34. & in fragm. criminald. part. 1. verbo ætatem num. 171. 172. & seqq. Sforz. Odd. d. part. 1. de rest. in integr. quæst. 37. art. 5. per tot. & art. 12. per tot. Iesepl. Ludov. comm. conclus. lib. 1. conclus. 29. ampliat. 26. Cardin. Mantica decis. 25. decis. 58. num. 6. & 8. & dec. 214. num. 3. & seq. & alii. quos brevitatis causa reticeo, an verò sit amplexanda prima opinio suprà relata à num. 10. ad 13. cum sit corroborata decisionibus, cogitet tu lector.

M. A. Cizzinus

ARGUMENTUM.

Delictum an, & quando dicatur esse notorium, & an in eo procedendum sit cum citatione, & quid in crimine læsæ Majestatis de jure Regni ex Capitulis incipientibus Nuper apud Tranum, & Bona proditorum late examinatur.

SUMMARIUM.

1 Citatio in delictis notoriis, & manifestis an & quibus in casibus sit necessaria, & num. 2. refertur opinio negativa, & num. 10. & affirmativa, quæ magis communis dicitur, æqua & probabilis, num. 11. cum distinctionibus de quibus à nu. 12.
Et an ad hoc referat, quod agatur ad repellendum, aut ad puniendum, quodque quæstio versetur in quæsitis, vel in quærendis, nu 60.
3 Ordo juris non est servandus in notoriis.
4 Libellus non est necessarius, neque litis contestatio in notoriis.
5 Citatio in notoriis delictis regulariter est necessaria.
6 Citatio est solemnitas juris naturalis, quæ omitti non potest, & nu. 9.
7 Condemnari quis valide non potest sine citatione, quæ est principium, & fundamentum ordinis judiciarii.
8 Citatio ex nonnullorum sententia est de jure Divino.
13 Citatio in notoriis tunc locum non sibi vendicat, quando reus nullam habere potest defensionem; secus est, quando probabile est, posse aliquam defensionem habere, numer. seq. vel quando sumus in dubio, an possit competere, nu. 15.
16 Delictum esse tam notorium; ut nullam possit habere defensionem, sive circumstantias excusantes eum, difficile est.
17 Excusationes contra notorium multa fieri possunt, cumulative.
18 Sententiæ nimis festinatæ, & acceleratæ in notoriis sine citatione sunt odiosæ.
19 Iudex delegatus procedens super notorio debet necessario cum citatione procedere.
20 Iudex ordinarius procedens super notoriis, si sibi uti Iudici id non est notum, tenetur citare reum, & quare.
21 Citatio in omni casu est facienda, vel saltem monitio.
22 Notorium regulariter est excusabile.
23 Defensiones tunc non sunt necessariæ in notoriis, quando reus confitetur, nullum habere excusationem, & etiam nulla tergiversatione potest celari, aut excusari.
24 Delictum ut sit notorium, debet etiam qualitates notorias habere.
25 Citatio in notoriis non est omittenda, quando agitur contra absentem.
26 Princeps contra absentem non citatum procedere minime potest.
27 Sententia in delicto notorio nulla, & sine qua citatione ferri non possit.
28 Citatio non est necessaria in declaratoria delicti notorii, sed tantum quando reus condemnatur.
29 Citatio aliqua, sive monitio in delicto notorio secundum magis communem opinionem de jure communi est necessaria, maxime quando reus non solum ob delictum est condemnandus, sed etiam feudo, & aliis rebus allodialibus privandus.
30 Capitulum Regni Nuper apud Tranum explicatur, & num. 34. & 35.
31 Notorius proditor est ille, cujus excessus evidens, & notorius est, & sine exceptione, vel excusatione aliqua damnari potest.
32 Proditor occultus condemnari non potest, nisi citatus, confessus, aut convictus, & ad suas defensiones admissus.
33 Pactum inter creditorem, & debitorem, quod procedatur sine causæ cognitione, aut partis citatione est validum: tamen ante executionem faciendam à Iudice talis qualis causæ cognitio, saltem illa, quæ est in l. à Divo Pio §. 1 & §. commodis, ff. de re jud. præcedere debet.
36 Sententia declaratoria contra notorium, & manifestum rebellem est necessaria, declarando; illud crimen fuisse commissum, aliàs pœna non poterit habere executionem & num. seq.
38 Rex non potest causa non cognita reum de culpa non convictum feudo privare.

1 Dicebat Regius Fiscus, quod non erat opus citatione, quia delictum erat notorium, & manifestum, & in notoriis non esse necessariam citationem, habetur ex *gloss. in capit. ab excommunicato, de rescript.* & videndus est *Anton. de Butr. de notor. art. 4. num. 11. vers. nunquid autem notorietas*, ubi disputat articulum, & dicit, Doctores satis variare in hac materia, quia modo affirmativam, modo vero negativam sequuti fuerunt opinionem, & *Innoc. in loco* per ipsum citato modo dicit, citationem requiri, modo non requiri.

2 Sed quod non requiratur citatio in notoriis, tenuerunt idem *Innoc. in capit. bona, de elect.* ubi etiam *Dec. num. 34. Ant. de Butr. in cap. in nomine Domini, de testib. Becc. cons. 118. num. 27. Fab. Turcett. in cons. 86. num. 26 lib. 1. Bal. in l. qui testamento, §. per contrarium, ff. de testament. Cassador. decis. 5. numer. 8. Tepat. de in jus vocand. cap. 8. vers. secundo limitatur, Borrell. in summa decis. tit. de citat. num. 343. Afin. de exeq. cap. 32. num. 1.* alios refert *Franc. Baron. de citat. quæst. 18. numer. 47. Roman. sing. 8. numer. 3. Mill. in repertorio, in verbo citatio, Gabriel. comm. conclus. tit. de citat. concl. 1. num. 5. vers. contrarium, Abb. cons. 3. numer. 2.* & alii per *Grattos. Vbert.* in eodem *tract. de citat. cap. 8. num. 208. Oldrad. cons. 213. Socin. in regul. 406. fallent. 1. & cons. 87. col. 8. vol. 3. Gramm. decis. 36. numer. 58. decis. 65. num. 55. & decis. 10. per totam, Peregr. cons. 15. numer. 26. vol. 1.* quod probari videtur in *cap. cum olim, de sent. & re jud. & in cap. ex insinuatione, de appellation. Tiraq. in tract. res inter alios acta, vers. postremo, Vant. de nullitat. ex defectu citat. num. 20 Menoch. de recuper. possess. remed. 14. num. 159. Farinac. quæst. 21. numer. 66.* & est

3 ratio, quia in notoriis ordo juris non servatur, *capit. pervenit, extra de testib. & ad nostram, el secondo, de jure jur.* nec est necessarius libellus, neque litis contestatio,

4 *Farinac. ubi supra nu. 60. cum seqq.* ubi *DD. allegat.*

In contrarium vero, quod etiam in notoriis sit ne-

5 cessaria citatio, facit primò generalis regula, sumpta ex *text. in l. de unoquoque, ff. de re jud. l. nam ita Divus, ff. de adopt.* & post alios dixit *Minsynger. observ. 91.*

6 *cent. 2.* est enim citatio solemnitas juris naturalis, quæ omitti non potest, *Afflict. decis. 245. numer. 10. & decis. 307. in fin.* & est principium, & fundamentum ordinis judiciarii, ita ut non possit quis valide condemnari, si non fuerit citatus, item *Afflict. dec. 181. numer. 3.*

7 immo nonnulli tenent, quod sit de jure Divino: Deus

8 enim antequam Adam primum nostrum parentem condemnaret, dixit, *Adam, ubi es? Bart. in extravag. ad reprimendum, super verbo, & figura, Franc. Marc. decis. 659.* & quod citatio nullo modo omitti possit,

9 *Caballin. milleloqu. 834.* & propterea contrariam opinionem, etiam in notoriis requiri citationem, dixe-

10 runt *gloss. in cap. cum dilectus filius, in verb. indicenda, de purgat. canon. gloss. in cap. ad nostram, il terzo, verb. observandus*, ubi *Io. Andr. Ant. de Butr. & Abb. de jure jur. Alex. in l. emptorem, ff. de act. empt. Bald. in l. presbyteri, C. de Episc. & cleric. Innoc. in capit. ex ratione, de appellat. Archid. in c. quæ Lotharius 2. quæst. 1. Loffred. cons. 48. num. 2. Specul. in tit. de notoriis crim. §. 1. vers. sciat*, ubi *Io. Andr. in Apostill. in §. jam de notorio, vers. quædam sunt*, & alii per *Ant. Gabriel. comm. conclus. dict. tit. de citat. concl. 1. num. 2. ampliat. 1. Rota Genuens. decis. 104. nu. 19. Nicol. Vigell. decis. 6. cent. 6. Borrell. in summa decis. d. tit. de citat. numer. 113. Guazzin. ad defens. reor. defens. 10. numer. 3.* latissime *Franc. Anton. Costa in cons. 1. per totum, Cumia in Rit. Regn. Sicil. cap. 74. num. 7.* cum aliis adductis per *Capram in tract. de notor. membr. 4. num. 20. & 27. Hippol. de Marsil. in rubr. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Roland. à Valle cons. 53. numer. 34. vol. 3.* & de magis communi,

11 æquiori, & probabiliori opinione testatur *Boss. tit. quomodo procedatur in crimine notor. num. 6. vers. & licet, Bald. in margarita, in verbo notorium, vers. 3.* & alii innumeri.

12 Et sic cum satis controversa sit opinio, ideo ad eam conciliandam diversæ fuerunt factæ à *DD.* distinctiones: alii enim dicunt, primam opinionem locum si-

13 bi vendicare, quando nullam potest reus habere defensionem, secundum communem opinionem, de qua per *Collegium Florentinum inter consilia Curtii senioris, cons. 21. num. 15. Hieron. de Tort. inter consil. Bruni cons. ult. numer. 30. Capra dict. 4. membr. in tract. de notor. numer. 29. Ægid. Boss. d. tit. quomodo proced. in crim. notor. vers. & licet, cap. cum sit Romana, & cap. consuluit, de appellat. Abb. in cap. ex insinuatione, in fin. eodem tit. de appell. DD. in capit. 1. de caus. possess. & propriet. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 17. num. 15.* Quando

14 vero probabile est, posse reum aliquam habere defensionem tunc procederet secunda opinio, quod citatio sit necessaria, *Boss. ubi supra, Clar. in §. fin. quæst. 9. in prax. crim. vers. quæro, nunquid in notoriis. Aret. cons. 163. num. 7.* ubi dicit, hanc opinionem esse veriorem, probabiliorem, communiorem, & sequendam, *Gomez. tit. de delict. cap. 1. num. 43.* ubi late juribus, & authoritatibus hanc opinionem comprobat, *Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 255. numer. 14. cent. 3. Farin. d. quæst.*

15 *21. numer. 72.* ubi testatur, communiter esse receptum, quod sit necessaria citatio, quando aliqua potest reo competere defensio, vel sumus in dubio, an possit competere, *Odd. in cons. 72. num. 8. Iul. Carthar. decis. 61. num. 16. Asin. ubi supra, limit. 63.* sub *num. 3. & limit. 35. Rocc. collect. decis. 5145. Peregrin. de jure fisci, lib. 1. tit. 3. num. 61. Calnol. in prax. in §. citatio, concl. 6. Borrell.* loco citato *num. 113.* cum *seqq. Barbat. in d. cap. bona, de elect. num. 5.* & alii per *Baron. dict. tract. de citat. quæst. 18.* sub *num. 48. Grammat. dict. decis. 65. num. 9.*

16 Qua distinctione attenta difficile est, delictum esse tam notorium, ut nullam possit habere defensionem, sive circumstantias occurrentes, excusantes eum, *Hostiens. in capit. cum sit Romana, de appellat.* ubi quod multæ

17 possunt fieri excusationes contra notorium, *cap. quanto, de translat. Episc. Ant. de Butr. in d. tract. de notor.*

18 *art. 4. numer. 13.* ubi quod tales sententiæ nimium festinatæ, & accceleratæ sunt odiosæ, *l. si finita, §. si forte, ff. de damn. infect. capit. cum Bertoldus, de re jud.* & in

19 Delegato procedente super notorio necessariam, dicit esse citationem per *text. in capit. 1. de offic. de legat.*

20 *lib. 6.* & in ordinario Judice, quod si sibi uti Judici non erat notum notorium, arctatur ad citandum, alias in ejus potestate esset defensionem subtrahere, quod non est dicendum, *capit. cum inter, de except.* sit tamen,

21 quod semper omni casu erit citatio facienda, vel saltem monitio, ex *Butr. in cap. vestra, de cohabitat. cleric. & mulier.* & post eum *Boss. in d. tit. quomodo procedat. in crim. notor. num. 5. Abb. in d. cap. vestra*, ubi dicit, quod regulariter notorium est excusabile, &

22 *Boss. numer. 6.* ait, quod bene dicit, & ideo concludit,

23 quod tunc non est necessarium procedi ad dandum defensiones, quando reus confitetur, nullam habere excusationem, & nulla tergiversatione potest crimen celari, aut excusari, & quod hanc practicam servat totus Mundus.

Insuper considerabant in hoc articulo, quod quam-

24 vis delictum sit notorium, tamen potest esse, quod qualitates non sint notoriæ, ut post alios dixit *Farin. in d. tract. de citat. quæst. 18. numer. 49.* item distingui-

25 tur, quando agitur contra absentem, vel præsentem, quia quando proceditur contra absentem citatio omitti non potest. *Clar. dict. quæst. 9.* sub *vers. quæro, nunquid*, & esse communem theoricam testatur *Roland. à Valle cons. 68. num. 14. lib. 2.* & eum refert ideo *Clar. quæst. 31.*

26 *in princ.* ita ut nec Princeps contra absentem non citatum procedere possit, secundum aliam communem, de qua per *Corset. in repert. Abb. in verbo Princeps, vel Papa, Socin. inter consil. Curt. senior. cons. 20. num. 4. Capra in tract. de notor. 4 membr. numer. 20.* & alii per *Farin. d. quæst. 21. nu. 63. limit. 1.*

27 Alii

27 Alii autem dixerunt, quod quando delictum est notorium, potest procedi ad sententiam absque citatione, intelligendo de illa trina monitione, quæ requiritur, non autem, quod non sit necessaria unica citatio ad minus, quod probari videtur ex *gloss. in can. omnes decima 16. quæst. 7. Felin. in capit. 2. de sponsal. col. 2.* qui loquuntur in sententia excommunicationis, *Covarr. in cap. alma mater, §. numer. 5. Io. Franc. Costa in d. consil. 1. num. 114. cum seqq.* ubi alios *DD.* recensuit.

28 Et tandem alii etiam dixerunt, quod in sententia declaratoria non requiritur citatio, sed tantum quando reus condemnatur est necessaria, *Gabriel. commun. conclus. d. tit. de citat. concl. 1. num. 8.* ubi allegat *Mil. le. in prax. crimin. in §. quærens testes, vers. ita autem, fol. 6.* sequitur *Vbertus de citat. cap. 8. num. 211.*

29 Ex quibus videbatur, quod de jure communi secundum magis communem opinionem sequirebatur aliqua citatio, sive monitio, ex quo nedum ob delictum veniebat uti reus condemnandus, sed etiam feudo, & aliis rebus allodialibus privandus; verum adhuc considerabatur, hoc esse absolutum de jure Regni per 30 *Capit. incip. Nuper apud Tranum*, quod scilicet in delicto notorio, & manifesto citatio non sit necessaria, ibi, *non obstante aliquo constitutione, vel aliquo jure scripto, & non scripto. Et maxime non obstante eorum absentia, & quod non sunt citati ad loca rebellium, vel extra Regnum effugerant seu latitant, ita quod citatio non possit commode ad eorum notitiam pervenire, & manifestum, & notorium est, quod rebellarunt contra Regiam Majestatem*, per cujus *Capituli* intelligentia quoad prædictam citationem videndus est *ibi Luc. de Penna* 31 *in verbo notorium*, ubi dicit, quod notorius proditor est ille, cujus excessus evidens, & notorius est, & sine exceptione, vel excusatione aliqua damnari potest, ut in *can. in nomine 23. distinct. & can. lator 2. quæst. 7.* si 32 vero esset proditor occultus, dixit, condemnari non potest, nisi citatus, confessus, aut convictus, & ad suas defensiones admissus, *can. nos in quenquam 2. quæst. 1.* & se remittit ad ea, quæ scripsit in *l. fin. C. de agric. & cens.* quo in *loco in vers. secundo ex præmissis* quæ33 rit, si adest pactum inter debitorem, & creditorem, ut sine ulla causæ cognitione, aut partis vocatione ad simplicem creditoris petitionem possit, & debeat Judex solum instrumento obligationis inspecto in rei obligatæ possessionem inducere creditorem, & arguendo pro, & contra tenet, quod valet pactum, tamen *in fine* concludit, quod talis qualis causæ cognitio ante exequutionem præcedere debet, saltem illa, quæ est in *l. à Divo Pio, §. 1 & §. commodis, ff. de re iudic.* & sic concludit, quod etiam in casu, in quo inter partes fuit conventum, ut sine citatione procedatur, adhuc requiratur talis qualis causæ cognitio, & *Napod.* in eodem *Capit. Regni Nuper apud Tranum in addit. in verbo applicentur* reassumendo dispositionem dicti *Capit.* 34 dicit, quod ex eo statuitur novum jus, ut sine sententia bona proditorum publicentur, cum de jure communi secus erat, *l. si vacantia, C. de bonis vacant. lib. 10. & in capit. 1. de feud. sine culpa non amitt.* & quod 35 *Capitulum* loquitur in manifestis, & publicis proditoribus, quorum detestabilis, & popularis error invaluit, quasi publicum esset, in Regno præcipue; nec posset ipsorum crimen, eorum, vel aliorum dissimulatione cælari, aut negotiatione: contra quos de facto per potentiam proceditur ad ipsos conculcandos, & gladio perimendos, & deinde subdit, quod in *d. capit.* statuitur aliud jus novum, ubi non requiritur citatio nem, quod est contra *legem bene à Zenone, C. de quadrien. præscript.*

36 Et ideo contra istum notorium, & manifestum rebellem non poterat procedi, nisi fuerit uti talis per sententiam declaratus, ut dixit *Isern. in cap. 1. de feudo sine culpa non amitt.* & ibi etiam *Bald. & de pace constant. in verbo public. latrun. in fine*, ex regula tradita per *Io. Andr.* post *Archid. in cap. pro humani, de homic. in 6.* per *tex. in cap. cum secundum, de hæretic. Luc. de Penna in l. 2. C. de defensor. lib. 12* & post ipsos *Grammat. decis. 15. num. 7. & seq. Niger in d. cap. Regni Nuper apud* 37 *Tranum*, sub *numer. 40* & propterea sequitur, requiri sententiam declaratoriam, declarando, illud crimen fuisse commissum, alias pœna non poterit habere exequutionem, ut post *Io. Andr. Archid. et Bald.* tenuerunt idem *Grammat. num. 8. et Niger* sub *dict. numer.* 38 *40. vers. advertendum*, qui amplius dicunt, quod neque Rex poterit causa non cognita reum de culpa non convictum feudo privare, per *text. in d. cap. 1. de feud. sine culpa non amitt. Isern. in cap. 1. §. callidis, de prohibit. feud. alienat. per Federic. Alex. consil. 124. vol. 1. Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum, extra de constitut.* quem refert *Alex. cons. 103. vol. 1. Gozad. cons. 1. num. 36.*

39 Insuper fuit etiam consideratum, quod quamvis per aliud *Capit. Regni*, incip. *Bona proditorum*, quod fuit editum per *Carolum II* notorii rebelles ipso jure dominium eorum bonorum amittant, & Fisco applicentur, tamen adhuc ante sententiam declaratoriam non potest Princeps in corporali possessione se intromittere, nec feudum ad se avocare, absque cognitione, & non facta prius declaratione super feudi privatione, *cap. licet Episcopus, de præbend. in 6. Bald. in capit. quæ in Ecclesiarum, de constitut. et Isern. in d. §. callidis, Alex. dict. cons. 103.* & post ipsos *Grammat. d. decis. 105.* loquendo in propria materia dictorum *Capitulorum Regni, num. 59.* & dat rationem *num. 60* quia omnia jura 40 Mundi disponentia, pro aliquo crimine pœnam ipso jure imponi, intelligi debent, dummodo sequatur sententia declaratoria, alias pœna non posset locum habere, *Io. Anar.* post *Archidiac. in d. capit. pro humani, Bald. in cap. qui semel, C. quomodo, et quando Iudex, et in d. c. 1. de feudo sine culpa non amitt.* de qua sententia declaratoria nonnulla etiam dixi *decis. 73. num. 9. cum seqq.* & in *consult. 6. nu. 165. tom. 1.*

Attamen admisso, citra veri præjudicium, quod in crimine læsæ Majestatis possit procedi absque citatione, quando delictum est notorium, & manifestum, ut dictant verba dicti *Capit. Nuper apud Tranum*, erit primò animadvertendum, si hoc delictum posset dici no41 torium, & quidem notorium dupliciter consideratur, aliud enim dicitur juris, & est illud, quod à jure, vel in judicio oritur, ut habetur ex *Conrad.* in sua *prax. tit. de notor. crim. numer. 6. fol. 279.* quod exemplificatur, 42 quando quis est per sententiam condemnatus, à qua non fuit appellatum, nec reclamatum, vel quando confessus est delictum, & in confessione perseveraverit, ut post alios habetur per *Scacc. de iudic. capit. 75.* 43 *tit. de notorietate delicti, numer. 2.* quæ tamen non proprie, sed improprie esse notoria, dixit *Afflict. in Constit. Regni Humanitate, numer. 32. lib. 2.* & hic non est 44 casus noster. Aliud vero notorium dicitur facti, quod tribus modis intelligitur, transeuntis, sive momentanei, permanentis, & reiterati, ut habetur ex eodem 45 *Scacc. loco citato num. 9.* modo ad hoc ut Judex procedere possit juris ordine non servato, tanquam in delicto notorio, sive sit facti transeuntis, sive permanentis, sive reiterati, quando agitur contra absentem, vel negantem, debet præcedere pronunciatio, delictum esse notorium, ut notat *Abb. in cap. ad nostram, de jur. jur. Gramm. decis. 65. numer. 12. Cardinal. in clem. pastoralis, in princ.* eodem *tit. Feller. in prax. crim. in verbo item est notorius delinquens, num. 13. & 14.* Im46 mo in notorio facti transeuntis, in ejus declaratione debet Judex procedere juris ordine servato, & parte citata, ut post *Io. Andr. in tit. de notor. crim. §. jam de notorio, vers. testes quoque* versus finem additionis, & *Io. de Montemurlo in capit. cum laicus, de foro compet. in 6* voluit *Fran. de Aret. cons. 163.* sub *numer. 5.* qui hanc conclusionem multis *DD.* authoritatibus comprobat,

probat, *Æmill. Ferrett. consf. 31. num. 5. lib. 1. Clar. in d. §. fin. quæst. 9. num. 7. Mascard. de probat. conclus.* 1105. *num.* 10. & quamvis in notorio facti permanentis, nonnulli 47 dicant, in ipsa notorii declaratione esset procedendum, juris ordine non servato, tenent tamen, delictum debere esse tam notorium, quod aliqua tergiversatione cælari non possit, prout illud, quod fit coram Populo, vel majori parte ipsius, ut de communi testatur *Collegium Florent. inter consf. Curt. senior. d. consf.* 21. *num.* 13. *Clar. in d. §. fin. quæst. 9. in princ.* in quo delicto quamvis multi gravissimi *DD.* dicant, non esse necessarium, ut proferatur sententia declaratoria, tamen quicquid sit de jure, de consuetudine indistincte observatur, ut etiam in criminibus notoriis requiratur dicta declaratoria, quam sententiam esse in praxi receptam, testatur idem *Clar. ubi supra, num.* 7. nec suf- 48 ficit evidentia facti ad inducendum notorium, sed requiritur, quod in publico fiat, & multitudini hominum sit evidens, *Bald. & Salyc. in l. ea quidem, C. de appellat.* ita ut universus Populus, vel major pars ipsius testis esse possit, fundat ex multis *Mascard. d. conclus.* 1105. *num.* 16. ubi in fine ex *Bald.* post *Speculat. in l.* 49 *Cives, in fine, C. de accusat.* dixit, in notorio requiri loci, & temporis qualitatem, & adstantium multitudi- 50 nem. Et notorium facti permanentis duplex etiam esse potest; vel quia notorium sit Judici, uti Judici, vel quia per testes probatum fuit, si est notorium Judici, uti Judici, & tunc quamvis forsan procedere possit absque sententia declaratoria, tamen opinio prædicta est valde Judici periculosa, ut dixit *Clarus in dict. quæst.* 9. sub *num.* 4. & ideo debet Judex super tali notorio informationem capere, & hanc dicit, esse communem sententiam post *Afflict.* super 2. *par. Constit. Regni, rubr.* 10. *num.* 30. & propterea probare debet Fiscus, crimen 51 esse notorium quia in hoc neque stabitur dicto Principis, ut per *Grammat. dd. decis.* 35. 65. & 105. multa enim notoria dicuntur, quæ non sunt, *capit. consuluit,* 52 *il primo, de appellat.* & ante omnia Judex debet pro- 53 nunciare super dicta notorietate, *Abb. in d. capit. ad nostram, de jure jur. Cardin. in clem. pastoralis, de re judic. Dec. consf* 606. *num.* 13. *Decian. tract. crimin. lib.* 7. 54 *cap.* 42. *num.* 4. unde dixerunt *DD.* quod Judices aliter faciendo, possent incidere in linguas mordaces, & damnum, vel dedecus pati in sindicatu, si ob mortem, vel aliquod odium perveniens non possent justificare notorium, ut dixit *Boss. in dec. tit. quomodo procedatur in crimine notorio, numer.* 3. *Farinat. d. quæst.* 21. *num.* 85. & praxis procedendi super notorio crimine ponitur per *Foller. in prax. crimin.* 2. *part.* 2. *partis, tit. item quod est notorius delinquens, numer.* 13. cum *seqq.* ubi dicit, 55 quod aut Judex vult procedere via ordinaria, & non est opus capere informationem de qualitate notorii; sed si volt procedere via extraordinaria, juris ordine non servato, & tunc necessarium est, ut informatio capiatur de qualitate ipsius notorii, si proceditur contra absentem, vel præsentem negantem, secus vero si procederet contra præsentem non negantem, quia in secundo casu si dicta informatio non præcedit, tenet, quod processus erit nullus: quod etiam post plures relatas opiniones firmat *Ant. de Butr. in d. tract. de notor. art.* 4. *numer.* 15. *in fine, & num.* 28. & 40. *Boss. ubi* 56 *supra, numer.* 9. & quod ex defectu citationis reddatur nullus, apparet ex *d. clem. pastoralis, de re judic. Scace.* qui alios allegat dicto *capit.* 76. *numer.* 12. verum pronunciatio, quod delictum sit notorium potest proce- 57 dere juris ordine non servato, nisi à dicta pronunciatione fuerit appellatum, à qua potest appellari, ex au- 58 thoritate *Afflict. in dict. Constit. Humanitate, Abb. Cardin. Gramm.* & aliorum supra relatorum: & probationes in dicta declaratione notorii debent continere qualitatem ratione loci, personarum, & temporis, quod scilicet fuit in loco publico, ubi omnes de Civitate conveniri soliti erant, in conspectu totius populi, vel majoris partis ipsius, & quod fuit de die, & hora, in qua totus populus, vel major pars ibi convenerat, 59 & quod testes debent concludere ex causa scientiæ de visu, taliter quod de auditu non probent, quando factum esset antiquum, quia tunc testes de auditu sufficerent, *capit. veniens, extra de verbor. signific. Ant. de Butr. in capit. qui per novale,* eodem *tit. Foller. in loco* supra citato, *numer.* 15. ubi ponit hanc praxim, & *numer.* 23. sequendo opinionem *Salyc. in l. ea quidem, C. de accusat.* distinguit, quod aut agitur ad repellen- 60 dum, aut ad puniendum. Primo casu, aut à quæsitis, aut à quærendis. Quando enim agitur ad repellendum à quæsitis, necesse est, quod delinquens citetur, alias non præcedente citatione, licet crimen sit notorium, contra eum procedi minime potest. Secundo vero casu, scilicet in quærendis non est necessaria citatio, & hoc est, quod dixi in *consult.* 6. *tom.* 1. *numer.* 170. quod sententia declaratoria requiritur respectu bonorum jam per ipsum de crimine inculpatum possesso- 61 rem, ad hoc ut Fiscus possit bona prædicta capere; respectu vero bonorum non adhuc quæsitorum, sed in spe succedendi consistentium, tunc statim, quod de- 62 linquit, nulla expectata sententia reus fit inhabilis ad succedendum, facilius enim acquisita, quam acquirenda amittuntur, *Socin. consf.* 22. *numer.* 8. *lib.* 1. *Afflict. in capit.* 1. *paragrapho Vasallus, in glos.* 3. *numer.* 14. *quæ sit prima caus. benef. amitt. Menoch. consf.* 101. *numer.* 12. *Peregr. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 7. & *De* 63 *Ponte consf.* 90 *vol.* 1. & maxime in hoc delicto criminis læsæ Majestatis, ubi factum, non sententia attenditur, ut dixit idem *De Ponte decis.* 28. *numer.* 7. per dictum *Cap. Regni Nuper apud Tranum,* quod etiam de jure communi probat ex *text. in cap. quaniam nuper in* 64 *extravag. qui sint rebelles,* ubi dicitur, quod statim atque crimen læsæ Majestatis committitur, quamvis sententia non sit sequuta, qui committunt, rebelles dicuntur, *Corn. consf.* 96. *vol.* 4. & *text.* prædictum ubique servari, dixit *Decian. in tract. crim.* 2. *part. lib.* 1. *in tit. de crim. læs. Majest. cap.* 3. *in fin.*

Supradictam praxim de modo procedendi super notorio posuit etiam *Boss. in loco* sæpius citato, *numer.* 80. cum *seq.* licet non tam distincte, sed confuse, prout advertit *Scacc. de, idic. dict. cap.* 76. *num.* 8. & quamvis etiam ipse cum suismet distinctionibus non multum clare loquatur, posuit tamen sub *numer.* 8. *vers. hanc communem conclusionem, fol.* mihi 130. à t. in 2. *col.* 65 plura exempla, in quibus potest procedi ad condemnationem, sive executionem sine probationibus, & sine citatione, & inter alia, quando quis continue moratur publice cum Hostibus, vel in Castro contra Principem, quod prius dixerat *Isern. in cap. sancimus, il secondo qua tempore miles. Boss. ubi supra numer.* 16. & ideò erit dubitandum, si sumus in primo casu, quia quamvis prædicti se associarunt cum hostibus, & in Insula Procitæ cum eis visi fuerunt, & demum in eadem Classi inimica ascenderunt, non tamen est notum, si in ea adhuc permaneant, ut valeamus dicere, continuo permanere, sed permansisse, & sic non esset notorium facti permanentis, sed notorium facti, vel momentanei, sive transeuntis, aut ad plus facti reiterati, quo in casu esse citandos, supra fundavimus, & dixit *Farinac. d. quæst.* 21. *numer.* 8. & 88. maxime quando agitur contra absentem *numer.* 94. regulariter enim ci- 66 tatio cum sit de jure naturali, neque per Principem tolli potest, late *Barbosa,* qui omnes congerit in *capit. suscepies, de caus. possess. & propriet. num.* 7.

67 Insuper non habemus, fuisse visos, nisi in litore Procitæ, vel in ipsa Insula, non tamen fuit probatum, locum illum esse, in quo omnes de dicta Insula conveniri solebant, nec de hora fuit aliquid à testibus dictum, immo neque interrogati de hoc fuerunt, ut ex *Farin. d. quæst.* 21. *nu.* 105. & 107. & sic quamvis delictum ex pluribus testibus probetur, non tamen probant id, quod

68 quod est necesse ad faciendum delictum notorium, quia licet in *d. cap. Nuper apud Tranum* dicatur, quod oportet, delictum esse notorium, & manifestum, tamen advertatur, quia copulative desideratur, & certe 69 manifestum minus est, quam notorium, *Bar. in l. heredes palam, num. 2. ff. de testam. Ias. & Alex. in l. si vero, §. qui pro rei, ff. qui satisdare cogantur*, & in *auth. qui* 70 *mel, C. quomodo, & quand. jud.* & ideo notorium dicitur quasi coram turba, & populo factum. *l. ea quidem,* 71 *ff. de accusat.* & notorium facit major pars populi, manifestum vero homines decem, *Bal. in l. falsus, C. de furt.* late *Scacc. de judic. quaest. 77. num. 1.* formam au-72 tem citationis contra absentem ponit *Bart. in extravaganti ad reprimendum, in verbo Per Nuncium, per literas, & per edictum.* Quibus discussis die 24. Septembris 1648. fuit resolutum, quod ad evitandum Doctorum contradictiones, & videndum, si aderant requisita notorii, tutius erat pro Fisco, esse procedendum cum citationibus; prout cum effectu citationes fuerunt expeditæ eos citando ad dicendum causam, quare non erant declarandi, incidisse in crimen læsæ Majestatis, & in pœnas pro dicto delicto statutas, & Baro fuit citatus in loco feudi, juxta doctrinam *Iser. in c. 1. de milite vas. qui contumax est*, alii vero, quoniam ignorabatur certus locus, & non erant in Regno, nec tutus dabatur accessus, fuerunt citati per edictum.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXVII.

SUMMARIUM.

1 *Proditor quis dicatur, & quomodo cognoscatur, & num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*
Proditorium delictum quando committatur, ibidem.
Homicidium proditorium quando committatur, ibidem & num. 6.
2 *Occidens inimicum per insidias, vel retrò, an dicatur proditorie occidisse.*
3 Judas *animo, & corde erat cum Iudeis, & corpore cum Christo Domino.*
4 *Proditio quid sit.*
5 *Proditoris mores qui sint.*
6 *Proditio in quo consistat, & quando dicatur crimen proditorium, & nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*
7 *Indultus Principis, quod excludit vulnus proditoriè illatum quomodo intelligatur.*
Vulnus illatum ab inimico licet per insidias, vel retrò à tradimento, non dicitur proditoriè illatum, ibidem & num. 6.
Verba indultus intelligi debent secundum ejus proprietatem, & significationem latini sermonis, ibidem.
8 *Homicidium proditorium committens si confugiat ad Ecclesiam illius immunitate non gaudet.*
Et quomodo cognoscatur delictum esse proditorium, vel non, ibid.
Immunitate Ecclesia gaudet occidens inimicum etiam per insidias, & retrò, ibid.
Inimicus occidens inimicum suum licet per insidias, & retrò à tradimento non dicitur proditoriè occidisse, ibid. & nu. 1. 6. & 7.
9 *Occidens amicum reconciliatum non dicitur proditoriè occidisse, & n. 8.*
Etiam si fidem, & fidejussionem dedit de eum non offendendo, licet teneatur ad pœnam in fidejussione contentam, ibid.
Odium præsumitur semper perdurare inter amicos reconciliatos, ibid.
10 *Alapam viro nobili proditoriè inferens, vel cum fustibus cadens, an gaudeat immunitate Ecclesiæ.*
Immunitate Ecclesia an gaudeat, qui proditoriè alicui viro nobili alapam inferret, vel cum fustibus percuteret, ibid.
Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, ibid.
11 *Immunitate Ecclesia gaudet vulnerans aliquem proditoriè cum sclopo si non sit sequuta mors.*
Bulla Greg. XIV. circa immunitatem Ecclesiarum excludit homicidium proditorium, non autem vulnus non sequuta morte, vel alapas vel fustes, ibid. & num. 10.
12 *Bulla Greg. XIV. circa immunitatem Ecclesiarum in Hispania non est usu recepta.*
Offendens retrò aliquem inimicum in Hispania dicitur proditoriè commisisse, & qua pœna ibi puniatur per legem Regiam, ibid.
13 *Veneno aliquem occidens dicitur proditor, & proditoriè occidisse, & immunitate Ecclesiæ non gaudet.*
Plus est aliquem veneno, quàm gladio occidere, ibidem.
14 *Abortum procurans malis medicamentis an gaudeat immunitate Ecclesiæ.*
15 *Delinquens cum quolibet sclopo rotato ignito in hoc Regno dicitur proditor, & proditorium delictum committere.*
Pragmatica 3. de ictu scopitti adducitur, ibid.
16 *Delinquens cum quolibet sclopo rotato ignito, sivè parvo, sivè magno in hoc Regno, in quo habetur ut proditor, & proditoriè deliquisse, an gaudeat immunitate Ecclesiæ.*
Immunitate Ecclesiæ an gaudeat qui sclopo rotato deliquit in hoc Regno, ibid.
17 *Episcopi ex decreto S.C.T. possunt dispensare in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, exceptis deductis ad forum contentiosum, & in omnibus casibus occultis etiam Sedi Apostolica reservatis in foro conscientiæ absolvere.*
18 *Delictum quandonam dicatur occultum, vel notorium, publicum, manifestum, vel famosum, & quando dicatur, vel non dicatur deductum ad forum contentiosum ad hoc, ut Episcopus possit, vel nequeat dispensare remissivè.*

PRoditor juxta illud *Psalm. 61. vers. 5. Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant*, & secun-1 dum *Bart.* doctrinam (ab omnibus communiter receptam, præcipuè in hoc Regno Neap. ut ait *D. Episc. Genuens. infrà mox citandus*) in *l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœn.* tunc dicitur quando unum actibus ostenditur, aliud in mente geritur: Ideò si veniens tecum (ut *Bart. ait*) tanquam socius itineris, nulla interveniente rixa te percutio, non possum dici contrà te fecisse insultum, sed dicor hoc fecisse proditoriè, quia aliud gerebam in animo, quam illud, quod gerebam in actu, vel si sedens tecum in mensa te percussi, vel si cum tibi essem amicus, & saltem inter nos nullus erat rancor percussi te de retrò, secus si esses mihi inimicus, ità quod inter nos erat rancor, quia tunc non percussi te proditoriè, quia id quod feci in actibus ostendebam, & sic secundum *Bart.* occidens inimicum suum per insidias, vel retrò, non dicitur proditoriè occidisse, quia oc-2 cisus debebat præcavere, quam doctrinam sequuti sunt DD. communiter, & precipuè *Iul. Clar. in §. homicidium nu. 10.* & ibi *Bajard. in addit. num. 28. Menoch. de arbitr. Jud. lib. 2. cent. 4. casu 361. numer. 24. & seq. Angel. de malefic. in verbo fecit insultum numer. 4. Farinac. de immun. Eccl. cap. 9. numer. 137. Guttier. pract. quaest. lib. 1. quaest. 2. D. de Franch. decis. 713. à numer. 14. cum seqq. d. D. Episc. Genuens. in praxi Archiep. capit. 94. numer. 1. in ultima impress. Venetiis 1645. apud Savianos, & capit. 76. in 3. impress. Rom. 1626. & 4. impress. 1630. apud Iacob. Mascardum tit. immunitate Eccles. an gaudeat interficiens inimicum à*

tergo

inimicum à tergo cum sclopo, D. Episc. Rite. Dian. Affl. Rovit. & alii infrà citandi. 3 Undè Judas animo erat cum Judeis, & corpore erat cum Christo, *Angel. cons. 256. Afflict. decis. 265. n. 66.*

4 Joann. Gerson *sermone in Cœna Domini incip. Tradidit Iesum Iudas par. 2.* proditionem definiens, inquit; Proditio est læsio alicujus sub amicitiæ; vel officii simulatione, & ità (subdit) est proditio duplex, iniquitas, quia & odium est, & simulatio, proditor est, qui simulat officium, & affert detrimentum, vel proditor est familiaris inimicus eo perniciosior, quo efficacior, & inevitabilior ad nocendum, de tali in *Proverb. cap. 11. vers. 9. Simulator ore decipit amicum suum.*

S. Anton. in *summ. par. 2. tit. 1. cap. 22.* dicit, quod proditio est quædam deceptio facta contrà dominum, vel familiares suos in damnum rerum, vel personæ, aut manifestationem secretorum eorum.

Luc. de Penn. *l. fin. C. de delat. lib. 10.* post multa, quæ refert de proditoribus, profert hæc verba: 5 *Item nota mores proditoris; insignia fidelitatis ostendit, suavia, & dulcia verba profert, amplexatur, applaudit, blanditur, ridet, maxima pollicetur, obtestatur Deum, sub pacis fœdere osculatur, ad jurandum est pronus, libenter adulatur, quod est esca proditionis can. clericus 46. dist. qui saporosa vina propinat, & preparat cibaria delicata; ô quam crudelia, & mortifera sunt jacula proditorum, vix enim erit, aut nunquam, qui sibi possit ab illorum illibus praecavere.*

6 Ex quibus certò patet substantiam, & essentiam proditionis consistere ex parte ejus, qui læditur in fide, spe, & credulitate, & imaginatione amicitiæ pacis, & securitatis, ex parte verò lædentis in perfidia, dolo, & deceptione, quod si hæc deficiant, non poterit esse proditio, quamvis in lædendo mille industriæ, & insidiæ, ac stratagemmata intercesserint, sicque qui est notus inimicus quantumcunque insidiosè, & occultè offendat, non est proditor, ut per omnes post *Bart* ubi supra, & latiùs per *Angel. Aret. in §. interdum nu. 6. instit. de hæred. quæ ab intest. defer. Afflict. d. decis. 265. nu. 64. & ibi Ursill. n. 7. Clar. & Menoch. loc. sup. cit. & D de Franch. d. decision. 713. qui in num. 18. ad finem*, latè respondet DD. contrarium tenentibus, & *D. Rovit. in pragm. 2. de abolit. numer. 57.* dicit, quod homicidium commissum in personam fratris, vel nepotis, quando non adest inimicitia, dicitur proditorium tanquam commissum in personam amici.

7 Unde stante indultu latino sermone emanato, à quo excipiuntur aliqua enormia crimina, inter quæ *Vulnus proditoriè illatum*, observandum est, quod non quodlibet vulnus clam, ex occulto, vel retrò illatum, vulgò *à tradimento*, comprehenditur in hac exclusione indultus, sed tantùm illud, quod esset ab amico, & sub specie, colore, & simulatione amicitiæ illatum, & sic ortus Princeps in indultu latino sermone, & verbo *Proditoriè*, non autem *à tradimento*, ad *tex. notabilem in l. 4. § siquis autem*, & ibi *glos. in verbo consuetudinem, C. de recept. arbitr.* & verba indultus debent intelligi omninò secundum juris dispositionem, & secundum significationem latini sermonis, & ejus proprietatem ad notata per *Bald. in l. maximum vitium nu. 24. C. de lib. prater*, & *Bart. in l. pais filiabus ff. de test. in*-*tel.* laous *Alex. cons. 9. num. 4. vol. 1. D. de Franch. d. decis. 713. n. 23. & 24.* & ità fuisse decisum junctis Tribunalibus S.C. & R.C.S. in materia indultus, illud dici vulnus proditoriè illatum, & delictum proditorium, quod est commissum contrà amicum sub colore, & simulatione amicitiæ, juxtà doctrinam *Bart.* supra relatam, tradit *d. D. Franch. ibid. in fine*, & sequitur *D. Rovit. in d. pragm. 2. de abolit. num. 56.* ac *D. Genuens. in d. prax. cap. 76. in 3. & 4. impress. & cap. 94. in ult. impress.*

Ex supradictis observandum est etiam, quod stante Bulla Gregor. XIV, relata a *D. Genuens. in d. praxi cap. 21. il secondo, seu 22. fol. 129. in 1. impress. Neap. 1602.* & in *ultima impress. cap. 22.* ac in *3. & 4. impress. capit. 17. in fine*, per quam statuitur, 8 quod committens homicidium proditorium, si confugiat ad Ecclesiam, non debet illius immunitate gaudere, quod committens homicidium ex omnibus modis supra enarratis *num. 2. 6. & 7.* ex præmeditata animi deliberatione, appostatè, vel *à tradimento*, ut vulgò dicitur, atque ex industria, vel retrò, vel occidendo amicum reconciliatum, &c. debeat gaudere dicta immunitate, cum non sit commissum contrà amicum, sub colore, vel simulatione amicitiæ, & sic proditoriè occidisse, & ità resolutum fuit à *Clemente VIII.* & rescriptum Archiepiscopo Panhormitano, quam declarationem ad literam adducit idem *D. Genuens cap. 76. in fine in d. 3. & 4. impress. & cap. 94. in impress. ult. 1645.* & ita etiam tenent, & referunt dictam declarationem *Dian. par. 1. tract. 1. de immun. Eccles. resolut. 1. vers. hoc ipsum, & resol. 5. 33. & 35. D. Ricc. part. 5. collect. 1792.* & ità pluries quoque decisum in Cur. Archiep. Neap. dicit idem *D Ricc. decis. 80. nu. 1. & 2. & decis. 168. nu. 1. par. 1. D. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 174.* qui idem dicit de occidente inimicum, cui fidem dederat, & fidejussionem de eum non offendendo, ea ratione, quia odium præsumitur, adhuc 9 perdurare inter amicos reconciliatos, quamvis dicatur incidisse ad pœnam in fidejussione contentam, vide etiam *D. Ricc. dec. 202. par. 1.*

10 Gaudet etiam dicta immunitate ille, qui ex proposito, & sub specie amicitiæ proditoriè alapam alicui viro nobili inferret, vel cum fustibus eum percuteret, quia in *d. Bulla Greg.* excipiuntur aliqui casus, qui non gaudent dicta immunitate, & exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptuatis, ergò cum excipiatur tantùm in Bulla homicidium proditorium, non est extendenda hæc exceptio ad alapas, & fustes alicui inflictas, eo magis, quia in *d. Bulla* adest dictio taxativa *tantùm*, ità idem *Dian. d. tract. 1. resol. 31. par. 1.* quod etiam ampliat *D. Ricc.* procedere in vulnere proditoriè illato cum sclopo si non sit sequuta mors, 11 quod gaudeat hac immunitate, & ita decisum refert in *d. collect. 1792.* quod etiam tenet *d. D. Genuens. d. cap. 76.* seù *94. in fine*, post dictam declarationem *Clem. VIII. vers. & hoc nota.*

12 Sed in Hispania dicta Bulla Gregor. non est usu recepta, ut ait *d. Dian. eod. tract. 1. resol. 39. in fine.* Immò per legem Regiam ibi statutum est, quod offendens retrò, & non de facie ad faciem, homicidium proditorium committit, etiam si inimicum occidat, vel offendat, & proditor occidens traditur ad caudam equi per vias publicas, & posteà furca suspenditur, ut ex *Gomez.* refert idem *D. Ricc. d. decis. 80. part. 1. post nu. 3. ver. primum quod in Hispania*, & idem *D. Ricc. in addit. ad d. dec. de Franch. 713.* & videtur etiam mentionem facere idem *D. de Franch.* ibi *num. 16. vers. discassic praedictis.*

13 Observabis etiam, quod qui veneno aliquem occiderit, cum fiat occultè, & non potest præcaveri dicitur proditor, & proditoriè occidisse, quia plus est veneno hominem extinguere, quam gladio, *l. 1. C. de malef. & mathem. D. de Franch. decis. 130. num. 7.* & proptereà immunitate Ecclesiæ non gaudet idem *D. Ricc d. dec. 80. in princip. & d. decis. 168. in princip.* & in *d. addit. ad d. decis. 713. de Franch* sed latiùs, & propriè *dec. 262. num. 2. ad finem tom. 3.* sic decisum refert, & *Boer. decis. 109. n. 5. D. Tapia lib. 5. Iur. Regni tit. de venen. & potul. amator. ad constit. mala noxia nu. 4. de Marc in add. ad Gramm. decis. 74. num. 4. & seqq. Farinac. in pract. crim. par. 3. tom. 2. tit. de homicid. quæst. 122. par. 2. numer. 2. & 4. & de immun. Eccles. cap. 9. num. 141. Dian. eod. tract. 1. resol. 36.* Immò procurans abortum malis medicamentis neque gaudet dicta immunitate Ecclesiæ *D. Ricc. eod. decis. 262. in fine tom 3. D. Tapia, & de Marc loc. cit. & Farinac. ibid d. cap. 9. numer. 141.* qui tamen putat consulendum esse. *SANCTISSIMUM* ab Episcopo in

dictis casibus de veneno, & abortu si casus evenerit. *l.*

Item observandum est, quod per *Pragm. 3. de iclu scopillo* Excellentissimi Comitis de Lemos promulgata sub die 14. Aprilis 1614 fuit statutum proditores 15 esse, & proditorium delictum committere eos, qui cum quolibet sclopo rotato ignito sivè parvo, sivè magno deliquerit, per hæc verba: *Sèpre che sarà appensatamente, ò sia con archibugio, ò scoppetta, ò soffione, ò pistola, ò archibuggetto, ò scoppettuolo picciolo, o grande così à focile, come à miccio, & in somma con qualsivoglia arma atta à ferire, che si spara con polve,* & infrà: *Che qualsivoglia persona delinquerà con qualsivoglia delle sopradette armi sia tenuto, e giudicato proditorio, e come tale castigato, & il delinquente sia privato, come in virtù della presente le priviamo d'ogni eccettione, privilegio, esentione, aliàs de jure per qualsivoglia causa spettante, di che non possono godere, anzi perdono li proditori.* Vnde stante indultu, per quod excluditur vulnus proditoriè illatum, si fiat cum quolibet sclopo rotato ignito modo supra expresso in *d. prag. 3.* censeo non gaudere 16 indultu prædicto, ex traditis per *d. D. de Franch. in d. decis. 713. num. 21.* argumento à contrario sensu, nam volens ibi *d. D. Præses* probare, quod genus armorum non facit delictum proditorium, ne ait: *Neque pragmatica de iclu scopitta,* (quæ tunc erat prima in ordine, seù unica in dicto titulo) *dicit sclopum rotatum esse de armis proditoriis.* Vnde videtur concedere, quod si pragmatica statuisset delictum commissum cum sclopo rotato esse proditorium, utique non deberet frui indultu, sed cum post *d. dec. D. de Franch.* fuerit emanata *dicta alia pragmatica, quæ est 4.* in anno 1614. quam supra mox retulimus, per quam clarissimè statuitur proditores esse, & proditorium delictum committere eos, qui cum quocumque sclopo ignito rotato deliquerint, & uti tales puniendos, non videtur posse dubitari, quod taliter delinquentes minimè debent frui indultu, & sic obstare minimè videtur *d. dec. D. de Franch.* per quam decisum fuit debere gaudere indultu eum, qui cum sclopo rotato inimicum à tergo vulneraverat, ex eo quia tunc non dicebatur proditoriè deliquisse, quia post dictam decisionem fuit emanata *d. prag. 3.* ut *ex ead. dec.* dignoscitur, cum agatur ibi de indultu concesso in anno 1604. & ipse solummodo mentionem facit de *d. prag. 1.* in qua nulla mentio fit, quod delictum factum cum sclopo rotato sit proditorium, prout statutum posteà fuit per *d. prag. 3.* in anno 1614. & hanc opinionem tenet *Thor. part. 1. in compend. decis. verbo delictum proditorium, fol. 144.* neque obstat alia decisio in contrarium relata per *d. Thor. in d. verbo proditorium delictum fol. 428. in fine eod. to. 1.* in causa Io: Antonii Falangolæ, quia etiam fuit facta dicta decisio ante dictam *pragm. 3.* ut idem *Thor.* ait, ibi, *Hodie vero secus est,* & sic antè promulgationem *d. pragm. 3.* delinquentes cum sclopo rotato gaudebant indultu, ex eo, quia non erat delictum proditorium, hodie vero secus est.

Fit mentio *n. 49. cum seqq.* de crimine notorio, ideò posset hic observari, cum virtute facultatis concessæ à 17 *S. C. Trid. sess. 24. de refor. cap. 6.* possint Episcopi dispensare super irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus exceptis deductis ad forum contentiosum, & quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis in foro conscientiæ gratis absolvere, quandonam dicatur in dicta 18 materia delictum occultum, & quando publicum, & notorium vel manifestum, vel famosum, & quando dicatur, vel non dicatur deductum ad forum contentiosum ad hoc, ut Episcopus valeat, vel nequeat dispensare, de quibus latè tractat *Abb. Ioann. Iacobus Gizzius* meus germanus in quodam responso dato D. Episcopo Boianensi annis elapsis, quod in calce hujus operis adjicciemus, ideò ad illud remitto lectorem, & nunc pigebit.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Merum imperium quo tempore incepit infeudari in hoc Regno. Habens jurisdictionem civilem an, & quando præferatur in emptione jurisdictionis criminalis venditæ extraneo, & quid in locatione, maxime ad longum tempus, vel antichresi. Et quid quando Baro civilis concurrit cum Vniversitate, & quid etiam in Ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Templum S. Nicolai Episcopi Mirensis in Civitate Barensi fuit extructum jussu Serenissimi Caroli II. Andegavensis.*
2 *Merum imperium à tempore Joannæ I. & Alphonsi I. cœpit infeudari Baronibus, nam antea cognitio causarum criminalium residebat penes Officiales à Rege creatos.*
3 Exilii *verbum quid importet remissivè.*
4 *Antichresis quid significet.*
5 *Baro ob nimiam sævitiam erga vasallos potest privari feudo, & ejus administratione, vel secundum æquiorem opinionem potest cogi ad vendendum, numero seq.*
7 *Semel malus semper talis præsumitur in eodem genere mali.*
8 *Iurisdictio civilis Reverendi Capituli S. Nicolai Barensis, quam possidet in Terra Sancti Nicandri, in quibus se extendat, remissivè.*
9 *Socius ratione communionis non potest cogi ad vendendum alteri socio.*
10 *Communio parit discordias, inimicitias, & contentiones.*
11 *Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter. Limita, ut num. seq. & n. 57.*
12 *Vendere, vel emere nemo cogitur, nisi ex causa, & in casibus, de quibus n. 16. & 18.*
13 *Pater ex causa potest cogi ad emancipandum filium.*
14 *Reipublicæ interest, ne quis re sua male utatur.*
15 *Nostra interest, ne nobis male operantibus auxilium præstetur.*
17 *Feudi concessio potest à Rege revocari ad finem evitandi scandala, & illud alteri concedere.*
19 *Locatio ad longum tempus de decennio in decennium facit transferre jus in re.*
20 *Conductor solutionum Fiscalium feudalium per annos decem tenetur solvere adhoam, ex quo dicitur habere jus in re.*
21 *Locatio quantumvis ad longissimi temporis spatium facta, nec utile dominium in conductorem transfert.*
22 *Baro possidens jurisdictionem civilem, & quando debeat præferri Vniversitati ratione unionis in emptione jurisdictionis criminalis, & n. seq. & numero 38. & 39.*
24 *Domanium, quod obtinetur ab Vniversitatibus in hoc Regno, sicuti fuit introductum extra juris regulas, sic ejus incidentia contra juris regulas determinantur.*
25 *Vnionis ratio in emptione jurisdictionis magis debet considerari pro Barone, quam pro Vniversitate.*
26 *Baro jurisdictionis civilis præfertur Vniversitati in emptione jurisdictionis criminalis facta per extraneum.*
27 *Feudi dominus debet præferri in re feudali alienata per vasallum, quando alienans non habet agnatos, vel cum habet, noluit redimere.*
28 *Prælationis jus est concessum directo domino favore reunionis, & consolidationis utilis domini cum directo.*

Vni-

29 *Universitati competit prælatio etiam in contractu locationis, nisi concurrat cum Barone.*
30 *Domanium quo jure fundetur, remissive*
31 *Prælationis jus, sive retractus quibus ex modis competere potest.*
32 *Prælationis jus pro obtinendo domanio qua ratione servetur.*
33 *Baro jurisdictionis civilis in venditione jurisdictionis criminalis facta per dominum illius, præfertur Universitati.*
34 *Libertatis species est vivere sub Rege, & non sub Barone.*
35 *Servus Christianus potest se redimere, solvendo pretium, & tenetur emptor illum manumittere, & pretium recipere, ibid.*
36 *Consuetudo Tribunalium ad concedendum domanium ex quibus juribus fuit introducta.*
37 *Prælatio circa domanium non procedit ex* tit. ff. de justit. & jur. *sed potius de jure vim.*
40 *Fata causarum, & pacti species, modo unam, modo aliam facit amplecti opinionem circa prælationem concedendam Universitati vel Baroni.*
41 *Consorti domino feudi an detur prælatio pro parte extraneo vendita.*
42 *Ecclesia possidens jurisdictionem civilem non habet prælationem in venditione jurisdictionis criminalis, & quare.* n. 44. & n. 61.
Refertur decisio in causa Terræ Cisternini, ibid.
43 *Emphyteuta an sit præferendus in venditione dominii directi, ubi afferuntur nonnullæ decisiones Sacr. Consil. pro affirmativa sententia Andreæ de Isernia, quæ refutatur, ut n. 62.*
45 *Feudum de qua pecunia sit emptum, nihil refert, sed tantum est in consideratione personæ, in qua dominus consentit.*
46 Titul. Codic. plus val. quod agit. quam quod simul. concipit. & tit. si quis alteri, vel sibi *non habent locum in feudis.*
47 *Alienatio rei feudalis cum interventu trium personarum perficitur.*
48 *Simulatio in venditione feudi potest esse inter emptorem, & venditorem, sed non in domino consentiente.*
49 *Alienatio feudi sine Regis assensu est nulla.*
50 *Assensus cadit in eo, quod est expressum, non autem in id, quod est in animo contrahentium, & semper fuit judicatum esse verum id, quod fuit scriptum, licet simulate.*
51 *Prælationis jus non potest cedi, aut transferri in extraneum, nisi cum ipsa re.*
52 *Retractus debet peti intra anni spatium, sic etiam prælatio de jure protimiseos, num. seq.*
54 *Restitutio in integrum respectu domanii elapso anno denegatur.*
55 Baldi, & Jasonis cum Angelo de Perusio *contrariæ opiniones in* l. 1. C. qui de test. facer. poss. *quomodo possint per Senatum modo una, modo alia amplecti.*
56 Jas. in d. l. 1. num. 29. *quo casu loquatur.*
58 *Socius non prohibetur vendere, vel locare, sed datur prælatio eo volente vendere extraneo, numero sequenti.*
60 *Illatio ex diversis fieri non debet.*
63 *Feudum ne perveniat ad manus mortuas, interest directi domini ob interesse relevii, & devolutionis.*
64 *Feudales res quando alienantur in Ecclesiam, in Regno Franciæ intra annum à die monitionis et facta Ecclesia debet ponere extra manum suam.*
65 *Restitutio in integrum adversus anni lapsum de jure conceditur, & secundum communem opinionem tempus eam petendi est quadriennii.*

DECISIO CLXVIII.

Reverendum Capitulum Divi Nicolai Episcopi Mirensis (cujus miraculosum corpus in Civitate Bari maxima cum veneratione servatur in Templo magnifico, ac sumptuoso, jussu Serenissimi Caroli II. Andegavensis fœlicis memoriæ extructo, in quo etiam statum dictum Capitulum cum Priore pro celebratione Missarum, aliorumque divinorum officiorum) inter alia bona, quæ ex Regali munificentia possidet, est jurisdictio Terrarum S. Nicandri, & Rutiliani in eadem Provincia Barensi, & quia eo tempore Barones merum imperium non habebant, ut statuitur in *Constit. Regni*, incip. *Ea, quæ ad speciale decus*, cognitio causarum criminalium residebat penes Officiales a Rege creatos, quod duravit usque ad Ioannam I. & Alphonsum I. de Aragonia, qui cœperunt merum Imperium Baronibus infeudare, ut habetur per *Afflict. in d. Constit. numer.* 110. ubi etiam *Reg. Carolus Tapia num.* 11. *Reg. Galeota controvers. illustr. libro* 1. *controvers.* 8. *num.* 10. & in *respons. fiscal.* 28. *in princip.* jurisdictio autem criminalis fuit postea aliis particularibus concessa, quæ demum pervenit ad manus Spectabilis Comitis Molæ, circa quam jurisdictionem variæ fuerunt lites, & controversitæ inter dictum Venerabile Capitulum ejusque Priorem, & Dominos dictæ jurisdictionis criminalis, & late fuit disputatum de verbo, *exilis*, quid importet, ut habetur in decisione S.C. relata per de *Reg. Tap. decis.* 10. cumque postmodum fuisset dicta jurisdictio criminalis Terræ S. Nicandri in anno 1637. per Spectabilem modernum Comitem Molæ Præsidentem meritissimum Reg. Camer. Summ. sive per Novitiatum Societatis Iesu ejus cessionarium Francisco Grisono Fabii Grisoni, olim dicti Capituli, & Ecclesiæ Priori ex fratre nepoti, qui etiam alia bona stabilia in dicta Terra emptionis titulo possidebat, locata per annos decem pro pretio duc. sex mille, ex quibus ducatos duos mille solvit anticipate, & pro aliis ducatis quatuor mille promisit correspondere ann. duc. 400. cum protogatione tamen dictæ locationis de decennio in decennium, & sic continuare, donec à dicto cessionatio restituerentur prædicti duc. 2000. anticipate soluti, quæ fuit potius quædam emptio cum pacto de retrovendendo, sive, ut proprie loquamur, Antichresis, ad tradita per *text. & glos. in l. si pecuniam ff de pignorat. act.*

Cujus occasione ortæ fuerunt inter dictum Capitulum, & dictum Franciscum conductorem nonnullæ differentiæ civiles, & criminales, & propterea fuit instatum pro Reverendo Capitulo, ut decretum latum per Collaterale Consilium in anno 1617. quod ad d. Terram non accederet d. Franciscus, & quod d. Comes Molæ aliam locationem ad tempus eidem tunc factam annullaret, nedum executioni demandaretur, verum quod d. Franciscus cedat affictum prædictum personæ nominandæ per Capitulum, ad evitandum dissentiones, & discordias, quæ in dies inter ipsos insurgebant.

Fundabatur eorum intentio ex dicto decreto Collat. Consil. de anno 1617. quod, dicebatur, fuisse prolatum ob nimiam sævitiam erga vasallos dictæ Terræ, pro qua posse privari feudo, & ejus administratione, habetur ex doctrina *Io. Gabr. in* §. *fin. Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* & ex his quæ tradit *And. de Isern. in cap.* 1. ubi *Leparul. num.* 26. *in verbo ad Apostolica, quib. mod. feud. amitt. Bal. in capit.* 1. §. *publici latrones. de pac. tenend. Reg. Revit. in pragm.* 16. *de Baron. num* 8. *Grammat. decis.* 104. *Faber* in suo *Codic. lib.* 3. *tit quando lic. unicui sine jud. se vendic. diffin.* 2. *De Ponte decision.* 14. *numer.* 24. vel secundum æquiorem opinionem, quod possit Baro cogi ad vendendum, *Cravett. consil.* 6. *num.* 108. idem *de Ponte*, qui plura cumulavit

mulſvii de poteſtat. Proreg. tit. de elect. Official. §. 1. Capiblanc. de Baronib. pragm. 3. num. 48. qui alios allegat, nec dici poteſt, quod deinceps ab hac ſævitia forſan 7 abſtinebit, quia ſemel malus in eodem genere talis eſſe in futurum ſemper præſumitur, ut in *regul. qui ſemel, de regul. jur. in 6.*

8 Secundò dicebatur, quod antiquæ fuerunt controverſiæ circa intelligentiam, in quibus caſibus ſe extendat juriſdictio civilis Capituli, quod prætendit nedum civilem tantum, ſed omnem juriſdictionem habere, exceptis tribus caſibus, & è contra Dominus juriſdictionis criminalis, quod reſtringenda ſit Eccleſiæ juriſdictio tantum in cauſis civilibus, ut refert *Reg. Tapia* in allegata *deciſion.* 10. *Sac. Conſil.* & proinde de tanto magis cum dicto Franciſco ortæ ſunt, & in futurum ſemper erunt diſſentiones, & ſcandala, quia continuo habitat, & habitare intendit in dicta Terra, ubi quærit juriſdictionem dicti Capituli ad nihilum redigere, & criminalem quotidie ampliare, prout experientia docuiſſe dicebatur; & probari ex dicto decreto, & ex informationibus criminalibus contra ipſum captis, & quod conductor juriſdictionis dicti Capituli non potuit, nec poteſt potentiæ dicti Fran- 9 ciſci reſiſtere, nec ipſis Sacerdotibus convenit cum illo præliare. Et quamvis ratione communionis Dominus cogi non poſſit ad vendendum alteri ſocio, 10 juxta diſpoſitionem *text. in l. dudum, C. de contrahend. empt.* tamen quia multoties communio parit diſcordias, inimicitias, & contentiones, ut probatur ex *text. in l. cum pater §. dulciſſimis, in fin. ff. de leg. 2.* ubi *gloſ. in verbo excitare* concordantes allegati, ideo quando adeſt inter compoſſeſſores diſcordia, res dividibiles di- 11 vidi inter eos debent, quia licet de re ſua quilibet ſit moderator, & arbiter, ut in *l. in re mandati, C. mand.* limitatur in eo caſu, quando male utitur, vel ſcandalum imminet, quia poteſt cogi ad vendendum, ut probat *text. in §. fin. inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien.* 12 *jur.* & *ibi gloſſ. & DD.* ubi *Angel.* dicit, quod licet quis non cogatur vendere, nec emere, ut in *l. nec emere, C. de jur. delib.* attamen ex cauſa poteſt cogi ad 13 vendendum, ſicuti ex cauſa cogitur pater emancipare filium, ut notatur in *l. ſi lenones, C. de Epiſcop. aud.* 14 quia Reipublicæ intereſt, ne quis re ſua male utatur *d. §. fin. Inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* & noſtra 15 intereſt, ne nobis male operantibus auxilium præſtetur, nec eſt novum, ut in multis caſibus quis invitus 16 cogatur emere, & vendere, quos enumerat *gloſſ. in l. Julianus 14. §. item Celſus, in verbo totum. ff. de action. empt. gloſſ. & DD.* & præcipue *Cuman. Alber. & Iaſ. in l. invitum, C. de contrah. empt. Bald. & Angel. in l. ſi pendente, §. ſi quid cloacarum, ff. de uſufruct.* & alii per *Tiraq. de utroque retract. in proœmio, numer.* 15. ſic etiam 17 ad evitanda ſcandala poteſt Rex, qui feudum alieni conceſſit, conceſſionem revocare, & illud alteri concedere, *Luc. de Penna in l. fin. C. de locat. prædior.* 18 *civil. lib. 11. numer. 7.* ſicut in ſimili in anno 1617. ob differentias, & altercationes ortas inter D. Michaëlem Sanfelicium, & Nicolaum Antonium Capycium Zurolum, qui poſſidebant Caſale Aquavellæ in Cilento jure Longobardorum, ſcilicet quinque partes poſſidebantur per dictum Zurolum, tres vero per Sanfelicium, & facta relatione in Collaterali Conſilio, fuit dictum, quod infra decem dies dictus Sanfelicius teneatur vendere ſuas tres partes dicto Zurolo prævio apprecio: verum ſi Sanfelicius voluerit emere, teneatur Zurolus illas vendere, quam deciſionem refert Præſidens Regiæ Cameræ *Flavius Lanarius in addit. ad repetit. feudal. Ioan. Antonii Lanarii* ejus patrui 10 §. *ſed & res, per quas fiat inveſtit.* ſub *numer.* 11. de dicta deciſione mentionem etiam facit *Thor. in compend. tom. 3. ſect. 2. in verbo prælatio an erit concedenda*, quo in loco refert aliam deciſionem de anno 1659. ad favorem Civitatis Rhegii, quæ petiit prælationem Caſalis Sambatelli cum Ill. Duce Bruzani, *ibique* inſeruit *Allegationes* morigeratiſſimi Regii Conſiliarii *Marci Antonii Cioffi*; tunc temporis dictæ Civitatis Advocati, de qua etiam deciſione meminit *Reg. Capyc. Galeot. in reſponſ. fiſcal.* 29. qui in dicta cauſa intervenit tanquam Fiſci Patronus, & teſtatur, obtinuiſſe Civitatem Rhegii prælationem ratione unionis tanquam condominam territorii, ac juriſdictionis civilis cum Regio Fiſco, ut *n.* 18.

Tertiò aſſerebatur, quod cum per ceſſionarium dicti Spectabilis Comitis Molæ fuiſſet locata dicta juriſdictio criminalis de decennio in decennium: 19 aut dicimus ex dicta locatione ad longum tempus fuiſſe translatum in Franciſcum Griſonum jus in re, ut deciſum in Regia Camera Summariæ refert *Iacob.* 20 *de Gallo de jure adhoa, num.* 59. in cauſa Nicolai Anellii Imperati, qui cum conduxiſſet ſolutiones fiſcales feudales cum aſſenſu pro annis decem, fuit ipſe condemnatus ad ſolvendum adhoam, ex quo habebat 21 jus in re, aut vero, quod nec utile dominium in conductorem transferatur, quantumvis ad longiſſimi temporis ſpatium ſit facta locatio, ut late fundat *Gaſpar Schifordegherius ad Ant. Fabr. lib. 1. tract. 18. qu. 2.* quomo- 22 docunque res ſe habeat, competebat ipſi Capitulo domino juriſdictionis civilis prælatio ratione unionis juriſdictionis, prout fuiſſe deciſum in Collaterali Conſilio in cauſa Terræ Salviæ Provinciæ Hydruntinæ, in qua cum Univerſitas peteret præferri in emptione juriſdictionis criminalis dictæ Terræ prælatio in dicta emptione fuit data Baroni, qui poſſidebat juriſdictionem civilem, refert *Camill. Salern. ad Conſuetud. Neapolitan. in proœmio Caroli, fol.* 34. & *Anna alleg.* 47. qui dicunt, hac eadem ratione unionis fuiſſe in venditione juriſdictionis criminalis Caſalis Afragolæ prælatum Baronem civilis, Univerſitati, quam deciſionem referunt etiam poſt *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 2. author. num.* 26. idem *Anna ſing.* 150. & *Vinc. de Franch. deciſ.* 17.

23 Et quamvis in aliquibus caſibus per Reg. Cam. Summ. fuerit ratione unionis data prælatio Univerſitati, tamen, ut refert *Camill. de Curte* in ſuo *diverſ. jur.* 24 *feud. lib. 1. cap. 3. num.* 67. cum *ſeqq.* ſicuti domanium, quod obtinetur ab Univerſitatibus in hoc Regno, fuit introductum extra juris regulas, ſic incidentia con- 25 tra juris regulas determinatur, quia ratio unionis magis conſiderari debet pro Barone, quam pro Univerſitate.

Quicquid tamen ſit in propoſita quæſtione, quando in emptione juriſdictionis criminalis concurrunt 26 Baro juriſdictionis civilis, & Univerſitas, & extraneus emit, ceſſat omnis difficultas, quia ratione unionis debet præferri Baro, ſic etiam Dominus feudi 27 debet præferri in re feodali alienata per vaſallum, quando alienans non habet agnatos, vel ſi habet nolint redimere, *Paris de reintegr. feud. cap. an ſi vendantur, num. 1. fol. 133. & cap. fuit facta, num. 15. fol. 10. à t.* plura ad propoſitum affert *Rendel. de jur. prothomiſ. in verbo focii, numer. 14. & 15. fol. 110. Gomez in l. 70. Tauri num.* 27. quod ea ratione fundatur, quam tradit *Claper. cauſ. 200. quæſtion. 1. numer. 4.* quia jus prælationis 28 fuit conceſſum directo domino favore reunionis, & conſolidationis utilis dominii cum directo, quod de jure eſt multum favorabile, ut primæ ſuæ formæ reddatur, ex *tex. in l. ſi unus §. pactus ne peteret. ff. de pact.* ubi *Scribentes*.

Et quatenus non alienatio, ſed locatio eſſet judicanda, tamen etiam in contractu locationis præ- 29 ferri Univerſitatem, fuit pluries judicatum in Sacr. Conſil. ut refert *Thor. in compend. 1. par. in verb. præferri an debeat Univerſitas, Reg. Revit. in pragmat. 1. de offic. Procur. Cæſar. num. 35. Capiblanc. in pragm. 8. de Baron. num. 76. Marta voto 240. num. 9.* ſed quando concurrit Univerſitas cum Barone, præfertur Ba-

ro,

ro, quia habet jus in re, ut fuisse decisum in Sac. Con-30 sil. in causa Universitatis Eboli refert *Reg. Sanfelic. dec.* 107. rationes tradit in *dec.* 106. *num.* 10. & quo jure fundentur domania refert *de Ponte de potest. Proreg. tit. de divers. provision. tit.* 10. §. 1.

Pro parte vero Francisci Grisoni plura considerabantur ad excludendam Reverendi Capitui prætensionem. Et primo, quod ista Prelatio petita nulla 31 juris dispositione, fundari poterat, cum hoc jus prælationis, sive retractus uno de tribus modis competere potest, aut jure vicinitatis, de quo est *tex. in cap. constitutus, de in integr. restit.* & de jure Regni habemus *Constit. Sancimus, de jure prothomis.* aut jure sanguinis, ex dispositione *text. in cap.* 1 §. *Titius, si de feud. defunct. milit. fuer. controvers. & in cap.* 1. §. *sed & ret per quos fiat invest.* de quibus late per *De Ponte decision.* 11. *Collat. Consil.* ubi inserit *Allegationem Reg. Revit.* & Ego aliqua dixi in *consult.* 96. aut tandem ratione directi dominii, de quo est *text. in cap.* 1. §. *porro, qualit. olim feud. alienar. poter. & in l. fin. C. de jur. emphyt.* additur etiam & quartus casus, quando Universitas petit præferri in venditione, ad hoc ut perma-32 neat in domanio Regis, quod jus prælationis, quamvis in jure non reperiatur cautum, tamen ea inveterata consuetudine observatur, ut tradit *Camill. de Curt.* in suo *divers. jur. feud. d. lib.* 1. *capit.* 3. *fol.* 8. *Franch. d. decision.* 17. sub *numer.* 6. *versicul. secunda ratio.*

Fuit tamen hac occasione discussum, utrum si duo in uno eodemque Oppido jurisdictionem possideant, unus civilem, alter vero criminalem, & dominus jurisdictionis criminalis illam vendidit Baroni jurisdictionem civilem habenti, an Universitas præferri debeat? pro qua discussione diversæ decisiones fuerunt prolatæ. Et quamvis enim in causa Universitatis Salviæ fuit decisum pro Barone juris-33 dictionis civilis, ea ratione, quia cum remaneant, & sint vasalli dicti Baronis, cessant rationes, quibus moti fuerunt *DD.* ad concedendum domanium Universitati, & præcipue, quia in libertate permanent 34 in dominio Regis, juxta tradita per *Io. Fabr. in* §. *dominus, Instit. de noxal. action.* nam species libertatis est vivere sub Rege, & non sub Barone, ut consi[d]erat *Andr. de Isern. in* §. *preterea ducatus, num.* 45. *de probib. feud. alien. per Federic. Camill. de Medic. consil.* 164. *numer.* 11. sicuti servus Christianus potest se redi-35 mere, solvendo pretium, & tenetur emptor illum manumittere, & pretium recipere, *DD. in ca.* 1. *ext. de judic. & l. fi. C. de Episcop. & cler.* & probat *text. in l.* 1. cum nibus *seqq. ff. de liberal. caus. & in l. fi. C. de patri. qui fili. distrax. Camill. de Medic. d. consil.* 164. ex 36 quibus juribus consuetudine Tribunalium fuit introductum concedi hanc prælationem Universitati, ut in dominio Regis se conservet, cum sit contra juris dispositionem, ut dicit *Camill. de Curte d. capit.* 3. *fol.* 9. *à terg. numer.* 54. & ideo dicit *Camerar. in cap. Im-*37 *perialem, in fine, de prohib. feud. alienat.* quod hic non proceditur secundum *titul. D. de just. & jur.* sed potius de jure vim, & propterea multoties fuit diversimode judicatum, sicuti etiam in casu, quando fuit vendita jurisdictio criminalis, vel aliquod aliud jus, Baro jurisdictionis civilis prælationem obtinuit.

38 Tamen fuit etiam aliquando data prælatio Universitati, prout in causa Universitatis Vigiani cum Barone, in qua obtinuit, licet postea ea facto venditio secundatum causarum, de qua tractabatur, re-39 mansit Baroni, quia Universitas prædicta non potuit habere pecuniam; sic etiam in propriis terminis jurisdictionis criminalis fuit sæpius judicatum per Reg. Camer. quod Universitas præferatur Baroni, ut restatur *Camill. de Curte in loco* proxime citato, *fol.* 10. *numer.* 66. cum *seqq.* ubi dicit, quod hodie Reg. Camer. indistincte ad beneficium Universitatis judicatum.

40 Ex quibus dicebatur, non esse habendam rationem de decisionibus supra relatis, quia secundum facta causarum, & facti speciem modo unam, modo alteram Senatus amplexus fuit opinionem, cumque non simus neque in primo, nec secundo, nec tertio, nec quarto casu, nullo modo potest hæc prætensa præfatio fundari.

Et ad hanc opinionem comprobandam, quod non 41 detur prælatio consorti domino feudi adducebatur decisio Senatus Burdegalensis, quam refert *Arnold. Ferren. in Consuetud. Burdegalens. tit. de retractu, lib.* 1. §. 1. *fol.* mihi 28. *à t.* ubi posita quæstione in consorte, qui partem suam vendidit extraneo, quando agitur de jurisdictione, pro opinione affirmativa adducit *Bald. in l.* 1. *qui testam. facer. poss.* ea *text. in l. quicunque, C. de fund. limitroph. lib.* 11. contrariam vero opinionem contra *Bald.* tenuerunt *Ias. & Angel. de Perus. in d. l.* 1. sed Senatus pro opinione *Jas. & Angel.* judicavit in causa Regis Navarræ & Dominici Cæsii, qui tanquam consors ad Castri partem venditam, cujus pro parte erat dominus, admitti prætendebat, & fuit exclusus.

In puncto autem, quando Ecclesia possidet juris-42 dictionem civilem, & venditur jurisdictio criminalis, non esse locum dictæ prælationi, habetur ex *Prosper. Rend. de jure prothemis.* §. *in premis, numer.* 4. *vers. fertius dico*, quod fuit practicatum in venditione jurisdictionis criminalis Terræ Cisternini inter Joannem Vincentium de Tolfa emptorem, & Ecclesiam Monopolitanam dominam jurisdictionis civilis.

Sic etiam quærit *Andr. de Isern. in d. cap. Imperia-*43 *lem, vers. nec dominum, de probib. feud. alienat. per Federic.* an emphyteuta præferatur in venditione dominii directi; & quamvis videbatur affirmandum ratione unionis, tamen ipse partem negativam substinet, & dicit, non vidisse aliquem, qui oppositum dicat, & secundum opinionem *Andreæ* fuisse judicatum in Sacr. Consil. in anno 1553. in causa Petri de Egyptiis, referente Reg. Consil. Joanne Thoma Minadois, testatur *Anna d. singul.* 150. & secundum dictam opinionem refert aliam decisionem Sac. Consil. de anno 1567. in causa Alexandri de Miele, & hanc etiam opinionem sequitur *De Ponte de potest. Proreg. d. tit.* 10. §. 1. *n.* 9.

Ulterius pro dicto Francisco Grisono considerabatur, quod admissa pro nunc opinione, deberi præ[la]tionem Baroni jurisdictionis civilis tamen non po-44 test procedere in hoc casu, in quo deveniret ad Ecclesiam, & sic ad manus mortuas, advertit *Rennoc. in loco* proxime citato, qui ex hoc dicit Ecclesiam fuisse exclusam à prælatione. Et quamvis pars sentiens difficultatem, dicat, quod Capitulum vult solvere pretium, & jurisdictionem emere in faciem alicujus personæ sæcularis, tamen erit considerandum, quod utile dominium dictæ jurisdictionis criminalis transferretur in beneficium istius tertii, & non ad ipsum Capitulum, per quod licet solveretur pretium, & in effectu dicta jurisdictio perveniret ad eum, simulate tamen radicaret in faciem dict. tertii, 45 quo in casu, quia sumus in feudo quoad acquisitionem dominii, nihil refert de cujus pecunia feudum sit emptum, sed tantum est in consideratione personæ, in qua dominus consentiit, ut post *Camill. de Curt.* in suo *divers. feud. part.* 1. *capit.* 14. *num.* 104. dixit *Reg. Galeot. lib.* 1. *controvers. illust. cap.* 28. *num.* 17. & ideo 46 *titul. C. plus valere quod agitur, quam quod simul concip. & titul. si quis alter. vel sibi* non habere locum in feudis, prout eleganter, & docte fundat *Reg. de Ponte cons.* 41. *volum.* 1. ex *num* 18. cum pluribus *seqq.* quia cum in alienatione rei feudalis tres sint personæ contrahentes,

47 hentes, hoc est emptor, venditor, & dominus directus, unus assensus necessario requiritur, simulatio autem 48 potest esse inter emptorem, & venditorem, sed non in domino consentiente, & cum nulla sit quælibet alienatio absque Regis assensu, ut in *d.c. Imperialem, de pro-* 49 *hib. feud. alienat. per Federic.* & in *Constit. Regni Constitutionem divæ memoriæ*, sequitur etiam, quod nullus esset quilibet contractus, cumque id, quod agitur non sit notum Regi, sed id, quod simulate concipitur assensus cadit in eo, quod fuit expressum, non vero in 50 id, quod est in animo contrahentium, & propterea idem *De Ponte ubi supra nu.* 12. dixit, quod semper fuit observatum, & judicatum validum id, quod fuit scriptum, licet simulate.

Ex quibus sequi videbatur, quod aut Capitulum intendit hanc prælationem habere ad sui beneficium, & hoc ei non licebit, quia feudum iret ad manus mortuas, aut vero vult jurisdictionem prædictam acquirere in faciem alicujus tertii, & isti tertio jus prælationis competere non potest, nec jure proprio, nec jure Reverendi Capituli domini jurisdictionis civilis, quia 51 jus prælationis in alium extraneum cedi, aut transferri minime potest, *l. ad officium, C. commun. divid. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. glos. 1. numer. 36. versicul. sed quod diximus Borgnin. Cavalc. de contract. par. 2. decis. 16. nu. 80. Ioseph. Ludovic. dec. Lucens. 47. n. 4. Io. Pappon lib. 11. tit. 7. arrest. 4. Iaffred. Lanfranc. Balb. dec.* 193. multa per *Boer. decision.* 139. nisi cum ipsa re sit cessum, *de Franch. dec.* 241.

52 Tandem dicebatur, quod quamvis omnia prædicta deessent, tempora non largiebantur ad obtinendam prælationem, ex quo à die contractus emptionis, sive locationis erant elapsi tres anni antequam Capitulum judicium inciperet, & pro retractu non datur nisi annus, ut in *capit. 1. §. porro, qualiter olim feudum alien. pot. & in cap. 1. §. Titius, si de feud. fuer. controvers.* sic 53 etiam respectu juris prothomisæos in Regno, ut in *Constitut. sancimus, §. scriptum est Rendell. in dict. tract. de jure prothomis. in §. transeunte autem, numer.* 10. *f.* 286. & 311. *Camill. Salern. in proœm. Consuetud. Neapolitan. Præs. de Franch. d. dec.* 17. *Anna in repetit. Const.* 54 *Constit divæ memoriæ, nu.* 258. quod etiam respectu domanii fuit cautum per *Reg. pragm.* 63. *de off. Procur. Cæsaris*, ubi *Reg. Rovit.* quod elapso anno denegetur restitutio in integrum.

Quibus tamen replicabatur pro parte Reverendi Capituli, quod satis erat supra fundatum, dari prælationem Domino jurisdictionis civilis in venditione facta extraneo per Dominum jurisdictionis criminalis, ratione unionis, & ad evitandum scandala, & dissensiones, prout ultimo loco fuit decisum in causa M. Michaelis Sanfelicii cum Zurolis, & adsunt etiam decisiones antiquæ supra enumeratæ.

55 Nec obstat decisio relata per *Arnoldum Ferronium*, quia ipse idem refert, Senatum judicasse pro opinione *Iason.* contra opinionem *Bal.* & sic poterat responderi, quod in illo Senatu visum fuit, reprobata opinione *Bal.* judicare secundum opinionem *Iason.* & in hoc nostro Regno visum fuit judicare secundum *Bal.* opinionem. Secundo, nimirum si ita in illo Senatu fuit judicatum, tractabatur causa cum eo, qui intitulabatur Rex Navarræ de sanguine Regio Re- 56 gis Francorum, verum *Ias. in d. l.* 1. *C. qui testam. facer. poss. numer.* 29. si bene legatur, non loquitur in hoc casu, sed tantum dicit, quod *Bal. in d. l.* 1. tenet, quod si duo habeant Castrum Commune, unus non potest partem suam alicui vendere, quando hoc faceret ad æmulationem socii, vel fratris, & non ad ipsius commodum, quia specialissimum est secundum *Bald.* in jurisdictionibus Castrorum, quod unus non 57 potest ad æmulationem alterius partem suam vendere, ipse autem contrarium tenuit, ea ratione, quia cuilibet licet etiam ad æmulationem privati facere de re sua quicquid vult, ca *tex. in l. sum eo, ff. de servit. urban. præd.* & sic respectu prælationis socii quando alter socius vendidit, vel locavit, nihil de hoc *Ias.* nec *Angel. de Perus.*

58 Aliud enim est prohibere, ne veniat, & in hoc bene procedit regula, quod de re sua quilibet est moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mand. l. sed & si* 59 *lege, §. consuluit, ff. de petit. hæred.* Aliud est, quod vendere volens extraneo, socius præferatur in venditione, quia in hoc non læditur venditor in substantia, cum eidem pretium solvatur, & ex diversis 60 illatio fieri non debet, *l. Papinianus exuli D. de minor.*

61 Rursus non obstabit decisio relata per *Rendell.* in causa jurisdictionis criminalis Universitati Cisternini, quia potius facit pro Capitulo, ibi enim obtinuit Universitas prælationem adversus Jo. Vincentium de Tolsa tertium emptorem, dicit *ipse* postea, quod Ecclesia Monopolitana prælatione prætendere non poterat, eo quo pervenit ad manus mortuas, *Cassan. in Consuetud. Burgund. rubr.* 9. *des mainsmortes*, § 10. *numer.* 54. *vers. ex quibus omnibus*, & est *text. in cap.* 1. §. 1. *de alienat. feud.* & ideo tenet, quod si esset persona laica, qui possideret jurisdictionem civilem, quod obtinuisset, ex decisione *Marini Frecc.* & aliorum. Quando ergo Capitulum non vult, quod perveniat ad manus mortuas, sed ad personam secularem, tunc cessat ratio prædicta, & sic sive attendamus decisionem, sive id, quod dixit *Rendell.* nihil dicebatur obstare.

62 Item neque obstabit doctrina *Andr. in d. vers. nec dominus*, quia multoties fuit contrarium judicatum, ut refert idem *Ann. in d. sing.* 150.

Replicabatur etiam ad aliud motivum, quod Capitulum non poterat agere ea ratione supradicta, quia veniret ad manus mortuas, neque tertius, in cujus caput erat facienda emptio, quia jure cesso ei prælatio non poterat competere. Nam id, quod dicitur, non posse pervenire ad manus mortuas, non est, 63 quod ei non competat actio, sed quia interest directi domini, ut ad manus mortuas feudum non perveniat, ob interesse relevii, & devolutionis, & sic hoc objectum non competit venditori, cujus nihil interest, sed directo domino pro ejus interesse, ut explicat *Cassan. in d. rubr.* 9. *des mainsmortes*, §. 10. *numer.* 54. *versical. fortius dico*, ubi, quod cum consensu domini non prohibetur feudum emi, vel alienari, & propterea dixit *Henrich. Bosch. in cap. ex literis, in fi.* 11. *ca-* 64 *lum. de consuetud.* quod in Regno Franciæ quando Ecclesia tales res acquisivit, tenetur intra annum à die monitionis ei factæ ponere eas extra manum suam. Cumque hoc intendat facere etiam ante acquisitionem cessat interesse Regis, & proinde hoc opponere non potest conductor, vel emptor, nec in hac causa agit tertius uti cessionarius, sed Capitulum, cui competit prælatio, & intendit dictam jurisdictionem intestare in laicum, ad evitandum dictum interesse directi domini.

Nec tandem obstare, dicebatur, quod erat annus 65 jam elapsus, quia in integrum restitutio adversus anni lapsum de jure conceditur, ut habetur in *c. constitutus, extra de restit. in integr. Castill. dec.* 244. *vol.* 3. *Franch. d. decis.* 17. *num.* 17. *Reg. Rovit. in d. pragm.* 63. *de offis. Procur. Cæsar.* & secundum communem opinionem tempus dictam restitutionem petendi est quadriennii, ut habetur in *clem.* 1. *de restitut. in integr. Afflict. decision.* 275. *& ibi Addent.* qui alios cumulant, *Maurit. de restit. in integr. numer.* 42. & sic decisum refert idem *Reg. Rovit. ubi supra, numer.* 9. & læsio satis probata veniebat ex continuis litibus, & dissentionibus ortis inter Capitulum, & dictum Franciscum,

Ex

Ex quibus discusso plene negotio in Collat. Consil. die 2. Martii 1643. fuit interpositum decretum, tenoris sequentis, videlicet.

In causa Reverendi Capituli Regalis Ecclesiæ S. Nicolai Barensis cum Francisco Grisono super præl atione petita affictus jurisdictionis trium casuum criminalium Castri S. Nicandri, ut in actis, &c.

Die 2. Martii 1643. Neap. facta relatione de omnibus S.E. in Regio Collat. Consil. per Spectabilem Regentem Didacum Bernaldum de Zuñia Reg. Collat. Consil. & Commissarium, partibus auditis.

Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Vicerex; Locumtenens, & Capitaneus generalis, providet, decernit, & mandat, quod cogatur Franciscus Grisonus ad cedendum in beneficium personæ declarandæ per Reverendum Capitulum S. Nicolai de Bari affictum trium casuum criminalium Castri S. Nicandri prout ipse tenet, & possidet; solutis tamen prius dicto Francisco ducatis duobus mille per ipsum anticipate numeratis, verum dictum Reverendum Capitulum teneatur etiam procurare, quod idem Franciscus Grisonus liberetur ab obligatione facta in beneficium Noviciatus Iesuitarum Civitatis Florentiæ, & similiter teneatur emere bona stabilia ejusdem Francisci existentia in eodem Castro S. Nicandri mediante appretio per personam à Spectabile causæ Commissario eligendam, & pro eodem pretio corresponde-re tot annuos introitus ad rationem fructuum, hoc suum, &c. penes Cancellarium Regiæ Iurisdictionis Iosephum Iordanum.

Quod decretum principaliter ultra rationes supra relatas fuit fundatum, quia Franciscus prædictus locationem fecerat postquam eidem fuerat per Collat. Consil. ordinatum; quod ad dictam Terram non accederet, & quod Spectabilis Comes Molæ locationem dictæ jurisdictionis tunc factam annullaret. Et quamvis per dictum Franciscum fuisset prætensum, dictum decretum fuisse certo modo revocatum, ex eo, quia causa fuit remissa ad Sacr. Consil. tamen rei veritate inhibitio prædicta nunquam fuit per Collat. Consil. revocata, & vigebat eadem causa, pro qua tunc temporis illud fuerat interpositum.

OBSERVAT. IN DECIS. CLXVIII.

SVMMARIVM.

1 Dom. Franciscus Maria Pratus *Regius Consiliarius laudatur.*

D. Regens Donatus Antonius de Marinis *laudatur, ibidem.*

2 *Vendere, vel emere nemo cogitur invitus, nisi ex causa & num. 3. 4. 11. & seq.*

Possidens unam partem domus, alter verò alteram partem, & ambo utantur insimul eodem aditu eodem cortilee, eodem puteo, &c. an possit unus ex ipsis cogi ad vendendam alteri suam partem ad vitandas rixas, vel debere tota domus licitari, ibid. & num. 6. 7. 8. 11. 12. cum seq.

3 *Res est, quæ est in communi, & non potest commodè dividi, an debeat licitari, & n. 9. 11. 12. cum seq.*

4 *Quilibet in re sua est moderator, & arbiter.*

Emere, & vendere est actus naturalis libertatis, ibidem.

5 *Vicinus potest compelli vendere domum suam, vel locum Ecclesiæ cohærentem pro amplianda Ecclesia.*

Et an id habeat locum si domus sit antiqua in familia, ibid.

7 *Nova divisio an sit facienda stante cursu longi temporis, quo pro diviso steterunt.*

D. Scipio Martinus *Regius Consiliarius laudatur.*

9 *Res, quæ in communi possidetur debet dividi ad vitandas rixas, discordias, &c. & numero 1.*

Communio parit discordiam ibid.

Homines faciles sunt ad discordias, ibid.

10 *Nemo potest cogi in communione persistere, etiam si adsit pactum juramento firmatum de non dividendo, & etiam si adesset prohibitio testatoris, vel tempus immemorabile.*

Divisionem non potest prohibere testator, ex quo communio pariat discordias, rixas, &c. ibid.

11 *Res quando dividi non potest inter socios, an debeat uni adjudicari, vel saltem tota rei licitari, & n. 6. 7. 8. & 12. cum seq.*

13 *Vbicunque habet locum ratio, debet habere locum lex.*

Ratio est anima legis, ibid.

14 *Dignior an præferatur absque licitatione in venditione domus communis.*

15 *Possessor domus antiquæ an præferatur in emptione alterius partis ipsius domus.*

16 *Prælatio an competat uni ex sociis in venditione communis domus, & num. 17.*

Renunciatio tacita idem operatur, quod expressa, ibidem.

Privilegio non utens, an tacitè illi renunciasse videatur, ibid.

18 *Prælatio quando competat consanguineo, & vicino.*

Quid in hac Civitate Neap ibid.

19 *Prælatio an debeatur directo domino.*

Andr. de Isern. *vocatur Evangelista regni ibid.*

20 *Christianus existens in manibus Turcarum, an acquirat legata sibi facta.*

Servus Christianus existens apud Turcas, an acquirat legata sibi facta, & an sui creditores acquirant jus super bonis sibi relictis, ibid.

21 *Curator an detur Christiano existenti servo apud Turcas & n. 22.*

23 *Mortuus an censeatur, qui per decennium stetit in manibus Turcarum, & de eo non habeatur notitia, quod sit vivus.*

24 *Legatum factum alicui, an acquiratur ejus creditoribus si à testatore sit jussum nullum jus illis acquiri ex eo.*

IN causa hujus decisionis pro Regali Ecclesia, & Reverendo Capitulo Ecclesiæ Divi Nicolai Barensis scripsit, & patrocinavit D. Franciscus Maria Pratus tunc Advocatus primi ordinis, nunc Regius Consiliarius meritissimus, cujus allegationes habentur *tom. 2 suarum disceptation. forens. cap.* 1. & pro Francisco Grisono scripsit, & patrocinium præstitit *D. Don. Ant. de Marin.* tunc Advocatus doctissimus, ultimo loco Regens Regiam Cancellariam, cujus allegationes habentur in *d. to. 2. disc. for. D. Prati c. 2.*

Ad *num. 9. cum sequent.* hujus decisionis, ubi dicitur quod licet quis non cogatur vendere, vel emere, attamen ex causa potest cogi ad vendendum, observandum est, quod si duo possideant domum, unus, scilicet unum appartamentum, alter aliud, & ambo, utantur eodem aditu, eodem cortileo, eodem puteo, eodem astraco, & unus compossessor petat, ut alter vendat sibi suam partem ad evitandum rixas, cum communio pariat discordiam, vel saltim petat licitationem totius domus; alter verò dicat non posse ad id compelli, & cum hic casus evenisset in hac Civitate Neap. annis proximè præteritis inter Andream Terralavore, & Carolum Iuvidiati, quia dictus Carolus possidebat unum appartamentum palatii & dictus Andreas possidebat alia duo appartamenta, quæ emerat à fratribus dicti Caroli, & dictus Andreas petiit in S.C. cogi d. Carolum ad vendendum sibi dictum appartamentum quod erat minor pars, vel saltim ad licitandum, cum non poterat commodè dividi dicta communio aditus, schalæ, cortilei, putei, astraci, &c.

Pro parte dicti Caroli dicebatur non posse ad id cogi

cogi ex illo axiomate legali, quia nemo invitus cogitur vendere, quod suum est, ad text. in leg. dudum, & in l. invitum, C. de contrah. empt. in l. nec emere, C. de jure deliber. in l. invitum, C. locati in l. nec ab initio, C. de nupt. in l. non enim, ff. rerum amot. in l. possessores, C. de fund. patrimonial. lib. 11. sic testantur Curd. Tusch. litt. V. concl. 59. num. 1. Gomez. tom. 2. var. resol. cap. 2. nu. 51. Cancer. var. resol. tom. c. 13. de empt. & vend. nu. 77. Præs. de Franch. in decis. 675. num. 2. etiam justo pretio, Boer. in decis. 311. nu. 2. Giurb. in dec. 86. nu. 1. & ratio viva est, quia in re sua quilibet, est moderator, & arbiter, & de

4 re propria dominus, ut liberè & absolutè disponit, item quia emere, & vendere actus est naturalis libertatis, ut dicunt Menoch. lib. 3. de præsumpt. præsumpt. 110. nu. 54. Fab. de Ann. in cons. 47. nu. 41. adeo ut iniquum videatur, quem compelli rem suam alteri vendere, prout ratiocinantur DD. supracit. & quod hæc conclusio solum limitatur favore Ecclesiæ, ita ut pro construenda, vel

5 amplianda Ecclesia posse compelli vicinum ad vendendum domus suas, vel locum Ecclesiæ cohærentem, prout decisum per S.C. referunt Gizzarel. in decis. 37. Gramm. in decis. 75. Præs. de Franch. in decis. 223. aliam decisionem allegat Giurba in decis. 86. Reg. Revert. in dec. 284. in noviss. ubi Reg. de Marin. in observ. n. 1. Rocc. decis. 138. n. 1. par. 1.

Imò, ut dixerunt nonnulli DD. quod quando domus est antiqua in familia, nec etiam Ecclesia habet privilegium cogere vicinum ad sibi illam vendendum, prout decisum per Rot. Rom. testatur Didac. de Mar. in addit. ad decis. Gizzarell. supra cit. 37. num. 1. ac Reg. de Marin. in supracit. observat. ad d. dec. Reg. Revert. 284. num. 5.

Ad decisionem relatam per D. Reg. hic n. 18 in causa D. Michaelis Sanfelicii cum Nicolao Antonio Capicio Zutolo dicebatur ex parte dicti Caroli non ha-

6 bere locum in hoc casu, quia illa decisio fuit facta ad evitandas differentias, & altercationes inter illas partes ortas, ut ibi dicitur, & ideò non posse applicari casui, de quo agebatur ex eo, quia per vigintiduos annos continuos habitavit dictus Andreas in dicta domo cum ipso Carolo, & nunquam altercati sunt, sed semper pacificè & quietè adinvicem vixerunt, prout etiam omnes de eorum familia: Immò quando dicta decisio esset applicabilis, tunc standum esse in arbitrio dicti Caroli vel vendere suam partem, vel emere alias duas partes à dicto Andrea, quas promptus esset mediante appretio emere, dum aliter fuit decisum in dicta decisione mox relata in causa Sanfelicii.

Neque per dictum Andream prætendi posse novam divisionem esse faciendam stante cursu longi temporis,

7 quo pro diviso tàm dictus Carolus, quàm dictus Andreas, unusquisque possedit suam partem, & unoquoque eorum subeunte onera, & munera, nec non commoda, & incommoda sentiente suæ partis, præsumitur facta divisio, Fontanella de pact. nuptial. claus. 4. glos. 9. par. 2. numero 116. hæc pro d. Carolo adducta fuerunt.

8 Ex parte vero dicti Andreæ inter alia multa in Allegationibus impressis, infrascripta dicebantur à D. Scipione Martino tunc ejus Advocato æquidem integerrimo, & inter primos primi ordinis Decano, nunc verò Regio Consiliario dignissimo, meo Domino, quod stante quod non solum non poterant commodè dividi dd. aditus, cortileum, puteus, fons, gradus, astracum, immò esse indivisibilia, ut per Angel. in leg. 4. glos. 5. num. 6. de melioration. quia aliàs certum esset debere dividi ad evitandum discordias, rixas, scandala

9 & alia evitanda, cum communio hos malos effectus producat, cum faciles sint homines ad discordias, l. item si unus, §. principaliter ff. de recept. arbitr. & proinde divisio inventa est. l. cum pater 79. §. dulcissimus, ibi, Item jure divisionis res propria facta non præstabuntur, cum discordias propinquorum sedandas prospexeris, quas materia communionis solet excitare, ff. de leg. 2. & divisio fit etiam contra invitum l. ad officium C. commun. divid. Bald. in l. 1. nu. 2. vers. 3. not. C. eod. & quod eadem ratione evitandi rixas, &c. non potest quis cogi in communione persistere, l. in communione, C. comm. divid. Hippol. sing. 9. Negusan. de pignor. par. 1. memb. 3. n. 42. Rol. cons. 84. num. 1. Macugn. tom. 1. com. opin. lib. 2. c. 7. num. 1. Oldrad. cons. 241. nu. factum tale est in princ. & etiam quod adsit pactum juramento firmatum de non

10 dividendo, vel adesset prohibitio testatoris, & adsit immemorabile tempus adhuc communio non præscribitur, Oldrad cons. 241. Craveti. latissimè cons. 60. Dec. cons. 349. Gramm. dec. 7. n. 3.

Vnde subjungebat, quod cum communio ades-

11 set, & dicta divisio fieri non posset cogendum esse dictum Carolum ad vendendum Andreæ ejus minorem partem, vel saltim procedi ad licitationem totius domus, quam instantiam esse fundatam in dispositione juris.

Etenim quando res dividi non potest, vel commodè non patitur divisionem, divisionis loco adjudicatur tota res ei, qui habet majorem partem ad text. expressum in l. sancimus, §. ne autem, C. de donat. ubi Bald. & alii, Capyc. decis. 136. Ursil. ad Afflict. decis. 23. num. 6. Tiraquell. de jure primog. quæst. 60. n. 15. Craveti. cons. 377. num. 8. Marquet. de divis. bon. lib. 2. cap. 10. num. 7. Valasc. de partitio. cap. 22. num. 3. Barze dict. decis. 100. num. 10. & 11. Alvar. Valasc. consult. 114. num. 7. Rom. in l. Murcellus, §. res quæ, ff. ad Trebell. Gund. cap. singul. 557. num. 2. Topat. in tit. comm. divid. cap. 8. in fine, vers. in re communi, Nigr. de subhastat. quæst. 189. num. 1. ubi allegat Rebuff. Fab. a. de Mont. de empt. & vendit. 3. quæst. princ. num. 44. Jason. in §. quadam num. 59. vers. & quomodo debeat Judex, Jo. Andr. in re communi 56. num. 1. de reg. jur. in 6. reg. Sanfelic. decis. 322. num 8. & §. fin. instit. de his, qui sunt sui, vel alieni jur. ex glos. Aretin. Tiraquel. & Luc. de Penn. Blasius Michulori de fratribus par. 3. cap 37. num. 45. idem Gratian. d. cap. 516. post Anchar. Carpan. & Menum, Caldas, Perein in tract. de emphyt. extinctio. cap. 8. num. 13. Nam qui habet majorem partem, habet majorem potestatem, l. quæritur ff. de stat. homin. l. 2. Codic. de mutat. lib. 10. l. rem ff. de pact.

Et licet Gratian. decis. 169. dicat dispositionem, d. l. sancimus, §. ne autem, locum sibi vindicari inter donantem, & donatarium, ait ibi tit. Bald. & Angel. ibid. & Tiraquell. in d. tract. de jur. primog. q. 60. num. 15. & 16. attamen hoc est somnium, nam neque Bald. neque Angel. neque Tiraquel. dixerunt esse speciale inter donantem, & donatarium. Imò dicunt esse Speciale in re communi, ut etiam dicit gloss. ibidem in verbo, ampliorem, ibi: Et hoc est speciale, ut in re communi sic fiat alias contra. Specialitas ergo est solum in divisione cujuslibet rei communis, non autem solum inter donantem, & donatarium, ut dicunt omnes supra relati Authores. Quod expressum est in eodem text. §. ne autem; nam ideò ibi fit adjudicatio habenti rem majorem, ut evitetur contentio inter socios, nam alias si esset speciale in donatione text. daret electionem donanti tanquã magis privilegiato ex sui liberalitate ibi, Ne autem communione inducta donatori, & ei, qui liberalitatem suscepit aliqua oriatur contentio electionem damus ei, qui ampliorem summam in re donata habuerit. Ergo sola ratio fuit evitandæ contentionis, non autem ex specialitate contractus donationis. Vnde cum in omnibus rebus communibus ista ratio militet eadem quoque dispositio militabit vulg. leg. l. illud ff. ad l. Aquiliam, l. si postulaverit, §. 1. ff. ad l. Jul. de adulter. cum aliis cumulatis per Barbos. in axiom. jur. usufrequens axiom. 197. n. 3. & ubicunque ratio habet locum, debet habere locum lex Thomas de Thomasei in floreb. legum reg. 292.

12 Portol. in tract. de consortibus, & fideicomm. legal. cap. 5. num. 14. aliique innumeri, quos sequitur idem Barb. num. 4.

nu.4. Anima legis est ratio, quæ regulat omnem dispositionem *l. cum Oratio de bo. donat.* eaque ampliat omnem dispositionem *Surd. de aliment. tit.1.q. 44. num.15.* idem *Barbes. nu.1.*

Et sic practicari testatur *Reg Sanfelic. decis. 307.* & in Collaterali Cunsilio fuit decisum D. Michaelem Sanfelicium possidentem tres partes Casalia Acquavalle teneri ad vendendum Nicolao Antonio Capycio Zurlo possidentem quinque partes, ut scriptum reliquit *Pras. Lanar. in add. ad R. Lana. in c.1.*, et quos fiat investit.

13 Vel saltim [ut diximus] deveniendum est ad licitationem ex decisione ejusdem *leg. ad officium 5. commun. divid.* secundum quam omnes supradelati Authores concludunt, quibus addimus *Fontanell. de pact. nuptial. claus.4. gloss.9. par.2. num.75. Hermosil. in addit. glos.6. l.3. tit.4. part.5. num. 102. tom.1. Vela'c. in praxi pettie cap. 11. num.10. Morquech. de divis. bonor. lib. 2. cap.10. num.4. Anton. Menach. decis. Bonon. 56. n.6. & seq. Gratian. d. dec.169. n. 15.*

Sed in hac causa maior est difficultas, cum omnes insteot pro venditione scilicet, Carolus instat pro venditione partium Andreæ, & Andreas pro venditione partis Caroli, idcircò fieri debet licitatio, quamvis Andreas esset præferendus absque licitatione, 14 tanquam habens duas partes, & etiam, quia est dignior cum sit Baro, ita in puncto *Fontanell. ubi supra .66.* quem sequitur *Hermosil. ubi sup.*

15 Nec opponatur, quod ipse Carolus sit possessor domus antiquæ; nam dum Andreas emit ab aliis fratribus in omnibus, & per omnia in eorum locum successit, *l. si cum, §. qui injuriam ff. si quis cautio, l. emptor,* ubi *Bald. in 1. nei. C. de heredit. vel actio vendit.* & non dicitur tertios, *Cravet. de antiquit. tempor. pag. 29. sub num.23. & 24. Borgnin. Cavalcan. decis.19. numer. 51. & 63. part.2. Surd. cons. 105. num.4.* & censetur eadem persona, *cap. denique 7. q.1. l. si donare §.1. de donat. inter vir. & uxor.* & habet omnia jura, quæ cedens habebat, *l. si ager,* ubi *Dyn. Bart. & alii, ff. de rei vindic.*

16 Sed in hac causa omnis dubitatio rejicitur, nam licet in venditione à fratribus de Invidiato competebat Carolo jus prælationis tanquam socio, vel alio jure, illud renunciavit tacitè, eo non utendo, *dict. leg. si cum §. qui injuriarum, ff. si quis cautio,* omittere est repudiare *l.1. C. quando non petent. par.* & idem operatur expressa renunciatio, quam tacita, *l.1. C. si ut omnis hared. vel bonor. possess.* quam conclusionem optimè, & eruditè exornat *Paul. Gallerat. in ejus solemni tractatu de renunciat. lib.5. cap.11.* Et qui non utitur privilegio sibi competente tacita voluntate declarat se repudiare illud beneficium, vel privilegium; *l. si Judex circumvento, ff. de minoribus,* latissimè idem *Gallerat. cap.14.* Quæ remissio intelligitur etiam ex temporis lapsu, *leg. si ea, C. qui accus. non poss. l.1. §. sed videndum. ff. de successorio edict. l. si ego, ff. de negot. gest.* cum mille aliis cumulatis per eundem *Gallerat. cap.16.*

Itaque sive illud jus competat ratione rei vel personæ per dictam omissionem, sivè patientiam, semper dicitur renunciatum, ita ex *Bart. Abb. Fel. Alex. Ruin. Mascard. Paris. Socin. Ias. Menoch. Alban.* & aliis comprobat idem *Gallerat. eod. lib. 5. c.11. n.27.*

17 Proinde concludendum est remanere ipsi Carolo jus sociale in domo, quod jus operatur si Andreas alteri vendere voluerit præferri ipsi debet, sed ex eodemmet jure oritur quod ipse teneatur vendere Andreæ, vel procedendum esse ad licitationem, quæ duo remedia sunt loco divisionis ad quæ ipse Carolus uti socius tenetur, ut supra est fundatum.

Additur, quod objectio procedere posset si concurrerent ea, quæ considerata fuerunt ab Imperatore Constantino in *l. ex, qua tutores, C. de administrat. tut.* quæ 18 omnia cessant in hac causa. Nimirum loquendo de domo, in qua defecit pater minor crevit, in qua majorum imagines, aut non videre fixas, aut revulsas videre, satis est lugubre, ex quo *text.* est sumpta prælatio per consuetudines, & statuta locorum per retractum consanguinitatis, ut advertit *Tiraquell. de retract. lign. in præfatio.* quod jus retractus ex capite consanguinitatis non procedit in Regno, ut advertit *Affl. in constit. Regni sancimus de jure prothom. in princ. nu. 36.* ubi refert pluries sic determinatum, sed tantum competit, ut præferatur vicinus habens rem collateralem sit consanguineus, nam tunc ratione vicinitatis, & consanguinitatis præfertur in venditione facta per vicinum consanguineum, sic etiam sensit *Bald.* qui constitut onem prædictam interpretatus fuit, & ibidem expressè dicit *Benedict. in rubr. num.51.* & confirmat *Rendell. in ead. const. in verb. si quis ex parentela num.* & in hac Civitate non attenditur parentela, sed solum vicinitas, ut notat idem *Rendell. ibidem num.6. Molfes. post Napodan. intra consuet. de jur. congr. q.2. n.5. & q.29. n.18. & q.32. num.5.* solum competit in feudis, ex *cap. Titius si de feud. defuncti milit.*

Ex quibus, & unoquoque ipsorum, vel debet cogi Carolus ad vendendum, vel est admittenda licitatio totius domus.

Hæc omnia pro dicto Andrea adduxit dictus D. Scipio Martinus pro eo patrocinante, & per S.C. fuit decisum, quod licitentur tàm dicta tertia pars domus Caroli, quàm aliæ duæ partes Andreæ in Banca Caprilis; sed postea dicta licitatio minimè facta fuit, ex quo partes devenerunt ad concordiam, & dictus Carolus ex æquo vendidit dictam suam tertiam partem domus d. Andreæ pro ducatis 2800. ut mihi relatum fuit.

19 Ad comprobationem ejus, quod dicit *D. Reg. n.28.* observandum est, quod sæpe fuit decisum pro opinione affirmativa deberi prælationem, ut ultra decisiones quas affert *Io. Vinc. de Anna,* quem citat *D. Regens nu. 26.* & ibi *Fabius de Anna filius in noviss. addit.* fuit etiam decisum in causa Fabii Iordani cum D. Ioanne de Guevara, nam cum dictus Fabius censuasset quoddam territorium dicti D. Ioanni, & ipse D. Ioannes illud subcensuasset Ludovico Gallo, accedente ipsius Fabii consensu, postea idem Fabius petiit prælationem tanquam directus Dominus, & sub die 14. Iulii 1576 *Decreto S.C. declaratum est prædictum Fabium de Jordano esse præferendum in censuatione facta per D. Ioannem de Guevara Ludovico Gallo. Cæsaren: Secretarium,* prout habetur in processu dicti Fabii cum d.D. Ioanne, fol.166. in banca Angrisani, nunc Caprilis pro Cioffo, & pro negativa opinione, quam substinet *Andr. de Isern.* quem Evangelistam Regni vocat *d. Jo: Vinc. de Anna in d. singul.150.* adsunt aliæ decisiones, quas similiter adducit *d. D. Reg. num.43.* ex eodem *Ann. in d. singul.150.* ubi etiam *d. Fabius filius in d. noviss. Addit. nu. 344.* qui pro hac negativa citat *D. de Franch. decis.17. n. 8.* qui ita se Advocato existente fuisse decisum in *M. C. V.* & postea in S.C. refert, & huic opinioni *Isern.* adhæret ipse *Jo. Vinc.* dicens, quia cum *Andr. de Isern.* concurrerunt Docti eo tempore Consiliarii.

Num.35. fit mentio de servis Christianis, observandum est, an Christianus existens in manibus Turca20 rum acquirat legata sibi facta, & cum annis elapsis Livia dell'Anno instituisset sibi hæredem universalem Donatum Vilo suum filium, & hæredem particularem in aliquibus bonis Honophrium Vilo similiter suum filium quæ bona essent pro legitima, Trebellianica, & falcidia, & pro omne, quod posset ei spectare, & prætendere de sua hæreditate dictus Honophrius, & quia tam tempore dicti testamenti conditi per dictam Liviam, quàm tempore suæ mortis d. Nonuphrius manebat servus apud Turcas in *Tunnesi*, fuit ei datus Curator V. I. D. Franciscus Mirella ad instantiam suorum creditorum, qui Curator instetit describi in faciem dicti Honuphrii, & pro eo in faciem ipsius Curatoris dd. annuos introitus cum eorum capitalibus sibi

relictis

relictis à dicta Livia matre, citra præjudicium medietatis bonorum antiquorum, in processu fol.141. deinde institit pro dicta medietate bonorum antiquorum, fol.168. & per D. Consiliarium Gomez die 11. Februarii 1651. fuit ordinatum, quod dictus Donatus Vrlo hæres universalis faciat depositum omnium quantitatum per ipsum exactarum ex introitibus relictis dicto Honuphrio à die mortis dictæ Liviæ communis matris fol. 180. à quo decreto reclamavit dictus Donatus fol. 182. & per S. C. die 18. Novembris 1651. referente dicto D. Gomez fuit confirmatum dictum decretum, fol.184. à ter. à quo decreto item reclamavit dictus Donatus fol.203. loco reclamationis, & per S. C. die 10. Decembris 1653. fuit etiam confirmatum dictum decretum S.C. fol.234.

Adversus quod decretum S.C. interpositum die 10. Decembris 1653. dictus Donatus dixit de nullitate, quas proposuit infrascriptas fol. 245.

21 Prima nullitas, quia non poterat dari Curator, quia quatenus legatum esset validum, illud conservari debet donec legatarius revertatur ab hostibus, & sic dum est contrà *text. in l. quod servus ff. de cap. & post lim. reversf. l. in omnibus, & l. postliminium ff. eod. l. Aristo ff. de manumiss. testam. l. unica, §. pro secundo, C. de caduc. toll. l. 9. ff. de usu, & usufr. leg.*

22 Secunda nullitas, quia Curator non datur existenti in manibus Turcarum absque cautione, qui conservare bona debet, *l. cum cognatos, C. de captiv. & postlim. reverf.* & intelligitur de bonis anteà acquisitis, *gloss. in l.*

23 Tertia nullitas, quia ignoratur an sit vivus dictus Honuphrius, stante lapsu decennii, ideo præsumitur mortuus, *l. si servus, ff. de* *l. uxores 8. ff. de divort. & repud.*

24 Quarta nullitas, quia in testamento fuit jussu l-lum jus acquiri creditoribus Honuphrii, & sic creditoribus non prodest legatum, *l. non dubium C. de leg.*

Die 15. Februarii 1655. rediit dictus Honuphrius è manibus Turcarum, & dictæ nullitates non fuerunt discussæ. Ita in processu Hieronymi de Letitia, & aliorum creditorum Isabellæ, & Honuphrii Urlo in banca Andreæ de Martino.

M. A. Gizzius.

ARGVMENTUM.

Collegium quando dicatur licitum, vel illicitum, & an, & quando in novæ Congregationis fundatione sit necessaria Principis licentia. Et an possint aliqui ex Collegio, sive Confraternitate antiqua, novam in alio loco sub eodem instituto, & eadem invocatione erigere, etiam pro operibus piis, & quid quando hoc fit ad æmulationem.

SVMMARIVM.

1 *Collegium an sit licitum, vel illicitum, ejus cognitio ad Principem, sive ejus Senatusconsultum spectat.*
2 *Collegia omnia illicita sunt, nisi licita probentur.*
3 *Collegium quodcunque regulariter dicitur reprobatum & illicitum, nisi appareat de jure, vel authoritate Principis permissum, & numero 8.*
4 *Institutio, aut collectio Collegiorum, vel à Principibus sæcularibus, aut sacris, penes quos summa Respublica sit, fieri debet, propter imminens periculum conjurationum, & proditionum, quæ ex conventiculis solent conflari.*
5 *Contra Senatusconsulta convenire quidnam sit.*
6 *Collegia, quæ fiunt Religionis causa, quamvis licita sint nisi permittantur, illicita dicuntur.*
7 *Collegiorum prohibitio si solum de illicitis esset intelligenda, inutiles essent leges, quæ Senatusconsultis licentiam requirunt, cum ea non nisi iis, quæ Religionis, vel alterius publici boni causa celebrantur, concedi soleat.*
9 *Collegia juvantium oppressos, sepelientium infirmos, & similia dicuntur licita, si à jure, vel Principe sint approbata.*
10 *Inhibitio potest à principio, nulla facta citatione concedi, & ita quotidie de stylo practicatur, & etiam ut plurimum una cum citatione expeditur à principio.*
11 *Inhibitio, quæ potest fieri partibus invitis, multo magis procedit partibus absentibus.*
12 *Magistratus omnes possunt pœnali judicio eorum jurisdictionem tueri.*
13 *Inhibitio, sive justa sive injusta semper est timenda, & ei obtemperandum.*
14 *Obligationis principium non potest oriri ex actibus, qui sunt in mera facultate.*
15 *Præscriptio non datur in actibus facultativis, nec inducitur consuetudo, nec in futurum nascitur obligatio, Intellige ut num. 42.*
16 *Præscriptio in actibus facultativis non datur, nisi in illo casu, quo præcedente contradictione, seu prohibitione sequuta sit partis acquiescentia cum tempore habili ad præscriptionem inducendam.*
17 *Æmulatio non cadit in actibus facultativis, quia qui jure suo utitur, nemini facit injuriam.*
18 *Injuriarum actio competit contra impedientem uti jure suo.*
19 *Licitum est aliquid peragere, quod non fit ad alterius æmulationem.*
20 *In dubio præsumitur, quod quis ad sui commodum, non ad alterius æmulationem faciat.*
21 *Licite dicitur fieri, quod mixta consideratione peragitur nempe ne alteri noceat, & sibi etiam prosit, quia non videtur fraudari consilio, qui non fraudatur re, & vincitur animus à juris licentia.*
22 *Templa, & Ecclesiæ in hac Civitate Neapolis plures sunt eum eadem Sanctorum invocatione licet cum diversa adjectione ad hoc ut una Ecclesia ab alia secernatur.*
23 *Damnum, quod à privato percipitur, non habetur in consideratione, quando adest favor publicæ utilitatis.*
24 *Licentia non est necessaria circa institutionem operæ piæ.*
25 *Collegia approbata de jure civili quænam sint, ex doctrina* Bart. in l. sodales, ff. de colleg. illic.
26 *Collegia omnia regulariter sunt licita, quæ causa Religionis fiunt, dum tamen per hoc non fiant contra Senatusconsultum, quo illicita Collegia coercentur.*
27 Petr. Greg. Tholos. *opinio* in tract. de Republic. lib. 13. cap. 4. *sub* numero 3. lit. B. *explicatur.*
28 *Galli faciles sunt ad tumultus, & dissentiones, & res novas multum desiderant.*
29 *Conventicula causa Religionis, & pietatis de jure sunt permissa, & in quibus casibus exemplificentur.*
30 *Confraternitates, & Collegia coadunari licitum est, quia præsumuntur ad bonum finem.*
31 Decian. *opinio* in tract. crim. lib. 7. tit. de colleg. illic. cap. 20. num. 15. *declaratur.*
32 Barbos. de jure Ecclesiast. tom. 2. cap. 11. tit. de hospit. confratern. & aliis locis piis *perpenditur.*
33 *Paria delicta mutua compensatione tolli debent.*
34 *Malo quæ inchoantur principio, difficile est, ut bono perагantur exitu.*
35 *Reprobare multa est necesse, ne sint exemplo, perniciosa.*
36 *Ecclesiam ædificare in proprio prædio cum Episcopi licentia, quamvis licitum sit, tamen non est permittendum, quando antiquiores Ecclesiæ damnificarentur.*

37 *Principes,*

37 *Principes, & iura, qua proprietate, & Religione aliquibus Collegiis, & Monasteriis aliquid concedunt, non permittunt ad alterius Ecclesia, vel loci iniuriam redundare.*

38 *Congregationem novam erigere, licet de per se non sit malum, immo bonum, ubi tractatur de adiuvandis pauperibus, tamen quand. finis est illicitus, hoc est, ad damnificandum antiquam Congregationem illicita quoque erit nova.*

39 *Congregationes, & Sodalitates sunt permissa, vel prohibita secundum finem bonum, vel malum.*

40 *Artifices Tinctoria non possunt se dismembrare ab arte lana, qua est eorum caput, & novam facere societatem.*

41 *Tinctoria ars sub generalitate artis lana comprehenditur, licet certo modo faciat corpus separatum.*

43 Clemens VIII. Pont. Max. *unam tantum Congregationem, & Confraternitatem eiusdem generis singulis in locu institui voluit.*

44 *Confraternitates plures eiusdem nominis, & statuti confusionem & obscuritatem inducunt.*

45 Bulla Clem. VIII. *de anno 1604. a Sacra Congregatione fuit coarctata, solum ad novas Congregationes erigendas, non autem ad iam erectas.*

46 Bulla *predicta ex speciali privilegio non vindicat sibi locum in Congregatione Sanctissimi Sacramenti, & sanctissimi Rosarii, qua de anno 1622. per* Gregor. XV. *fuit etiam ampliata, ut non possint nova Religiones, & Congregationes introduci in Civitate infra quatuor mille passuum spatium in praeiudicium antiquarum, & num. seq. &* 51.

48 PP. *Carmelitarum Calceatorum controversia, quam habebant cum aliis eiusdem Ordinis discalceatis ob cuiusdam confraternitatis erectionem, fuit transactione sopita.*

49 *Congregationum pluralitas eiusdem instituti, & nominis, confusionem inducit.*

50 *Congregatio nova eiusdem instituti cum aliquo additamento, an possit fieri, ponderatur doctrina* Innoc. in cap. dilecta de excessib. praelat.

52 *Aemulatio non presumitur, nisi probetur.*

53 *Aemulatio potest probari coniecturis, & Iudicis arbitrio relinquitur.*

54 *Deus non dissensionis, sed pacis est.*

55 *Refertur verba* Innoc. in d. capit. dilecta, de excess. praelat.

56 *Congregari Religionis causa non est permissum sine licentia, & hoc propter periculum, quod sub specie Religionis ex eiusmodi Fraternitatibus evenire solet.*

57 Menoch. *opinio in* cons. 28. nu. 31. *post* Cravett. cons. 4. *reprobatur.*

DECISIO CLXIX.

Inter alias charitatis, & pietatis operas, quae in hac fidelissima Civitate Neapolis conficiuntur, adest quaedam Advocatorum Congregatio sub invocatione Divi Ivonis, qui fuit pauperum Advocatus, in Ecclesia, seu Coemiterio SS. Apostolorum RR. PP. Theatinorum, ubi una simul se congregant, & divinis operibus vacant, quorum principale institutum est, pro pauperibus, nedum patrocinium praestare, sed sumptus litis eorum expensis facere. Cumque per plures annos pacificè, & quietè cum maximo pauperum beneficio, dicto pio exercitio ad laudem Dei Omnipotentis, eiusque Matris Mariae Virginis, ac Divi Ivonis eorum Protectoris operam dedissent, in anno 1646. occasione electionis Gubernatoris, aliorumve Officialium pro ipsius Congregationis gubernio insurrexit inter eos zizania, unde cum Protegi postulatum esset, ut ad evitanda scandala, quae in electione praedicta oriri poterant, in ea unum ex Dominis Regentibus assistere faceret: Illustriss. & excellentiss. Dominus Dux de Arcos hoc onus mihi iniunxit, & propterea nonnulli ex eisdem Advocatis ex hoc indignati, ad aliam convolarunt instituendam Congregationem cum eodem fere instituto, & sub eodem titulo, licet postea sub invocatione S. Eleazarii eam perficere vellent, dicebant apud RR. Patres Domus Professae Societatis Iesu.

Dicebant Sodales, qui in eadem Congregatione SS. Apostolorum remanserunt, nullo modo hoc esse in perniciem, & detrimentum primae permittendam tanto magis, quia ad aemulationem omnia praedicta tractabantur, & ideo visum fuit mihi ut Commissario ad evitandas dissensiones, & ne aliquid mali inter eos eveniret, inhibere praedictis Advocatis, ne ultra in dicta nova Congregatione progrederentur, sed si aliquid praetenderent, comparerent,

1 quoniam iustitiae complementum eis ministraretur, Ad Principem enim eiusque Senatusconsultum spectat videre, si Collegium sit licitum, vel illicitum, ut probat *text. in l.* 1. *ff. de colleg. & corporib. illic.* & quamvis ex *text*, praedicto Religionis causa coire non prohibeatur, tamen statim subdit *Martianus*, Iurisconsult. *dum tamen per hoc non fiat contra Senatusconsultum, quo illicita Collegia arcentur*, & ibi *gl. in verb illicita* dixit, quod omnia illicita sunt, nisi licita

2 probentur, ex *text. in l.* 3. §. *in summa*, eodem *tit.* ubi propria verba sunt. *In summa autem nisi ex Senatusconsulti authoritate, vel Caesaris Collegium, vel quodcunque tale corpus coierit contra Senatusconsulta, & mandata, & constitutiones Collegium celebrat*, concordat, *text. in leg.* 1. *ff. quod cuiusque univers. nomin.* & ideo dixit *Francisc. Marc. decision. Parlam.* 799. *num.* 1. *ten.* quod regulariter omne Collegium

3 dicitur reprobatum, & illicitum, nisi appareat de iure, vel authoritate Principis permissum, *Petrus Greg. Tholos. syntagm. iur. univers. lib.* 15. *cap.* 32. *num.* 10. ubi

4 dixit, quod omnium Collegiorum institutio, aut collectio, vel à Principibus saecularibus, aut sacris, penes quos Summa Reipublicae sit, fieri debet, vel ab aliis facta eorum debent auctoritate certum, seu comprobationem habere, traditi rationem, propter imminens periculum coniurationum, & proditionum, quae solent ex coniurationibus hominum, seu conventiculis conflari, & dicit etiam tradidit idem *Tholos. de Republic. lib.* 13. *cap.* 4. sub *num.* 7. *lit. B.* ubi dicit, quid sit

5 autem contra Senatusconsulta convenire? nempe si sine permissione conveniant, vel privatim, vel publicè, sic enim ait *Tertullianus* adversus Physicos scribens, *Ob illicitas exeusans conventus, nisi forsan in Senatusconsulta & Principum constitutionibus opposita, delinquamus*, hoc idem habetur ex *Ant. Fabr. in ration. in l.* 1. §. *divus, ff. de offic. praefect. Urb.* ubi tradendo limitationem ad regulam, dicit, quod quamvis licita sint

6 Collegia, quae fiunt Religionis causa, nisi permittantur, illicita dicuntur, dat rationem, ne quid sub hoc praetextu fiat contra Senatusconsultum, *l.* 2. *ff. de extraordinariis crimin.* nam si Collegiorum pro-

7 hibitio, ut inepte aliqui dicunt, solum de illicitis esset intelligenda, profecto inutiles essent leges, quae Senatusconsulti licentiam requirunt, cum ea non tussis, quae Religionis, vel alterius publici boni causa celebrantur concedi soleat, Hoc etiam voluit *Hieron. Gigas de crim. lesa Magest. quaest.* 48. *n.* 4. ubi quod illicita

8 sunt omnia Collegia, quae à superiore non sunt approbata, vel permissa, per *text. in d. l.* 3. §. *in summa, Bar. in l. sodales in* 2. *quaest.* eodem *tit. de colleg. illic. Innoc. in c. cum Ecclesiarum* . ubi etiam *gloss. in verbo Prelatus, de offic. ordin. Bal. in cap. conventiculas, vers. item nota quod omnia Collegia de pace iuram. firm. in usib. feud. Abb. in cap. dilecta*, ubi etiam *glos. de exc. sib prelat. Bar. Paul. de Castr. Stein.* & alii in *l. cum Senatus*, ff. de *reb. dub. Felin. in l. accedentes, in princ. de praescript.*

Andr.

Andr. de Bessetis an habeat, C. de sacros. Ecclesia num. 10. qui ponit exemplum in Collegiis juvenium oppressos, sepelientium defunctos, Confratriarum, eleemosynarum, & similium in pias causas factis, 9 hæc enim licita dicuntur, si à jure, vel Principe sint approbata, quod perbelle exornat *Baranbas Brisson lib. 1 select. antiq. tit. de colleg.* & quod inhibitio possit à principio, 10 nulla facta citatione concedi habetur ex *Lancel. de attent. cap. 20. quæst. 4. num.* 110. ubi dicit, quotidie de stylu practicari, quod etiam non facta citatione conceditur inhibitio, immò ut plurimum solet in principio una cum citatione inhibitio expediri, & ante eum dixit etiam *Staphil. de lit. Grat. & just. vers. hoc non obstante, fol.* 178. ea ratione, quia inhibitio cum possit 11 fieri partibus invitis, multo magis illis absentibus, per regulam *text. in l. quod potest invitis, de regul. Jur.* præsertim, qui omnibus Magistratibus concessum 12 est, ut etiam pœnali judicio possint suam jurisdictionem tueri, *l. 1. ff. si quis jus dic. non obtemper.* multa traduntur per *Tiraq. in tract. de mort. saisit in 2. part. declarat 16. n. 4.* & habetur per *Rot. Rom. in dec. 3.* alias 11. *vers. sed pone, de appellat. in novis, Sese de inhibit.* 13 *cap. 10. §. 2. num. 2.* ubi dicit, quod sive justa, sive injusta sit inhibitio, in dubio semper est timenda, & ei obtemperandum.

Ad quam inhibitionem tollendam compatuit cœtus illorum Advocatorum, qui novam Congregationem instituere satagebant, plura considerando. Et primo, quod quamvis ipsi operi tam pio per plures annos vacassent, se congregando in dicta Ecclesia SS. Apostolorum, tamen non poterant astringi quod de cætero continuarent, & idem opus pium in alium locum una simul non exercerent, cum accessus ad dictam Congregationem non habeat principium obligationis in ea continuandi, sed erat in eorum fa14cultate, vel continuandi, vel abstinendi, ut dixit *Balb. in tract. de præscrip. q. 4. 5. part. principal. Reg. Galeota lib. 2. controvers. cap. 42. num. 6. Castill. de tert. debit. cap. 31. num. 2. Larrea alleg. fiscal. lib. 1. alleg. 50. num.* 27. ea ratione, quia in actibus facultativis non datur 15 præscriptio, *l. proculus, ff. de damn. infect. l. 1. §. denique, D. de aqua pluv. arc.* nec inducitur consuetudo, nec in futurum nascitur obligatio, *can. possessiones 16. quæst. 1. glos. in l. solent, in glos. fin. in fin. ff. de offic. procons. & leg. Bar. in l. cum de in rem vers. ult. col. ff. de usur. Capell. in tract. de servit. urb. cap. de furno, Capyc. in investit. feud. verb. furnis, Seraph. decis. Rot. Rom. 716. numero 10. & 813. num. 5. Thesaur. dec. 16. numero 3. Bal.* & alii in *l. 1. Codic. de servitut. & aqu. & in l. 2. C. quæ sit long. consuetud. Gabriel. comm. concl. tit. de præscript. conclus. 10 Bertrand.* latè *consil. 134. lib. 3. Petr. Jacob.* in sua *prax. tit. de furno, n. 5. Ego in consult.* 110. doctus & morigeratus Advocatus *Franc. Maria Prat. discept. foreas. cap. 47. vol. 1. & cap. 32. volum. 2.* ubi in hac eadem causa scripsit, *Ludovis. decis. 162.* ubi *Oliv. vers. Beltram. Rota Rom. decis. 355.* sub *numero 1. par. 1. in recent.* nec datur præscriptio, vel consuetudo in actibus facultativis, nisi in illo casu, quo præcedente contradictione, seu prohibitione sequuta sit acquiescentia partis, quæ dictam consuetudinem passa fuerit cum tempore habili ad præscriptionem inducendum, ut post *Josephum Ludovic. dec. Perus. 106. numer. 25. Afflict. 388. Roland. à Valle, Thesaur. Fontanel. Andr. Knich.* & alios dixi in *d. consult. 110. numero 15. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 3. num. 57. Castill. de tert. debit. dict. cap. 32. Larrea alleg. fiscal. 92. lib. 2.* & est *text.* ubi *DD.* communiter in *d. can. possessiones 16. quæst. 1. Cyn. in l. cum notissimi, §. sed cum illud, C. de præscript. 30. vel 40. annor. Felin. in cap. cum accessissent de constit. Thesaur. d. decis. 16. num. 7. Jacob. de Sanct. Georg. de feud. in verb. & cum molendino, Hieron. Treutler lib. 2. disput. 22. thes. 3. lit. I. f. 190. in princ. tit. de usucap. & præscript.* ubi etiam *Reinhar. Bachov. in animadvers. ad d. Treutler. d. lit. I. fol. 371. Prat. d. cap. 47. num.* 36.

Nec posse in hoc casu, dicebatur, adaptari aliud objectum de æmulatione dictorum Advocatorum ad prædictam novam Congregationem incipiendam, quia in actibus facultativis non cadit æmulatio, nam 18 qui jure suo utitur; nemini injuriam facit, *l. injuriarum, §. 1. ff. de injur. l. is tamen, ff. de liber. homin. exhib. Mascara. de probat. concl. 1051. num. 31. Surd. consil. 374. num. 17. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 12. quæst. 1. num. 130. Franc. Leo in thes. fori eccles. par. 2. cap. 3. num. 75. Cardinal. Tusc. practic. conclus. tom. 4. lit. 1. conclus. 162. August. Barbos. axiomat. juris usufrequent. axioma 133. num. 8.* immo potius injuriarum actio competit contra impedientem uti jure suo, *d. l. injuriarum §.* 19 *fin. Cravet. consil. num. 3. & consil. 6. num. 121. & cons. 241. num. 1. Anchar. consil. 380. num. 1. Menoch. cons. 1126. numer. 38.* Et quamvis vera sit conclusio, esse licitum aliquid peragere, quod non sit ad alterius æmulationem, *Thesaur. d. dec. 16.* sub *num. 10. Gayl. practic. observ. lib. 2. observ. 69. num. 17.* ubi etiam *Greva. num. 4.* 20 *Vin. dec. 306. num. 6. & dec. 443. Mascard. de probat. concl. 620. num. 15.* tamen in dubio præsumi debet, quod quis ad sui commodum, non autem ad alterius æmulationem faciat, ut dixit idem *Mascard. ibid. in princ. Honded. cons. 80. num. 34. vol. 1. Viv. dict. dec. 306. Anna alleg. 91. Thesaur. dec. 245. Marcell. Calà de modo artic. 9. 2. n. 1450. glos. in l. fluminum, super verb. non tenet, ff. de damn. infect. Cancer. var. resolut. lib. 3.* 21 *tit. de servit. cap. 4. num. 250.* Et dato etiam, quod esset factum mixta consideratione, ut alteri noceat, & sibi etiam prosit, licite tamen hoc fieri potest, quia non ex affectu, sed ex effectu judicandum est, nec dicitur fraudari consilio, qui non fraudatur re, & vincitur animus à juris licantia, prout post *Bald. in cap. cum Ecclesia, de elect. in vers. sed quid si facit mixta consideratione*, & alios, hoc tenet *Loffred. cons.* 23. sub *num.* 13.

Sic etiam asserebatur, non obstare, quod duæ essent Congregationes, sive Phatriæ sub eadem invocatione Divi Ivonis, ac ejusdem instituti patrocinandi gratis, & eorum expensis pro pauperibus, quia Civitas est amplissima, ita ut Incolæ unius Ottinæ (ut vulgo appellant) alios alterius Ottinæ non cognoscunt, & sic videtur, quod in una civitate sint multæ Civitates, & propterea plura sunt Templa, & 22 Ecclesiæ cum eadem sanctorum invocatione, veluti Templum sanctissimæ Trinitatis Italorum, & Templum ejusdem nominis Hispanorum Ecclesiæ intemeratæ Virginis Mariæ conceptionis Italorum, alia verò Hispanorum: sanctæ Annæ Longobardorum; & sanctæ Annæ Hispanorum: Sancti Iacobi Hispanorum, & Sancti Iacobi Italorum, & similia, quæ adjectio fit ad evitandum inconveniens, ad hoc ut una Ecclesia ab alia discernatur, ut dixit *Ancharan. in cap. dilecta, numer. 6. de excessib. Prælator.* ubi etiam multa per *Innoc.* sub *num. 4. & 5.* & tandem dicebatur, quod quando in hoc aderat aliqua difficultas non sub invocatione Sancti Ivonis, sed Divi Eleazarii Phatriam prædictam instituere contentabantur.

23 Respectu verò prætensi damni, quod antiquæ Congregationi evenire posset ex causa minoris quantitatis eleemosynarum: Respondebatur, quod hoc non est in consideratione, ut ex multis probavi in allegata *consult. 110. num. 36. Thesaur. d. dec. 245. Dec. & Cagnol. in l. nullus videtur, ff. de reg. jur. Menoch. de præsumpt. lib. 6. cap. 29. n. 10. Prat. d. c. 47.*

Et demum, quod attinet ad licentiam Principis, vel Supremi Senatus ad constituendum novam Congregationem, sive Phatriam, dicebatur, quod ex eodem *text. in l. 1. ff. de Colleg. illic.* expressè cavetur, quod 24 circa institutionem operæ piæ non sit necessaria licentia,

centia, ponderando illa verba *sed Religionis causa coire non prohibentur*, & ad idem etiam *text. in l. 1. ff. quod cujusque univers. nom.* ubi *glos. & Bart. in l. Sodales, n. 6. ff. de Colleg. illicit.* quo loci protulit hæc verba, v. 25 *quædam Collegia approbantur de jure civili, ut Collegia, quæ fiunt causa Religionis, ut supra eadem l. 1. §. sed Religionis*, unde Collegia Disciplinatorum, Collegia misericordiæ, & Collegia juvantium oppressos, & similia sunt approbata à jure, respondendo ad *text. in d. l. 3. §. in summa, ff. de Colleg. illic.* quod intelligi debet de Collegiis illicitis, & sic etiam *Rebuff. in 2. to. Constit. Franc tit. de Confratriis, sive Artificum Conventibus, & Colleg. numer. 2.* tradit regulam, quod licita 26 sunt omnia Collegia, quæ causa Religionis fiunt, dum tamen per hoc non fiant contra Senatusconsultum, quo illicita Collegia coercentur, nec de *Petr. Greg.* 27 *Tholos. in tract. de Republ.* esse habendam rationem, quoniam loquitur de Regno Franciæ in quo particulares sunt constitutiones, ut declarat *Additio ad Guid. Pap. dec. 106. in lit. Fraudes, & machinationes*, ubi dicit, quod hoc bene ordinatum fuit in Comitiis Franciæ, 28 quia Galli faciles sunt ad tumultus, & dissentiones, & res novas multum desiderant.

Ponderabant etiam ad hoc, quæ tradidit *Afflict. in c. 1. §. conventiculas, num. 10. de pace juram. firmanda*, qui dicit, quod sunt permissæ conventiculæ de jure 29 causa Religionis, & pietatis, exemplificando eas, prout sunt disciplinæ Confratrum, & alia Collegia, quæ fiunt causa devotionis, de quibus plures sunt in ista Civitate Neapolis, & justa Collegia sunt approbata de jure communi, ut in *d. l. 1. §. sed Religionis*, ubi *Bar. ff. de Colleg. illicit.* quod etiam sequitur *Decian. tract. crim. tom. 2. lib 7. tit de Colleg. illic. c. 20. n. 14.* ubi 30 dicit, quod est licitum coadunari ista Collegia, & Confraternitates, quia præsumuntur ad bonum finem, 31 & sic hodie passim absque licentia convocantur, & quamvis *num. 15.* dicat quod tutius sit licentiam à Superiore expetere, quia sub prætextu Religionis possent multa mala moliri, hoc videtur magis de consilio, quam de necessitate, sic etiam nonobstare, dicebatur, 32 ea. quæ dixit *Barbos. de jure eccles. tom. 2. cap. 11. tit. de hospitiis, confrater. & aliis locis piis*, quia loquitur secundum legem Hispanam in *l. 3. tit. 14. lib. 8 nova recopil.* prout etiam loquuntur alii *Doctores* Hispani, ut *Azeved. Avil. Gutierr.* & cæteri.

Dicebatur postremo, quod quatenus licentia Superiorum opus fuisset, ea etiam carebant Confratres 33 Ecclesiæ SS. Apostolorum, & sic paria delicta mutua compensatione tolli debere, *l. viro, atque uxore, ff. solut. matrim.* ubi *glos.*

In contrarium vero pro parte dictorum Advocatorum, qui in Pharria Ecclesiæ SS. Apostolorum remanserunt plura considerabantur ad fundandum mandatum & inhibitionem factam per causæ Commissarium debere confirmari per Collaterale Consilium. Et primò dicebant, esse animadvertendum initium dictæ novationis intentatæ per dictos Advocatos, qui antiqua derelicta novam intendebant instituere Congregationem, nam nulla alia ratione moti fuerunt, nisi causa electionis Gubernatorum, in qua multa verba circa destructionem antiquæ Congregationis protulerunt, ea eo, quia electio prædicta non cadebat secundum eorum intentum, ita ut scandalum oriri facile poterat, nisi prudentia aliquorum, & authoritate Patris Oratorii illa dissentio fuisset sedata: verum dubitantes, ne in nova subsequenti Congregatione, quæ necessario erat facienda pro electione dictorum Gubernatorum, dum per prius ob tumultú fieri non potuit, aliquod effective oriretur scandalum, fuit supplicatum Excellentissimo Protegi, ut in ea intervenire faceret aliquem ex Dominis Regentibus, prout sic fuit ordinatum, unde hoc ægrè ferentes, & indignati Advocati prædicti, novam Pharriam 34 intermiserunt in domo Professa Societatis Jesu, & quæ malo inchoantur principio, difficile est, ut bono peragantur exitu *can. principatus, 1. quæst. 1.* & multa probare est necesse, ne sint exemplo perniciosa, 35 quamvis alias tolerari possent, ut dicit *glos. ibidem in verbo exemplo.*

Secundò considerabatur, quod ex ista Congregatione noviter instituenda destrueretur, vel saltem admodum diminueretur, & damnificaretur, antiqua, & propterea non est permittendum, prout fuit declara-36 tum ex *Concil. Uvormaciensi*, ubi quamvis licitum sit in proprio prædio Ecclesiam ædificare cum Episcopi licentia, tamen hoc non est permittendum, quando antiquiores Ecclesiæ damnificarentur, ut habetur in *can. quicunque 16. quæst. 1.* & in *cap. 1. & 2. de nov. oper. nunciat.* & ex his *Petr. Gregor. Tholos. de Republ. lib. 13.* 37 *cap. 3. numer. 21.* tradidit, quod id, quod pro pietate, & Religione aliquibus Collegiis, & Monasteriis conceditur, non permittunt jura, & Principes conceden-38 tes ad alterius Ecclesiæ, vel loci injuriam redundare, licet enim erigere novam Congregationem de per se non malum, immo bonum, quia tractatur de adjuvandis pauperibus, tamen quando finis est illicitus, hoc est ad damnificandum antiquam Congregationem, illicita quoque erit nova Congregatio, ut habetur post *Card. Alexand. in d. §. conventiculas, de pace juram. firman.* ca *Boer. in tract. de seditios. in 11. to. tract. par. 1. cap. 5. numer 3. & 4.* qui ponit regulam, quod om-39 nia Collegia, Congregationes, & Sodalitates sunt prohibitæ, ex allegato *text. in l. 1. ff. de Colleg. illic.* & secundum eum, per finem cognoscitur, quando sit licita Congregatio, & è contra per finem illicitum, illicita erit, *l. si à reo, §. fi. de fidejuss. Ang. in consil. 376.*

Quod tanto magis erit in hoc casu, quia isti quærunt se dismembrare ab eorum capite, ut in simili tradidit *Ludov. Rom. consil. 37.* In casu, quo Artifices 40 Tinctoriæ quærebant se dismembrare ab arte lanæ novamque facere societatem, & dicit, quod hoc cia non licet facere, *cap. cum non liceat, extra de præscript.* & propterea nedum dicta societas confirmanda non erat per Superiores, sed si facta, & congregata reperiretur, ad Superioris officium pertinet, ut ea annulletur, & penitus deleatur, ex *text. in d. l. 1 ff. de Colleg. illic l. conventicula, C de Episc. & Cler. c. 1. d. §. conventiculas, de pac. jur. firm. l. 1. C. de monopoliis, l. 1. C. quod cujusque univers. nom.* cum aliis per ipsum allegatis, & hoc ea tantum ratione, quia dicta nova societas, quam facere intendebant Artifices Tinctoriæ erat injusta, cum per ipsam membrum ipsius artis Tinctoriæ à suo recederet capite, videlicet ab ar-41 te lanæ. Casus vero de quo agitur, videtur magis injustus, quia Artifices Tinctoriæ, quamvis sub generalitate artis lanæ comprehendantur, tamen certo modo videntur facere corpus separatum, exercendo artem illam particularem, quod non est ita in Advocatis, qui omnes idem exercitium habent patrocinandi, & vigore juramenti, quod præstant tempore doctoratus, se obligant defendere pauperes, & sic nullo modo constituunt corpus separatum, & speciem differentem.

Ex quibus apparebat responsum ad id, quod primo loco pro parte illorum, qui novam Congregationem facere intendebant, fuit consideratum, quamvis 42 enim ea, quæ consistunt in mera facultate nunquam præscribi possint, tamen hic non tractabatur de præscriptione, sed quod novam ejusdem instituti facere non poterant in perniciem, & in detrimentum primæ.

43 Hinc *Clemens VIII.* Pontifex Maximus unam tantum Congregationem, & confraternitatem ejusdem generis singulis in locis institui voluit, ut in

Bulla edita in anno 1064. in *Bullar. tom.* 1. *fol.* 164. §. 2. & de ea mentionem fecerunt *Franc. de Leo in thes. for Ecclesiastici par.* 4. *de confratern. cap.* 2. ex *num.* 1. cum pluribus *seq. Navar. in Lucerna Regular. in verbo Confraternitas, Gavant. in manual. Episcoporum pa...* in *verb. Confraternitas, num.* 1. & hoc justissime fuit actum, plories enim Confraternitates ejusdem nominis & statuti confusionem, & obscuritatem inducunt, prout habetur ex eodem *Leon. ubi supra num.* 17. *&* 18 *Lezan. in summ. quæst. regul. part.* 2. *cap.* 15. *nu.* 49. *Barbos. in coll. d. Bull. verbo Confraternitas, fol.* 224. *Lauret. da Franca controvers. regul. fol.* 57. qui tamen *fol.* 56. refert, dictam *Bullam* à Sacra Congregatione Eminentissimorum Cardinalium fuisse coarctatam solum ad novas Congregationes erigendas, non autem ad jam erectas, quæ tamen *Bull.* ex speciali privilegio locum non sibi vendicat in Congregatione Sanctissimi Sacramenti, quæ in qualibet Parochiali Ecclesia erigi permittitur quod hodie etiam videmus observari in hac Civitate, cum in qualibet Ecclesia Ordinis Divi Dominici adsit Confraternitas sanctissimi Rosarii, ex eo, quia propter amplitudinem Civitatis, & maximam devotarum animarum concurrentiam impossibile esset congregari in una tantum Ecclesia, & ideo inter eos de eadem Religione permittitur, quod aliis Religionibus non permitteretur, verum respectu aliarum est *Bulla* in viridi observantia, & in anno 1621. per *Gregor. XV.* fuit etiam ampliata, ut non possint novæ Religiones & Congregationes introduci in Civitate infra quatuor mille passuum spatium, in præjudicium antiquarum, de qua per *Gavant. in manual. Episcop. par.* 2. *cap.* 6. & habetur in *Collectione Bullarum* facta per *Cherubin. capit.* 51. *fol.* 138. §. 1. in *Bullar. tom.* 4. *&* *Lezan. pag.* 2. *cap.* 15. *numer.* 49. refert, Granatæ fuisse ortam controversiam inter PP. Carmelitas Calceatos, & alios ejusdem Ordinis Discalceatos ob cujusdam Confraternitatis erectionem, & hoc, quia quamvis omnes sub invocatione, & protectione Divæ Mariæ, de Monte Carmelo militent, tamen diversum habent circa modum vivendi institutum, & diversos habent Superiores, & ideo fuit transactio sopita, pluralitas enim Congregationum ejusdem instituti, & nominis confusionem inducit, ut habetur ex *Leon. in thes. fori ecclesiast. loco citato, num.* 16. & propterea permitti non debere, dixit *Tholos. d. lib.* 13. *de Republ. cap.* 4. *n.* 5.

Nec prædictis adversari dicebatur; quod posset fieri nova Congregatio cum aliquo additamento, veluti Congregatio Sanctorum Apostolorum, & Congregatio Societatis Jesu, ex his, quæ tradit *Innoc. in cap. dilect. de excessib. prælat. num.* 4. nam si bene legatur, hoc, ad quod allegatur non dicit, sed tantum, quod Collegia personalia, & professionum, negotiationum, officiorum, & Religionum sunt voluntaria, & non necessaria, & ideo potest quis illa intrare, & inde exire pro libito voluntatis, dicit postea, quod aliis videtur, quod si pauciores unius officii, ut Grammaticorum, Pistorum, & similium conveniant in uno loco ad Collegium faciendum, non potest vocari Collegium illius loci, vel Civitatis, quia cum non sit major pars ipsorum de illa arte, vel exercitio, debet vocari cum aliqua adjectione, veluti Collegium Scholarium S. Stephani, & hoc est, quod dixit *Innoc.* quia cum non sit major pars, sed minor, non potest appellari Collegium Scholarium, vel Advocatorum, verbi gratia, de Civitate Neapolis, sed Collegium Advocatorum SS. Apostolorum, sed non per hoc asseruit, quod possunt esse in eadem Civitate duo Collegia, sive Confraternitates ejusdem instituti, denominando se cum aliqua adjectione, quia hoc neque se somniavit dicere, & esset contra omnia superius deducta, & allegata.

Nec exempla, quod in Civitate ob ejus amplitudinem sunt plura Templa ejusdem invocationis, cum adjectione, per quam discernantur, aliquid in contrarium faciunt. Primo, quia *Bulla Clement. VIII.* fuit restricta ad novas tantum Ecclesias, non ad antiquas, ut ex declaratione Eminentissimorum Cardinalium sub die 7. Septembr. 1607. relata per *Nav. tit. de Confratern. & Congreg. n.* 5. *& Lauret. de Franco controvers. regular. fol* 66. Secundo, quia in eis non sunt Congregationes, sed ibi celebrantur Missæ, audiuntur confessiones, & alia divina officia, quæ ubique ad Divinum cultum in toto Christianorum Orbe similiter efficiuntur, nec aliquod institutum, sive opus pium particulare exercetur.

Et quod pertinet ad æmulationem, dicebatur, quod quamvis illa non præsumatur, nisi probetur, *gloss. in l. fluminibus, §. fi. ubi Bart. ff. de damn. infect.* tamen ex conjecturis probari, dixit *Mascard. de probat. concl.* 621. *Menoch. de arbitrar. casu* 156. ubi quod id Iudicis arbitrio relinquitur, quod satis probatum videbatur ex principio, medio, & fine dictæ novæ Congregationis, & quamvis vera sit conclusio, quod æmulatio ad bonum est permissa, tamen non potest intelligi de æmulatione, quæ ex dissentione oritur, non enim Deus dissentionis est, sed pacis, *Paul.* 1. *ad Corinth.* 14.

Et demum quod attinet ad licentiam Superioris, attenta, sed non concessa opinione eorum, qui dixerunt, Collegia Religionis causa esse permissa, nec in eis sequiri licentiam, hoc esset intelligendum secundum doctrinam *Innoc. in d. c. dilecta, de excessib. prælat.* sub *numer.* 2. cujus propria verba sunt hæc. *Item probatur hac ex eo, quod dicitur in l.* 1. *ff. de Colleg. illic ubi dicitur, quod licita Collegia sunt omnia, quæ fiunt causa Religionis, ut permissa, dummodo nihil faciant contra Senatusconsultum, id est dummodo nihil mali faciant occasione Collegii, quod prohibet illicita Collegia, & hæc Collegia licet bonum nomen habeant, tamen quia male operantur, fit illicitum Collegium, & ideo destruendum*, quod etiam dixit *Maria de jurisd. part.* 2. *cap.* 13. ex *n.* 18. ubi asserit, *& hoc propter periculum, quod sub specie Religionis ex hujusmodi Fraternitatibus evenire solet*, *Pet. Greg. in d. lib.* 13. *c.* 4. & sic etiam decisum refert *Pias. in prax. Episcop. part.* 2. *c.* 3. sub *n.* 33. & eum sequitur *August. Barbos. de jure Eccles. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 76. *tom.* 2. reprobato *Menoch. consil.* 28. *n.* 15. post *Cravett. consil.* 4.

Unde discusso negotio in Collaterali Consilio me referente sub die 12. Septembris 1646. fuit dictum, quod mandatum factum firmum remaneat, & proinde non se congregent sub pœna in mandata contenta, cum causa, & differentia erat inter sæculares de qua decisione meminit etiam *Prat. d. c.* 30. *tom.* 2. *discep. forens.* Penes Anastas. Regium à mandatis Scribam.

OBSERVAT. IN DECIS. CLXIX.

SUMMARIUM.

1 *Injuria generaliter dicitur, quod non jure fit, specialiter dicitur contumelia.*

Injuria fit facto, vel verbis, & exemplificatur, ibidem.

Injuria alia est realis, sive personalis, alia verbalis, & exemplificantur, ibid.

2 *Injuriarum crimen est extraordinarium, & pœnam extraordinariam meretur.*

Pœna injuriarum est arbitraria, quæ etiam usque ad mortem inclusive potest extendi, ibidem.

3 *Injuria enormis quæ dicatur.*

4 *Injuria verbalis semper est minor injuria reali, quæ manu fit.*

5 *Injuriantis animus requiritur in injuriis illatis, ut pœnam mereatur injurians.*

Animus injuriantis colligitur ex circumstantiis, & indiciis, ibid.

6 Statute

Statuto imponente pœnam contrà injuriantem, quænam verba injuriosa comprehendat.

Dicere, è un'empio, ingrato, huomo pessimo, femiolexo, babione, *& similia, an puniatur pœna statuti, ibid.*

Et quid si dicat fur, latro, adulter, spurius, &c. ibid.

7 *Injuria verbalis quænam dicatur.*

8 *Injuria verbalis est offensio personæ, sed non in personam.*

Promittens non offendere in personam sub pœna, si per injuriam verbalem offendat, non incurrit pœnam, ibid.

9 *Maledictum, ut sit convitium, duo requiruntur, scilicet vociferatio, & quod in cœtu dicatur.*

Convitium injuria est, ibid.

10 *Proferens verba, quæ in cortice injuriam non sonant, sed in effectu injuriosa sunt, punitur pœna injuriarum.*

Dicere ironicè, tu es bonus vir, tu es bona mulier, est injuria, quia denotant, tu es cornutus, tu es meretrix, ibid.

Dicere, talis est persona satis prudens, sed ei successit tale sinistrum, quia fuit verberatus, sua uxor fuit inventa cum tali, & similia, injuria est, ibid.

Injuria infertur non solum verbis expressis, sed etiam ironicè, & sub dolis dictis, ac indirectis, ibid.

11 *Injuria fit etiam absenti, & punitur, & n.12.*

De consuetudine Franciæ injuria illata absenti non punitur, nisi sit oeterata, ibid.

Limitatur in injuria facta Regi, vel Cardinali, vel alteri in eximia dignitate constituto, ibidem.

13 *Injuria fit etiam mortuo, & punitur.*

14 *Obiiciens verum crimen an teneatur actione injuriarum.*

15 *Injuria facta Procuratori meo, vel officiali meo, mihi facta dicitur, & mihi competit actio injuriarum.*

16 *Verberans officialem, an censeatur illata injuria illius superiori.*

Injuriam inferens officiali, vel Iudici Regis, an censeatur illata ipsi Regi, ibid. n.17.

17 *Injuria illata existentibus juxta latus Principis, Principi facta dicitur.*

18 *Vice Regi debetur idem honor, sicut Regi.*

19 *Injuria facta famulo meo, dicitur mihi facta.*

Canis honoratur, respectu Domini, ibid.

20 *Alapam dans Prætori qua pœna puniatur.*

Injuriam inferens Prætori, sive Iudici quomodo puniatur si non intuitu officii sed ex causa privata, & odio particulari, & inimicitia intulit, ibid. n.21.

21 *Injuriam inferens officiali Regis, qui moratur in Curia Regis etiam si non exerceat officium, & ex odio particulari, punitur tamen pœna* Constit. Ut participatio.

22 *Occidens Consiliarium Regis an committat crimen læsæ Majestatis, & n.23.*

Quid si non propter Regem, sed tanquam inimicum suum occidat, ibid.

23 D. Andreas de Isernia *Consiliarius Reginæ Ioannæ Primæ fuit occisus ex odio particulari à suis inimicis, & ejus occisores fuerunt condemnati crimine læsæ Majestatis.*

24 *Occidens Cardinalem S.R.E. committit crimen læsæ Majestatis, fallit si quis se defendendo illum occideret, ibid.*

Clericum licet occidere causa defensionis. ibid.

25 *Offendens vel injurians servientem Curiæ quando puniatur.*

26 *Opponens aliquem non esse idoneum fidejussorem, illumque recusans, an teneatur actione injuriarum.*

27 *Injuria dicta inimico ad aures an puniatur, & quomodo probetur.*

28 *Injuria etiam fit nutu, risu*, con fischi, & manu confar le fiche, *vel* cornua *cum duobus digitis.*

29 *Mentiri, & mentitam dare quomodo liceat, etiam in judicio.*

30 *Mentiri an liceat etiam in foro conscientiæ.*

De actione injuriarum fit mentio in hac decisione *num.18.* Ideo observandum est.

1 Primò, quod generaliter injuria dicitur omne quod non jure fit, specialiter autem injuria dicitur contumelia, quæ à contemnendo dicta est *l.1. ff. de injur. §. 1. inst. eod.* & injuriam, vel facto, vel verbis fieri, facto puta si aliquis percusserit alapa, cubito, manu sub mento, baculo, vel vulnere: Verbo puta minis, vel appellando aliquem furem, falsarium, vel usurarium, infamem, vel aliis verbis contumeliosis, prout latissimè *Iul. Clar. in §. Injuria in princ. num.1.* & ibi *Baiard.* & sic aliam esse injuriam realem, seù personalem, aliam verbalem, & cum crimen injuriarum sit extraordinarium, pœnam etiam extraordinariam meretur,
2 *l. fin. ff. de injur.* & proindè pœna injuriarum est arbitraria, *l. item apud labeonem, §. ait Prætor, ff. de injur. Iulius Clar. ibid. num.7. vers. sed quæro.* Vnde in *d. l. fi.* diversimodè pœna statuitur contra injuriantem habita ratione ad causam, & ad personam, Nam servi flagellis cæsi Dominis restituuntur, liberi verò humilioris quidem loci fustibus subjiciuntur. Cæteri verò vel exilio temporali, vel interdictione certæ rei coercentur; Immò injuria verbalis potest esse tam gravis, & atrox, quod mereatur pœnam corporalem, *Baiard. ad Clar. in d. §. injuria num. 48. Tusc. decis. 229. num. 7. Farinac. in pract. crim. pars. 2. tom. 1. q. 105. num. 59. Gramm. decis. 37. num. 11.* qui *numer. 13.* ait, quod pro injuria verbali fuit condemnatus quidam pœna exilii redimibili in pecunia, & puniri potest etiam pœna capitis, *glos. in §. in summa inst. de injur. in verbo extraordinaria, D. Tapia in Constit. Ut dignitatum de injur. etiam Curial. illas. nu. 3. vel. 5. fol. 215.*

3 Et enormes injuriæ dicuntur illæ, quæ de jure civili dicuntur atroces, & atrox dicitur, v. gr. injuria facta Sacerdoti, dum est in habitu sacerdotali, *l. atrox, C. de injur.* Item dicitur atrox si aliquis vulneratus fuerit, vel fustibus cæsus, *glos. in cap. fin. in verbo propter, vers. puta si donatarius de donat.* Item si percussus est in platea, in Theatro, vel in Ecclesia, & atrocissima injuria est, ubi pro illa venit imponenda pœna mortis: Item injuria, quæ infertur magistratui dicitur atrox, *l. Prætor edixit. §. fin. ff. de injur.* Item injuria facta parenti, vel patrono, *D. Rovit. in pragm. 1. de abolit. num. 28.* Alia exempla afferuntur in *§. atrox injuria, instit. de injur.* & in *d. l. Prætor edixit, §. atrocem fin.* & vide apud *Afflict. in constit. priusquam citata,* aliàs *postquam citata num. 4. & 5. de transact.* qui etiam dicit, quod in hac Civitate Neapolis reputatur atrox injuria recipere alapam, vide etiam latè apud *Menoch. de arbitr. Iudic. casu 263. per tot.* & *Farinac. d. quæst. 105.*
4 *inspect. 1,* & injuria verbalis quantumvis gravissima sit, tamen semper est minor injuria reali, quæ manu fit *D. Rovit. loc. cit. n. 47.*

5 Sed advenc, quod requiritur animus injuriantis, adhuc, ut pœnam mereatur, *Gramm. d. dec. 37. num. 6.* per *tex. in l. si non convitii, C. de injur. Ruin. cons. 145. num. 10. tom. 5.* & animus deprehenditur ex circumstantiis, & indiciis, *l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar.* ubi *glos. in verbo non occidendi animo Abb. in cap. cum te num. 29. de sent. & re judic. Farinac. d. quæst. 105. numer. 111. 112. 117. 121. & 122.*

6 Et stante statuto, per quod imponitur pœna contra injuriantem, si aliquis proferet verba, quæ stant in simplici genere maledicendi, per quæ non descendit ad nominationé alicujus delicti in specie, ex gr. *dicendo è un tristo, empio, ingrato, huomo pessimo, feminiero, babione,* non ponitur pœna contrà injuriantes in statuto contentæ, quia sunt quidem verba diffamatoria, non au-

tem injuriosa, dum non descendit ad nominationem mali: ujus delicti in specie, & in individuo, puta, quia non dixit fur, latro, adulter, spurius, &c. *Ruin. cons. 102. num. 2. vol. 4. Baiard. ad Clar. in d. §. injuria num 30. Farinac. ead. quæst. 105. n. 14.*

7 Secundo observandum est, quod injuria verbalis dicitur omne illiod turpe, per quod alicui improperatur, & multis modis exemplificant *Bald. in l. 3. in princ. ff. de liber. & posth.* & in *l. turpia, ff. de legat. 1. Fab. de Monteleo. in sua praxi part. 4. quæst. 9. numer. 57. fol. 369. D. Paschal. de vir. patr. potest. part. 1. cap. 11. numer. 51. cum seqq. Farinac. d. quæst. 105. in spect. 1. à numer. 1. ad finem,* latissimè *Jul. Clar. in d. §. injuria à principio usque ad vers. quæro numquid numer. 5.* & ibi *Baiard.* & alii *Addentes*, & injuria verbalis est offensio personæ,

8 sed non in personam *Bald. in rubr. ff. solut. matrim. numer. 5.* Vndè promittens sub pœna de non offendendo in personam, si per convitium, & injuriam verbalem offendat, non contrahit pœnam, *Cepi. cons. 190. vol. 2. Baiard. ad Clar. ubi sup. numer. 31.* & duo requi-

9 runtur, ut sit convitium, nempè vociferatio, & quod in cœtu dicatur, nam si hæc non interveniant, dicitur nudum dictum causa infamandi, ut explicat *text. in d. l. item apud labeonem, §. si curaverit, vers. ex his apparet, ff. de injur.* Vndè apparet non omne maledictum esse convitium, sed illud solum, quod cum vociferatione, sivè unus, sivè plures dixerint, & quod in cœtu dictum sit, aliàs nudum dictum infamandi causa dicitur, Convitium autem injuriam esse, ait *tex. in d. l. item apud labeonem in princ. vers. ait Pretor el 1.*

10 Item proferens verba, quæ quoad corticem injuriam non sonant, sed in effectu injuriosa sunt, ut si dicatur alicui, tu es bonus homo (ironicè) vel tu es bona mulier, injuria esset, quia talia verba communiter intelliguntur, Tu es cornutus, tu es meretrix, vel aliam malam significationem denotant *Farinac. d. quæst. 105. numer. 103. Clar. in eod. §. injuria in princ. circa med. Neviz. in sylv. nuptial. lib. 4. numer. 76. Carav. in rita M. C. V. 311. numer. 22.* qui refert etiam quendam pravum usum in quadam Civitate, ubi sunt aliqui, qui sub specie pietatis injuriant alios, dicendo, Talis est persona satis prudens, sed doleo, quod ei successit illud sinistrum, quod à tali fuit multis verberibus verberatus, vel quod ejus uxor fuit inventa cum tali, vel alia similia dicendo, & sic injuria non solùm fit verbis expressis, sed etiam ironicè, & subdolè dictis, & indirectis, quibus injuria afficitur.

11 Tertio observandum, quod injuria facta absenti etiam punitur, *d. l. item apud labeonem, vers. sivè, §. convitium autem non tantum præsenti, ff. de injur.* ubi *glos. in verbo te absente, Farinac. ead. quæst. 105. numero 83. Magon. decis. 55. numer. 2. Covarr. lib. 1. var. resol. cap. 11. numer. 4. sub vers. verum, ut ad propositum,* dicit verè contumeliam præsenti fit, vel etiam absenti, quoties, qui protulit verba eo animo ea jactat in absentem, ut in ejus perveniat notitiam, & de injuria illata magistratui absenti, injurians fuit condemnatus ad genibus flexis veniam petendam offenso, & ad se disdicendum, seù ut caneret *Palinodiam Franc. Marc. decision. 34. numer. 8. par. 2.* sed de consuetudine Franciæ non punitur, nisi sit reiterata, quia præsumitur cum deliberatione facta *Hipp. cons. 213. numer. 2. 3 & 4. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. vers. & s'il r'enchet sub numer. 11. in addit.* Limitatur tamen in injuria illata Regi, vel Cardinali, vel alteri in excelsa dignitate constituto per ea, quæ dixit *Hipp. in l. 1. nu. 59 ff. ad l. Cornel. de sicar. & Fab. de Montel. in d. praxi par. 4 q. 9. n. 27. fol. 364.*

12 Et de eo, qui iteratis vicibus injurias protulit contra absentem honestam personam, non tamen nobilem, quia erat Artifex, appellandu eum Judæum, fuit condemnatus in exilium extra Regnum per annum, & ad canendam Palinodiam, seù se dis dicendum, ut per *Peguer. decis. 13.*

13 Quarto observandum, quod injuria committitur etiam si sit facta mortuo, sicque injurias proferens contra mortuum punitur, *l. 4. ff. de his, quibus ut indign. Farinac. ubi sup. n. 85.*

14 An autem actione injuriarum puniendus sit, qui alteri verum crimen objecerit, vide *text. in l. eum, qui nocentem. ff. de injur. Covarr. loco cit. d. cap. 11. numer. 6. Abb. in cap. cum te num. 56. cum seqq. de sent. de re judic. Gramm. d. decis. 37. nu. 1. 2. & 10.* & latè *Farinac. in cit. quæst. 105. in spect. 5. à nu. 319. cum seqq.* & quidam qui injuriaverat Procuratorem appellando proditorem, ea quo ejus articulos parti adversæ ostenderat fuit absolutus, *Vrsill. ad Afflict. dec. 296. num. 13.* quem citat *Thor. in comp tom. 1. verbo injurians aliquem, fol. 269.*

15 Quinto observandum, quod injuria facta Procuratori meo, vel officiali meo, dum est in gestatione, & in executione officii, dicitur facta mihi, & mihi competit etiam actio injuriarum, quia ipsi repræsentant personam meam, quamdiù gestant negotia mea, & meo nomine; Vnde verberans Officialem, vel

16 Iudicem alicujus superioris, dum est in exequutione officii, videtur esse illata injuria superiori, cujus personam gerit, secus si non esset in exequutione officii. & injuria illata existentibus juxtà latus Principis, Prin-

17 ceps reputat suam, & Principi facta dicitur, *l. quisquis, C. ad l. Iul. Majest. Guid. Papa decis. 557.* & injuria facta Curiali, vel Iudici Regis spectat ad ipsum Regem, *Fab. de Monteleo loco supra cit. d. quæst. 9. numer. 7. fol. 362. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 7. vers. de simple resousse, num. 40. & 41. Farinac. in sæpè cit. quæst. 105. num. 162.* & habetur in *Constit. hujus Regni observent. tit. de*

18 *injur. Curial. person. lib. 3.* & propterea idem honor debetur Vice-Regi, sicuti Regi, ad *text. in cap. grandi de suppl. neglig. Prælat. lib. 6. Afflict. in d. Constit. numer. 2.* & injuria facta famulo meo dicitur mihi

19 facta; Vndè sumptum est Proverbium illud: *Honoratur Canis respectu Domini*; & ideò SALVATOR noster dixit *Matth. cap. 10. vers. 40.* & *Luca cap. 10. vers. 16. Qui vos recipit, & audit, me recipit, & audit, & qui vos spernit, me spernit*; & habetur in *can. in novo 21. dist. & can. qui vos spernit. 8. qu. 1. Affl. loco cit.*

20 Vndè dixit *Gramm. decis. 36. num. 4. ex Bald.* ibi relato, quod si quis daret alapam Potestati, posset Potestas ipsum furcis statim suspendere, quod ex *Danza ibi in addit. nu. 27. cum seqq.* ita distinguendum est; aut alapa fuit data Iudici pro Tribunali sedente, vel intuitu officii, vel in sequelam jurisdictionis, & tunc nè dum dicitur delictum in officio ex dictis per *D. Rovit. in rubr. de official. nu. 4.* & tunc pœna mortis imponitur, ut etiam tenent *Franc. Marc. d. decis. 34. nu. 1. vol. 2. Viv. decis. 46. num. 8. D. de Ponte de potest. Proreg. tit. de provis. peri sol. §. 2. numer. 18.* & ille officialis offensus cognoscit, dum sit notoria offensio. *Gail. observat. 39. lib. 1.* Aut verò alapa fuit data Iudici non pro Tribunali sedente, nec intuitu officii, sed ex causa privata, & sic ex odio particulari, aut alia ex causa, & tunc secus erit. *D. de Franch. decision. 316. numer. 3. & 4.* nec ipse officialis cognoscere potest, *Thom. Trivis. decision. 10. numer. 34. lib. 2. Novar. collect. 117. n. 9.* & ex conjecturis, & præsumptionibus cognoscetur si offensio sit facta odio proprio, vel ex causa particulari, *Capic. decis. 142. num. 12. Rol. à Vall. cons. 1. nu. 35. vol. 3. Amendol. ad Franch. d. decis. 316. num. 1. Afflict. in constit. cos tantum de injur. seù de repuls. official. num. 4.* dicit, quod si Officialis Regis sit offensus à suis inimicis odio particulari, sivè ipsi inimici erant antè administrationem officii, sivè sint facti inimici in ipsa administratione officii, sivè durante officio ex culpa ipsius officialis, quia eis injuriam fecit, vel con-

tra

tra jus eis abstulit eorum bona, vel aliter passa sunt d spendium, & isti inimici offendunt ipsum officialem, isti tales offensores non puniuntur de offensione, & injuria tanquam facta officiali, sed tanquam privatæ personæ, quod tamen declarat idem *Afflict. in Constit. ut participatio, tit. de injur. Curial. illat. num. 7. lib. 1.*

21 locum habere si non moratur in Curia Regis, quia si officialis Regis moretur in Curia, plus Regis, etiam si non exerceat officium sibi commissum, & passus est injuriam, licèt propter particulare odium, tunc offensor punitur pœna *d. Constit. ut participatio, & Menoch. de arbitr. Iud. d. casu 263. ex Raino cons.* Et *numer. 6. lib. 4.* dicit, quod percutiens Magistratum ob inimicitiam, quam cum eo gerebat, debet puniri arbitrio Iudicis, quod arbitrium posset extendi usque ad mortem.

22 An verò occidens Consiliarium Regis committat crimen læsæ Majestatis, x *Andr. de Isern. in d. Constit. ut participatio* dicit, quòd si occisus fuit non propter Principem, sed quia erat inimicus occidentis, & sic propter odium particulare, non dicitur committere crimen Majestatis, quia delictum judicatur à principali intentione, nam principalis intentio fuit occidere illum Consiliarium ex inimicitia, & odio particulari, non autem propter Regem, & ut Rex careret illo Consiliario, quamvis ex non contingentia facti Rex eo careat, quia fuit interfectus, & sic principale, propositum attendendum est, sed notandum est *d.*

23 *Andr. de Isern.* contrà se ipsum loquutum fuisse, & contra suam doctrinam practicatum fuisse in sui personam, seù in occisoribus sui met ipsius, nam ipse cum esset Consiliarius Reginæ Ioannæ Primæ fuit occisus per viam ex odio, & inimicitia particulari. Tamen dicta Serenissima Regina edictum emanavit sub die 15. Octobris 1353. in quo condemnavit occisores *d. D. Andreæ de Isern.* Consiliarii ipsius Reginæ crimine læsæ Majestatis, & statuit, ut eadem pœna locum haberet etiam in similibus casibus, & personis de cætero occurrentibus. Neque in dicto edicto fuit facta aliqua mentio, utrum dicta occisio fuerit ex odio particulari, vel inimicitia. an verò, ut Rea, seù Regina careret illo Consiliario, & sic patet, quod *Constit. supra cit. eos tantum*, non habet locum quando occideretur Regius Consiliarius, quia tunc committitur crimen læsæ Majestatis, quod etiam expressè habetur in *l. quisquis, C. ad l. Iul. Majest.* ita *Afflict. in d. Const. ut participatio, numer. 7. Clar. in §. læsæ Majestatis crimen, numer. 4.* qui etiam tenet, occidentem Consiliarium Principis, tàm si occidat ob privatum odium, quàm in odium ipsius Principis, ut scilicèt privetur illo Consiliario, semper committere crimen læsæ Majestatis, & refert dictum homicidium commissum in personam Andreæ de Isernia, taliter punitum, prout ante ipsum *Clar.* refert etiam *Capic. decision 130. numero 43. & Paris de Puteo tract. Syndic. tit. de excess. Consiliar. in fine*, dicens, dictum homicidam fuisse Gallum, contrà quem dictus de Isernia protulerat sententiam; & ità etiam tenent *Fontanell. to. 1. de pact. nuptial. claus. 3. gloss. 1. num. 5. & Tasson. de antephat. versicul. 3. observ. 3. num. 103. fol. 118.* qui etiam dicit, non vocari *Andream de Isernia*, ut aliqui corruptè ajunt, sed *Joannem de Isernia*, & citat *dictum Fontanell.* sed Ego puto, id gratis dictum, quia non solùm omnes Doctores illum appellant *Andream*, sed illius opera, sub ejus nomine *Andreæ*, non autem *Joannis*, edita sunt; ut patet etiam ex Codicibus antiquis impressis, & puto potius fuisse errorem *Fontanellæ*, qui *Ioannem de Isernia* illum nominat, vel errasse Typographum.

24 Idem statuitur in *cap. fælicis de pœnis lib. 6.* in occidente Cardinalem S.R.E. quod incidit in pœnam criminis læsæ Majestatis, nec ibi distinguitur, an illa occisio facta fuerit, ut Sedes Apostolica careret dicto Cardinale, vel propter odium, & inimicitiam particularem, eis enim eorum ratione infertur injuria, sicut si Papa offenderetur privato odio, quæ tamen dispositio falleret, si quis se defendendo occideret Cardinalem, ad *tex. in cap. significasti de homic.* ubi licet occidere Clericum causa defensionis, ità *gloss. & Io. Andr. in d. cap. fælicis, & Andr. de Isern. in d. Constit. ut participatio, vers. in Cardinalem verò. & Afflict. ibi numer. 9. circa fin.* Immò injuria illata Capitaneo alicujus Terræ fuit judicatum esse crimen læsæ Majestatis, *Muscat. in pract. crim. rubr. de crim. læsæ Majest. num. 52. Thor. to. 1. verb. injuria illata officiali fol. 268.* & de injuriam inferentibus, tàm verbis, quàm factis, tùm in rebus, tùm in personam Officialium, Capitaneorum, vel Baronum, Iudicum M.C.V. Officialium R. C. Summariæ, quid de Officialibus Curiæ Serici, Lanæ. Siciæ, Admiratus hujus Civitatis Neap. & de illorum pœna vide latè in *Allegat. Francisc. de Laurito*, quæ est 10. inter *Allegat. divers. in mater. crimin. relatas à Thor. in Codic. rerum judic. fol. 31.*

Et de alapa data in Palatio Papæ fuisse illum furcis suspensum, ac de alapa data in Palatio Proregis, fuisse illi manum amputatam, & de alapa data Iustitiario Grassiæ hujus Civitatis, dum officium exercebat, fuisse similiter furcis suspensum; & ità in aliis similibus casibus practicatum fuisse testatur *D. de Ponte de potest. Prorog. tit. de provis. fier solit. §. 2. num. 17. 18. & 19. fol. 13.*

Item de Clerico, qui protulit verba injuriosa Iudici laico. coram quo litem habebat, fuisse per Curiam Archiepiscopalem Neapolis condemnatum ad exulandum per sex menses, refert *D. Ricc. decision. 31. in fine, tom. 1.* non obstante, quod dictus Clericus fuerat ab eodem Iudice prius injuriatus, & sic provocatus, quia verbum injuriosum iudicis, non infamat, per *textum in l. verbum, C. ex quibus caus. infam. irrog.*

De alapa manu vacua data in faciem Clerici; sive Presbyteri à Pascale Chiovitto Terræ Gildoni Provinciæ Comitatus Molisii hujus Regni Neap. fuisse ipsum condemnatum ad exulandum à dicta Provincia per annos septem, vel ad id exilium redimendum pro ducatis centum, per Regiam Audientiam, & deindè confirmatam dictam sententiam per Sacrum Consilium, testatur *Vin. decis. 46. n. 1. lib. 1.*

25 Sexto observandum pariter est, quòd si serviens Curiæ injuriam inferret alicui, & injuriatus dixerit, si tu non esses serviens Curiæ facerem hoc & hoc tibi, & iste serviens deponat arma, & verberatus fuerit ab illo, tunc iste verberans non esset puniendus tanquam injurians servitutem Curiæ, ità *Barth. de Capua in comment. ad d. Constit. eos tantum de repuls. official. lib. 3.* quod etiam tenet *Gabriel. de Cun. in l. quamvis in gl. ff. de in jus voc.*

Nam si injuriam inferret aliquis servienti Curiæ uti servienti, & in actu sui exercitii secus esset, ut accidit Suessæ, ubi cum quidam siculus pro incisione monetarum ad suspendium duceretur, & per Præconem nomen inquisiti promulgaretur, & per errorem nominasset illum esse de Suessa, nobilis quidam ejusdem Civitatis dixit Præconi, Tu mentiris, quia nunquam Suessani similia perpetrant, fuit talis nobilis pro dicta injuria illata Præconi per biennium relegatus in Insulam, ut asserit *Thor. loc. cit. verbo injuria illata alicui fol. 269. col. 1.*

26 Septimo observandum est, quod opponens aliquem non esse idoneum fidejussorem illumque recusans, quia pauperem, cum sit evidenter idoneus tenetur actione injuriarum, *tex.* est rotundus, ut ait, *Socc. senior cons. 118. col. 3. vers. & confirmatur in fine, fol. 146. vol. 1. in l. si verò pro condemnato, §. pro rei qualitate, ff. qui satisd. cogn.*

27 Octavo observandum est, quod licet actio injuriarum non habeat locum si injuria sit dicta inimico ad aures,

autes, vel, ut quidam callidi, & versuti multum planè loquendo in modum ratiocinii verba injuriosa alicui inferunt, dissimulantes aliud facere, tamen punitur talis injurians, & tenetur ex edicto, de quo in *d. l. item apud labeonem, §. ex his*, & ibi *Angel. ff. de injur. Farinac. d. quæst. 105. num. 107. & cons. 32. n. 63. tom. 1.* Vnde multoties sub colore dicendi verbum ad autes, verba inconvenientia, & contumeliosa, ac diffidæ dicuntur, nec aliter probari possunt, & tunc probantur per conjecturas, & cum casus accidisset hic Neap. annis elapsis, cum quidam nobilissimus vir, qui ad autes cujusdam Regii Consiliar. scena verba injuriosa protulerat, quod scilicet fuerat subornatos pro certa pecuniarum quantitate à collitigante, de quo Iudex ille valdè conquestus fuit dicò coram sibi præsentibus, & proinde fuit ille vir nobilis per triennium relegatus, ut refert *Thor. in comp. to. 3. sect. 1. in verb. injuriant aliquem fol. 552.*

28 Item observandum est, quod injuria non solum verbis expressis, sed etiam nutu, motione labiorum, & riso infertur, si adsit animus, vel signum injuriandi, *Baiard. ad Clar. ubi supra num. 16.* ac etiam, *con li sfschi*; immò, & manu, nàm si quis sublata manu posito ungue pollicis sub digito indice pugnum faciat in contemptum alicui, Italicè *far le fiche*, iste talis dicitur contumeliam fecisse, & injuriam, & proinde debet puniri, *Farin. loco cit. num. 87. & 88.* prout fuit condemnatus quidam Rusticus, qui Prætori ficus fecit, in pœnam pecuniariam, ut veniam peteret offenso nempè Iudici tali modo injuriato, mitius cum eo agendo, tanquam persona rustica, ut per *Thes. decision. 219. numero 7.* & etiam ille, qui duos digitos elevaret adversum aliquem, cum dicta elevatio duorum digitorum *cornua* demonstrent, & cornutum esse designent, puniri debet, quia cornutum aliquem dicere, maxima contumelia est, *Gasp. Thes. filius ibid. in addit. vers. unde exiit.*

29 Denique observandum est, an liceat mentiri, & mentitam date, & *Menoch. cons. 41. num. 8. cum seqq. tom. 1.* dicit duas esse species mentitæ, una quæ non fit ad illatæ injuriæ repulsationem, sed potius ad impingendum mendacium asserenti, & hæc à jure damnatur tanquam offensiva, ita, ut neque liceat alicui dicere alteri, To mentitis, salvo honore tuo exigit. Titius asserit Caium solvisse Seio, quod ei debebat, & alter negat, & dissentiat, dicatque mentitis; quod Caius solverit, ità etiam tenet *Nald. in sum. verbo injuria, num. 1.* Secunda species mentitæ ait *Menoch.* est, quæ solet adferri ad proprii honoris defensionem, & ad repulsationem illatæ injuriæ, & dicitur defensiva, ut si quis dicat alicui, Tu es fur, proditor, &c. Is jure respondere potest, Tu mentitis, *Bartol. in l. quæ omnia, num. 1. ff. de procurat. Abb. in cap. cum te de sentent. & re judic. num. Capic. decision. 58. num. 2. Farinac. in sua prax. crim. par. 2. tom. 2. tit. de homicid. quæst. 125. part. 7. §. 4. nu. 526.* & latiùs, ac latissimè in sæpè sæpius *sup. cit. quæst. 105. num 315 cum seqq.* & præcipuè *numer. 318.* qui tamen *numer. 321. 322. & 323.* dicit tùnc mentitam datam ad propulsandam injuriam non esse punibilem, quando scilicet illata injuria est falsa, & mentita vera, secus autem si injuria illata esset vera, & consequenter mentita falsa, quia tunc mentita est punibilis, quamvis contrarium teneat *Claud. ad Bertaz. cons. 538. versicul. fin.* dicens non esse puniendam mentitam, quamvis injuria illata sit vera ea ratione, quia veritas convitii non vitiat, quando animo injuriandi illata est, & *numero 324.* ait, quia in dubio quilibet præsumitur bonus, & non malus, injuria præsumitur falsa, & mentita vera, sed *Soccin.* tenet contrarium, & *numer. 325. & 326.* dicit, quod si injuria sit falsa, & mentita vera, ac justificata non licere injurianti ad propulsandum mentitam mentientem rementiri, secus si injuria sit vera, & mentita falsa, quia tùnc potest injurians contrà mentientem sine pœna aliam replicare mentitam; Et quod etiam in judicio liceat mentiri ei, qui sibi injuriosa verba protulit ad defendendum suum honorem, tenet *D. Rovit. super pragm. in rubr. de injur. numer. 3.* per *text. in d. l. quæ omnia, §. 1.* ubi *glos. in verbo mentiri, ff. de procurator.* & *Baiard. ad Clar. loco cit. num. 64. & 65.* sed fuit punitus quidam Electus Civitatis Salerni, qui coram D. Carolo Tapia tùnc illius Provinciæ Auditore, domi coram multis projiciendo Chirotecas in faciem alterius Electi, dixit, Tu mentiris, & condemnatus per triennium ab eodem ad relegationem in Insula Capreæ, quæ est ejusdem Provinciæ, & fuit confirmata sententia per M. C. V. sed posteà ex benignitate per Sac. Consilium fuit commutata pœna ad exilium triennale, ut refert idem *D. Tapia in annot. ad constit. cultus Iustitia circa med. lib. 1. Iur. Reg. fol. 94.* & refert *Thor. in comp. tom. 1. verb. injuria ab Electo, fol. 168.*

30 An in foro conscientiæ liceat mentiri, & mentitam date ad injuriam propulsandam, ei qui alicui injuriam intulit. Respondeo, quod aut crimen illatum est verum, & *Diana part 5. tract. 13. resol. 26.* dicit, licitum esse dicere mentitis, quando contumeliosus objicit alicui verum crimen, sed occultum, sed scivit illud secreto naturali, ut si ab illo consilium petiit sub sigillo secreti, quia tunc obligatur, ut taceat, & non objiciat tale crimen, secundo licere mentiri si illi objiciatur crimen verum, sed est ità occultum, ut contumeliosus peccet mortaliter in illo evulgando, quamvis evulgatio esset sine contumelia, tunc enim mentitis, significat me illud crimen non admisisse, ut ab aliis sciatur, immò addit *Diana*, quod licet non sit licitum objicere contumelioso alia crimina, quæ non sunt per se utilia ad depulsionem injuriæ, sed sufficit dicere, Mentitis, tamen si adstantes non sunt credituri illum esse mentitum, potest etiam illi objici aliud crimen, ex quo adstantes facilè credant illum esse mendacem, quia novi criminis objectio est utilis, & necessaria ad tuendum honorem, Aut injuria illata non est vera; & idem *Diana part. 6. tract. 6. resol. 16.* tenet, quod si injuriatus injurianti dicat, Mentitis, eo tempore, quo ipsi fuit illata injuria, ad illam repellendam, & ad suum honorem tuendum, licitè fit, & dicitur ad eluendam maculam, quam ei ille adspersserat injustè. immò potest injuriatus coram Iudice probare licitè illum hominem injuriantem fuisse mentitum, & dare operam, ut puniatur pro mendacio, & contumelia, & alias rationes adducit, & etiam latè respondet rationibus adductis à quodam Theologo contrarium sentiente, & quia verbum *Mentitis* potest assumi, ut offensivum, ut dixi supra *n. 29.* & ut defensivum, & sic ad defendendum suum honorem per contumeliam, & injuriam sibi ablatum, ità etiam tenet *Baiard. ad Clar. ubi supra num. 67.* ex *Soto de just. & jur. lib. 5. quæst. 9. art. 3. colum. 2. in fine*, ubi dicit, quod in foro conscientiæ licet date mentitam ad repulsandam injuriam, vel dicere injuriantem esse mendacem, sed non licere appellare eum latronem, concubinarium, &c. quia hoc esset ulcisci, & offendere & non se defendere quod Intellige, ut explicat *Dian.* ut supra de objiciente aliud crimen injurianti, ex quo adstantes non facilè credunt injuriantem esse mendacem, secundum opinionem *Hurtad. loco ab ipso Dian. adducto in fine d. ref. 26.*

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Agitur de Regio exequatur; quod expediri solet per Collaterale Consilium in privilegiis, & rescriptis extra Regnum expeditis. Et an, & quando debeat expediri,

pediti, vel rescribi Principi Supremo, cum certiorando de impedimentis, ex quibus Collaterale Consilium motum fuit ad supersedendum in eorum executione.

Et quid in privilegio expedito lite pendente, quando de ea non est facta mentio.

An, & quando actio personalis dicatur effecta litigiosa, & quid quando fuit intentata contra feudatarium ad vendendum feudum, & ut sequuta sententia, condemnando debitorem in actione personali.

Princeps an intelligatur concessisse omnia in supplicatione contenta, quando aliqua ex petitis specialiter concessit, alia vero per relationem ad narrata.

SUMMARIUM.

1 *Assistentia quomodo sit præstanda, remissive.*

2 *Hæres feudatarii ad instantiam creditorum absque assensu potest cogi ad vendendum feudum, ut possit de pretio satisfieri.*

3 *Princeps ante exequutionem mandati est certiorandus de impedimentis, quæ occurrunt.*

4 *Obediens mandato injuste peccat.*

5 *Judex, cui exequutio dirigitur debet supersedere, & Regem certiorare, quando in aliqua concessione adsunt clausulæ, & pacta insolita in natura fisci.*

6 *Assensus, qui solet interponi in venditione feudi, quando egreditur ad nova pacta, tunc non manet in simplici natura assensus, sed potius dici potest privilegium, & nova concessio, & etiam dispensatio, num. seq. intellige ut num. 42. 43. & 45.*

8 *Summarium, quod legitur in privilegiis in Hispania vocatur Brevetto.*

9 *Princeps præsumitur concessionem facere secundum pacta solita concedi, non autem insolita.*

10 *Pacta insolita moderari debent.*

11 *Investitura prima semper est attendenda, & quare.*

12 *Assensus de novo expeditus debet reformari & accommodari juxta formam primæ concessionis.*

13 *Assensus propter difformitatem redditur nullus, & n. seq. ubi ponitur ratio, quare corrueret in totum, si esset præstitus super pactis, & non super contractu venditionis qui ex individua contrahentium voluntate perficitur.*

15 *Tertius, qui habet in causa interesse proprium, & in sui beneficium resultat debet admitti ad opponendum exceptiones Fisco competentes.*

16 *Assensus impetratus lite pendente quando valeat, & num. seq.*

18 *Assensus impetratus non facta mentione de lite, est subrepititius, quia si de illa esset facta narratio, vel Rex non consensisset vel difficilius.*

19 *Mentio de lite in interpretatione rescripti est facienda, at etiam de litis contestatione, num. seq.*

21 *Rescriptum, in quo non est facta mentio de lite, non debet ob talem subreptionem per Proregem, & Collaterale Consilium exequutioni demandari.*

22 *Rescriptum impetrare lite pendente est innovare.*

23 *Officiales, qui pro honore Regis, ac ipsius servitio non exequuntur mandatum, nec illius jussionem, non potest redargui, quod non bene fecerint.*

24 *Refutatio facta ab hærede sententiæ ad instantiam creditoris in actione personali ad vendendum feudum, tanquam facta in fraudem litis non valet.*

25 *Exequutio sententiæ an, & quando possit fieri super feudo ad instantiam creditoris, qui caret assensu in obligatione bonorum feudalium, & de antiqua observantia, per quam interpositio secundo decreto in venditione præstabatur Regius assensus, & quo ordine, & an dicta praxis hodie sit in usu. num. 47. & quid de novo sit introductum n. 28.*

26 *Pretium redactum ex re feudali non dicitur feudale.*

27 *Actio personalis ex parte actoris lite contestata an, & quando dicatur effecta litigiosa, & quæ sit differentia inter actionem realem, & personalem, & in hac materia litigiosi quæ sit major fraus, illa, illa ex parte actoris, an ex parte rei, num. 30. & 31.*

32 *Actiones personales per solam libelli oblationem efficiuntur litigiosæ vide tamen n. 59.*

33 *Judicium inchoatum cum defuncto in actione personali afficit hæreditatem etiam ex capite instantiæ, & dicuntur jura quasi realia, tam active, quam passive.*

34 *Creditor in actione personali, qui caret assensu, licet non habeat hypothecariam, tamen quia interim quod vendatur feudum, potest satisfieri super fructibus, videtur habere aliquid actionis realis, & an per hoc facilius inducatur vitium litigiosi, numer. seq.*

36 *Litigiosi vitium maxime inducitur, quando nedum lis est contestata, sed ulterius prosequuta, ita ne sit lata sententia.*

37 *Alienatio rei litigiosæ nedum est prohibita ratione fraudis sed etiam ne effectus rei judicatæ, & sententia reddatur elusoria, & quo in casu procedat, numer. 70.*

38 *Principis intentio semper est præsumenda, ne unquam juri tertii derogetur, maxime re non integra, numero 40.*

39 *Litis motæ sive sententiæ semper est facienda mentio in impetratione rescripti.*

41 *Rescriptum non debet exequutioni demandari, si tertius de cujus interesse agitur, se opponat.*

44 *Clausula, feudi natura in aliquo non mutata: & dummodo non inducatur divisio feudorum, quomodo sint intelligenda, & n. seq. & 54.*

46 *Princeps licet in specie non respondeat nisi quibusdam, si tamen in fine rescripti adsit clausula, confirmans omnia, & singula enarrata, & in verbis præfationis adest expressa petitio partis, per hanc clausulam præter expressa in concessione omnia in narrativa, & supplicatione petita concessa videntur.*

47 *Mens concedentis non modo ex verbis principalibus & apertis, sed etiam ex æquipollentibus percipitur, & etiam ex clausulis exequutivis hoc est apponi solitis, traditur exemplum ut num. seq.*

49 *Assensus intelligitur præstitus secundum supplicationem petentis.*

50 *Subjecta sunt talia, qualia prædicata demonstrant.*

51 *Supplicationi semper est recurrendum in impetratione rescripti tanquam ad matricem.*

53 *Feudum, super quo ultra suam primævam investituram hæreditariam est factum fideicommissum in beneficium comprehensorum cum impetratione assensus providentiam illam hæreditariam transfundit de voluntaria restitutione in necessariam.*

55 *Proregi est prohibitum præstare assensum in alienatione feudi, si in aliquo quomodocunque feudi natura mutaretur.*

56 *Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptuatis.*

57 *Judex non potest vendere feudum ad instantiam creditoris in actione personali, sed tantum cogere debitorem ad vendendum, etiam per capturam personæ.*

58 *Actio personalis effecta litigiosa, lite pendente non potest alteri cedi, vel alienari.*

59 *Actio personalis in judicio deducta dicitur effecta tanquam realis, & proinde per litis contestationem contrahitur vitium litigiosi, & quare, num. seq. licet in contrarium sit communis opinio, n. 61. quæ neque undique tuta videtur, n. 36.*

62 *Litigiosa res dicitur illa, de cujus dominio judicialiter disceptatur.*

64 *Actio de dominio rei, & ad rei dominium consequendum inter se differunt.*
65 Titulus C. de litigiosis *est pœnalis, nec extenditur de casu ad casum.*
66 *Litigiosa res non efficitur, quando agitur actione personali ad quantitatem, vel pro opere in re aliqua faciendo.*
67 *In judicio attendi debet id, quod principaliter agitur.*
68 *Litigiosa res non efficitur, quando quæstio non est super re, sed super aliquo jure ipsi rei connexo.*
69 *Litigiosa res tunc efficitur, ejusque alienatio impeditur, quando agitur actione reali super dominio feudi & non aliter.*
71 *Reservatio jurium nihil aliud importat, nisi illud, quod constat de jure reservato, non quod ex illa aliquod jus de novo acquiratur, num. seq.*
73 *Privilegium assensus impetratum post litem, nulla de ea facta mentione, an sit validum, recensentur opiniones, & n. 75.*
74 *Assensus cum sit gratia Principis, non præsumitur eam facere velle in tertii præjudicium.*
76 *Litis mentio in impetratione assensus non est facienda, quando fundum non est aliquo litigio affectum sed tantum contra hæredem est intentatum judicium ad vendendum.*

DECISIO CLXX.

Vendita per Ill. Don Ferdinandum Gonsagham Civitate Molfecti Io. Stephano de Oria, & de ejus voluntate Lucæ Spinolæ, ejus nepoti pro pretio inter eos convento duc. 170. mil. & consignata eadem tenuta, donec sua Catholica Majestas venditioni prædictæ, consensum præstaret, eoque obtento infra annum fuit præsentatus, ad finem obtinendi Regium exequatur, quod in omnibus privilegiis, & rescriptis extra Regnum expeditis peti debet, alias non possunt in Regno exequutioni demandari.

Adversus prædicti Regii exequatur expeditionem se opposuit Leonardus Spinola creditor D. Ferdinandi in actione personali, qui jam litem instituerat in Sac. Consil. contra præfatum Don Ferdinandum pro rescissione contractus, & quod sibi præstaretur assisten-2 tia super bonis burgensaticis, juxta tradita per *Reg. pragm. primam*, sub *tit. de assistent. bonor.* & quia non habebat obligata bona feudalia, ex quo assensu carebat, petiit, cogi dictum debitorem ad vendendum feudum. Potest enim hæres ad instantiam creditoris absque assensu cogi ad vendendum feudum, ut de pretio possit ipsi satisfieri, *de Franch. decisione* 04. & *Ego*, dixit *consultat. 99. num. 22 tom. 2. Reg. Rovit. consil. 77 n. 4. tom. 2. Franc. de Amic. in repetit. tit. de his, qui feud. dare poss. pag. 9.*

Duas exceptiones proponebat Leonardus Spinola, ex quibus prætendebat impedire dictum Regium exequatur, & quod propterea erat rescribendum Suæ 3 Majestati impedimenti causas eum certiorando, quod probatur ex *text. in cap. si quando*, ubi *Abb. Felin.* & alii *de rescript.* & est *gloss. in §. deinde competens, in fi. in verb. nunciant in auth. de mandat. princ. & §. hoc vero jubemus, in authent. ut null. jud. vers. si vero Covar. pract. quæst. c. 35. num 6. Roder. Suarez alleg. 12 num. 49. Azeved. l. 14. nu. 33. tit. 3. lib. 1. recopil. Cened. ad decret. collect. 3. numero 2. & 3.* ubi tenet, quod peccat obe-4 diens mandato injusto, *Bovadill.* in sua *politic. libro 1. cap. 12. num. 47.* & alii per *Barbos. in d. c. si quando de rescript. Marc. Anton. Surg. de Neapol. illustrat. cap. 15. num. 26. Galeot. respon. fiscal. 21. ea num. 34. cum seqq.* qui loquitur in propriis terminis de pactis, vel clausulis 5 insolitis in damnum Fisci, vel privatorum positis, quod Iudex, cui exequutio dirigitur debet supersedere, & Regem certiorari.

Principaliter itaque allegabatur interesse Regii Fisci pluribus modis: & primo, quia non erat simplex assensus super venditione facta per dictum Don Ferdinandum dicto Lucæ, in beneficium cujus de voluntate Io. Stephani de Oria, qui pretium solvebat, sive excomputabat credito ei debito, vendita fuit, sed aderat pactum in beneficium Jo. Stephani, quod ipse posset dictam venditionem revocare, & in ea nominare unum, vel plures personas, quoties ei videbitur tam per actum inter vivos, quam in ultima voluntate, per scripturam publicam, vel privatam, & quod posset dictam Civitatem vendere, non obstante, quod fuisset intentata in faciem dicti Lucæ ejus nepotis, quæ pacta non sunt de natura contractus emptionis; & venditionis feudi, immo sunt repugnantia, ut uni quæratur dominium cum assensu, & quod alter possit, ad libitum dictam Civitatem donare, sive vendere. Et sic magis dici potest privilegium con-6 cessum à Reg. Majestate, alterando naturam contractus venditionis rei feudalis, quando enim assensus, qui solet interponi in venditione feudi egreditur ad nova pacta, tunc non manet in simplici natura assensus, sed potius dici potest privilegium, & nova concessio, ut dixit *De Ponte consil. 1. num. 19. lib. 1. Camerar. in cap. Imperialem, car. 44. lit. L. Petr. de Gregor. de con-7 cess. feud. part. 3. quæstion. 7. Reg. Rovit. consil. 2. nu. 15. tom. 1.* & potius dicitur dispensatio, *Reg. Tap. dec. Sac. Consil. 4. numer. 29. Tiber. Decian. consil. 23. num. 35. vol. 4.* de qua altercatione non fuit Sua Majestas, neque Su-8 premum Italiæ Consilium informatum, quia non solet legi nisi summarium, quod in Hispania vocant *Brevetto*, in quo non leguntur ista pacta insolita, & præsumitur, Principem concessisse secundum pacta so-9 lita concedi, non autem insolita, *l. qui semisses 12. §. quæsitum, ff. de usur. l. solutum, §. si. ff. de pignor. act. Luc. de Penn. in l. 2. col. 1 princ. in vers. sed pone, C. de jur. Rei-publ. & in l. 1. col. 6. in verb. denegamus, Cod. de privil. 10 schol. Franch. dec. 78.* & alii per *Rovit. dec. 6. num. 14.* pacta enim insolita moderari debent, *Anna singul. 563. De Ponte de potest. Proreg. tit. 10. de divers. provis. fieri solit. titul. de reformat. investitur.* & propterea *Afflict. 11 in dec. 105.* tradidit, primam investituram esse attendendam, nullamque rationem esse habendam investiturarum postea alio modo expeditarum, quia præsumuntur erroneæ, *Camer. in cap. Imperialem, car. 66. lit. C.* post *Bald. in cap. 1. vers. sed statim oppono, de eo 12 qui sibi, & hæredibus suis.* Unde dicebat, esse rescribendum Suæ Majestati, assensum prædictum reformari debere, & accomodari juxta antiquam formam concessionis super venditione, prout alias fuisse obtentum à Dominis Regentibus Regiam Cancellariam refert *Frecc. in lib. 1. de subfeud. quæstion. 12. numero 15.* & eum refert *De Ponte dict. titul. de reformat. investitur. in fin.*

13 Sed neque hodie posset assensus prædictus reformari, quia contradiceret contractui venditionis, & sic esset difformis, & proinde redderetur nullus, ut per *Reg. Rovit.* post *Frecc. cons. 39. n. 14. lib. 2.* nam ex individua voluntate contrahentium, cum aliæ partes 14 non contraxissent, quia super contractu venditionis, & non super pactis prædictis fuisset concessus, corrueret in totum, ad *text. in l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* juxta communem doctr. nam *Bar. in l. græcè §. illud. ff. de fidejussor.* & post *Frec. & Camer.* latè explicat *de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. de refutat. feud. §. 3. n. 21.* Quod quamvis sit opponere de jure tertii, tamen 15 quia ipse Leonardus habet interesse proprium, & in sui beneficium resultat, admitti debet ad eas exceptiones opponendas Fisco competentes, ad tradita per *Peregr. de jur. fisc. lib. 6. titul. 2.* & per *Cancer. var. resolut. par. 2. c. 16. de tertiis oppositoribus, num. 125. & 126.* Alia etiam considerabantur ad favorem Fisci, ex quibus non debebat præstari assensus venditioni prædictæ.

ctæ, juxta consultationem Regiæ Cameræ, quæ fuerunt discussa quando fuit præstitus in Supremo Italiæ Consilio, & de eis non fuit habita aliqua ratio.

Major tamen difficultas videbatur consistere respectu interesse ipsiusmet Leonardi, qui prætendebat, tam instrumentum venditionis, dictæ Civitatis quam assensum impetratum esse nullum, tanquam de re effecta litigiosa, quia judicium fuerat cœptum in anno 1634. venditio de anno 1640. assensus vero de anno 1643. & tamen nulla fuit de dicta lite facta mentio.

Et quamvis *Capyc.* in sua *investit. feud. in verbo feudorum exequutionee, vers. & quod si actum sit in judicio* 16 dicat, Sacrum Consilium habuisse pro valido assensum impetratum lite pendente in causa Antoniæ Palmisanæ cum Duce Atriani, & Comite Potentiæ quæ egit hypothecaria, dum assensu carebat, & illum obtinuit lite pendente, sequitur *Lanar. cons. 17. per totum, Jo. de Amic. consil. 141.* & est *text.* ubi *Jo. Andr. in c. dudum* 17 *el primo de elect.* cum aliis quos congerit *Paris. consil. 30. num. 41. volum. 4. De Ponte consil. 32. n. 10. volum. 2.* tamen hæc conclusio procedit quando instrumentum esset confectum ante litem, assensus verò lite pendente. Sed fortior est casus, de quo agebatur, in quo tam instrumentum venditionis, quam assensus fuerunt post litem: ut dixit idem *De Ponte consil. 30. num. 63. & 64. eodem volum. 2.* ubi dicit quod assensus 18 est subrepticius quia si fuisset narratum de lite, vel non consensisset, vel difficilius, & ita declarat, & conciliat *Reg. Capyc. Galeoth. respons. fiscal. 1. n. 382.*

19 Et quod debeat fieri mentio de lite in impetratione rescripti, probat *glos. in capit. prudentiam in vers. causam*, ubi *Abb.* valde eam commendat, *de offic. delegat. Bal. in l. 2. in fin. C. ut lit. pendent. & in l. 1 in fin.* 20 *C. de relat.* ubi etiam, quod debet fieri mentio de litis contestatione, & in propriis terminis rescripti obtenti per Cæsaream Majestatem, Caroli V. hujus Regni Re- 21 gis, quod non debeat tale rescriptum per Proregem, & Collaterale Consilium exequi ex dicta subreptione fundat *Gramm. cons. civil. 162.* pro Vniversitate Neritonorum contra Ill. Ducem dictæ Civitatis qui bina rescripta obtinuerat, unum Bononiæ, alterum Mantuæ pro reintegratione in possessionem Civitatis prædictæ, & datur ratio, nam impetrare lite pendente est innovare, *glos. 3. in Clem. 2. ut lit. pend. Petr. de Anch.* 22 *cons. 13.* & propterea concludit *nu. 24.* Principem esse consulendum, cum minimè dici posset, Officialem 23 non bene facere, si pro honore Regio, ac ipsius servitio non exequatur mandatum, sive illius jussionem, *Bal. in l. fin. de negot. gest. Alex. cons. 106. volum. 2. & Reg. Lanar. in c. 1. de vasal. de rep. atat. num. 30.* ubi loquitur in eo casu, in quo moto judicio contra hæredem ad vendendum feudum à creditore in actione personali, 24 post litem motam conventus illud refutavit Domino & resolvit, refutationem non valere tanquam factam in fraudem litis, sequitur *Theodor. alleg. 3. numer. 10. Reg. Tap. in Constit. Regni eorum fraudibus, de alienat. jud. mut. caus. fact. num. 3.* ubi alios allegat.

Ad quorum corroborationem addebatur, ipsum nedum intentasse judicium contra dictum Don Ferdinandum ad vendendum feudum, verum compilasse processum usque ad sententiam actione personali, & ultra etiam processisse, & proinde dum erat ei satisfaciendum de suo credito ducatorum 50. mil. dictus D. Ferdinandus Civitatem prædictam vendidit in ejus maximum præjudicium.

25 Quia deleta illa antiqua observantia; quod facta exequutione ad instantiam creditoris in actione personali ipsius feudi, interposito secundo decreto vendebatur, & in venditione interponebatur Regius assensus, & de pretio creditori poterat satisfieri, ex eo 26 quia pretium redactum ex re feudali non dicitur feudale, ut probat *De Franch. dec. 04. num. 3.* de qua praxi, quod possit fieri in subsidium bonorum allodialium & quando fructus, quia tenues sunt non sufficiunt, habetur per *Frecc. in lib. 2. de subfeud. in auctor. Baron. vers. Pluribus autem modis, n. 10.* ubi refert casum qualiter obtentis literis exequutorialibus per Sacr. Consil. ad instantiam creditoris in actione personali, & facta exequutione feudi, petiit creditor, interponi assensum Regis super adjudicatione feudi ipsi facienda, vel in venditione ipsius accendi candelam, ut plus offerenti liberari posset, se opposuit debitor, allegans exequutionem nulliter fuisse factam super feudo prædicto a creditore absque assensu, & quod nec secundum decretum poterat interponi, nec posse feudum distrahi vendi, vel creditori adjudicari, & quod cum ipsa exequutio erat quædam elienatio, eam revocabat, & quod non obstantibus dictis oppositionibus fuit interpositus assensus, nec fuit admissa dicta revocatio quia non comprehenditur in *Constitutione* incip. *Si quis post litem*, nam non loquitur de adjudicatione feudi, quod in subsidium bonorum allodialium 27 fuit exequutum, est etiam videndus ad prædicta *Viscont.* in suis *conclusionibus*, in verbo *exequutio sententiæ*, ubi plura adducit.

Quæ quidem practica quamvis hodie non sit in usu ex eo, quia per Cæsaream, & Catholicam Majestatem fuit prohibita, de qua prohibitione licet non appareat in scriptis de ea testatur *Franch. in d. dec 704.* 28 ubi dicit, quod ita fuit relatum ab uno ex Dominis Regentibus, & ideo fuit introductum, ut creditoribus, & legatariis possit satisfieri, quod hæres cogatur ad vendendum feudum, prout fuisse pluries judicatum in S.C. etiam cogendo hæredem per capturam personæ, refert *Franc. in fin. d. dec.* & *Nos* supra diximus, *Viscont. in addit. ad decis. 1.* ejusdem *Franch. De Ponte de potest. Proreg. titul. 6. §. 1. n. 23.* Vnde dicebatur, venditionem prædictam fuisse factam in fraudem litis motæ, ut supra, & proinde non mereri exequutionem, sed esse rescribendum Suæ Majestati.

Vlterius dicebatur, assensum non potuisse impetra- 29 ri, neque feudum vendi, quia res erat effecta litigiosa, & quod actio personalis ex parte actoris lite contestata fuit litigiosa, probatur, quia illa cedi non po- 30 test, *l. 1. C. de litigios.* Hæc enim est differentia inter actionem realem, vel personalem, illa efficitur litigiosa per solam libelli oblationem, & citationem, ut in *Auth. litigiosa C. eodem titul. de litigios.* ista verò non efficitur litigiosa, nisi per litis contestationem, *l. 1. ff. eodem, & l. 2. in verb. deducta sunt, C. eodem tit.* 31 & quod major fraus in reo, quam in actore consideretur in hac materia, *Dec. in c. 1. in M. Ferrariensis, n. 140.* ubi etiam *Rip. num. 191. cum seq. Bursat. cons. 30. Ric. collect. dec. 817. Consil. Carleval. tom. 2. de judic. tit. 3. disput. 11. num. 2. Reg. Galeot. tom. 1. controvers. 1. numer. 19. cum seq. Donat. Anton. de Marin. resolut. quotid. cap. 159. num. 7. Christin. tom. 4. dec. Belgic. tit. 37. decis. 175. num.* 32 *4. cum seqq. Polydor. Rip. observ. 383. numer. 3.* qui *numer. 6.* fundat etiam actiones personales per solam libelli oblationem effici litigiosas, & *observat. 109. numero 3.* dixit, quod actio personalis cum sit in judicium deducta, contrahit vitium litigiosi, & dicitur ef- 33 fecta quasi realis, & judicium inchoatum cum defuncto dicitur afficere hæreditatem onere captæ instantiæ, & dicuntur in jura quasi realia, tam activè, quam passive.

Insuper actio intentata per Leonardum Spinolam non est simpliciter personalis contra debitorem, sed ultra progreditur ad cogendum ad vendendum in specie Civitatem Molfecti, & sic videtur habere 34 aliquid actionis realis, nam licet non habeat creditor actionem hypothecariam, quia caret assensu, potest interim quod vendatur satisfieri super fructibus, ut ex pluribus fundat *Viscont. in loco supra allegato*, & plene probat *Gayl. observat. lib. 1.* & consequenter

35 sequenter facilius inducitur vitium litigiosi, *Bart. in l. C. de litig. & in l. 1. ff. eodem titul Bald. cons. 505. numero 5. lib. 5. Salycan l. 3. num. 1. C. eodem*, ubi etiam *Aloys. de Leo num. 8.*

36 Considerabatur etiam, quod quando nedum lis est contestata, sed ulterius prosequuta, ita ut sit nata sententia, tunc penitus non debet dubitari, esse inductum vitium litigiosi, ut plene probat *Reg. Galeot. in d. controvers. 2. tom. 1. ex num. 19.* ubi *num. 23.* quod ne-
37 dum est prohibita alienatio rei litigiosæ ratione fraudis, sed ne sententia redditur elusoria, & effectus rei judicatæ. & quod magis est, ne deterior efficiatur conditio litigantis, quæ rationes ita comprehendunt privatum, sicuti Regem, cujus intentio est, ne un-
38 quam juri tertii derogetur, ad tradita per *text. in l. nec avus, C. de emancipat. liberor.* & ideo in rescri-
39 pto erat facienda mentio sententiæ prædictæ, *August. Barbos. in tract. de clausul. usufrequent. claus. 77. numero 3.*

Quibus addebatur, quod quando Lucas Spinola habuit tenutam dictæ Civitatis, expressè reservata fuit provisio facienda pro juribus Leonardi Spinolæ, quæ jura, si dominium transferretur in dictum Lucam mediante assensu, remanerent elusoria, & inefficacia, quod non fuit assertum Suæ Majestati, quia utique non concessisset, nunquam enim præsumitur, Principem vo-
40 luisse juri tertii præjudicare, *l. 1. §. merito ff. ne quid in loco public.* cum concordantibus, maxime re non integra *leg. 2. ff. de natal. restit. d. l. nec avus, Codic. de emancip. liber. Isern. in cap. 1. de vasall. decrep. ætat. Reg. Tap. decis. S. C. 4. num. 3.* tanto magis, quia Lucas tenutam prædictam cum hac lege acceptavit, & non præsumitur, Regem nostrum Invictissimum voluisse facere Leonardo tam grande præjudicium amissionis
41 crediti duc. 30. mil. & proinde non deberi pro ista parte tam interessata concedi dictum exequatur, fundat *Reg. Ulloa. cons. 69. num. 144. tom. 1.*

Verum pro parte Lucæ Spinolæ replicabatur prædictis: quia, quod attinet ad interesse Suæ majesta-
42 tis respectu pactorum apponi non solitorum, procedit, quando in assensu non exprimuntur qualitates alterantes feudi naturam, & in hoc casu loquitur *De Ponte d. cons. 3. tom. 1. num. 32. cum seqq.* ubi ait, quod si ex concessione eriguntur feuda de novo, & inducitur segregatio à feudis alias formatis, & antiquis oportet exprimi Regi assentienti, nam respectu simplicis alienationis assensus nihil aliud operatur nisi ad removendum obstaculum, nec comprehendit dispensatio-
43 nem, ut dixit *Camer. in dict. cap. Imperialem, fol. 44. lit. L.* quando verò Regi exprimitur, nedum alienatio, sed dispensatio, & conceditur, tunc comprehendit utrumque, clausula enim illa, *feudi natura in aliquo non mutata*, intelligi debet præter quam in expres-
44 sis, ut habetur per *Isern. in c. 1. §. sed nec alia justior, num. 35. qua sit prima caus. benef. amitt.* & latius per *Frecc. de subfeud. lib. 1. qu. 11. numero 3. De Ponte cons. 15. num. 8. & cons. 57. vol. 1. & de potest. Proreg. tit. 7. de assens. Reg. §. 1. num. 5. Socin. consil. 43. num. 6. volum. 4. Deci. cons. 185. num. 11. versicul. secundo respondetur, Marta de clausul. 2. part. claus. 28. numero 2.* & in his terminis
45 sunt intelligendi *De Ponte in d. cons. 3. Reg. Tap. d. decisio. 4. & Reg. Rovit. d. cons. 1.* tanto magis, quia assensus prædictus fuit valde ventilatus in Supremo Italiæ Consilio, nam alienans feudum prædictum erat D. Ferdinandus Gonsagha, persona satis nota, & Coronæ benemeritus, & fuit resolutum, esse concedendum assensum, non obstante quod multa occurrere poterant ad difficilius consentiendum venditioni, quia
46 licet Princeps in specie non respondeant, nisi quibusdam, si tamen in fine adsit clausula, *confirmans omnia, & singula enarrata*, & in verbis præfationis adest expressa petitio partis per hanc clausulam præter expressa in concessione, omnia in narrativa, & supplicatione petita concessa videntur, ut post *Alex. cons. 17. volum. 3.* dixit *Camer. in cap. Imperialem, fol. 43.*
47 *à t. lit. O. versiculum tamen*; nam in eas concedentis non modo ex verbis principalibus apertis, sed etiam ex æquipollentibus percipitur, & etiam ex clausulis exequutivis, hoc est in clausulis apponi solitis. Hinc dixit idem *Camer. in d. cap. Imperialem, fol. 39. à t. lit. T.* Finge supplicant in multa petiisse, Regem verò pauca concessisse, deinde in clausulis sequentibus aliqua addidisse, per quæ reliqua, quæ fuerunt supplicata, vel ex vi verborum, vel ex mente comprehen-
48 di possent, quærit, num concessa dicantur, & ponit exemplum, si confirmavit omnia, & singula enarrata, vel omnia, & singula supradicta, & tenet, quod hæc clausula non debet referri ad concessa dumtaxat, sed etiam ad omnia enarrata, sequitur *Laparul. ad Isern. in cap. 1. qui success. teneant in c. fin.* post *num. 7. in verbo si fine, lit. D.* & clarius in *verbo quia sacratis, lit. C. fol.* mihi 19. *& à t.* traditur ratio in *d. verb. si fine*, quia as-
49 sensus præstitus intelligitur secundum supplicationem petentis, quod colligit ex mente ejusdem *Andr. in loco citato*, ibi, *etiam si tunc generaliter consentiret,*
50 *quia videtur respondere ad petita, l. si sine, ff. de interrogat. action. & talia sunt subjecta, qualia prædicata demonstrans*, hoc idem dixit ipsemet *Andr. de Isern. in c. 1. num. 2. de natur. success. feud.* & in aliis *locis*, ut advertit idem *Laparulus dict. cap. 1. qui success. teneant in verb. talia quidem, lit. E. d. fol. 129.* & semper ad supplicationem recurritur tanquam ad matricem, *Mohed.*
51 *decis. 265. Capniaquen. decis. 75. par. 1. Paris. cons. 51. num. 17. lib. 4.*

52 Nec aliquid operantur illa verba, *feudi natura in aliquo non mutata, & dummodo non inducatur divisio feudorum*, quia intelligi debent, præter quam in expressis, ut dixit *De Ponte* in allegato *cons. 15. num. 7. lib. 1. Andreas in d. cap. 1. § nec alia justior, num. 35. qua sit prima caus. benef. amitt. Frecc. de subfeud. dict. quæst. 11. num. 23. lib. 2. Mart. de clausul. lib. 2. claus. 28.* immo etiam in eo casu, quo in feudo ex sua primæva na-
53 tura hæreditaria, ultra dictam investituram fieret in eo fideicommissum in beneficium comprehensorum in investitura, & super dicto fideicommisso impetraretur assensus, providentia illa hæreditaria transfunderetur de voluntaria restitutione in necessariam, & quamvis in assensu esset apposita clausula, *feudi*
54 *natura in aliquo non mutata*, intelligeretur, præterquam in expressis, *capit. 1. de feud. non habent. propr. natur. feud.* & feudo remanente in sua natura, dispositio tantum interdiceretur huic feudum tenenti, postquam necessariæ restitutioni est subjectum, ut in terminis tenuit *Camerar. in cap. 1. an agnatus, numero 125.* versus *finem*, ubi etiam dicit, esse notandum, quia pauci super hoc animadverterunt. Et quamvis dicta doctrina posset aliquam habere difficultatem respectu assensus Proregis, per *Pragmat. novem capitum* non potest assentire, quomodocumque feudi natura mutaretur, & proinde non præsumuntur velle, nisi secundum authoritatem, quam habet, ut latè dixi in *Consult. 80. volum. 1. num. 28. cum seqq.* tamen in Rege nulla potest cadere dubitatio, sufficit enim, quod fuerit petitum, & per Regem concessum.

Verum prædicta ex abundanti dicebantur, quia re vera per dictum assensum non erat mutata feudi natura, nec inducta aliqua feudi divisio, nunquam enim petiit Don Ferdinandus Gonsagha, quod mutaretur natura feudi hæreditarii, vel in feudo ex pacto vel aliter, nec quod divideretur, sed tantum, quia Civitas prædicta licet vendebatur Lucæ Spinolæ, tamen rei veritate Jo. Stephanus de Oria pretium solvebat, qui voluit emere in faciem dicti Lucæ, volebat postea de ea disponere tanquam de re sua, & ideo fuit petitum, quod posset venditionem revocare, &

in ea

in ea alios nominare, tam per actum inter vivos, quam in ultima voluntate, vel illam alteri vendere, sed non per hoc esset mutare feudi naturam, vel illud dividere, solum erat apponere pacta præter naturam, contractus venditionis, & emptionis, sic bene dicitur in assensu, *feudi natura, non mutata*, quia Rex assentiebat dictis pactis, non autem mutationi naturæ feu-59 di, & propterea illa exceptio firmat regulam in contrarium in omnibus casibus non exceptuatis, *leg. quæsitum, §. denique, ff. de fund. instruct. l. nam quod liquide, §. fin. ff. de penu. legat.* & Ego dixi in *consult.* 145. *num.* 136. & *consult.* 152. *num.* 31. *vol.* 2.

Unde resolutum erit dictum motivum interesse Fisci, tanto magis, quia per mortem Io. Stephani prædicta pacta ad ejus beneficium facta, quibus non fuit usus nec inter vivos, nec in ultima voluntate, erant extincta, & feudum in sua primæva natura feudi hæreditarii semper permansit.

Ad secundum vero motivum, quod spectat ad interesse ipsius ner Leonardi, ex eo, quod non fuit expressa Suæ Majestati lis inchoata in Sacro Consilio in actione personali ad vendendum feudum, & quod ex hac subreptione, sive obreptione redderetur assensus nullus, replicabatur, certissimum esse judicium motum per Leonardum contra Illustrissimum D. Ferdinandum Gonsagham fuisse respectu feudi Molfetti tantum in actione personali ad vendendum, quia assensu Regio carebat, & sic non habebat feudum præ-57 dictum obligatum, in qua actione est notandum, quod non potest Iudex vendere feudum, sed tantum debitorem cogere ad vendendum etiam per capturam personæ, ut dixit *Franch. in d. decis.* 764. & sic 58 intelligi debet, quod non feudum, sed illa actio personalis sit effecta litigiosa, ita ut actor eam lite pendente alteri cedere, vel alienare non valeat, ut probat *text. in d. l. 2. C. de litigios.* & quamvis *Ripa* post alios *observat.* 109. dixerit, quod actio personalis cum sit in judicium deducta dicatur effecta tanquam realis, & proinde per litis contestationem contrahatur vitium litigiosi, & hoc ea ratione, ne actor, & 59 reus ad impatia judicentur, nam sicut actor non poterit actiones prædictas in judicium deductas vendere, sic etiam reus non poterit res alienare, *Bart. in l. 1. §. si inter, ff. de litigios.* quem sequutus fuit *Salyc. in d. l. 2. C. eodem titul. gloss. Bart. & Imol. in l. quanquam, §. Julianus, ff. de aqua pluv. arc. Ias. in cons. 3. dub. 2. vol.* 61 1. licet in contrarium sit communis opinio, tam Legistarum, quam Canonistarum, ex doctrina *Innoc. in cap. cum M. Ferrariensis extr. de constitut.* cui fuerunt adstipulati *Jo. Andr. Cardinal. Abb.* & alii *Canonistæ*, & *Bart. Bald.* & alii in *d. l. 2. C. de litigios.* quos refert *Peregr. de jure fisc. lib. 4. tit. 6.* sub *num. 10. vers. contra vero Cravett. cons.* 279. *Menoch. cons.* 79. *num.* 26. & *Covarr. practic. quæst. cap.* 15. *num.* 6. ea ratione, quia per *Auth. litigiosa, C. eodem tit.* non sit derogatum *d. l. 2. C. eodem*, nisi in eo, quod si res petatur actione reali, efficitur res litigiosa per citationem, sed tamen, ut advertit *Cancer. var. resolut. lib. 2. cap. 12.* sub *numero ter-*62 *tio* per *d. auth.* generaliter diffinitur, litigiosam rem dici illam, de cujus dominio judicialiter disceptatur, & ex hoc sequitur, quod tunc res in judicium deducta actione personali dicitur effecta litigiosa, quando agitur de dominio transferendo in actorem, veluti si agatur exempto, donato, vel stipulato, vel alia simili causa, ut etiam dixit *Peregrin. loco supra citato,* 63 *num.* 10.

Tamen neque dicta opinio undique tuta videtur, cum contrarium teneat idem *Cancer. num.* 4. ubi reprobando sententiam prædictam dicit, quod agens personali actione ad rei dominium consequendum, non proprie dicitur de dominio rei contendere, certum est enim dominium non esse penes agentem, sed 64 agere ad id consequendum, & sunt diversa agere de dominio rei, vel ad rei dominium obtinendum ponderando *text. in d. Auth. litigiosa*, qui dicit, effici rem litigiosam, quando de dominii causa tractatur, nec posse intelligi, quando agitur ad dominium obtinendum, nam licet inter se non multum differre videan-65 tur, tamen quia *titulus de litigiosis* est pœnalis, *l. fin. Codic. eodem*, non est extendenda de casu ad casum, argumento *text. in cap. odia, de reg. jur. in* 6. pro qua opinione innumeros adducit *DD. Guid. Pap. quæstion.* 479. *in fin.*

Quidquid tamen sit in proposita quæstione, certum est, quod quando non agitur ad dominium consequendum, sed agitur personali actione ad quantita-66 tatem, vel etiam si agatur actione personali pro aliquo opere faciendo in aliqua re, ea res nunquam efficitur litigiosa, quod probatur ex *d. l. quanquam §. Julianus, ff. de aqua pluv. arc.* ubi *gloss. Imol. Rom. & Paul. de Castrens.* & plenum esse dixit *Peregr. de jure fisc. d. lib.* 4. *tit.* 6. *numer.* 11. *Cancer. loco citato, numero* 10. & 12. *Marant. de ordine judic. part.* 4. *dist.* 3. *an judicium sit* 67 *civile, vel criminale, num.* 50. nam in judicio attendi debet id, quod principaliter agitur, *l. si quis nec* 68 *causam ff. si cert. pet. Gramma decis.* 202. *nu.* 4. & ideo litigiosa non efficitur, quia alienari posset, quando quæstio non est super re, sed super aliquo jure ipsi rei connexo, *Natta cons.* 145. *num.* 17. *Afflict. Topar. titul. de litigios. cap.* in *fin. Hondrd. cons.* 30. sub *n.* 30. *volum.* 1. nbi, quando lis pendet in actione personali, licet agitur pro consequenda re non efficitur litigiosa, ne-69 que impeditur alienatio, tunc enim efficitur litigiosa, eqique alienatio impeditur, quando agitur actione reali super dominio feudi, & non aliter, ut post *Innoc. Jo. Andr.* & alios in *dict. cap. cum M. Ferrariensis de constitut.* testantur *Alciat. cons.* 11. *lib.* 1. *nu.* 34. *Rovitu. cons.* 270. *num.* 2. *Guid. Pap. d. quæstion.* 479. *Natta d. cons.* 14. *num.* 16. *Practic. Papiens. in form. libell. in actione real. in verb. verum, & legitime, numer.* 59. *Benintend. decis.* 48. *numer.* 8. *Cravett. cons.* 279. *num.* 1. *lib.* 2. & magis communem fatetur *Cancell. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 481. & ald per *Greva. ad Gayl. observat.* 118. *lib.* 1. *consil.* 1. & quamvis *Felin. in cap. dilecti, num.* 8. *de except.* & *Ripa in d. cap. cum M. Ferrariens. num.* 180 contrariam opinionem videantur approbare, tamen ipsimet *Felin. d. num.* 8. & *Ripa num.* 176. coacti sunt fateri, hanc sententiam communiter teneri.

Neque obstare, dicebatur, quod in hac causa, nedum fuerit lis contestata, verum ultra fuit progressum etiam ad sententiam in actione personali, quia tantum operatur litis contestatio, quantum prosequutio vel sententia, nam non afficitur res, sed persona, & per consequens respectu rei non potest induci vitium litigiosi, neque reperitur aliquo jure cautum, quod prosequutio processus, vel sententia aliquid immutent, vel novi faciant quoad vitium litigiosi, sufficit enim, quod per litis contestationem contrahatur in eo casu, quo cadere potest dictum vitium, sed in agente actione personali contra debitorem ad pretium consequendum super aliqua re stabili non potest induci dictum vitium, ubi non est, ut supra fuit plene fundatum.

70 Illud autem, quod dixit *Reg. Galeot. in controv.* 2. *lib.* 1. *num.* 23. quod non solum est prohibita alienatio ratione fraudis, sed ne effectus rei judicatæ, & sententia reddatur elusoria, procedit in eo casu, quando contractum fuit vitium litigiosi, non autem, quando agitur actione personali, & in hoc neque erat prolata sententia pro cogendo hærede ad vendendum feudum, sed fuit reservata provisio, quæ tamen quatenus fuisset facta, nihil ponebat in esse, cum non afficiatur res, sed persona, quæ cogi potest in actione personali, etiam per capturam.

Insuper illud etiam, quod dictum fuit de decreto, per

per quod fuit data tenuta dictæ Civitatis Lucæ, & fructuum reservata jura forte competentia dicto Leonardo nihil afficere potest, quia quousque non erat præstitus assensus per Suam Catholicam Majestatem, dominium non erat translatum in comprotero, & ideo interim quod assensus expediretur, fuit data tenuta prædicta, & illa reservatio jurium, vel provisionis faciendæ solum importat jus quod Leonardus super dicto feudo habebat, nam reservatio nihil aliud operatur, nisi illud, quod constat de jure reservato, *Angel. in l. si quis legaverit, ff. de leg. 1. & in l. omnes, Cod. de proscrip. 30. vel. 40. annor. Gravett. consil. 70. num. 2. lib. 5. Grammat. decis. 103. num. 43. Menoch. consil. 1111. numero* 18. conservat enim jus, quod habet reservans, idem *Menoch. consil. 1034. num. 5. & consil. 795. num. 8.* non quod ex illa aliquod jus acquiratur, *Ruin. consil. 40. num. 7. lib. 1. Socin. jun. consil. 65. num. 81. lib. 1. & consil. 134. n. 86. lib. 3. Gravet. consil. 29. num. 7. & 134. n. 15.*

Et quam privilegium assensus impetratum post litem, nulla de ea facta mentione, dubitari posset, an sit validum, ad quod pro opinione negativa adducitur *Felin. in cap. cæterum, num. 4. de rescript. Dec. in cap. super litteris, num. 9. eodem titu. Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. cent. 3. casu 201. n. 148.* & alii per *Capan. de jure adhoa. qu. 41. numero 9. cum seqq.* ea ratione, quia cum assensus sit gratia Principis, non præsumitur eam facere velle in tertii præjudicium. Tamen ultra quod *Lanar.* contrarium tenuit in *cons. 7.* erit considerandum, quod omnes *DD.* allegati loquuntur, quando judicium fuit intentatum super ipso feudo, & sic quando fuit contractum vitium litigiosi secus vero quando illa res, vel illud feudum non erat aliquo litigio affectum, tunc enim cum nulla super feudo adsit lis, non erit necesse Principi litem asserere ut firmarunt *Io. de Amic. cons. 151. Camill. de Medic. consil. 10. numero vigesimo secunda* & ita decisum refert *Capyc. in investitura, in verbo feudorum executiones, & decis. 1. Paris. consil. 42. lib. 4. Anton. de Butr. in cap. significante, de appellat.* ubi etiam *Panormitan.* & Ego dixi *decis. 43. n. 6.*

Facta igitur relatione in Collaterali Concilio per quondam bonæ memoriæ Regentem Io. Franciscum Sanfelicium cum interventu Excellentissimi Proregis Ducis de Medina de las Torres, & his omnibus discussis die 1. Februarii 1644. fuit determinatum, esse expediendum Regium exequatur, ex quo tamen assensu noluit Collaterale Consilium præjudicare juribus competentibus dicto Leonardo proinde fuit dictum, quod respectu omnium hinc inde prætensorum Sacr. Reg. Consil. de justitia provideat. Penes Franciscum de Anastasio Regium à mandatis Scribam.

De ista decisione meminit, & verba decreti ponit dictus *Reg. Sanfelic. in prax. Iudic. fol. 13. per totam.*

OBSERVAT. IN DECIS. CLXX.

SVMMARIVM.

1 *Subditi suis superioribus præstare debent amorem, reverentiam, & obedientiam.*

Amor, reverentia & obedientia præstanda sunt parentibus & his, qui parentum vices gerunt, ibid.

Superiores vices parentum gerunt ibid.

2 *Christiani sub mortali tenentur obedire Summo Pontifici in re gravi, & justa, & Diœcesani Episcopo, Parochiani Parocho, servi Domino, subditi Superioribus & Populi suis Principibus.*

Obedientia omnium virtutum maxima est, ibid.

3 *Subditus quando teneatur obedire præcepta superioris.*

Subditus quando probabiliter judicat rem præceptam esse malam, an teneatur obedire superiori, ibid. remissivè.

4 *Religiosus an teneatur obedire superiori præcipienti aliquid contra præceptum Regulæ, vel alterius superioris.*

5 *Religiosus jussus à Prælato admittere Prælaturam ordinis vel audire Confessiones, quando teneatur obedire & num. 6.*

6 *Confessarius, qui sponte audit confessiones, non jussus à superiore, quam sufficientiam habere debeat.*

7 *Dubitans an bellum sit justum, an possit licitè ire ad bellum, & ibi militare sive sit subditus Principi, sive non, & quinam dicantur subditi.*

8 *Lex omnino inutilis communitati, an obliget subditos.*

9 *Famulus an teneatur vitam Domini defendere cum periculo propriæ vitæ.*

10 *Clericus subditus pluribus Episcopis contraria jubentibus, cuinam debeat obedire.*

11 *Statutum Episcopi non ligat suos subditos extrà Diœcesim, quia extra territorium jus dicere non licet, & quid de præcepto & sententia, nu. 12.*

Episcopus excommunicans suum subditum existentem extra Diœcesim an excommunicatio sit invalida, & si talis celebret, an incurrat irregularitatem, ibid.

12 *Episcopus prohibens sub excommunicatione, ne Sacerdotes sibi subditi celebrent, vel aliud faciant extra Diœcesim, illam non incurrunt ibi celebrantes, vel alia facientes.*

Præceptum, & sententia Episcopi an liget suos subditos extra Diœcesim, ibid.

13 *Episcopus prohibens sub censura, ne Clerici sibi subditi aleis ludant, & c. si ludant in loco exempto, puta in Monasteriis Regularium intra Diœcesim, an incurrant talem censuram, & n. 14. 15. & 16.*

Appellatione loci exempti, an veniant Monasteria Regularium, ibid. & n. 14. in fin. 15. & 16.

Locus exemptus intra Diœcesim, & locus extra Diœcesim æquiparantur, ibid.

14 *Episcopus præcipiens ne aliquis furetur rem sacram sub excommunicatione, si aliquis furetur rem sacram in loco exempto, non incurrit dictam excommunicationem.*

15 *Statutum, vel edictum Episcopi præcipiens, ne quis alloquatur cum Monialibus, an locum habeat, si alloquatur cum Monialibus in Monasteriis exemptis.*

Et quid si statutum, vel edictum prohibeat accessum, puta nè quis accedat ad Monasteria ad loquendum cum Monialibus, an comprehendat accedentes ad Monasteria exempta, num. 16.

17 *Subditus an teneatur obedire Tyranno, & qualiter dicatur Tyrannus.*

Subditus an possit licitè occidere Tyrannum, ibid.

Leges concedere an possit, qui tyrannicè Regnum occupavit, ibid.

Tributa solvere an teneatur subditus ei, qui tyrannicè Regnum occupavit, ibid. remissivè.

18 *Catholicus existens inter infideles an & quando teneatur obedire Principi, & Magistratibus hæreticis, & infidelibus.*

Catholici existentes inter infideles, an possint observare ritus secta, vel infidelitatis non repugnantes legi Divinæ, ibid.

19 *Servus Christianus existens apud Paganos, vel Infideles, an possit aliquod obsequium Domino suo infideli præstare, templum Idoli ingrediens, puta vestem substentans cum illo genuflectere &c.*

20 *Infideles & hæretici commorantes in terris Principum Christianorum, an eorum legibus obligentur tam legibus Ecclesiasticis, quam legibus civilibus.*

21 *Subditus*

21. *Subditus unius Principis an possit irrequisito Domino se subjicere alterius protectioni.*

Quid de Eminentissimis Cardinalibus, & Baronibus Romanis, qui cum stemmatibus alicujus Regis in eorum Palatiis appositis videantur sub illius protectione profiteri, ibid.

22 *Promissio facta à Principe sub fide Principis, vel ab alia illustri persona, an juramenti vim habeat.*

Princeps promittens aliquid sub fide sua, jurasse censetur, & ad illius observantiam tenetur, sicuti si juramento promisisset, ibid.

23 *Actio personalis an possit exerceri per creditorem contra donatarium, & haeredem universalem in proprietate debitoris super bonis donatis, & adducitur decisio.*

24 *Assensus Regius an praesumatur concessus, si asseratur deperditum esse, & in relatione, & gradatione creditorum fuerit gradatus creditor inter creditores cum Regio assensu.*

Graduatus inter creditores cum Regio assensu, licet assensus praedictus non reperiatur, an praeferatur aliis creditoribus sine assensu Regio, ibid. & adducitur decisio.

In hac Decisione infrascripta breviter observabimus ad forum potius internum, & conscientiae, quàm ad forum externum, & judiciale attinentia, dùm *nu.4.* dicitur, quod subditus peccat obediendo mandato injusto superioris.

1 Ideò primo observandum est subditos suis superioribus amorem, reverentiam, & obedientiam praestare debere; & ratio est, quia amor, reverentia, & obedientia exhibenda est parentibus, ac illis, qui parentum vices gerunt, superiores autem vices parentum gerunt, *Bonac. tom 2. disp. 6. quaest. unica puncto 8. numer. 13.* Vnde sub mortali tenentur Christiani obedire Summo

2 Pontifici in re gravi, & justa Dioecesani Episcopo, Parochiani Parocho, servi, Dominis, subditi Superioribus, & Populi suis Principibus, in iis, quibus subditi sunt, quia obedientia superioribus praestanda est, juxtà *D. Paul. epist. ad Ephes. cap 6. versic. 5.* ibi: *Servi, obedite Dominis carnalibus vestris sicut Christo.* Item subditi tenentur obedientiam praestare, & honorem superioribus non solùm probis, sed etiam improbis, quia honor non solum debetur virtuti, sed etiam dignitati, & excellentiae, ut habetur in *epist. 1. D. Petri cap. 2. versic. 18.* ibi: *Servi subditi estote Dominis, non solum bonis & modestis, sed etiam dyscolis, Bonac. ibid. num. 14.* & obedientia omnium virtutum maxima est; cum enim castitas dominetur carni, paupertas rebus exterioribus, ipsa verò menti, *Nald. verbo obedientia n.7.*

3 Sed observandum est secundo, quod subditus non tenetur obedire praecepto Superioris de re formaliter mala, ut dicitur *d. num. 4 hujus decis.* sed adverte, quod non est necessarium, ut ipse subditus sciat id, quod praecipitur esse bonum, & contentum intrà limites potestatis superioris, sed satis est, ut ipse non sciat evidenter, esse malum, & extrà eos limites, & evidens in tali casu est, non quod ipsi soli subdito ex passione fortè tale videtur, sed quod judicio aliorum prudentum, proborum, & doctorum judicabitur, aut judicari potest esse tale, ità ex multis *DD.* tenet *Meroll. tom. 1. disp. 3. cap. 3. num. 315.* sed an quando subditus probabiliter, aut etiam probabiliùs judicaret rem praeceptam esse malam, adhuc teneatur ipsi superiori obedire, quia superior tanquam possidens habet jus praecipiendi quicquid non constat certò, seù evidentèr esse malum, vide eundem *Meroll. disp. 3. cap. 4. coroll. 8. per tot. à num. 259.* usque ad *num. 151.* ubi latè, & diversas opiniones affert, & cum distinctione perbellè concludit.

4 Tertio observandum, non teneri Religiosum obedire superiori praecipienti aliquid contra praeceptum Regulae, aut altioris superioris, quod intellige quando superior non potest in eo praecepto dispensare, vel si potest nulla adest dispensandi causa, quia tunc injustè praecipit, & suae potestatis limites excedit, sic docent *DD.* ab eodem *Meroll relati d. c. 3. n. 317.*

5 Quarto observa Religiosum jussum à Praelato admittere Praelaturam ordinis, vel audire Confessiones teneri obedire, quamvis eo munere se indignum, & carentem scientia sufficienti reputet, dummodo non evidenter noscat defectum dignitatis, & scientiae, sed dubius est, ità etiam ex multis tenet *Meroll. ibid. numer. 321.* sed qui propria sponte confessiones audit de-

6 bet esse certus, saltem moraliter de sua sufficientia, qui autem audit ex praecepto Praelati sufficit, ut non sit certus de sua insufficientia, sed dubius maneat, quia in dubio obediendum est, *Meroll. ibid. in fine.*

7 Quinto observandum, utrùm dubitans, an bellum sit justum, possit licitè, & tuta conscientia ire ad bellum, & ibi militare, & pro responsione dico, quod quidam tenent id licere, sivè dubitans sit subditus Principi, sivè non, sic *Petr. Navar. lib. 2. de restit. cap. 3. in 2. edit. 2. part. dub. 11. num. 260. & seqq.* Alii tenent dubitantem de justitia belli, non posse licitè ire ad bellum, etiam si sit subditus Principi bellum indicenti, ità *Vasq.* quem sequitur *Ioseph de Ianuar. resol. moral. par. 1. resol. 45. nu. 1. cum seqq.* Alii tandem distinguunt inter subditos Principis indicentis, & non subditos, ut subditis manente adhuc dubio de justitia belli liceat tuta conscientia ire ad bellum, & ibi militare, non autem non subditis, ità *Sanch. lib. 6. summ. tom. 2. cap. 3. num. 15. & seqq* & alii multi, quos refert, & sequitur *Meroll. ubi sup num. 327.* qui *num. 332.* dicit nomine subditorum intelligi non solùm subditos indigenas, sed etiam alienigenas mercede conductos, qui continuis stipendiis sub eodem Principe anteà degebant tàm tempore belli, quàm pacis, secus de illis, qui tunc temporis conducuntur, & *num. 333.* addit ex *Molin. & Sanch.* stipendiarios alienigenas teneri fortè majorem diligentiam adhibere, quàm indigenas, ut sciant an bellum sit justum necne, quando apparent indicia de injustitia, & quid in dubio vide per eundem *ibid.*

8 Sexto observandum, quod lex omninò inutilis communitati, non obligat, & ideò subditus, eam non servans, non peccat, praeciso scandalo, vel alio simili damno, aut incommodo, *Bonac. tom. 2. disp. 1. quaest. 1. puncto 1. num 9. & 11.* At si ab initio, vel alias fuit inutilis, sed nunc utilis est communitati, servanda est, idem *Bonac. ibid. n. 12.*

9 Septimo observandum est, quod famulus non tenetur vitam Domini cum periculo propriae vitae defendere, nisi famulus sit conductus specialiter ad defendendam Domini vitam, tunc enim tenetur ob conventionem, *Bonac. ibid. n. 15.*

10 Octavo observa, quod Clericus subditus pluribus Episcopis contraria jubentibus, putà uni ratione beneficii, alteri ratione domicilii, obedire debet illi, qui primus fuit ei Praelatus, nam prior obligatio non tollitur per secundam, nec secundus superior recepit eum in suam jurisdictionem cum praejudicio primi, *Barr. in cap. cum nullus numer. 7. de tempor. ordinat. lib. 6. Nald. in sum. verbo obedientia numer. 2. verb. superior. num. 10.*

11 Nono observandum est, quod statutum Episcopi non obligat subditos suos extrà suam Dioecesim, & consequenter subditi non incurrunt excommunicationem latam per statutum Episcopi, si contrà illud agant extrà Dioecesim *cap. ut animarum de constit. lib. 6. Abb. in cap. à nobis el primo de sent. excomm. numer. 11. Nav. in summ. cap. 17. num. 273. vers. nonò quod non est, Covarr. in cap. Alma mater part. 1. §. 10. num 3. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 18. numer. 18. tom. 1. Sylv. verbo excommunicatio 2. numer. 7. Bonac. in tract. de censur.*

disp.1.q.1.punct. 11.n.6.tom.1.D.Squillant.de privil. cleric.cap.2.n.62.Diana par.3.tract.5. miscell.resol 74.Meroll.tom.2.disp.4.c.3.num.473 usque ad 480.vel in loco exempto intrà Diœcesim existente, ut infrà *n.12.*

Ex quo colligit *Basil.Pont.de matrimon.lib.4.* sivè 5. *cap.7.§.2. num.* 20. Episcopum non posse subditum suum excommunicare existentem in alieno territorio, licet delictum commiserit in propria Diœcesi, & citat *Gabriel. in 4. dist.18.q.2.conclus.4.* & sequi videtur *Dian.d.resol.74.vers.notandum est*; immò *Ioseph.de Iannar.resol.moral.par.1.res.3.* qui dd. *DD.* citat infert, quod si Sacerdos committat delictum in sua patria, & antequam citetur aufugit extrà Diœcesim, non posse excommunicari à proprio Episcopo, qui illum citavit solum per edictum ea ratione, quia Episcopus non potest excommunicare suum subditum existentem extrà Diœcesim suam, dùm extrà territorium jus dicere non licet, & jus dicenti non paretur impunè, idest nulla pœna imponitur non obedienti suo superiori extra ipsius territorium, ut expressè habetur in *d.cap.ut animarum*, ubi *glo.in verbo impunè*, & in *l.fin.ff.de jurisd.omn.iudic.* & propterea subjungit idem de *Iannar.ibid.* quod si excommunicetur, excommunicatio est invalida, & consequenter, si celebret, non erit irregularis, & citat etiam in fine *Avil.par.7.disp.9. sect.2. dub.2. concl. ult.*

12 Item infertur, si Episcopus prohibeat sub pœna suspensionis, nè Sacerdotes sibi subditi celebrent, nè ludant, nè arma prohibita ferant, &c. in aliena Diœcesi, an illam incurrant, ibi extrà Diœcesim celebrando, ludendo, arma prohibita deferendo, &c. & omnes tenent, quod si censura lata sit per statutum, tùnc non incurrent delinquendo extrà Diœcesim, vel intrà Diœcesim in loco tamen exempto, (quod multi *DD.* infrà citandi *num.* 13. extendunt ad Monasteria Regularium exempta) quia statutum Episcopi non ligat suos subditos extrà suam Diœcesim, ut supra dixi *num.* 11. cum *DD.* ibi adductis: Aut verò censura, & prohibitio sit facta per sententiam, & tunc alii dicunt adhuc se subditos etiam delinquentes extrà territorium, & sic incurrere suspensionem supradictam tales subditos contrà prohibitionem Episcopi factam per sententiam Missas celebrantes, arma deferentes, vel ludentes, &c, extrà propriam Diœcesim, & in alieno territorio, quia dicunt ipsi, statutum dirigitur ad territorium, & ideo neminem ligat extrà illud, præceptum verò, & sententia immediatè tendit ad personas subjectas, ità *Bonac.ubi supra dict.disp. quæst.1. punct.11. num.14.15.& 17.& Suar. Layman.Vgol* & alii relati ab ipso *Bonac.& à Dian.d.resol.74. vers. sed major.* Tamen alii tenent indistinctè, quod tàm si feratur censura per statutum, quàm per præceptum, & sententiam, nunquam afficit delinquentes extrà territorium, & Diœcesim Episcopi præcipientis, ità *Avila, Conninck. Henriq.* quos citat ipsemet *Bonac. d. numero 14. & 17.& Dian.d, resol.74.versic.verum mihi, & versic. dico igitur*, ubi apertè tenet indistinctè tàm statutum, quàm præceptum, & sententiam non ligare subditos delinquentes extrà Diœcesim in his terminis à nobis supra relatis, vel similibus, & hanc opinionem videtur tenere etiam *Meroll. d.disp.4. cap.3. numero 477.* contrà *Bonac.* ibi: *Quicquid dicat Bonac.* & ad rationem allatam à *d.Bonac.* & aliis ab eo citatis scilicet, quod statutum dirigitur ad territorium, & ad personas subditas ibi existentes, præceptum verò, & sententia respicit personam, ità respondet *Meroll.* quod si præceptum sit simplex, & personale, quod de per se feratur in personas absolutè, tunc potest ligare personas subditas extrà territorium præcipientis, dummodò expressis verbis id explicet, sed si præceptum feratur verbis generalibus, Vt, *Nullus faciat hoc, vel illud*, non obligabit subditos extra territorium, quicquid dicat *Bonac.* quia ità præsumenda est intentio Prælati, & praxis ipsa testatur, hæc sunt verba *Meroll.* aliam responsionem affert *Ioseph de Iannar. tom. 2. resol. moral. de casib.reser.resol.37. versic.9.* & præcisè, & specialiter in casu nostro, non incurrere dictam suspensionem talem Sacerdotem celebrantem, vel ludentem, vel arma portantem, &c. in Diœcesi aliena contra prohibitionem sui Episcopi, sivè per statutum, sivè per præceptum, seù sententiam, quia idem est præceptum, quod sententia tenet *Dian. ubi supra d. resol 74.* & iterum *par.5.tract.9.resol.37. versic.verum opinio negativa, in fine, & Ioseph de Iannar.d.tom.2.resol. 89.num.3.4.& 5.* ubi, id etiam procedere ait, si Episcopus voluntatem habeat excommunicandi delinquentes extrà territorium.

13 Et existente prohibitione Episcopi sub censura, nè Clerici aleis ludant, vel monetam falsam cudant, vel vel aliud faciant, &c. si aliquis Clericus sibi subditus aleis ludat, monetam cudat, &c. in loco exempto intrà Diœcesim existente, non incurrere dictam censuram tenent omnes *Doctores* supra, & infrà citandi, præcipue *Meroll.* qui alios citat *dict.cap.3.num. 484. cum seqq.* sed an appellatione loci exempti, veniant Monasteria Regularium exemptorum intrà Diœcesim existentia, ità, ut si Clericus ibi aleis ludat, vel aliud faciat contrà dictam Episcopi sui prohibitionem, incurrat censuram prædictam, & *Meroll.* cum aliis ab ipso citat, *ibidem d.cap.3.nu.489.& 490.* tenet omninò non venire, & ideò incurrere censuram, sed contrarium, scilicet non incurrere talem censuram, tenet *Bonac.eod.loc.cit. d.punct. 11.numer.8.versic. violantem statutum Episcopi in Monasterio exempto*, & clariùs *Dian.* qui non solùm probabilem putat hanc sententiam *d. resol. 37. versic.& tandem.* ibi, *Alii verò*, & iterum *ibid.in fine*, ibi. *Igitur olim* ubi affert pro hac opinione *Henriquez, Avil.* & alios, sed etiam esse tutam in praxi, ait, *resol.66. eod.tract.9.part.5.in fine*, ubi citat etiam pro hac sententia, *Raynaud.in tract.de monit.par.1.1.cap.1.quæst. 9.* & *Marcell.Vulpe in praxi for.Eccles.cap.1.nu.32.* quia Monasteria prædicta sunt loca exempta, & locus exemptus intrà Diœcesim, & locus extrà Diœcesim æquiparantur ad hoc, ut non possit Episcopus in eo Jurisdictionem exercere, *cap. cum Episcopus de off. ordin.lib.6.cap.1. de privil. eod. lib.6. can. lumenose 58. quæstion.2. Clem. Archiepiscopo de privil. Io. Andr. in d.cap.ut animarum de Constit. lib.6.nu.6.Sylv.verb. excommunicatio 2.q.12.versic.contrarium tenuit Io. Andr.*

14 Ità etiam si Episcopus præcipiat sub excommunicatione, nè aliquis furetur rem sacram, si aliquis furetur rem sacram in loco exempto non incurrit dictam excommunicationem, ut tenet *Dian. d. resol. 37. circa finem, versic.unde ex his infertur*, & probatur ex *text.in d. cap.ut animarum versic.statute Episcopi de constit. in 6.* ubi dicitur, subditum furantem extrà territorium non ligari excommunicatione sui Episcopi in furantes lata, quia extra territorium Jus dicenti non paretur impunè, idest nulla pœna imponitur non obedienti superiori extrà ipsius jurisdictionem, *glos. ibid. in verb. impunè*, & locus exemptus intrà Diœcesim æquiparatur loco extrà Diœcesim, ut supra diximus, & est etiam *text.in l.fin.ff.de jurisd.omn.iudic.* & quod dicitur de loco exempto, dicitur etiam de Monasterio exempto, ut supra diximus *n.13.*

15 Sed stante statuto, vel edicto Episcopi, quo prohibeatur ne quis colloquatur cum Monialibus sub pœna excommunicationis, quæritur, an si aliqua alloquatur cum Monialibus in Monasteriis exemptis existentibus intrà illius Diœcesim, incidat in edictam excommunicationem; & respondeo probabiliter negativè, quod scilicet non incidat propter eamdem, ut supra rationem. *Bonac.ubi supra numer. 8. & 9. Dian. eod.resol.37.in fine, & resol.72. eod. tract. 9.part.5. &*

part.

part.10. tract.14. resol. 48. D. Campanil. in divers. jur. can. rubr.12. cap.16. num. 45. D. Barbos. de potest. Episcop. alleg.102. num.74. Sylv. verbo excommunicatio 1. num.12. Ioseph. de Ianuar. resol. moral. de casibus reserv. tom.1. resol.37. licet in *resol.34. nu.22.* tenuerit prius contrarium, & ratio est, quia loquutio inchoatur, & perficitur in loco exempto.

16 Si vero statutum, vel edictum Episcopi prohiberet accessum ad Monasteria Monialium, dicendo, ne quis sub pœna excommunicationis accedat ad Monasteria Monialium ad alloquendum eum illis tunc accedentes ad Monasteria exempta, puta Regularibus subjecta, qui non subsunt jurisdictioni Episcoporum existentia tamen intrà suam Diœcesim, incurrerent dictam excommunicationem secundum aliquos, ea ratione, quia accessus fit in territorio Episcopo subjecto non exempto, & via, qua pergitur ad illud, non est exempta, & illud ire, est delinquere, & sic delictum est factum in loco non exempto, licet sit consumatum in loco exempto, ità *Gratian. tom.2. discept. foren. cap.393. num.23. ad fin. & D. Campanil. D. Barbosa, Bonac. Dian.* & alii ab ipsis citati, locis supra mox indicatis *Ioseph de Januar. de resolut.34. numer.22. & D. Genuens. in pract. Archiep. cap.32.* seù *33. numer.1.* in prima editione 1602. & in ultima editione 1645. tit. de statuto Episcopi excommunicante accedentes, &c. cap.33. Alii tamen contrarium tenent, non incurrere dictam excommunicationem, quia quamvis actio accedendi inchoetur in loco non exempto, consumatur tamen, & completur formaliter in loco exempto, ità *Henriq. de excomm. lib.13. cap.26 §.1. Sayr. lib.1 cap. 6. num.39. Fagundez in 1. Eccles. precept. lib.1. capit.7. num. 9.* & alii quos refert idem *Dian. part.10. tractat. 14. resol. 48. in princip.* ubi in *vers. sed ego*, & in *vers. sed ut dixi*, utramque opinionem probabilem esse putat, & ut talem etiam ab adversariis admitti ait, ita etiam *Ioseph. de Ianuario dict. resol.37.* ubi *num. 2.* dicit, quod hæc sententia saltem ex principiis extrinsecis est vera, & *num. 6. in fine*, concludit cuicumque licitum esse sequi hanc opinionem.

17 Decimo observa, quod subditi tenentur obedire in conscientia in legibus, & sententiis justis Tyranno, qui talis est impropriè, idest solo regimine, secus esset de Tyranno propriè dicto, putà, qui alienum Regnum invaderet, quia tunc Populus, dùm ei resistit, propriam libertatem tuendo, non peccat illi non parendo, qui dicitur Tyrannus in titulo, sed Tyranno in facto esse, scilicet pacificè possidenti, & à Republica tolerato, tenentur subditi obedire, justa tamen, & honesta præcipienti, ità *Nald. in sum. verbo obedientia num.6. & Merell. tom.2. disp 4. cap.3. dub.7. numer.79 & 80.* ubi, an, qui tyrannicè Regnum occupavit, possit condere leges, quibus subditi astringantur, & an sint obligati subditi solvere illi tributa, *numer.81.* Sicut etiam licitè potest subditus occidere Tyrannum in titulo, idest, qui adhuc pugnat contrà Populum, & Populus contrà ipsum pro suæ libertatis defensione, & qui nullo modo parere tenetur justa, vel injusta præcipienti, non tamen licitum est occidere propria auctoritate Tyrannum in facto esse, idest, qui jam pacificè possidet Regnum, illicitè tamen, & tyrannicè occupatum, ut statuit *Conc. Constantien. sess.15. tit. condemnatio*, ità *Nald. in sum. verbo occidere num.7.* & vide *Bonacin. tom. de restit. in particulari disp.2. qu. ult. sect.1. punct.5.*

18 Unde itidem observa, quod Catholicus existens inter infideles, obediens Principi, & Magistratibus hæreticis, & infidelibus, qui præcipiunt subditis suis, ut servent quosdam ritus Sectæ, vel infidelitatis suæ, legi tamen Divinæ non repugnantes, putà, ut servent dies quosdam festos, quos non præcipit Ecclesia Catholica, ut scilicet claudant suas officinas, non videtur peccare contra fidem Catholicam, si ulterius non procedit, dummodo nullatenus eorum hæresibus, & infidelitatibus faveat, quia ejusmodi actiones non sunt protestationes fidei, sed sunt actus indifferentes, & ideò Catholici fine bono, ut ad evitanda sea dala officinas claudendo, non consentiendo ritibus infidelium damnatis ab Ecclesia Catholica, & sine animo favendi eis & eorum erroribus possunt ea exercere, juxtà *text. in can. non semper 92. cum duobus seqq. & can. qui resistit 97. 11. quæst.3.* & in his terminis consuluit *Navarr. consil.12 num.12. vers. ad posteriorem de hæret. in novis*, & sequitur *Nald. d. sum. verbo obedientia num.5.*

19 Prout etiam servus Christianus apud Paganos, & Infideles existens qui Domino suo, vel Dominæ infideli templum idoli sui adorationis gratia ingredienti, manum porrigeret, vel vestem, & caudam sustentans, una cum ipso Domino, vel Domina genuflecteret non quidem, ut idolum adoret, aut adorare simulet, & illius adorationis assentiendo, quod nulla ratione ei liceret, ut intrinsecè malum, nec scandalum ullum præbendo, sed solum, ut Domino, vel Dominæ debitum obsequium præstet, quod, & ubique ei præstare solet, necessitate servitii debiti constrictus, ex quo res indifferens est, ità *Sanch. tom.1. summ. lib.1. cap 7. num.21. versic. quartò deducitur*, idem *Nald. verbo obedientia num.5. verbo servus numer.2. & verbo superstitio num.9. & Azor. tom.1. inst. moral. lib.8. cap.27. & ult. q.7.*

20 Utrùm autem infideles commorantes in terris Principum Christianorum, eorum legibus obligentur, & *Merolla loco cit. num. 465. & 466.* ità distinguit, aut loquimur de legibus Principis Ecclesiastici, & tunc, aut sunt baptizati, ut sunt hæretici, & apostatæ à fide, & hos certum est obligari legibus Ecclesiasticis, quia hi verè subjecti sunt Ecclesiasticæ Jurisdictioni, nam retinent characterem baptismalem, qui est fundamentum hujus subjectionis; Aut sunt infideles non baptizati, ut sunt Judæi, Pagani, &c. & hi non obligantur legibus Ecclesiasticis, ut expressè definitur in *cap. gaudemus de divort.* ibi: *Qui Canonicis constitutionibus non arctantur.* Aut verò loquimur de legibus Principum sæcularium, & tùnc Infideles omnes habitantes in terris horum Principum Christianorum obligantur legibus civilibus, sivè baptizati sint, sivè non, quia leges civiles non respiciunt homines, ut baptizatos, sed, ut homines, ideò obligant etiam infideles inhabitantes terras, pro quibus lex fertur, eo modo, quo obligantur alii Christiani ibi degentes, nam verè sunt omnes subditi Principi legislatori, & idem dicendum est de infidelibus habitantibus in terris Romano Pontifici etiam in temporalibus subjectis, quia tenentur legibus civilibus ab eo latis.

21 Ulteriùs observandum est, an subditus unius Principis possit, irrequisito Domino se subiicere alterius protectioni, & quid de Eminentissimis Cardinalibus, & Baronibus Romanis, qui cum stemmatibus Imperatoris, vel Regis Catholici Hispaniæ, vel Franciæ &c. appositis in eorum Palatiis videntur profiteri se stare sub protectione dictorum Principum, vide latissimè apud *Dian. part.10. tract.7. de jur. protect. per totum.*

22 Denique cum de superiore, & subdito loquuti simus observandum est, quod promissio facta à superiore supremo, idest à Principe sub fide Principis, juramento comparatur, & æquipollet, & sic si Princeps, promittat aliquid sub fide sua, jurasse censetur, & pro juramento sumitur, ut novissimè Germaniæ consuetudine receptum est, *Mensing. cent.1. obser. lib.2. obser. 57.* & sic practicari quotidiè ait *Arnold. Reyger. ibi in addit. in fine*, ità etiam *Gall. practic. obser. lib.1. obser. 59.* præcipuè *nu.6. & 7.* ubi ait, quod permissio Principis, vel Illustris personæ sub fide sua, vim omnimodam habet veræ juratæ promissionis, & quod ità sanè observatum meminit, ità etiam consultum per *Surd.*

in decis.234. sub num 3. & 4. cum seqq. ad finem, subdens, quod dicta conclusio fundatur optima ratione, quia nihil est, quod in Principe æquè profulgeat, quam recta fides, *l. inter claras vers. Nihil est enim, C. de sum. Trin. & fid. Cathol.* & quod Principi maximè convenit verbum illud, quod scripsi, scripsi & semel loquutus est Deus, & quæ processerunt de labiis meis, non faciam irrita, & quod Princeps debet esse immobilis, sicuti Polus in Cœlo, & lapis angularis in terra, & propterea tenetur Princeps præcisè ad observantiam eorum, quæ promisit sub fide, quia juramentum obligat præcisè ad observantiam eorum, dum talis promissio sub fide facta vim habeat juramenti, & juramento firmare videatur, ita quoque tenent *Franc. Marc. decis.456. numer.55. tom. 1. D. Joan. Andr. Georg. alleg 33. num.15. lib.1. & D. Hodiern. in observ. ad d. decis.234. Surd. n.1. & 2. & Nald. in sum. verb. superior n.17.*

23 Ad *num.34.* in quo fit mentio de actione personali observandum est, an actio personalis possit per creditorem exerceri contra donatarium particularem, ac contrà hæredem universalem in proprietate debitoris super bonis donatis, & affirmativè decisum vidi in causa Flaminii Antinori creditoris quondam dicti D. Regentis nostri, cum D.D. Carolo Capycio Latro Duce Siani ejus filio donatario, & hærede universali in proprietate dicti D. Regentis ejus patris, quia per D. Consiliarium Capiblancum Commissarium sub die 21. Augusti 1655. domi fuit ordinatum sequestrum ad instantiam dicti Flaminii creditoris dicti D. Regentis super annuis introitibus existentibus cum Banco Sacri Montis Pietatis hujus Civitatis Neap. donatis ipsi Duci à dicto D. Regente, in Banca de Litto, à quo decreto cum reclamasset Dux, quia prætendebat non teneri, ex quo donatio erat facta pro franca, & libera ab onere solvendi dictum creditum dicti Flaminii, ut ex donatione producta apparebat, tamen facto verbo in S. C. sub die 16. Februarii 1656. fuit confirmatum dictum decretum domi latum per D. causæ Commissarium, salvis juribus dicto Duci contrà Marchionissam Torelli ejus matrem hæredem usufructuariam, à quo decreto S. C. iterum reclamavit Dux, & facto verbo in gradu reclamationis, quia decretum erat exequutum, sub die 22. Decembris 1657. fuit confirmatum dictum decretum S.C.

24 In *eod. num.34.* fit etiam mentio de Assensu Regio non producto observandum est quoque quod in causa D. Don Thomæ Caravitæ, filii & hæredis quond. D. Consiliarii Petri Antonii Caravitæ cum creditoribus Ill. Ducis Montis Leonis, dum dictus D. Don Thomas prætenderet liberationem tertiarum super pretio Terræ Cirignolæ venditæ per dictum Ducem Ill. Duci Bilaciarum cum delegatione crediti prædicti, & non fuerit præsentatus Assensus Regius super dicto credito, ex quo præsumebatur deperditum, & combustum tempore revolutionum hujus Civitatis, Registrum, in quo registrantur Regii Assensus, nam in relatione, & graduatione creditorum quondam Ill. Catarinæ Caracciolæ Ducissæ Montis Leonis apparebat adfuisse Regium Assensum, cum fuerant graduati dictus D. Consiliarius Petrus Antonius, & alii de Caravita inter Creditores cum Regio Assensu, & per S. C. ad relationem D. Consiliarii Joan: Baptista Muscettulæ causæ Commissarii fuit prolatum decretum tenoris sequentis; v.3.

Die 18. mensis Decembris 1653. Neap. facto verbo de prædictis in S.R.C. per Militem V. I. D. Ioannem Baptistam Masciptulam Regium Consiliarium, & causæ Commissarium. Visa fide Magnifici Ianuarii de Annibasio Scriba à mandatis, ex qua apparet, quod in relatione creditorum quondam Ill. Catarinæ Caracciolæ Ducissæ Montis Leonis fuerint graduati quon. Petrus Antonius, & alii de Caravita inter creditores cum Regio Assensu, ac etiam visa graduatione, in qua apparet similiter fuisse graduatum creditum id 6. loco inter creditores cum dicto Regio Assensu, ac visa fide Ioseph Paduoni Regiæ Scribæ Registrorum, ex qua apparet de combustione Registrorum, Decreto ipsius S. R. C. provisum est, Quòd Bancum Montis Pietatis solvat ducatos 6000. oppositis non obstantibus respectu Regii Assensus, adimpletis tamen aliis conditionibus in apoca contentis, hoc suum. Muscettula. De Mercatis Secret. in Banca de Litto Grassus Scriba, ut ex processu inter Ill. Principem Cardeti, & Ill. Ducem Montis Leonis, & nonnullos alios creditores.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Mercedis remissio an, & quando debeatur conductori, & quid quando adest generalis renunciatio casibus fortuitis, exceptuando tamen aliquos casus particulares, & quantum debeat esse damnum, ad hoc ut sit locus dictæ remissioni. Et quid si petatur ex causa novi superindicti super eadem locata.

SVMMARIVM.

1 *Remissio mercedis non solum est facienda pro tempore locationis, sed etiam pro singulis mensibus sive prorata distributo solutionis.*

2 *Verba quandoque impropriantur secundum subjectam materiam.*

3 *Mercedis remissio regulariter ex quolibet casu fortuito debetur.*

4 *Factum Principis, vel alterius Superioris, cui resisti non potest, dicitur casus fortuitus.*

5 *Conductor debet denunciare locatori, & se protestari de impedimento adveniente in re conducta.*

6 *Conductor propter damnum passum culpa locatoris, nedum potest agere pro remissione mercedis, sed etiam lucri cessantis.*

7 *Amplia, sive procedat facto justo, vel injusto locatoris, & quamvis conductor in se recipiat periculum casus fortuiti, & an isto casu teneatur denunciare locatori, nu.8. & 9. & quid si recipiat in se periculum universaliter, num.10. & an si sit interpositum juramentum, num.11.*

12 *Pacta inter locatorem, & conductorem sunt servanda.*

13 *Locator tenetur adjuvare conductorem, & occurrere impedimentis, & violentiis illi illatis, alias debetur mercedis remissio.*

14 *Locator ædium debet præstare patientiam, quod conductor utatur, & fruatur re conducta locatione durante, sed etiam ipsum defendere, & adjuvare.*

15 *Mercedis remissio est facienda conductori, quamvis sit impeditus absque culpa locatoris, licet hoc casu locator teneatur ad totale interesse.*

16 *Amplia, etiam si impedimentum veniret causa publicæ utilitatis, vel honestatis.*

17 *Locator tenetur omne impedimentum removere, alias debetur mercedis remissio, saltem pro eo tempore, quo conductor fuit impeditus fructus percipere, num. seq.*

19 *Renunciatio generalis per conductorem facta facit cessare excomputum, sive restaurum, & omnes alii casus fortuiti præter exceptos censentur exclusi, numero seq.*

21 *Renunciatio generalissima comprehendit etiam casus insolitos, & etiam qui cogitari non potuerunt, n. seq.*

23 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

24 *Casus fortuitus, & inopinatus, qui poterat per conductorem prævideri, non meretur mercedis remissionem, nisi expresse caveatur.*

25 *Damnum levis momenti non sufficit ad finem obtinendi mercedis remissionem, sed quod sit intolerabile, num. seq.*

27 *Negligentibus jura non subveniunt, sed eos pœnis afficiunt.*

28 *Pactum ad favorem locatoris, quod ad nihilum tenentur, erit servandum.*

29 *Vectigal non est solvendum ex rebus Exercitui paratis, & n.35. Amplia, ut n.36. & 37.*

30 *Fiscus est immunis à solutione vectigalis, Intellige ut num. seq.*

32 *Fiscus licet sit immunis, à solutione vectigalis, non tamen contrahentes cum illo.*

33 *Emens ab immuni si vendat alii tertio, tenetur ad solutionem vectigalis.*

34 *Gabella omnis quando est annexum contractui facto cum persona immuni, non est solvendum.*

38 *Vectigal non est solvendum ex rebus Fiscalibus, ubi recensentur quatuor casus, ex quibus debet Fiscus esse immunis.*

39 *Damnum quæ de non convenit facto locatoris, sed vel ex casu inopinato, vel facto tertii, tunc ad remissionem mercedis obtinendam debet esse intolerabile, & numero 46. & quando dicatur, conductorem fuisse passum tale damnum, recensentur variæ opiniones, & quæ sit communior, & verior, numero sequenti.*

41 *Damnum passum à conductore levis momenti non est in consideratione.*

42 *Locatio facta per plures annos unica dicitur, & solutio qualibet mense ad rationem ratæ totius temporis dicitur quædam distributio facta gratia commodioris solutionis.*

43 *Sterilitas unius anni confunditur, & compensatur cum ubertate aliorum annorum.*

44 *Conductori non est facienda mercedis remissio de eo, quod sit ex causa necessitatis pro bono regimine.*

45 *Conductor non potest se excusare quando impedimentum per modicum tempus duraverit.*

47 *Conductori facto tertii impedito non sit remittenda pensio pro rata temporis, declara ut num. seq.*

49 *Conductor prædii rustici non tenetur restituere locatori, quod percepit ex ubertate fructuum, & ideo conveniens est, ut modicum damnum ferat.*

50 *Remissio mercedis debetur ex causa novi superindicti super eadem re locata.*

DECISIO CLXXI.

EX pluribus causis prætendebant Arrendatores Farinæ, & hordei hujus fidelissimæ Civitatis, restaurum, sive excomputum esse concedendum ob damnum passum in dicto Arrendamento eis locato per annos quatuor pro duc. 36850. pro quolibet anno incipiendo à 1. die Januarii anni 1640. Et primò pro pane fabricato in Castro S.Erasmi vendito in eadem Civitate. Secundo, ob panem, & farinam à locis convicinis introductam, & venditam à personis magnæ authoritatis, & à Mancipis triremium, & aliis, quibus resistere minime potuerunt, absque solutione gabellæ. Tertiò, ex causa Monitoriorum à Curia Ecclesiastica expeditorum ob carcerationem Clericorum, qui in fraudem gabellæ introducebant farinas, & panem causa mercimonii. Quartò, ob panem nauticum fabricatum in Turri Octava de ordine Gasparis Romer. Joann. Vandeymne, & Bartholomæi de Aquino pro serv. classis maritimæ contra formam Bannorum. Quintò ob impedimentum datum, ne furnis existentia in loco, ubi dicitur *Capo di monte*, & in alio ubi dicitur *Capo di Chio* quorum jus panizandi virtute conventionis spectabat ad ipsos Arrendatores. Sic etiam ob banna solita non emanata in Castribus dictæ fidelissimæ Civitatis, quibus fuerat venditum jus panizandi. Sexto, ex causa prohibitionis immissionis farinæ finæ, ac furfuris, sive *semola* in hac Civitate, Suburbiis, & Casalibus, nec in eis aperiri apothecas frumenti. Et tandem ob impedimentum datum à Dominis Deputatoribus dictæ Civitatis, ne venderentur farinæ, quæ existebant in Regia Dohana, & in aliis frumentorum, sive farinarum apothecis, prohibendo vectoribus, ne illas immitterent, nec venderent, ad hoc ut consumeretur farina, & frumentum pravæ qualitatis, quod Civitas tunc temporis habebat in Conservationibus.

Ex quibus Capitibus dicebant actores, omnino eis esse remittendam mercedem ob damnum intolerabile passum in dictis duobus annis, pro quo tempore erat compilatus processus, cum ex bilancio facto ordine Spectabilis Commissarii fuisset duc. 58079. & propterea ipsi semper protestati fuerunt de inobservantia pactorum in quolibet ex supradictis casibus. Et quamvia adhuc durabat de tempore arrendamenti per alios duos annos, pro quibus etiam fuerat intentatum judicium excomputi, licet nondum compilatum, tamen quia solutio pentionis erat facienda singulis mensibus, quamvis locatio fuerat facta pro quolibet anno, quia solutio fuit distributa quolibet mense pro rata ipsius pretii, ideo nedum fieri debet remissio pro quolibet anno, sed etiam pro quolibet mense, ex doctrina *Bar. in quæst. 4. incip. publicanus, lu. num.17. Rip. in tract. de pest. in rubr. de privileg. contract. caus. post. numer.46.* cum *seqq.* & proprie *num. 64.* & clarius *Boss. titul. de remiss. merced. numero 25.* nam verba quandoque impropriari possunt secundùm subjectam materiam, *l. si uno, ff. locat. l. insulam, ff. de præscript. verb.*

Remissionem autem mercedis deberi ex quolibet casu fortuito in contractu locationis, habetur ex *text. in l. quæ fortuitis, C. de pignor. act. l. contractus,* ubi *Dec. ff. de reg. jur. l. item quæritur, vers. si navicularius, & versic. si magister ff. locat. Viv. comm. opin.129. Carroc. de locat. & conduct. par.4. tit. de casibus fortuit. in prin. Thesaur. jun. lib.2. quæst. forens. quæst. 47. Sebast. Medic. de fortuit. casib. quæstion.16. num.27. Ferrett. in tract. de gabell num.99. Corn. consil.128. vol.1. Abb. in cap.1. nu.18. versic. major, de commod. Rip. in d. tract. de pest. part.1. nu. 62. & 71.* & omne factum Superioris, vel Principis dicitur casus fortuitus, *Bertr. consil.243. num.6. volum.2. Socin. in l. quidam, numer.3. ff. de reb. dub. Cravett. consil. 95. numer.1. Sebast. Medic. d. tit. de fortuit. casib. quæst. 13. num.6* & probat *text. in l. Lucius, ff. de evict. Afflict. decision.54. Surd. consil.34. Mastrill. dec.299. nu.34. Corn. consil.129. lib.2. Alex. consil.57. vol.1. Bal. consil.199. vol.2. Boss. d. tit. de remiss. merced. numer.79.* tanto magis, quia ipsi Arrendatores de omnibus protestati fuerunt, juxta terminos *text. in l. item quæritur, §. exercitu, ff. locat.*

Dicebatur secundò, quod in prædictis capitibus excomputi, sive restauri aderant multæ inobservantiæ pactorum, unde damnum intolerabile ipsis conductoribus evenit culpa, & facto fidelissimæ Civitatis, & sic locatoris, quo casu jura sunt clara, quod nedum conductor potest agere contra locatorem pro remissione mercedis, sed etiam ad omnia damna, expensas, & interesse, etiam lucri cessantis, *l. quæro, §. inter locatorem. ff. locat.* ubi *DD.* & in *l. si quis major, C. de transact. Surd. cons.34. numer.8. & 9. Paul. de Castr. in l. ex conducto, § si vis, numer.2 ff. locat. Ias. cons. 208. in fin. & 215. lib.2. Bero. cons.15. numer.14. lib.3. Natta cons.360. in princ. 376. numer.15. & 673. num.19. Alex. cons.84. lib.6. cons.105. lib.5. & cons.114. numer.1. lib.1. Corn. cons.23. & 189. lib.2. & cons.17. column 3. lib. 4. Boss. dict. tit. de remiss. merced. numer.57. & 65* qui dicit, hoc procedere sive facto justo, vel injusto ipsius locatoris, *Bart. in l. si merces, §. culpa,* ubi *gloss. ff. locat.*

cat. & *Ego* dixi supra *decision.162.numer.47.* quo casu tenetur locator, quamvis conductor in se reciperet periculum casus fortuiti, *l. qui offic. § fin. ff. de contrahen. empt. l. cum personas. ff. de naut. fœnor. l. qui insulam, §. fin. ff. locat.* & post *Rip.* dixit *Boss. d. tract. de remiss. merced. numer.66.* plene *Surd. cons.316. Menoch. cons.28. 129. & 146.* & neque in isto casu tenetur denunciare locatori, idem *Menoch. cons.120. & 128.* facit *text. in l. nec similiter, ff. de neg. conven.* juncta *l.2. § si eo tempore, ff. de administ. rer. ad Civit. pertin. gloss. in l. jurisgentium, §. item si quis, ff. de pact.* & est communis opinio, prout de ea testatur *Rip. in d. tit. de privileg. contract. tempor. pest. num.73. & 74 Carroc. de locat. & conduct. part.4. tit. de remiss. merced. in verbo de casibus, nu.5. fol.170. col.1.* qui alios allegat, & *num. 6.* hoc ampliat, sive conductor recipiat in se periculum simpliciter, absolute, & sine aliqua adjectione, sive illud universaliter recipiat, quia nunquam regulariter tenetur de casibus fortuitis, *Cephal. cons.20. numer.12. Sebast. Medic. de regul. jur. reg.1. numer.5.* & etiam si sit interpositum juramentum, *Alex. cons.28. lib.1. & cons.33. lib.2. Ansbar. cons.45. colum.2. Rip. ubi supra, nu.84. Viv. comm. opin.129.* & alii per *Carroc. in loco proxime citato, nu. 7. & 8. Anna cons.64. & 65. Gomez. var. resolut. lib.3. cap.3. num.18.* & sic fuisse decisum refert *Mangell. in addit. ad Bart. in l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caution.*

Cum igitur interpellata fuerit Civitas tam pro furnis aperiendis, quam in prohibendo panis venditionem, qui conficiebatur in Castro S. Erasmi, & in Conservatione farinarum in Dohana fori magni, & aliis magazenis, & minime hoc facere curaverit, sequitur, restaurum debere fieri ipsis Conductoribus. Tanto magis stante pacto in contractu locationis inito, quod scilicet in casu inobservantiæ pactorum, in toto, vel in parte debeat damnum emendari, & deduci solutione pensionis promissæ, quod pactum esse servandum, nec ab eo recedi posse, habetur ex *text. in l.1. cum ibi notatis, C. de pact.*

Insuper dicebatur, restaurum ipsis deberi, nedum ex inobservantia pactorum, verum etiam ex causa damni Arrendamento prædicto illati facto tertii, cui ipsi Conductores resistere minime potuerunt, & ideo se protestati sunt contra dictam fidelissimam Civitatem, ut eis adiumento esset ad tollendum violentias, quibus non curavit occurrere. quo casu mercedis remissionem esse faciendam, probatur ex *text. in l. si fundus, ff. locat.* ubi quamvis locator non teneatur ad damna, tenetur tamen ad excomputum pro rata temporis, *l. si quis domum, §. hinc subjungit, & l. si fundus, ff. locat. Larre alleg.20. n.11. tom.1. Bar. in l. si uno, §. item cum quidam, & in l. cotem ferro, § qui maximos, ff. de public. & vectig. & in l. ex conducto §.1. ff. locat. Boss. in d. tit. de remiss. merced. num.38.* & traditur ratio, quia locator, nedum debet præstare patientiam, quod conductor utatur, & fruatur re conducta locatione durante, sed etiam ipsum defendere, & adjuvare, *Bar* & aliis in *l. corruptionem, C. de usufruct. & in l. si merces, §. culpa,* juncta *l. si fundus, ff. locat. Bursat. cons.109. lib.3.* sub *nu.10. Rip. de pest. cap. de remed. ad conservat. ubert. num.254.* quotiescunque enim conductor impeditur uti frui re conducta, quamvis sit impeditus absq; ue culpa locatoris, tamen facto tertii debet ei fieri mercedis remissio, licet hoc casu locator non teneatur ad totale interesse, *Bertach. de gabell. part.2. quæst.22.* sub *nu. 41.* quod etiam procedit, si impedimentum veniret ea causa publicæ utilitatis, vel honestatis, *Corn. cons.38. nu. 20. vol.1. Roland. à Valle cons.69. lib.2. Bero. cons.146. nu. 144. lib.3. Menoch. cons.146. in fin. Bursat. d. cons.309.* sub *num.10. vers. tertio, & facilius.*

Quod eo magis procedere debet in hac causa, in qua fidelissima Civitas in instrumento locationis defendere Arrendatores promisit, ut habetur per *Rit. Reg. Camer. in tit. de excomput. vers. item si alius impedivit,* nec ipsi conductores debent damnum pati, dum non valuerunt uti frui re conducta, quia locator tenetur omne impedimentum removere, *l. si quis domum, & l. habitatores, ff. locat.* alias enim debet remissio mercedis fieri saltem pro eo tempore, quo impeditus fuit fructus percipere conductor, argumento *text. in l. ex conducto, §. Papinianus, & l. qui insulam ff. locat. Larr. alleg.17. num.1. tom.1.* & damnum, ut supra diximus, erat intolerabile, ascendens pro istis primis duobus annis ad duc. 58073. ut ex calculo facto ordine Spectabilis causæ Commissarii apparere dicebatur.

At pro parte fidelissimæ Civitatis nullum restaurum, sive excomputum deberi ex pluribus causis afferebatur. Et primò quia Conductoribus ipsis obstabat renunciatio generalis per ipsos facta, exceptis solum tribus casibus, & propterea omnes alii remanebant exclusi, ut dixerunt *Ioa. Andr. in addit. ad Specul. tit. de locat. §. item dicendum, in addit. magna, in fine, Calcan. cons.13. num 7. Grat. cons. 61. num.19. lib.2. Alex. cons.3. num.3. lib.1 Philipp. Port. cons.143. numer.16. Ruin. cons.87. numer.3. lib.1. Paris. cons.38. num.10. lib.1. Riminald. jun. cons.91. num 19.* & latius *cons.637. num. 15. Purpurat. cons.464. numer.20. Carroc. de locat. & conduct. tit. de remiss. merced. quæst.8. num.106. Prosper. Parisi. cons.2. num.39. Ioan. Bona cons.81. numer.51. Ripa in tract. de pest. tit. de privileg. contract. caus. pest. num.100. Jacob. Gall. consil.16. num.11. Rot. Rom. decision 727.* sub *num. 4. part. 4. diversor.* & iterum in recollectis per *Rube.* ab anno 1631. *decision.24. numer.2. Barz. decis.59. num.1.* & *Ego in consultat.40. nu.12.* & omnes alii casus præter exceptos videntur exclusi, *Corn. cons.128. volum. 1. Calcan. cons.28. numer.8. Carroc. d. quæst.8. numer. 130. Boss. de remiss. merced. numer. 17.* hæc enim renunciatio generalissima excipiendo solum aliquos casus comprehendit etiam insolitos, ut ex *gloss. in l. sed si quis, §. quæsitum, ff. si quis cautionib.* ubi *Bart. Alex. Jas.* & alii, etiam qui cogitari non potuerunt, *Reg. Revertor. decis.73.* in manuscriptis inserta per *Reg. Galeot. in respons. fiscal.18.* versus *fin.* ubi sic decisum refert, *Larre. d. alleg.17.* sub *num.19.* nam exceptio firmat regulam in contrarium, *l. nam quod liquide, ff. de pen. legat. l. cum prætor. ff. de judic. l. si maritus, C. de procurat. cap. non ne, de præsumpt. Viv. comm. opin 130.* & in propriis terminis conductoris fundat *Riminald. jun. dict. consil.92. n.19. & consil.161. n.20. Cæsar. Barz. d. dec.59.*

Secundò, quod quamvis prædicta renunciatio generalissima, exceptis dictis tribus casibus sit per se sufficiens ad obtinendum absolutionem ab impetitis, tamen ex facto apparebat capita proposita pro excomputo esse nullius momenti. Nam quoad primum circa panem fabricatum in Castro S. Erasmi, transmissum à Pistore ad vendendum in apotheca intus hanc Civitatem, erit præmittendum, quod hoc inconveniens aderat tempore locationis, & per multos annos antea, quia Pistor, qui panem fabricat pro militibus in dicto Castro existentibus, quem superfluum habet, ad vendendum tradit in una apotheca in Platea Charitatis, nec ex hoc damnum infertur, quia de illo pane, qui in Civitate venditur Arrendatores exigunt districtum, prout à prædictis fuisse exactum apparebat à libris Gabellæ, in quibus legebatur, dictos Pistores solvisse pro tumulis farinæ triginta tribus mille, & de exactione prædicta apparebat ex uno teste ejusdem partis, & quando aliquod damnum ipsis Arrendatoribus ex hoc evenire potuisset, illud non posset dici casus fortuitus & inopinatus, & proinde remissionem mercedis non deberi, nisi expresse caveatur, *Alberic. in l. licet, C. locat. Boss. de remiss. merced. num.89. Calcan. consil.24. num.7. Bursat. consil.11. num.30. vol.1. Surd. consil.34. n 23.* & alii per *Cavalcan. dec.28. num.94. part.2. l. ex conduct. §.1. ff. locat.* ubi *gloss. & DD.*

Nec

Nec dicti Arrendatores possunt se fundare in pacto particulari, quod scilicet non fiat pania in locis immunibus, quia non loquitur de dicto Castro, & quatenus includi debere contenderent, fidelissima Civitas ad emendam damni non se obligavit, sed tantum ad interponendum ejus partes cum Domino Prorege, & certum est, quod poterant exigere ab eis directus, prout cum effectu exegerunt, & à contrafacientibus pœnas, & sic non fuerunt in damno, quod 25 si prætermiserunt, Civitas ad nihilum teneri potest, tum quia non adfuit damnum, quod non sufficit esse 26 levis momenti, ad finem obtinendi mercedis remissionem ut habetur ea *Ioseph. Ludov. dec. Perusin. 50. n. 8. part. 1. Menoch. consil. 120. num. 16.* sed quod sit intolerabile, *Surd. cons. 4.* cum aliis infra citandis, tum 27 etiam, quia negligentia conductoris non debet nocere locatori, negligentibus enim jura non favent, sed eos pœnis afficiunt *Menoch. de recuper. possess. remed. 7. num. 18. & 20. & de arbitr. lib. 2 cas. 341.*

Ad secundum verò, & tertium caput, in quibus dicebatur Arrendamentum damnum passum fuisse ab Ecclesiasticis personis, Potentibus, atque Militibus, & ab hominibus triremium, qui panem, & farinam introducebant absque solutione Gabellæ quibus resistere non potuerunt, immo coacti fuerunt solvere pretium unius mancipii, qui occisus fuit, dum Officiales Gabellæ intendebant dictis hominibus triremium resistere, ne panem, & farinas introducerent: Respondebatur, esse difficillimum, ut in totum possit dictis fraudibus obviari, & ideo Arrendatoribus spectabat custodire portas Civitatis, & alia loca, in quibus gabella in aliquo fraudari poterat, cum ad eorum beneficium exigatur pœna à fraudantibus, & fiant intercepta, ex quibus non modicum habent emolumentum. Et est certum, quod si non adessent, qui dictam gabellam fraudarent, satis majori pretio Conductores eam conducerent, & ideo hoc prævidendo speciali pacto fuit conventum, quod in casu, quo milites, & homines triremium, & alii, qui non subessent jurisdictioni Domini Delegati fraudarent, Arrendamentum, Civitas partes suas tantum interponeret cum Domino Prorege, ut dictis fraudibus 28 occurreret, & quod ad nihilum ex dicto capite teneretur, neque remissionem mercedis facere, cui pacto standum est, *l. 1. vers. in quo cuncta,* ubi *gloss. & Ias. C. de jure emphyt. l. si fundus, ff. locat.* ubi *glos. Gomez. variar. resolut. tom. 2. cap. 3. num. 19. Castill. quotidian. controvers. lib. 3. cap. 5. num. 49. Gutier. de juram. confirm. part. 1. cap. 24. num 1. Arias Pinell. in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 2. cap. 3. numero 16. Menchac. quæst. illustrium frequ. cap. 54. num. 6. Jacob. Mandell. de Alba cons. 1. n. 10. Franc. Becc. cons. 94. num 39.*

Quo vero ad quartum caput de pane nautico confecto in Turri Octava, ex facto resolvitur, quia quod eis fuit locatum, est perceptio directus pro farina, quæ panizatur, vel consumitur in hac Civitate Neapolis; & in omnibus aliis locis, in quibus solet consignari pania, qui dicitur *à cartella*, & sic remanet exclusus dictus locus Turris Octavæ. Et quatenus prætenderent, biscottum: sive panem nauticum deinde fuisse per Panitarios Regiæ Curiæ transmissum pro servitio Regiarum Triremium, & Navium, ultra quod non sunt Arrendatores in probatis, tamen quando 29 constaret, replicatur, quod debebant exigere directum ab eis, sed forsan non exegerunt, quia sciebant non deberi, quod probat *text. in l. locatio, §. carnis rerum, vers. res exercitui paratas, ff. de public. & vectig.* ubi habetur, quod pro rebus exercitui paratis non debent solvi vectigalia, & hoc quia Fiscus est immunis, *d. l. locatio, §. Fiscum*, quod etiam habetur per 30 *Rit. Reg. Cam. in rubr. de excomputo.*

Et quamvis hoc negari non posse per Arrendatores; tamen dicunt, quod hoc bene procedit, quando 31 Fiscus emit, vel per se, vel per suos Procuratores, vel Familias: secus si quis emat merces, & mercendi causa illas ducat exercitum, ut probatur in *d. l. locatio, in fin. & in l. si publicanus §. de rebus ff. de public. & vectigal.* & sic dictum *Rit.* intelligit *Geffred. de Gaeta ibidem*, & propterea Gaspar Romeo, Ioan. Vandeymne, & Bartholomæus de Aquino, qui nomine Regiæ Curiæ fabricare fecerunt panem nauticum in dicta Turri Octava, ut illum eidem Regiæ Curiæ venderent, debebant solvere directum, quia quamvis 32 Fiscus sit immunis, non tamen contrahentes cum illo, ut probatur in *d. l. locatio in fin.* & habetur ea *d. Rit.*, & per hoc, quia fuit eis impedita exactio, debere fieri excomputum prætendebant.

Verum pro parte Civitatis replicabatur, casum esse satis diversum, quando mercator emit merces ex propria pecunia, ut illas carius vendat in Exercitu, ut sunt Cupedinarii, qui vulgari sermone dicuntur *Vivandieri*, vel quando Princeps pro substentatione sui Exercitus, vel pro classis maritimæ alimentis committit alicui mercatori, ut illam provideat: Nam primo casu non est Princeps, sed ipsi mercatores, non ut Exercitum provideant, verum ut lucrum in mercimoniis rerum comestibilium faciant, eas ad Exercitum mittendo.

Hinc in simili dixit *Bald. in cons. 31. volum. 1.* quod 33 quando quis emit ab immuni, veluti à Fisco, ut vendat alii tertio, licet Fiscus non teneatur ad vectigal, tenetur tamen ipse emens, & in hoc casu procedit *text. in l. locatio, §. final. ff. de public. vectigal.* quia tunc dicuntur duo actus separati, hoc est emere in uno loco à persona immuni, & vendere in alio personæ non immuni, & in istis terminis loquitur *Specul. in rubr. de immunit. Ecclesiast. & Cardin. in clem. ultima, in verb. non negotiando, de censib.* ut advertit *Menoch. consil. 136. num. 24. vers. non obstat quartum.* Se- 34 cus verò, quando onus gabellæ esset annexum contractui facto cum persona immuni, quia tunc per indirectum immunis gabellam solveret, quod clarius explicat idem *Menoch. num. 19.* non posset lædi unus quin alter læderetur, & sic, ut diximus, per indirectum gabella solveretur per Fiscum, quod non est permittendum, quo argumento utitur *Dec. cons. 48. n. 5 Quetta cons. 3. in fin.* & ita practicatum vidisse, ut emptor emens ab immuni non solvat, testatur *Peregr. de jur. Fisc. lib. 6. tit. 5. n. 25.*

35 Quod tanto magis procedere debet in rebus Exercitui paratis, pro quibus gabella non solvitur, ut probat *text. in d. l. locatio, §. carnis, vers. exercitui paratas; text. & glos. in l. si publicanus, §. 1. in verbo munificum, ff. eod. tit.* nam cum *Paul.* Iureconsul. disponat quod pro rebus, quæ Præsidea Provinciarum man- 36 dant transvehi pro usu proprio, aut eorum qui Provinciis, Exercitibusque præsunt, aut eorum procuratorum, quod sint immunes, *glos.* hoc ampliat, etiam si transvehantur ad usum cujusque privati, allegat *text. in l. universi, C. eod. tit. de vectig.* & *text. in l. lege censoria ff. de verbor. signif.* & idem de iis, quæ deferuntur 37 ad Fiscum, vel in ejus usum, ex quibus probatur, quod de omnibus, quæ pro usu Exercitus asportantur non debeat solvi gabella, & dicit *ibidem Geffred.* quod omnes casus *glos.* in quibus gabella non solvi- 38 tur, possunt reduci ad quatuor, nam aliquando est occasione rei, quandoque vero causæ, propter quam portatur, & de his loquitur *text. in dict. §. 1.* quandoque excusatur propter privilegium personæ, ut est in Naviculariis, de quibus est *text. in l. omnium, in fin. C. de vectig.* quandoque ratione mixta personarum, & rerum, ut in Legatis, qui nostras res portant ad sua loca & sic generaliter debet intelligi, quod omnea res, quæ pro servitio Exercitus vehuntur, sunt à gabellis immunes. Nec de aliis capitibus, dicebatur, esse habendam rationem, quia ex facto non subsistebant.

Insuper quando damnum non evenit facto locatoris, sed vel ex casu inopinato, vel facto tertii, tunc ad remissionem mercedis obtinendam requiritur esse intolerabile. Et quando dicatur, conductorem fuisse passum tale damnum, variant DD. tres enim opiniones recensentur per *Boss. in d. tit. de remiss. merced. in prin.* quatuor enumerat *Gregor. Lopez in l. 22. titul. 8. 8. par. 5. glos. 9 & Gomez. var. lib. 2. cap. 3. sub numer. 28. Vasq. illustr. qq. cap. 54.* quinque *Mascard. de probat. conclus. 1333.* sex *Menoch. de arbitr. judic. cas. 76. Valasc. in tract. jur. emphyt. qu. 27. Nevis.* vero in *cons. 90.* octo. At communior, & verior opinio reputatur illa, quod 40 damnum intolerabile tunc dicatur, quando deductis expensis conductor non perciperet medietatem ejus, quod solvere debet, ut ultra *DD.* supra citatos dixit *Menoch. d. cas. 76. num. 5. Alvar. Valasc. d. quaest. 27.* & decisum refert *Capycir. caus. 44 quaest. unica, Reg. Revertor.* allegata *decis. 73.* cum damnum levis momenti non sit in consideratione, *Joseph. Ludov. dec. Perus.* 41 *53. numero 8. par. 2. Menoch. cons. 120 num. 16. Gresn. ad Gayll. lib. 2. conclus. 23. num. 3.* qui alios refert, & de communi testatur.

Dicebatur etiam actores prædictos esse omnino 42 excludendos, quia locatio fuit eis facta per quatuor annos, & judicium fuit tantum compilatum pro duobus primis annis, & ad remissionem obtinendam conferri debebant fructus totius temporis locationis quæ licet fuerit facta per plures annos, unica dicitur, sicuti etiam illa solutio quolibet mense ad rationem ratæ totius temporis locationis dicitur quædam distributio facta gratia commodioris solutionis, *Bal. cons. 316. lib. 3. Socin. consil. 125. lib. 1. Surd. cons. 34. numero 54.* & hoc ea ratione, quia sterilitas unius anni con43 funditur, & compensatur cum ubertate aliorum annorum, *l. licet, C. locat. cap. propter sterilitatem extra eodem tit. Clapper. caus. 45. q. unica, Revert. dict. decis.* & alii innumeri.

Nec respectu Bannorum, & impedimenti furno44 rum di *Capodimonte*, a *Capodichino*, ne venderetur farina, potest dici, fuisse damnum illatum facto locatoris; nam ultra ea, quæ in facto fuerunt ponderata, & quod ex illis nec quidem minimum damnum evenit conductoribus, satis constat ex juris dispositione, non debere fieri mercedis remissionem de eo, quod fit ex causa necessitatis pro bono regiminis, ut ex multis fundat *Larrea allegat. 10.* loquens in Principe, qui cum locasset gabellas, ex necessitate Reipublicæ, indixit bellum justum, non ut impediret rei locatæ usum, sed in consequentiam regiminis, & *numer. 24.* omnibus contrariis satisfacit, nam *DD.* loquuti fuerunt, quando adest locatoris culpa, vel committendo, vel omittendo removere impedimentum, quando illud removere potuit, & neglexit, immo quando impedimentum per modicum tempus duraverit, non potest conductor se excusare, *l. si merces, § si vis major, &* 45 *l. habitatores, in princ.* ubi *Castrens. ff. locat. Menoch. cons. 146. num. 21.*

Quo verò ad factum tertii, cui resisti non poterat 46 replicabatur, quia tunc damnum debet esse intolerabile, ut probat *text. in l. ex conduct. § 1. locat.* qui loquitur in eo casu, quando non potuit conductor uti re conducta, ut post *glos. & Bart.* dixit *Surd. cons. 34. num. 9.* & licet *Frater Seraphin. Crucem* post *decision. Surd. 326.* dicat, quod quando facto tertii fuit impeditus conductor, pensio remittenda sit pro rata temporis 47 *ex text. in d. l. si fundus, & in l. si quis domum, ff. locat. & in d. l. conducta, § si vis eodem titul.* & ex doctrina *Bart. in l. si uno, § item cum quidam, num. 3. eod. tit.* hoc tamen intelligi potest, quando conductor non recipit ipse casus fortuitos, ut supra diximus: vel ut dixit *Surd. d. consil. 34. num. 19.* facienda est distinctio de prædio urbano ad prædium rusticum, nam in prædio urbano nullum consequitur, nec consequi potest conductor lucrum majus uno mense, quam alio, quia non potest uti frui, nisi habitatione prædii urbani, sed utilitas rei conductæ est proportionata qualibet 49 die, & mense, quod non sic est in prædio rustico, in quo conductor non tenetur restituere locatori, quod percipit ex ubertate fructuum, & ideo conveniens est, ut modicum damnum ferat ex *text. in l. si merces, § vis major, ff. locat.* & facium tradita per *Rip. de privileg. caneral. caus. post nu. 20. in fin.* nam inter fructus rei, & tempus non cadit proportio in prædio urbano, licet in locatione prædii rustici, molendini, vel vectigalis, quorum non est singula dies æquales reditus rei conductæ, & sic in locatione vectigalium, vel prædii rustici non fit remissio pro modico damno, sed tantum quando damnum est intolerabile, ut supra fundavimus *n. 39. Carroc. de locat. & conduct. tit. de remiss. merced. part. 3. q. 8. n. 152.*

Quibus omnibus discussis in Collaterali Consilio, referente Spectabili Regente Didaco Bernaldo Zufia ejusdem Collat. Consil. hodie dignissimo Decano die 4. Septembris 1645. fuit fidelissima Civitas absoluta ab impetitis per Arrendatores, penes Joseph. Barilem Regium à Mandatis Scribam.

Tandem cum fuisset compilatus processus etiam pro remissione mercedis respectu aliorum annorum duorum fuit ipsis conductoribus per Collaterale Consilium concessum restaurum pro ducatis 22. mil. & hoc 50 potissimum ea ratione, quia in dictis duobus ultimis annis fuerat impositum super farinam novum superindictum, quo casu debere fieri remissionem mercedis, habetur ex *Caroc. de tit. de remiss. Merced. par. 4. q. 8. n. 53.*

OBSERVATIO IN DECIS. CLXXI.

SUMMARIUM.

1 *Excomputum an fieri debeat Arrendatoribus ex causa mutationis monetæ, vel pestis, vel belli, vel ex nova impositione facta, pendente tempore locationis arrendamenti, & n. 5. & afferuntur decisiones.*

Et quid si renunciaverint in instrumento locationis non petendi excomputum ex quavis causa, vel casu etiam incogitato, non tamen ex causa belli, vel pestis in Provincia, n. 2.

3 *Excomputum an fieri debeat Affictatori, qui renunciavit omni casui belli, famis, pestis, sterilitatis, Populorum revolutionis, & omni, & cuicumque casui, & eventui solito, & insolito, cogitato, & incogitato, &c. & n. 4.*

4 *Mercedis remissio alias jure fieri debita, an fieri debeat conductori, ob sterilitatem, sive ob alium quemcumque casum, si renunciavit omni legum auxilio.*

6 *Excomputum an debeatur Affictatoribus gabellarum, si per Universitatem fuerat promissum in instrumento locationis exigendi ab Ecclesiasticis gabellas, & si ab eis fuerunt emanata banna insolita, vel adfuit timor belli.*

7 *Mercedis remissio an debeatur inquilinis domorum, qui non potuerunt habitare in domibus conductis ob pestem supervenientem.*

8 *Mercedis remissio an sit facienda conductori prædii, dum intra tempus locationis fuit exercitus Regis, vel maxima quantitas murium fruges devastantium in prædio locato, si tempore locationis aderat idem metus belli, & segetum devastationis.*

9 *Mercedis remissio, & excomputum quando fieri debeat ob causam mortalitatis insolitæ, vel pestis, vel belli, vel ob clausulas & renunciationes, in instrumento locationis appositas remittitur.*

DE excomputo agitur in hac Decisione, propterea ultra ea quæ diximus supra in observatione in *decis.162.ali.402* pauca hic observabimus.

Primo, an excomputum, sive remissionem sit faciendum Arrendatoribus illud prætendentibus, primo ex causa mutationis monetæ, secundo ex causa pestis in Regno vicino, tertio ex causa belli extra Regnum, quarto ex nova impositione facta pendente Arrendamento, & pro Regio Fisco latè scripsit in hac causa *D.Reg.Galeota in ett.resp. fiscal.17.* & in fine *d. voluminis respons. fiscal.* affert decisiones præter illas, inter quas refert decisionem hujus causæ, per quam fuit datum excomputum arrendatoribus in ducatis sexaginta mille, ut latiùs videre poteris in *dd. decisionibus prætermissis in fine dicti voluminis*, & etiam rationes pro ambabus partibus ab ipso allatas, ne transcribere videar.

2 Et ex quo in casu hujus decisionis prætendebat Civitas hæc Fidelissima Neap. conventa, non deberi excomputum, quia conductoribus obstabat renunciatio generalis per ipsos facta, exceptis solummodo tribus casibus. Observo secundo ea, quæ ipsemet *D. Regens in consult.40.tom.1.* per ipsum *hic cit.num.19.in fine* latè scripsit pro defensione Iurium Sacri Hospitalis Divæ Annonciatæ hujus Civitatis contra Fabritium Turioum, & Marcum Antonium Ardizonem affictatores censalium d. Hospitalis, qui fecerant renunciationem amplissimam, ac specificam, petendi excomputum, vel deductionem ex quavis causa, & casu cogitato, & incogitato, etiam si requireret specificam mentionem; nisi in duobus casibus, scilicet ex causa belli, vel pestis in Provincia Terræ Laboris, tantum, exclusis penitus a iis casibus, & prætendentes dictos Affictatores excomputum ducatorum quadraginta mille. Tandem ut ipsemet *D. Reg.* refert in *fine d.consult.* per S.R.C. fuit decisum *Prætensionibus per ipsos Affictatores prætensis, tam ratione deductionum, quam excomputorum esse deducendos à summa per ipsos debita ducatos duodecim mille tantum, salvis Iuribus eisdem competentibus contra Fidelissimam Civitatem, & Regiam Curiam.* Unde apparet fuisse concessum restaurum, sive excomputum, non obstante amplissima, & specifica renunciatione, & si non pro tota summa prætensa, saltem pro quadam quantitate. Ad id confert etiam *decisio Mastrill. 299. tom. 4.* de qua etiam mentionem tacit idem *D.Regens noster* supra in *decision. 162. num. 28.* in qua non obstante generalissima re-

3 nunciatione casui belli, famis, pestis, sterilitatis, Populorum revolutionis, & omni alii, & cuicumque casui, & eventui solito, & insolito, cogitato, & incogitato, etiam si talia forent, quod de eo oporteret fieri specialem mentionem, gabellæ conductori, commercio impedito, fuit facta mercedis remissio, in qua *decisione* luculenter atque latissimè, & plus quam alii idem *Mastrill.* discutit pro, & contrà, & ideo omnino illam ne deferas legere & observare diligenter.

4 Item mercedis remissio alias de jure fieri debita, an fieri debeat conductori, qui in instrumento locationis renunciavit omni legum auxilio, & negativè *Capyc.decis.87.num.19 in fine & 10. & decisione 88. num.1.*

5 Observo tertio, quod excomputum fuit etiam alias concessum ex causa mutationis monetarum Affictatoribus gabellarum, dationum, vel Terrarum, seu oppidorum, & similium, ut in causa Alphonsi de Rosa Affictatoris Terræ Angri, qui remanserat ad exigendum multas quantitates pecuniarum à diversis civibus dictæ Terræ ascendentes ad summam ducat. 3000. de quibus erat debitor Marco Antonio de Oria dictæ Terræ Domino in duc.1400. & expostulaverat excomputum ad rationem 20. pro centenario respectu quantitatum per eum solutarum eidem de Oria ascendentium ad summam ducat. 750. fuit interpositum subscriptum decretum, ut refert *Thor. in comp. de is. par.3.fol.1.in verbo excomputum fol.394.*

Die 10. Martii 1625. Neap. facta relatione in Regia pro.ta per Scipionem Rovitum Regium Consiliarium & Commissarium Delegatum provisum est, quod restanti summa duc. 1200. pro complemento affictus maturati in mense Septembris 1625. liceat Alphonso de Rosa retinere ducatos 140 tantum pro pretio, & excomputo, reliquos vero ducatos 960. solvat cum interesse ad rationem 8. pro centenario. Apud Ioseph Lombardum Act.Mag.

Et idem *Thor.part.2. in verbo excomputum fol. 196.* refert aliam decisionem in simili causa Ill. Ducis Cardinalis in Collaterali Consilio de mense Augusti 1622. ubi disputatum fuerat, an emptori deberet fieri excomputum, qui dum tempore emptionis currebant monetæ malæ conditionis, & minoris ponderis, deinde pendente solutione, monetæ in meliorem conditionem positæ, & justi ponderis redactæ, fecisset solutionem de novis monetis, & magnum imminere sibi interesse, ob talem mutationem factam, & decisum fuisse, ut, *Quod emptor faceret depositum de pecunia debita ex pretio fertus, Verùm liceat retinere quartum pro centenario ex pretio serici per eum empti tempore quo vigebant tales monetæ malæ conditionis, & parvi ponderis*, quæ vulgo vocabantur *Zannette*, & quod ita, etiam postea in quamplurimis aliis causis fuerit judicatum asserit.

6 Et deberi excomputum Affictatoribus gabellarum si per electos Vniversitatis fuerint emanata banna insolita, ne extraherentur res concernentes interesse gabellæ, licet postea revocata, & dum Vniversitas promisit, quod gabella exigi possit à quibuscumque Ecclesiasticis personis; & tamen milites Hierosolymitani noluerunt solvere, & Electi universitatis vocati, & laudari, renuerunt. Item ante arrendamentum erat publicata tregua per annos quinque, postea fuit rupta timore belli, defendit *Anna alleg. 21. tom.1.* ubi in fine refert *decisionem*, in qua fuit condemnata Vniversitas ad excomputandum pro omnibus illis duc.6.m.

7 An vero debeatur excomputum, sive remissio pensionis domorum inquilinis propter pestem supervenientem, ob quam non potuerunt habitare in domibus locatis, & decisum negativè per *Afflict. decision. 258.num.1.* ubi testatur sic solitum, & consuetum etiam pro præterito, sed *Vrsil.ubi in annot.* tenet affirmativè cum *Guid.Papa decis.630.* cum quibusdam tamen fallentiis, & limitationibus, prout etiam alii *addentes ad d.decis.Affl.& ad d.decis.Guid.Papa.*

8 Et quod non sit facienda remissio mercedis conductori, dum intra tempus locationis fuerat exercitus Regis, & maxima quantitas militum, qui devastaverant segetes in prædio locato, dum tempore conductionis instabat idem metus belli, & devastationis segetum, decisum refert idem *Affl.decis.365.n.8.*

9 Denique in hac materia remissionis mercedis, & excomputi ob causam mortalitatis insolitæ, vel pestis, vel belli, vel ob clausulas, & renunciationes in instrumento locationis adjectas vide *Capyc.d.decis.88.* & ibi *addentes Petr.Vincent. Masul. & Doctor.* qui multos DD. de hac re variè loquentes citant, & addentes ad *d. Decis.Guid.Papa.*

M.A.Gizzius.

ARGUMENTUM.

De pœna testis falsum deponentis in causa criminali, vel publica, quæ sit. Et an, & quando taliter delinquens possit excusari à pœna ordinaria, & nonnulla ad materiam late discutiuntur.

SUMMARIUM.

1 *Falsum testimonium dolo malo dicens in judicio publico qua pœna puniatur.*

2 *Testis falsus in causa homicidii punitur tanquam homicida si dolo malo deposuit contra innocentem.*

3 *Testes falsum deponentes in causa criminali fuerunt furca suspensi, pro qua observantia in facti contingentia referuntur plures casus, ut num.seqq.usque ad num.8.*

4 *Falsi testes, qui deposuerunt, Susannam in adulterio reperisse, fuerunt ad mortem condemnati.*

10 *Crimen falsi adeo gravissimum est, ut nullum aliud conveniri possit, quod ita famam, & statum hominis vituperet.*

11 *Falsum inter crimina publica connumeratur, & propter ejus gravitatem multa habet specialia, ita ut sub generali delictorum abolitione non veniat.*

12 *Falsi crimen pene mortuus simile est.*

13 *Nobilitas propter falsi crimen amittitur.*

14 *Pœna falsi apud diversas Nationes qualiter fuit practicata.*

15 *Pœna ultimi supplicii irroganda testi falsum deponenti, ex particulari consuetudine in Regno Franciæ fuit ampliata, tam in causa civili, quam criminali, & etiam in contractibus.*

16 Pragm.4.*sub* tit.de falsis *est conformis, nedum jure civili sed etiam canonico.*

17 Tex. in l.1. §.præterea, ff. ad l.Cornel. de Sicar. *quomodo sit intelligendus, & n.37.*

18 *Falsi crimen ut pœna ordinaria puniatur, licet non sit publicum, sufficit, quod sit capitale.*

19 *Pœna ultimi supplicii ut possit irrogari, non consistit, quod crimen sit publicum, vel non sed tantum quod sit capitale, & n.34.*

20 *Testis falsus si deponit in crimine publico tantum, & non capitali, pœna non est ultimi supplicii, sed incidit in crimen falsi.*

21 *Pœna capitalis irrogata ex dispositione* text.in leg.1.§. præterea, ff. ad l. Cornel. de Sicar. *habet locum, etiam si ille, contra quem falso testis deposuit non fuerit condemnatus; immò etiam si fuerit absolutus num.seq.*

23 *Testis falsus qualiter puniatur, quando est falsa depositione non fuit sequutus effectus.*

24 *Pœna ordinaria in falsum deponente, etiam vigore statuti tanquam nimis rigorosa, in practica non observabile judicatur.*

25 *Affectus non sequuto effectu in atrocioribus qua pœna sit puniendus.*

29 *Conatus in crimine falsi non sequuto effectu, pœna extraordinaria punitur & num.39.*

27 *Falsi testes in causa bar.sis qua pœna sint plectendi.*

28 *Falsum ut dicatur tria copulativè concurrere debent, & uno deficiente cessat pœna falsi.*

29 *Falsitatis substantia est nocumentum, ita ut quamvis falsitas sit apta ad nocendum, si tamen non nocuit, debet pœna minorari, etiam extraordinaria.*

30 *Consuetudo, ut quis non puniatur pœna ordinaria non sequuto effectu. unde inoleverit.*

31 *Pœna ultimi supplicii in crimine falsi de consuetudine non servatur.*

32 Pragm.4.*sub* tit.de falsis *nihil addidit sive immutavit communi, sed tantum magis generaliter loquuta fuit n.35.37.& 38.*

36 *Testis falsum deponens pro reo ad defensam contra Fiscum, qua pœna puniatur.*

40 *Testes nondum publicati non probant. & an comprehendantur in dispositione* dict.pragm. 4. *numer. seq.*

42 *Testis nota fidei potest suum dictum corrigere usque ad ipsam publicationem.*

43 *Judex potest ex causa à pœnis à lege, vel consuetudine introductis recedere.*

Amplia etiam in pœnis statutaria, n.44.

44 *Confessio delicti sponte, & absque tormentis veniam meretur, & genus quoddam defensionis est numer. seq. Et quid in eo, qui confessus est metu probationis, Et quantum in dicto casu sit de pœna remittendum arbitrio Judicis relinquitur, n.49.*

47 Imperatoris Domitiani *Vita licet admodum crudelis & sanguinaria recenseatur, excepit tamen à pœna capitali quendam Juvenem de semetipso delictum professo, cui exitium indulsit.*

48 *Confessio delicti, ut experimento compertum est, magni momenti est ad mitigandam, placandamque iram ulciscendique cupiditatem ejus, in quem peccavimus.*

50 *Pœnitentia statim sequuta post crimen commissum, minus punitur.*

51 *Qualitas vitæ, & actionis in maxima consideratione habenda est.*

52 *Falsum non dicitur, quando adjuvatur primordio veritatis.*

53 *Testes falsi inducti ad deponendum veritatem, licet eis incognitam. qua pœna puniantur, & n.54. Et de ratione, num.55.*

56 *Scire pro certo dicimus id, quod à fide digno audivimus.*

57 *Testis excusatur à falso, & ejus pœna ex qualibet causa, etiam injusta.*

DECISIO CLXXII.

PEr Magnam Curiam Vicariæ ut delegatam fuerunt condemnati Vincentius Camerinus ad pœnam perpetui carceris in Castrum declarandum per S.E. & Franciscus Longobardus ad remigandum in Regiis Triremibus ejus vita durante, à qua sententia reclamarunt tam dicti inquisiti, prætendendo debere pœnam minorari, quam quærelantes, dicendo se esse gravatos, ex quo erat casus *Reg. Pragm.4. de falsis* in qua pœna deponentis falsum in causa criminali est mortis naturalis. Vnde utraque pars porrexit preces Excellentissimo Proregi ad finem ut admitteret reclamationem, & quod mandare dignaretur causam votari, & determinari in Collaterali Consilio. Audita igitur relatione Magnæ Curiæ Vic. & admissa reclamatione in eodem Collaterali Consilio, dicebatur pro parte quærelantium, quod erant notoriè gravati, quia de 1 jure communi ex *Martiani* responso in *l.1. § præterea, ff.ad leg.Cornel.de sicar.* qui falsum testimonium dolo malo dixerit in judicio publico reus erit capitalis pœ2 næ, & propterea dixit *Bald.in cap.1. § injuria punitur, in fin.de pac.juram firman.in usib.feud.* quod testis falsus in causa homicidii punitur tanquam homicida, si dolo malo deposuit contra innocentem, & hoc etiam tenuit idem *Bald. in l.2.num. 6. vers.si autem. C. de rebus credit.* & in *l.& si legibus* sub nu.2.*versic. interdum obrepitur dejerando, C. si contra jus, vel utilitat. public. Grammat.vot.crimin.5 numero 1. Clar. in §. falsum, num.6.versic.testis, qui falsum testimonium deposuit in judicio, Covar.lib.2.variar.resolut.capu.9.* sub *num.1. in fin.* & allegati à *Caball. resolut. crimin. centur.2.casu* 165. sub *num.4. & 6.* ubi affert plures casus 3 in quibus testes falsum deponentes in causa criminali fuerunt furca suspensi, prout fuit observatum Medio4 lani, ut refert *Clar. in loco* supra citato, sic etiam in Senatu Parisiensi, ut refert *Papon. lib. 22. titul.13. arrest. 1.* ubi adducit in facti contingentia duos casus 5 unum de anno 1554. dicens, quod sententiæ Curiæ fuerunt duo testes, qui falsum deposuerunt, furca suspensi alterum verò de anno 1559. ubi duo alii de la Fouilleuse fuerunt similiter condemnati ad furcam, idem

idem etiam refert servatum in Parlamento Burgundiæ de anno 1515. & in anno 1453. in Parlamento Gratianopolitano, in quo testis quidam, nomine Ioannes Viles cum falsum deposuisset, Nobilem quendam, nomine 7 Ioannem Gerciam interfecisse Franciscanum Monachum, condemnatus fuit, ut furcis suspenderetur, de quo arresto mentionem etiam facit 8 *Guid. Pap. decis. 44.* idem quoque fuit decisum in Senatu Cathaloniæ, teste *Ludov. Pegair. decis.* seu *quæst. crimin. 19. numero 5.* & novissime in nostra M. C. fuisse practicatum tempore Vincentii Siccodi illius Fisci advocati, qui cum duo Fisci testes in quadam causa capitali deposuissent, ultimo supplicio illos afficiendos postulavit, ut refert *Io. Laganar. in Addit. ad Reg. Reg. Rovit. super Pragm. 43.* sub *numero 1. lit. A. in fin. de offic. Magistr. Justit.* & observatum videmus in *Sacra* 9 *Scriptura* in *Daniel. cap. 13.* ubi duo falsi testes, qui deposuerunt, Susannam in adulterio reperisse, fuerunt ad mortem condemnati.

10 Quod quidem crimen gravissimum est, ita ut nullum aliud inveniri possit, quod ita famam, & statum hominis vituperet, *Mastrill. ad indult. gener. cap. 30. n.* 11 2. ubi quod connumeratur inter crimina publica, & propter ejus gravitatem multa habet specialia, & sub generali delictorum abolitione non venit, in tantum, 12 quod pene mortuis simile esset dixit *Paul. Castr. in cons. 130. lib. 1. Marsil. in rubr. ff. ad leg. Cornel. de fals. Boss. in practic. crimin. tit. de fals. n. 72. Menoch. de arbitr. Jud. cent. 4. cas. 306. num 13.* ubi dicit, quod per 13 illud crimen amittitur nobilitas, *Luc. de Penna in l. mulier. col. 4. ver. alium nota quod privilegium, C. de dignit. lib. 12. Caball. in d. casu 165. cent. 2. in princ.* sic etiam *Plato* ultimum supplicium imposuit iis, qui rei falsum testimonium deposuissent, & apud Romanos falsum 14 testimonium dicentes Saxo Tarpeio dejiciebantur. Apud Indos testis falsus extremis decurtabatur Et apud Ægyptios falsi & perjuri capite plectebantur, ut testatur *Charon.* in sua *historia* refert *March. Ferr. in addit. ad Guid. Pap. dict. decis. 44.* ubi nonnulla alia ad propositum adducit. Et propterea Rex Franciscus con- 15 stitutionem edidit in anno 1539. per quam fuit ampliatum, ut pœna ultimi supplicii irrogaretur testi falsum deponenti, tam in causa civili, quam criminali, & etiam in contractibus, ut refert *Pap. d. lib. 22. tit. 13. arrest. 1. in fin.* & in Regno habemus *d. prag. n. 4.* 16 sub *tit. de fals.* quod nedum lege civili, sed canonica probari habetur ex *text. & ibi glos. in can. Rex 23. qu. 5. Henrich. Boich. in cap. 1. de fals. dist. n. 3. 2.*

17 Et quamvis *text. in d. l. 1. §. præterea, ff. ad l. Cornel. Sicar.* loquitur in teste falsum deponente in crimine capitali publico, ut *ibi* notat *glos.* & sic videtur, quod duo copulative desiderentur, quod crimen, super quo testis falsum deposuit, sit publicum, & sit capitale, prout ultra *gloss. text.* illum ita intellexerunt *Salyc. in d. l. 2.* sub *num. 4. in fin. C. de reb. credit. Mars. in d. §. præterea, Boss. in d. tit. de fals. numer. 169. versic. & adverte.*

18 Tamen quod sufficiat esse capitale, licet non sit publicum tenuerunt *Bald. in l. 1. C. de reb. credit. & in d. l. & si legibus, Cod. si contra jus, vel util. public. Grammat. d. vot. 5. Menoch. d. cas. 306. Covarr. in d. cap. 9. variar. §. 7. Pegaer. d. decis. 19.* & hanc sibi videri esse veriorem, dixit *Cabal. de centur. 2. cas. 165 num. 8.* non 19 enim consistit pœna ultimi supplicii, quod crimen sit publicum, vel non, sed quod sit capitale, ut probat, *Bald. in cap. 1. in princip.* sub *num. 11. vers. scias, quod de jure communi, de pace tenend. in usib. feud. Alex. ad Bart. in d. l. 1. & in cons. 55. volum. 7.* & alii allegati à *Caball.* 20 *loco cit. num 10.* nam si deponeret in crimine publico tantum & non capitali pœna non esset ultimi supplicii, sed incideret in crimen, falsi, prout post *glos. in d. §. præterea* declarat *Guid. Pap. d. decis. 44.* ubi etiam am- 21 pliat, ut talis pœna irrogata ex dispositione *text. in d. §. præterea*, intelligi debeat, licet ille, contra quem falso testis deposuit, non fuerit condemnatus ponderando illud verbum, *damnaretur*, quod est futuri temporis, non autem damnatus fuit, prout ita declaratum fuisse testatur in *d. arresto Gratianop. 13. Septembr. 1453.* quod etiam tenuerunt *Folin. in cap. sicut, numer. 1. de testib. Caball.* ubi supra *num. 12.* ubi dicit, 22 quod etiam si fuerit absolutus, nihilominus dictus testis tanquam homicida tenetetur, *Catal. de indult. cap. 39. num. 43. Reg. Rov. in d. prag. 4. de fals. num. 1.* ubi alios allegat, latè etiam *Avil. in cap. prætorum, cap. 48. n. verb. punicion, num. 1. cum seq.*

Ex quibus concludebatur, quod cum prædicti inquisiti sint confessi, falsum deposuisse in crimine capitali seditionis, & læsæ Majestatis, pars Iudicum M. C. V. erat, eos condemnari debere ad pœnam ultimi supplicii, prout tam de jure communi, quam de jure municipali hujus Regni cautum reperitur; cumque unus ex eis fuerit condemnatus ad serviendum in Regiis triremibus ejus vita durante: alter vero in Castrum, & sic ad carcerem similiter ejus vita durante sequi dicebatur, quærulantes ipsos fuisse gravatos, & proinde pœna ultimi supplicii inquisitos esse plectendos.

In contrarium vero asserebant inquisiti, ipsos satis graviori pœna fuisse condemnatos, & proinde illam temperandam, atque moderandam esse: nam quamvis ex *text. in dict. §. præterea* nonnulli dicant, 23 pœnam falsum deponentis in crimine capitali, & publico esse ultimi supplicii, tamen communiori Doctorum calculo habetur, pœna extraordinaria esse puniendos, quando ex illa falsa depositione non fuit secutus effectus, ut post *Hippol. de Mars. in d. §. præterea*, sub *numero sexto*, & alios refert *Cacher. decis. Pedemont. 87.* sub *numero tertio* ubi testatur, quod de consuetudine talis rigorosa pœna mortis non observatur, nisi quando ob hujusmodi testis depositionem sequuta fuerit condemnatio ultimi supplicii, hoc etiam dixit *Intrigl. flag. 150. lib. 1* ubi habetur, quod 24 in Regno Siciliæ pœna ordinaria in falsum deponente, etiam vigore statuti, nimis rigorosa in practica non observabile judicatur, quod etiam probavit *Afflict. in dec. 404.* ubi *Addent.* Quamvis enim in 25 atrocioribus puniatur affectus, licet non sequutum effectu, tamen hoc intelligitur, non ut puniatur pœna ordinaria, sed extraordinaria, ut in terminis falsitatis dixit *Caravit. super d. prag. 4. de fals. n. 142. & 149. limit. 15.* & probat *Bart. in l. Divus, ff. ad leg. Cornel. de sicar. Imol. in cap. 1. de præsumption. Hippol. de Mars. in l. 1. §. præterea ff. de quæst.* & eum sequitur *Boss. in d. tit. de fals. num. 88.* & dixit *Afflict. in Constit. Regni* incip. *Quis falsitatem*, & quod conatus in crimine falsi non sequuto effectu pœna extraordinaria punitur, & eum 26 refert, & sequitur *Balard. ad Clar. in § falsum, num. 277. Menoch. d. casu 306. n. 30. & 33.* post *Bald. cons. 106. lib. 1. Plot. in l. si quando, num. 717. C. unde vi, Magon. decis. Lucens. 43. num. 20.* ibique ejus *Additionator in verbo, quoquomodo punibilis, lit. G.* & de communi testatur *Suarez in thes. recept. sentent. lit. T. n. 256. Ludovic. decis. Lucens. 4. num. 23.* & alii per *Farinac. de test. tit. quæst. 6 ... §. 5. num. 19. Anton. de Ball. lib. 3. casu 32. numer 2. in fin. Simanc. de cathol. instit. tit. 64. numer. 91.* ubi dicit, 27 quod & si summo jure omnes falsi testes in causa hæresis comburi possent, bonis etiam publicatis; æquius tamen, & benignius est, ut qui falso testimonio parum nocuerunt, extra ordinem puniantur: ubi quoque 28 asserit, quod frequentissimè fieri solet. Et est ratio, quia tria copulative concurrere debent: mutatio scilicet veritatis, dolus malus, & nocumentum, *Galeat. cons. 169. num. 14. vol. 1.* ita ut uno deficiente cessat pœna falsi, & omnis pœna, *Vulpell. cons. 129. nu 20. Claz. discept. crimin. 24 n. 50.* qui *num. 62.* dicit, quod substantia falsitatis sit nocumentum, & quod quamvis falsitas

sit

sit apta ad nocendum, si tamen non nocuit, quod debeat pœna minorari, etiam extraordinaria, ut post *Corn.* in *loco* per ipsum allegato voluit idem *Ciar. ubi supra n.*94. & ex hoc inolevit consuetudo supra allegata, 30 quod non sequuto effectu condemnetur testis falsus ad pœnam extraordinariam, prout ultra adductos de illo testatur *Clar. in d. §. falsum n.*6. *ver. te-* 31 *stis* ubi habetur, quod quamvis Senatus aliquando fecit suspendere duos falsos testes, non tamen semper illa severitate utitur, sed mitius solet punire, & quod pœna ultimi supplicii de consuetudine non servetur, testatur etiam *Joseph. Ludovic. d. dec.*15.*nu.*44. *&* 52. ubi plures casus refert, & de veriori, & magis servato opinione in practica testatur *Farinac. d. quæst.*67. *num.* 11. 15. *&* 17. *Caball. d. casu* 165. *nu.*14. qui ait pluries hanc sententiam benigniorem sequutam fuisse, & post ipsos *Guazzin. ad defens. reor. defens.*28. *cap.*18. *num.*3. *Giurba cons. criminal.*71. sub *numer.*7. *versic. consuetudo autem aliud admisit.*

32 Neque in hoc *Reg. Pragm.*4. *de fals.* aliquid addidit, sive immutavit, cum de jure communi esset quoque imposita pœna ultimi supplicii testi falsum deponenti in causa criminali, dummodo deponat dolo malo quo quis publico judicio damnaretur, ut habetur ex *text. in d. l.*1. *§. præterea, Codic. ad leg. Cornel. de sicar.* & 33 ideo *glos.* voluit, requiri duo copulativè, ut supra diximus, quod scilicet crimen sit publicum, & sit capitale, nam licet respectu requisiti, quod sit publicum ex *Doct.* supra relatis sit aliqua controversia, & præcipue per *Caball. d. cas.*175. *num.*5. *& Guaz. ad defens. reor. defens.*28. *d. c.*18. *n.*2. tamen certum est, necessario re- 34 quiri, quod crimen de quo testis falsum deposuit, sit capitale, alias teneretur pœna capitali, sed pœna *l.*1. *in princ. ff. ad leg. Corn. de fals.* ut post *Bald. Salyc.* & alios dixit *Boss. in tit. de fals.* sub *num.*169. sed per dictam *Re-* 35 *giam Pragmaticam* magis generaliter fuit loquutum, ut quicunque in criminalibus causis falsum deponat, morte puniatur.

36 Item secundum communem opinionem testes, qui ad defensam deponunt contra Fiscum in causa capitali, non pœna mortis de jure communi, puniuntur, sed minori, ut post alios dixit *Farinac. d. quæst.* 37 67. *n.*18. *Giurb. d. cons.*4. Et in hac *pragmat.* sancitum est, ut quicunque in criminalibus causis offendant, defenduntque reos, falsum testimonium perhibendo deponentque, mortis nostrolis pœnam irremissibiliter 38 incurrant, respectu verò pœnæ quando non fuerit sequuta condemnatio, nihil dicitur in *d. Reg. pragm.* & 39 sic declarari, & intelligi debet secundum jus commune, secundum quod; ut supra fundavimus, de consuetudine totius Mundi non pœna ordinaria, sed mitior venit imponenda, non sequuto effectu, prout proprie in pœna statuti voluit *Bart. in l.*1. *§. divus, ff. ad l. Cornel. de sicar.* & alii per *Tiraquel. in tract. de pœnis temper. caus.*37. & præcipue *numero sexto* ubi alios refert, & in terminis *d. Regia Pragmatica* hoc tenuit *Caravit.* qui latè dict. *pragm.* commentavit, *d. n.* 141. *&* 149. *limit.*12.

40 Et certum est, quod depositio dictorum testium nullo modo poterat nocere, quia ante publicationem processus ipsimet inquisiti eam detexerant, & testes nondum publicati non probant, *Butrigar. in l. gesta,* ubi etiam *Bart. C. de revendicat.* & alii per *Farinac. quæst.*75. *cap.*1. *num.*10. *&* 14. & in propriis terminis, quod non comprehendantur in dispositione *d. pragm.* 41 tenuit *Joan. Anton. Pugnatar. ibidem, num.*37. *&* 38. ea ratione, quia cum neque faciant indicium contra reum ut dixit *Bart. in l. solam, C. de testib.* & in *l. final. Cod. de re jud. & Bald. in l. in bona fides, C. de reb. cred.* & dictum testium non noceat, puniri non possunt *leg. damus, C. de fals. Aret. cons.*165. *Gramm. dec.*11. *Afflict. dict.* 42 *dec.*404. *numer.*13. Immò quod testis notæ fidei possit suum dictum corrigere usque ad ipsam publicationem habetur ex *Tiraquell.* qui alios allegat in *dict. tract. de pœn. temper. caus.*51. *n.*107.

43 Insuper fuit consideratum, quod ex causa potest Iudex à pœnis, à lege, vel consuetudine introductis recedere, ut probat *gloss. in l. hodie, ff. de pœn. Abb. in cap. de causis in fin.* ubi etiam *Dec. de offic. deleg. Tiraq. in d. tract. de pœn. temper. in præfat. num.*19. cum plurib. 44 *seqq.* ubi ampliat, etiam in pœnis statutariis. Quicquid in contrarium aliqui tenuerunt, in casu autem prædi- 45 cto multa concurrere, dicebatur, & quia statim confessi fuerunt, falsum deposuisse, quæ delicti sponte, & absque tormentis confessio veniam meretur, ut scri- 46 psit *Libanius Antiochenus ad Ricomerem,* nam supplex confessio genus quoddam defensionis est, & *Suetonius* 47 in *Vita* crudelis, & sanguinarii *Domitiani*: stupratores Corneliæ Maximæ Virginum Vestalium, in Comitio cum ad necem cædi imperasset, excepit Virum cui dubia etiam tunc causa, & incertis quæstionibus atque tormentis, de semetipso professo exilium indulsit, & multa alia exempla ad hoc propositum refert *Tiraq. in d. tract. de pœn. temper caus.*30. *num.*4. 48 201. *num.*7. cum quod usu, & experientia compertum est confessionem delicti ad mitigandam, placandamque iram, ulciscendique cupiditatem ejus, in quem peccavimus, magnum habet momentum, tanquam id nobis natura præscripserit, ut mitius in confitentes 49 agamus. Quod etiam procedit in eo casu quo metu probationis, quis confessus fuit delictum, nam debet aliqualiter mitius puniri, & quantum in dicto casu sit de pœna remittendum, arbitrio Iudicis relinquitur, ut dixit *Hostiens. in cap. de hoc, de simonia,* ubi etiam *Franc. & Felin. Abb. in cap. at si clerici, col.*6. *vers. pariа esse de judic.* & si quis crimen commisit, sed statim postea pœnituit, mitius cum eo agendum est, *l. qui* 50 *ea mente, ff. de furt. & l. quis sit fugitivus §. de edilit. edict. Tiraquel. in d. tract. caus.*60.

Secundò dicebatur, debere considerari merito istorum testium, nam à principio revolutionum semper cum armis præsto fuerunt in Civitate Castri Maris de Stabia, & Surrenti, ac ubique occasio præliandi se obtulit contra turmas populi inobedientes, eorum vitam, & fortunam exposuerunt in servitium Catholicæ Majestatis. E contra vero isti, adversus quos deposuerunt, fuerunt Capitanei, & Tribuni Mili- 51 tum pro populo inobedienti, pro quo arma sumpserunt in disservitium Regis Nostri, quod probat *text. in can. quibusdam,* ubi *glos. in verbo & actionis* 5. *q.* 1. ibi *nisi enim, quem vita, & actionis qualitas adhoc dignum esse monstraverit, Tiraquel. ubi supra, caus.* 51. *numero* 153.

Tertio, esse pœnam minorandam, nam isti falsum deposuerunt, non quia factum sit falsum, sed quod ipsi testimonium dederant de eo, quod nesciebant, tamen credebant, esse verum: dubitari enim non poterat, quod seditio machinata fuerat, & inceperat: & certum est, quod pernecesse debebat habere suos auctores qui verisimiliter esse poterant prædicti quæstuantes, nam ipsi Capitanei, & Tribuni Militum populares fuerant tempore revolutionum in eadem Platea, & loco, dicto *la Porta di Massa, o S. Pietro Martire* ubi fuit factus tumultus tempore, quo classis Regia Franciæ advenerat, cum vociferatione, ut clauderentur januæ apothecarum, & demum, prout fieri solet in hac Civitate, proclamando *serra, serra, amazzamo questi Spagnoli,* prout cum effectu fuerunt clausæ, & 52 sic habebat primordium veritatis, quod ipsi authores esse poterant, & falsum non dicitur, quando adjuvatur primordio veritatis, *Grammat. cons.*30. *in fin. & versu* 26. *numer.*15. *& Menoch. cons.*221. *num.* 18. *& de præsumpt. lib.*5. *præsumpt.*20. *Farinac. quæst.*67. *§.*3. *n.*98. qui alios refert, *Clar. in §. falsum. in versic. præterea excusatur,* ubi etiam *Baiard. nu.*301. quo casu quamvis fuissent inducti ad deponendum veritatem eis incognitam,

tam, non erit locus pœnæ ordinariæ, sed extraordinariæ, *Anchar. conf. 24. Baj. rd. ubi supra, nu. 69.*

Et quod poterat esse veritas, dicebatur, quia delictum in genere fuit bene probatum, & quod ipsi fuerint authores, adhuc adest unus testis integer, qui est Joseph de Duce, in sua prima depositione persistens: licet dicti quærulantes pro eorum defensione conati fuerint probare negativam coarctatam loco, & tempore. Et de jure deponens falsum credens, esse verum, 54 quod non sit de falso puniendus, est tex. ad literam *in can. is autem, §. nemo mentiens 22. qu. 2.* ubi affertur ratio, quia quantum in se est, non fallit, sed fallitur, & 55 non mendacii, sed temeritatis arguendus est, qui falsa incautus credidit, ac pro veris habuit, *Bald. in leg. si ex falsis, in fin. Cod. de transact. Guazin. ad defens. reor. defens. 28. capit. 19. Magon. dec. Lucens. 50. num. 16.*

Et propterea dum isti testes deposuerunt, credendo, 56 vera esse ea, quæ deponebant, non pœna ordinaria, sed extraordinaria puniendi sunt; eoque fortius, quando testes deponunt, scire id, quod tantum intellexerunt à Viris fide dignis, & bonæ famæ, nam pro certo scire dicimus, id quod à fide digno audivimus, *gl. in capit. cupientes, in princ. in verb. notitiam, de elect. in 6. Gabriel. commun. concl. lib. 7. conclus. 8. num. 56. cum seqq. Farinac. d. qu. 67. num. 91. Boss. post Ias. in tit. de fals. numer. 170. Petrasancta sing. 80.* Et in facto jam asserebatur, quod ad ita deponendum fuerunt inducti, ex quo eis relatum fuit machinationem esse veram, & 57 quod Dominus Prorex maxime desiderabat, crimen prædictum verificari, ut posset malas herbas extirpare, & quælibet causa etiam injusta excusat testem à falso, & illius pœna, *Magon. decis. Lucens. 43. nu. 10. Farin. d. q. 67. num. 101.*

Quibus adstipulabatur, quod quando pœna venit minoranda, non debet esse corporis afflictiva, sed pecuniaria: quælibet enim causa, etiam colorata excusat à dolo, & pœna ordinaria, *glos. in l. satis, ff. de in jus voc.* & in propriis terminis falsitatis ex pluribus comprobat *Io. Ant. Pugnatar. in Commentar. ad d. pragm. 4. de fals. num. 134. & 135.*

Nec tandem obstabit, quod in hac causa adfuit dolus, qui aderat inimicitia cum Vincentio Medica, nam hoc quatenus verum esset, procedere posset respectu ipsius inimici, non autem respectu istorum testium, cum quibus nulla inimicitia probata fuit, sed deposuerunt, credendo, verum esse quod deposuerunt, prout hodie quoque credunt, licet ipsis incognitum.

Cum prædicta elaborassem, ante decisionem causæ discessi ab hac Civitate ordine Excellentissimi Comitis de Onoate, & Villamediana vigilantissimi, & prudentissimi hujus Regni Protegis, nam cum ob tumoltus, & revolutiones hujus Regni omnia essent turbata, & præsertim Regia Dohana Menæpecudum Apuliæ, quæ est corpus majoris considerationis omnium aliorum, quæ Catholica Majestas possidet in hoc Regno, mandavit mihi, ut accederem in Aquilia ad terdinandum, & gubernandum dictam Regiam Dohanam, & hac etiam occasione injunxit mihi onus gubernandi, tam Provinciam Capitanez, quam Comitatus Molisii, ac etiam mihi commisit gubernium Armorum, & extirpationem Bannitorum, qui occasione prædictarum revolutionum creverant innumerabili quantitate, nec non quia annus erat valde sterilis, & hæc fidelissima Civitas Neapol. indigebat frumento, mihi quoque mandavit, ut tam ex dictis Provinciis, quam ex Provinciis Terræ Bari, Basilicatæ, & Principatus Ultra, urgentibus necessitatibus annonæ providerem, ac omnibus Commissariis in hac materia expeditis superessem; in quibus negotiis cum vacassem per menses septem, Neapolim reversus, fuit mihi relatum, causam non fuisse expeditam, quia dicti inquisiti pendente reclamatione in carcerem vitam reliquerunt.

OBSERVATIO IN DECISIO. CLXXII.

SUMMARIUM.

1 *Falsum, & falsa scriptura quid sit.*

Scriptura duo copulative requirit, mentem, & verba, ibid. Unde si removeatur mens, dicitur simulata, non falsa, si removeantur verba, & non mens, tunc non est simulata, nec falsa, sed si deficiat utrumque dicitur falsa, ibid.

Narrandi diversitas, si veritas narretur, non est falsum, ibid.

Evangelistæ eadem narrant de Christo Domino, licet diversimodè, & proinde non sunt falsa eorum dicta, ibid.

2 *Declarans nolle uti scriptura à se præsentata, habetur pro falsa.*

3 *Testes falsos producens, vel aliam scripturam, vel eis utentes puniuntur pœna amissionis causæ in hoc Regno.*

Consulens, & instruens falsitatem punitur pœna ultimi supplicii, & an etiam amissionis causæ in hoc Regno, ibid.

4 *Testis falsus tres lædit, Deum, Iudicem, & Partem, quod procedit non solùm si testis mendacium deponit, sed etiam si veritatem occultat.*

5 *Testis, ut puniatur de falso testimonio, tria requiruntur, dolus, damnum partis, & mutatio veritatis, & idem in principali falsum deponente.*

6 *Iuramentum ut rectè, & licitè fiat, & ne sit perjurium, tres comites habere debet, judicium, justitiam, & veritatem.*

7 *Testis testificans falsum coram non suo Iudice, efficitur subditus illius Iudicis, cujus aures fuerunt offensæ, & ab eo puniri potest.*

Clericum falsum deponens coram Iudice sæculari non potest ab eo puniri, nec puniendus à Iudice Ecclesiastico, ibid.

8 *Testis laicus deponens falsum coram Iudice Ecclesiastico, an puniendus ab illo, sed potest puniri etiam à Iudice sæculari, quia datur præventio, ibid.*

9 *Perjurium est crimen commune, & mixtum, & ideò potest puniri ab utroque Iudice sæculari, & Ecclesiastico.*

10 *Procurator cum generali mandato producens falsos testes, vel si det positiones falsas, an noceat principali absenti, ità ut puniatur pœna amissionis causæ in hoc Regno.*

11 *Episcopus reservans sibi casum falsi testimonii, si v. g. quatuor testes deposuerunt falsum, an quartus testis in ordine examinatus incidat in casum reservatum, dum per tres testes prius examinatos, jam erat convictus debitor, seu Reus.*

Testimonium falsum illius, qui accedit aliis in numero opportunis prius examinatis, an noceat, & teneatur ad restitutionem, quamvis peccet, & an incidat in casum reservatum, ibidem.

12 *Testis falsum deponens dolosè, si parti nullum affert detrimentum, an incidat in casum reservatum.*

13 *Testis, qui juravit dicere veritatem si posteà in sua depositione illam tacuit, quia negavit ferro, quod sciebat, & si peccavit, & ad restitutionem teneatur, an incidat in casum reservatum.*

14 *Testis falsum deponens in damnum tertii, vel innocentis, si non juravit, an incidat in casum reservatum, quamvis peccet, & ad restitutionem teneatur, & nu. 15. & 16.*

Iuramentum an sit de forma testimonii, ibidem & numer. 15.

15 *Testis, qui non juravit, falsum deponens an puniatur pœna falsi ordinaria, an verò extraordinaria, & num. 17.*

Iuramentum in testis, non est introductum ad favorem Iudicis, sed partium, ibid.

16 *Testimonium perhibere, & deponere differunt inter se.*

Testimonium perhibere intelligitur sine juramento, ibidem.

Testimonium deponere intelligitur cum juramento, ibidem.

17 *Testis falsus, ut puniatur pœna mortis statuta per prag.* 4 de fals. *in hoc Regno, requiritur, ut sit juratus, quia si testimonium perhibeat sine juramento non punitur pœna falsi.*

18 *Testis, qui non juravit, sed in ejus examine dicitur jurasse, an puniendus pœna falsi, & quid si expressè appareret non jurasse. & an incidat in casum reservatum.*

Casus reservati strictè intelligendi sunt, & de eis stricta intelligentia fieri debet, ibidem in fine.

19 *Testis in causa criminali deponens non verum, propter cujus depositionem Reus liberatur à pœna, an incidat in casum reservatum.*

Quid si reus liberatur etiam à damno, quod proximo incubuit, ibid.

Quid si innocens veniret damnandus in pœna pecuniaria, ibid.

20 *Testis deponens non verum cum modico interesse partis, an incidat in casum reservatum, & sit mortale peccatum.*

Iuramentum cum mendacio etiam officioso, est mortale peccatum, ibid.

Casus reservatus ab Episcopo, intelligitur de peccato mortali, non de veniali, ibid.

21 *Testimonium falsum, quod non prajudicavit, nec prajudicare potuit, an sit casus reservatus.*

Falsitas, qua non est nociva, nec apta nocere an puniatur, ibid.

22 *Testis, qui juravit, sed ex negligentia Scribæ, vel Actuarii non est scriptum ejus juramentum esse præstitum, an puniatur pœna falsi ordinaria.*

Quid si juravit, sed juramentum fuit nullum, & nonso omnino, ibid.

Quid si testis est talis, ut ei sine juramento credatur, ibidem.

Quid si juramentum fuit à partibus remissum, ibidem.

23 *Testimonio, & attestatione unius* Cardinalis, *vel* Papæ, *vel alterius* Principis, *an, & quando plena credendum remissive.*

24 *Perjurium quid sit.*

Perjurium quoad Deum est gravius homicidio, sed quoad homines, est gravius homicidium illo, ibid.

25 *Perjurus non admittitur amplius ad testificandum, & num. 27.*

26 *Statuto si caveatur, ut stetur juramento damnum passi in causa damni dati, si fuerit perjurus, nulla fides ejus juramento adhibetur.*

27 *Perjurus prohibetur ampliùs testificare, agere, & accusare, ad ordines suscipere, & beneficia Ecclesiastica obtinere, & nu. 28.*

Testimonium, accusatio, & ordo, pari passu ambulant, & qui non admittitur ad unum, nec admittitur ad alium, ibid.

Clericus perjurus est deponendus ab ordine, & beneficio, ibid. & nu. 28.

28 *Perjurus est infamis, & inhabilis ad beneficia obtinenda, & in beneficiis per prius obtentis est privandus, & num. 27.*

29 *Declaratio circa usum est facienda ab unoquoque ex litigantibus ...., ut, si v.g. sint tres Actores, unusquisque tenetur illam facere, & adducitur decisio.*

Dom. Regens Don Didacus Bernardus Zufia *Præses S. C. laudatur.*

DE testibus falsum deponentibus agitur in hac decisione, ideò primo observandum est, quod falsum dicitur id, à quo removentur verba, & mens contrahentium, *Bald. in l. si ex cautione, numer. 1. C. de non numer. pec.* & propterea in qualibet scriptura, duo copulativè requiruntur, scilicèt verba, quibus scriptura est composita, & mens contrahentium, seù scribentium, & ideò, ut aliquid dicatur falsum, deficere debent, & mens, & verba, nec sufficit, ut unum tantùm ex istis deficiat, nempè, aut verba, aut mens, sed requiritur, ut utrumque deficiat. Undè si removetur mens tantùm, dicitur simulata, non falsa, & si removentur verba, & non mens, tunc non est simulata, nec falsa, quia substantiatur in radice veritatis, cum ejus subjectum sit ipsa veritas, & nihil obstat narrandi diversitas, ubi eadem dicuntur, *capit. nihil obstat de verbor. signif. D. Revert. super Prag. in rubr. de falsis*, cum *Evangelistæ* diversimodè narrent eadem de gestis à Christo Domino.

Secundò observandum quod eo ipso, quod quis declarat nolle uti scriptura à se producta, scriptura illa pro falsa habetur, ad text. *in l. 3. C. de fide instrum. Bart. in l. si falsos num. 2. C. ad l. Corn. de falsis, D. Revis. in pragm. 1. nu. 10. de falsis.*

Tertio observa, quod cum per *Pragm. 1. de fals.* in hoc Regno sit imposita pœna amissionis causæ producenti testes falsos, vel aliam scripturam, vel eis utentibus, & per *Pragm. 4. ead. tit.* sit imposita pœna ultimi supplicii consulenti, & instruenti falsitatem, an per hanc *pragm. 4.* sit sublata illa pœna amissionis causæ imposita per *d. pragm. 1.* & *Caravit. in eadem pragm. 4. quæst. 15. numer. 160.* tenet sublatam esse, sed *D. Revert. super eadem pragm. 4. numer. 2.* tenet, quod quando ipsemet principalis producens testes, instruxit falsitatem, tùnc veram esse opinionem *Caravit.* ut sublata censeatur illa pœna minor amissionis causæ per hanc graviorem ultimi supplicii; sed quando principalis non instruxit falsitatem, sed simpliciter produxit testes falsos, quorum usui non renunciavit, secus erit, scilicet esse sublatam illam pœnam amissionis causæ.

Quartò observandum, quod testis falsum deponentes lædit Deum, scilicèt Judicem, & partem, primum Deo, cujus præsentiam contemnit, inde Judici, quem mentiendo fallit, postremò Innocenti, quem falsò testimonio lædit, & uterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat, *capit. 1. de crim. fals.* & quia tres lædit triplex ei pœna debetur, ut notat *gl. ibi. verbo lædit*, ità etiam *D. Bartholom. Gypius*, qui fuit primùm Episcopus Bellicastren. postea Vulturarien. *de casibus reservat. cap. 13. nu. 21.*

Ad puniendam autem falsitatem in teste tria requiri, ait eadem *D. Revert. in d. Pragm. 4. numer. 4.* ex *Io: Bolla cons. 15.* dolus, scilicet, commodum, & mutatio veritatis, sed meliùs idem *D. Episc. Gypius loc. cit. nu. 22.* tenet etiam tria requiri, dolum, scilicèt, damnum, sivè interesse partis, & mutatio veritatis, & ista tria etiam requiri in principali, ait ex *Barrell. cons. 66.* idem *D. Revert. ibid.*

Quintò observandum est, quòd juramentum, ut rectè fiat tres comites habere debet, nempè judicium, justitiam, & veritatem, alias esset perjurium *Sylu. in verbo juramentum 2. numer. 5.* & *in verbo perjurium numer. 1.* & habetur *Ierem. 4. vers. 2. Iurabis, vivit Dominus, in veritate, & in judicio, & in justitia*, quæ quidem tria requisita, ut licitum sit juramentum, explicantur ab eodem *Sylu. ibid.* & à *Bonac. tom. 2. disp. 4. q. 1. puncto 2. nu. 4. cum seqq.*

Sextò observandum, quod testis falsum deponens coram aliquo non suo Judice, efficitur de foro, & subditus illius Judicis, cujus aures fuerunt offensæ, ità ut ab eo puniri potest pro dicta falsa depositione coram ipso facta, *l. nullum, C. de testibus*, quod limitatur in

in Clerico falsum deponente coram Judice sæculari, *asst. ... decis.* 30. *num.* 3. & 4. & *D. Rice decis.* 81. *in fine*, dicit per Curiam Archiepiscopalem Neap. fuisse decisum ... modo Clericum puniri debere, qui coram Judice sæculari falsum deposuit. Sed quid è contrà, si laicus falsum deposuit coram Iudice Ecclesiastico, an puniri possit ab eodem Iudice Ecclesiastico, cujus ... offensæ, ex dispositione *d. l. nullum*, vide *D. ... in pract. Archiep. cap.* 8. *in ult. edit. in ant. num.* 8. & *in 2. edit. cap.* 7. *eod. numer.* 8. & iterum *cap.* 10. *à numer.* 3. *usque ad* 6. *in* 1. & *ult. edit.* & *in* 2. *edit. ... cap.* 9. & *Afflict. decis.* 219. qui dicit dari etiam præventionem, ut scilicèt quando Iudex laicus præveniat, & puniat laicum, qui deposuit falsum coram Iudice Ecclesiastico, sed quod etiam Curia Ecclesiastica, potest inquirere, & punire de dicta falsitate, quia per pœnam falsi impositam per Iudicem laicum non tollitur pœna imponenda per Ecclesiasticum, & *Vrsill. ibi. numer.* 1. dicit, quod uterque Iudex cognoscit ad diversas tamen pœnas imponendas, ea ratione, quia
9 perjurium est crimen commune, *Guid. Pap. decis.* 178. & crimen mixtum, ut ait ibi *Ranchin. in annot. in fine*, ex *Abb. in capit. cum sit generale de foro compet.*

10 Observandum est septimò, quod Procurator habens generale mandatum producens falsos testes, vel si det positiones falsas, ad hoc, ut principalis teneatur de falso, vel actione injuriarum, cautela est, ut interrogetur principalis, an ratum habeat, quod gessit Procurator, & an velit insistere, in illis, & si responderit, quod sic, tenebitur ipse, non Procurator, si verò responderit, quod non, tunc tenebitur Procurator, quia in generali mandato, non venit licentia talia committendi, ita *Capic. decis.* 167 *numer.* 2. ubi ita practicari ubique testatur, prout etiam testatur *Pisanell. in apostill.* quam habeo ejus manu in *d. decis.* Undè si Procurator producat falsos testes, principali suo absente, & nesciente, non debet ipse principalis puniri pœna amissionis causæ imposita per *Pragm.* 1. *de fals* & ità decisum refert idem *Capic. in dict. decis. in fine.*

11 Ex dictis suprà *numer.* 4. & 5. observandum est octavò, quod si Episcopus reservet sibi hunc casum, *Omnes, qui scienter in judicio malitiosè deposuerint contrà innocentem in causa criminali, vel civili in grave damnum alterius*, an si plures testes, v. g. quatuor fuerunt examinati, & omnes deposuerunt falsum, an quartus testis in ordine examinatus, incidat in casum reservatum, quia jàm per tres testes prius examinatos erat convictus debitor, sivè reus, & an teneatur ad restitutionem, & *Dian. part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 105. cum *Pitigiano in ... l. crimin. can. de testibus, capit.* 6. *fol.* 193. tenet non teneri ad restitutionem, quia ejus testimonium accedens aliis tribus, nihil efficit, quamvis peccaverit mortaliter, non tamen est causa efficax damni, quod ex prioribus testimoniis jàm censetur illatum, & non incidere in casum reservatum, & proindè absolvi posse à quocunque Confessario, tenet *Ioseph. de Ianuar.* qui alios citat *tom.* , *resol. mor. de cas. reservat. resol.* 48.

12 Item, qui dolosè in judicio falsum deposuit contra aliquem, si sua depositio nullum parti affert detrimentum, quia pars ob id testimonium, non amisit causam, peccavit siquidem mortaliter, sed non incidit in casum reservatum, ità ex *Graff. de casibus reseru. lib* 1. *capit.* 17. *numer.* 28. *vers. decimo, qui dolosè*, tenet idem *de Ianuar. loc. cit. resol.* 49.

13 Item, testis qui coram Iudice juravit dicere veritatem, si illam posteà in ejus depositione tacuit, quia negavit scitè, quod verè sciebat in grave damnum proximi licet perjurium commiserit, ut suprà *numer.* 4 & mortaliter peccaverit, & ad restitutionem teneatur, tamen non incidisse in talem casum reservatum, & ideò à quocumque Confessario inferiori absolvi posse, tenet idem *de Ianuar. ubi supra resol.* 52. ea ratione quia casus reservatus loquitur de depositione, & sic de eo, qui depositionem facit in grave damnum tertii, & sic de juramento assertorio non de promissione facta cum juramento promissorio, & falsitas in casu proposito fuit falsitas promissoria, quia promisit Iudici dicere veritatem, ità de *Ianuario*, cui si tu lector velis adhærere, tibi remitto; sed quid si testis falsum deponat in grave damnum tertii, vel contrà innocentem, tamen non juravit, quia Scribam, vel Actuarium subornavit nè sibi juramentum præstarent, sed suas depositiones sine juramento reciperent, an incidat in casum reservatum, & idem *de Ianuar. d. tom.* 1. *resol.* 33. tenet negativè, licet peccet talis testis mortaliter, & ad restitutionem teneatur, & citat pro se *Graff. de casibus reseru. lib.* 1. *capit.* 17. *à numer.* 25. ea ratione quia juramentum est de forma testimonii, & quamvis talis testis non juratus possit puniri à Iudice, cujus majestatem læsit, & aures offendit, per *l. nullum*, *C. de testibus*,
15 tamen non pœna falsi, sed pœna criminis stellionatus, ex *Vrsill. ad Afflict. decis.* 366. *num.* 5. sed *D. Cyprius d. capit.* 13. *numer.* 25. *vers. ex quibus infert*; tenet contrarium, nempè testem ex solo defectu juramenti non excusari à falso, & consequenter à dicto casu reservato, ex doctrina *Bart. in l. si quis legatum numer.* 4. *ff. ad l. Corn. de fals.* quia juramentum non est de forma, & de substantia ipsius attestationis, & testimonii, & juramentum non est introductum in favorem Iudicis, sed partium, ergo testes dicentes falsum testimonium licèt non jurati, offendunt etiam aures Judicis, & quod dicta opinio *Bartol.* sit communis, ex *Iul. Clar. in* §. *falsum, vers. tu scis, quod dictum testis, numer.* 16. sed *Caravit. in dict. pragm.* 4. *de fals. numer.* 38. *in fine*, dicit puniendum pœna extraordinaria, & ità intelligendum esse *d. Clarum*, & sequitur *Bajard. ibi numer.* 68. & videtur tenere *Magon. decis. Lucen.* 43. *numer.* 19. & *Farinac. de testibus quæst.* 67. §. 5. *numer.* 194. & 196. qui pleno calamo *DD.* cumulat tàm pro una opinione, scilicet testem deponentem falsum sine juramento non puniri pœna falsi, quam tenet *Bald. in l.* 2. *numer.* 3. *C. de sepulc. viol.* & alii sequaces, quam pro alia opinione, quod puniatur pœna falsi, etiam, quod sine juramento deposuerit, quam tenet *Bart. loc. supra cit.* & alii ipsius sequaces; Tandem *numer.* 297. ità distinguit concordando dictas opiniones, quod opinio *Bald.* & sequacium, procedit quoad pœnam falsi ordinariam non puniri, opinionem verò *Bart.* & aliorum procedere quoad extraordinariam, & sic testis, qui falsum deponit non juratus punitur non pœna falsi ordinaria, sed extraordinaria Judicis arbitrio, ut per eundem *Bald. in l. jusjurandi in fine*, *C. de testibus* & in *d. l.* 1. *num.* 6. *C. de sepul. viol.*

16 Sed advertendum est, quod in casu nostro supra reservato ab Episcopo, non dicitur falsum testimonium *perhibentes*, sed *deponentes*, nam testimonium perhibere licet quandoque possit se habere ad depositionem cum juramento, ut patet ex *capit. cæterum de testibus cogend.* tamen, ut plurimum refertur ad eam depositionem, quæ verbo tantùm fit, & juramento non firmatur, ut patet *Ioan. cap.* 19. *vers.* 35. ibi: *Qui vidit testimonium perhibuit*, & ejusdem *Ioann. cap.* 8. *vers.* 13. & 14. *tu de teipso testimonium perhibes*, & *vers.* 18. *Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater*, ut in *capit. in omni de testibus*, & *D. Paul. ad Rom. capit.* 10. *in princ.* ibi: *Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent*, & habetur 15. *quæst.* 1. *in princ.* Deponere autem, cum juramento intelligitur *l. comparationes in princ.* juncta ibi *gl. in verbo deponentibus*, idest jurantibus, *C. de fide instrum.* & *l. jusjurandi in princ. C. de test.* ibi: *Iusjurandi religione testes prius, quam perhibeant testimonium arctari præcipimus*, ita *Carav. loc. cit. numer.* 34. *vers. septimo nota*, qui id explicat pro

d. pragm. 4. de falf. ubi dicitur, ut quicumque in criminalibus causis offendant, vel defendant reos falsum testimonium perhibeant, deponantque; ideò dicit ipse *Caravit.* quod ut testis falsus puniatur pœna mortis statuta in *d. pragm.* requiritur, ut sit juratus, quia si testimonium falsum perhibeat, sed non deponat, idest juret, non punitur pœna falsi, quæ doctrina valdè notabilis est

18 Sed quid, si testis falsus non juravit, quia subornavit, ut supra Scribam, vel Actuarium, sed in examine appareret jurasse, ut putà, quia dicitur in principio examinis, *Testis juratus, seu delato juramento*, &c. vel *Qui medio suo juramento ad interrogationes sibi factas ita respondit*, &c. & DD. supra relati, de hoc nihil dicunt, & propterea ego dicerem in foro exteriori judiciali puniendum pœna falsi, dum ex actis, & examine apparet sibi juramentum delatum fuisse, sed si in examine expressè apparet non jurasse, quia dicitur ibi, testis examinatus non juratus, vel cui non fuit delatum juramentum, & tunc an inciderit in casum reservatum in foro conscientiæ, secundum opinionem affirmativam *D. Gypsii*, vel secundum opinionem negativam *Ioseph de Iannar.* supra relatas crederem non incidere, salvo meliori judicio, sed in casu reservato, illato per *D. Gypsium*, dicitur, falsum testimonium in judicio *Ferentes* & non dicit, *Deponentes*, & tunc in dicto casu putarem sequendam esse opinionem affirmativam ipsius, at in casu *Ioseph de Iannar.* dicitur; *Deposuerint*, quod secundùm *Caran.* supra cit. & *glos. in d. l. comparationes*, intelligitur *iuraverint*, & sic possent conciliari dictæ duæ opiniones contrariæ eo magis, quia in materia reservationis casuum stricta intelligentia fieri debet, secundùm *Navar. in sum. verbo falsum num. 2. vers. & attenta.* Tu verò cogita.

19 Notandum est etiam testem in causa criminali deponentem non verum, propter quam depositionem Reus liberatus à pœna, non incidere in casum reservatum, secus tamen esset si liberaretur etiam ab interesse, & damno, quod proximo intulit, ut quia filios occisi, vel membris debilitati alere teneretur, vel hujusmodi; ac etiam secus esset, si falsum deposuit pro fisco, ità ut innocens veniret damnandus in pœna pecuniaria, vel corporali, quia in talibus casibus benè essent illa tria requisita supra *numer.* 5. & ideo incideret in casum reservatum *D. Gyps. ubi supra numer. 27. vers. accamus ergo fol. mihi* 361. qui *ibid. vers. ex his*, dicit, deponentem non verum cum modico interesse partis, excusando delinquentem à pœna modica, & si mortaliter

20 peccet, quia semper pejeraret cum mendacio quantumcumque officioso, est mortale; Deus enim, qui est veritas infallibilis in testimonium mendacii adducitur, quod esse non debet; tamen non incidere in casum reservatum, quia dum dicitur ad falsitatem requiri interesse, & damnum partis, intelligitur interesse considerabile, saltim tale, quod ad peccatum mortale satis sit, super eo enim fundatur reservatio, & ponit exemplum, si sit imposita pœna universitati, scilicet carolenorum duorum hujus Regni transeuntibus cum equo per loca propria, si testis, qui vidit transeuntem, dicat se non vidisse, non incidet in casum, quia interesse modicum, vel nullum est; idem dicit *numer.* 25. de teste, cujus testimonium non modo, non præjudicavit, sed nullo pacto potuit præjudicare, quamvis falsum, & dolosè dixerit, quod non incidat in dictum casum reservatum, quia falsitas non punitur quando non est nociva, vel apta nocere *Verall. decis. part. 2. Farinac. d. quæst. 67. nu. 190.*

Sed observa ad id, quod dixi supra *numer. 14. & 15.* ex *Farinac. de testibus, quæst. 67. numer.* 197. quod testis, qui non juravit, & falsum dixit, non punitur pœna falsi ordinaria, sed stellionatus, vel extraordina-

22 ria, quod fallit quando testis juravit, sed ex negligentia Scribæ, vel Actuarii, seù Notarii omisit scribere juramentum præstitum, quia tunc punitur pœna falsi ordinaria, si falsum deposuit. Item fallit si testis juravit, sed juramentum fuit nullum, & non solemniter præstitum. Item quando testis est talis, ut ei sine juramento credatur. Item quando à partibus fuit remissum juramentum, quia tunc pariter punitur de falso, si falsum dixit, ità idem *Farinac. ibid. nu.* 1, 9. *cum seqq.* qui de hac materia latissimè tractat in tota *d. quæst.* 67. ideo illum observabis diligenter.

23 Sed an, & quando testimonio, & attestationi unius Cardinalis, vel Papæ, vel alterius Principis plenè credendum sit, vide per eundem *Farinac. in d. tract. de testibus quæst. 63. cap. 2. & cap. 3. per tot.* ubi pulchrè, & luculenter.

24 Et cum loquuti simus de perjurio, notandum est, quod perjurium est mendacium juramento firmatum, *Sylu. verbo perjurium numer.* 1. & pessimum est perjurium, & quoad Deum graviùs homicidio, sed quoad homines graviùs est homicidium perjurio, eo quod illis majus damnum, & nocumentum infert, & perjurii pœna varia est secundum varietatem gentium, & nationum, *D. Episcop. Campanil. in divers. Iur. can. rubr. 11. capit. 19. numer. 1. 2. & 4.* qui *numer.* 5 ait, per-

25 jurum ampliùs testimonium dicere sibi prohibitum esse, ità, ut non admittatur ampliùs ad testificandum, quia perdidit omnem facultatem probandi per juramentum ex communi sententia DD. proptereà si statuto caveatur, ut damnum passo stetur ejus juramento in causa damni dati, si fuerit perjurus, nulla fides adhibeatur ejus juramento; immo, & ab agendo repellitur perjurus, ex communi sententia, ut ait idem *ibidem num.* 7.

27 Perjurus iisdem non solum prohibetur ampliùs testimonium dicere, & agere, vel accusare, ut supra, sed etiam ordines suscipere, & Clericus perjurus ab ordine, ac beneficio venit deponendus, quia testimonium, accusatio, & ordo pari passu ambulant, & cui aliud illorum interdictum est, & reliqua eidem interdicta censentur, & quicumque non admittitur ad unum, nec ad reliquum, *gl. singularis in can. ipsi Apostoli 2. qu. 7. in verbo nec ipsi*, & ob non servatam fidem, perjurus est

28 infamis, *gl. in capit. querelam, in verbo perjurii irretitis, de jur. jur. can. infames 6. quæst.* 1. & ideo inhabilis ad beneficia Ecclesiastica obtinenda, idem *Campanil. ibid. numer. 10. 11. & 12.* sed in beneficiis obtentis per prius non est privatus, sed privandus, ut supra, *Iul. Clar. in §. perjurium numer.* 4. Dummodo sit perjurium judiciale, ut idem *D. Campanil. ibid. numer. 14. & D. Squillant. qui fuit Episcopus Teani de priu. Cler. cap. 4. nu. 210. & 211.*

29 Tandem ad *numer. 40. hujus decis.* observandum est, quod declaratio circa usum est facienda ab omnibus, & singulis ex litigantibus. Undè cum in causa Ducissæ Termularum cum creditoribus supra nullitate contractuum factorum per Ducem tùnc filium familias, fuisset facta dicta declaratio tantùm à Principe Coliis, & à Marchione Circelli, non tamen à Francisco de Summa eorum fratre, decreto D. tùnc Regii Consiliarii D. Didaci Bernardi Zufiæ, nùnc Regentis Regiam Cancellariam, ac Præsidis S. C. dignissimi, ac oculatissimi, sub die 2. Martii 1633. fuit provisum, *Quòd procedatur ad expeditionem causæ pro duabus partibus spectantibus dictis Principi, & Marchioni, salva provisione facienda respectu alterius portionis dicti Francisci*, f. 150. àt. in banca de Felice. Fuitque confirmatum per S. C. junctis Aulis, ad relationem D. Consiliarii, Savili die 16. Aprilis 1633. fol. 154. Qui Franciscus posteà fecit dictam declarationem circa usum sub die 14. Novembris ejusdem anni, fol. 212. vol. 3.

Michael Angelus Gizzius.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Fiscus tanquam tertius veniens ad causam, an, & quando possit appellare, vel dicere de nullitate, aut petere recursum. Clericatus quomodo sit probandus, & in quibus casibus Clericus privilegio fori non gaudeat.

SUMMARIUM.

1 *Tertius, qui venit ad causam, ante omnia debet probare interesse, quod habet.*
2 *Fiscus in Regno non appellat.*
3 *Appellatione prohibita, non est prohibitus recursus.*
4 *Recursus infra quod tempus est petendus.*
5 *Tertius veniens ad causam, sufficit, quod quale quale interesse habeat, licet non sit interesse principale.*
6 *Sententia lata super statu personæ, parit præjudicium in omnibus.*
7 *Decem dies statuti ad appellandum ad hoc ut currant, non sufficit qualibet scientia, sed requiritur specifica per actum notificationis.*
8 *Fisco non est prohibitum appellare in casu remissionis ad Iudicem Ecclesiasticum, quia in eo non proceditur criminaliter, sed civiliter.*
9 *Tertius veniens ad causam an, & quando possit appellare, referuntur duæ opiniones, & nu. seq.*
11 *Appellatione prohibita, non est prohibitum dicere de nullitate.*
12 *Clericus coram quo Iudice sit conveniendus si oriatur aliqua controversia super sententia à Iudice laico prolata, quæ jam sit executa.*
13 *Sententia lata per Iudicem laicum ad beneficium Clerici, illaque executa, si incidat novum judicium, debet actor sequi forum rei: secus vero quando idem contradictor appellat, vel de nullitate dicit, quia tunc coram Iudice ad quem spectat appellatio, vel declarare decretum nullum, nu. seq. & 15.*
16 *Clericus in possessionem missus, salvo jure tertii, an pro revocatione possit conveniri coram Iudice sæculari, à quo habuit tenutam, & an opinio* Reg. Rovit. in dec. *44. sit communis.*
17 *Nullitas proposita, executa sententia, an sit terminanda data termino. Intellige ut nu. 46.*
18 *Sententia dicitur executa, facta traditione actorum Iudici Ecclesiastico.*
19 *Nullitas proposita post executionem sententiæ, censetur principaliter intentata, & requiritur libellus, & litis contestatio.*
20 *Attentatum dicitur nedum quando sententia exequitur appellatione pendente, sed etiam quando pendet terminus à jure datus ad appellandum.*
21 *Collusio, & simulatio ex conjecturis probantur.*
22 *Collusio probatur, quando pars non se defendit, nec facit solitas diligentias.*
23 *Clericatus quomodo probetur, & an in Bulla requiratur subscriptio ejusdem Episcopi ordinantis, & quod sit ejus sigillo munita.*
24 *Clericatus potest probari per testes, qui deponant, interfuisse ordinationi, seu collationi ordinis, quando est probatum, quod Bulla est deperdita.*
25 *Forma Bullæ primæ tonsuræ traditur, remissive.*
26 *Bulla probant Clericatum, non autem literæ testimoniales.*
27 *Clericatus ex dispositione* Rit. Mag. Cur. Vic. *non probatur, nisi ex publicis documentis.*
28 *Clericatum allegans, privilegium clericale allegare censetur, quod non potest probari, nisi per scripturam quæ est Bulla ipsa ordinationis, ab Episcopo ipso ordinante subscripta.*
29 Ritus Mag. Cur. Vic. 235. *est in viridi observantia.*
30 *Clericatus non probatur ex assertione facta à Summo Pontifice in literis collationis beneficii, nisi aliunde constet.*
31 *Qualitas, quæ jurisdictionem fundat, plene est probanda.*
32 *Beneficii impetratio antequam quis ordinetur, non facit eum Clericum, sed ipsa ordinatio, & ideo non prodest.*
33 *Beneficium non cadit in laicum, quia non est capax juris spiritualis.*
34 *Clericatus ante omnia est probandus ab eo, qui in fori declinatoria tanquam Clericus obtinere prætendit.*
35 *Clericus & si beneficiatus si in habitu, & tonsura non incedit, fori privilegio gaudere non debet: immo ipso facto absque monitione, nec aliqua citatione, nec Iudicis decreto, eius ministerio privilegio fori privatur, nu. seq.*
37 Bulla Sixti V. de anno 1589. *circa fori privilegium quod beneficiatos, habitum, & tonsuram an sit in viridi observantia.*
38 *Sententia declaratoria an requiratur in Clerico, ad hoc ut à fori privilegio excludatur, ubi refertur* decisio Reg. Sanfelic. 210. volum. 2. *in qua se contradicit ab aliis quæ realiter fuerunt pondera in dicta* decisione.
39 *Clericus, sive in sacris, sive in minoribus constitutus, si dimisso habitu clericali aliquod delictum commisit, fori privilegio non gaudet, & potest à Iudice laico puniri, ut ibid.*
40 *Clericus dimisso habitu clericali, præsumitur noluisse esse clericum, illique renunciasse, & proinde uti laicus reputari debet.*
41 *Clericus, qui negotia mercantilia exercet, privilegio fori minime gaudere debet, & proinde potest coram Iudice laico conveniri.*
42 *Clericus, qui laicorum negotiis, commerciis, & similibus se immiscuit, quæ ab ordine, vita, & honestate clericorum abhorrent, non debet privilegio fori gaudere, & nedum conveniri potest coram Iudice laico, sed in carcerem detrudi laicalem, nu. seq.*
Amplia, ut nu. 44.
45 *Sententia per collusionem obtenta est ipso jure nulla.*
46 *Nullitates ex ipsa chartarum revolutione apparentes, ex eisdem actis veniunt discutiendæ absque termino.*

DECISIO CLXXIII.

ORta controversia inter Joannem Thom. Iureata cum Antonio Maresca ex causa emptionis novæ impositionis extractionis olei, emptæ per dictum Iureatam, in qua emptione participabat dictus Maresca pro ducat. 200. mil. ex qua differentia civili orta etiam fuit quædam causa criminalis. Prædictus enim Joannes Thomas ad evitandum forum seculare procuravit, ut conveniretur in Magna Curia Vicariæ causarum civilium à D. Jacobo Antoglietto ad illi solvendum ducat. 500. quo judicio moto, statim petiit remitti ad Curiam Nunciaturæ, & illico dato termino infra tres dies fuit compilatus processus, & prolatum decretum remissionis juxta petita. Quod cum pervenisset ad aures Regii Fisci Patroni, supposito, in hoc decreto fuisse læsum, porrexit supplicationem Spectabili Præsidi Sac. Cons. & dicendo de nullitate dicti decreti, ab eoque appellando petiit, causam appellationis committi in dicto Sac. Consilio, prout fuit commissa Regio Consiliario D. Annibali Moles, & ad instantiam ejusdem Regii Fisci, quia negotium erat exemplare, fuit ordinatum per S. R. quod causa votaretur in Collaterali Consilio.

In quo de pluribus fuit dubitatũ. Et primò, an potuerit

Regius Fiscus appellare, & de nullitate dicere, ex quo causa erat tractata inter partes in M. C. V. in civilibus, & tempora non largiebantur. Dicebatur enim pro parte Jo. Thomæ, Regium Fiscum non esse audiendum, quia in illo judicio civili intentato in M. C. 1 V. à prædicto de Antogiletto nullum habebat interesse, quod ante omnia tertius, qui venit ad causam debet probare, *capit. veniens. l. 2. ext. de testib.* & quod 2 quatenus aliquod haberet interesse, in Regno non appellat, ut habetur ex *Rit. M. C. V.* 258. & 261. ubi etiam *Caran. & Treys. in Rit.* 41. *nu.* 16. *Gram. dec.* 4. & alii per me citati in *dec.* 165. *num.* 13. & licet ei com- 3 peteret recursus, nam appellatione prohibita non est prohibitus recursus, *Gratian. decis.* 51. *Rit. Mareb. Ca-* 4 *ravit. d. rit.* 258. & est *tex. in c. licet, in fi. de elect.* tamen debebat peti à Fisco infra decem dies, prout appellatio, *Reg. Revit. decis.* 14. *Ricc. collect. decis.* 3517. qui cum sint elapsi, amplius non erit audiendus.

Quibus replicabatur pro parte Regii Fisci, quod satis constabat de ejus interesse, & quia ejus intererat, declarari dictum Jo. Thomam non esse Clericum, nedum ratione Regiæ jurisdictionis, sed etiam, quia multa fuerunt cum eo per Regium Fiscum contracta, & negotiata; & proinde multum etiam ejus intererat invenire illum laicum, & non clericum: & quod vige- 5 bat adhuc contra eum quædam causa criminalis, nondum sopita, & ideo habebat interesse, nedum quale quale, quod sufficiebat, ut post alios dixit *Revit. decis.* 1. *numer* 37. *cum seq.* sed etiam interesse principalem, nam sententia lata super statu personæ, parit præjudicium in omnibus, *l. ingenium*, ubi *Albor. & DD. ff. de stat.* 6 *hom.* tanto magis, quia remissionis petitio fuit collusiva: nec erat in consideratione, quod erant transacti decem dies, quia Fiscus appellavit, quando habuit scientiam, immo secundum *Bal. Salyc.* & alios, quos cita- 7 vi *d. decis.* 165. *numer.* 7. non sufficit quælibet scientia, sed requiritur notificatio, nec in hoc casu remis- 8 sionis ad Judicem Ecclesiasticum est prohibitum Fisco appellare, quia non proceditur in eo criminaliter, sed civiliter, ut *ibidem* notavi *nn.* 43. & 44.

Dicebatur insuper, quod in hoc articulo, quando possit tertius pro suo interesse appellare, *Reg. Revit.* in 9 *d. dec.* 3. sub *numer.* 26. duas refert opiniones, prima fuit *Felin. in cap. cum super. in fine. de re jud.* quem secutus fuit *Vrsill. ad d. Afflict.* 13. & *Cephal. cons.* 106. *volum.* 1. qui indefinite admittunt tertium venientem ad causam pro suo interesse ad appellandum, etiam 10 postquam sententia fecit transitum, in rem judicatam, secunda fuit opinio *Angeli Perus. in l. ab executore, §. alio, numer.* 5. *ff. de appellat.* & eum sequuti fuerunt *DD.* allegati per *Revit. loco* citato, qui tenuerunt, appellationem esse interponendam infra decem dies à die scientiæ, quæ opinio fundatur ex *tex. in d. l. ab executore, §. alio, Surd. cons.* 27. & alii per *Scacc. de appellat. quæst.* 5. *nu.* 7. & sic secundum utramque opinionem ad- 11 mittenda est in hoc casu appellatio per eum interposita, eo magis, quia nedum appellavit, sed dixit de nullitate, *Roginell. de appellat. §.* 12. *cap.* 3. *num.* 14. & *capit.* 4. *numer.* 3. *Mastrill. dec.* 138. *num.* 28. *Zuccard. cons.* 37. *num.* 25.

Secundò fuit dubitatum, si postquam sententia remissionis causæ erat jam executa, quia fuerunt acta transmissa ad Curiam Nunciaturæ, si poterat Fiscus à 12 dicta sententia appellare, vel dicere de nullitate. Dubium faciebat, quia sententia per Judicem laicum prolata, jam executa, si aliqua super eadem re oritur controversia, non coram Judice laico, sed coram Judice Ecclesiastico Clericus est conveniendus, ut habetur per *Zuccard. in l. final. C. de edict. Div. Hadrian. tollend. numer.* 397. *Menoch. de adipisc. possess. remed.* 4. *num.* 476. *Carol. de Graff. de effect. Clericat. effect.* 1. *nu.* 784. & alios, quos refert *Revit. in dec.* 44. ubi pro hac opinione decisum refert per S. C.

Verum considerabatur pro parte Regii Fisci, quod 13 *Doctor.* præallegati loquuntur in eo casu, quando fuit lata sententia per Judicem laicum ad beneficium Clerici, illaque exequuta, si incidat novum judicium, debet actor sequi forum rei, & ideo cum reus sit Clericus, debet coram suo Judice conveniri, & sic in illo casu, in quo non datur appellatio, prout loquitur *Marta*, qui late hanc opinionem defendit in *tract. de jurisd. part.* 4. *centur.* 2. *cas.* 159. per *totum*, & præcipue *numer.* 17. & sic etiam loquitur *Reg. Revit. in d. dec.* 44. *num.* 4. ubi casus erat, quod post adjudicationem factam Clerico, creditores, qui superveniebant, 14 illum conveniebant tanquam simplicem possessorem, secus vero quando idem contradictor appellat, vel de nullitate dicit de decreto lato ad beneficium ipsius Clerici, tunc enim coram Judice ad quem spectat appellatio, vel declarare decretum nullum, & sic Judex à quo, vel ad quem, ut dixit *Vant. in tract. de nullitate. coram quo possit, & debeat nullitas proponi*, quod expresse tenet idem *Reg. Revit. in loco* supra citato, ibi, *motum fuit Sac. Consil. quia D. Matthæus post sibi adjudicatam domum remansit liber possessor illius, nec ullam controversiam passus fuit adversus adjudicationem factam, quæ possit infringere decretum adjudicationis; aut per viam reclamationis, aut per viam nullitatis, quæ duo remedia solum reddunt Judicem laicum competentem, etiam respectu Clerici ad cognoscendum de ju-* 15 *stitia, & validitate decreti à se ipso interpositi*, & sic in casu, quo tractatur de infringendo decreto prædicto, adeundus est Judex laicus, quod quidem in dubium revocari non potest, prout ex pluribus dictam sententiam confirmat *Reg. Consil. Carleval. lib.* 1. *de foro compet. tit.* 1. *disputat.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 3. *num.* 947. 16 cum pluribus *seqq. Octav. Carace. de ser. privil. remiss. quæst.* 18. licet enim in illo casu, quando non tractatur de infringendo decreto immissionis opinio relata per *Revit.* non sit communis, siquidem *Peregr. de fideicommiss. art.* 48. *numer.* 62. eadem ratione, quod judicium non est finitum, quia aliquid fuit reservatum, contrarium tenuit, & licet *Reg. Revit. & Marta in locis citatis*, & *Gratian. discept. forens. capit.* 238. *num.* 44. *Peregrin.* reprobent, attamen dictam opinionem late comprobat *Consil. Carleval. loco* supra citato, *Carol. de Graff. de effect. clericat. effect.* 1. *nn.* 947. *Christophor. Paz de tenut. cap.* 64. *num.* 13. *Mut. ad Rit. Sicil.* 112. *fol.* 208. *par.* 4. *Octav. Carace. d. quæst.* 18. *numer.* 38. *Ansald. de jurisd. par.* 3. *tit. unic. cap.* 26. *num.* 28. *cum seqq. Reg. Sanfelic. dec.* 2. sub *numer.* 17. *cum seqq.* ubi duas refert S. C. decisiones, unam in anno 1608 in causa Pauli Luciani cum Oeconomis S. Antonii, aliam vero junctis aulis in causa Juliæ de Axia cum illis de Baucio, quibus addo aliam decisionem Sac. C. junctis aulis in causa Albentii Monacolli cum Venerabili Monasterio Reginæ Cæli, de qua mentionem facit *Hodiern. ad Surd. dec.* 26.

17 Dicebatur etiam pro parte dictæ Inureæ, quod quatenus in hoc judicio remissionis ad Curiam Nunciaturæ esset procedendum in S. C. per viam appellationis à decreto prædicto Mag. Cur. vel per viam nullitatis, quia decretum erat jam exequutum & transmissa fuerant etiam acta ad dictam Curiam Nunciaturæ, quod erat dandus terminus in causa, licet tractaretur per viam nullitatis, per ea, quæ discurrit *Ann. alleg.* 22. in causa Ill. Marchionis Vallis cum D. Eleonora Sanseverina, ubi sic decisum refert per S. C. in anno 18 1562. *Reg. Revit. in pragm.* 5. *de offic. S. C. numer.* 25. & exequuta dicitur sententia facta traditione actorum Judici Ecclesiastico, *Grat. discept. forens. capit.* 703. 19 *num.* 46 nam quando post executionem sententiarum dicitur de nullitate, censetur nullitas principaliter intentata, & requiritur libellus, & litis contestatio, *l. quadam, ff. famil. ercisc. l. Cornelia Pia, ff. de jure patronat.* cum concordant. *Christophor. Mart. exam.* 19. *n.* 7.

Sed

Sed pro parte Regii Fisci replicabatur, de dicta transmissione copiæ actorum, nedum non esse habendam rationem, sed quod ex illa detegebatur notoria collusio, cum fuerit, nedum judicium ita præcipitanter factum infra tres dies, verum actorum transmissio fuit nulla, & attentata, cum attentatum dicatur, nedum quando sententia exequitur appellatione pendente, sed etiam, quando exequitur pendente termino à jure dato ad appellandum *Lancell. in tract. de attent. part. 3. capit. 12. de attent. pendent. temp. ad appell. number. 2. tom 5. tract. fol. 344. Scacc. de appellat. qu. 3. nu. 17. & 25.* (21)

& quidem collusio, & simulatio ex conjecturis probantur, *l. quia autem, §. non simpliciter, ff. si quis omiss. caus. testam. Ioan. de Anan. in rubr. extra de collus. detteg. in fi. Menoch. cons. 175. number. 19. Gigas de Pens. qu. 42.* (22) & quod quando pars non se defendit, nec facit solitam diligentiam, quod ex hoc probetur collusio, idem *Ioan. de Anan. in loc.* supra allegat. *Abbas cons. 82. lib. 1. col. fi. Menoch. cons. 212. number. 77.* Verum ultra prædicta dicebat Fiscus, quod neque Clericatus erat probatus. quamvis enim fuisset producta fides Notarii, & Cancellarii Civitatis Brugnetti, in qua asserebatur, dictum Joan. Thomam fuisse ordinatum prima tonsura in anno 1626. per Episcopum dictæ Civitatis, & fuisset expedita *Bulla* Summi Pontif *Urbani VIII.* collationis beneficii de anno 1627. & ejusdem beneficii possessio de anno 1628. & alia *Bulla* Prothonotarii Apostolici de anno 1632. cum juramento fidei dicti Prothonotariatus, & alia servitia Subcollectoria, ac quinque testes de requisitis servitiis fuissent producti. Tamen fuit replicatum, quod omnia prædicta corruunt cessante probatione. Clericatus quem in hoc casu dicebatur per Fiscum, non fuisse probatum per fidem Notarii testificantis, Episcopum eum ordinasse, requiritur (23) enim Bulla ipsiusmet Episcopi, ordinem, sive primam tonsuram dedisse, ut probatur ex *text. in can. tegula 2. quæst. 1. capit. dua, de cleric. peregr. capit. si Iudex laicus*, ubi *glos. de sentent. excommun.* quæ Bulla debet esse subscripta manu ipsius Episcopi ordinantis, & sigillo munita, *Rot. in noviss. decis. 22. Gramm. decis. 81. Rota divers. dec. 1064. Faber* in suo *Codic. diffin.* (24) *11. tit. 14. de probat. & præsumpt. lib. 4.* quod tamen limitatur in eo casu, quando Bullæ essent amissæ, quia tunc probata dicta amissione admittuntur testes, qui deponant, interfuisse ordinationi, seu collationi ordinis, *Francisc. Marc. quæst. 1004. part. 1. Guid. Pap. qu. 474. Novar. in prag. cler. for. quæst. 32. sect. 1. Ricc. collect. decis. 2272.* & alii per *Graff. de effect. cleric. in proind. num. 207.*

(25) Formam autem Bullæ primæ tonsuræ posuit *Rebuff. in prax. benefic. de forma litterarum primæ tonsur.* & eum refert *Reg. Merlin. cap. 91. numer. 15 centur. 2.* & propterea de dicto testimoniali facto à Notario de actu per Episcopum Brugnetti in conferendo primam tonsuram non esse habendam rationem, quia Bullæ sunt, quæ clericatum probant, non autem literæ testimoniales, ut probavit *glos. §. illud quoque, in auth. de non elig. secund. nubent. Spec. in tit. de instrum. edit. §. 1. in princ.* quod etiam in propriis terminis dixit *Bald. in l. si qua per calumniam, num. 5. C. de Episc. & Cler.* videndus *Innoc. in capit. post cessionem, extra de probat* ubi *Abb. nu. 3. Felin. num. 15.* & communiter alii *Canonistæ, Guid. Pap. qu. 482. & d. q. 474. Cassan. in Consuet. Burg. tit. des Iustices, §. 6. glos. sont crenz. nu. 13. Faber d. diffin. 1. in princ. Marcell. Calà de mode artic. glos. unic. §. 2. number. 1550. Mascard. de probat. concl. 303. & 989. num. 21. Bajard. ad Clar. super qu. 36. §. fin. num. 25. Alex. cons. 107. num. 7. vol. 2. Paul. de Cast. in d. l. si qua per Calumniam, Follerius super Constitut. Regni, in tit. de Episc. & Cleric. in prag. incip. Magnifici Regentes, fol. 78. à ter. num. 3. Sperell. dec. 17. num. 23.* & in Regno habemus *Rit. M. C. V. 235.* ubi cavetur, quod non probatur, nisi ex publicis documentis, & ibi etiam *Reg. Tap. in 1. lib. Iuris Regni, in comment. d. Rit. Ioan. Michael Troys. in addit. ad Caveuf. num. 10. in comment. d. Rit.* (28) ubi dat rationem, quia allegans fori declinatoriam, in clericatu fundatam, allegat privilegium clericale fori, & in eo se fundat, at privilegium non probatur, nisi per scripturam, ut est *text. in cap. porro, & ibi glos. in verbo inspectione*, ubi etiam *S cin. fen. num. 3. de priv. leg. Special. in tit. de instrum. edit. §. restat videre nu. 14.* ergo sequitur conclusio, quod clericatus probari non potest, nisi per scripturam, quæ est *Bulla* ipsa ordinationis, ab Episcopo ordinante subscripta.

Id autem, quod dictus Joan. Thomas produxit ad probandum clericatum, & quatuor minores ordines, non erat actus gestus ab Episcopo Brugnetti primæ tonsuræ insigniæ, sed erat quædam fides Vincentii Ferrarii, qui se asserebat Notarium, & Curiæ Episcopi Cancellarium, qui de talibus quatuor ordinibus collatis, & de prima tonsura testificabatur, & propterea clericatum non probabat, per supradicta, quod in Re- (29) gno est absolutum per dictum *Rit.* superius allegatum, qui est in viridi observantia, & etiam probatur de jure communi, ut ex adductis refert *Ricc. decis. Cur. Archiepisc. 386 p. 4.* ubi sic resolutum refert.

(30) Jacto itaque hoc fundamento, quod deficit in probatione clericatus, non obstant literæ collationis beneficii, in quibus Summus Pontifex nominat eum Clericum, quia ea dicta assertione neque probari clericatum, si aliunde non constat, dixit *Pet. de Anchar. & Philipp. Franc. in capit. si Iudex laicus, de sent. excommun. Diaz. in prax. crim. canon. capit. 64. verbo literas,* & alii per *Grammat. d. dec. 81.* & sic decisum fuisse refert *Reg. Sanfelic. decis. 7. tom. 1.* in anno 16.2. in causa Munni Brundusini, qui quamvis produxisset Bullam beneficii, in qua nominabatur Clericus, cum fructuum perceptione, & tempore capturæ cum habitu succe- (31) debat, fuit tamen exclusus, & dictum quod causa remaneat, quia qualitas, quæ jurisdictionem fundat, plene est probanda, *Paris de reintegrat. feud. cap. an citatus. 198. fol. 509. number. 20. vers. quod Iudex ante litem contestatam. Covarr. pract. qq. cap. 33. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz. in prax. crim. canon. cap. 64. numer. 18.* (32) & hoc ea ratione, quia impetratio beneficii antequam ordinetur, non facit eum clericum, sed ipsa ordinatio, & ideo non prodest, *cap. ex literis*, ubi *glos. Abb.* & cæ- (33) teri, *extra de transact.* & in laicum non cadit beneficium, quia non est capax juris spiritualis, *cap. causam,* (34) *de præsumpt. cap. 2. de instit.* & ideo qui in fori declinatoria tanquam clericus obtinere prætendit, ante omnia probare debet, se esse clericum, prout etiam aperte colligitur ex verbis *Sacr. Concil. Trident. de reformat. capit. 6. Reg. Sanfelic. dict. dec. 7. numer. 15.* ubi late.

Quibus etiam addebat Fiscus, quod d. Jo. Thomas non debebat fori privilegio gaudere, quia nunquam in habitu clericali incedere visus fuit, sed semper negotiis secularibus se immiscuit, & ut talia contraxit cum Fisco, & cum aliis, negotia mercantilia exercendo, dando, & recipiendo pecuniam ad cambium, ac omnia peragendo, quæ à Clerico nullo modo fieri poterant, & semper laicus ab omnibus fuit reputatus.

(33) Primum probant, quia Clericus si in habitu, & tonsura non incedit, fori privilegio non gaudet, ut habetur ex *Extravagant. Clement. VII. Pontif.* sub *tit. de vita, & honest. Cleric.* & ex *Bulla Sixti V.* de anno 1589. incip. *Cum Sacrosancta*, ubi cavetur, Clericos quamvis beneficiatos habitum, & tonsuram gestare de- (35) bere, alias ipso facto absque monitione, nec aliqua citatione nec Judicis decreto, aut ministerio, privile- (36) gio fori privari, de qua *Bulla* observantia testatur *Reg. Tap.* Marchio Belmontis de *Iur. Regn. lib. 1. tit. de Episcop. & cleric. super Rit. Magn. Cur. Vicar. 235.* ubi tempore, quo ipse Fisci patroni in illa partes agebat, sic observatum fuisse dicit, de qua *Bulla* late in

38 *decis.* mea 73. ex cujus dispositione tenebam, requiri sententiam declaratoriam. & licet *Reg. Sanfelic. in dec.* 280. *vol.* 2. referendo decisionem factam in causa Didaci Ramirez, qui fuit exclusus à declinatoria fori, *in fin.* dicat; quod dum Ego eam decisionem referendo dico, quod ex aliis fuit exclusus, *non* est verum, quia in *decisione* non interveni, sed tantum ipse, & asserit, quod non ex aliis fuit exclusus, sed ex d. *Bulla* Verum, quæso, advertatur, quod dictus *Reg. Sanfelic.* fuit meus Collega in Collaterali Consilio, & senio confectus, multoties, quamvis major pars ex aliis articulum votabat, tamen ipse decisiones notabat cum rationibus per ipsum adductis, & non ea ponderatis per majorem votorum partem. quod etiam apparet ex dicta *decision.* quia, pace tanti Viri, sibi contradicit, nam ipse concurrit cum traditis per *me in d. decis.* quod requiratur sententia declaratoria, etiam stante d. *Bulla*, qua sententia non lata in d. causa Didaci Ramirez, non potuit ex illa excludi. sed ex aliis per *me in dict. decis.* ponderatis, in qua licet Ego non votassem, tamen vidi, & diligenter ponderavi quæ fuerunt scripta, & allegata pro utraque parte, de qua *Bulla* dispositione mentionem faciunt etiam *Episcop. Rot. decisio.* 154. *par.* 4. *numer.* 7. & in *dec.* 151. *par.* 1. *num.* 3. *& decis.* 368. *numer.* 3. videndus etiam *Vivald. in Candelab. aur. ca in explanat. Bulla Sixti V. notab.* 11. *Barbos. de Episcop. allegat.* 57. *part.* 3. *numer.* 17. *& Novar.* 2. *part. Bullar. de clausur. numer.* 11. quicquid tamen fuerit, certum est, dictum Didacum Ramirez, qui nedum clericatum, sed etiam beneficium, & ejus fructuum perceptionem produxit; fuit à remissione per eum petita ad Judicem Ecclesiasticum exclusus, quod etiam fun-

39 dari potuit *ex capit. perpendimus, & capit. cum non ab homine, de sent. excommunic. cap.* 1. *de apostat.* & ex *Clar. quæst.* 36. *vers. quare modo*, prope *fin.* in quibus juribus statuitur, quod Clericus sive in sacris, sive in minoribus constitutus, si dimisso clericali habitu aliquod delictum committat, & se immisceat sævis enormitatibus, fori privilegio non gaudet, & potest à Judice laico puniri; & *Clar.* sequitur *Farinac. tit. de inquisit. quæst.* 8. *num.* 54. *vers. licet, Ant. de Butr. in cap.* 1. *in fin. extr. de Apostat.* & in *capit. ex parte, de sentent. excommun.* ubi respectu Clerici primæ tonsuræ, quamvis beneficiati pro indubitato hoc firmat, & ratio est,

40 quia Clericus clericali habitu dimisso, præsumitur noluisse esse Clericum, illique renunciasse, & proinde laicum reputari debere, *Archidiac. in capic.* 1. *numer.* 2. *de cleric. conjugat. in* 6. *Burg. in tract. de modo proced. ex abrupt. quæst.* 65. *nu.* 39 *centur.* 1. *decis.* 5. 2 *nu.* 14. *&* 18. *tom.* 3. *Ricc. in prax. var. resol.* 172. *nu.* 2. *p.* 1.

Dicebat insuper Regius Fiscus, quod qui negotia
41 mercantilia exercet, privilegio fori minime gaudere debet, & potest coram Judice laico conveniri, *Lasart de Alcavala cap.* 18. *num.* 7. maxime quando uti laicus contraxit, *Ferdinand Vasquez à Menchi. lib.* 1. §. 10. sub *num.* 648 *vers. quod autem*, & propterea *Mexia taxa panis, conclus.* 5. sub *num.* 21. concludit, quod Cle-
42 ricus; qui laicorum negotiis, commerciis, & similibus se immiscuit, quæ ab ordine, vita, & honestate clericorum abhorrent, non debet privilegio fori gaudere, *Bertach. in tract. de Episcop.* 4. *part.* 1. *par. nu.* 26. *Benuenut. Straccha de mercatura, par.* 3. *tit. de his, qui mercat. extra. non poss. num.* 9. & quod nedum conveni-
43 ri possit coram Judice laico, sed in carcerem detrudi laicalem, *Gutierr. de gabell. quæst.* 132. *num.* 11. maxime
44 quando tempore conductionis gabellarum tanquam laicus incederet, *nu.* 12.

Et tandem dicebatur, quod ex actis satis constabat decretum Mag. Cur. Vic. per quod fuit remissus ad Curiam Nunciaturæ, prætendebatur fuisse per collusionem obtentum. & ideo per eandem Magnam Curiam fuit revocatum. & quod sententia per collusionem obtenta sit ipso jure nulla, habetur per *Archidiac.*

45 *in can. si quem pœnituerit* 2. *quæst.* 3. *Alberic. de Rosat. in rubr. C. de collus. deteg. Ura. dec.* 296. *num.* 4. & probatur ex *l.* 1. *d. tit. de collus. deteg. Decian. resp.* 21. *nu.* 110. *volum.* 1. *Fab. de Ann. cons.* 104. Et quamvis dictus inutes prætendat, decretum remissionis fuisse exequutum, ex quo acta fuerunt transmissa ad Curiam Nuntiaturæ, & proinde per viam actionis esse nullitates proponen-
46 das, tamen cum nullitates appareant ex inordinatione, & præcipitatione processus, ex ipsa chartarum revolutione ex eisdem actis veniunt discutiendæ absque termino, *Reg. Sanfelic. decis.* 96. *numer.* 3. & sic pluries decisum per Sacrum Consilium refert, contra ea, quæ tradidit *Ann. alleg.* 21. & est *dec. Rot. Roman. in tit. de lit. contest. dec.* 5. *incip. fuit dubitatum.*

Quibus discussis per Sacrum Consilium in Regio Collaterali Consilio non fuit aliter decisum, si constabat de clericatu, vel ne, sed si decretum sic per collusionem latum erat nullum. Et ideo die 16. Januarii 1646. fuit determinatum, decretum prædictum remissionis, & omnia acta facta, fuisse, & esse nulla, & quod de iis nulla habeatur ratio, penes Vincentium Borellum Sac. Consil. Actor. Magist.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Nullitates quando proponuntur in S. C. an idem S. C. debeat respondere nullitates obstare, vel non obstare, vel satis sit implicite; affertur decisio.*

2 *Scriptura sigillata, sed non subscripta an probet.*
Bulla Clerici si sit sigillata, sed non subscripta ab Episcopo, qui eum ordinavit, an probet, affertur decisio.

3 *Clericatus non probatur per verba enunciativa Summi Pontificis, vel Episcopi, qui ipsum in Bulla Beneficii appellavit Clericum.*

4 *Clericum aliquem non esse quomodo probetur.*
Asserens se esse Clericum, tenetur probare clericatum, ibid.
Clericus nemo censetur, nisi probetur, cum unusquisque nascatur laicus, ibid.

5 *Actor agens uti Clericus, tenetur ex parte sua clericatum probare.*
Excipiens Actorem non esse Clericum, nihil tenetur probare, sed is, cui excipitur hoc debet probare, ibid.

6 *Quasi possessio clericatus, & quod tanquam Clericus incesserit in habitu, & tonsura, an sufficiat quoad remissionem fori.*

7 *Laicus assumens vestem Clericalem, vel Religiosorum qua pœna puniatur in foro fori, & quid si illis utatur causa joci, vel in derisum, & contemptum, &* num 8.

8 *Laicus utens veste Clericorum, vel Religiosorum utriusque sexus quando peccet mortaliter.*
Quid si utatur larvatus, seu in Maschera, *ibid.*

9 *Fœmina utens veste virili quando peccet mortaliter.*
Vir utens veste muliebri quando peccet mortaliter, ibidem.
Deuteron. *locus cap.* 22. *vers.* 5. Non induatur mulier veste virili, nec vir veste fœminea, *quomodo intelligatur, ibid.*

10 *Fœmina utens veste virili in foro fori, quando puniatur, & afferuntur exempla de mulieribus ingressis carceres, in quibus permutata veste cum viris carceratis, illi è carceribus evaserunt vestiti veste fœminea.*

11 *Clericus in sacris, vel Beneficiatus incedens sine habitu, & tonsura clericali absque justa causa per tempus notabile peccat mortaliter.*
Beneficiatus incedens sine habitu, & tonsura clericali absque justa causa per tempus notabile peccat mortaliter, ibid.

Pen-

Pensionarius quando peccet mortaliter incedens sine habitu, & tonsura clericali, ibid.

Clericus in minoribus non gestans habitum, & tonsuram clericalem an peccet mortaliter, ibidem.

12 *Beneficiati praesertim Nobiles his temporibus dedignantur deferre clericalem habitum, & tonsuram, sed non verentur beneficia habere solum pro exemptione à foro laicali, & sunt in statu peccati mortalis.*

Abusus hodiernus circa habitum clericalem coronam, & tonsuram, ibid. & nu.15.

Beneficiati incedentes sine habitu, & tonsura non debent absolvi à Confessariis.

13 Deuteronom. *locus* cap. 22. Non arabis in bove simul, & asino, *quomodo intelligendum, & nu. 9.*

Beneficiatus non debet sociari laico in eodem officio, ibidem.

14 *Monachus albus non potest esse Monachus inter nigros.*

15 *Clerici tàm in minoribus, & Beneficiati, quam in sacris, & Moniales non debent comam, & barbam nutrire, & abusus hodiernus circa coronam, & parvulam tonsuram extirpandus, praecipuè Sacerdotibus, & nu.16.17.& 18.*

16 *Tonsura, seu corona forma tàm clericorum in minoribus, quàm in sacris, & presbyterorum qualis esse debet; & abusus hodiernus evellendus, & numer.17. & 18.*

Congregatio *Clericorum Regularium*, *vulgò* Theatinorum *laudatur, ibid.*

P. Andreas Piscara Castaldus *laudatur, ibid.*

Moniales comas, & capillos crispos deferentes reprehendendae.

Monialium quarundam abusus circà comas, & capillos crispos, ibid.

17 *Episcopi, & caeteri Praelati invigilare debent pro observantia sacrorum Canonum, S. C. Trid. ac aliorum Conciliorum, & Constitutionum Apostolicarum circà abusum non gestandi habitum clericalem, & gestandi comam ab Ecclesiasticis, & tonsuram parvam à Sacerdotibus, & nu. 18.*

Canones, & decreta Conciliorum, atque Constitutiones Apostolicae referuntur circà habitum, tonsuram, & coronas clericorum, ibid.

19 *Beneficiati, & Pensionarii incedentes sine habitu, & tonsura clericali, an sint ipso facto absque declaratione privati beneficiis, & pensionibus, & nu. 20.*

Beneficia vacantia propter non delationem habitus, & tonsurae sunt reservata Sedi Apostolicae, ibid.

Bulla Sixti V. de habitu, & tonsura expenditur, ibid. & num. 20.

20 *Sententia declaratoria an sit necessaria, ut beneficia vacent, & pensio sit extincta propter non delationem habitus clericalis, & tonsurae in foro fori; & quid in foro conscientiae.*

Beneficiatus incedens sine habitu, & tonsura, an teneatur in conscientia dimittere beneficium, & facias fructus suos, ibid.

Pensio an sit extincta absque alia Iudicis declaratoria sententia si Pensionarius incedit uti laicus sine habitu, & tonsura clericali, ibid. et nu. 19.

21 *Tonsura clericalis quare vocetur corona, et quando initium sumpsit, et ordinata fuit, et quid designet.*

Beato Petro *in Antiochia fuit abrasa summitas capitis à Iudaeis in derisionem, et opprobrium nominis Christiani, et Dominicae passionis, ibid.*

Beatum Petrum *coronam capillorum in memoriam spineae coronae Christi gestasse traditur, ibidem.*

IN hac decisione *numer.* 19. fit mentio de nullitate sententiarum. Ideò observandum est, quod quando dicitur de nullitate alicujus decreti in S. C. an idem S. C. debeat respondere nullitates obstare, vel nullitates non obstare, & invenio, quod in causa Candidae, & Dianae Raimo, cum haeredibus Caesaris de Chiara in Banca Clavelli in processu creditorum Joann. Francisci de Marinis, cum praedictae de Raimo dixissent de nullitate per viam actionis, decreti liberationis factae dictis haeredibus, eo quod creditum dictorum de Chiara erat satisfactum, facta relatione in S. C. per Doctissimum Dom. Consiliarium Carolum Brancacium sub die 21. Octobris 1654. cum interventu Dominorum Consiliariorum Gambacurtae, Campanae, & Capibianchi, fuit mediante decreto ejusdem S. C. provisum, ac declaratum, *Ducatos 300. solutos per Ioannem Franciscum de Marinis, Caesari de Chiara, & Camilla de Marinis illius filia cessisse, & cedere ad complementum duc. 800. dotium maternarum quond. Olimpia Florentina eidem Camilla promissorum.* Et sic non fuit responsum per verba, obstare, vel non obstare nullitates, sed implicitè declarando creditum praetensum per illos de Chiara esse satisfactum, declaravit Sacr. Consil. nullitates obstare.

Ad *numer.* 23. observandum est, an scriptura sigillata, sed non subscripta probet, & videas *Bald. in capit. 2. de fide instrum. numer.* 4. latè apud *Menoch. de arbitr. Iudic. casu.* 113. sed in casu nostro si Bulla Clerici, quae sit sigillata sigillo Episcopi ordinantis, sed non subscripta ab ipso Episcopo, an probet, & habeo Apostillam manu D. Simeonis Carolae Advocati primarii suae aetate in criminalibus, ad dictum locum *Menoch.* ubi refert habuisse in facto in causa Clerici Nicolai Corsi, qui praesentaverat Bullam suae ordinationis sigillatam sigillo Episcopi, qui eum ordinaverat, non tamen erat subscripta ab ipso Episcopo, & quod post longam discussionem in M. C. V. fuit dictus Clericus remissus ad Judicem Ecclesiasticum, in Banca Grossi, Sportellus Scriba; & vide etiam *Annam singul.* 480. ubi affert similem casum, sed pendebat decisio.

Ad *numer.* 30. ubi quod Clericatus non probatur per verba enunciativa Summi Pontificis, vel Praelati conferentis alicui Beneficium, si ipsum nominet in Bulla, atque appellet Clericum, ultrà *DD.* ibi citatos, tenet etiam *Gars. à Toleto in dicto* 36. quem adduxi in *observat. ad decis. 73. num. 4. tom.* 1. nunc addo idem tenere *Bovr. decis. 171. num. 12. par. 1. de Mari ad Gram. d. decis. 81. num. 9. Mastrill. ad Capyc. decis. 161. nu. 8. D. Episc. Magrant. resp. 76. nu. 2. & 4.*

Sed quomodo probetur aliquem non esse Clericum, & dic, quod eo ipso, quod asserens se esse Clericum, non probat suum clericatum, censetur ipsum non esse Clericum, *Aegid. Bellam. decis.* 114. *Bovr. d. decis. 171. num. 18. D. Sanfelic. decis. 143. num. 3. tom.* 2. & non praesumitur Clericus, nisi probetur, cum unusquisque nascatur laicus, *Vrsill. ad Afflict. decis. 297. numer.* 5. Idem *D. Sanfelic. d. decis. 71. numer. 3. tom.* 1. ideò excipiens Actorem non esse Clericum, nihil ex parte sua probare tenetur, sed is, cui excipitur, hoc debet probare, & è contrario, Actor agens uti Clericus, tenetur ex parte sua clericatum probare. *De Mari ad d. decis. 81. Gram. nu. 6.* & tenet *D. Reg. noster hic nu.* 34.

Et an sufficiat quasi possessio clericatus, & quod tanquam Clericus incesserit in habitu, & tonsura quoad declinandum Jurisdictionem Judicis laici, & ad remissionem fori, non autem quoad obtinendum Beneficium, & pro affirmativa sententia, est *tex. in capit. si Iudex laicus, de sentent. excomm. in 6.* & tenent *Bovr. d. dec. 171. numer.* 13. si Clericus esset Regnicola, secùs si esset exterus, & *Mastrill. ad Capic. d. dec. 161. num. 6. Anfrer. ad Cappell. Tholos. decis. 117. Mascard. de probat. conclus. 302. num. 6. 7. & 10 tom. 1. Menoch. de praesumpt. tom. 2. lib. 6 praesumpt. 76. numer. 8. cum seqq. Gramm. d. decis. 81. num. 16. Tepat. var. sent. lib. 1. tit. 3. vers. possessio sola, fol. 5. in tertia impress. 1620.* Contrarium tamen tenent alii, non sufficere solam possessionem

nem habitus clericalis, & tonsuræ, quia est necessarius titulus probatus per Bullas, ex dispositione *S. C. Trid. sess. 23. de reform. capit. 6. de* ... *Altari ad d. decis. 81. Gramm. numer. 14. & 15. D. Sanfelic. in cit. decis. 7. numer. 15. & D. Petra in d. ritu 65. numer. 8. vers. præterea*, qui in *d. comment. d. ritus*, de hac materia remissionis Clerici satis tractat. ubi etiam *d. numer. 8.* tenet per testes concludentes probari posse clericatum, pro observantia *d. ritus 65.* & in *comment. ad rit. 235.* luculenter de eadem materia remissionis Clericorum, & de clericatu probando peribelle discurrit.

Hinc observandum est, quòd si laicus assumit habitum Clericalem, vel Regularium, pœna exilii, & alia
7 corporali plectendus est *d. omnino*, qui est *penult. Auth. de sanctiss. Episc.* etiam si jocorè id agat, *glos. in capit. clericorum, verbo signantes, in fine, de privil.* quod intelligo secundum *D. Rovit. in pragm. 5. in fine, tunc. ne quod in loco publ.* si id fiat in derisum, & contemptum, ut explicat *glos. in d. paragrapho penult. verbo Monachi*, idem *Petra in d. ritu 235. num. 13. in fine*, & *Menoch.* ab ipso citatus *de arbitr. lib. 2. centur. 4. casu 320. numer. 13.* pœna falsi puniri laicum ait, qui presbyteratus insignia fert, ex *Bald. in l. qui sub prætextu, C. de sacros. Eccles. Falin. in capit. tertio loco de probat.* & *Diaz in pract. crim. canon. cap. 12. num. 3.* & idem *Menoch. d. lib. 2. centur. 6. casu 561. numer. 7.* etiam ab ipso *Petra* citatus, dicit non solùm adesse dictam pœnam jure Cæsareo indictam, sed etiam aliam Pontificiam, ex *Fab. de Montelec. in prax. arbitr. in 4. par. numer. 961.* qui *numer. 962.* subjungit, quod cum hodiè non observentur dictæ pœnæ indictæ à Jure Cæsareo, & Pontificio, & Jure hujus Regni Neap. nulla sit inflicta pœna, arbitrio Judicis puniendum esse.

Hæc autem procedunt in foro fori, & Judiciali; sed in foro poli, & conscientiæ, si laicus uteretur veste
8 Clericorum, aut Religiosorum tàm masculorum, quàm fœminarum causa joci, & ex levitate, sine irrisione, ac turpitudine, non peccaret mortaliter, secus autem si fieret causa ludibrii, & vituperii, aut contemptus, quia in tali casu graviter peccaret, quia graviter punitur, ut supra in *d. paragrapho Authen. de sanctiss. Episcop.* ut ait *glos. in capit. decorem*, verbo monstra *Larvarum de vita, & honest. Cleric.* Imo etiam si non fiat hac de causa, sed in rei veritate fiat cum ludibrio, ut cum tales vestes deferentur lasciviè verè, vel appareret, ut vulgo dicitur, *In maschera*, esset peccatum mortale,
11 & sic si larvati, seù personati, vulgò *Mascherati* habitum Clericalem, vel Religiosorum utriusque sexus deferrent, prout etiam Mimi, & Histriones illis utantur, peccant mortaliter, quia esset magna irrisio Dei, *l. nemo, C. de Episcop. aud. Sylu. in verbo habitus, in fine, Nald. ead. verbo num. 3. Nau. cap. 23. nu. 2. Eman. Sà verbo Vestis.*

An verò peccet mortaliter fœmina utens veste virili, & è contrà vir utens veste muliebri; nam *Deuteronom. capit. 22. vers. 5.* sic prohibetur: *Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fœminea, abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc*, sed vide eundem *Sylu. verbo fœmina, num. 2.* ubi dicit, quod ibi id prohibetur. Primo ex superstitione Idololatriæ, nè Judæi in sacris imitarentur Gentiles idolatras. Secundò, ut restringeretur libido, nè scilicèt mulier licentius ingrederetur ad viros & è contrà, tertiò id prohiberi eo modo, quo, & quædam de se licita ad ministerium, sicut prohibetur arari in bove, & asino in lege Moysis, de quo infrà *numer. 13.* vel eo modo, quo venialia, putà mendacia jocosa, & verba otiosa, & ideo concedit *Sylu.* quod si fœmina utatur veste virili, & vir veste muliebri malo proposito, idest intentione prava, ut v. g. faciliùs meretricandi, & fornicandi vel ut licentiùs fœmina ingrediatur ad viros, & vir ad mulieres, vel alio pravo fine, vel ad turpia uteretur, & tunc esse lethale peccatum; secus si fieret ex animi levitate sine intentione corrupta, vel scandalo gravi, sine periculo, vel occasione peccandi, aut alia circumstantia mortali, quia non esset mortale sicuti, neque si fœmina induatur veste virili ob aliquam honestam, & rationabilem causam, vel ad evitandum aliquod malum, ut in exemplo allato ab eodem *Sylu. ibidem ex Divo Ambros.* qui narrat de quadam Sancta Virgine Antiochena, quæ ab Idolatris prostituta in lupanari ad preces viri sub specie turpitudinis intrantis, mutavit habitum fœmineum, & induens habitum virile, exivit, non ut vitaret Martyrium, sed contagium; Idem dicendum puto de viro, qui utitur veste fœminea ex joco, vel ex levitate, prout fieri solet à larvatis, seù *Mascheratis*, non esse lethale peccatum dummodo ut suprà jam dixi, non adsit aliqua mortalis circumstantia, vel prava intentio, vel periculum, aut occasio; Item etiam si fiat ob aliquam causam honestam, & rationabilem, veluti nè ab inimicis cognoscatur, aut quia alia veste caret, ad evitandum aliquod malum, id esset licitum, ità etiam *Eman. Sà eodem verbo vestis, & Nau. d. cap. 23. nu. 22.*

In foro etiam exteriori Judiciali excusaretur saltim à pœna ordinaria fœmina, quæ ob amorem, & obe-
10 dientiam debitam marito suo existente carcerato, intraret carceres visendi gratia virum suum, & permutata veste, vir exiret è carcere indutus veste muliebri, ipsa in carcere remansa vestita veste virili, ut tenent *Gomez. var. resol. tom. 3. capit. 9. de captur. reor. num. 12. Farinac. par. 1. tom. 2. de carcer. quæst. 30. numer. 118. & Petra in d. ritu 235. numer. 15. & 16.* & liquet in exemplo ab ipso *Farinac.* relato, quod tempore suo Romæ evenit de muliere quadam, quæ absque eo, quod in carceribus remaneret, à pluribus aliis mulieribus associata, & ferens secum aliam vestem fœmineam panno involutam, fingens se velle visitare suum virum tunc carceratum in Curia de Sabellis, ipsique accomodata illa veste muliebri, vir illa indutus, immiscens se cum uxore, & cum illis aliis mulieribus, egressus fuit, & ex carcere evasit, cum maxima, & ridiculosa omnium admiratione postquam res fuit patefacta, & in alio exemplo, quem refert *d. Petra* de Sanctia Regia vassoniæ filiis, quæ similiter carceres ingressa visendi causa ejus virum, permutata veste, dictus ejus vir evasit è carcere.

Et cum in *d. observat. ad decis. 73. in princip. num.*
11 *1.* dixi, peccare mortaliter Clericum Beneficiatum, vel in sacris constitutum, qui non incedit in habitu, & tonsura clericali, ex *Dom. Episcop. Sperell.* ibi citato. Nunc addo insignem *Nau. comment. 4. de Regular. numer. 27. vers. quarta quod idem*, & *numer. 28.* ex dispositione *S. C. Trid. sess. 14. de reform. capit. 6.* & specialiùs *in summ. capit. 25. num. 110.* ibi: *Trigesima tertiò peccat mortaliter Clericus sacri ordinis, vel Beneficiatus, vel Monachus, qui habitum non gestat, & tonsuram, aut comam, vel barbam nutrit, aut coronam non radit, aut vestes sibi indecentes induit, aut arma offensiva portat.* Idem tenent ex *Nau. Nugno, Reginald. Henriq. Vasq. Ricc. Ledesma*, & aliis communiter, *Bonac. tom. 1. de Sacram. Ordin. disp. 8. quæst. unica, puncto ult. num. 3. Sylu. verbo Clericus 2. numer. 2. D. Episcop. Squillacen. de oblig. Cleric. par. 2. num. 123. Barbos. de potest. Episcop. alleg. 9. numer. 21. Dian.* loquens de corona, seù tonsura *part. 5. tract. 5. resol. 60. Nald. in summ. verbo habitus, numer. 5. vers. liquet autem*, qui idem dicit de habentibus pensionem Ecclesiasticam excedentem summam ducatorum 60. auri de Camera ex Bulla Sixti PP. V. incipiente, *Pastoralis*, quam refert in *verbo Clericus, numer. 41. & Quarant. in summ. Bull. verbo habitus clericalis*, quod intellige dummodo prædicti Pensionarii, Beneficiati, vel in sacris constituti, aut Monachi absque justa causa per tempus notabile dictum habitum, & tonsuram non deferant, ut ajunt DD. supra citati, & *Presb. de Augustine in Addit.*

dis. ad d. Quarant. vers. pranarrata. At Clericos in minoribus ordinibus non gestantes habitum, & tonsuram clericalem non peccare mortaliter, nisi adsit temeritas, vel contemptus, aut contumacia, quia non possunt cogi illa deferendi, nisi velint gaudere privilegio fori, tenent etiam dd. DD. supra relati. Sed *Panorm. in capit. 4. de vita, & honest. Cleric. numer.* 1. indistinctè affirmat peccare mortaliter Clericos tonsuram, seù coronam non deferentes, quia dùm in *d. cap. 4. & in can. si quis 23. dist.* dicitur *Anathema sit*, idest *excommunicetur*, & dùm sunt excommunicandi, & excommunicatio infligitur propter peccatum mortale, ideò peccant mortaliter; ità *Panormit.* & dùm in *d. C. Trid. loco cit. sess. 14 de refor. cap.* . statuitur, quod per suspensionem coerceantur, & suspensio est pœna gravis, & infligitur etiam ob culpam gravem, ut ait *Bonac. loc. cit.*

12 Sed quid dicendum hisce nostris temporibus (heù nimis deplorandis,) cum videmus tot Clericos Beneficiatos, præcipuè Nobiles, non solùm unquam habitum, & tonsuram clericalem deferentes, quia dedignantur haberi pro Clericis, sed non verentur continuo ensem, & pugionem ad latus publicè portare, & vestibus laicorum cum collariis acu pictis uti alii laici induti, & uti tales ab omnibus verè reputari; & habitis, & Beneficia Ecclesiastica obtinent, & possident, solummodo pro faciliori aditu ad delicta perpetranda, & ideo pro declinando Jurisdictione laicali, & pro immunitate, & exemptione à foro sæculari, cum dicta delicta perpetrant, ut ob eis impuni reddentur, immemores propriæ salutis Animarum suarum; dùm omnes DD. communiter, ut supra, tenent Beneficiatos taliter incedentes, & sine tonsura, & veste clericali, peccare mortaliter, & si ita est, & sunt in statu peccati mortalis, etiam eodem actu, quo, ad confessiones accedunt, & peccata confitentur, dùm non solum non exuunt vestes laicales & arma, nec illas & illa deferunt, sed neque propositum, non dico firmum, sed nec momentaneum habent illas, & illa deferendi, & vestem, & coronam in capite clericalem statim assumendi & deferendi, sed prorsus contrarium animum, ista nunquam deferendi, sed illis utendi, sicque sunt in evidentissimo statu peccati mortalis, non habentes firmum propositum de cætero non peccandi, & ideo incapaces absolutionis, quomodo itaque à Confessariis, si sciunt ipsos esse Clericos Beneficiatos, possunt absolvi?

13 Prorsus Divina etiam lege vetitum est *Deuteron. capit. 22 vers. 10. Non arabis in Bove simul, & Asino*, quod explicatum fuit à *Concil. Hispalens.* cui interfuit *S. Isydorus*, & habetur in *can. in nova actione 22. quæst. 6.* quem citat *D. Maranta d. resp. 76. numer. 14. & Sylu. verbo fœmina, numer. 2. in fine*, scilicèt, *Non sociabis in uno officio homines diversæ professionis*; ideo non potest aliquis esse Clericus Beneficiatus, & insimul laicus, nec clericus beneficiatus sociari laico in eodem officio, & quomodo arabimus in hoc agro Ecclesiastico in Clerico Beneficiato insimul & laico? & subjungit *text. d. can. unde oportet nos, & divinis libris, & sanctorum Patrum obedire perceptis, constituentes, ut hi, qui in administrationibus Ecclesiæ, Pontificibus sociantur, discrepare non debeant, nec professione, nec habitu*, ubi *glos. in d. verbo nec habitu*, dicit, Monachum

14 album non posse esse Monachum inter nigros, quia ex diversitate habitus, scandalum generatur, ergo Clericus Beneficiatus indutus veste laicali, & sine corona clericali in capite, non potest esse inter alios Clericos, qui cum habitu, & tonsura clericali sunt, & incedunt, quia scandalum generatur.

15 Rursùs, quid dicendum de Clericis non solùm in minoribus, & beneficiatis, sed etiam in majoribus, seù sacris, immo, & quod pejus de Sacerdotibus, seù Presbyteris, qui immemores tot sacrorum canonum, & etiam S. C. Trid. ac Constitutionum Apostolicarum, hisce etiam temporibus comam taliter nutriunt, ut non vereantur more Nazarenorum, & Græcorum incedere cum crinibus crispis, vel oblongis, vel capillamentis, ac cincinnis, vulgo *zazzara, chioma*, vel *capigliera*, immo, & ad Altare Dei taliter accedere ad Missam celebrandam, & quod pejus cum corona tàm parvula in capite, seù tonsura, vel clerica, vulgo *Chierica*, ad formam coronæ primæ tonsuræ unius regalis, seù caroleni, immò minusculæ, quæ vix cerni potest, contrà formam coronæ, quam gestare debent Presbyteri ad mensuram hostiæ majoris, qua Missa

16 celebratur, ut præscribitur à *Concilio Palentino sub Urbano VI.* ut videre poteris apud *P. Andr. Pisear. Castald.* Venerabilis, ac inclytæ, & sine intermissione semper laudandæ Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum filium, decus, & ornamentum, in sua aurea *prax. Cæremoniarum, lib. 2. sect. 1. capit. 8. de habitu, & tonsura Ecclesiasticorum, fol. 174.* ubi in fine dicit: *Damnabilem esse eorum abusum, qui æqualiter parva tonsura utuntur tàm Clerici, quàm Sacerdotes* & ideò *ibid. fol. 175.* ponit formam tonsuræ cujusque ordinis, tàm minoris, quàm sacri, quibus formis omnes uti debeant ad præscriptum *Concil. Tolet. 4. & d. Concil. Palentini.*

Quinimmò, & quod detestabiliùs est, audio tale abusum vigere etiam in aliquibus Monasteriis Monialium, ubi non detonso capite, ut decet, incedunt Moniales, sed comas nutriunt & cincinnos, ac crispos capillos, vulgò, *mezza zazzara*, deferre minimè verentur. Undè si id verum est, tales non merentur sanctimoniales appellari, dedecet enim Virgines Deo consecratas, & ad perfectiorem vitam vocatas, atque dicatas talibus vanitatibus esse deditas, non sine scandalo, atque murmure sæcularium.

17 Et in his præcisè deberent Episcopi, & cæteri Prælati invigilare (sicuti eos enixè precor) ut omninò à suis subditis eradicentur dicti abusus, & observentur sacri canones, & Concilia, atque Apostolicæ Constitutiones, tàm circà habitum decentem, quàm circà tonsuram, vulgò clericam, seù *Chierica*, & circà comas tàm indecentes, tùm à Clericis, etiam in sacris præcisè presbyteris, quàm à cæteris beneficiatis cujuscumque conditionis, ac nobilitatis, atque à Monialibus, si quæ sint, nè ipsis exprobretur illud *Exod. capit. 34. vers. 2. Væ Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nonne greges à pastoribus pascuntur; lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum est, non alligastis, & quod abjectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia, &c.* Nescio quidem quare hodiè isti tales Clerici præcisè beneficiati, vel in sacris constituti, seclusa tamen rationabili causa audeant non observare canones, Concilia, & Constitutiones Apostolicas, nempè *can. si quis, 4. de vita, & honest. cleric.* ubi *Si quis ex clericis comam relaxaverit anathema sit*, idest, *Fiat*, ut explicat *glos.* & habetur etiam in *can. si quis ex clericis distin. 23 & cap. clericus, el primo*, ubi *Clericus neque comam, neque barbam nutriat*, & *capit. clericis, 7. Clerici, qui comam nutriunt, & barbam, etiam inviti à suis Archidiaconis tondeantur*, eadem tit. quod etiam habetur in *can. clerici 21. dist. 23. & can. 2. eod. tit.* ubi *glos. notabilis, in verbo, & tonsuram*, latè de tonsura, & habitu clericali, & *Constit. Sixti V. incip. Cum sacrosanctum*, quam refert *D. Quarant. in sum. bull. verb. habitus clericalis, & Nald. d. verb. clericus, numer. 43.* atque *S. C. Tr. in supracit. sess. 14. capit. 6. de reform. & sess. 22. capit. 6. de reform. & can. prohibere 21. distinct. 23.* ubi Anicetus Papa ità præcipit: *Prohibete, fratres, per universas regionum vestrarum Ecclesias, ut Clerici juxtà Apostolum comam non nutriant, sed desuper*

super caput in modum sphera radunt, & in *can. non liceat, il secondo, seu penult. 32. eadem dist. 23.* ibi: *Non oportet comam nutrire, & ministrare*, sed attonso capite, *patentibus auribus, & secundum Aaron talarem vestem induere*; & sequitur *gl. in d. capit. clericus, il primo, in verbo nutriat, de vita, & honest. cleric.* & in *can. pracipimus fin. 21. quast. 4.* ità *Innoc. Papa II. in Concilio Lateranensi capit. 4.* mandat, ibi: *Pracipimus, ut tàm Episcopi, quam Clerici in statu mentis, in habitu corporis Deo, & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate, scissura, aut colore vestium, nec in tonsura, in uentium, [quorum forma, & exemplum esse debent] offendant aspectum, sed potius, quod eorum deceat sanctitatem prafeferant.* Audistis verba legis, immò tantarum legum; quid adhùc alia desideramus probationes, & testimonia? *Marc. c. 14. vers. 64. & Luca cap. 22. vers. 71.*

18 Nec excusantur Clerici, Beneficiati, & Sacerdotes, ut suprà, si velint se tueri ea consuetudine, vel usu hodierno, quia non est usus, sed abusus damnabilis, & odibilis, ut dixit *d. P. Castald. ubi sup* & contrà Canones, Concilia, & Constitutiones Apostolicas, & recordentur tùm ipsi, tùm etiam Episcopi, quod per *S. C. Trid. sess. 22. cap. 1. de reform.* decernitur tollendos istos abusus, & consuetudines; nàm postquam normam compendiosam exemplaris vitæ dedit Clericis omnibus, his verbis: *Nihil est quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assiduè instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt, cum enim à rebus saculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos, tanquam speculum reliqui oculos conjiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur; quapropter sic decet omninò clericos in sortem Domini vocatos vitam, moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum prafeferant.* Et infrà: *Statuit sancta synodus, ut qua alias à Summis Pontificibus, & à sacris Conciliis de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, fanesta fuerunt, eadem in posterum ejusdem pœnis, vel majoribus observentur, &c.* Statuitur deinde per hæc verba: *Si qua verò ex his in desuetudinem compererint*, [scilicèt Episcopi,] *ea quam primum in usum revocari, & ab omnibus accuratè custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque nè subditorum neglecta emendationis ipsi condignas Deo vindice pœnas persolvant.* Ideò iterùm quam suppliciter possum Episcopos rogo, nè permittant tales abusus malamque consuetudinem suis subditis, & non convenientia eorum ordini, statui, ac dignitati clericali, qui in sortem Domini sunt vocati, ut suprà in *d. S. C. Trid.* & in *can. duo sunt genera 12. quast. 1.* atque neque negligant observantiam tot sacrorum canonum, & Conciliorum, atque Summorum Pontificum Constitutionum, sed in usum illa revocari, observari, & custodiri omninò curent, etiam à suis familiaribus, & familia, nè inquam iterum ipsis exprobretur illud *Va Pastoribus Israel, &c.*

Hæc tamen, & omnia suprà à me exarata, dicta esse volo ea, qua decet reverentia jure debita Dominis Prælatis Ecclesiæ Dei, & Episcopis à Spiritu Sancto positis regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, & eorum dignitati, quam semper extollere intendo, quos quoque recordatos esse deprecor eorum, quæ à *d. S. C. Trid.* etiam ipsis diversis in locis, ultrà suprà enarratos, injuncta fuerunt, præsertim *sess. 6. de reform. capit. 1. & sess. 23. de reform. capit. 1.* & præcipuè *sess. 23. de reform. etiam capit. 1.* & etiam *sess. 24. de reform. capit. 3.* de quo infrà in *observ. ad decis. 177. numer. 17.* dicemus, & *sess. 11 de reform. cap. 1.* de quo etiam in *d. observ. nu. 31.* aliquid observabimus.

Observandum est prætereà, quod Beneficiati, & Pensionarii incedentes in habitu laicali, & continuò sine habitu, & tonsura clericali, sunt ipso facto, absque ulla monitione, citatione, Judicis decreto, aut ministerio privati beneficiis, & pensionibus, quæ ipso jure sunt extinctæ, illasque perdunt, quæ ampliùs reviviscere non possunt, & illorum beneficia vacant, etiam ipso facto, & dispositioni Sedis Apostolicæ reservantur, ut statuit Sixtus V. in *suprascr. Constit. incip. Cum sacrosanctum*, quod postea per aliam *Constit. incipientem: Pastoralis*, suprà relatam intelligendum esse declaravit de Pensionariis, qui pensionem habent excedentem valorem annuum duc. 60. auri de Camera si inceperint pensionem exigere, vel per ipsos stetit quominus exigant, vel percipiant, *Ciarlin. tom. 2. controvers. forens. capit. 136. à numer. 4. ad finem, Gonsal. super 8. Reg. Cancell. gl. 15. numer. 5. Barbos. de potest. Episcop. alleg. 57. numer. 57. & 217. Garz. tom. 1. de Benefic. par. 1. capit. 5. à numer. 11. ad 14 & tom. 2. par. 7. capit. 1. numer. 18. & 19. & numer. 20.* ubi dicit, habitum clericalem consistere in tonsurà, & vestibus copulativè, ut etiam *D. Rocc. decis. 154. num. 1. & 9. part. 4. & Ciarlin. tom. 1. cap. 20. nu. 9.*

20 An autem sit necessaria, & requiratur sententia declaratoria in foro fori ad hoc, ut beneficiatus amittat beneficia non incedens in habitu, & tonsura, & pensio sit cassata vigore *d. Bulla Sixti V.* & verborum illius ultra dicta à *D. Regente hic num. 37. & in dec. 73. tom. 1.* invenio varias DD. opiniones; nàm *Novar. tom. 1. sum. Bull. de habitu cleric. num. 7. vers. sed ut meam*, tenuit non requiri sententiam declaratoriam, ità etiam *Garz. tom. 2. de benefic. part. 11. capit. 10. numer. 18. cum seq.* & alii ab ipsis citati, & *Ciarlin. loc. cit. num. 16. ad 19.* sed affirmativam sententiam requiri, scilicèt Judicis sententiam tenent *D. Genuens. in pract. in 1. impress. cap. 7. numer. 8. fol. 71. D. Squillant. de privil. cleric. capit. 4. numer. 8.* idem *Novar. se retractans tom. 2. sum. Bull. de clausur. num. 11. vers. & quamvis, P. Dian. par. 1. tract. 17. seu 3. miscell. resol. 67. Covarr.* & cæteri, quos longa serie adducit idem *Garz. loc. cit. à num. 7. & Merell.* mox citandus, vide etiam *Azor. part. 1. lib. 7. cap. 16. quast. 1. vers. decimum septimum crimen*, qui latè de hoc materia discurrit usque ad finem *d. capit. & Bonac. tom. 2. de legibus, disp. 1. quast. 1. puncto 7. §. 2. num. 9. 11. & 16.* & ad latiùs *Merell. tom. 2. disp. 4. capit. 5. dub. 4. per totum.*

Sed quid in foro poli, an talis Beneficiatus teneatur in conscientia dimittere Beneficium ante sententiam, & an faciat etiam fructus suos, vide Doctor. suprà citatos, præcipuè *Garz. Azor. Dian. Bonac. Ciarlin.* sed latissimè *Merell. ubi sup.*

Et cum de tonsura, seù corona clericali disseruimus observandum est, quare tonsura clericalis, corona vocetur, & dico, quod vel ob spineam Christi coronam,

21 quam Clerici maximè in memoriam semper habere debent, vel ad denotandum Christi Domini Sacerdotium, vel quia Beato Petro Apostolo in Civitate Antiochena prædicanti Judæi abraserunt summitatem capitis ejus in contumeliam, derisionem, ac ignominiam nominis Christiani, & Dominicæ passionis. Undè initium sumpsit talis corona, quæ hodie toti Clero in honorem traditur, & Ecclesiastici tali corona ornantur, & eundem D. Petrum coronam capillorum in memoriam ejusdem spineæ coronæ Christi gestasse traditur, ità *Durand. in rational. divin. offic. lib. 2. capit. 1. numer. 31. P. Castald. ubi sup. numer. 4. fol. 174. in praxi caerem. Carol. de Graff. de effect. cleric. in pralud. num. 181. D. Episc. Squillant. de privil. cleric. capit. 6. numer. 18. vers & nota, Barbos. de offic. & potest. Episcop. d. alleg. 9. numer. 10.* fuit tamen ordinata ab Aniceto Papa in *suprascr. can. prohibete, distin. 23.* ibi: *Ut Clerici juxtà Apostolum comam non nutriant, sed desuper caput in modum sphera radant*, idem *Squillant. ibidem*, &

& in *can. duo sunt genera. 12. quaest. 1.* habetur, quod corona in capite Clericorum designat Regnum quod habent in Deo, quia Clerici sunt Reges, idest se, & alios in virtutibus Regentes, & coronam habent in signum Regni, quod in Christo expectatur; Rasio verò capitis, est temporalium omnium depositio. ita ibi.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Principis rescripta quando dicantur esse concessa ad supplicantium importunitatem, & quando Judices inferiores possunt illa retinere & rescribere Principi concedenti, & nonnulla ad materiam Regii exequatur, quod fit per Protogem, ejusque Collaterale Consilium, & quando sit denegandum, vel concedendum.

Domanii contractus quando possit per Regem revocari, vel abrogari, & illo revocato an possit fieri nova concessio in feudum in remunerationem servitiorum? Et an facta nova concessione possit Universitas de novo petere, admitti ad domanium; & num sit ista sufficiens causa ad impediendum Regium exequatur, & an prælatio habeat locum in contractu donationis.

SUMMARIUM.

1. *Principis concessio multoties præsumitur facta præter ejus intentionem, & ad supplicantium importunitatem, maxime quando, jus tertii ex rescripto læditur.*
2. *Principem velle aliquid contra jus non præsumitur.*
3. *Importunitas est frequens inbiatio, seu petitio.*
4. *Princeps ut consulatur in arduis negotiis non est novum, maxime quando leges sunt contraria.*
5. *Iudex inferior potest ex causa detinere mandatum Regis, & expectare secundam, & tertiam jussionem; intellige ut num. 47. & 48.*
6. *Executio rescriptorum potest per Collaterale Consilium detineri, causa consulendi Regem, maxime quando sunt, injusta, & subreptitia, etiam quando est demandata eorum executio.*
7. *Exequutoriatio fuit ordinata ad finem, ut omnia per Collaterale Consilium examinentur, rescribendo Principi ea, quæ sibi occurrunt.*
8. *Princeps non debet turbari, quando Iudex supersedit in exequendo, quia hoc modo Servatores Legi, & Regi inserviunt.*
9. *Privilegia, & quæcunque alia expeditiones de negotiis ad hoc Regnum, & singulas ejus partes spectantes, debent infra annum Proregi præsentare, & ab eo litera exequutoriales obtinere.*
10. *Exequutoriatio, de qua per Reg. Pragm. sub tit. de* privileg. infra annum præsentand. *fundatur etiam de jure communi.*
11. *Clausula,* si preces veritate nitantur, *in omni concessione subintelligitur, & n. 28.*
12. *Rescriptum obtentum per preces obreptitias, ob defectum voluntatis ipsius Principis redditur ipso jure nullum.*
13. *Clausula,* salvo jure tertii, *semper in concessione Principis intelligi debet cum non præsumitur velle præjudicare.*
14. *Concessio declaratur à precibus præcedentibus.*
15. *Gratia est intelligenda juxta preces porrectas, quamvis in ella nulla precum mentio facta sit.*
16. *Impetranti interest probare, narrata esse vera.*
17. *Gratia donec non est verificata, nullum jus tribuit impetranti.*
18. *Piccolominea familia est duplex, & Duces Amalphiæ descendunt à Nanno Tedeschino conjuge Laudomia de Piccolominibus, qui fuit adaptatus à Pontifice Pio II. tempore quo erat Cardinalis, qui carens fratribus, ipsum in suam propriam familiam de Piccolominibus aggregavit.*
19. *Causarum narratarum ad faciliorem consequutionem privilegii, si una reperiatur falsa, totum privilegium corruit.*
20. *Privilegium continens plura capitula separata, commisso vitio in uno, totum corruit, & vitiatur.*
21. *Concessio fundata in possessione prædecessorum, si non est vera deficit etiam concessio: nam Princeps ad ita concedendum præsumitur motus ob id, quod æquum sit ad posteros transire, quæ fuerunt majorum fuerant, & n. seq.*
23. *Subreptio quamvis minima, gratiam ipso jure nullam reddit. Intellige ut num. 19. & 25.*
26. *Exceptio sub, & obreptionis admittitur ad annullandum Principis rescriptum.*
27. *Disputare de Principis potestate regulariter non licet, tamen de ejus voluntate, & scientia permittitur.*
29. *Princeps potest facilius revocare, quæ ab ipsomet fuerunt concessa, etiam per viam contractus, quam ea, quæ habuit à tertio cum pacto de non alienando.*
30. *Iuramentum si sit in aliquo interpositum pro ipsius revocatione requiritur, quod de eo sit facta specialis mentio.*
31. *Clausula derogatoria est facienda mentio, maxime quando tractatur de præjudicio subditorum, quibus ex pacto fuit jus quæsitum.*
32. *Domanii contractus non potest generaliter per Regem abrogari, nisi sit certioratus, nedum de ipso domanio, sed de omnibus ejus qualitatibus.*
33. *Citatio partis quo in casu sit necessaria pro revocatione domanii.*
34. *Privilegium à Principe concessum non potest revocari neque in totum, neque in partem, nisi ab eodem Principe.*
35. *Principes rescripta sunt intelligenda, ut nemini injuriam faciant, nec jus tertii lædant.*
36. *Rescriptum quotiescumque detegitur esse notabiliter Fisco damnosum, non debet exequi, sed Principi rescribendum, ejusque secunda jussio expectanda.*
37. *Universitas volens exbursare pretium, quo fuit vendita, potest conservari in Regio domanio, etiam per viam prælationis; intellige ut n. 63.*
38. *Universitates indistincte admittuntur ad Regium domanium, quod tamen fuit introductum ex longævo usu, & consuetudine ita judicantis, licet forsan de jure contrarium posset fundari.*
39. *Universitas infra quod tempus admittatur ad petendum domanium.*
40. *Vassalli ne inviti subjiciantur Baroni, militat tam in contractu venditionis, quam donationis.*
41. *Concedentium rem suam emphyteusim cautela traditur.*
42. *Emphyteuta debet requirere dominum directum, tam in venditione, quam in donatione, quia donatio remuneratoria, vim venditionis habet, & de ea tanquam de venditione laudemium solvitur.*
43. *Emphyteuta volens donare, ad quem effectum debet requirere dominum directum, non ut sibi donet, quia quamvis non cadat pretium, cum non sit venditio, cadit tamen æstimatio rei, & illam æstimationem tenetur dominus solvere, si vult rem habere, & donatario præferri.*
45. *Effectus, & non modus est considerandus.*
46. *Rex quamvis ob remunerandam servitia propter causam publicam possit alienare bona domanii, non obstante promissione de non alienando, tamen hoc intelligi debet in subsidium, quando non possit ex alio publicæ necessitati subvenire.*
49. *Clausula* ex certa scientia, *omnem subreptionem excludit.*
50. *Clausula* de plenitudine potestatis, *adjuncta cum illa,* ex certa scientia, *cum operetur, & nu. seq.*

52 *Clausula ex certa scientia, quando est adhibita causa cognitio, operatur, ut omnia contraria, absque alia derogatione, & clausula, non obstante, sublata censeantur.*

53 *Domanium potest Princeps revocare de potestate ordinaria, nec est opus, ut suprema plenitudine utatur.*

54 *Disputare, si Rex potuit, vel non potuit derogare privilegiis domanii, sacrilegium est.*

55 *Rex ob causas urgentes potest revocare privilegium domanii, maxime quando facit concessionem cum restitutione pretii, & cum assistentia Consilii, unde non potest contra asserta, & per Regem declarata, fieri aliqua controversia.*

56 *Princeps propter causam publicam, ut est remuneratio servitiorum factorum Coronæ, potest alienare bona domanii non obstante promissione de non alienando.*

57 *Princeps licet possit revocare domania de potestate ordinaria, etiam nulla subsistente legitima causa; Limitatur tamen, quando privilegium domanii transiit in vim contractus, recepto pretio, verum justa causa existente, & restituto pretio, cessat omne dubium, n. 58. & 59.*

60 *Princeps potest in modico lædere jus tertii, unde revocando domanium potest differre solutionem pretii quando illud non habet in promptu, & nu. seq.*

62 *Prælatio quæ competit Universitati pro domanio, non potest exerceri ante exequutionem privilegii concessionis ejusdem domanii.*

63 *Prælatio an habeat locum in contractu donationis de re emphyteutica, vel de domanio.*

64 *Jus competens Universitati petendi domanium non est jus proprium, sed Regis qui potest pro suo arbitrio concedere, ut Universitas ad domanium admittatur, & conservetur, vel non.*

65 *Universitates omnes repelluntur, si dominus directus non vult domanium, quia exercent jus prælationis Domino competens, quod exercere non valent eo invito.*

DECISIO CLXXIV.

CONcesserat Sua Carhulica Majestas in anno 1642. Marifeallo Comiti Octavio de Piccolomioibus ob magna. & præclara servitia præstita cum omni studio, observantia, & obsequio Invictissimæ Domui Austriacæ per plures annos, tam in Italia, quam in Germania. & Gallia Belgica, nullis belli occasionibus ibidem oblatis, nullisque laboribus aut sumptibus, seu vitæ discriminibus subterfugienti; Civitatem, & Statum Amalfiæ cum titulo, & honore Ducatus, cum omnibus juribus, & introitibus ad Regiam Curiam spectantibus, in feudum pro se, suisque hæredibus, & successoribus, servata tamen forma *Constitutionis Regni*, & reservato Sacello, in quo corpus Divi Apostoli Andreæ custoditur, satisfactisque prius, atque solutis Universitati Status prædicti duc. 11660. ex eo, quia fuerunt esbursati pro obtinendo domanio ejusdem Status. Cumque postea ob continuata servitia dicti Comitis Octavii mandaverat Sua Majestas, ut cum assistentia Fisci Regalis Patrimonii procederetur ad venditionem aliquorum locorum, & terrarum minoris importantiæ & facilitatis separationis à dicto Statu, ex quarum pretio pervenire posset medietas dictorum ducatorum 11660. vel aliquid minus, non tamen minoris summæ ducatorum 50000. & pro restanti quantitate, quod ex juribus Fiscalibus debitis per eandem Universitatem, & Statum assignarentur tot annui introitus, quos deberet solvere Arcæ militari, & quatenus essent alienati, mandavit, illos esse reemendos, vel permutandos cum aliis fiscalibus hujus Regni, usque ad complementum dicti crediti ducat. 11660. & casu, quo non posset dictum creditum satisfieri super dictis functionibus fiscalibus, mandavit, eidem Communitati assignari dictam quantitatem super nova impositione salis, vel super aliis novis impositionibus magis promptis Regalis patrimonii, dans rationem, quia cum ex causa publica jusserat revocari dictum domanium, conveniens erat, ut Universitas prædicta haberet pretium esbursatum pro illo obtinendo, absque ullo onere tertii, vel novarum impositionum, cum illa majori securitate, qua fieri posset, ne remaneret in damno, atque interesse. Et demum desiderans Comes Octavius, ut ad ipsum perveniret Status prædictus, qui antea fuerat possessus per Illustr. Duces Amalfiæ de eadem Familia Piccolominea, integer, & non diminutus; nec dismembratus, de mense Novembris 1642. obtinuit dilationem trium annorum ad solvendum Universitati dictam quantitatem, quæ erat pervenienda ex pretio dictæ partis Status vendi permissæ, & quod interim solveret interesse: Quibus stantibus Comes supplicavit, concedi Regium exequatur, & facta obligatione solvendi dictos duc. 50000. infra annos tres, & interim solvendi interesse, institit quod sibi traderetur possessio integri Status.

Comparuerunt in Collaterali Consilio Deputati pro domanio dicti Status Amalfiæ, & ex pluribus supplicabant, dictum privilegium non esse exequendum, sed esse rescribendum Suæ Catholicæ Majestati; 1 multoties enim Princeps aliquid concedit præter ejus intentionem, propter multas, & varias occupationes maxime quando ex rescripto læditur jus tertii, quia tunc præsumitur ad importunitatem supplicantium concessisse, juxta dispositionem *text. in l. 1. C. de petit. bon. subiat. l. 10. glos. in cap. 1. de constit. Ancharan. cons. 313.* 2 non enim præsumitur, Principem aliquid voluisse contra jus, & ideo deficit voluntas. *Rebuff. de rescript. in præfat. nu. 71. & art. 1. glos. 3* ubi dicit, quod 3 importunitas est frequens instiatio seu petitio, nec est 4 novum, ut in arduis negotiis Princeps consulatur, *l. eum, quem temere, ff. de judic.* maxime quando leges sunt contrariæ, *Petr. de Gregor. syntagm. jur. univers. li. 50. cap. 1. num. 15. & 16. Alex. Randens. cons. 50.* sub *nu.* 5 118. *& seq.* immo potest Judex inferior ex causa detinere mandatum Regis, & expectare secundam, & tertiam jussionem, prout ex *tex. in §. & hoc vera*, ubi *glos. in auth. ut nulli judic.* & in *§. deinde, in auth. de mand. Princip* & ex *glos. in cap. si quando, de rescript.* docet *de Ponte decis. Collat. Cons. 23. in princip.* Im6mo quod non solum potest Collaterale detinere Principis rescripta, & Regem consulere, verum quod revocatur, quando sunt injusta, & subreptitia etiam quod sit demandata nuda exequutio, quia præsumendum est, Principem non intendere, nisi quod justum est facere, & pro communi utilitate, *l. & si non cognitio, C. si contra jus vel util. public. Mastrill. de Magistrat. lib. 5.* 7 *cap. 6. num. 222. & seq.* & ad hunc finem ordinata fuit exequutoriatio, ut hæc omnia per Collaterale Consilium examinentur, rescribendo Principi ea quæ sibi occurrunt, prout de interinatione fundat *Sola in Constit. Sabaudia. tit. de interinat. glo. 2. nu. 8. & 18.* cum 8 *seqq.* ubi subdit, quod non debet Princeps ex supersessione in exequendo turbari, quia hoc modo Senatores Legi, & Regi inserviunt, nam multoties per importunitatem, & subreptionem Princeps non concedenda concedit; & propterea quæcunque privilegia, 9 investituras, confirmationes, & alias quascunque provisiones, literas, & scripturas de negotiis ad hoc Regnum, & singulas illius personas, quomodocunque, & qualitercunque spectantes, esse Domino Proregi præsentandas, & ab eo literas exequutoriales obtineri debere per *Reg. pragm.* de anno 1518. quæ est *Prag. 1. de privileg. infra ann. exhib.* sancitum est, quod etiam de jure communi fundatur, ad hoc ut de varitate per

cum

eum inquiri oporteat, & si fraus intervenerit, de omni negotio cognoscatur, ex *text. in d. l. 4. C. si contra jus, vel util. public. Reg. Galeot. controvers. lib. 2. controvers. 4 1. n. 6.* & ex traditis per *Rebuff. in l. 1. circa fi. versic. hoc est, C. ne apud publ. lib. 10. Reg. Revert. in decl. pragm. 1.*

Ex quibus dicebatur, quod hodie dum tractatur in Collaterali Consilio de exequutoriatione privilegii dictæ concessionis debet examinari veritas eorum, quæ per Comitem fuerunt expressa Suæ Majestati ad finem obtinendi gratiam. nam in Supremo Italiæ Consilio non examinatur, si narrata sunt vera, cum certum sit, quod in omni concessione semper intelligitur clausula, *si preces veritate nitantur, d. l. 4. C. si contra jus vel util. public. & c. de rescript. Canonistæ* communiter in *cap. super literis* eodem *tit.* quæ, clausula etiam si omittatur, subintelligitur, *Sola in Constitut. Sabaudia, d. tit. de interinat. glos. 2. n. 9. Andr. Gayll. pract. observ. lib. 1. observ. 14. in princ.* & propterea rescriptum obtentum per preces obreptitias, ob defectum voluntatis ipsius Principis redditur ipso jure nullum, *Capyc. dec. 5. n. 13. Afflict. dec. 1 6. num. 3. Thes. dec. 11. n. 2. Menoch. de arbitr. cas. 201. sub nu. 9. Mascard. concl. 896. Mart. de clauf. p. c. claus. 71. n. 8. Sola d. glo. 2. de interin. n. 15.* latissime de materia subreptionis, & obreptionis *Jo. Bapt. à Costa alleg. 41.* per *tot.* sic etiam semper in concessione intelligi debet clausula, *salvo jure tertii*, cui non præsumitur velle Principem præjudicare, *Pal. in l. 1. ff. de const. Princ.* & in *l. cum mul. n. 4. C. de bon. quæ lib. Alex. cons. 125. nu. 5. lib. 2.* cum aliis adductis per *Solam in loco proxime cit.*

Insuper dicebatur, quod quamvis ex lectura hujus privilegii non appareat, preces fuisse porrectas Suæ Majestati per dictum Comitem, tamen apparet de supplicatione pro concessione dicti Status. & propterea nullum potest cadere dubium, quod concessio fuit facta ad preces ipsius Regi porrectas, *l. 1. C. de divers. rescript.* ubi *glos.* argumento *text. in l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. de interrog. act.* & in terminis concessionis feudi notant *Jas. & Paul. de Castr. in l. & si legibus, C. si contra jus, vel util. publ. Menoch. præsump. 190. n. 4. lib. 4.* & decisum refert *Reg. Rov. dec. 32.* gratiam esse intelligendam juxta preces porrectas, quamvis in illa nulla precum mentio facta fuerit.

Quod tamen dicebatur, esse satis clarum, cum in literis Suæ Majestatis expeditis de anno 1638. ad prædictam concessionem obtinendam, nonnulla pro faciliori ejus consequutione fuerunt expressa, nempe prædictum Comitem esse descendentem primi quondam Ducis Amalfiæ, & Statum semper fuisse à suis antecessoribus possessum, & propterea ad ipsum de justitia pertinere, & pertinuisse, & cum non posset suam justitiam proponere, militaribus servitiis occupatus, quod ipsi de justitia spectare prætendebat, supplicavit S. M. id sibi concedi in remunerationem servitiorum, quæ quidem narrata, onus habebat probare esse vera, cum ab ipsa Universitate negentur, & interim dicebatur supersedere debere in exequutione privilegii, ex doctrina *Jo. Andr. in c. 1. de lit. contest. in 6. Abb. in cap. 2. in 2. notab. de rescript. Dec. Cravet.* & alii allegati per *Salam in d. tit. de interinat. glos. 2. num. 13. Mascard. conclus. 1221. de probat.* nam gratia donec non est verificata, nullum jus tribuit impetranti, *Bellemer.* & alii per *Gratian. discept. forens. cap. 508. nu. 2.* tanto magis, quando apertissime constat, quod asserta in supplicatione non sunt vera, nam Duces Amalfiæ, quamvis de Piccolominibus se cognominassent, tamen re vera descendunt à Nanno Tedeschino conjuge Laudomiæ de Piccolominibus, quæ fuit soror Æneæ Silvii de Piccolominibus, postea Pontifex Pius II. denominatus, qui carens fratribus, ne Cognomen illius suæ familiæ deficeret, tempore quo erat Cardinalis adoptavit sibi dictum Nannum, & in suam propriam familiam ipsum aggregavit, cumque ex dicto matrimonio ortus fuisset Franciscus, fuit etiam Pontifex creatus & se appellari fecit Pium III. qui etiam omnia prædicta approbavit, & novæ confirmationis munimine roboravit, ut habetur ex Historicis, & refert *Reg. Revert. cons. 27. vol. 1. nu. 1.*

Et quamvis concessio fuisset facta ob remunerationem servitiorum, tamen cum plures causæ sint Principi narratæ ad faciliorem consequutionem omnium contentorum in privilegio si una ex dictis causis reperiatur falsa, totum privilegium corruit, *cap. sanctissimus, cap. sedes, & cap. super literis, de rescript. Cancer. var. resolut. par. 2. cap. 1. nu. 200* ubi dicit, quod ista est veritas, sic etiam in simili si plura capitula contineat separata, commisso vitio in uno, totum corruit, & vitiatur, *Bald. in 2. ad audientiam, num. 11. de rescript.* per *text. in l. si eo tempore, eodem tit. in 6. Gayll. pract. observ. lib. 1. observ. 14. num. 4.* & in puncto quod quando concessio est fundata in possessione prædecessorum, quod si non sit vera, deficiat etiam concessio, habetur ex *Grammat. dec. 5 1. sub num. 1.* ex *text. in cap. inter dilectas de fid. instr.* ubi *Abb.* post *Imol. & Hostiens. in 4. col. vers. quarto opponit*, qui in fine d. *lectionis* refert, fuisse conclusum, consulendum esse Cæsaream Majestatem, sic etiam in alio casu simili consuluit *Menoch. in cons. 264. sub num. 53 vers. quarta falso narravit*, ubi in specie inter alias subreptiones, dixit, quod concessio Castri Baptistæ facta Jacobo de Turre, & Capitaneis erat obreptitie impetrata, ex eo quod falso narravit, quod ejus majores obtinuerunt prædictum Oppidum, cum vere nullus ex dicta familia Papalea dictum feudum possederit; num Princeps ad ita concedendum præsumitur motus ob id, quod æquum sit, ad posteros transire, quæ suorum majorum fuerunt. *Bar. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiv.* late *Cart. senior. cons. 48 Neviz. inter consi. Brun. cons. 12. nu. 120.* declarando *Socin. jun. consi 4. lib. 3.* & subreptio quamvis minima, gratiam ipso jure nullam reddit, *cap. super literis*, ubi *Gloss. num. 158. de rescript. Cardin. Tusch. lit. S. conclus. 722. num. 35. & 36. Amat. cons. 51. nu. 1. Marescott. variar. resolut. lib. 2. resolut. 99. num. 1.* licet hæc opinio non sit undique tuta: variant enim Scriptores, an stante subreptione rescriptum reddatur nullum ipso jure, vel ope exceptionis? de qua quæstione videndus est *Cravett. cons. 68. num. 5. consi. 92. nu. 72. & cons. 1000. nu. 172. Decian. respons. 69. num. 58. volum. 2. Verall. dec. Rot. Rom. 34. nu. 8. par. 2.* ita ut nonnulli dixerunt, obreptionem ipso jure reddere concessionem nullam subreptionem vero ope exceptionis, ut per *Surd. cons. 23. n. 44.* licet dictæ conclusioni contradicat *Schurff.* damnatæ memoriæ *cons. 7. n. 1. centur. 2. Menoch. de arbitrar. casu 201. nu. 2. Leonell. in tract. de subrept. rescript. q. 1. art. 3.* late etiam *Bernard Greve. conclusion. practicar. tom. 1. conclusion. 14.* quicquid tamen sit, certum est, exceptionem sub, & obreptionis admitti ad annullandum Principis rescriptum, *Mynsyng. observ. 8. cent. 4. vers. & hinc est*, quod quotidie *Leonell. in d. tract. de subrept. rescript. quæst. 12. art. 1. in princ.* ubi testatur, quod nemo est, qui de hoc dubitet, & propterea quamvis regulariter de potestate Principis disputare non liceat. *l. disputare, C. de crimin. sacrileg.* tamen de ejus voluntate, & scientia permittitur, *l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. in princip.* Hinc est, quod contra rescripta Principum ad partium petitionem impetrata opponitur quotidie de sub. & obreptione, quia semper intelligitur illa clausula, *si preces veritate nitantur*, ut diximus *nu. 11.* & probat *text. in c. sedes*, & in *cap. si quando, de rescript. Gayll. pract. obser. lib. 1. c. 58. & Larrea d. alleg. 91.*

Dicebatur secundò, quod hoc rescriptum, sive privilegium nedum laborabat dicto vitio subreptionis, sed etiam obreptionis, quamplura enim non fuerunt,

Principi narrata, de quibus si certiorata fuisset Sua Catholica Majestas, vel non concessisset, vel saltem difficilius. Et primò non fuit enarratum, Statum prædictum permanere in Regio domanio ex contractu oneroso, cum fuerit venditus à quondam Duce Amalfiæ ipsismet Universitatibus, & jurisdictio, quæ sola permanet penes Regem, fuit ab ipsis Regi donata cum pacto de non alienando, & licet asseratur in privilegio esse de domanio Regio, non tamen asseruit, quod Rex dictum domanium habuit ab ipsismet Universitatibus

29 cum pacto de non alienando, facilius enim revocantur, quæ ab ipsomet Rege fuerunt concessa, etiam per viam contractus, quam ea, quæ habuit ab Universitatibus cum pacto de non alienando, *Grammat. dec. 65. num. 28. Franch. dec. 17. Reg. Tap. dec. Supr. Consil. Ital. 5.* quia hoc casu Princeps non potuit contractum prædictum revocare, *Ruin. consil. 105. num. 9. lib. 5. Reg. Galeot. controv. 52. num. 26. lib. 1.* Secundò nulla

30 fuit facta mentio de juramento interposito in contractu domanii initio cum Domino Excellentissimo Protege, ubi adest pactum de non alienando, de quo requirebatur specialis mentio, *cap. cum aliquibus, de rescript. in 6. gloss. Ang. Dec.* & alii allegati per *Cravett. cons. 241. num. 12. & cons. 120. Natta cons. 6. num. 18 & cons. 501. num. 36 & cons. 531. num. 4.* Nec fuit

31 facta mentio de clausula derogatoria, maxime quando tractatur de præjudicio subditorum, quibus ex pacto fuit jus quæsitum, *Anton. Gabriel. de* [illegible] *quæst. non tollend. conclus. 6. in princ.* qui alios refert *Franc. Vacc. inter cons. Meros. cons. 45. nu. 21. Seraph. dec. 29. in fin.* ubi habetur, quod hæc procedunt etiam respectu suc-

32 cessoris, *Reg. Valenz. cons. 59. num. 54.* ubi nec sufficit, quod Rex abrogaverit generaliter contractum domanii, quia oportebat, fuisse certioratum, nedum de ipso domanio, sed de omnibus ejus qualitatibus, confert

33 allegata dec. 5. *Reg. Tap.* in causa domanii Civitatis Regalis. Tertiò, nec fuit facta mentio de lite, quæ vertebatur in Regia Camera inter ipsum Statum, & Regium Fiscum de hac eadem quæstione, si poterat non obstante contractu domanii alienari, quia si de ea fuisset facta mentio, utique non revocasset domanium absque partis citatione, *Capyc. dec. 165. nu. 8. Rodulphin. de Princ. potest. c. 6. nu 8. Menoch. cons. 1. nu. 396.* Nec demum fuit S. M. certiorata de situ locis maritimis, de fortitudine, nobilitate familiarum, & de aliis consideratis in consultatione facta per Regiam Cameram, ex quibus mota fuit in anno 1625. ad consulendum, non deberi infeudari, & cum tractaretur in anno 1631. de venditione terrarum, & Civitatum domanialium habita consideratione de dicta consultatione facta in anno 1625. non fuit posita Civitas Amalphiæ, & ejus Status inter feuda, quæ fuerunt venalia exposita, & propterea concludebatur pro parte dicti Status, non esse exequutoriandam dictam gratiam concessionis factæ Comiti Octavio de Picolominibus, sed esse rescribendum S. M. pro totali privilegii revocatione.

Insuper dicebatur, quod ex alio privilegium prædictum non poterat exequutoriari, quia multa continebat, quæ necessario erant limitanda, quod non

34 potest fieri, nisi ab eodem Principe concedente, quia privilegium à Principe concessum non potest revocari, neque in totum, neque in partem, nisi ab eodem Principe, *Lanar. consil. 14. num. 10. Reg. Galeot. controv. 51. num. 53. lib. 1.* quia cum contineat dicta concessio, nedum jurisdictionem, sed etiam aquas, flumina, gabellas, Dohanas, Bajulationes, Scannagia, Officium Magistri Actorum, & alia hujusmodi absque clausula, *si quas, vel si quæ, &c.* & penes Regem non erat, nisi nuda jurisdictio, cum omnia corpora Baronalia sint penes ipsas Universitates, & particulares personas, ipsis reservatis in contractu domanii, vel virtute aliorum titulorum, & animus Regia concedentis exprimitur in literis postea expeditis, nulla concedere, nisi ea, quæ sua sunt, quod non est, nisi nuda jurisdictio, & ideo non poterat dictum privilegium, in quo omnia prædicta continebantur, exequutioni demandari, ex vulgaris regulis, nam rescripta Princi-

35 pis intelligenda sunt nemini injuriam faciant, nec jus tertii lædant, sed ejus intentio præsumitur, ne salvum, & illæsum relinquant *cap. super eo, §. hoc tuum de offic. jud. de leg.* ubi *gloss. in verb. intentionis, l. nec avum, C. de emancipat. liber. l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco public. l. ex facto ff. de vulgar. & pupill.* cum concord. *Gayll. observat. 58. lib. 2. num. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 2 præsumpt. 10. num. 52. Mensynger. observat. centur. 4. Cavall. commun. contra commun. quæst. 529. versus fin. Petr. Anton. Petra de potest. Princip. cap. 32. conclus. 2.* & in dicto privilegio concessionis, nedum jus tertii læditur, verum in eo multa veniunt concessa præter mentem S. M. & quæ cogitare non potuit, & sic præter intentionem, & ejus voluntatem, quia nedum difficilius verum etiam nullo modo concessisset: sub illo enim involucro verborum concessionis, cum omnibus prærogativis, & Regaliis, quibus antiqui Duces Statum habuerunt, & possederunt, veniret jura gabellæ serici, & tractatum per intra, & extra Regnum, quod esset destruere, nedum Arrendamentum serici, sed omnia alia, quia possent facile in dicto Statu immitti, & ab ipso extrahi, & sic clausula ista omnino est moderanda, quia quotiescunque rescrip-

36 tum dirigitur tam notabiliter Fisco damnosum, non debet exequi, sed Principi rescribendum, ejusque secunda jussio expectanda, ut post *Paul. de Castro cons. in l. nec damnosa, C. si contra jus utilitatem publicam* fundat late *Peregrin. de jure fisc. lib. 1. titul. 3. numero 41. Reg Galeot. respons. Fiscal. 21 numero 42. & 43.*

Et tandem dicebatur, quod quando S. M. vellet tam strenuo Militi ob ejus servitiorum remunerationem, non obstantibus replicatis mandare exequi privilegium concessum, ex nunc Status petiit, in Regio domanio conservari, etiam per viam prælationis ubi

37 omni jure competentis, quod jus prælationis competere Universitatibus volentibus solvere pretium, quo fuerunt venditæ, certissimum est & quotidie practicatur, & ad hoc solet allegari *text. in §. domnus*, ubi *gl. & fi. Fab. instit. de noxal. action.* & ideo disputato articulo dixit *Molesin dec.* incip. *Maliotto fuit dubitatum fol.* mihi 314 in manuscriptis, quod jam à multis an-

38 nis fuit introductum, & consuetum. Universitates indistincte admitti ad Regium domanium, ubi etiam meminit, quo tempore, & qua de causa inolevit consuetudo, ita judicandi, & quod successu temporis hoc paulatim introductum fuit, ita, & taliter, quod hodie potest dici, quod ex hac longa consuetudine, & longævo usu sit inducta consuetudo sic judicandi, licet forsan de jure contrarium posset fundari, & ideo dixit *Camer. in repet. l. Imperialem, in fin.* quod in hac re non proceditur secundum *tit. de just. & jure*, potius autem de jure vitio, quod etiam advertit *Camill. de Curt.* in suo *diversor. feudal. cap 3. num. 40. & 43.* & ad materiam late per *Mo in decis. 168.* solum fuit

39 dubitatum, intra quod tempus admittatur Universitas ad petendum domanium, cum non reperiatur jure cautum, quod tamen hodie cessat per *Regiam Pragm.* quæ est 63. *de offic. Proc. Cæsar.* ubi statuitur tantum annus absque spe restitutionis in integrum, in *Commentar.* cujus *Pragmat.* multa advertit *Reg. Revis.* ad materiam, & sic etiam *Camill. Salern. in proœm Consuet. fol. 43. lit. A. Camill. de Medic. cons. 50. Consiliar. Marcian. consil. 44. Reg. de Pont. lection. feudal. 8. num. 35.*

40 Et quamvis in hoc casu Princeps non vendidit, sed donavit, dicebatur, quod eadem est ratio, ne vasalli inviti subjiciantur Baroni, quod militat tam in contractu

contractu venditionis, quam in donatione, ut probabel videtur ex his, quæ dixit *Andr. de Isera. in l. Imperialem, §. præterea ducatus, de prohib. feud. alienat.* per *Federic.* sub *nu.* 45. ubi parificat verbum *alienare*, vel *donare*, ibi, *potest alienare, & donare*, quod etiam diffusè probaverunt *Ruin. Cyn. & Alberic. in l. 3. C. de jur. emphyt.* & post ipsos *Ias.* sub *n.* 56. ubi etiam con-41 trarium respondet. & *Ang. ibi* 1. dicit, quod ita observat consuetudo, licet consulat, concedentes rem in emphyteusim ad majorem cautelam debere cavere, quod emphyteuta promittat non vendere, nec in alium jus suum transferre aliquo titulo, qui omnes concludunt, 42 debere emphyteutam requirere dominum directum tam in venditione, quam in donatione, & donatio remuneratoria vim venditionis habet, *Ioan. Fab. in l. t. col. fin. de inoffic. testam.* & de ea tanquam de venditione laudemium solvitur, ut post alios *Maur. Burg.* 43 *de laudem. part. 1. suffrag.* 30. *num.* 11. & licet oppositum consideretur, quod ista requisitio non sit ad alium effectum, nisi ad hoc, ut dominus directus possit præferri, si vult, soluto eodem pretio, quod non potest practicari in contractu donationis, nam quis erit tam fatuus, quod si emphyteuta volens donare alteri, deberet primò requirere dominum, an vellet sibi donari non acceptaret? tamen respondet *Ias. in d. l.* 3. sub *num.* 59. quod immo lex ista est adaptabilis ad hunc casum, & quod emphyteuta, qui vult donare, debet primò notificare domino directo, & eum re-44 quirere, an ipse velit, non ut sibi donet, sed an cum sit emphyteuta alienaturus in alium donando, velit solvere æstimationem rei, & præferri aliis, & dat rationem, quia isto casu, quamvis non cadat pretium, cum non sit venditio, bene cadit æstimatio rei, & illam æstimationem tenetur dominus solvere, si vult rem habere, & sic dicebatur, esse concludendum in præsenti casu, quia cum ista concessio facta sit Illustr. Comiti in remunerationem servitiorum, competit Universitatibus Status prælatio, ut soluta æstimatio-45 ne ejus, quod de suo Rex donavit in dicta concessione, in domanio conservari deberent, effectus enim, & non modus considerari debet, *l. cum servus, ff. de verb. obligat.*

Immo ex ista oblatione de solvendo pretium sive æstimationem, concludebatur, omnino esse rescribendum Suæ Majestati, quia quamvis Rex ob re-46 muneranda servitia propter causam publicam possit alienare bona domanii, non obstante promissione de non alienando, ut fundat *Mastrill. de magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 316. & 346. *Caffyc. decis.* 166. *Reg. Carol Tap. decis. Supr. Ital. Consil.* 5. *num.* 95. & late *Reg. Galeot. respons. fisc. al.* 23. *num.* 69. & per totum, & præsertim *num.* 261. *conclus.* 7. tamen hoc intelligi debet in subsidium, quando non posset ex alio publicæ necessitati subvenire, & in hoc casu potest dictum strenuum Ducem cum dicta æstimatione remunerare, ut dixit *Andr. de Isern. in d. §. præterea ducatus. num.* 49. & *Anna allegat.* 69. *num.* 5. & ex pluribus Doctorum authoritatibus hoc probat *Reg. Tap. d. decis.* 5. *num.* 99.

Quibus tamen ex adverso pro parte Illustr. Comitis replicabatur, quod ipse non negabat, posse Judicem inferiorem, quando aliqua occurrunt adversus concessionem à Principe factam retinere mandatum Regis, & expectare secundam, & tertiam jussionem, ut post alios dixit *de Ponted. dec.* 23. *in princip.* ta-47 men hoc erit intelligendum, quando Princeps non est informatus de negotio sed ad petitionem, sive partis importunitatem concessit ea, quæ si esset bene informatus, vel negasset, vel saltem difficilius concessisset, in quibus terminis posset Collaterale Consilium rescribere, & Regem informare, quod quomodo fieri debeat, declarat *Petr. Gregor. Tholos. in syntagm. juris univers. cap.* 50. & quod in his terminis possit secunda, & tertia jussio expectari, dixit post alios *Mastrill. de magistrat. dict. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 222. secus tamen 48 erit, quando Princeps bene informatus, & de certa scientia aliquid concessit, prout dicebatur, esse in casu prædicto, in quo prævia consultatione Regiæ Cameræ, audita Universitate dicti Status, quæ easdem fere fecit oppositiones adversus dictam concessionem, & ad impediendum dictum exequatur, quæ omnia cum fuissent Suæ Majestati cognita, non obstantibus dictis oppositionibus concessionem fecit, ut apparet ex infrascripta consultatione facta per Regiam Cameram Excellentissimo Protegi in anno 1640.

Illustrissimo & Excellentissimo Signore.

HAvendo questa Regia Camera ricevuto viglietto del Duca di Carvnao Segretario del Regno, sotto la data delli 20. d'Aprile del presente anno 1640. donde dice, che V. E. comanda che questo Tribunale lo faccia consulta con voto sopra lo contenuto nella lettera di Sua Maestà, copia della quale venne insieme con detto viglietto, per la quale la Maestà Sua dice che hà fatto gratia al Conte Ottavio Piccolomini del Ducato d'Amalfi, & per questo ordina, che V. E. con parere del Collateral Conseglio, ò di questa Regia Camera aggiusti l'esecutione di detta Gratia, qual aggiustamente così fatto si rimetti alla Maestà Sua, acciò per quello suo Conseglio d'Italia si spedische al predetto Conte Ottavio l'investitura. S'haverà da concedersi lo detto Stato in feudum, overo in Privilegio, s'havrà da concedersi il Governo perpetuo del predetto Ducato in la forma conveniente alla predetta Regia risolutione. Et havendo per questo discusso la materia con quella attentione, & diligenza, ch'in cosa così grave per Tribunale così obediente si ricerca. Ritrovamo, che l'intentione di Sua Maestà è voler essere informata di due punti. Primo, se sarà conveniente fare la predetta concessione in feudum, ò in governo perpetuo.

Secondo, appresso d'haver fatto una delle due, in quale forma s'haverà da dare esecutione in quella.

Et in quanto al primo dicemo à V. E. che presupponendo, che la Maestà Sua non tiene nello detto Stato, & Ducato d'Amalfi altro che la simplice Giurisdittione come infra si dirà.

Semo di voto, è parere, che complendo Sua Maestà interamente con l'animo generoso, che tiene a far gratia al detto Ottavio Piccolomini, sarà più conveniente che la Maestà Sua li faccia concessione della Giurisdittione del Stato, & Ducato d'Amalfi in feudum, che non per Governo perpetuo per beneficio del Regal Patrimonio, che deve percipere d'Adoha, & donativi, ch'il feudo contribuisce, quali in Governo non s'esiggeriano, & perche la M. S. con dette Regali lettere pare di volere concedere al predetto Conte ogni cosa, che tiene in detto Stato, li pare, che dovrà concedersi la Giurisdittione civile, criminale, e mista di primo, & seconde cause, con titolo di Duca, com'espressamente la Maestà Sua l'esprime nelle sue Regale Carte, & tutto in feudum, come s'è detto; però non se li può concedere altro, atteso la Maestà Sua non tiene più nel detto Stato, atteso l'altri corpi Baronali si comprò l'istesso Stato, & sono già in potere dell'Università, & altri particolari Padroni di quelli, il quali stanno in possessione.

Al secondo per la forma, che si hà da esiquire la d. gratia dicemo à V. E. che le clausole di Giurisdittioni, & concessione in feudum sono ordinarie, & notorie, che solo è degna di particolar attentione la clausola della concessione, che hà da essere pro se, hæredibus, & successoribus ex corpore legitime descendentibus, & questo con espressa mentione, & derogatione del Privilegio, che il detto Stato tiene d'esser manutenuto nel Regio De-

per causa dell'utilità, che risulta di tener premiate, & remunerate il Conte Ottavio Piccolomini, del quale nel presente stato di guerra depende di molta gran parte dell'Arme d'Allemagna, & Fiandre; che con giusta preparatione li spetta conforme all'altre giurisdittioni domaniale, che si sono vendute per essecutione del decreto generale, & questo è lo che tocca alli due articoli raccolti dalla Carta predetta di S.M. & questo Tribunale può riferire in questa Consulta in essecutione delli ordini di V.E. Però per parte del detto Stato, & Ducato d'Amalfi si è havuto notitia del negotio predetto, & per essere interessato nella detta concessione, è stato inteso pienamente ad finem faciendi consultationem, & ha fatto, & esposto il seguente, videlicet.

Primo, che la detta carta, & ordine della Maestà Sua sono obreptitie, perche si lasciò d'esprimere alla Maestà Sua, quando il detto Stato d'Amalfi fu venduto per urgentie de creditori nell'ultimo possessore d'esso, il medesimo Stato usò della prelatione, che di raggione li toccava, & si comprò in duc. 216160. inclusi li corpi Baronali, & deducendo il prezzo vero di quelli, il quale è di somma di duc. 104500. resta il prezzo della Giurisdittione, ch'al presente la Maestà Sua concede in ducati 111660. li quali se li devriano restituire giusta il decreto generale fatto sopra la venditione delli domanii delli 23. di Febraro 1637. & anco si restò di esprimere, & narrare il numero delle terre, & fochi del detto Stato, le quali terre sono numero undeci, quattro delle quali sono Città, & là d'Amalfi Metropoli dello detto Stato, nella quale stà il Corpo del Glorioso Apostolo S. Andrea, & il fuochi di detto Stato sono di numero 3485. secondo la numeratione dell'anno 1595.

Lo secondo oppone, che sono anco d. Reali Carte subrettitie, perche il d. Conte have esposto, essere descendente della linea del feudo antico, non essendo così, Et anco ha presupposto essere successore, & che pendevalite sopra la successione di quello, non essendoci nè l'uno, nè l'altro, & che anco hà presupposto per instanza del Regio Fisco sia uscito il Stato predetto da sua Casa non qualche tere interesse, non essendo tale, ma venduto per urgenza de Creditori dell'ultimo possessore di quello, & ricompratosi con la saputa, & agiuto del medesimo ultimo possessore per restare nel Regio Demanio, dando però per assoluto, ch'era feudo hereditario & che si possa obligare à vendersi senz'aggravio del successore.

Terzo, hanno opposto, & allegato, che la M. Sua non hà fatto mentione in d. reali Carte delli Privilegii, che tiene d. Stato, ac in quelli vista clausola derogatoria contro d'essi, & così pure, che l'animo della M.S. non sia stato, ai di privarli delli Privilegii che tiene, del quale tutto hà parso à questa Reg. Cam. essere importante, che la M.S. sia servita d'intenderli, acciò sia informata, & sopra d. cose particolarmente intesa, sopra la grandezza della liberale mano sua remittendosi al di più, che V.E. comanderà, in buona gratia, della quale di continuo ci raccomandiamo dalla Regia Camera della Summaria li 30. di Luglio 1640.

De V.E. Servidori, Il Luocoten. & Presidenti della Reg. Cam. Matthias Casanate Reg. pro Mag. Cam. Antonius Caracciolus, Gio. Camillo Cacace, Gregorio de Ganaverre, Commiss. D. Martin. de Baeguedo D. Gomez de Caraguz, Ioannes Iacobus Mercatus. Vidit Fiscus Gen. Antonius Belinus Secr. Io. Bapt. Constantinus.

Secundum quam fuit postea facta consultatio per Excellentissimum Proregem, & Collateralc Consilium S.M. & hodie si vellet supersedere in executione dictæ concessionis, non posset alia rescribere, nisi easdem oppositiones factas per Universitatem, & Statum Amalfiæ; & ideo cum non obstantibus oppositio mandaverit, expediri privilegium, prout cum effectu fuit expeditum in Civit. Cæsar. Augustæ die 13. Novembr. 1642. ubi leguntur verba (*ex certa nostra scientia, deliberate, & consulte, ac ex nostra Regia* 49 *potestatis plenitudine legibus absoluta*) quæ clausula *ex certa scientia Principis*, excludit omnem subreptionem, ut not. *gl. in cap. 1. de plen p. asbyt. & Ioan.* 50 *Andr. in cap. clem. de verb. signif.* maxime quando est adjuncta clausula, *de plenitudine potestatis*, quia præsumitur jus alteri quomodocunque quæsitum auferre, *Io. de Imol. in cap. quam Ecclesiarum, de constit.* quod quamvis aliquis posset habere contradictionem, maxime quando adesset magnum præjudicium. *Ruin. cons. 15. nu. 12. lib. 1. Gabriel. commun. concl. lib. 6. tit. de claus. conclus. 1. n. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 2 præsumpt. 9. n. 25. & cons. 36. num. 59. Rodolfin. de suprem. seu absolut. princip. potest. cap. 7. nu. 14. Martin. de jurisd. parte 4.* 51 *centur. 1. casu 176. num. 5.* tamen hoc cessat, quando processum esset cum causæ cognitione. *Soc. sen. cons. 164. nu. 7. vers. sed ad dicta respondeo, lib. 2. Curt. iun. cons. 241. num. 8. vers. nec obstat, Bero. cons. 176. num. 58. lib. 1. Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 3. Menoch. cons. num. 423. Barbos. de claus. usu frequent. claus. 59. nu. 31. Duran. dec. 85. nu. 130.* Et de causæ cognitione in hac concessione satis dicebatur constare, cum in consultatione facta Dom. Proregi fuit plene audita Universitas, & Status, & allegavit, & opposuit omnia, quæ sibi occurrebant, ut asseritur in illis verbis, ibi *Però per parte del detto Stato, e Ducato d'Amalfi si è havuto notitia del negotio predetto, e per essere interessato nella detta occasione, è stato inteso pienamente ad finem faciendi consultationem.* Et dicta consultatione visa cum omnibus fere compositionibus factis, S.M. privilegium concessionis ad beneficium Comitis 52 expediri fecit, cum dictis clausulis, *ex certa scientia, & de plenitudine potestatis*, quæ clausula quando fuit adhibita causæ cognitio operatur, ut omnia contraria absque alia derogatione, & clausula *non obstante*, sublata censeantur, ita *Bald. in cons. 252. num. 4. vers. præterea in donatione, vol. 1.* & quod nihil opponi possit contra privilegium, *Ang. cons. 168. num. 2. vers. 4. idem Dominus, Mart. de claus. part. 1. clausul. 259. per tot.* & præsertim *num. 15. Camill. Salern. ad Consuetud. in proœm. Carol. fol. 84. lit. F.*

53 Considerabatur etiam pro dicto Domino Comite quod in hac revocatione domanii non erat opus quod Princeps uteretur illa suprema plenitudine potestatis, quia domanium revocare potest de potestate ordinaria, ut dicit *de Ponte cons. 70. num. 35.* & disputare, si Rex potuit, vel non potuit derogare privilegiis domanii, sacrilegium est, ad *text. in d. l. 2. C. de crimin. sacril.* maxime dum essent causæ urgentes ob quas fa-54 cit concessionem, etiam cum restitutione pretii, *Andr. de Isern. in cap. 1. §. similiter*, ubi communiter *Scri-55 bent. de Capit. qui Cur. vend.* & omnia facit cum assistentia Consilii, unde non potest contra asserere, & per Regem declarata fieri aliqua controversia, sequitur *Reg. Tap. d. decis. Supr. Ital. Consil. 5. nu. 74.* ubi *num. 9. cum Socin. sen. cons. 4. vol. 3. num. 10. & per tot.* dicit, quod propter causam publicam, ut est remune-56 ratio servitiorum factorum Principi, aut Coronæ, possent alienari bona domanii, non obstante promissione de non alienando, sequitur *Menoch. consil. 962. & 1003. post n. 16.* quicquid dicat *Neviz. cons. 12. inter cons. Bruni*, & opinionem *Socin.* fuisse servatam in Sacro Consilio habetur ex *Ann. allegat. 50. num. 2. in fin. & alleg. 87. & 99. Reg. Galeot. resp. fiscal. 23. num. 196.* qui contrariis respondet, & ita fuisse decisum refert *Capyc. decis. 166.* aliæ decisiones refert idem *Galeot. d. resp. f. 24. nu. 307.* in causa Ducis Achaiæ, & Ducis Termularum cum Universitatibus Sancti Severi, & Therami. *Gabriel. de jur. quæsit. non toll. conclus. 3. Georg. alleg. 13. nu. 11. De Pont. d. cons. 70. num. 40. vol. 1. & cons. 15 n. 15. vol. 2. Paschal. de virib. patr. potest. part. 1. cap. 1. nu. 83. Tapia in l. fin. ff. de const. Princip. part. 1. cap. 1. num. 26.*

Dixi

57 Dixi, quod revocare potest Princeps domania de potestate ordinaria, etiam nulla subsistente legitima causa, ut habetur ex *gloss. fin. in verb. mansurum, in reg. 26. de reg. jur. in 6. l. qui fundos, C. de omni agro deserti. Gabriel. de jur. quaesit. non toll. conclus. 7. Rosenthal. de feud. cap. 5. conclus. 21. tom. 1. Isernia in cap. 1. §. similiter, de Capit. qui Cur. vendid. Peregr. de fideicom. artic. 52. n. 128* & Ego dixi in *consult. 38. vol. 1. Marenz. 12. gloss. 2. l. 6. tit. 30. lib. 5. nn. 30. & 35. Cabed. decis. 33. Molin. Pelaez. de major. par. 1. q. 22. nu. 20. Reg. Valenz. cons. 99. Reg. Rov. consil. ult. pro Regio donativo, tom. 1.* ubi latissime de materia, *Reg. Galeot. d. resp. fisc. 23. nu.*

58 *11. vers. Princeps supremus*, nam quamvis aliqui teneant, quod hoc non procedit, quando privilegium transit in vim contractus recepto pretio, quia tunc non existente legitima causa revocari non potest, ut post *Nicol. de Mattarell. tenuit Bald. in l. qui se patris, sub num. 10. vers. sed Nicolaus, C. unde lib.* & alii allegati per *Reg. Galeot. d. resp. 21. n. 14. Roderic. Suarez. alleg. 9. Mehel. dec. 6. n. 2. de privil. Camill. Borrel de praestant. Reg. Cathol. cap. 57. n. 6. Peregr. de jur. fisc. lib. 1. tit. 3. nn. 28. Valasc. consult. 72. n. 5. & 120. nu. 9.* & alii

59 per *Barbos. claus. 42. n. 29.* Tamen justa causa existente, & restituto pretio cessat omne dubium, *DD. in cap. quae in Ecclesiarum, de constit. Affl. dec. 361. & in d. c. 1. §. similiter, num. 25. de Capit. qui Cur. vendid. Petra de potestat. Princip. cap. 1. nu. 241. Marr. de Magistr. lib. 1. cap. 12. nu. 20.* & ex *text. in l. venditor, §. si constat, ff. com. praed.* & ex *l. 2. C. ex quibus caus. servit. amitt.* probat *Innoc. in cap. assi cum pridem, in fin. de renunciat.* & hoc expresse mandavit Justissimus Rex Noster in literis scriptis Excellentissimo tunc Proregi Caesaraugustae sub die 11. Novembris 1642. post expeditionem privilegii dictae concessionis, tenoris sequentis, v. 3.

EL REY.

ILLUSTRE DUQUE DE MEDINA, *Al Marescal Conde Octavio Piccolomini de Aragon he hecho merced en consideracion de los muchos grandes y agradables servicios por el hechos a mi Real Corona, y Casa de Austria en Italia, Flandes, y Alemania de la Ciudad, y Estado de Amalfi, que es de mi Real Patrimonio en esse Reyno, con titulo de Duque, concediendo sela en perpetuo, y siendo para si y sus herederos, y successores ex corpore legitime descendentibus, guardandose en la succession el tenor delos Capitulos, y Constituciones desse Reyno, y con las prerogativas, que los Duques antiguos de Amalfi tubieron, y posseyeron la dicha Ciudad, y Estado de Amalfi, que dando reservada la Capilla, que esta en ella, donde se conserva el cuerpo del Glorioso Apostol Sant' Andres, y con todas las clausulas puestas en el Privilegio, che le han mandado despachar dela data desta, como por ello vedeys, mas en particular, quando se os presentare por su parte; y siendo assi, que con esta merced queda revocado el contrato de demanio concedido a la dicha Ciudad, y Estado de Amalfi; y en este caso es preciso, y justo, que antes, que al Conde se le dè la possession del, se le restituian ala Universidad ciento, y onze mil seiciente sesenta ducados, que pagò por la jurisdicion, quando le fue concedido el dicho demanio; se tomò por expediente, y resoluiò por hazer mayor merced al Conde, attento sus muchos meritos y servicios y aque los va continuando y ha de continuar con la fianza, que asta aqui lo ha echo, que con assistencia de mi Real Fisco, y con la mayor diligencia, y mencion posibile interveniendo la persona, que el Conde senalare se proceda ala venta, y enagenacion de algunas tierras, y lugares de dicho Estado, las que fueron de menos importancia, y huviesse mas facilidad de poder ser separadas, pues dellos se podra sacar la mitad, o algo menos de los dichos ciento, y onze mil seiscento, y sesenta ducados, ententiendo se lo que ha de ser menos dela mita hasta la suma de cinquenta mil ducados, los quales se aplicaran para pagar la parte, que alcanzare de los dichos ciento, y onze mil seiscientos y sesenta ducados, que aunque desta separacion resulta division de feudo, y es contra diversas Prematicas desse Reyno y ordenes mias, le tengo por bien por hazer mayor merced al Conde, y derogo las dichas ordenes y prematicas para en este caso, dexandoles en su fuerza y vigor para en los demas y por la restante cantidad hasta il complimiento delos dichos 111660. ducados, os ordeno, y mando, que por el capital, che resultare hagays assignamiento ala Comunidad del dicho Estado de las rentas annuales sobre los Fiscales, que el dicho Estado deve pagar a essa mi Regia Corte, como assinnados à la dicha gente militar; y quando acaso estubieren vendidos, procurareys recompensarseles en otros Fiscales dess Reyno, y assignarselos a la dicha Communidad, a fin que los tenga à cuenta, de lo che paga de interesses à sus acreedores, ò por razon del empito, che à ellos les havia pagado, y no pudiendo darse sele satisfacion con los dichos Fiscales, le hareys assinnamiento sobre la nueva imposicion del uno por ciento, ò sobre el augmento y ultimo nuevo impuesto de la sal, o sobre otras nuebas imposiciones, ò qualquier otro effecto, mas pronto desta mi Regia Corte, donde con meno danno de mi Real patrimonio, y mayor seguridad del dicho Estado, se pueda situar, a fin que pues por causa publica se les revoca el demanio, en que se hallavan, no se les haga ningun danno, si no que se le dè la equivalencia con mayor seguridad possible, ò almenos los interesses corrientes, siendo, como es mi voluntad, que la dicha renta al dicho Estado de Amalfi, libre, y franca de qualquiera retencion de tercio, y toda imposicion impuesta, o que se impusiere por qualquiera causa nunq. sea publica, necessaria, y de estado, y otras, que no pueda prevenir. Pero haviendome supplicado el Conde despues de haver firmado esta resolucion, que porque desea, que el dicho Estado de Amalfi quede entero, y no se dismembre del cosa alguna, fuesse servido de mandar, que se le dè la possession del, sin que se venda ninguna de sus tierras para el effecto referido; offreciendo como dize lo harà, que para que se dè satisfacion à la Communidad, de lo que dellas se havia da sacar, pagarà los interesses corrientes en esse Reyno, hasta que restituya la candidad, laqual buscarà luego pro cumprirlo, y supplicandome assimismo tenga por bien de concederle mi Real assenso, pueda obligar el dicho Estado, a la seguridad del dinero, que para esto huviesse menester, le he concedido el dicho assenso y por las mismas consideraciones, que inclinaron mi Real animo ad hazerle merced del dicho Estado, he tenido por bien de encargaros, y mandaros, como lo hago, que por lo que toca à la paga, que el Conde offreze hazer de los interesses, que importare la cantidad, que havia de sacarse de los lugares y tierras que havia de venderse, como havia resuelto, con intervencion de mi Consejo Colateral, y Camera de la Summaria haviendo oydo ala dicha Universidad y Estado de Amalfi, come interessado en esto tratteys deste negocio, y tomeys expediente en el deb mejor modo, y mas seguro, que fuere possible, dando el Conde seguridad, y cautela sufficiente en beneficio de la dicha Universidad, y Estado de que pagarà los dichos interesses, y restituirà la suerte principal dentro de un breve termino, que no exceda de tres annos, et que se egiustare, de manera, que la Universidad non padezca danno ninguno, sed de la possession al dicho Conde Piccolomini del dicho Estado de Amalfi, en conformedad del dicho su Privilegio, y en esta forma hareys, que se agiuste la materia de suerte, que la Universidad tenga satisfacion cumplida, y el Conde goze con effecto la merced, que le tengo hecha, que lo uno, y lo otro procede assi de mi voluntad*

En Saragoza à 15. Noviembre del 1642. Yo el Rey. Canero Secretario, &c. Con las sennales del Consejo. officio lib. 17. fol. 215.

Verba privilegii concessionis expediti sub eadem die Inetatum Regiar. sunt v. 3.

Civitatem, & Statum Amalfia donamus, concedimus, elargimur, satisfacto prius, atque soluto Universitati dicta Civitatis ducatis 111560. ipsis restituendis, modo, & forma contentis in literis nostris super eo expeditis sub data hujusmodi nostri Privilegii, & non aliter nec alio modo, fol. 7. in calce à ter.

Fol. 12 à t, subsequitur: *In præmissorum omnium possessionem poni, & admitti curent, satisfacta prius dicta Civitate, & Statu Amalfi de dictis duc. 111660. ut continetur in dictis literis nostris restituendis, &c.*

Ex quibus apparebat enixa voluntas Suæ Majestatis, ut concessio suum sortiretur effectum, soluto Universitati pretio exbursato pro jurisdictione, differebatur tamen ejus solutio per aliquod breve tempus solvendo interim interesse, & sic in modicum fuit læsa

60 Universitas, & Principem in modico posse lædere jus tertii, probatur ex *Felin. in cap. qua in Ecclesiarum, colum. 17. in fin. vers. quarta declaratio, de const. Ruin. cons. 181. in fin. & 163. volum. 1. & consil. 48. in fin. volum. 4. Luc. de Penn. in l. quicunque, C. de fid. instrum. lib. 10. Thesaur. dec. 91. num. 4.* & in puncto quod pos-

61 sit Princeps differre solutionem pretii quando illud non habet in prompttu, fundat *Reg. Galeot. d. respons. fiscal. 23. in . consil. n. 77.* cum *seq.*

Nec tandem dicebatur obstare, quod ultimo loco considerabatur de oblatione pretii, sive æstimationis, ad hoc ut conservaretur in domanio, quia prælatio non impedit alienationem, seu donationem, immo

62 oritur ex ipsa alienatione. & proinde non poterat impedire exequutionem privilegii, sed consignata possessione, esset de prælatione tractandum, prout de jure congrui dixit *Napod. in Consuet. Si quis emit, in verb. possidet, numero 41. & Reg. Revert. decis. 3. in princip.*

Dicebatur insuper, opinionem, quod in contra-

63 ctu donationis habeat locum prælatio, non esse undique tutam, quia contrarium tenet *glos. in l. fin. verb. alias vendere, C. de jur. emphyt.* per tex. *in l. 1. C. de fund. patrim. lib. 10. adeo, Instit. locat.* & in *l. fin. C. de præd. decur. lib. 10.* prout etiam jus congrui non habere locum in donatione, dixit *Napod. in d. Consuet. Si quis emit, in verbo pono ergo, num. 42.* sequitur *Reg. Revert. d. decis. 3. nu. 1. & Jas. in d. l. fin. n. 54.* dicit quod iste articulus est multum disputabilis, & omnium dubitatissimus.

64 Et tandem, quod hoc jus competens Universitati petendi domanium, non est jus proprium sed Regis, qui potest pro suo arbitrio concedere, ut universitas ad domanium admittatur, & conservetur, vel non, unde Rege nolente, vel quia sibi non expedit, vel quia non vult, non poterit domanium obtinere, cum non jure suo, sed jure Regis agitur, ut probavit *Camil. de Curt.* in suo *diversf. p. 1. c. 3. nu. 3?.* ex eo, quia quamvis Universitas agat, tamen beneficium est Regis principaliter, cui acquiritur, seu potius consolidatur jurisdictio, licet cum pecunia Universitatis, & proinde ipso nolente nulla poterit actio ipsi Universitati competere. ex quibus principiis fuit ex consuetudine introductum, ut admittantur Universitates ad petendum domanium, sequitur *De Pont. de potest. Proreg. in tit. de divers. provision. §. 1. num. 14. fol. 478. à ter.* qui refert dictum quond. Regentis Fornarii, quod si do-

65 minus directus non vult domanium, Universitates omnes repelluntur, quia exercent jus prælationis domino competens, quod exercere non valent eo invito, & post ipsos *Reg. Galeot. resp. fiscal. 25. nu. 34.*

Et in hoc casu dicebatur, nullam posse cadere æstimationem, quia ille famigeratus Dux exercitus, magis optabat hunc Statum possessum per Duces Amalfiæ, qui cognominabantur de familia de Piccolominibus de Aragonia, quam quamlibet pecuniæ quantitatem ipsi solvendam, & proinde oppositis non obstantibus, instabat pro exequutione privilegii.

Quibus maturè discussis sub die 28. Septembris 1643. fuit resolutum esse exequendum, tam privilegium, quam literas Suæ Catholicæ Majestatis, verum possessio non consignetur, nisi adimpletis prius omnibus contentis in dicto privilegio, & literis, & fuit etiam dictum, quod tempore possessionis erat tantum consignanda possessio jurisdictionis, & quod non erant comprehendenda illa corpora, quæ reperiebantur concessa quondam Antonio de Piccolominibus, ut sunt tractæ, & alia, servata forma instantiæ Regii Fisci. & sic fuit judicatum, quod mens Suæ Cathol. Majest. fuit concedere dictam jurisdictionem tantum prout dictabant verba posita in d. privilegio, penes Reg. à mandatis Scribam Franciscum de Anastasio.

OBSERVATIO IN DECIS. CLXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Clausula*: Si preces veritate nitantur, *vel* Si preces veritate niti repereris *in dispensationibus matrimonialibus apposita quomodo intelligatur, & numer. 2. & 5.*

Clausula apponi solita in dispensationibus matrimonialibus multa remissive, ibid.

2 *Clausula* · Si per informationem preces veritate niti repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, *an requirat judicialem cognitionem, vel extrajudicialem absque testium juramento, & aliisque interventu Notarii, sive Actuarii, & nu. 5.*

Judicis conscientiæ si committatur, non est necessaria informatio judicialis, ibid. Et neque extrajudicialis si est notoria, vel nota Judici, ibidem.

3 *Dispensatio super denunciationibus, qua committitur judicio & prudentia Episcopi, non requirit judicialem informationem.*

4 *Judicium, & conscientia idem sunt.*

Judicium est mentis dictamen, ibid.

Conscientia est etiam mentis dictamen, ibid.

5 *Precum veritas si est notoria, vel certa, non est necessaria informatio extrajudicialis in his dispensationibus, & nu. 2.*

6 *Dispensationes, quæ committuntur à sacra Pœnitentiaria in foro conscientiæ alicui Confessario habent diversas clausulas.*

Clausula: Si ita esse per diligentem oratoris examinationem inveneris, *quomodo verificetur, ibid.*

7 *Confessarius, cui commissa est dispensatio in foro conscientiæ, tenetur diligenter precum veritatem examinare ab ipso solo, cum quo dispensaturus est absque juramento, nec receptis testibus, & absque Notario, sive Actuario.*

Limitatur, si Confessarius aliunde norit preces esse falsas, ibid.

Precum veritas si est notoria, vel Confessario certa non est necessaria dictarum precum examinatio, ibid. nu. 2. & 5.

8 *Confessarius dispensaturus, si est ignarus veritatis precum, & examinatione non præmissa, nec conscius veritatis causæ allegatæ, si dispenset, etiam si causa allegata sint vera, invalida est, dispensatio.*

Clausula : Si ita esse per diligentem informationem inveneris, *importat conditionem, & formam, & sic ea non servata, nulla est dispensatio, quamvis preces sint veræ, ibidem, & nu. 9.*

9 *Clausula*

9 *Clausula*: Si per diligentem examinationem ita esse inveneris, seu preces veritate niti, dispenses, & clausula. Si ita est, seu si preces veritate nitantur dispensa, *differunt inter se, quia prima clausula*: Si per diligentem &c. *inducit conditionem, & formam nonnullam secunda clausula*: Si ita est, &c.

10 *Clausula*: Si Titius est idoneus, & *clausula, si per solertem indaginem eum idoneum reperreris, confer ei beneficium, differunt inter se.*

11 *Clausula*: Si per solertem indaginem, &c. *quid importet, & an conditionem, & formam.*

Sacerdos, cui ab Episcopo committitur, ut assistat alicui matrimonio, Si per solertem indaginem inveneris non adesse impedimentum, *si non præmisso informatione assistat, est invalidum matrimonium, quia illa verba*. Si per solertem, &c. *important conditionem, & formam.*

12 *Privilegium duplici modo conceditur, vel* Ex mero arbitrio *seu* Ex motu proprio *Principis, vel* Ad petitionem alicujus.

13 *Concessio gemina habet vim clausulæ* : Motu proprio, *limitatur in rescriptis ad beneficia.*

Concessio facta per modum legis generalis, vel in corpore juris clausa habet vim clausulæ Motu proprio, *ibid.*

Idem si esset facta ob bene merita, ibid.

Idem si esset facta omnibus Ecclesiis, vel omnibus subditis, ibid.

14 *Privilegium concessum*, Ex motu proprio, & *concessum* Ad petitionem alicujus, *differunt inter se*, & *nu.* 15. 16. & 17.

Privilegium concessum cum clausula, Motu proprio *plures habet effectus, quibus caret illud concessum* Ad petitionem alicujus, *ibid.*

15 *Privilegium ad instantiam petentis concessum non est tam voluntarium, & præsumitur per importunitatem extortum, sed illud concessum* Motu proprio *amplius privilegium.*

Gratia concessa Motu proprio *de præbenda, seu beneficio vacante, intelligitur de pinguiori, sed concessa ad instantiam, & petitionem alicujus refertur ad magis tenue, ibid.*

16 *Privilegium concessum* Motu proprio, *non retorquetur contra eum, cui concessum est, secus si est concessum ad* Postulationem alterius.

Privilegium postulans, & obtinens, ne à creditoribus molestetur per quinquennium, neque ipse dicto tempore poterit suos debitores molestare, secus si concessio est Motu proprio, *ibid.*

Dilatio quinquennalis concessa à Principe quid operetur, ibid.

17 *Clausula* Motu proprio, *an tollat vitium subreptionis, & quid obreptionem, & n.* 21.

Privilegium per subreptionem concessum ad instantiam petentis, non valet, secus si sit concessum Motu proprio. *ibid.*

18 *Clausula*, Ex certa scientia *differt à clausula* Motu proprio, *& in quibus differant, n.* 19. 20. 21. & 22.

19 *Clausula*, Ex certa scientia, *expressa in litteris Principis tollit inhabilitatem impetrantis, seu inducit dispensationem super illa inhabilitate, secus si adest clausula*, Motu proprio, *ibid.*

20 *Clausula* Motu proprio *non tollitur jus tertii, secus autem clausula*. Ex certa scientia.

Beneficium juris patronatus laicorum si à Papa conferatur alicui absque illius derogatione, etiam cum clausula, Motu proprio, *nulla est collatio, secus verò si provideat Papa*, Ex certa scientia, *ibid.*

21 *Clausula* Motu proprio, *an tollat defectum subreptionis, & an tollat defectum intentionis Principis, & quid de clausula*. Ex certa scientia, & *nu.* 22.

22 *Clausula*, Ex certa scientia, *an excludat, & tollat qualitates intrinsecas, puta curam Animarum, & dignitatem annexam beneficio, de quo à Papa providere mandatur, ac quando non sit facta mentio integratia, & quid si gratia sit concessa* Motu proprio.

23 Certa scientia *Principis, est quid facti, ideo non præsumitur, nisi probetur, & quomodo probanda sit.*

24 *Dispensatio Principis concessa* Motu proprio, *latè interpretanda est.*

Clausula, & gratia concessa Motu proprio, *non potest testibus probari, & quid si perdatur scriptura, in qua adest dicta clausula, an possit testibus probari eam eam adfuisse, ibidem.*

25 *Taciturnitas veri, vel expressio falsi, an reddat gratiam, & dispensationem subreptitiam in rescriptis* Motu proprio *concessis, remissive.*

Subreptio an vitiet totam gratiam, an verò solum eam partem, in qua contingit taciturnitas veri, vel expressio falsi, remissive, ibid.

26 *Decretum generale R. C. S. quod procedatur ad venditionem Terrarum demanialium Regni refertur.*

Allegationes Jurium pro unione Regii demanii Sanctæ Annuntiatæ D. Joan. Bapt. Confaloni *referuntur, ibid.*

D. Joan. Baptista Confalonus *Præses R. C. S. laudatur, ibidem.*

1 Fit mentio in hac decisione *nu.* 9. de clausula, *Si preces veritate nitantur*, solita apponi in omni concessione, de qua clausula vide *Mart. de clausul. part. 1. clausul.* 12. & *part. 2. clausul.* 71. Ideò observandum est, quod in dispensationibus matrimonialibus, circa eorum impedimenta, quæ à Summo Pontifice committuntur in foro externo expediendæ Ordinariis locorum sive eorum Vicariis in spiritualibus generalibus solent apponi multæ clausulæ, ut ex illarum formæ tenore, quas ad verbum refert *Sanch. tom. 2. de matrim. lib. 8. disput. 35. nu.* 1. & præcipuè dicta clausula:
2 *Si per informationem preces veritate niti reperreris, super quo conscientiam tuam oneramus*; & propterea sciendum est, quod non requiritur judicialis cognitio veritatis harum precum examinatis testibus cum juramento, sed satis esse si extrajudicialiter is, cui commissa est dicta dispensatio informetur, & certior fiat de harum precum veritate, & fieri posse absque ordine, & sine Judicis figura, & testibus non receptis in forma judicii, nec jurantibus, & ratio est, quia cum committitur conscientiæ Judicis, & ad ejus conscientiam informandam, non est necessaria informatio judicialis, ad *text. in cap. statutum*, §. *assessorem, de rescript. in 6.* ibi: *Assessorem, nisi eo indigeat, quod conscientia relinquatur ejusdem, sibi nequaquam adjunget*, ubi *glos. verbo relinquatur*, ait : *Cum conscientia relinquatur ejusdem ergo solus Deus hoc, & nullus alius Judex, vel cognitor*, & ibi *Franc. num. 6. in principio*, ait notandum ea *dicta singulare*, quod ubicumque aliquod committitur conscientiæ alicujus, non esse necessariam aliam probationem, nec citationem partium, cum sufficiat probationem soli Judici concludere, ita *Sanch. loco cit. nu.* 35. & *tom. 1. lib. 3. disp. 8. nu.* 4. & 5. in simili dispensatione denunciationum ma-
3 trimonii, quæ à S. C. *Trid. sess. 24. de matrim. cap.* 1. committitur judicio, & prudentiæ Episcopi, his verbis: *Nisi ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denunciationes remittantur, quod illius prudentiæ, & judicio sancta Synodus relinquit*, quia idem est relinquere judicio, quam conscientiæ, nam judicium, &
4 conscientia idem sunt, quia judicium est mentis dictamen, & conscientia nihil aliud est, quam mentis dictamen, teste *D. Thom. 1. p. q. 79. art. 13. ad 1.*
5 Ideò sufficit si is, cui commissa est dispensatio, pro examine veritatis precum, ex aliorum testimonio certior fiat absque juramento testium prædictorum, & absque

absque præsentia Notarii, sive Actuarii. Immò si notoria esset precum veritas, vel aliundè ipsi, qui dispensare debet de ea constet, nulla opus esset informatio talis extrajudicialis, quia jam ejus conscientiæ satisfactum est, *Sanch. d. disp. 35. nu. 16.*

Observandum est etiam, quod in dispensationibus, quæ committuntur in foro interno conscientiæ à sacra Pœnitentiaria alicui Confessario decretorum Do-6 ctori, vel in Sacra Theologia Magistro ea approbatis ab Ordinario, quarum formæ tenorem etiam refert idem *Sanch. d. lib. 8. disp. 35. n. 1. 2. 3. & 4.* adest quoque clausula: *Quatenus si ita esse per diligentem Oratoris examinationem inveneris*, & ideo talis Confessarius tenetur diligenter examinare veritatem precum non receptis testibus, sed ipso solo, cum quo dispensaturus est examinato absque juramento, quod constat ex illis verbis: *Si ita esse per diligentem Oratoris examinationem*, & dum hæc dispensatio committitur in solo secretissimo conscientiæ foro, Confessioni pœnitentis integra fides sine juramento adhibenda est: quod equidem limitatur, si Confessarius aliundè norit, quàm ex ipsius pœnitentis confessione, pre-7 ces esse falsas aut tacitam veritatem necessario explicandam, tunc non debet dispensare, quamvis pœnitens eas veras esse asserat. Undè observandum est hanc dispensationem occultè in foro interno, nullo testimonio, ac nullo teste vocato, nec coram Notario, sive Actuario faciendam esse, ut diximus. Nec dicta examinatio veritatis precum est necessaria, quando ea est notoria, vel ipsi Confessori dispensaturo, certa est ea veritas causæ allegatæ, quia jam conscientiæ Confessoris satisfactum est. Ita *Sanch. ibid. nu. 21. 22. & & 24. & d. disp. 36. n. 16.*

8 Sed quid si Confessarius ignarus veritatis precum, nec examinatione præmissa, nec conscius veritatis causæ allegatæ dispensationem exequatur, valida sit, si causa, & preces in ea, allegatæ erant veræ? Et idem *Sanch. ubi supra disp. 34 nu. 26. & d. disp. 35. nu. 16. in fine*, tenet non esse validam dictam dispensationem, ea ratione, quia dicta clausula importat conditionem, & formam, & sic invalidam esse dictam dispensationem, quamvis preces sint veræ, si Confessarius non cognita sibi earum veritate, dispenset; Nam differunt in se hæ clausulæ, nempe si dicatur, & si per diligentem examinationem inveneris, ita esse, seu 9 preces veritate niti, dispenses, ut in casu supra jam enarrato, vel si dicatur, si ita est, aut si preces veritate nitantur, dispensa, quia primo modo dicta clausula, & dictio *Si, &c.* inducit conditionem, & formam, sed posteriori modo ejus expressio non inducit formam, & conditionem, & sufficit si preces veritate nitantur, sed in priori casu additur, si per diligentem examinationem inveneris ita esse, vel preces veritate niti, quæ verba important formam, & conditionem: ita *Sanch. loc. cit. d. num. 26. & Gutter. qq. Canonic. lib. 2. cap. 15. nu. 111. & 113.* idem dicendum, si Papa dicat, & committat alicui per hæc verba: Si Titius est idoneus, confer ei tale beneficium, aut si dicat, si per solertem indaginem eum idoneum esse inveneris, confer ei tale beneficium, quia in primo casu sufficit, si verè sit idoneus, quamvis non examinetur, sed in posteriori casu est necessaria causæ cognitio, aliàs provisio non erit valida; ita *Sanch. eod. nu. 26. & Barbos. in remiss. Doctor. de clausul. clausf. 98. si reperitur idoneus*, & idem *Sanch. tom. 2. lib. 3. disput. 31. nu. 4.* ubi idem sentiendum putat si ab Episcopo committatur alicui Sacerdoti, ut assistat matrimonio Petri, & Bertæ: *Si per solertem indaginem inveneris non adesse inter eos impedimentum*; nam si non præmissa informatione, assistat, invalidè assistit, & invalidum erit matrimonium, quia illa verba: *Si per solertem, &c.* conditionem important, ut præmittatur informatio.

Ad nu. 14. observandum est, quod privilegium dupli-
ci modo conceditur, vel ex mero arbitrio, seu ex mo-12 tu proprio Principis, vel conceditur ad petitionem, & instantiam alicujus, & quoties in ipso privilegio expressè non dicitur concedi motu proprio concedentis, tunc præsumitur concessum ad instantiam alicujus, *Staphil. de liter. grat. tit. de vi, & effect. clausul.* ubi de *clausf. motu proprio, nu. 14.* quod limitatur primo, nisi concessio esset geminata, quia geminatio rescripti habet vim clausulæ, *Motu propr. & Bald. & Jas. in l. nec damnosa, C. de precib. Imperat. offeren.* Secundò limitatur, nisi concessio facta esset per modum legis generalis, vel fuisset in corpore juris clausa, *Bar. in l. 1. in fine, C. de bon. vacan. lib. 10. Staphil. ubi sup. in tertio effectu.* Tertiò limitatur, nisi concessio esset facta ob benemerita, *Menoch. de præsumpt. lib. 2 præsumpt. 13. num. 4. 5. & 6.* Quartò limitatur, nisi rescriptum fuisset concessum generaliter omnibus Ecclesiis, vel omnibus subditis, quia tunc præsumitur concessio facta motu proprio Principis, cum non sit verisimile omnes supplicasse, *Menoch. loc. cit. num 6.* Prima verò limitatio non habet locum in rescriptis ad beneficia, quamvis essent geminata, quia adhuc censentur concessa ad postulationem alterius, *Fel. in cap. si quando, de rescript.* ita *Meroll. tom. 3. de privil. disp. 6. cap. 21 num. 79. & 80.*

14 Sed etiam observandum est magnum esse discrimen inter dictas duas formas concedendi privilegia; nam privilegium concessum cum clausula: *Motu proprio*, plures habet effectus, quibus caret privilegium concessum, sine illa clausula, sed ad instantiam, & petitionem alicujus, de quibus apud *Rebuff. in concord. tit. forma mandati verbo motu proprio*, & *Staphil. de liter. grat. tit. de vi, & effect. clausul.* ubi de clausula, *Motu proprio.* Et latius *d. Merol. loc. cit. à nu. 84. cum seq.* ubi ponit multas differentias.

Prima namque est, quòd privilegium ad instantiam petentis concessum non est tam voluntarium, sicuti quod motu proprio conceditur, quo fit, ut clausula *Motu proprio* ampliet privilegium, sed ubi gratia ad solam 15 instantiam petentis conceditur, præsumitur minus voluntaria, vel per importunitatem extorta. Unde fit quod si alicui concedatur gratia *Motu proprio* de præbenda, seu beneficio vacante in aliqua Ecclesia, & plures vacent beneficia, vel præbendæ, refertur dicta gratia ad pinguiorem, seu pinguius, sed si fuisset concessa ad petitionem alicujus referre ut ad magis tenue, *c. si pluribus de præbend. in 6. Staphil. ubi sup. tit. motum proprium includit in se pinguius beneficium.*

16 Secunda differentia est, quod privilegium motu proprio concessum, si etiam si iniquitatem contineat, nunquam retorquetur contra eum, cui conceditur. *l. si quis iniquum, ff. quod quisque jur.* sed privilegium concessum ad petitionem alterius, interdum, retorquetur contra illum, qui illud obtinuit, ut in *eod. text.* habetur *Staphil. ubi sup. tit. motus proprius, quod operatur*, exem. gr. si quis postulet, & obtineat à Principe privilegium, ut à creditoribus non molestetur per quinquennium, neque ipse dicto tempore durante poterit suos debitores molestare, ex illa regula: *Quod quisque juris in alterum statuerit, eodem ipso jure utatur.* At si hujusmodi privilegium concessum fuerit motu proprio, vel cum dicta clausula, poterit is, cui concessum est debitores suos cogere ad solvendum, *D. Tapia in rubr. de constit. Princip. cap. 1. nu. 64.* dicens sic observari hic Neap. in M. C. V.

Tertia differentia est, quod privilegium per subreptionem impetratum ad puram instantiam petentis non valet, secus verò si conceditur cum clausula. *Motu* 17 *proprio*, quia dicta clausula tollit vitium subreptionis, quod intelligendum est quando subreptio contingit ex taciturnitate veritatis, quæ erat exprimenda, secus verò si propter expressionem falsitatis;

hanc

hanc enim subreptionem non tollit dicta clausula, *Motu proprio*, ita latè *Meroll. loc. cit. à d. num.84. ad 90.*

18 Sed cum *num.49.* fit mentio de clausula: *Ex certa scientia*, observandum est etiam multas esse differentias inter dictam clausulam, & aliam, ut sup. *Motu proprio*, quas refert *d. Staphil.* ubi supra *de liter. grat. tit. de vi, & effect. clausul.* ubi de clausul. *Motu proprio*, & etiam idem *Meroll.* prosequitur *eod. loco à n. 91. cum seqq.*

19 Prima differentia est, quòd clausula, *Ex certa scientia* expressa in literis Principis tollit inhabilitatem impetrantis, seu inducit dispensationem super illius inhabilitate, quæ inhabilitas non tollitur per clausulam, *Motu proprio*, *Sanch. lib.8. de matrimon. disp. 21. num. 49. tom. 3.*

20 Secunda est, quia non admittitur probatio per testes ad probandum motum proprium, nec aliter potest probari, nisi per expressionem in literis, *glos. in c. si motu proprio, de prabend. in 6* sed certa scientia benè probatur etiam aliter, quam per expressionem, puta per testes, *Rot. decis.331. in noviss. Staphil. loc. cit. numer. 13.*

Tertia est, quia *Motu proprio* non tollit jus tertii, secus autem *Certa scientia*, exem. gr. si beneficium spectat ad jus patronatus alicujus laici, & Papa absque derogatione juris patronatus illud conferat, etiam cum clausula, *Motu proprio*, nulla est collatio, quia non est intentionis Papæ scribentis pro aliquo beneficiando, quod illi conferatur beneficium juris patronatus laicorum, nisi id exprimat, secus erit de eo beneficio provideat *Ex certa scientia*, quia videtur informatus de hujusmodi qualitate, quod scilicet sit juris patronatus laicorum, & ideò cessat tunc defectus intentionis Pontificis.

21 Quarta differentia est, & colligitur ex præcedenti, quia *Motu proprio* licet tollat defectum subreptionis, quæ oritur ex taciturnitate veritatis necessariò exprimendæ, tamen non tollit defectum intentionis, secus autem est de clausula *Ex certa scientia*.

22 Quinta est, & oritur ex præcedenti, quia *Motu proprio* non excludit, nec tollit qualitates intrinsecas, putà curam Animarum, aut dignitatem annexam beneficio, de quo provideri mandatur, de quibus si non fiat mentio in gratia, etiam *Motu proprio* facta, ipso jure est nulla, quia in hoc casu est defectus intentionis, cum Papa non intendat providere de beneficio Curato, vel dignitate, nisi illas qualitates exprimat, *cap. cum in illis*, ubi *Gemin. de prabend. lib. 6.* secus verò est in gratia quæ fit ex certa scientia, quia cessat hoc casu defectus intentionis, & per consequens venit beneficium habens curam, vel dignitatem, hæc omnia, sed latius *Meroll. ubi sup.*

23 Item *Certa scientia* Principis, cum sit quid facti, non præsumitur, sed debet probari, & quomodo probanda sit idem *Meroll. ibid. num 96. 97. cum seqq.*

24 Et dispensatio Principis concessa *Motu proprio* latè interpretanda est *Soach. tom.3. de matrim. lib.8. disp. 1. num. 5. Meroll. tom. 2. disp. 4. de legib. cap. 6. an. 7 cum seqq.* & gratiam esse concessam *Motu proprio*, non posse testibus probari, ut supra dixi *num.20.* sed si perdatur scriptura, poterit testibus probari in ea scriptura fuisse clausulam *Motu proprio*, ut habeat effectum clausulæ, *Motu proprii Meroll. loc. cit. num.8. Menoch. loc. cit. n.6.*

Sed quando taciturnitas veri reddat gratiam, & dispensationem subreptitiam, & quando expressio falsi idem operetur, & an in rescriptis *Motu proprio* concessis contingat subreptio ratione taciturnitatis veri,

25 vel expressionis falsi, & an subreptio vitiet totam gratiam, non solùm eam partem, in qua contingit dicta taciturnitas veri, vel expressio falsi latè, latiùs, & latissimè more suo, & luculenter per eundem *Meroll. d. tom. 2. de legibus disp.4. c.6. dub. 25. per tot. à nu. 359. usque ad 414.*

Observandum est denique, quod ante dictam concessionem factam à nostro Invictissimo Rege Catholico dicto Comite de Piccolominibus prædicti Status Amalphiæ, fuerat decisum per Regiam Cameram Summariæ decreto generali sub die 25. mensis Fe-

26 bruarii 1638. quod refert *D. Reg. Galeot. resp. fisc.23.*

* *in fine*, procedendum esse ad venditionem, & infeudationem omnium Civitatum, Terrarum, & locorum Demanialium hujus Regni Neap. & ideo pro tuitione jurium, & Regii Demanii dicti Status Amalphiæ ad excludendam venditionem, & infeudationem ipsius, latè, & perpulchrè scripsit D. Joan. Baptista Confalonus tunc Advocatus doctissimus, postea Præses dictæ R. Cam. quas Jurium Allegationes, tunc Typis datas, ut omnibus innotescant hic inserendas putavi, quia scitu dignas, non solum propter jura, & & auctoritates ibi adductas, sed etiam quia in illis recensentur præfati Status origo, natura loci, & illius Urbium, Terrarum, atque Templorum magnificentia; sed & tot quoque illustres, præclarissimi, ac Nobilissimi Viri, atque familiæ memoratu dignissimæ. Et adversus *d. resp. fiscal. 23. D. Galeota à n.251. cum seqq.*

M. A. Gizarius.

Sequuntur Allegationes Joan. Baptistæ Confaloni, de quibus supra pro tuitione Regii Domanii Status Amalphiæ.

SUMMARIUM.

1 *Ut pluribus rationibus constet statum Amalphiæ non debere infeudari, erit dicendum de ejus origine, fortitudine, Civium nobilitate, & qualiter inter demanialia ex causa onerosa reperitur.*

2 *Tempore invasionis Gothorum imperante Costantino Colonia Romanorum statum Amalphiæ construxerunt.*

3 *Antequam Regnum à Regibus occuparetur status Amalphiæ, ut Respublica regebatur, sicut Neapolis, & alia.*

4 *Praeclarissima Respublica Amalphiæ ex pluribus gestis pro tuitione Regni, Urbis Rom. & S. P. & confœderata cum Repub. Neapol. Saracenos fugavit, imperante Lothario, & Pontifice Leone IV.*

5 *Eadem Respubl. Amalphiæ anno 835. Divum Athanasium Episcopum Neap. detentum in Insula Megara, ubi ad præsens Castrum Ovi existit liberavit.*

6 *Nobilissimi Cives status Amalph. S. Religionem Hierosolymit. instituerunt.*

7 *Gerardus Primus M. Magister d. Sac. Relig. Hierosolym. unus fuit ex nobilibus Civitatis Scalarum d. status Amalphiæ.*

8 *Ipsum statum Amalphiæ inspiciendo, & singula ibidem constructa, oportet dici opus esse Romanorum.*

9 *Civitas Scalarum fortis ob fortissimum castrum in eminentiori parte ipsius.*

10 *Civitas Ravelli, ejusque fortitudo, & nobilitas ædificiorum describitur, & nu. 11.*

12 *Admirabile Templum Cathedr. Eccl. ejusdem Civitatis Ravelli describitur à Nobili Nicolao Rufulo fundato.*

13 *Ejusdem Ecclesiæ admirabilis porta Ærea, cum historia novi, & antiqui testamenti insculpta pietate Sergii Muscoputæ consanguinei d. Nicolai Rufuli.*

14 *In Ecclesia Cathed. Civitatis Ravelli ultra Corpora Sanctorum, & Caput S. Barbaræ, Sanguis S. Pantaleonis M. in magno vase Vitreo toto anno durissimus; in festo Sancti illiquatur.*

15 *In Civitate Scalarum ultra sumptuosum Cathedrale Templum non minus mirabile, aliud ab antiquissimis Romanis descendentibus à Sancto Eustachio familiæ de Afflicto constructum.*

16 In

16 In Civitate Amalphia, & aliis locis maritimis templa, & aedificia admiranda, & Templum Divo Andrea Apostolo dicatum, cui vix simile in toto Regno invenietur.

17 Nobilis Terra Majori fortissima nedum turribus munita, sed fortissima castro in eminentiori parte constructo, quod Sancti Nicolai dicitur.

18 Praeclarissima Respubl. status Amalphia ex Illustrissimis Viris non solum armis, sed literis, qui inde originem ducunt.

19 E Civitate Ravelli antiquis temporibus Joannes Antonius Muscettula Regens R. C. & Orator Caroli V. apud P. Clem. VII.

20 Ejusdem status Amalph. quamplures feudatarii Comites, March. Duces, & tres Cardinales nobiliss. Civitatis Amalph. famil. Capuana, Maramand. & de Judica.

21 De Civitate Ravelli dicti status Amalphia de Nobili familia Papenia unus fuit Rex Apuleae.

22 De Civitate Scalarum Leonardus de Afflicto Vicarius Regni Regis Ladislai.

23 De familia Rufulorum Civitatis Ravelli 90. Equites tempore Rogerii Comitis Siciliae, & 46. tempore Caroli II. Dux Sera, & Admirati maris.

24 Qua familia Rufulorum in eorum sumptuosissimo Palatio Civitatis Ravelli receperunt Papam Urbanum IV. cum Cœtu Cardinal. qui in Cathedr. Ecclesia Sacrum solemniter celebravit dictum Palatium describitur, quod à Domino Principe Leporani possidetur successore dicta familia Rufulorum extincta, & num. 25.

26 Praeclarissima est Civitas Ravelli, quia ex ea descendunt Nobilissimi de familia Marra Comitum Alsani, in qua hodie sump.uosissimum palatium existit, quod tanquam admirandum, ut videret Excellentissimus Dux Mandragone pater Excellentissima Domina nostra Viceregina ascendit Civitatem Ravelli, & num. 27.

28 Flavius Amalphitanus fuit adinventor bussula cum carta navigandi.

29 De Nobili Terra Majoris nostris temporibus Regens Joannes Franciscus de Ponte Marchio Morcone pater Oratii Marchionis Paduli Ordinis Sancti Jacobi vir Catharina de Medices neptis P. Leonis X I.

30 Marcus Antonius de Ponte Marchio Sancti Angeli Praesidens S. C. & ejus filius Ordinis Calatrava.

31 Post Vinciguerram Lanarium primum Locumtenentem Regia Camera, Joannem Antonium Lanarium Regentem Reg. Cancell. Comitem Sacchi ejus filium Ducem Carpignani ejus nepotem Principem Ordinis Calatravae, qua nobilissima familia Lanaria floret hodie in dilectissimo Fulvio Lanario Fisci Patrono Regii Patrimonii, & in ejus eruditissimo filio Marchione Pimontis Ordinis Sancti Jacobi.

32 Matthaeus de Afflicto, de Civitate Scalarum.

33 De Civitate Ravelli Regius Consil. Ascanius Muscettula pater Principis Leporani, à quo, & D. Beatrice Siripanno D. Franciscus Princeps vir D. Portia Tocco sororis D. Caroli Principis Montis Militum.

34 In Sedilibus hujus Fidelissima Civitatis praeter enarratas, quamplures familia status Amalphia enumerata à Frezzia, & Mazzella.

35 E statu Amalph. ad praesens quamplures Equites Ordinum milit. Hispan. & Hierosol.

36 Quamplura possent dici de fortissimo situ, & nobilitate status Amalphia, qua brevi sermone perstringi non possunt.

37 Statum Amalphiae praeclarissimum sua nobilitate, & quia fortissimum tanquam antemurale hujus Fidelissima Civitatis, & inde semper Reges semper retro Reges à Normannis usque ad Aragonenses noluerunt a Regia Corona segregari.

38 Anno 1480. Rex Ferdinandus Primus infeudavit statum Amalphia, ad finem obtinendi investituram Regni à Pio Secundo, illum in dotem dedit ejus filia D. Maria de Aragona quam in connubium conjunxit cum D. Antonio de Piccolominibus nepoti Pii II.

39 Anno 158 . exposito venali dicto statu Amalphia urgentibus creditoribus. Dominorum de Piccolominibus remanso ad extinctum oundela Excellentissimo Principi Ostiliani pro duc. 216160. Iste tempore fidelissimi, & nobilissimi status Amalphia, ut status uniretur Regia Corona, acclamando Regium demanium solverunt de proprio ultra eisdem obventa ex pretio corporum feud. ducatos centum viginti millia, & mediante contractu jurato Viceroy illius temporis etiam tanquam Procurator Regis promisit servare in Regio demanio, nec pro bona pacis alienare.

40 Ex quo mediante contractu jurato in actu consolidationis utilis domini cum directo Rex promisit non infeudare statum. Et ex quo fortis, & nobilissimus est status Amalph. ex juris dispositione, & ratione status fundabitur, non debere infeudari.

41 Et si esset quasi ponere os in caelum allegare, contra allegata, & objecta à Fisco circa articulum, tamen aliqua dicantur secundum ingenioli tenuitatem authoris ad hoc ductus, nedum ut clientibus satisfaciat, sed propria suorum genitorum nobiliss. Civitatis Ravelli, nam si eam relinqueret periclitantem circa ejus libertatem, desineret esse Cives.

42 Non incongruum erit allegare post decreti generalis interpositionem, nam circa venditionem domanialium ex causa onerosa procedi non debet in audita parte, & quia post decretum mandavit Excellentissimus Prorex, ut fieret relatio de juribus status Amalph.

43 Consultatio Domini Galeota, posse demanialia ex causa onerosa infeudari primo fundatur authoritate Jas. Socin. & Ranet.

44 Secundo fundatur tribus rationibus desumptis ex consiliis d. DD. & 4. addita ab eodem Domino Galeota.

45 Fundatur tertio authoritate rerum judicatarum.

46 Non obstat authoritas d. DD. quia in consulendo scripserunt, & quia in casibus diversis, scilicet in privilegii demanii concesso ex liberalitate Principis, & in alio casu, quo vassalli patientiam per longum tempus praestiterunt revocationi privilegii.

47 Rationes ponderata à Domino Galeota pro sua consultatione, licet vere non applicabiles demanio status Amalphiae, pro aliis tamen deserviunt.

48 Prima ratio D. Galeota ad fundandum suam consultationem, est quia de plenitudine potestatis potest Princeps rem à privatis auferre, & evacuare contractum, & inde à fortiori privilegia demanii.

49 Responsio prima rationi talis distinctione, aut fundatur in plenitudine potestatis absque causa, & secundum veriorem opinionem, nec de plenitudine potestatis potest Rex rem à privato auferre, & contractum evacuare sine causa.

50 In Invictissimis Regibus Austriacis non disputandum circa plenitudinem potest. nam ea non utuntur, nam sancti, & justi sunt, prout nec usus fuit Rex in istis ordinibus datis pro vendit. deman.

51 Si de plenitudine potestatis possent Reges contractus revocare sine causa impracticabiles essent, nam nemo contraheret cum eis.

52 Decisio Arag. sess. 187. non est contra, sed pendisila confirmat.

53 De absoluta potestate posse Principem recedere, à contractu jurato conceditur. Sed cum causa & quando

[illegible] causa consilii in illo actu revocationis contractibus, vel ablationi rei à privato secundum verum intell. Aliorum velbertatum, & aliorum concord.

54 *Rex contrahens cum subdito habetur, ut privatus, nec ex causa publicae supervenientis, post contractum potest [illegible] recedere.*

55 *Si conservatio Regni consisteret in ipsa revocatione demanii status Amalphiae, esset deveniendum ad ipsam.*

56 *Tunc demum posse deveniri ad revocationem contractus compromissi initi à Rege, si non posset aliomodo necessitatibus reparari.*

57 *Secunda ratio, seu conclusio, quae consultatio Domini Galeota fundatur, ea est, quia quotiescunque cum Rege contrahitur circa spectantia ad Principem, in quibus semper praesumitur gratia, potest nunquam gratia de potestate ordinaria [illegible] ab ea recedere.*

58 *Pro dilucidatione praecedentis conclusionis, & an sit applicanda, duas respectiones constituit author.*

59 *Prima inspectio si mera gratia fuit concessio demanii status Amalphiae.*

60 *Secunda inspectio, si esto, quod fuerit gratia si ex ista causa praesentis necessitatis revocari possit.*

61 *Explicatur qualiter, & quo jure Universitas ad Regium demanium admittatur, scilicet exercendo Rex praelationem sibi competentem ratione directi dominii super utili, quod venderetur ipsum uniendo cum directo principaliter ad sui beneficium in consequentia Universitatis acclamantis demanium cujus pecunia solvitur pretium vendere valenti.*

62 *Praecedenti explicatione privilegium demanii posset dici non esse privilegium, & gratia, sed contractus do, ut facias, qui inter privatos solet fieri.*

63 *Nihilominus author affirmat etiam gratiam dici posse, quia ab Invicto Rege, sed non inde, quod posset revocari, quia mediante contractu jurato do, ut facias, quod ex sequenti inspectione ostenditur.*

64 *Quia privilegium demanii status Amalphiae fuit concessum non tempore, quo erat penes Regem, sed tempore quo utile dominium à feudatario alteri vendendum fuit unitum cum directo, mediante contractu jurato quinà fundatur, non posse revocari, & numero 65.*

66 *Respondendum esse DD. auctoritatibus, & rationibus à Domino Galeota add. quibus posset praetendi revocationem demanii.*

67 *Primò, non obstat doctrina Rom. in sing. 464. nàm verè non voluit privilegia hujusmodi posse sine causa revocari, quod ex eodem Rom. in consil. 436. n. 16.*

68 *Non obstat doctrina Cotte, nam dicendo, quod privilegium, & si non gratuitum posse sine causa revocari male loquitur, & ut ab aliis reprehenditur, ipsemet in duobus aliis locis seipsum corrigit.*

69 *Non obstat doctrina Pauli in L. 1. C. de libert. nam attendendum, quod legendo dicit, scilicet privilegium, licèt non gratuitum sine causa non revocari.*

70 *Non obstat, quod privilegium, & si non gratuitum possit revocari cum causa quod inde privilegium demanii Amalph. possit hodie revocari, cum causa praesentis necessitatis.*

71 *Non obstat, nam licet sit vera praecedens regula procedit si causa insit, sivè oriatur ex eodem privilegio, & si aliunde succurri non possit.*

72 *Authoritate ejusdem Fisci Patron. in suis repetit. feud. fundatur non posse privilegia demanii revocari pro necessitatibus exercituus, nisi aliunde non possint pecunia inveniri.*

73 *Non obstat* text. in l. Titius puerum, *nam secundum verum intellectum ipsius etiam rejecto illud à* Belluca. *tradito, beneficium, & si non gratuitum non potest revocari sine causa, quae insit ipso privilegio non gratuito.*

74 *Ratio* IC. in d. l. Titius puerum, *est beneficium, & si non gratuitum concessum, nam ex eorum sequitur, quod propterea posset revocari.*

75 *Beneficia, & privilegia concessa ex liberalitate Principis possunt ad libitum revocari.*

76 *Privilegia concessa mediante pecunia, non transferre revocari non possunt, quando causa inest in ipsa revocatione.*

77 *Hoc confirmatur exemplo tradito à Domino Galeota, scilicet facit quod [illegible] pecunia [illegible] dicitur, & sine [illegible] revocari potest.*

78 *Adversus supra firmata objicitur, nam in concessione privilegii demanii Rex nil contrahit, sed remittit, & revocando nil aufert, & inde ista concessiones demanii revocabiles, etiam quia contra potestatem Regiam cujus est sua demanialia aliis infeudare.*

79 *Pro responsione, quia satis videntur stringere duas inspectiones author constituit.*

80 *Prima, si Rex privilegium demanii status Amalphiae possit revocare, & si isto casu venit considerandum, si gratia sit commensurata cum quantitate recepta.*

81 *Secunda revocando Rex id privilegium, si aliquid auferat à suis vassallis dicti status Amalphiae.*

82 *Circa primam inspectionem distinguit author duos casus. Primò, si privilegium est concessum à Rege conservando demanium, quod erat penes Regem, & isto casu procedunt objectiones. Secundo casu, prout est in casu demanii status Amalphiae concessi mediante contractu jurato, tempore quo utile dominium erat penes tertium, & unitum cum directo ex pecunia status Amalphiae, in quo actu unione Rex promisit non revocare, & isto casu non potest alienari, & non procedunt in contrarium adducta.*

83 *Contractus durum confusio firmatur, unius diversus non resolvuntur.*

84 *Isto casu quo mediante contractu in actu acquisitionis utilis dominii Rex promisit non alienare, non procedit doctrina* Bald. in l. qui se patris, *quod ut non possit revocari oportet, ut quantitas à Rege recepta sit commensurata cum gratia, non requireretur lapsu ultra dimidiam.*

85 *Ratio in contrarium ponderata, scilicet, non valere istas promissiones demanii, quia contra potestatem Regiam. Procedunt, quando mediante privilegio, quod transit in vim contractus, non in privilegio mediante contractu jurato.*

86 *Nec procedit eadem ratio in contrarium adducta quod ista promissiones demanii sint contra potestatem, & dignitatem Regiam, in casu quo Rex promittendo Regium demanium univit statum Amalph. qui non erat unitum, quod aliàs non acquisiviisset.*

87 *Pro quo facit illud simile, quod quando obligatur feudum pro pecunia data ad emendum feudum, licet sine assensu, valet obligatio, quia sine illa pecunia non esset feudum.*

88 *Summa libertas est esse sub dominio Regis sub dominio Baronis durissima servitus.*

89 *Satis aufert Rex à suis vassallis sub demanio existentibus demanialia in feudum concedendo, quia libertate privantur.*

90 *Ex demanio nullum Regis consideratur servitium.*

91 *Licet vera sit praecedens conclusio non applicabilis casui, de quo agimus, unionis status Amalphia cum Regio demanio, nam commodum sentit Rex, & illo casu non cessat spes devolutionis, & introitus feudales sub gubernio extant, & ab eis servitium Regi praestatur.*

92 *Ad fundandum non obstare authoritatem rerum judicatarum conservando statum Amalphia in Regio demanio, convenit prius fundari duplici ratione*

status debere in Regio demanio conservari.

93 *Quia Nobilissimi vassalli sunt undique Cives status Amalph. ratione status debent in Reg. demanio conservari.*

94 *Quia fortissimus locus est status Amalphiæ, non debet ratione status alter in feudum concedi.*

95 *Fortissimum esse statum Amalphiæ nedum oculari inspectione, sed verissimis historiis probatur.*

96 *His rationibus, status à Regibus Normannis, usque ad Aragonenses semper unitus cum Regia Corona fuit status Amalphiæ.*

97 *Ex quibus fundatur respectu demanii status Amalphiæ non vigere Consuetudinem Regni, infeudandi demanialia.*

98 *Et etiam fundatur; debere retineri in Regio demanio, ex regula, quia res facilius revertitur ad suam primævam naturam, nam de sui natura status Amalphiæ debet esse unitus cum Regia Corona.*

99 *Non obstat ex juribus authoritas rei judicata in casu* decis. Capyc. 166.

100 *Ex pluribus non obstat celebris* decis. Seminatiæ *relata à* Reg. Revertes.

101 *Non obstat consultatio facta in casu permutationis cum Ducatu Sabionetæ.*

102 *Ex quampluribus non obstat* decis. Casalium Cosentiæ, *pro qua allegavit* Cons. de Georg. alleg. 3.

103 *Non obstat consultatio facta a Regia Camera de anno 1632. qua solam Civitatem Amalphiæ dicti status fuit consultum ratione status non debere infeudari, quia in ea non fuerunt considerata omnia prædicta, quæ nedum Civitati Amalphiæ, sed aliis locis totius status satis conveniunt.*

104 *Debere conservari statum Amalphiæ in Regio demanio fundatur authoritate rerum judicatarum, & consultatione Regia Cam. & num. 105. 106. & 107.*

108 *Gloriosissimus erit Excellentissimus Prorex servando unitum statum Amalphiæ cum Regia Corona.*

J. M. I. A.

VT pluribus rationibus confirmem, procedendum non esse ad infeudationem status Amalphiæ, tanquam de jure non comprehensi decreto generali (novissimè, nemine audito, interposito) circa venditionem demanialium, attentis urgentissimis necessitatibus Regni, aliqua dicenda existimo de origine ipsius status Amalphiæ, de natura loci, & Civium Nobilitate, & qualiter ad præsens inter demanialia Regia reperiatur ex causa onerosa.

Tempore Imperatoris Constantini, quo Gothi Italiam invaserunt, & Romam obsederunt nonnulli ex Nobilissimis Civibus, & Militibus Romanis, Vrbe derelicta, illuc devenerunt, ubi hodie statum Amalphiæ videmus; & tàm ob naturalem fortitudinem situs, quàm ob amœnitatem aeris supra, & intra montes, nobilissimas Civitates Ravelli, & Scalarum, necnon Terram Tramonti construxerunt in maritimis nobilissimas Civitatem Amalphiæ, Terram Majori. Civitatem Minori, ac alias quamplures Terras, quæ post Insulam Capraram per triginta milliaria, usque Salernum juxta oram maritimam omnes inspiciuntur, redduntur hæ omnes amœnissimæ, ac delitiosissimæ quamplurimis fluminibus, & rivulis eximiarum aquarum, quæ à montibus in mare defluunt, ipsas Civitates, & Terras, & eorum pomaria malorum, & cedrorum irrigant nec minor est istorum locorum fortitudo, quàm amœnitas, nedum ex situ naturali, sed quia etiam fortissimis turribus, æneis tormentis munitis circumdantur. Illa Fidelissima Civitas Neap. ut fari, in notum est, Illa Salerni, Beneventi, Gaetæ, & aliarum Regni more Reipublicæ regebantur. Ita etiam

ubi Respublica regebatur. Antequam Regnum hoc à Regibus occuparetur, status Amalphiæ suos Duces eligendo extant monetæ, quas ad præsens videmus, Reipublicæ Amalphitanæ, & in Constitutionibus Regni pœnæ injungebantur in tot tarenos Amalphitanos. Hæc omnia oculari ipsa inspectione fundantur, & ex historiographis, ſ. ex *Felin. in epithom. Regni ex Cronica Longobardo à Marino Freccia addncta in suo tract. de subfeud. lib. 1. sub rubr. de Provinciis, & Civit. Regni, num. 35. in fine, num. 36. in princ. & eod. lib. 1. sub rubr. de offic. admirati, & num. 5. & ex Scipione Mazzella in sua descript. Regni fol. 63.*

Præclarissima redditur Respublica status Amalphiæ innumeris rebus gestis, & præcipuè cum nedum Re-4 gnum se, sed Almam Vrbem Romæ, & Christi Vicarium defenderit contra Saracenos.

Imperante Lothario, & Pontifice Leone IV. ipsi Saraceni Italiam aggressi, ausi fuerunt Vrbem Romanam invadere, ibique Summum Pontificem, & Romanam Ecclesiam destruere. Isto tempore Neap. & Amalphitana Respublica confœderatæ erant, & propterea Neapolitani, cum militibus status Amalphiæ, & cum eorum navigiis, antequam ad hostium accessissent ipsos Saracenos aggressi, gloriosissimam victoriam reportarunt ex Platino, & Sygonio refert *Summont. in sua historia Neapol. lib. 1. fol. 45.* Et anno 835.
5 Cum Divus Athanasius Episcopus Neapolitanos relegatus esset in parva Insula Megaræ (ubi hodie Castrum Ovi existit) jussu perversi Ducis Reipub. Neapolitanæ Sergii, inde fuit liberatus opere Reipub. status Amalphiæ, quæ transmissis ejus navigiis armatis incolumem Sanctum Episcopum ad Civitatem Beneventi asportari curavit, ex Paulo Regio refert *Summont. in sua histor. Neap. lib. 2. fol. 27.*

Ab istis antiquis, & nobilissimis Romanis status Amalphiæ fuit instituta, & fundata anno 1020. Sacra Religio Hierosolymitan. decus, & gloria totius Euro-6 pæ. Quæ Sacra Religio ne degener esset à suis nobilissimis genitoribus genere, & sanguine, undique nobiles admittit, sic testatur *Henric. Pantoleon in sua histor. de rebus memorabilib. ordinis, Ioannitar. Rhodier. lib. 1. fol. 3.* quem in hoc sequitur *Commendator. Frater Hieronymus Marull. in sua histor. Religion. Hierosolymitana in proœm.* Subjungens in vita Gerardi, qui fuit primus Magnus Magister dictæ Sacræ Religionis, ip-7 sum Gerardum fuisse unum ex nobilissimis Civibus Scalarum dicti status Amalphiæ, qui aliique nobilissimi dicti status in Civitate Hierusalem dict. Sac. Religionem instituerunt, unde sicut ex loco ubi instituta Hierosolymitana dicitur, ità ex authoribus, à quibus instituta, & Amalphitana jure dici posset.

Fundatur etiam, & validatur oculari inspectione hodie antiquitas, & nobilitas totius status Amalphiæ, 8 quod nonnisi à nobilissimis Civibus, & militibus Romanis Civitates, & loca constructa fuerint; nàm ipsa inspiciendo oportet dici juxtà illud vulgatum,
9 EST OPVS ROMANORVM Supra eminentissimũ mõtem Civitatis Scalarum Castrum ab antiquissimo constructum adhùc inspicimus, prædominans ipsam Civitatem Scalarum, & illam Ravelli. Quæ inquam Civitas Ravelli, licet in monte amœnissimo, excelso tamen, & quasi inaccessibili, supra mare ædifi-10 cata sit muris, & turribus undique munitur, & intra ipsos muros, quibus tota Civitas circumdatur alios muros, & alias turres Nobiles sibi construxerunt. Vt quasi peculiarem Civitatem, & locum haberent à 11 cæteris Civibus distinctum, & segregatum, intrà quos nobilissimas & sumptuosissimas ædes cum ornamentis, & columnis marmoreis, tum duo Monasteria Monialium, in quibus nonnisi nobiles puellæ ad-12 mittuntur, tum Cathedralem Ecclesiam Nicolaus Rufulus fundavit in tres alas, quæ sub marmoreis

immanibus

immanibus columnis substinetur; Altare majus cum cupula marmorea à quatuor aliis columnis de musco substinetur; & lectutile, in quo Evangelium legitur super duodecim marmoreis Leonibus, & columnis pulcherrimis de mosaico, cum Aquila admirabili; quæ unico marmore constructa tribus coloribus ad similitudinem Aquilæ naturalis inspicitur. Hujus Ec-
13 clesiæ portæ admirabiles sunt, in quibus historiæ novi, & veteris testamenti insculptæ, quas suis sumptibus construi curavit anno 1179. Sergius Musceptula consanguineus Nicolai Rufuli Fundatoris ipsius Ecclesiæ ascendentis junioris Domini Sergii Musceptula Principis Leporani, In eadem Ecclesia, ultra
14 quamplurima Corpora Sanctorum Martyrum, & inter ea Caput Sanctæ Barbaræ in magno vase vitreo Sanguis vivus Martyris Sancti Pantaleonis servatur,
15 qui toto anno durissimus existit, in festo Sancti miraculosè illiquatur. In Civitate Scalarum præter Ecclesiam Cathedralem magnis marmoreis columnis ornatam adhuc inspicimus, Templum magnum, & sumptuosissimum columnis marmoreis Divo Eustachio de Afflicto dicatum ab antiquissimis, & nobilissimis Romanis descendentibus ab eodem Sancto, tempore eorum adventus in hoc Regnum, ut prædiximus. Et si tot ædificia marmorea in dict. eminentioribus partibus status Amalphiæ reperiuntur, quod deficit mens investigandi qua arte, & qua potestate tot marmora, & magnæ columnæ ibi fint sublata, ni-
16 mirum si sumptuosissimum, & magnum Templum Divo Andrea Apostolo in ipsa Civitate Amalphiæ fit constructum, cui simile vix in toto Regno invenietur, & alia quamplura in aliis locis maritimis signanter in
17 Civitate Minoris, & in nobili, & fortissima Terra Majoris, quæ præter Turres in maritimis constructas Aeneis tormentis munitas, & fortissimo Castro in eminentiori parte ipsius Terræ, quod Sancti Nicolai dicitur, quasi inexpugnabilis redditur.

Demum præclarissima redditur Respublica status Amalphiæ viris Illustrissimis, qui inde non solùm ar-
18 mis, verum etiam litteris originem ducunt, de quibus meminit *Marin. Frecc. pract. tract. de subfeud. lib. 1. sub rubr. de provinc. & Civit. Regn. nu. 35. & 36.* ubi nedùm
19 innumeros refert Consiliarios Regum, quàm etiam Regentes Regiæ Cancellariæ (inter quos fuit Ioannes Antonius Musceptula Civitatis Ravelli, qui Invictissimi Caroli V. Orator fuit apud Summum Pontificem Clement. VII. ut priv. 4. fol. 4. anni 1533. Reg. Cancell. quæ familia Musceptula hodie in Sedili Montaneæ adhuc reperitur) ejusdem status Amalphiæ, idem *Frezza loco præcitato* refert quamplures possessores quamplurimorum feudorum, & Terrarum, Admiratos maris, Episcopos, Archiepiscopos, plures Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, scilicèt unum fami-
20 liæ Capuanæ, alium familiæ de Judice, & alium familiæ Mansamandiæ omnes Civitatis Amalphiæ, quæ familiæ hodie in Sedili Nidi repetiuntur, quamplures decoratos titulis Comitatus, Marchionatus, & Ducatus, & etiam præcitato loco post *numer. 36. & sub rubric. de antiquo statu Regni, numer. 3.* idem *Frecc.* ex
21 Stasio Venusino refert unum ex antiquissima familia Peponia Civitatis Ravelli dicti status Amalphiæ fuisse Regem Apuleæ ex Civitate Scalarum Vicarium Ge-
22 neralem totius Regni Regis Ladislai Leonardum de Afflicto, prout legimus ex inscriptione ejus antiquissimi Sepulchri in Ecclesia Sancti Martini; & de Illustri
23 familia Rofulorum ejusdem Civitatis Ravelli, *Freccia loco præcitato*, nonaginta Equites enumerat tempore Rogerii Comitis Siciliæ, & alios 46. Equites tempore Caroli Secundi, Ducem Soræ, & Admiratos maris, subjungens prædictos de familia Rufulorum Pontifi-
24 cem Vrbanum Quartum, cum cœtu Cardinalium in suum Palatium recepisse, qui in Cathedrali Ravelli Sacrum sollemniter celebravit, Quod palatium sumptuosissimum turribus, magnæ altitudinis muni-
25 tum columnis innumeris marmoreis, cum tribus claustris tàm superioribus, quàm inferioribus variis figuris lapidum ordinatis adhùc inspicimus, & ipsum possidet ad præsens Princeps Leporani hæres, & successor bonorum istius præclarissimæ familiæ Rufulorum jam extinctæ, cui sui ascendentes conjuncti erant, quod detegitur etiam ex constructione januæ à Sergio Musceptula Cathedralis Ecclesiæ constru-
26 ctæ à Nicolao Rufulo, ut prædiximus, Præclarissima est etiam ipsa Civitas Ravelli, quia ex ea originem trahit illustrissima familia de Marra, de qua hæc propria verba dixit idem *Frecc. pracit. numer. 35. De Viris quidem illustribus ex prosapia Marra superfluum est scribere primo in Sicilia, in Apulia Domini Oppidorum multorum, qui à Ravello recesserunt sicuti, & alia præclara gentes prælato derelicto à Nobilibus Confaloris habitatur, viri quidem militares bello fortissimi, & nobilissimi.* Quod palatium ad præsens à me possidetur ex successione Liberæ de Marra, cui ab antiquis Dominis de Marra dictum palatium inter alia fuit in dotem assignatum, ut ex publico documento. Et novissimè Excellentissimus Dux Mondra-
27 goni pater Excellentissimæ nostræ Viceteginæ Principissæ Ostiliani ob famam istius sumptuosissimi palatii adhùc ornati lapidibus, & quamplurimis columnis marmoreis ascendit ipsam Civitatem Ravelli, ut ipsum videret; nàm suorum ascendentium ex linea fœminea fuerat ex Comitibus Altani. Nec silentio præteriri debet anno 1300. à Flavio Gioia
28 Amalphitano fuisse adinventam Bussulam Calamitæ cum carta navigandi (ut vulgò dicitur) tàm necessaria Pilotis, prout testatur *Mazzell. in descrip. Regn. f. 65.*

29 Et nostris temporibus de nobili Terra Majori habuimus præstantissimum, & doctissimum Joannem Franciscum de Ponte Regentem Regiæ Cancellariæ, Marchionem Morconi, & ejus filium Horatium de Ponte Marchionem Padulæ Ordinis Sancti Jacobi, qui in matrimonium duxit Illustr. D. Catharinam de Medicis neptem Papæ Leonis XI. & non minus doctum, quàm eximium Marcum Antonium de Ponte
30 Regentem ejusdem Reg. Cancell. & meritissimum Præsidentem Sacr. Consil. Marchionem Sancti Angeli, & ejus filium Militatis Ordinis Calatravæ, & Trifonem de Ponte dictorum Regentium consanguineum, Ducem Flumari, quæ familia de Ponte gaudet in Sedili Portæ novæ hujus Fidelissimæ Civitatis. Post
31 Vinciguerram Lanarium primum Locumtenentem Regiæ Cameræ habuimus eximium, & doctissimum Ioa. Antonium Lanarium Regentem R. Cancell. & ejus filium primo Comitem Sacchi, postmodum Ducem Carpignani, & ad præsens Principem Carpignani ejus nepotem Ordinis Militaris Calatravæ, & floret hodie hæc nobilissima familia Lanaria in doctissimo Domino Fulvio Lanario Fisci Patrono, & meritissimo in Supremo Collaterali Consilio adscribi, prout fuit ejus patruus Joannes Antonius Lanarius, & in ejus eruditissimo omnium humanarum litterarum filio Marchione Pimontis. Ordinis Sancti Jacobi. Ex Ci-
32 vitate Scalarum nobilissima familia de Afflicto post insignem Matthæum, aliosque innumeros Equites, Titulis decoratos habemus Ducem Baricæ, & Comitem Loreti, & Ducem Bernaudi, quæ familia de Afflicto gaudet honoribus in Platea Nidi. De Civitate Ravelli, quæ ab Historiographis Nidus nobilitatis dicitur habuimus ultrà alios antiquiores nostris tem-
33 poribus Ascanium Musceptulam R. Cons. Avunculum matris meæ, à quo, & Altobella Sanfelice ortus fuit Sergius Musceptula Princeps Leporani, & ab eo, & D. Beatrice Siripanna natus fuit D. Franciscus Princeps Leporani vir D. Portiæ de Tocco sororis D. Caroli Principis Montismiliтum, Consiliarium
34 Cæsarem Frecciam, cujus familia gaudet in Sedili

Nidi. In quibus Sedilibus hujus Fidelissimæ Civitatis ultrà superiùs enarratas, quamplurimæ aliæ familiæ
34 gaudent, & originem ducunt, & sunt de ipso statu Amalphiæ, annumeratæ à *Marino Frecc. precis. num. 35. & 36. sub rubr. de Provinc. & Civitate Regn. & à Scip. Mazzell. in familiis Sedilium* Ex eodem statu Amalphiæ fuerunt, & ad præsens sunt quamplures
35 Equites Hierosolymitani, & Ordinum Militarium Hispaniarum; Quam plura alia possent dici de nobilitate ipsorum locorum status Amalphiæ, & ipsius præclarissimorum Civium, sed quia brevi sermone per-
36 stringi non possunt alia omittam; nàm hucusque dicta sufficiunt ad firmandum ex inferiùs in jure dicendis ratione status non debere infeudari, & progredior ad enarrationem qualiter reperiatur in Regio demanio.

Postquam Regnum à Regibus fuit occupatum, quia status iste Amalphiæ præclarissimus est ex prædictis omnibus, & quia quasi fortissimum antemurale hu-
37 jus Fidelissimæ Civitatis, & proindè totius Regni dici potest; nam possent hostes, ipso statu Amalphiæ occupato, ibidem se munire, ac penè inespugnabiles se reddere, & terra, marique aliàs partes præcipuas Regni invadere, istis rationibus validissimis permoti Reges ipsum statum aliis infeudare noluerunt, sed semper unitum cum patrimonio, & Regia Corona habere voluerunt. Et hoc à Normannis usque ad Aragonenses Reges. Nàm anno 1480. Ferdi-
38 nandus Primus filius Regis Alphonsi, ut fœderatus esset cum Summi Pontificis Pio Secundo ad obtinendam investituram hujus Regni, quam obtinuit, & à Cardinali Latino Ursino Legato Summo Pontifice fuit unctus, & Coronatus Rex. Isto tempora Serenissimam D. Mariam de Aragonia ejus filiam in connubium dedit D. Antonio de Piccolominibus nepoti D. Pii Secundi, & eidem in dotem assignavit istam nobilissimam, & fortissimam partem sui Regni, scilicèt, status Amalphiæ cum titulo Ducatus, quia sub Ducibus Reipub. Amalphitanæ antiquitus regebatur, sic habemus ex Historiographis Regni, scilicèt ex *Costo in compend. Regni par. 1. fol. 272. Tareagn. insit. & feud. Reg. fol. 111. & Mazzell. in famil. Piccolomini, fol. 727. Caraf. in sua hist. Reg. lib. 9. fol. 100.*

Anno 1583. urgentibus creditoribus D. de Piccolominibus fuit status Amalphiæ expositus venalis, remansit ad extinctum Candelæ Excellentissimo Prin-
39 cipi Ostiliani pro ducatis 216160. Isto tempore insurrexerunt nobilissimi status Amalphiæ, & obtento decreto in Collaterali Consilio ad relationem Reg. Cam. ut admitteretur ad Regium Demanium, & ut cum liceret dictis de Piccolominibus stipulare cantelas ipsius venditionis dicti status, quas stipularunt, & eisdem venditoribus, sivè eorum creditoribus solverunt, nedum dictos ducatos 21616[illegible]. Sed etiam alios ducatos quinquemille pro interesse dicti pretii decursi à die, quo venditio fuerat conclusa transcendente ratam partem fructuum ex venditione corporum particularium tàm feudalium, quàm burgensaticorum; Status, ipse percepit ducatos centum, & decemmille, vel circa, reliquos ducatos centum & decem mille de proprio solvit, ut nobilissimus status Amalphiæ, qui ex prædictis omnibus non debet, nec quoad utile dominium possideri, nisi à Rege uniretur cum Regio Patrimonio, ob quod eo tempore ab Excellentissimo Prorege, etiam tanquam Procuratore Invictissimi Regis Philippi II. fœlicissimæ recordationis, mediante contractu in Regium Demanium ipsum statum fuit receptum promisitque detinere, non alienare ex quavis urgentissima necessitate nec pro bono pacis, cum clausulis solitis, etiam ut armata manu in casu contraventionis impunè posset, resisti, prout ex actis, & publicis documentis jam productis.

40 Ex his, quæ verissima sunt in facto circa contractus, quibus status ipse reperitur hodie in Regio Domanio. Et secundò ex dicta vera historia ipsius Amalphiæ, ex ejus fortissimo situ, & ejus nobilitate tàm locorum, quàm Civium fundabitur tàm de jure, quam ratione status ad ipsam infeudationem non debere deveniri.

Circa primum articulum attentis doctissimè allegatis per eruditissimum Dominum Præsidentem Ga-
41 leotam tanquam Fisci Patronum in ejus consultatione facta Excellentissimo Duci de Alcala in septima conclusione, & attentis decretis novissimè interpositis ad relationem ejusdem Domini Præsidentis, tanquam Iudicis circa venditionem Casalium Fidelissimæ Civitatum Neapolis, & Nolanum, ac attento prædictu decreto ultimo loco generali interposito, ut omnia demanialia, etiam ex causa onerosa vendantur, stantibus urgentissimis necessitatibus Regni; Esset quasi ponere os in cœlum hodie existentibus eisdem urgentissimis necessitatibus allegare circa articulum contra pes Fiscum prætensa, & obtenta; Tamen aliqua dicam secundum mei ingenioli tenuitatem, non solùm ut clientibus, sed ut propriæ patriæ meorum genitorum, scilicèt, Civitatis Ravelli dicti status Amalphiæ satisfaciam; Quia agitur (ut inferiùs fundabitur) de ejus libertate, in qua sola consistit decus, & splendor l. edicimus, ubi *Luc. de Penn. Cod. de Marileg. lib.* 12. & non convenit eam derelinquere, nam derelinquens inter hostium numerum est habendus, l. *postliminium, §. transfuga, ff. de capt. & postlimin. revers.* & quia qui desinit ipsam periclitantem, desinit esse Civis, prout voluit *Ias. in l. veluti. ff. de just. & jur.*

Nec erit incongruum allegare, postquam dictum decretum generale est interpositum circa venditio-
42 nem demanialium, nàm in eo non fit particularis mentio status Amalphiæ, & ex inferiùs dicendis suppono de iura non comprehendi, in capite decreti circa venditionem demanialium, sed comprehendi inter ea demanialia exceptuata eodem decreto ratione status non vendenda.

Præterquam, negari non potest, cùm status Amalphiæ sit de demanialibus Regis ex causa onerosa, quod non sit ad liberam dispositionem Principis, & proptereà non potest ad ejus alienationem absque citatione procedi secundum magis veriorem, & communem opinionem Doctorum, de qua testatur *Consiliarius Paschalis de virib. patr. potest. cap. 5. num. 75. ex Socin. Anton. Gabriel. & Peregr. in loc. per eum citatis.* Notorium est dictum decretum fuisse interpositum, nemine audito, pro statu Amalphiæ; Imò porrectis precibus Excellentissimo Proregi post interpositionem decreti prædicti fuit ordinatum Regia Camera relationem faciat S. E. Collaterali Consilio; Quæ relatio debet fieri; citata parte, de omnibus superiùs in facto expositis, & de inferiùs in jure allegandis, & decerni, si demanium status Amalphiæ comprehendatur in decreto prædicto.

43 Consultatio D. Præsidentis Galeotæ I. contractus, quibus supremi Principes promittunt conservare Castra, & Civitates subditas sub perpetuo ipsorum demanio posse revocari, restituto pretio, tempore quo Rex commodè potuerit.

Fundatur primò authoritate *Iason. cons. 56. lib. 1. & cons. 237. lib. 2. Soccin. cons. 1. lib. 3. & Raynor.*

Secundò, tribus rationibus, sivè conclusionibus per d. DD. in eorum consiliis traditis, & fundatis, & quarta ratione per ipsum Dominum Præsidentem addita.

45 Tertiò authoritate rerum judicatarum.

Non satis urget authoritas dictorum DD. Primò, quia eorum doctrinæ sunt in consulendo, & ex infe-
46 riùs dicendis, quamplures alii numerantur DD. & maximæ authoritatis, qui contrarium senserunt

nedum

ordum consulendo, sed judicando, & legendo, præsertim in casu, de quo agimus. Secondò, quia consuluerunt in casu diverso, nam in casu *cons. 50. Iasonis* agitur de revocatione privilegii a Duce Sabaudiæ communitati Saviani ex liberalitate, & munificentia concessi; perpetuò tenendi dictam communitatem sub suo dominio; Et in casu *cons. ejusdem Iason. 227. & Barthol. Soccin. 4.* licet agatur ibi de revocatione privilegii ab eodem Duce Sabaudiæ de tenendo sub suo dominio Castrum summæ Ripæ concessi mediante pecunia, nihilominus dictum Castrum tempore concessionis privilegii erat sub dominio ipsius Ducis, & non penès tertium, à quo mediante pecunia fuisset redemptum, ut uniretur dominio Ducis. Et in casu ejusdem consilii, non obstante dicto privilegio fuerat illis de Rotariis concessum, non invitis ipsis vassallis, ipsique de Rotariis possiderunt, & reinvestiti ab aliis Ducibus successoribus primi concedentis, cum patientia hominum dicti loci, & ab eisdem de Rotariis dictum Castrum fuit possessum spatio decem annorum cum patientia vassallorum, obedientia, servitiorum præstatione, & cum fidelitatibus opportunis, qui post decennium insurrexerunt per revocationem concessionum ipsis de Rotariis factarum vigore privilegii prædicti. Nos sumus in casu diversissimo, scilicèt, in privilegio demanii, non ex liberalitate, & munificentia Principis concesso, sed tempore quo status ipse reperiebatur alienatus, & in posse privati, à quo fuit pecunia ipsius status redemptus, & unitus Coronæ Regiæ, cum promissione eisdem vassallis facta à Rege in illo actu unionis Regiæ Coronæ de non alienando, mediante contractu jurato. Et non sumus in casu, quo status ipse consenserit infeudationi, & revocationi privilegii prædicti, sed sumus in casu, quo ad præsens fiscus prætendit revocationem dicti contractus, ipsis vassallis contradicentibus, allegando oretenus, & inscriptis sua jura. In isto casu diversissimo à casibus dictorum consiliorum certissimè idem *Jas. & Barthol. Socin. & Rayner.* ex superiùs in facto enarratis, & ex inferiùs allegandis pro ipso statu Amalphiæ consuluissent. Vltra quod negari non potest in causa, pro qua scripserunt *Jason. & Socin.* scilicèt in privilegio demanii concesso mediante pecunia fuisse contra allegata per ipsos decisum, testatur *Natta. cons. 31. inter cons. feudalia, n. 120.*

Sed deveniamus ad rationes, sivè conclusiones, quibus prætenditur posse deveniri ad revocationem istius demanii; iuxtà tradita per Dominum Galeotam in præcitato loco suæ consultation. Quæ doctissimæ, & verissimæ sunt, nec auderem ego inter minimos Iur. C. & Advocatos nostri temporis contra ipsas allegare, sed al qua dicam ad fundandum, quod applicandæ non veniant circa revocationem contractus jurati, & privilegii status Amalphiæ de ipsum non alienando, quia aliquæ particulares rationes in eis concurrunt, quæ non in aliis privilegiis Regii demanii, quibus aliis optimè ipsæ conclusiones applicandæ venient.

47

Prima conclusio ea est, nam Princeps absolutus habens jura lo pretii, cum clausula de plenitudine potestatis, vel alia simili æquipollenti potest tollere, quæ sunt jurisgentium, & evacuare contractum initum cum privato, cum & possit auferre res privatorum, & tollere dominium. Quod indubiè procedit, subsistente causa justa, sivè necessaria, ità dixit Dominus Galeota firmasse *Ias. in pracit. cons. 227. in 52. & 13.* fundamento pro Rotha iis subjungens verba ejusdem *Jas. quod tenen. glos ordinaria ubique tàm juris Civilis, quàm Canonici, Civilistæ, & Canonistæ.* Ex qua conclusione deveniendo ad casum, de quo agimus, si res à privato, & dominium auferri posset, & contractum cum privato initum destruere maximè cum causa, indubiè posset hodiè Rex noster Invictissimus ex causa necessitatis privilegium demanii status Amalphiæ revocare, non obstante quod transierit in contractum.

48

Responsio huic primæ conclusioni facilis est tali distinctione. Aut ista conclusio intenditur fundari in soluta absoluta, & plenissima potestate Principis, & quicquid consulendo dixerit *Ias. pracit. cons. 127. num. 43.* scilicèt posse Principem de plenitudine potestatis tollere etiam quæ sunt jurisgentium, & sic tollere dominium, & jus tertii, & posse à suo contractu recedere. In contrarium est veritas, & communiter aliter voluerunt DD. reprehendentes *Angel. in l. item si verberatum,* dicens: *Quod in hoc non ut Angelus fuit loquutus, sed sicut homo mendax,* signanter sic dixit *Cravett. consil 241. numer. 20. Paul. in l. digna vox, C. de leg. Roland. à Vall. cons. 45. volum. 5. num. 15. Olasch. decis. 139. num. 15. Caphal. cons. 58. & Menoch. ex pracitatis, & aliis cons. 264. & cons. 301. numer. 51.* In contractibus enim clausula, *De plenitudine potestatis,* habetur pro non scripta, prout dixit *Cravett. cons. 592. numer. 56. & num. 107.* Et optima ratione, quia secundum Theologos etiam Deus ex promissione obligatur, prout refert *ex Bald. Becc Reg. de Curt. in suo divers. feud. capit. 10. numer. 13. & Seff. decis. Aragon. 79. numer. 42.* Et etiam quia licet duplex consideretur potestas in Principe, altera ordinaria, & legibus ligata, cujus vigore nil potest facere, quod sit contra leges, altera verò legibus absoluta, & libera, & secundum istam potest tollere, quæ sunt juris civilis, secundum *Bart. & alios in l. Antiochensium de privil. creditor. non autem qua sunt jurisgent.* & proindè dominium semel quæsitum non potest tollere, prout ex *Gabriel. & Philipp. Parca testatur Seff. decision. 74. numer. 41. & 42.* dicens esse communem, & hæc omnia affirmando quamplura alia circa plenitudinem potestatis Principis perbellè explicat præstantissimus, & observandissimus *Dominus meus Reg. Tap. decision. 5. sup. Ital. Senat. à numer. 55. ad 78.* quem sequitur, & refert *Dom. Fulvius Lanar. in sua peritissima, & doctissima additione ad repetit. capit. 1. de his, qui feud. dar. poss. Domini Reg. Lanarii sui patrui num 27.* & procedere hanc conclusionem, nedùm in contractu expresso, & jurato, sed etiam in qualibet concessione Principis in forma privilegii, si in ea intervenit pretium, & procedere etiam, ut obligentur successores, voluit *Bald. in l. 1. de constit. Princip. Boss. tract. suo de Princip. nu. 19. Caphal. cons. 25. n. 50. 1. vol. Roland. cons. 3. n. 56. vol. 3.*

49

50 Sed hoc non esset opus fundari in Invictissimo nostro Rege, prout, nec in suis Sereniss. Prædecessoribus, qui justissimi, & sancti dicuntur, nunquam enim occurrit in Regno hac clausula *De plenitudine potestatis* (prout nec in ordinibus novissimè dans circa venditionem suorum demanialium ipsa absoluta potestate utitur noster Invictissimus Rex) ut testatur *Cannet. in extravag. si aliquem, in vers. quia se offerat isto loco, num. 111. & Guielm. de Pern.* quia ipsa clausula auferendo jus tertii, prout testatur *Cardinal. in Clement. pastoralis d. se judic.* dicetur potiùs clausula, *De plenitudine tempestatis, quam potestatis.* Et si aliter diceremus, scilicèt posse Regem de plenitudine potestatis contractum cum subdito inito revocare, & posse à suis successoribus revocari nullus cum Regibus contraheret, fierent enim Reges incommunicabiles, & ex hoc veniret totalis ruina Regiæ Coronæ, prout advertit his propriis verbis *Seff. decision. Aragon. 187. num. 4.* in qua *decis.* ferè hæc omnia, & quàm plura alia ex præcitat. DD. & aliis innumeris per ipsum adductis pro verissimis confirmat à *numer. 1. ad 19.* Et rogo adverti, quod licet in casu decisionis mediante sententia fuerit decisum per S. Senatum Regni. Aragon. id favorem Regis, scilicet potuisse erigere in Villa locum de Casteiun. contra contractus

51

52

mediante pecunia à suis Serenissimis Regibus prædecessoribus initos cum Seitiena, tamen sumus nos in casu diverso à casu decisionis; Ibi per novam erectionem in Villa loci de Casteron non fuerunt revocata privilegia concessa per contractus à prædecessoribus Regibus initos, clarissimè hoc explicat *Sess. in ipsamet decis. num. 98.* ibi respondendo contrariis dixit his propria verbis: *Non obstare, quod pro contraria parte adducebatur, scilicèt non posse tolli, nec per indirectum illud, quod per vim contractus conceditur. Nam illud fatemur esse verum: Negamus tamen, quod hic etiam per indirectum tollatur gratia concessa*, & hæc etiam confirmat *Reg. de Curt. in pracit. cap. 2. divers. feud. num.* 14. subjungens, quod si Rex pro suo arbitrio voluntatis posset recedere à contractu non inveniretur homo, qui cum eo contraheret.

Aut hæc eadem prima conclusio fundatur nedùm in absoluta, & plenissima potestate Principis, sed concurrente necessitate, & utilitate publica, ac bono pa-53 cis, & isto casu fateor posse Regem de plenitudine potestatis auferre jus tertii, & dominium eidem quæsitum, & posse à suis contractibus juratis etiam pretio interveniente, recedere. Quando tamen publica utilitas, & necessitas bellica, & bonum pacis versatur in ipso actu ablationis rei, & dominii privato, & in ipso actu revocationis jurati contractus. Isto casu procedunt jura ab eodem *Iason. adducta in d. consil. 227. num. 45. & alia concordantia, scilicèt in l. item si verberatum. §. si quis, ff. de rei vend. in l. Lucius, §. 2. ff. de evict. in l. venditor, §. si constat ff. communia prædior. l. si fundus, ff. loc. & l. 2. Cod pro quibus caus. serv. pro prem. lib. accip. Ita in casu d. l. 2.* ubi ad literam habemus *servi, qui monetarios adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes in publicum detulerint Civitate Romana donentur, & eorum Domini pretium à Fisco percipiant.*

Hoc idem disponitur aliis præcitatis juribus, & apertis verbis, & juxtà expositiones *Gloss. & DD. & signanter Odofred in d. l. item si verberatum. §. si quis. ff. de rei vend.* cum qua expositione transit circa omnia alia jura superiùs allegata, ex eo, quia ipsa expositione tradita dicta in fine pro concordantibus allegat. Placuit hic pro dilucidatione articuli propria verba ejusdem *Odofredi* adducere, & sunt: *Ager erat in limine inter nos, & hostes, veniebant milites, & non habemus aliquam munitionem, in qua possimus recipi, unde venerunt ad Imperatorem, & dixerunt: Nos stamus in confinibus, non possumus ibi durare, nisi faciatis unam munitionem, dixit Imperator, Eatis videatis locum, & eum ematis, venerunt milites, & dixerunt, quod ager meus erat congruer aliis, unde Imperator coegit me vendere modico dato.* Hæc *Odofredus*, & hanc eandem expositionem sequutus fuit noster *Andr. in cap. 1. de Capit. qui cur. vend. §. similiter, numer. 27. ver. intelligunt moderni de prædictis confinibus*, ex quibus optimè fundarunt communiter DD. ex dictis juribus, quod possit Rex cogere subditos, etiam ipsis invitis, ad vendendum bona propria, modico dato, ex causa publicæ utilitatis hoc intelligi debet, & practicari à circumspectissimis nostris jus dicentibus, juxtà jurium dispositiones, ex quibus DD. hoc desumunt, ut scilicèt in casibus, in quibus publica utilitas versatur in illo actu ablationis bonorum à subditis, & non extendendo, ut possit Rex à contractibus juratis recedere contra superiùs firmata: nàm Rex contrahens cum subdito habetur pro privato, 54 justa *glos. in clement. de causa poss. & propriet.* quam dicit esse communiter approbatam *Mastrill. tract. de magistr. lib. 3. cap. 4. num. 333. qui num 335. ex Bruno consil. 117. num. 24.* voluit non posse Regem à suis contractibus juratis recedere etiam ex causa publicæ necessitatis supervenientis post contractum ampliando hoc *n. 338. ex Dec. & Iason. etiam, de plenitudine* [illegible]

Ex quibus infertur, quod si utilitas publica, & bonum pacis consisteret in ipsa revocatione privilegii demanii status Amalphiæ, & contractos juratos pro 55 ejus observantia, quod isto casu benè posset revocari, & alteri concedi pro conservatione Regni, prout aliàs fuit servatum à Rege Ferdinando statum Amalphiæ, sed cum necessitas consistat non in ipsa revocatione illius demanii, non debet ad ipsam deveniri, jus tertio quæsitum auferendo, & recedendo, à contractu jurato, sed deveniendum ad alios modos, qui sint communes, & universales in toto Regno: nàm agitur de conservatione totius Regni, non solum status 56 Amalphiæ; Nam voluerunt omnes tunc demum deveniri debere ad ablationem rei à privato, & recedere à contractibus juratis, quando non posset alio modò reparari necessitatibus, ita *Anchar. in cap. canonum statuta, quæst. 6. de constit. in cap peccatum, col. 38. de regul. jur. in 6. & in cons. 161. Iason. in l. Barbarius, numer. 36. ff de inoffic. Prat. & in l. Gallus, §. & quid si tantùm in 2. lect. num. 28. de liber & posthum. Socin. sen. numero 27. in fine, in eodem §. & quid si tantùm, Felin. in c. quæ in Eccles. numer. 13. vers. secundo nota, in fine, de constitut. Ruyn. cons. 46. lib. 1. Grat. cons. 147. in fine lib. 2. ex prædictis, & aliis voluit Menoch. cons. 264. num. 33. & & S. ff. in præalleg. decis. 182. num. 24.* inter quattuor requisita in casu illius decisionis hoc pro absoluto refert, scilicèt quando causa publicæ utilitatis non possit alio modo reparari, & idem ex *Andr. in prælud. feud. firmavit Neviz. pracit. cons. 12. nu. 92. vers. item & tertio.*

Secunda ratione, seù conclusione fundatur consul-57 tatio *Domini Galeota circa vend. deman. desumpta ex Soccin. præcit. cons. 4. num. 4. ad 75.* Quia quotiescumque non est simplex contractus, puta venditionis, vel permutationis, qui inter privatos celebrari solet, sed de rebus spectantibus ad Principem, in quibus semper attenta principali intentione prævalet gratia, & beneficium. Quod isto casu tanquam gratia nedùm de plenitudine potestatis sine causa possit revocari, sed etiam de potestate ordinaria cum causa. Et inde quod contractus demanii status Amalphiæ potestate ordinaria ex causa necessitatis, tanquam gratia possit hodiè revocari.

58 Pro dilucidatione hujus conclusionis, & an veniat applicanda causæ, de qua agimus, scil. revocationis demanii status Amalphiæ duas inspectiones constituam.

59 Prima si mera gratia fuit contractus demanii status Amalphiæ.

60 Secunda, supposito, quod fuerit gratia, si de potestate ordinaria possit revocari ex ista causa præsentis necessitatis Regni.

61 Circa primam inspectionem, licet secundum juris terminos non possit fundari aliquòd jus competere Vniversitatibus circa manutentionem in Regio demanio, quando reperiuntur penès Baronem, & ab eo venduntur, tamen quia ratione directi dominii Rex isto casu præfertur, & petentibus Vniversitatibus exercet hoc jus ad suimet beneficium principaliter consolidando utile demanium cum directo, & quia fit ex pecunia Vniversitatis solventis pretium Baroni volenti vendere, ideò dicitur etiam talis consolidatio in beneficium Vniversitatis petentis demanium, prout perbellè sic explicat *Reg. de Curte in suo divers. feud. cap. 3. à numer. 40. cum plurib. seq. & in isto resides num. 52.* Et 62 sic concedendo Rex isto casu mediante contractu jurato privilegium conservandi perpetuò in Regio dominio illud utile dominium consolidatum cum directo ex pecunia Vniversitatis posset dici non privilegium, nec beneficium, sed merus contractus do, ut facias, prout in his terminis privilegii demanii dixit *Capyc. decision. 166. numer. 2.* qui contractus inter privatos in dies solent fieri; Tamen quia à Rege nostro

63 nostro Invictissimo, & ex ejus immensa altitudine ista privilegia demanii conceduntur antea præstando Universitatibus petentibus demanium, non negarem, quod etiam gratiæ, & beneficia possent dici. Sed non sequitur, quod possint revocari, hoc alia sequenti inspectione erit examinandum, cum licet gratia sit, negari non potest, quod sit inita mediante illo contractu, do, ut facias juramento firmato.

Tota vis consistit in ista secunda inspectione, si esto quod fuerit gratia, & beneficium promissio facta de perpetuò retinendo statum Amalphiæ in Regio demanio, si possit de potestate ordinaria revocari, attentis præsentibus necessitatibus.

Supposito, quod istud privilegium demanii non fuit concessum mediante pecunia, tempore quo status ipse 64 erat sub demanio Regis, sed concessum prout exemplificavimus in præcedenti inspectione, prout fundatur ex his, quæ in facto diximus, suppono non posse de jure revocari, non obstantibus, quæ doctissime allegavit in sua consultatione Dominus Galeota in dicta secunda ratione suæ septimæ conclusionis, quæ licet verissima, non applicanda isto privilegio demanii status Amalphiæ, sed aliis non taliter concessis.

Hoc firmatur primo illa conclusione, quæ ni fallor, est secundum magis communem opinionem 65 DD. (licet aliqui contrarium sentiant) scilicèt. quod privilegia, licet beneficia dicentur, & gratiæ, quotiescumque sunt ob servitia satis debitum excedentia, sivè ob pecuniam transeunt in vim contractus, & licet subditis concessa non possunt revocari, & indubie hæc conclusio procedit in casu, de quo agimus, quo privilegium demanii contractu jurato conceditur *Felyn. in cap. 1. de probat. Bald. in l. qui se patris, C. unde lib. 1. n. 34. Cravett. cons. 242. num. 10. Menoch. cons. 307. numer. 7. consil. 331. numer. 75. cons. 350. num. 24. & consil. 1007. numero* 73. ubi in specie de privilegio juramento firmato, à quo nunquam præsumi Principem ab eo recedere voluisse *Neviz. in praalleg. cons. 12. num. 51. Præstantissimus Dominus meus Regens Tapia in decision. S. Suprem. Cons. Italia, num.* 34. ubi viginti quatuor DD. qui hanc conclusionem firmarunt refert, & *num.* 53. subjunxit, quod quando privilegium transit in vim contractus etiam successorem obligat, pro quo optima jura tàm Canonica, quàm Civilia adduxit, & in *decis. 13. ejusdem supr. cons. num.* 85. etiam firmavit hoc idem, scilicèt, privilegia, quæ ex contractu procedunt illæsa permanere debent in omni parte, quam sententiam dicit esse communem *ex Thes. quæstion. forens. quæst. 80. num. 13. & 15.* ubi affirmavit pluries fuisse decisum in Senatu, & *Canerr. var. resolut. sub tit. de privil. cap. 3. num* 53. allegans ultrà præcitatos *Suar. alleg. 9. num. 5. & Cels. Hugo cons.* 16. *num.* 2. novissimè *Consiliar. Paschal. in pracit. cap. 2. sui tract. de virib. patr. potest. numer. 57. ex Cravett. Dec. Cacher. Caphal. Capyc. & Camil. Borrell.* firmavit in puncto, ista privilegia demanii ex causa onerosa habere vim contractus, & irrevocabilia esse, & fusiùs *num.* 83. ubi de communi testatur, & quod nec de plenitudine potestatis, & *num.* 88. procedere, etiam si cum subdito, & obligata successores, ex quampluribus per eum citatis.

66 Remanet, ut respondeam DD. authoritatibus, qui in contrarium allegantur, & declarationibus, seu limitationibus ejusdem conclusionis præsertim à Domino Galeota adductis, quibus posset prætendi posse deveniri ad revocationem istius demanii.

67 Primò, non obstat doctrina *Romani in singul. 463.* An Dux Mediolani, nam ipse in dicto singulari non voluit contra doctrinam *Bald.* ipsam refert, & sequitur, & licet subjungat illa verba: *Contra hoc dictum habet casum in terminis in l. Titius puerum.* Nihilominùs quia ex illo *text.* non probatur posse privilegium, seù beneficium, etsi non gratuitum revocari, sine causa. ut inferiùs explicabitur cum Doct. sint intelligendi secundum jura, quæ allegant non debet intelligi doctrina *Romani in dict. singul.* ut privilegia, seù beneficia non gratuito data revocari possint sine causa; Quod ipsemet *Roman.* optimè explicavit *consil. 436. num 16. in fine*, ubi expressè voluit; privilegium concessum subdito transiens in contractum, si non adsit justa revocationis causa non jure revocandum ex *Innocen. & Ant. in cap. cum M. de constit.* subjungens hæc verba, *Et est casus recte inventi in l. Titius puerum ff. de obseq.*

68 Nec; & secundo obstat doctrina *Cottæ in suis memorab. in verb. exemptus ratione ingratitudinis*, nam licet, *in ver. sed fortius dico*, dicat, *quod exemptus in pristinam subjectionem absque ingratitudine pro libito voluntatis potest revocari, quia est privilegium* etsi pro tali privilegio accepisset pecuniam in hoc malè loquitur, & tanto pejùs, quando allegat *Roman. & text. in d. l. Titius puerum*, qui *text.* non disposuit, ut sine causa, sed causa ingratitudinis; & ne ab aliis repræhendatur ipsemet in fine ejusdem verbi, *Exemptus ratione ingratitudinis in vers. intellige*, subjunxit: *Intellige tamen prædicta, nisi tale privilegium datum esset propter benemerita*, & clariùs se corrigit in duobus aliis locis ab ipsomet citatis, ad quos se remittit, scilicèt in verbo Papa auferens, & in vers. & ultra illud, quod alias dixerat, scilicèt posse Principem sine causa privilegium, per quod alteri jus fuit quæsitum revocare limitat, nisi hoc prætextu aliquid fuisset lucratus à suscipiente; Quod idem limitavit magis generaliter in verbo Princeps verus, in ver. est tam speciale, ut scil. non procedat, si privilegium in contractum transivit.

69 Proùt tertio non obstat doctrina *Pauli in l. 1. C. de libert. & eor. liber.* nam non erit attendendum, quod ipsemet *Pauli* refert, aliter ipsum dixisse consulendo, tantoque magis, quia non explicat, si in casu consilii aderat causa, qua immunitas concessa communitati subditæ, mediante pecunia, debeat revocari, sed est attendendum illud, quod ipsemet legendo dixerat ante, scilicèt beneficium non posse revocari, licet gratuitum, pro quo allegat *dict. text. in l. Titius puerum*, ubi ut prædiximus, & inferiùs explicabimus cum causa, non sine causa deciditur posse revocari, & isto casu, & non aliter loquitur lex illa, & *Alex. cons.* 101 *lib.* 1. *num.* 7. concludit, non posse privilegium mediante pecunia concessum, quod transivit in vim contractus revocari sine causa, quam doctrinam *Alexan.* sequutus fuit *Iacob. in l. qui se patr. in fine*, *numer.* 49. qui licet referat, quæ *Paul.* dixerat *in d. l.* 1. allegando in causa dictarum Communitatum, postmodum circa veritatem articuli se remittit ad *Alex. in d. cons.* 101.

70 Quartò, non obstat, quod cum etiam ex prædictis privilegia quantumvis mediante pecunia concessa, & quæ transierunt in vim contractus, quod possint cum causa revocari, quod propterea sumus in casu, quo hodiè attentis urgentissimis necessitatibus Regni ex ista causa possint revocari privilegia demanii ad hoc ut Rex, cum pecuniis, quas ex infeudatione ipsorum demanialium reciplet istis necessitatibus succurratur.

Nàm licet vera sit, ut ex causa possit revocari privilegium, quod transivit in vim contractus, tamen requiritur, ut causa consistat in ipsa revocatione privilegii, vel ut oriatur ex eodem contractu demanii, quod absque dubio procedit in casu nostro, in quo nedum sumus in privilegio, quod transivit in vim contractus, sed in privilegio concesso mediante contractu jurato. Ad quod fundandum non erit opus aliud de novo allegare ultrà superiùs allegata in *respons. 1. concl. à versic. aut hac eadem 1. concl. usque ad vers. secunda ratione.*

tione. Nam omnes superius citati, qui voluerunt, Regia in contractibus obligari subjunxerunt, quia Princeps cum privato contrahens obligatur, ut quilibet alius privatus, ut signanter advertit *Roman. præcitato consil.436 num.14.* & quia pacta, & contractus sunt de jure gentium, ut advertit, ista ratione non posse à contractu recedere Principem, *Neviz. præcit. consil.52. num.ver.141.* & proinde, sicuti privatus, pro quavis causa non potest à contractu recedere, nisi ex eodem contractu oriatur, ità & Princeps, sicuti firmavimus supra non posset, quæ juris gentium sunt tollere, nisi cum causa, quæ insit in illo actu ablationis rei, sivè revocationis contractus, sivè oriatur ex causa proveniente ex eodem contractu; Ex quibus concludendum est, quod non sit causa sufficiens causa necessitatis pecuniæ, qua hodiè Invictissimus noster Rex recedere valeat à contractu jurato, ut indè alius infeudando istum statum Amalphiæ pecunias habeat pro ejus necessitatibus; pulcherrimè ad propositum facit, quod *ex Bart. & Cravett.* firmavit *Mastrill. de magistrat. lib. 3. cap. 4. num.* 51. scilicèt tunc demum ex causa publicæ utilitatis posse Regem tollere, quæ sunt jurisgentium, & recedere à contractibus juratis, quando principaliter non secundariò sit causa publicæ necessitatis. Et in puncto non esse recurrendum ad revocationē demanii concessi ex causa onerosa, ut inde pecunias habeat Fiscus pro suis necessitatibus, nisi in casu, quo aliunde non valeat invenire pecunias, firmavit idem *Dominus Fisci Patronus disertissimus Fulvius Lanarius in addit. ad repetit. Regent. Lanar. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. n. 21. ver. verum circa hanc limitationem.*

72

73 Quintò, non obstat *text. in l. Titius puerum, ff. de obseq. liber. & lib.* Imò secundum verum intellectum ipsius magis dicta in præcedenti responsione firmat, nàm tàm in *dict. l. Titius*, quàm in *l. 1. C. de bon. libert.* quàm *& in l. etiam. C. de obseq. patr. præst.* deciditur, quod si Dominus accepta pecunia manumisit servum suum, tamen jura patronatus retinet, indè necessariò sequitur illud, quod in *d. l. Titius* deciditur, scilicèt, quod ingratitudine possit ipsum accusare. & sic benè ipsa *l. probatur*, quod superiùs diximus, scilicèt privilegium mediante pecunia concessum revocari non posse, nisi cum causa, quæ insit, sivè oriatur ex ipsomet privilegio, nam attento, quod facta manumissione etiam mediante pecunia de jure consequitur reservata jura patrono. Et attento, quod de jure ob ingratitudinem revocatur manumissus in servitutem, *l. 1. & tot. tit. ff. de jure patr.* causa per quam juxtà casum dictæ legis revocatur beneficium concessum mediante pecunia inest, seù oritur ex ipso actu concessionis beneficii, seù manumissionis voluntariæ factæ, licet mediante pecunia, quia lex expressè disposuit in illo casu, ut sint reservata jura patronatus. Nec obstat ratio notabilis

74 tradita *Iurisconsulto in ead. l. Titius 5.* Beneficium esse; licet non gratuitum, nam non inde sequitur, est beneficium ergo revocabile; Habemus enim in contrarium distinctionem communiter traditam ferè ab omnibus supra citatis *DD.* signanter à *Bald. in d. l. qui se patris post nu. 33. & 34 per Roman. in præcitato consil. 350. numer. 11. & 14.* Quod quædam sunt beneficia

75 seù privilegia concessa ex liberalitate, & munificentia Principis, & ità possunt ad libitum revocari, etiam si ex eis sit alteri jus quæsitum, *cap. veniens, de præscript. cap. 1. de rescript.* Quædam sunt beneficia mediante

76 pecunia concessa, & ista non possunt revocari sine causa, quæ insit in ipso actu revocationis, ut superiùs fundavimus in præcedenti responsione, & pro qua facit, ut scilicèt causa debeat esse in eodem actu revocationis, & non quælibet causa extrinseca, ultrà superiùs adducta facit illud, quod dixit *Bald. in d. l. qui se patris paulò ante numer 4. & 5.* quod isto casu, quia transit in vim contractus, & conventio dicitur non potest revocari, nisi cum causa secundum ipsius rei naturam, subjungens post hoc dictum illa verba: *Hoc scias, quod si Princeps recipit pretium significat venditionem, & si uteretur verbo indulgemus, vel similis*; Et hæc confirmantur exemplo tradito, per Dominum Ga-

77 leoram ex *Camerario in cap. Imperialem, §. præterea ducatus, lit. S. cap. 92. col. 4. & 5.* Quod feudum licet mediante pecunia concessum etiam beneficium dicitur. Nàm licet beneficium nihilominus, videmus quod Princeps non potest sine causa auferre feudum à feudatario etiam restituta pecunia, *argum. l. Lucius ff. de dol.* & ideò ultrà duos *titul. in usibus feud. quibus modis feud. amitt.* & alium habemus; *de feudo sine culpa non amittendo*, Ex quibus, ni fallor, præcitatis non obstat *text. in d. l. Titius puerum*, nec ratio ibi à I. C. tradita, etiam relicto intellectu *Belluc. in spec. Princ. rubr. 36. §. grave damnum, num. 8.* scilicèt ideò posse revocari in servitutem manumissus mediante pecunia, quia pecunia erat Domini ex regula, quod quicquid acquirit servus acquirit Domino, vel quia contractus inter Dominum, & servum stante dominica potestate fuit, qui intellectus, prout optimè more suo advertit Dominus Galeota est contra expressa verba I. C.

78 Sextò, faciunt contra, quod optimis doctrinis, & rationibus fundavit Dominus Galeota in eadem ratione secunda septimæ conclusionis principalis suæ doctissimæ consultationis, ex quibus desumi videtur, quod exemplum concessionis feudi non sit applicandum casui, de quo agimus, nàm in concessione feudi utile transfertur à Domino in feudatarium, ità quod sine causa auferri non potest, sed quod secus sit in istis promissionibus retinendi demania, in quibus Rex sic concedendo, nec donaverit, nec concesserit, sed solum retinuerit, & propterea, quod hujusmodi promissiones etiam recepta pecunia, quando gratia non esset commensurata cum quantitate recepta à Principe remanent revocabiles, etiam sine causa, vel saltim cum causa, & si non sit necessaria, vel publica, quia ipsas concessiones revocando Princeps nihil à subditis aufert, sed ipse utile dominium consolidatum in suimet beneficio cum directo transfert. Istis addito illud, quod in secunda conclusione ejusdem suæ conclusionis idem Dom. Galeota pro 3. ratione doctissimè adduxit, scilicèt. quod istæ promissiones de non infeudando sunt invalidæ, tanquam contra naturam, & dignitatem principis. Fateor, quod hæc satis videntur stringere, proindè, ut congruè respondeam rogo

79 Dominos meos permittant, ut etiam hic duas inspectiones constituam.

Prima, si Invictissimus Dominus Rex noster possit utile dominium consolidatum cum directo ex pecu-

80 nia ipsius sit tùs aliis transferre ipsum statum infeudando, & si considerandum veniat isto casu, si quantitas recepta à Principe sit commensurata cum gratia concessa?

Altera, si ipsum infeudando aliquid aufert à suis vassallis in Regio demanio existentibus. Nàm fun-

81 dando. unumquodque ex istis non esse permissum, fundata atque objectiones præpositas non applicandas casui de quo agimus.

82 Circa primam inspectionem rogo adverti, quod nos non versamur in casu, quo Rex alicui Civitati existenti in suo Regio demanio mediante pecunia concessisset privilegium, illam perpetuò conservandi in demanio, nec ipsam infeudandi, nàm isto casu benè, & optimè procedunt supradicta breviter à nobis in contrarium adducta, & latissimè, & doctissimè fundata in locis præcitatis suæ consultationis à Domino Galeota, sed casus noster est, quod existente statu Amalphiæ, non in Regio demanio, sed penès feudatarium, & ab ipso jàm vendito, & remanio licitatori, tanquàm plùs offerenti, tunc status Amalphiæ acclamando Regium demanium solvit ipse pretium utilis dominii,

dominii, quod consolidari voluit Rex cum directo, pacto adjecto, mediante contractu jurato, ipsum utile dominium non infeudandi ea quavis causa, nec pro bono pacis, isto casu suppono non posse Regem utile dominium transferre, nam veniret contra contractum juratum, quo juramento ligatur Rex de jure divino, & tenetur ad ipsius contractus observantiam, & abundè superiùs fundavimus; Contractus enim

83 duorum consensu firmantur, & unius pœnitentia non resolvuntur, *l. sicut, Cod. de act. & oblig. cum aliis concord.* quæ lex obligat etiam Principem, quia contractus sunt jurisgentium, prout etiam superiùs fundavimus, & indè parum refert ponderare, quod revocando demania, nihil aufert, sed ipsemet Rex, quod suum est, scilicèt utile dominium transfert, nàm talis ponderatio proderit in casu, quo demanium fuisset concessum mediante privilegio, non mediante conventione, & contractu jurato, prout est casus noster, tantoque magis, quia ipsa conventio fuit inita mediante contractu jurato, non gratis, sed solvendo pretium ipse status Amalphiæ primo utili Domino volenti vendere alteri.

84 Nec isto casu obstat ponderata doctrina *Bald. in dict. l. qui se patris* §. privilegia posse revocari, & mediante pecunia concessa quando quantitas à Principe recepta non sit commensurata cum gratia, nàm non loquitur *Bald.* in casu de quo agimus, scilicèt inconcessis à Principe mediante contractu jurato, quo casu tanquam privatus obligatur, & non justa commensuratio considerari debet, sed pro ipsius revocatione læsio ultrà dimidium, juxta *text. in l. 2. C. de rescind. vend.* loquitur enim *Bald.* in privilegio Principis concesso mediante pecunia, quod dixit transire in vim contractus, non in vero contractu, jurato, ut est casus noster, in quo posset etiam ponderari, quod cum demanium tempore contractus non erat penès Regem, sed penès tertium, & mediante pecunia ipsius status Amalphiæ redemptum, ut uniretur in beneficium Regis cum directo dominio, quod privilegium concessum conservandi in demanio illud, quod Rex non habeba, quod isto casu satis commensurata ista gratia cum ipsamet re quoad utile dominium acquisita Regi mediante pretio ab ipso statu soluto.

Prout, nec obstat alia ratio adducta à Domino Galeota, scilicèt quia ea quo iste promissiones sunt contra dignitatem Principis, cujus potestatis, & dignitatis

85 est posse sua demanialia aliis infeudare, quod proptereà sint nullæ, nam illa procedet etiam in casu, quando per privilegium fuisset facta talis promissio, non quando per contractum juratum ea prædictis superius fundatis.

Sed melius respondendo dici potest procedere hoc, quando Rex per privilegium demanialia ab ipso

86 possessa promitteret non alienari; secus in casu nostro, in quo Rex non possidebat istud demanium, sed eidem fuit quæsitum, mediante pecunia ipsius status Amalphiæ, quam pro pretio solvit feudatario volenti vendere, igitur valet pactum de non alienando initum in ipso actu acquisitionis utilis dominii, nullum enim præjudicium fit potestati, & dignitati Regiæ, cujus proprium est posse demanialia alienare, quia si non promisisset de non alienando, non acquisivisset utile dominium, & sic posset dici, quod istud onus, seu promissio de non alienando fuerit occasione unionis ipsius status ad Regium demanium, & licet aliter factæ promissione sint nullæ, tanquam contra potestatem, & dignitatem Regiam, quod sint isto casu servandæ.

Pro quo, ni fallor, optimè facit illud simile, nam feudo empto ex pecunia aliena cum speciali obliga-

87 tione ipsius feudi absque assensu, etsi verum sit ex hoc non oriri feudi obligationem, tamen, quia isto casu negari non potest hoc debitum esse causarum occasione feudi ob necessariam acquisitionem illius, tenetur Dominus ad istod onus occasione feudi contractum, etsi sit citra obligationem formalem feudi, prout sic notabiliter declarat *Camerar. in repetit. cap. Imperialem, num. 14. lit. K. authoritate Isern.* quem sequitur *Hartman. Pistor. in suis quæst. tom. 2. q. 6. num. 70.* & voluit *Frecc. in 15. differ. inter feud. & haeredit. & ex pacto & fide.* Pro quo etiam optimè facit doctrina *Andr. in cap. 1. §. quid ergo. de investit. de re alien. fac. num. 6.* ubi voluit teneri ad onera contracta etiam absque assensu si debitum est contractum pro Domino, ut eum adjuvaret, vel si pro eo fidejussisset, & idem *Andr.* clarius hoc voluit *in Constitut. Regn. si quis post litem,* quæ etiam firmavi: *Reg. de Ponte* ex prædictis, & aliis *dec. Coll. Cons. 4. n. 18.*

Ex his, quæ fundavimus in ista prima inspectione non esset opus ad secundam devenire, tamen, ut undique veritas elucescat aliqua breviter dicam. Om-

88 nes voluerunt, quod esse sub dominio Regis summa libertas est, & è contra sub dominio Baronis durissima servitus, ex quamplurimis, quæ considerantur à DD. & signanter ab *Andr. & Afflict. in cap. Imperialem, §. nec Dominus, de prohib. alien. per Feder.* ubi *Andr. num. 45.* quinque casus refert, quibus tenentur vassalli Baroni præstare collectas, tenentur ad subventiones, juxta *Constit.* quàmplurimum, tenèntur ad servitia personalia, & subjacent quàmplurimis aliis, quæ enumerat *Nevizan. pract. conf. 12. num. 100. cum plurib. seqq. & inter alia num. 102.* hæc verba effudit: *Imò tales domicelli aliquando exigunt, extorquent usque ad sanguinem, & pellem subditorum, excoriant, & vix eis dimittunt precarium spiritum, & docet experientia, quod quandoque cogunt subditum tradere unicam ejus filiam alicui pauperi vilissimo, & fœtidissimo viro in uxorem, & modo una via, modo alia tales Domini subditos aliquo strictiori vinculo ad plura obligant.* Hæc ille, & *Regius Cons. de Giorgio sua alleg. 15. num. 7. in fine, postquam præcitatam doctrinam Andreæ,* refert, hæc alia subjunxit: *Sed si hoc tantùm movit Andream ad considerandum gravamen vassallorum, quod recipiunt à Barone quid dixisset hodie, quo injuria temporum multa graviora patiuntur, ut constantur tot lites inter vassallos, & Barones, testatur Regia pragm. de gravam. vassall.* refert etiam *Præsid. de Franch. decis. 17. num. 2. & Consil. Paschal. pract. cap. 1. num 29. & numer. 102.* Ex quibus non video quo jure possit dici, quod Rex demanialia infeudando nihil à suis vassallis aufert, cum libertas ab eis auferatur, quæ inæstimabilis est, & in ea consistit honor, & decus, prout superiùs diximus ex *l. edicimus, C. de murileg. lib. 11. & ex Luc. de Penn. ibi.*

Septimò alia ratio iisdem desumpta *ex Socin. & Iason.* addita à Domino Galeota, scilicèt quod ex de-

90 manio nullum Regis consideratur servitium, sed potiùs maximum præjudicium, cum proventus nunquam in Regis beneficium applicentur, sed lucro Gubernatoris cedunt introitus feudales maximam patiuntur jacturam, & ipsorum, & sine Domino, & administratore, cessat spes devolutionis, ac servitium Regis, propter quod feuda fuerunt adinventa, quæ explicat sic perbellè Dominus Galeota ex suo Avunculo *Reg. de Curte in 1. par. divers. feud. cap. 4. numero 24. fol. 10. à ter.*

Nàm licet vera sit talis consideratio, non applicabilis casui, de quo agimus, imò, quia isto casu cessant

91 detrimenta Regis & maximum commodum sentit Rex ex conservatione istius demanii ipsa re orquendo debet omni jure dictum statum Amalphiæ in demanio Regio conservari, sicuti ad præsens reperitur, corpora enim feodalia istius status Amalph. penes particulares existunt, nec carent Dominis, & Administratoribus, à quibus servitia Regi præstantur, nec respectu ipsorum cessat spes devolutionis. Respectu

jurisdictionis

jurisdictionis non est opus sperare devolutionem in beneficium directi Domini, cum jàm reperiatur unita cum directo dominio in beneficium ipsiusmet Regis. Etsi in aliis Terris unitis cum Regio demanio nullum consideratur servitium, ego Dominos meos hoc non applicari statui Amalphiæ; Nam experientia docuit quantum interest Regi, ut status Amalphiæ unitus sit cum Regia Corona, nedum, ex Historia superiùs enarrata tempore Ferdinandi Primi, sed ex alia antiquiori fundatur, nam Carolus Tertius, ut obtineret investituram Regni ab Vrbano IV. Principatum Capuæ, & Ducatum Amalphiæ pro suo Nepote obtulit, quod nec obtento Regno observare curavit, quia infeudatio dictorum feudorum erat cum diminutione suæ Coronæ, prout habemus ex *Summont. in sua historia Neap. lib. 4. fol. 499.*

92 Remaneret octavò respondendum authoritati rerum judicatarum, qua consultatio Domini Galeotæ fundatur, & ad fundandum res judicatas nedum non obstare circa manutentionem status Amalphiæ in Regio demanio, sed etiam authoritate rerum judicatarum fundari, statum Amalphiæ non debere infeudari, convenit, ut priùs fundetur duplici ratione statum non debere infeudari.

Primò, cum ex prædictis, quæ superiùs enarravi-93 mus, è dicto statu Amalphiæ tot viri nobilissimi originem ducant, & ad præsens adhuc existant undique nobilissimi decorati etiam titulis Marchionatus, Ducatus, & Principatus, Ordinibus Militaribus tàm Hispaniarum, quam Hierosolymitanis, cum ad præsens adhuc existant Regii Ministri, & quamplures alii, nedum genere sanguinis nobilissimi, sed & praeclarissimi quàmpluribus virtutibus, & quamplures ex eis adhuc ad præsens in Sedilibus hujus Fidelissimæ Civitatis gaudent honoribus, & cum ferè omnes nobiles dicti status reperiantur sanguine conjuncti cum aliis nobilibus eorundem Sedilium hujus Fidelissimæ Civitatis, non convenit aliis in feudum concedi statum Amalphiæ prædicta ratione, prout ex quàmpluribus juribus DD. authoritatibus, & rationibus fundavit *Neviz. præcit. consil. 13. numer. 55.* quæ non repetam, nè illa transcribam.

Secunda ratione status, non debet status Amalphiæ infeudari, nam nedum in mari, sed fortissimi loci 94 sunt in terris, ut præd annos oculari inspectione fundatur, & inde sequitur non debere infeudari, quia ex ea infeudatione magnum detrimentum posset evenire ipsi Regno, ità ex *Paul. Rum. Jas. Alex. Boleg. Prapos. & aliis firmavit Neviz. præcit. consil. 12. nu. 54. Grat. consil. 191. num. 16. lib. 2.* & hoc idem ex *Neviz. & Grat. firmavit Menoch consil. 1003. n. 58.*

Et fortissimum, & ferè inexpugnabile esse statum Amalphiæ experientia docuit, prout ex historiis habemus.

95 Nam anno 1137. Pisani cum classi quadraginta sex triremium, licet tandem occupassent statum Amalphiæ, & indè Pandectas legum habuissent, quæ hodie Florentiis servantur hoc non ita facilè evenit, sed post longum tempus, & cum sanguinis effusione, & laboribus signanter circa expugnationem Castri Civitatis Ravelli, quod fractæ dicitur, ut testatur *Antonius Summonte ex Sigonio, & aliis in sua hist. Neap. lib. 2. num. 8. & 9.*

Et postmodum anno 1544. Ariadenus Barbarubea, cum magna classe triremium, licèt quamplures Terras, etiam maritima depredasset, non valuit statum Amalphiæ, nec occupare, nec in aliquo offendere ob ejus fortitudinem naturalem, & ob protectionem Sancti Andreæ Apostoli, prout testatur *Cæsar Campana in vita Regis Philippi Secundi felicissimæ recordationis lib. 58. fol. 137.*

Quibus rationibus status, vidimus, statum Amalphiæ d. servire Regi pro conservatione totius Regni,

96 illumque tanquam fortem munitum Nobilissimum, & insigne vidimus nunquam fuisse solitum infeudari à Regibus Normannis usque ad Aragonenses, sed semper unitum cum Regia Corona detentum; Etsi à Ferdinando Primo magno Principi in feudum fuit concessum, fuit ratione confœderationis cum S. Pontifice, ut ab eodem investituram Regni obtineret.

97 Et ex his licet juxta tradita ex pluribus per eundem D. Galeot. in ejus consultat, & firmavit *Consil. Paschal. in sæpius præællegat. cap. 1. numer. 119.* in Regno adesse consuetudinem infeudandi Terras demaniales posset ex prædictis dici non adesse istam consuetudinem respectu status Amalphiæ. Et in isto casu, de quo agimus retorquendo, quod in contrarium posset allegari; scilicèt quod Terræ, quæ alias fuerunt sub dominio Baronum, & deinde devenerunt ad dominium Regis, à quo obtinuerunt privilegium Regii demanii, quod faciliùs revocando privilegium à Rege possint de novo in feudum concedi, quia res de facili revertitur ad suam primævam naturam, *l. si unum, §. quod ii præterea. ff. de pact.* prout sic ista ratione firmarunt *Soccin. in præcit. cons. 4. numer. 14. lib. 7. & Regens de Ponte consil. 70. numer. 43.* Quod istud non sit applicandum statui Amalphiæ, qui de sui natura ob ejus nobilitatem, & fortitudinem situs semper videmus unitum cum Regia Corona, & quod si unica vice tantùm fuit infeudatum, fuit, quia propter necessitatem conservandi Regnum in Serenissima domo Aragonensi, à qua causam habent nostri Augustissimi Reges Austriaci, & illa necessitas fuit in illo actu infeudatio-98 nis, ut ex præenarrata Histor. Ideircò si post dictam unicam infeudationem quamplurimum fieri potuit mediante pecunia fidelissimorum vassallorum status Amalphiæ fuit iste status iterùm unitus cum Regia Corona, cum qua ex ejus natura ob fortitudinem, & nobilitatem ipsius debebat uniri ex eadem regula supra citat. quia res de facili revertitur ad suam primævam naturam, iste status Amalphiæ debet in ejus Regio demanio conservari.

Authoritates rerum judicatarum à Domino Galeota adductæ ad fundandum ejus consultationem, nec sunt applicabiles revocationi demanii d. status Amalphiæ.

99 Et primò non obstat *decis. Capyc. 166.* circa infeudationem Terrarum Sancti Severi, & Termularum ex pluribus. Primò, quia talis decisio fundatur in plenitudine potestatis, quod adeò verum, quod in sententia hoc fuit expressum, ut ex copia ejusdem sententiæ ab eodem Domino Galeota in consultatione inserta, qua potestate hodie in revocationibus demaniorum, de quibus agimus Invictissimus Rex noster non utitur. Secundò, non obstat, quia in caso decisionis Invictissimus Carolus V. illo tempore non poterat aliunde subvenire bellicis necessitatibus illius temporis, quod attestati fuere duo ex Regentibus, qui in dicta causa votaverunt, prout dixit *Capyc. eadem decis. num. 8.* Tertiò non obstat, quia illæ Terræ Termularum, & Sancti Severi, de quibus in *decis.* non sunt ita insignes ex fortitudine, & nobilitate, prout status Amalphiæ, quem ideò ratione status fundavimus non debere infeudari.

Secundò, non obstat illa celebris decisio Semina-100 riæ, de qua duas decisiones edidit *Reg. Reverterius,* scilicèt 76. *in 2. par. & 19. in 5. par.* Primò, quia privilegium demanii, quod à dicta Terra producebatur nedùm erat mediante contractu jurato concesso, prout est casus noster, sed prout testatur idem *Reverterius in præallegata decision. 19. part. 5.* fuerat petitum, & concessum in meram gratiam, & in vim meri privilegii, & propterea revocabile. Secundò, non obstat eadem decisio, quia concessio, seu venditio ejusdem Terræ Seminariæ Carolo Spinello fuerat facta à Rege

Fedr. o.

Federico Secundo, cum expressa revocatione privilegii demanii concessi Seminariie, & proinde eidem petenti ad demanium reduci vigore sui privilegii omnii fuit apposita exceptio *Regia Pragmat. edita Tori in 2. capite*, & in ista exceptione fundatur decisio, quæ non applicabilis casui, de quo agimus, & non aliter fuit fundata decisio in aliis adductis, & ponderatis in præsentis decisionibus, quod clarè dignitur ex verbis ipsius sententiæ ab eodem *Regente Reverterio tradita in allegata decisio. 76. in 2. par. Et sunt, ex quibus omnibus fuit votatum nomine obstrepente obstare d. Universitati exceptionem Regiæ Pragm. in 2. cap.*

Tertiò, non obstat consultatio Regiæ Cameræ facta de anno 1612. circa permutationem Civitatum Vi-
101 giliarum, & Bitonti, cum Ducatu Sabionetæ, nam (prout ex verbis consultationis) ab eodem Domino Galeota in dicta consultatione relatis) apertissimè detegitur, quod fundatur in utili, & urgenti necessitate causa conservandi statum ejusdem Catholicæ Majestatis, & sic illa necessitas inerat in ipsa permutatione, & in ipsa revocatione demaniorum Vigiliarum, & Bitonti, quæ nec sunt mediante contractu jurato, prout est casus noster, nec dictæ Civitates Vigiliarum, & Bitonti sunt loci tam insignes, prout status Amalphiæ, qui ratione status non debet à Corona Regia segregari: & in tantum hoc verum, quod tunc temporis, quo agebatur de permutatione cum Ducatu Sabionetæ non fuit actum de permutando cum statu Amalphiæ, licet ab Excellentissimo Principe Ostiliani fuisset procuratum, non immemor, quod tempore venditionis ipsius status à Piccolominibus eidem Principi remansit tanquam licitatori, & plus offerenti, & fuit exclusus ob acclamationem factam ab eodem statu Amalphiæ ad Regium demanium, ut prædiximus.

Quartò, non obstat decisio Casalium Cosentiæ; nàm omnia privilegia, quibus prætendebant in Re-
102 gio demanio conservari fuerant in formam gratiæ, & privilegii concessa, prout privilegia in ista forma refert *Conf. de Georg in sua allegat.* 15. quam pro dictis Casalibus scripsit. & quia ex prædictis poterant revocari, etiam absque causa meritò idem Consiliarius ex inspectione ipsarum causarum dictorum Casalium cum Regio Fisco terminare curavit.

Quintò, non obstat consultatio de anno 1632. qua examinatis fuit consultum à Regia Corona solum-
103 modo Civitatem Amalphiæ debere conservari in Regio demanio, quia consultatio conservandi in Regio demanio solum Civitatem Amalphiæ non fundatur in alio, nisi quia in ea servatur Corpus Sancti Andreæ Apostoli, ibique adest Cappella Regia ex hoc patet nulla fuisse perpensa in ipsa consultatione ex quampluribus quæ superiùs diximus ad fundandum statum Amalphiæ debere conservari unitum cum Regia Corona, & sic semper unitum permanere voluisse omnes retro Reges à Normannis usque ad Aragonenses, tàm ob nobilitatem, quàm ob fortitudinem, quæ omnia non solo Civitate Amalphiæ concurrunt.

104 Sicoti authoritas rerum judicatarum non obstat conservationi cum Regio demanio status Amalphiæ, ità debere in eo conservari authoritate rerum judicatarum fulcitur.

105 Primò fundatur decisione causæ, pro qua scripserunt *Jas. & Socii.* in Castri Summæ ripæ, quia fuit decisum pro conservatione demanii, quia mediante pecunia concessum, & quia erat locus egregius, prout testatur *Amadeus de pot. repet. cap. 1. de his, qui feudum dare possess. post num. 66.* Quæ concurrunt in casu nostro.

106 Secundò, ad hoc idem fundandum eandem consultationem Domini Galeotæ non vereor adducere, quia in ea dixit pluries in casu suæ consultationis esse exceptos locos insignes, prout Gaeta, Aversa, Capua, Salernus, Nola, & aliæ, debet etiam prædictis connumerari status Amalphiæ.

107 Demùm de anno 1642. fuit facta consultatio ab eadem Regia Camera, in qua inter Civitates, & locos insignes, qui ratione status non debent infeudari, status Amalphiæ enumeratur.

Ex quibus tàm Regia Camera, quàm Supremum Collaterale Consilium debent consulere Excellentis-
108 simo Domino nostro Protegi, ut non permittat deveniri ad divisionem illius fortissimi, & nobilissimi status Amalphiæ, nec ad ejus infeudationem; nàm sicut gloriosus in principio regiminis illius Regni, ex quampluribus est, gloriosissimus erit conservando statum Amalphiæ unitum cum Regia Corona, prout semper retro Reges voluerunt, & sic mandando mediante decreto decernit. Et fidelissimi Vassalli ipsius status, non titulo transactionis, quæ cadit in causa dubia non in tàm clara, prout est ista, attentis urgentissimis necessitatibus, quas habemus pro tuitione Regni, & per consequens status Amalphiæ, servient suo Invictissimo Regi de eo, quod ex suis viribus possent, attenta sterilitate loci, & attentis oneribus, de quibus adhùc gravatur ob debita contracta ut statum ipsum unitent Regiæ Coronæ acclamando demanium. Reliqua suppleat pietas, & doctrina Dominorum tàm Supremi Collateralis Consilii, quàm Regiæ Cameræ.

Io: Bapt. Consalonus.

ARGVMENTVM.

Causa agitata, & per sententiam Sacri Consilii terminata an, & quando debeat remitti ad Regiam Cameram Summariæ pro interesse Regii Fisci.

Mora quando contrahatur, ad finem ut ex ea curtat interesse contra debitorem, & an interesse antephati secundum *Consuetudinem Neapolitanam* requiratur interpellatio, & in dubio, in quam causam debeat cedere prius adjudicatio facta bonorum in causam antephati, vel interesse?

SVMMARIVM.

1 *Causa, in quibus Regius Fiscus est actor, vel reus, vel author laudatus, sunt tractanda in Tribunali Reg. Cam. Summ. & n. 25.*

2 *Fidejussio inter contractus stricti juris connumeratur.*

3 *Fidejussor non tenetur, nisi ad quantitatem promissam, quamvis principalis teneatur ad interesse.*

4 *Articuli plures si fuerint discutiendi, à quo prius inchoandum.*

5 *Interpellatio an, & quando sit necessaria ad constituendum debitorem in mora.*

9 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii non constituitur in mora, antequam sit liquidatum, aut hæreditas sit solvendo, & de ratione, num. seq.*

8 *Hæreditas adita cum beneficio inventarii, habetur certo modo pro hæreditate jacente.*

9 *Mora non committitur contra hæreditatem jacentem.*

10 *Hæres an constituatur in mora, si ex causa sequestrationis bonorum ad instantiam Regii Fisci non valeat solvere.*

11 *Annui introitus principaliter debentur, non accessorie ad sortem, & proinde debetur interesse tertiarum in tempore non solutarum, quod liquidatur ad rationem quinque pro centenario.*

12 *Solutio regulariter cedere debet prius in causam usurarum, quam sortis.*

Limita,

Limita, nu. num. seq.

14 Text. in l. fin. ff. de eo, quod certo loco, *declaratur*,
15 *Interesse dicitur pena solutionis parte solventis.*
16 *Solutum in dubio cedit potius in eo, quod debetur loco usurarum, quam in eo, quod debetur pro sorte, secus tamen est pro debito accessoria, quod est loco interesse, & non usurarum, & num. seq.*
18 *Debitum sortis, & usurarum est unum, & idem, adeo quod creditor non tenetur recipere unum sine altero, & an imputandum sit creditori, qui dum potest dicere, ratio unum sine alio, admisit particularem solutionem, & de ratione, quare computetur potius in sortem, n. 19. 20. & 21.*
22 *Sententia dubia potest declarari ab eodem Iudice, à quo fuit prolata.*
24 *Iudices Fiscales regulariter avocant ad se omnes causas, ubi Fiscus habet interesse, cum toto processu, etiam in eo casu, quo succedit in jus privati: limitatur tamen procedere solum, quando succedit privato durante prima instantia, secus post latam sententiam in causa appellationis, & num. seq.*
26 *Dos à patre profecta, ad patrem soluto matrimonio revertitur, & quid in donatione propter nuptias, num. seq.*
28 *Donatio propter nuptias in desuetudinem abiit, & ejus loco successit donatio contemplatione matrimonii.*
29 *Donatio contemplatione matrimonii per mortem donatarii absque filiis an revertatur ad donantem.*
30 *Mortis, verbum in donatione contemplatione matrimonii appositum, non importat donationem causa mortis, sed quia est irrevocabilis, dicitur donatio inter vivos, & illud verbum, post mortem, apponitur pro taxatione temporis, in quo effectum sortiri debet.*
31 *Donatio facta filio, ejusque filiis nascituris, intelligitur facta pro donatario ejus vita durante, & post mortem filii videntur etiam successive vocati.*
32 *Pater potest nomine filiorum etiam non natorum stipulari, & acceptare donationem, ut post suos dies censeatur facta suis filiis.*
33 *Donatio facta patri, ejusque filiis nascituris, non potest pater illam obligare, neque hypothecare, quia ipse habet in ea dominium limitatum pro tempore vitæ suæ.*
34 *Donatio contemplatione matrimonii solet etiam fieri filiis nascituris, ad finem ut impediatur alienatio.*
35 *Antephatum particulariter inter partes gratuitum, debet satisfieri etiam ex donatione contemplatione matrimonii, quia conventio cum donatoribus inita, idem importat, ac si ipse donans eodem contextu se obligasset pro dicto antephato.*
36 *Interesse dotium, & antephati ad quam rationem debeatur.*
37 Decisio Afflicti 291. *communiter reprobatur, & num. seq.*
39 *Lite vertente inter privatos, in qua Regius Fiscus est creditor unius illorum, non potest eam avocare ad suum Tribunal, sed pro suo interesse potest assistere, ubi est introducta, & opponere exceptiones, quas alio opponere omisit.*
40 *Antephatum est debitum constitutum occasione matrimonii, & adeo statim quod consumatur, acquiritur titulo oneroso ob amissam Virginitatem, quamvis solutio diferatur post mortem viri, ipsa uxore superstite.*
41 *Mulier propter osculum lucratur medietatem antephati, quia osculum est actus carnis, & sic pro medietate videtur esse corrupta.*
42 *Interesse antephati, quod debetur ex dispositione Consuetudinis an debeatur ante interpellationem.*
43 *Interesse antephati an debeatur tam quando matrimonium fuit solutum superstite filio quam illis non existentibus.*
44 *Stylus & usitata observantia S. C. debet attendi, licet aliis temporibus contrarium fuerit observatum.*
45 Text. in l. fin. ff. de eo, quod certo loco, *quamplures habet intellectus.*

DECISIO CLXXV.

CONtemplatione matrimonii contracti inter quondam Illustr. D. Hieronymum Caraffam Ducem Cerciæ majoris cum D. Isabella Caraffa, ita in sæculo nominata, nunc vero Sorore Maria Magdalena, Portia Caracciola ejus mater donavit dicto D. Hieronymo, ejusque filiis nascituris ducatos decem mille, ex nunc pro tunc sequuta ejus morte, conditione tamen adjecta, ut in casu dissoluti matrimonii, posset d. Ducissa D. Isabella post ipsius donatariæ mortem satisfieri super dictis ducatis decem mille donatis.

Defuncto igitur dicto Duce D. Hieronymo fuerunt ejus bona sequestrata per Regiam Cameram ad instantiam Regii Fisci ejus creditoris, & proinde egit dict. Ducissa D. Isabella in Regia Camera, & tam pro dote, & antephato ducatorum decem mille eidem promissorum per dictum ejus Virum in casu dissolutionis matrimonii per mortem ipsius, quam pro interesse petiit assistentiam super nonnullis bonis dicti ejus Viri, & inter alia super quodam Rure sequestrato per Regium Fiscum, & compilato processu obtinuit in anno 1623. sententiam assistentiæ, & adjudicationem dicti juris pro pretio ducatorum septem mille, & quia ipsi Ducissæ D. Isabellæ debebantur nedum dicti duc. decem mille pro antephato, sed etiam interesse plurium annorum, noluit Regia Camera tunc judicare, in quam causam, sed dixit in causam declarandam.

Mortua tandem dicta Portia Caracciola in anno 1638. instituto herede universali Spectabili Comite Piceroi, egit dicta Ducissa D. Isabella, & pro ea Aftorgius Agnesius administrator ejus bonorum in Sacro Consilio, pro dicto antephato consequendo, & instructo processu obtinuit juxta petita, verum quia in hoc judicio moto in Sacro Consilio nulla erat facta mentio litis prædictæ agitatæ in Regia Cam. d. Comes petiit restitutionem in integrum, & etiam succubuit, & tandem dixit de nullitate dictæ sententiæ, & institit in casu succumbentiæ, condemnari Regium Fiscum tanquam authorem laudatum, & petiit in Collaterali Consilio, stante interesse Regii Fisci, causam remitti ad Regiam Cameram, in quo 1 Tribunali sunt tractandæ causæ, in quibus Regius Fiscus est actor, vel reus, vel author laudatus, juxta *pragm. 61. & 62. de offic. Procur. Cæsar.* vel saltem dum in adjudicatione dicti Ruris facta per Regiam Cameram, fuit reservata provisio facienda, in quam causam cedere deberent dicti ducati septem mille pretii Ruris prædicti, quod erat remittendus iste articulus reservatus ad Reg. Cam. & interim esse supersedendum in executione sententiæ prolatæ per S. C. C. quia si declararetur, cessisse in causam sortis dictorum ducatorum decem mille, prætendebat, ad interesse non esse obligatum, quia fidejussio fuit facta solum pro duc. decem mille antephati.

2 Primo, quia cum fidejussio sit contractus stricti juris, *l. si in pignore 54. & l. fidejussores magistratuum 68. ff. de fidejuss. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 142. num. gloss. in l. 1. in fin. ubi Doctores, C. de transact. Franc. de fidejussor. cap. 4. numer. 69.* qui ex hoc infert, 3 quod quamvis principalis teneatur, ad interesse, ipsa Portia, quæ fidejussit, non tenebatur, nisi ad quantitatem promissam, quæ fuit ducatorum decem mille, *l. Græci, §. illud. & §. fin. ff. de fidejussor.* & proinde 4 dicebat, ante omnia esse decidendum articulum reservatum per Regiam Cameram, ut probatur ex *Cacher. in proœm. dec. n. 10.*

Secundo, quia neque si fuisset principalis debitor, teneretur

teneretur ad interesse, nam hæres cum beneficio legis, & inventarii, quamvis ageretur de interesse dotium nullatenus tenetur, quia cum non sic in stipulatione deductum, sed tantum deberetur ex mora tempora liberationis non inceperat currere, quia nulla 5 adfuit interpellatio, quæ necessaria est ad constituendum debitorem in mora, *gloss. in l. quod te*, ubi etiam *Bart.* & omnes *Scribentes, ff. si certum petatur*, & est *text. in l. Titia textores, §. fin. ff. de legat.* 1. & *in l. si ex legato causa*, & in *l. nemo rem suam, §. fin. ff. de verbor. obligat. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 124. num. 2.*

6 Item quis cum antephatum esset solvendum, non ab ipso principali promissore, sed ab hærede cum beneficio legis, & inventarii, antequam liquidatum sit, an hæreditas sit solvendo: ex sola interpellatione non videtur constitui posse in mora. *Bald. in l. acceptam, colum. 3. in 6. oppositione, C. de usur.* & in *cons. 461. volum. 2. Socin. cons. 109. colum. 3. in fin. vers. confirmatur hac pars, lib. 1. Jas. in l. si ita stipulatus essem, ff. de verbor. oblig.* & alii per *Cravett. cons. 89. num. 5. Plot.* 7 *de in litem jur. §. 11. num. 34. vers. eodem modo*, & ratio est, quia cum nesciat, quantum solvere debeat, non potest censeri fuisse in mora solvendi, *l. non potest videri improbus 99.* ubi *Bart.* & alii, & signanter *Dec.* 8 *ff. de regul. jur. Plot. ubi supra.* Quod & alia ratione fundatur, quia hæreditas adita cum beneficio inventarii, habetur certo modo pro hæreditate jacente, ut post *Bald. Alex. Alberic. Corn. Jas.* & alios in *l. fin. §. in computatione, C. de jur. deliber.* & *Doct. in l. debitori. C. de pact.* dixit *Phanuc. in tract. de inventar. quæst. 142. sub num. 11. vers. & redeundo*, & contra hæreditatem 9 jacentem mora non committitur, *l. si, rae §. cessatum*, ubi *gloss.* & *Bart. ff. ut in possess. legat. Reg. Revert. decis. 41.* ubi affert decisionem S. C. ad beneficium hæreditatis jacentis.

10 Tertiò considerabatur, quod nulla mora hæredis potuit esse in isto casu, quia omnia bona fuerunt statim sequestrata per Regiam Cameram ad instantiam Fisci creditoris dicti Ducis D. Hieronymi, & per consequens hæres solvere non valuit, & sic non fuit in mora, ut decisum fuisse per S. C. in anno 1639. in causa Ill. Principis Cisertæ cum Creditoribus, re-11 fert *Reg. Sanfelic. in decis. 124. num. 12.* ubi quia tertiæ, sive annui introitus principaliter debentur, & non accessorie ad moram, ut advertit *Franch. dec. 254. Roder. de ann. redit. lib. 3. quæst. 7. n. 28 vers. secundo limita*, propterea deberi interesse tertiorum in tempora non solutarum, quod in S. C. liquidatum ad rationem ducatorum quinque pro quolibet centenario, tamen quia omnia bona dicti Ill. Principis erant sequestrata ordine Sac. C. & ex hoc debitor non fuerat in mora, quia solvere non potuit, fuit judicatum, non deberi interesse, ut in processu in Banca Martii Simeonis pro Filia.

Insuper considerabatur, quod dato, absque veri præjudicio, quod interesse deberetur, adhuc in isto casu solutio, sive adjudicatio facta, prius cedere debet in causam ducatorum decem mille debitorum pro antephato, quam in causam interesse, nam licet 12 sit regula, quod solutio prius cedere debeat in causam usurarum, *l. in suo, §. apud Marcellum ff. de solut.* & *l. 1. C. eod. tit.* & *l. si usuras, C. de usur.* tamen dicta conclu-13 sio procedere potest in usuris, secus in interesse ex mora, quia in isto casu solutio cedere debet potius in causam sortis, quam interesse, ad quod allegabatur *tex. in l. si ff de eo, quod certo loco*, ubi *Bart. Bald. Angel.* & *Paul. de Castr.* & in specie *Alber.* qui sub 14 *num. 2. vers. item oppono de l. 1. C. de solut.* declarat, *ubi in usuris hoc in interesse.* Hoc etiam probari dicebatur ex *Jas. in d. l. si, num. 1.* ubi tradit, non esse verum, quod solutio simpliciter facta in casu illius *tex.* intelligatur facta pro rata sortis, & pro rata interesse; immo quod intelligitur facta tota pro sorte principali, secundum *Bart.* & dicit, quod est commune sententiarum, & ratio videtur, quia per ea, quæ dicit 15 idem *Jas. nu. 2.* interesse dicitur pœna saltim ex parte solventis, quod confirmat *Ruin. consil. 49. nu. 9 vol. 5.* 16 ubi quamvis solutio in dubio cedat potius in eo, quod debetur loco usurarum, quam in eo quod debetur pro sorte, juxta *tex. in d. l. in suo §. Imperator, ff.* 17 *de solut.* tamen aliud videtur esse dicendum in alio debito accessorio, quia pecunia accessoriè debita non potest deberi pro usuris, quæ est prohibita, sed loco interesse, secundum *Bart. in l. tutor, qui repertorium, §. si D. de administr. tut.* & *Imol. in l. 1. in 3. col. ff. de solut.* dicit, quod aliqui dant rationem, quare computatio potius fiat in usuris, quam in sorte & dicebant, 18 quod hoc est, quia debitum sortis, & usurarum est unum, & idem, adeo quod creditor non tenetur recipere unum sine alio, *l. tutor, § Lucius, ff de usur.* & propterea quia gravatur creditor in hoc, quia habet particularem solutionem, relevatur in alio, ut scilicet computetur solutum in causam usurarum: 19 quæ tamen ratio reprobatur ab *Imol.* quia imputandum est creditori, qui dum poterat dicere, nolo unum sine alio, admisit particularem solutionem, sed 20 dat *Imol.* rationem, quam supra retulimus, quare computetur potius in sortem, quia interesse est pœna debitoris morosi, & licet *Ruin. in d. consil. 49.* non approbet hanc *Imol.* rationem, tamen eam admittit 21 respectu approbatoris, secus tamen esset respectu debitoris principalis, quia in eo casu militat dispositio *tex. in d. l. in suo, §. Imperator*, & authoritate *Imol.* & *Ruin.* bene eandem sententiam sequitur *Joan. Baptist. Laderch. cons. 162 n. 1.* & sic decisum per S. C. refert *Jo. Vincent. de Ann. alleg. 112.* quando interesse non est liquidum, & hanc opinionem late defendit *Felician. de censib. tom. 2. lib. 4. nu. 32.* respondendo ad contrarium tenentes, idem etiam tenuit *Anna alleg. 54. Anton. Fab.* in suo *Codice tit. de solut. diffinit. 31. Grat. discept. forens. c. 224. n. 44. Rimenald. sen. consil 297. nu. 13.* & *18. vol. 1. Ricc. collect. dec. 349.*

Dicebatur tandem, quod articuli prædicti, si debebatur interesse, vel non: & casu, quo deberetur, in quam causam cedere deberet, solutio facta, sive adjudicatio, erant decidendi in Regia Camera, nedum quia à dicto Tribunali habuit d. Duciss. D. Isabella adjudicationem, verum etiam, quia in ipso actu adjudicationis fuit per eandem Regiam Cameram re-22 servata provisio facienda, & propterea debebat causa remitti ad dictum Tribunal. ut habetur ex *tex. in l. ab exequutore*, ubi *Bart.* hoc expresse notat, *ff. de appellat.* quod etiam probatur ex *tex. in l. ubi captum, D. de judic.* & sententiam dubiam potest idem Judex declarare, *Gamm. decis. Lusit. 110. num. 36.*

23 Quod tanto magis procedere debet, quia Regius Fiscus non solùm habebat interesse tanquam creditor dicti quond. Ducis D. Hieronymi, sed etiam ut Author laudatus ab ipso Spectabili Comite, quo in casù necessario est causa remittenda ad Regiam Cameram, ubi causæ, in quibus Fiscus habet interesse, determinari debent, ut habetur ex *text. in l. si. C. si advers. Fisc. Peregrin. de jur. fisc lib. 7. tit. 1. Cassan. in catalog. glor. mund. part. 7. consid. 15. Schrad. de feud par. 10. sect. 3.* & *6.* ubi ampliationes, & limitationes, & in Regno habemus *Reg. Pragm. 61.* & *62. de offic. Proc. Cæsar.*

Dicebatur ex adverso pro parte Sororis Mariæ Magdalenæ Carafa olim Ducissæ Arciæ, & ex ejus persona per ejus administratorem, quod status causæ non permittebat hodie remitti causam ad Regiam Cameram, quia fuit porrectum memoriale, postquam per sententiam S. C. latam in die 18. Decembris 1638. jam fuerat condemnatus Comes uti hæres dictæ quond. Portiæ ad solvendum ducatos decem

mille cum interesse in beneficium patrimonii dictæ olim Ducissæ cumque petiisset in integrum restitutionem, junctis Regiis Consiliariis duarum aularum fuit exclusus, & dictum, non esse deferendum,

24 & quamvis regulariter Judices Fiscales avocent ad se omnes causas, ubi Fiscus habet interesse, cum toto processu, etiam eo casu, quando succedit in jus privati, quia non tenetur stare instantiæ, vel liti cœptæ per eum, vel contra actorem suum, sed coram suis Judicibus causa agi, & terminari debetur, ut est *text. in l. si constante, § si ff. solut. matrim.* & notat *Bal. in l. 1. C. de hered. vend.* & sic servari dixit *Peregr. de jure*

25 *fisc. lib. 7. c. 1. n. 12.* tamen hoc limitatur, procedere solum, quando succedit privato durante prima instantia: secus vero si post istam sententiam in casu appellationis, nam eo casu Fiscus tenetur appellationem prosequi coram eodem Judice appellationis, *Salyc. in l. 1.* per illum *tex. C. si pendente appellat. Franc. Lucan. de privileg. Fisc. nu. 70. par. 1. in proœm. Reg. Sanfel. dec. 70. n. 27.* & dixit *Salyc. in d. l. 1. in fi.* quod non reperitur lex, quæ faciat competentem Judicem Procuratorem Cæsaris in causa appellationis.

Secundò dicebatur, quod in hac causa Regius Fiscus nullum habebat interesse, siquidem judicium motum in S.C. contra Spectabilem Comitem, erat super bonis Portiæ Caracciolæ, quæ quamvis donave at contemplatione matrimonii dicto quon. Duci D. Hieronymo ejus filio, & filiis ex hoc matrimonio nascituris ducatos decem mille, per ejus

26 mortem absque filiis adhuc superstite dicta donante, donatio reversa fuit ad ipsam donantem, juxta terminos *text. in l. dos à patre profecta, ff. solut. matrim. & in l. ut liberis, C. de collat.* & licet secundum opinionem *Martin. glossator. in d. l. dos à patre.* hoc non procedat, quando ex dicto matrimonio remanent liberi, quia communiter consuetudine est receptum, non

27 ad donantem, sed ad liberos transire: tamen hoc intelligi debet respectu dotis, non autem respectu donationis propter nuptias, ut dixit *Steph. Bertrand. consil. 197. numero 11. volum. 2.* & quamvis loquatur in terminis donationis propter nuptias,

28 tamen quia hodie dicta donatio propter nuptias in desuetudinem abiit, ut dixit *glos. in auth. æqualitatis, verbo pari, C. de pact. convent. Natta consil. 609. num. 3. tom. 3. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. gl. 1. num. 6. tom. 1.* & de consuetudine totius Italiæ testatur *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 20. tit. 4. num. 15.* & idem *Fontanell. ubi supra, numer. 8.* & de Regno Neapolitano *Molfes. de jur. quar. q. 1. num. 38.* tamen in ejus locum successit dicta donatio contemplatione matrimonii, *Natt. d. cons. 609. num. 3. Faber. de error. pragm. decad. 41. error. 3. num. 7. par. 2. Molin. de just. & jur. to. 1. disput. 238. & de contractib. disput. 290. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. cap. 21. numer. 7.* late etiam *D. Marius Cutell. de donat. inter patr. & fil. contempl. matrimon. in princ. num. 8.*

29 & quod donatio contemplatione matrimonii per mortem donatarii absque filiis revertatur ad donantem, *Reg. Rov. consil. 16. num. 14. vol. 2. Cutell. in d. tract. de donat. contemplat. matrimon. tom. 2. tract. 2. discurs. 1. spec. 12. num. 195.* qui alios refert, & quamvis apud me articulus iste sic simpliciter intellectus habeat maximam difficultatem, per ea, quæ discurrit *Franch. dec. 59.* ubi decisum refert, donatario decedente absque liberis successisse patrem una cum fratribus, juxta terminos *tex. in auth. defuncto, C. ad Senat. Consult. Tertull. Ursill. ad Afflict. decis. 115. de Ponte cons. 19. Molfes. ad Consuet. Neapolit. par. 4. quæst. 36. Georg. alleg. 20. Paschal. de utrib. patr. potest. p. 1. cap. 4. num. 69. Viv. dec. 421. num. 26. Milan. dec. 3. lib. 3. num. 87. Cavalc. dec. Fiv. 2. 31. num. 13. par. 4. Ricc. collect. dec. 15. Cravett. consil. 102. per tot. Guid. Pap. quæst. 145. Covarr. de testam. in rubr. par. 2. nu. 10. Thes. dec. 32. sub num. 13.* ubi *Thes. filius*, qui pro hac opinione adducit *tex. in l. si inter, ff. de reb. dub. Menoch. consil. 84. & 596. num. 32. Fachin. controvers. jur. lib. 1. cap. 81.* multa etiam per *Cancer. variar. resolut. tom. 3. cap. 21. ex num. 96. Fontanell. de pact. nupt. clausul. 4. glos. 3. per totam,*

30 nam verbum *mortis*, in donatione contemplatione matrimonii non importat donationem causa mortis, sed quia est irrevocabilis dicitur donatio inter vivos, & illud verbum, *post mortem*, apponitur pro taxatione temporis, in quo effectum sortiri debeat, ut post *Guid. Pap. q. 145.* dixit *Franch. decis. 205. & 436. nu. 6. Grat. disc. for. c. 924. n. 29. Cavalc. dec. 42. de contract. part. 1. Cels. Ugo consil. 52. Barbos. in l. qua dote, ff. solut. matr. n. 109.*

Tamen dicebatur, nullam potuisse acquirere obligationem, neque hypothecam Regium Fiscum super istis ducatis decem mille donatis, quia donatio fuit

31 facta dicto D. Hieronymo, & filiis nascituris, quo casu intelligitur facta ipsi donatario ejus vita durante, & post ejus mortem filii videntur etiam successive vocati, *Bar. in l. quod dicitur, vers. induco ad quæst. onem, ff. de verb. obligat. Cancer. var. resolut. par. 1. cap. 8. de donat. num. 62. Dec. consil. 607. num. 10. Fontanel.*

32 *claus. 4. glos. 9. par. 1. num. 2.* & quamvis filii non sint nati, potest tamen pater nomine filiorum, etiam non natorum stipulari, & sic acceptare, ut post suos dies censeatur donatio facta suis filiis, *l. quoties, C. de donat. quæ sub mod. Covarr. var. resolut. lib. 1. c. 14. num. 2. Cacher. dec. 85. Gabriel comm. conclus. lib. 3. tit. de donat. conclus. 5. Alex. Rand. de Analog. cap. 30. num. 4.* & alii per *Fontanel. loc.* proxime *cit. nu. 4.* ubi refert, sic judicatum per Senatum Cathalon.

33 Et ex hoc sequitur, quod non potuit dictus D. Hieronymus dictos ducatos decem mille taliter donatos obligare, neque hypothecare, quia ipse habebat in eis dominium limitatum pro tempore vitæ suæ, ut dixit *Dec. d. consil. 607. nu. 11.* & propterea dixit

34 *de Pont. in consil. 80. nu. 16. volum. 1.* quod ad impediendas alienationes solent fieri donationes contemplatione matrimonii nedum filio, sed etiam filiis nascituris.

Et quamvis ex isto matrimonio non fuerunt filii

35 procreati, tamen certum est dicta donatione esse satisfaciendum antephatum, sic particulariter inter partes pactitum, quo in casu ea conventio cum donatoribus inita, idem importat, ac si ipse donans eodem contextu se obligasset pro dicto antephato in beneficium ipsius Ducissæ D. Isabellæ, ut in simili dixit *Fontanell. claus. 4. glos. 9. p. 1. nu. 3.* & sic Regius Fiscus nullo modo potest habere dictam donationem obligatam, vel saltem quousque dictum antephatum non sit satisfactum.

Nec aliquid facit difficultas illa articuli reservati, in quam causam cedit adjudicatio jam facta, siquidem certissimum est, nedum deberi antephatum, sed etiam interesse, quod interesse oritur ex eodem con-

36 tractu matrimonii, & promissionis satisfactionis antephati & in hac Civitate regulariter debetur interesse dotium ad rationem sex, & duorum tertiorum pro singulis centum, & pro antephato ad rationem ducatorum quinque pro centum, prout sic servari in praxi habetur per *Franc. dec. 217. nu. 2. & dec. 472. Molfes. ad Consuetud. Neap. par. 7. de jur. quart. quæst. 12. num. 6. & 7.* licet aliquando fuerit liquidatum interesse tam dotium, quam antephati ad majorem summam, tanto magis quando matrimonium est contractum secundum morem Procerum, & Magnatum, quia in eo casu fuit liquidatum interesse ad rationem octo pro centenario, prout fuisse decisum refert per Sacr. Cons. die 22. Octobris 1588. sed respectu antephati non est aliquod dubium, quia nunquam fuit liquidatum ad minorem summam, *Gram. decis. 103. num. 98. cum seqq.* ubi testatur de observan-

37 tia, & stylo Sacri Consilii, & pro antephato deberi interesse,

interesse, habetur ex *Consuetud. Quartam autem de jur. quarta in verbo fructus*, ubi *Napodan.* & alii *Addentes*, & dixit etiam *De Bott. in Consuetud. Vire mortuo, §. hæredesque mariti mortui, fol.* 243. quod dantur caroleni tres pro qualibet uncia, *Lanar. consil.* 46. *num.* 8. *Maxill. ad Consuet. Bari, in rubr. de jur. dot. §. soluto matrimonio, nu* 9. & 11. *Thesaur. dec. Pedemont.* 45. quicquid in contrarium dicat *Affl. dec.* 291. motus ea ratione, quia esset lucrum lucri, cum contra ipsum pluries fuerit judicatum, ut refert *Ursil. ibid. num.* 5. referendo *Grammat. d. dec.* 103. qui etiam respondet rationi traditæ per *Afflict.* & contra ipsum stat etiam *Pisanell. in add.* ad *dict. decisionem* nec potest amplius de hoc disputari, ut dixit *Molfes. in loca supra citato, Ricc. collect.* 87. & 1458.

Quibus stantibus dicebatur, non posse dubitari, quod solutio facta prima, censetur facta in causam interesse, & postea in causam capitalis, cum certum sit, interesse antephati deberi, & ad quam summam, ut probatur ex eis, quæ tradidi in *dec.* 21. ubi contrarius fuit responsum, & sic decisum per Sacrum Consilium, junctis Regiis Consiliariis duarum Aularum. Cumque causa tractetur inter privatos, quamvis Regius Fiscus aliquale possit habere interesse, tamen non per hoc causa est remittenda ad Regiam Cameram, sed Fiscus tantum potest assistere, si vult, & 39 in proprio casu, quando lis est inter privatos, & Fiscus est creditor unius illorum, quod pro suo interesse potest assistere, & opponere exceptiones, quas ille opponere omisit, post *Paul. de Castr. in l.* 1. *Cod. ne Fiscus*, voluit *Peregrin. de jur. Fisc. libr.* 4. *titul.* 6. *numer.* 47. & ita decisum fuisse per Sacrum Consilium, etiam facta relatione in Collaterali Senatu refert *Reg. Rovit. in pragm.* 61. *de offic. Procur. Cæsar. num* 2. *Thor. in Compen. decis. in verbo remissio causæ an sit facienda ad Reg. Camm. Summ. instante, &c. volum.* 1. *Consil. Marcell. Marcinus consil.* ubi quod neque posset impedire expeditionem causæ, juxta terminos *text. in l. si, à quo, ff. de rei vendic.*

Nec prædicta obstare dicebatur, quod mora non fuit commissa per hæredes, quia bona fuerunt sequestrata, & maxime ab hærede cum beneficio legis, & inventarii, & quod dispositio *tex in d. l. in suo, §. apud Marcellum*, cum concordantibus, procedat tantum in usuris, secus tamen respectu interesse, ex *text. in d. l. fi. ff. de eo, quod certo loco*, & *ibi Bart.* & alii, quia 40 antephatum est debitum constitutum occasione matrimonii, & ideo statim quod matrimonium consummatur, acquiritur titulo oneroso ob amissam virginitatem, quamvis solutio dilatetur post mortem viri, ipsa uxore superstite, *l. res uxoris, C. de donat. inter vir. & uxor.* ubi *Bald. Napodan. in Consuet. Quartam autem num.* 28. ibi, *quasi detur, & constituatur propter carnis corruptionem, l. sancimus, in fi. C. de* 41 *nupt.* hinc infert *num.* 29. quod propter osculum lucratur mulier medietatem antephati, *l. si à sponso, C. de donat. ante nupt.* quia osculum est actus carnis, & sic pro medietate videtur caro corrupta, *Ursill. ad Afflict. dec.* 291. *num.* 3. *Molfes. ad Consuet. Neap. p.* 7. *q.* 8. *in princ.*

42 Cumque prædictum interesse debeatur ex dispositione *Consuetudinis*, fuit dubitatum, an debeatur ante interpellationem, & quamvis *Afflict. d. decis.* 291. tenuit opinionem, non deberi, & sic refert judicatum in Sacro Consilio, & eum sequutus fuit *Capyc. decis.* 95. tamen contrarium fuit postea decisum tempore *Grammat.* ut ipse idem refert d. *dec.* 103. *num.* 98. 43 ubi dicit, quod temporibus suis, tam quando matrimonium fuit solutum superstitibus filiis, quam illis non existentibus, passim, & indifferenter semper quod casus accidit, fuit observatum, & in contradictorio judicio determinatum contra *Afflict.* deberi interesse, licet non ad rationem dotis, sed ad ratio- 44 nem quinque pro centenario, & ideo subdit ipse, *quicquid alias temporibus illis S. C decrevisset, sufficit nobis, quod postea fuerit decisum, & observatum contrarium*, quæ ultima observantia, & stylus S. C. debet attendi, idem etiam refert, contra *Affl.* fuisse per S. C. judicatum *Jo. Ang. Pisanell. in addit.* ad d. *decis.* 191. & *nu.* 101. dicit *Grammat.* quod idem quod procedit in dote, procedit in antephato, & secundum istam opinionem *Gramm.* in Senatu Pedemont. contra *Afflict.* opinionem fuisse judicatum refert *Thes. decis.* 45. & in Hispania refert *Marc. Salon à Pace consil.* 4. *nu.* 28. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 45. *num.* 7. *cum seqq. Cancer. lib.* 1. *var. resol. c.* 9. *titul. de dot. & donat. propter nupt. nu.* 95. *in fi.* quamvis non desint *Doctores*, qui *Afflict.* opinionem fuerunt sequuti, de quibus novissime est videre apud *Hodiern. in add. ad Surd. dec.* 240. *n.* 7. Tamen hæc quæstio non cadebat in hac causa, quia à principio, & statim sequuta morte viri adfuerat interpellatio, & petitio.

45 Nec *text. in d. l fi. ff. de eo, quod certo loco* aliquid facit, quia illa lex quamplures habet intellectus, ut *ibi* notat *Bart.* & loquitur in casu satis diverso, quando post moram contractam, supervenit fidejussio, hic autem fuit in ipso actu matrimonii facta promissio.

Quibus discussis, quamvis per decretum qu. Regentis Sanfelicii stante instantia Regii Fisci fuisset causa remissa ad R. C. tamen quia dicta D. Isabella non fuit audita, facta relatione in Collaterali Consilio partibus auditis, fuit dictum decretum revocatum, & ordinatum, quod Sacr. Consil. in causa procedat, & justitiam faciat, & si Fiscus vult assistere, assistat, adversus quod decretum, cum fuisset pro parte Comitis dictum de nullitate, fuit die 11. Julii 1642. prolatum, nullitates non obstare, & solvat pœnam in *Regia Pragmatica* contentam, & cum per Regium Fiscum fuisset petita in integrum restitutio, & dictum, quod iterum fieret relatio in Collaterali Consilio, ad finem videndi, si erat deferendum petitæ restitutioni in integrum, die 6. Februar. 1643. ad relationem ejusdem q. Reg. Sanfelicii fuit determinatum, non esse deferendum. Penes Anastasium Reg. à mandatis Scribam.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXXV.

S U M M A R I U M.

1 *Impositio facta à Regia Curia super annuos introitus, an comprahendat tertiarias, quæ debentur ratione interesse in contractibus rescissis, affertur decisio, & n.* 11. 12. 14. & 15.

2 *Solutio an prius cedere debeat in causam usurarum seu tertiarum & interesse, deindè in causam capitalis, & sortis principalis, afferuntur decisiones, & nu.* 6. 7. 9. 10. 13. & 12.

3 D. Lælius Gizzius *frater laudatur.*

4 *Clausula:* Dummodò non afficiat, nec etiam in concursu cedentem, *est solita apponi in omni cessione.*

5 *Novus contractus cum reservatione primorum Jurium non destruit anterioritatem respectu tertiarum.*

7 *Creditor non tenetur recipere sortem absque usuris & ideò præsumitur recipere in causam sibi utiliorem, & sic prius usuras & postea capitale.*

8 *Prælatio an competat creditori pro interesse tertiarum.*

9 *Solutio quando censeatur facta in antiquiorem causam.*

10 *Debitori non datur electio solvendi sortem non solutis tertiis, quæ debentur principaliter, & non accessoriè.*

11 *Debitor quando habeat electionem, ut solutio cedat in causam capitalis, & non tertiarum.*

12 *Solutio facta in causam capitalis, tertiarum, & interesse, an cedere debeat pro rata.*

13 *Clausula:* Ad consilium Sapientis, *quomodo intelligatur.*

15 Text. in l. in iis, §. fin. apud Marcellum, ff. de solut. *adducitur ad verbum, & expenditur, & etiam tex. in l. seq.*

16 *In donatione facta à patre filio contemplatione matrimonii, an adsit aliquod vinculum.*

17 *Interesse dotis legata alicui puella, an debeatur à die mortis testatoris, vel à die contracti matrimonii, vel à die petitionis, & nu. 18. 19 & 20.*

18 *Legatum dotis quando censeatur purum, & non conditionale, ità ut debeatur statim post mortem testatoris, & nu. 19.*

19 *Legatum plenius est debito, & actione dotis.*

Dos restitui debet uxori post annum mortis mariti, sed si fuit legata uxori à marito statim debetur cum interesse, ibid.

Quicquid ex re mea nascitur, & proficiscitur meum est, ibid.

20 *Dos dicitur causa pia.*

Legata ad pias causas statim debentur unà cum fructibus etiam hæreditate non adita, ibidem.

21 *Interesse dotis restituenda à quo tempore debeatur, & nu. 22. & 23.*

22 *Debitor constituitur in mora, si in loco destinata solutionis non adsit creditor, vel persona legitima cui facienda est solutio sivè dotis restitutio & ideò nec tenetur ad interesse, & usuras, & nu 23.*

23 *Usura infliguntur propter moram non solventis, non autem propter lucrum non petentis.*

Usura, seu interesse dotium quando debeantur à die elapsi anni, vel à die petitionis, ibid.

Debitor, ut constituatur in mora non sufficit ut adveniat tempus sivè dies solutionis, sed requiritur, ut adsit persona legitima in loco destinata solutionis, cui facienda sit solutio, ibid & nu. 22.

24 *Interesse dotis vigore consuetudinis Neap. debetur ad rationem sex, & duorum tertiorum pro quolibet centenario, & affertur decisio.*

OBservandum est in hac *decis. ad num. 11.* quod cum per Regiam Curiam facta fuisset annis præteritis impositio ducatorum 25. pro quolibet 1 centenario super annuis introitibus debitis exteris personis per annos 4. fuit indè dubitatum, an hoc procederet respectu exterorum, qui habebant contractus rescissos, & proindè non exigebant eorum tertias, seù annuos introitus, sed tantùm ratione interesse ad eandem rationem tertiarum, & per Collaterale Consilium sub die 10. Septembris 1629. Neap. fuit provisum sub hac forma.

* *Visis supplicationibus Illustrissimo, & Excellentissimo Domino Proregi pro parte Deputatorum multiplices quondam Nicolai Pavesii de Janua petentium non molestari pro causa contributionis duc. 25. pro centenario super introitibus exterorum impositi pro causa introituum contentorum in contractibus jam rescissis, factaque de prædictis relatione Sua Excellentia in Collaterali Consilio per Illustr. Marchionem Campilattum Regentem D. Joannem Enriquez Collater. Consiliarium, & super negotia dicta contributionis Commissarium delegatum.*

Præfatus Illustrissimus, & Excellentissimus D. Viceroz, Locumtenent, & Capitaneus Generalis ex causis in dicto Regio Collaterali Consilio discussis providet, decernit, atque mandat dictos Deputatos dicti Multiplices, & alios, quorum contractus rescissi erunt antè, & infrà quadriennium ordinatum dicta impositionis non esse molestandos ad solutionem ad. ducat. 25. pro centenario super introitibus contentis in contractibus, prout præsenti decreto non molestari mandatur, hoc suum. Tapia Regens. Enriquez Regens. Lopez Regens. Scarcella Regens Cancellarius.

2 Observandum est etiam ad *num. 12.* ubi quod solutio prius cedere debeat in causam usurarum, seù tertiarum, & interesse, & in illarum extinctionem, & posteà, quod superest in causam capitalis, & sortis * principalis, fuit pluries decisum per Sacrum Consilium, ut refert idem *D. Regens in cit. hic num. 38.* sua altera *decis. 61. tom. 1.* ubi *Ego in observatione* plura * dixi; Iterum sic decisum refert *D. Regens Sanfelic. decis. 123. tom. 1.* Idemque in causa creditorum quondam Alphonsi Caraccioli per Sacrum Consilium fuit decretum quantitates liberatas, & solutas D. Thomæ de Aquino viro Portiæ Carrafæ creditricis dicti Alphonsi cessisse, & cedere debere prius in causam tertiarum eidem debitarum, & quod supereret cessisse in causam capitalis, prout ex tenore sequentis decreti apparet.

* *In causa creditorum quondam Alphonsi Caraccioli die 1. mensis Decembris 1640. Neap. facto verbo de prædictis in S. C. per Magnificum V. I. D. Don Thomam de Aquino Regium Consiliarium, & causa Commissarium. Visa comparitione præsentata per Regium Consiliarium D. Flaminium de Constantio uti tutorem filiorum, & hæredum quondam D. Thomæ de Aquino sub die 25. Junio 1636. fol. 1370. Visis decretis latis per S. C sub diebus 8. Julii 1630. fol. 743. 24. Septembris ejusdem anni, fol 812. & 11. Januarii 1634. fol. 1325. liberationum ducatorum quatuor mille quondam D. Thomæ de Aquino tunc viro Portia Carrafa in computum ejus crediti, juxtà declarationem faciendam suo tempore per idem S. C.*

Decreto S. C. explicando dictam declarationem reservatam in dictis decretis, provisum est quantitates prædictas liberatas, & solutas dicto D. Thomæ de Aquino cessisse, & cedere prius in causam tertiarum tunc temporis eidem debitarum, juxtà instrumenta de dicto credito apparentia, & quod tunc superfluit cessisse, & cedere in causam capitalis, & proindè quietationes, & retrovenditiones tunc factas per dictum Don Thomam intelligendas esse, & intelligi debere, juxta dispositam in præsenti decreto sic respectu dicti D. Thomæ, explicando provisionem reservatam in dictis decretis S. Cons. hoc suum, &c. Thomas de Aquino, Franc. Anton. Mercati Secretarius. Carbonus Actuar. in processu fol. 1379.

A quo decreto, cum fuisset reclamatum per Procuratorem Patrimonii hæreditatis dicti Alphonsi Caraccioli, fol. 1380. facto verbo in eodem S. C. ad * relationem ejusdem D. Consiliarii de Aquino sub die 22. Aprilis 1641. fuit confirmatum supradictum decretum, fol. 1386. à ter.

A quo etiam per idem S. C. iterum fuit judicatum in causa Bernardini Valignani, & Mattiæ Galluccia ejus uxoris, quia cum per S. C. sub die 17. Julii 1615. fuissent liberati ducati 3000. dictis Conjugibus, & posteà per aliud decretum fuisset ordinatum dictos duc. 3000. stare periculo, & damno ipsorum conjugum, facta liquidatione tertiarum ipsis debitarum, fol. 548. à ter. in processu Joann. Gallucci, & facto calculo, ex quo apparebat ipsis deberi tertias, per Sacrum Consilium sub die 14 Januarii 1651. junctis * Aulis referente D. Consiliario Jo. Baptista Amendola, (posteà Præsidente R. C. S.) fuit explicando dictam provisionem reservatum, declaratum liberationem dictorum ducatorum 3000. cessisse in causam tertiarum debitarum tempore liberationis per Cæsarem Galluccium, fol. 670. à ter. & cum adversus dictum decretum fuissent propositæ nullitates per dictum Cæsarem, fol. 699. fuerunt rejectæ per idem * S. C. sub die 9. Junii 1654. junctis duobus Aulis, fol. 736 à ter.

3 Et idem prius substinuit *D. Lælius Gizzius* meus

frater,

frater, nunquam à me satis laudatus, pro D. Principe Rocchæ Romanæ, ejusque fratribus nobilissimæ familiæ de Capua, in causa cum D. Maria Macedonia, ut ex ejus allegationa in Jura infrascripta, licet brevi manu, quia brevi calamo pro angustia tunc temporis habita, dùm causa erat jam jam expedienda, & decidenda, & non dabatur ipsi majus tempus, longiorem calamum adhibendi more suo, quarum tenor est, qui sequitur.

Concurrunt super resi luo pretii debiti per Illust. Principem Rocchæ, ac per Montem triginta, vulgò *Delle arenta* Terrarum q. D. Josephi Acquavivæ, Illustr. Princeps Rocchæ Romanæ, & fratres creditores primo loco graduati inter creditores quondam Ill. Princip. à Caietta, ac Maria Macedonia uti cessionaria ejusdam Principis, & fratrum pro ducatis 2000. ac uti cessionaria Montis Tertiorum secundo loco graduati.

Quod autem sit præferendus dictus Princeps, & fratres, fundatur, quia sunt primo loco graduati, nec potest concurrere dicta Maria uti eorum cessionaria, quia semper apponitur clausula in qualibet cessione, quæ stipulatur in hac Civitate: *Dummodò non efficiat, nec etiam in concursu cedentem*, ut per *D. de Franchis decis. 160. in fine.*

4 Nec etiam obstat alia oppositio, quæ fit per dictam Mariam, scilicèt, quod licet dictus Princeps sit anterior pro capitali, est tamen posterior respectu tertiarum, stante novo contractu inhibito cum dicto D. Josepho, à quo otrum habent tertiæ prædictæ.

Primò, quia hic novus contractus cum reservatione prædictorum Jurium super statu vendito per dictum 5 Principem Caiettæ dicto D. Josepho, non destruit anterioritatem respectu tertiarum prætensarum, ut in propriis terminis probat *Milanensis decis. 14. num. 25. & seq.* & latissimè *Castillus* omninò videndus *decis. 17. à num. 23. lib. 1.* ubi *num. 31. & seqq.* satisfacit omnibus contrariis, nec aliter prædicti creditores contraxissent.

Secundò, ut omnia prorsus cesset difficultas, dicimus, quod dictus Princeps, & fratres remanent creditores ex causa capitalis, non autem tertiarum, cum pretium Terræ Tortoreti per ipsum emptæ, cedere debeat in extinctionem prius tertiarum, seu 6 interesse, & quod superest in causam capitalis, *l. 1. C. de solut. l. in his, §. apud Marcellum, ff. de solut. cum simil.* ea ratione, quia creditor non tenetur reci7 pere sortem absque usuris, *l. tutor, §. Lucius, ff. de usuris, l. si usuras, C. eodem*, & ideò præsumitur creditor recipere in causam sibi utiliorem, *l. cum de indebito, ff. de probat.* per quæ jura in puncto docuerunt *Anna alleg. 54. tom. 1. & alleg. 112. tom. 1. & Fabius de Anna filius cons. 30.* ubi *num. 13.* sic decisum fatetur, *D. Theodorus alleg. 5. num. 11. 27. & seqq.* ubi in fine, sic etiam fuisse decisum, *Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de solut. resol. 35. vers. in secunda conclusione.* & secundum hanc lecturam fuit facta calculus per Scrivanum Figliolam, fol. 645. à tergo, in quo remanet creditor dictus Princeps, & fratres in ducatis 5334. ex rasta dicti capitalis, ultra interesse tertiarum calculatarum, folio 647 à ter. in aliis ducatis 4325. pro quibus interesse tertiarum competit si8 militer prælatio à die instrumenti, ut per *D. Regentem de Ponte decis. 34. num. 46. & 53. Radriquez de ann. redit. lib. 1. quæst. 14.* ac latè *D. Theodorus dict. alleg. 5. num. 1.*

9 Nec hic est applicabilis regula, quod solutio censeatur facta in antiquiorem causam, & sic in causam capitalis.

Tum quia illa regula procedit, ubi quis est debitor ex pluribus causis usurariis, & contractibus, secus ubi est unicum debitum sortis, & usurarum ex unico instrumento, ut in casu nostro, ità declarat *Anton. Gomes. tom. 2. var. resolut. cap. 10. sub num. 5. D. Theodorus d. alleg. 5. nu. 29.* & egregiè *Imola*, qui hanc materiam melius omnium distinctionum fœdere explicavit in *l. 1. nu. 4. ff. de solut.*

10 Tùm, & secundò, quia sumus in tertiis, quæ debentur principaliter, & ideò nec datur electio debitori, quod cedat in causam capitalis, ità *Anna d. cons. 30. num. 6 & Trentacinq. loc. cit. num. 4.*

Tum, & tertiò, quia hic agitur de pecunia redacta ex pignoris venditione ad instantiam creditoris, quo casu debitor non habet electionem, in quam causam convertatur, sed electio est creditoris, ut sunt 11 jura aperta in *l. ob triginta 73. & l. Paulus 101. § Paulus, ff. de solut. Imolà in d. l. 1. num. 7.* & post *Bald. Riminald. Afin.* & alios, probat etiam *Anna Consil. d. cons. 30. nu. 11. & 12.*

12 Nec tandem obsistit alia oppositio, quod in oblatione dicitur in causam capitalis tertiarum, & interesse, & quod proindè omninò cedere debeat in causam capitalis saltim pro rata, jam respondetur.

13 Primò, quod in eadem oblatione dicitur, quod stipulentur cautelæ ad consilium Sapientis, fol. 571. & quilibet sapiens consuleret prius in extinctionem usurarum, deindè capitalis.

14 Secundò, quòd in decreto liberationis dicitur, quod valeat pe... es se retinere in partem ejus crediti, fol. 565. & sic prius in usurarum extinctionem, deindè capitalis, quod superest intelligendum *jurib. supcit.*

15 Tandam huic objectioni occurrit *tex. ad literam in d. l. in iis 5. §. fin. apud Marcellum, ff. de solut.* ubi *Ulpianus* voluit, quod etiam si creditor recipiat pro sorte, & usuris, tamen solutio prius cedat in usuras, deindè in sortem, quod superest, his verbis, *Apud Marcellum lib. 10. digestorum quæritur, si quis ita caverit debitori in sortem, & usuras se accipere, utrum pro rata, & sorti, & usuris decedat, an verò prius in usuras, & si quid superest in sortem. sed ego non dubito, quin hæc cautio in sortem, & in usuras admittatur, sed prius in usuras, & tunc deindè si quid superfuerit in sortem cedat*, & in *l. seq.* subditur: *Nec enim ordo scriptura spectatur, sed potius ex jure sumitur id quod agi videtur.* Et de prædictis meminit *Anna cit. cons. 30 num. 5.*

Ex quibus omninò est facienda assignatio petita per dictos Principem, & fratres exclusa dicta Maria Macedonia.

Lalius Gizzius.

In qua causa fuit per S. C. referente eodem Dom. Regente Capycio Latro, tunc Consiliario decretum sub die 12. Julii 1618. *Pretium Tortoreti cessisse in causam capitalis pro tertiis verò esse creditores à die instrumenti venditionis annuorum introituum celebrati cum D. Josepho Acquaviva*, fol. 750. à ter. Figliola Act.

16 Observandum est quoque ad *num. 33. & 34.* quod cum idem D. Reg. noster donasse Duci Siani suo filio primogenito annuos ducatos 750. pro capitali ducatorum quindecim mille, fuit per M. C. V. die 16. Februarii 1658. provisum, & decretum his verbis: *Ipsa M. C. V. declarat in donatione facta per quondam Illustr. Marchionem Torelli Regentem Capycium Latro contemplatione matrimonii annuorum ducatorum 750. pro capitale ducatorum quindecim mille deb torum per Bancum Sacri Montis Pietatis hujus Civitatis Ill. Duci Siani ejus filio sub die 12. Julii 1653. nullum adesse vinculum, hoc suum, &c. Joannes Baptista Hodierna, Macedonius Franciscus Albanus Actuar.*

17 Item observandum est ad *num. 36.* ubi de interesse

dorum, quod si alicui puellæ relinquatur dos propter præstita servitia, tunc interesse dotis legatæ, & ratione servitiorum debitæ, an debeatur à die mortis testatoris, vel ab adita hæreditate, vel à die contracti matrimonii, vel à die petitionis, & quod à die mortis testatoris currant usuræ, seù fructus, & interesse dictæ dotis legatæ ratione servitiorum præstitorum, probetur.

18 Primò, quia legatum hoc pro dote, est purum, dùm aliàs debitus erat ratione servitiorum præstitorum, *l. si extraneus, ff. de iure dotium, Bartol. in l. Titio centum, §. Titio genero, per illum text. vers. prædicta vera sunt, num. 3. circa finem, ff. de condit. & demonstrat.* & quamvis idem *Bart. ibid. num. 7.* afferat non posse peti hoc legatum, nisi puella, cui factum est legatum perveniat ad nubilem ætatem, & quod nuptiæ contrahantur, quia illud est verum quoad petitionem, sed fructus ipsius dotis legatæ debentur statim, imò nec est expectanda nubilis ætas quoad petitionem si pro maritagio sit relicta dos, ut per *Gramm. cons. civil. 57.* & quamvis nubilis ætas esset expectanda, adhuc omne lucrum, & commodum, quod medio tempore percipitur ex tali legato spectabit ad legatarium, *l. si ita relictum, §. Pegasus, ff. de leg. 2. Paul. Castrens.* quem refert, & sequitur *Gramm. ibid. n. 11.*

19 Secundò quia dum est purè relicta dos, non autem sub conditione, & ad certum tempus, statim mortuo testatore debetur, quia plus est in legato, quam in debito, *l. si creditori, & l. sin autem, ff. de leg. 1.* & facit *tex. in §. sed si uxori, instit. de legat.* & ibi *glos.* ubi licet dos debeatur uxori soluto matrimonio post annum, juxtà *text. in l. 1. §. cum autem, C. de rei uxor. act.* tamen si maritus eam uxori legaverit, statim debebitur, quia plenius est legatum, quam de dote actio; Ideò si statim mortuo testatore dominium dotis legatæ in legatarium transit, sequitur, quod ex eo tempore currunt usuræ, seù interesse, quicquid enim ex re mea, seù dominio meo nascitur, vel proficiscitur meum est, *§. item ea quæ ex animalibus,* ubi notatur *instit. de rer. divis.*

20 Tertiò, quia cum dos dicatur causa pia, *l. cum te, §. si ex ea opinione, ff. de condit. indeb. Bart. in l. si ego ff. de jur. dot. Gramm. loc. cit. nu. 19.* & legata ad pias causas debentur statim etiam hæreditate non adita, *Bart. in l. 1. nu. 65. & 66. C. de sacros. Eccles.* & in *l. eam, quam nu. 1. C. de fideicom.* ubi *Addentes.* & in *l. nemo potest ff. de leg. 1. Socc. in l. 3. vers. quartò limita, col. secunda ff. de leg. 2.* Ideò si aditio non expectatur, statim mortuo testatore recta via dominium rei legatæ in legatarium transit, ad *tex. in l. à Titio, ff. de furtis, l. si tibi homo, §. cum servum, junct. gl. ff. de leg. 2.* ergò si dominium transit in legatarium statim mortuo testatore, etiam fructus, seù interesse ex eo tempore debentur, quia ex eo tempore, quo debetur legatum, debentur etiam fructus, argumento *tex. in l. Herennius, la prima,* ubi *glos. ff. de usur.*

21 Denique observandum est ad eundem *num. 36. & 42.* quod quamvis interesse dotis restituendæ, servata forma consuetudinis hujus Civitatis Neap. debeat liquidari à die ultimi anni elapsi post mortem uxoris, quando promissio restitutionis dotium fuit facta in quantitate, non autem à die petitionis, & intimatæ supplicationis, per *text. in l. unica, § cum autem, vers. exactio, ff. de rei uxor. action.* ubi habetur, quod maritus si distulit ultra annum restituere dotes consistentes in re mobili, vel quantitate, compellitur earum usuras præstare, quasi quod ex eo die elapsi anni interpellatus, fuerit in mora constitutus non solvendo, sivè restituendo dotes; Attamen hoc in-

22 telligitur, quando post lapsum anni, in loco destinatæ solutionis, sivè restitutionis dotium prædictarum, adsit persona legitima, cui solutio, seù restitutio facienda est, secus autem si in dicto loco non adesset persona, cui dicta solutio, seù restitutio fieri posset, ut docuit *Bart. in l. item illa, nu. 3. 10. in fine. & 11. ff. de constit. pecun.* per illum *text. & Afflict. decis. 316. num. 2.* & est *tex.* clarus in *l. pecuniæ fœneris, §. usurarum, vers. si tamen, ff. de usur.* & ideò cum non adest persona, cui sit facienda restitutio, non dicitur constitutus in mora, & consequenter non debeantur usuræ, sivè interesse, cum etiam si voluisset restituere non potuisset, deficiente persona, cui restitutio fieri deberet, ad *tex. in l. cum quidam, §. si pupillo, vers. quod enim, ff. de usur.* ubi subdit I. C. quod usuræ infliguntur propter moram non solventium, & non propter lu-

23 crum non petentium, nec etiam teneretur facere depositum, cum nulla sit persona, cui poterit intimari, & propterea in isto casu deberentur usuræ, seù interesse à die interpellationis, & sic porrectæ supplicationis, & petitionis, non autem à die anni elapsi concessi viro ad dotium restitutionem post mortem uxoris, ut supra, quia ad hoc, ut debitor constituatur in mora non sufficit, quod advenerit tempus, sivè dies solutionis, sed requiritur etiam, quod in loco destinatæ solutionis adsit persona legitima, cui solutio facienda est, ut ex juribus supra allegatis, & ad prædicta conferunt *decis. D. de Franch. 16. nu. 6.* ubi *Amendol. num. 1. & dec. 127. num. 1. & 4.* ubi etiam *Amendol nu. 21.*

24 Ad eundem *nu 36.* ubi, quod interesse dotis in hac Civitate Neap. vigore consuetudinis debeatur ad rationem ducatorum sex, & duorum tertiorum pro quolibet centenario, invenio ità etiam fuisse per S.C. decisum in causa Camillæ Galeotæ cum Joanne Francisco de Gallutio, petentis interesse dotium solutarum Joan. Laurentio Gallutio ejus viro ad dictam rationem duc. 6. & duorum tertiorum servata forma consuetudinis, & cum fuisset condemnatus dictus Franciscus filius, & hæres dicti Joann. Laurentii ad interesse liquidandum, facto calculo ad rationem prædictam, per S.C. referente D. Consiliario D. Petro de Vera ab Aragonia fuit provisum sub die 17. Februarii 1589. his verbis.

Per S. R. C. declaratum est deberi interesse servata forma Consuetud. Neap. & modo prædicto mandetur executioni calculus, ut in actis, fol. 482. in Banca Figliolæ.

Michael Angelus Gizzius.

ARGVMENTVM.

Alimenta quomodo, & quando debeantur uxori relictæ usufructuariæ, & administratrici, secundum *Consuetudinem Bulgari.* Et quomodo fieri debeat taxatio. Et an illis taxatis per decretum Judicis, parte etiam consentiente, diminuta, vel aucta postea bonis possint augeri, & diminui; aut in totum tolli.

SVMMARIVM.

1. *Mulier relicta à viro usufructuaria, Domina, & administratrice ejus hæreditatis, donec lectum vidualem servaverit, filiis extantibus, importat legatum alimentorum; intellige ut nu. 46 & 47.*
2. *Alimenta sunt præstanda secundum vires patrimonii, & redditus, qui ex eo percipiuntur: intellige ut num. 22.*
3. *Alimenta debentur ex fructibus, qui percipiuntur, non autem ex proprietate, quæ alienari non potest.*
4. *Limita, ut num. seq.*
5. *Pater, qui de jure naturæ debet alere filios, non tenetur proprietatem pro alimentis præstandis vendere, quando ex illa etiam ipse vivere debet, sicut è contra neque filii coguntur, quia in hoc sunt correlativi.*

6 Alimenta,

6 *Alimenta, quæ debentur per descendentes ascendentibus, debentur ex juris dispositione, fundata in naturali æquitate.*

7 *Alimenta, quæ ad invicem sibi præstare tenentur ascendentes, & descendentes, non debeatur jure patria potestatis, sed ratione filiationis, vel paternitatis.*

8 *Alimenta quomodocunque ex legato debentur, semper detrahendum est æs alienum, & legitima liberorum, atque inde de residuo præstari debent Judicis arbitrio secundum quantitatem fructuum.*

9 *Alimenta debentur uxori, deductis expensis pro filio secundum ejus qualitatem.*

10 *Pater in tantum gravatur filiis alimenta præstare, in quantum hoc facere possit, ut dictis alimentis deductis ad egestatem non reducatur.*

11 *Prima charitas incipit à se ipso.*

12 *Filii qualitas, & dignitas, nec non Regionis consuetudo est consideranda in præstatione alimentorum, maxime si sit caput suæ Domus, & de proximo nupturus num. seq.*

14 *Alimenta pinguiora debentur ei, qui aliàs fuit dives, quæ etiam sunt præstanda pro famulis, & omnibus aliis personis, sine quibus secundum suam conditionem, & qualitatem vivere decenter non potest.*

15 *Alimenta debent augeri auctis facultatibus, vel necessitate familiæ superveniente, non obstante taxatione facta per sententiam, & ejus acceptatione: sic etiam illis diminutis, debent quoque alimenta diminui, quia de jure alimentorum semper intelligitur, rebus sic stantibus, & nu. seq. Declara, ut nu. 32.*

17 *Alimentorum taxatio est quæstio facti, quia ejus sumptus tempore variantur, & ex accidenti recipiunt augmentum, & diminutionem.*

18 *Transactio facta super præstatione alimentorum, etiam si sit juramento firmata, non impedit, quin possit peti augmentum, vel diminutio.*

19 *Verba* Text. in l. jur. alimentorum, §. fi. ff. ubi pupil. educar. deb. *referuntur.*

20 *Augmentum ubi non datur, ibi neque diminutio dari debet.*

21 *Alimentarius non habens patrimonium sufficiens pro alendo semetipso, non potest compelli ad præstandum ullomodò alimenta.*

23 *Alimenta taxata à testatore singulis annis solvenda ex certis prædiis, non admittunt augmentum, neque diminutionem: Distingue ut nu. seq. & 25.*

26 *Alimenta quando debentur ex conventione, non attenditur, quod crescat, vel decrescat patrimonium, vel status alimentarii, sed prævalet ipsa taxatio, sive determinatio.*

27 *Quasi contractus resultat ex Judicis decreto, cum partium consensu in actis deducto.*

28 *Quod semel placuit, amplius impugnare non licet.*

29 *Solutio continuata per plures annos quid importet.*

30 *Decretum alimentorum ab incompetenti Judice prolatum, stante illius approbatione, potest in vim pacti substinere.*

31 *Hæres tenetur habere rata omnia per defunctum gesta.*

33 *Mortua persona, mutatur etiam conditio rerum.*

34 *Bona desinunt esse defuncti per aditionem, & exeunt suam primævam naturam, & nomen, sed confusa, & consolidata inter alia bona illius, qui successit remanent, & nu. seq.*

36 *Alimenta annuatim præstanda ex conventione, vel præcepto testatoris, an in eis detur augmentum, vel diminutio: & quid si sint relicta ex aliquo prædio hæreditario gratia taxationis, vel demonstrationis, nu. seq. & 39.*

38 Tex. in l. Lucius Titius, ff. de aliment. & cibar. leget. *quomodo sit intelligendus.*

40 *Vita, & militia debetur fratri secundogenito ex fructibus feudi, in certa quantitate annuatim solvenda.*

41 *Argumentum de alimentis ad vitam, & militiam validum est.*

42 *Alimenta idem importans quod vita.*

43 *Legata alicui vita, intelliguntur legata alimenta ad sustentationem vitæ.*

44 *Vita, & militia secundum veriorem opinionem debetur ex fructibus feudi.*

45 *Vita, & militia debetur secundogenitis, quamvis ex feudo fructus non percipiantur.*

48 *Hæres tenetur de damno, ejus culpa in hæreditate obvento.*

49 *Culpa suos debet habere auctores.*

50 *Damnum hæredis culpa passum, non debet alteri obesse.*

51 *Creditores defuncti habent beneficium separationis bonorum contra creditores hæredis.*

52 *Hypothecaria actio competit etiam pro legato.*

53 *Prior in tempore potior est in jure.*

54 *Alimentorum taxatio relicta per testatorem super certis prædiis solvenda, satis differt ab illa, quæ est facta per Judicem. & n. seq.*

56 *Beneficium legis, & inventarii separat bona testatoris ab hærede.*

57 *Vitæ, & militiæ taxatio non augetur, neque diminuitur ex augmento, vel diminutione fructuum, & in ejus liquidatione attenditur tempus mortis testatoris.*

58 *Vita, & militia an debeat augeri ex corporibus in feudo reintegratis, vel minui, si ipsa universalitas feudi sit diminuta ex evictione, vel ex alia causa.*

59 *Servi post mortem domini postliminio, reversi, augent hæreditatem ad beneficium legatariorum.*

60 Affl. & *opinio in* decis. 382. *quo in casu procedere debet.*

DECISIO CLXXVI.

In ultimo, quod condidit, testamento quondam Febus Ceracciolus Princeps Foreni, instituto hærede universali Octavio ejus filio primogenito, inter 1 alia reliquit Aureliam Ceracciolem ejus uxorem post legatum dotis, & entrephati, dominam & administratricem, & gubernatricem, & usufructuariam ejus hæreditatis, donec lectum vidualem servaverit: quod secundum opinionem, & *Consuetudinem Bulgari* communiter sequutam, & receptam in tota fere Italia, filiis extantibus importat legatum alimentorum, ut habetur ex *Ursill. ad Affl. d. dec. 44. nu. 19. Franch. dec. 58. Mynsing. observat. 37. nu. 1. cent. 5. Mut. in Consuet. Panor. c. 47. num. 103. Molfes. ad Consuetud. Neapolit. to. 2. par. 6. q. 31. in princ. Gabriel. comm. conclus. tit. de usufruct. conclus. 2. Surd. de alimen. tit. 1. q. 25. Menoch. lib. 4 præsumpt. 139. num. 4. Mascard. de probat. conclus. 149. Grattan. dec. Rot. March. 210. Flamin. Cartar. in dec. Rot. exequut. ra Genua 174. Cavalc. dec. Favic. 44. num. 33. Joseph Ludovic. decis. Perus. 46. Caball. in Milleloq. 523. Ego decis. 94. num. 4.* & habetur per *Doct. in auth. hoc locum, C. si secundo nupserit mulier & in l. Titia cum testamento, §. Titia cum nuberet*, ubi *Bar. nu. 7. ff. de leg. 2.* & multa per *Grav. ad Gayll. observ. 144. lib. 2.* Quæ quidem alimenta per decretum causæ Commissarii fuerunt in anno 1627. taxata in annuis ducatis mille, & quingentorum, quod etiam fuit per qu. Principem Octavium approbatum, & exequutum per multos annos, verum mortuo demum ipso, & relicto moderno Principe Fabio juniore, suscepto in constantia matrimonii cum D. Martia Carafa, quia facultates erant adeo diminutæ, ut vix pro substentatione dicti Principis junioris secundum ejus qualitatem sufficere dicebantur, propterea preces porrexit Suæ Excellentiæ, ut dignaretur mandare, quod assignatio dictorum alimentorum facta dictæ Principissæ Aviæ, stante mutatione

rerum status suæ Domus, nedum quod diminueretur, sed quod in totum tollatur; ed quod etiam accessit, quia dicta Principissa D. Mertie mater, cui quoque durante lecto viduali erant assignati alii ducati mille, & quingentum, agnoscendo parvitatem patrimonii dicti ejus filii, contentabatur simili modo, quod alimenta ipsi taxata tollerentur. & remisso negotio in Collaterali Consilio, ut de justitia providere.

2 Dicebatur primo, quod de jure non est dubitandum, quod qui tenetur alimenta præstare, non tenetur, nisi in quantum facere potest, secundum vires sui patrimonii, & redditus, qui ex eo percipiuntur, ut probatur ex *tex. in l. 2. & 3. ff. ubi pupill. educar. deb. Bart. in l. 2. ff. de aliment. & cibar. legat. & in l. Imperator, in fi.* ubi etiam *Paul. de Castr & Alex ff. ad trebell. Boer. dec. 19 nu. 8 Joan. Anton. Trigona singul. 11. Alex. consil. 100. in fi. lib. 1. & consil. 72. num. 7. lib. 5. Fachin. controv. jur. lib 6. c. 34. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur 2. cas. 169. Gabriel. comm. concl. tit. de alimen. concl. 1. num. 31. Magon. dec. Lucens. 73. num. 24. Rot. diversor. dec. 742. num. 1. par. 1.* & ideo non tenetur is, qui alimenta præstare debet, alienare proprietatem, sed 3 tantum ex fructibus alimenta præstare, unde dixit *Ang. in d. l. Imperator*, quod si extarent bona magni valoris, prout sunt Palatia, Turres, & alia, pauca redditus afferentia, ita ut non sufficerent ad præstationem alimentorum, quod non debet ille vendere, ut ex pretio alimenta præstari possint: quod tamen 4 limitatur respectu ejus, qui futurus est Dominus bonorum, *Imol in d. l. Imperator*, per *text. in l. 1. § mulier, ff. de ventr. in possess. mittent. Joan. Anton. Trigona d. sing. 11.* prout de fideicommissario post altos *Menoch.* 5 *consil. 247. nu. 9.* Quod adeo verum est, ut neque pater, qui de jure naturæ tenetur alere filios, proprietatem suam vendere cogitur, quando ex illa ipse etiam vivere debet, pro alimentis liberis præstandis, sicuti nec etiam filius tenetur vendere suam nudam proprietatem, *Bal. in l. fi. § ipsum autem filium, in princ. C. de bon. quæ liber. Beniatend. dec. 89. num. 5.* sunt enim in hoc correlativi, nam sicut parentes tenentur alere filium, ita filius parentes, ut habetur in *d. § ipsum au-* 6 *tem*, nam alimenta, quæ debentur per descendentes ascendentibus, debeantur etiam ex juris dispositione, fundata in naturali æquitate, sicut ab ascendentibus descendentibus, *l. penult.* ubi *Bar. ff. de liber. agnosc. Franch dec. 178. nu. 10.* quod etiam observavit *Cujac.* 7 *lib. 1. observat c. 7.* ubi quod idem procedit in matre, & ista alimenta, quæ ad invicem sibi præstare tenentur ascendentes, & descendentes, non debentur jure patriæ potestatis, sed ratione filiationis, vel pater-8 nitatis, *Azo in summa, tit. de patr. potest.* sed qualitercunque alimenta ex legato debeantur, semper detrahendum est æs alienum, & legitime liberorum, atque inde de residuo præstari debent Judicis arbitrio, *Cravett. cons. 189.* ac secundum quantitatem fructuum, non autem vendenda sunt prædia, *Roland. à* 9 *Vall. cons. 22. n. 19. vol. 1.* & in specie in alimentis uxori debitis detrahi prius debent expensæ pro filio secundum ejus qualitatem, *Joseph. Ludovic. decis. Perus. 46.* immo ita etiam præsumendum est, testatorem voluisse, ubi sic judicatum refert, sequitur *Alex. Trentacinq. lib. 1. variar. resolut. tit. de aliment. resol. 1 nu 22. Surd. de aliment. tit. 7. quæst 8.* & est de prædictis ratio, 10 quia in tantum gravatur pater filiis alimenta præstare, in quantum hoc facere possit, ut dictis alimentis deductis ad egestatem non reducatur, neque tenetur se restringere in suis alimentis, ut alium alat, *l. si quis argentum, § sed & si quis. vers. quantum, C. de donat. Molin de contract. lib. 2 disput. 113. num. 3 Campeg. de dote, quæst. 245. par. 3. Dec in regul. 28 ff de regul. jur.* & hoc ne ex liberalitate inops fiat, & factus, periclitetur, *Mus. in cap. 188. Regn. Sicil. nu. 6. Surd. de alim. quæst. 78. num. 12.* late *Joann. Castign. in tract. de benefic. deduct. ne egent, quæst. 12. per totam, Natta consil. 387. num. 8.* 11 prima enim charitas incipit à se ipso, *l preces, C. de servis & aqua, Thesaur. decis. 212. num 23.*

Et ex his dicebatur primo pro parte Ill. Principis, quod cum habito respectu ad facultates, quæ erant in hæreditate tempore, quo ordine Judicis taxata fuerunt alimenta prædicta dictæ Principissæ Aureliæ Caracciolæ, patrimonium adeo decreverit, ut vix id, quod hodie superest, sit sufficiens ad alimenta ipsius, quia secundum relationem factam per Rationalem Franciscum Olivam ordine Domini Regentis causæ Commissarii, constat, quod hodie fructus dicti patrimonii non ascendunt ad annuos duc. 4152. à quibus deductis ducatis 1742. 4. 10. debitis creditoribus instrumentariis ejusdem patrimonii, remanent tantum annui ducat. 2424. à quibus erant etiam deducendæ expensæ ordinariæ pro reparatione stabilium, & quod multoties accidere solebat, non integre recuperare annuos introitus, maxime illos existentes cum Reg. Cur. & sic id, quod exigebatur, detrahendo æs alienum, ac prædictis expensis necessariis, nullo modo sufficere poterat pro alimentis 12 ipsius moderni Principis; nam in præstatione alimentorum erat consideranda ejus qualitas, & dignitas, ut probatur ex *tex. in l. si ut. ff. de ann. legat. l. mela, & l. penult. D. de aliment. & cibar. legat l. si tutor secundum dignitatem, in princip ff de administrat. tutor. Cordub. in l. si quis à liberis. § sed si filius, num. 4. ff. de liber. agnoscend Tiraquell. de nobilit. cap. 20. nu. 147. Menoch. de arbitrar. cas. 159. num. 5. Surd. de aliment. tit. 4 quæst. 18. in princ. Franch. decis. 283. num. 20.* nec non consuetudo Regiminis *Muntu. dec. 331. nu. 9. Cravett. consil.* 13 *189. in fi.* & attendenda est qualitas præsentis status, in quo ipse se debet tractare uti Princeps Foreni, suæ domus caput, & de proximo nupturus, *Jacob. de Aren. & Bald. in l. si moritur, la secunda, D. solut. matrim. Cordub. in d. l. si quis à liberis. § & non tantum,* 14 *num. 17.* qui amplius dicit, quod pinguiora debentur alimenta ei, qui alias fuit dives, *Surd. de aliment. d. tit. 4. quæst. 18.* quæ alimenta debentur etiam pro famulis, & omnibus aliis personis, sine quibus secundum suam conditionem, & qualitatem vivere non potest, *glo. in can. admonere in verbo partem 33. quæst. 2.* quæ loquitur in eo, qui remittendo bona, retinet alimenta, licet *Felin. in cap. 2. num. 3. de foro compet.* hoc extendat in omni casu, quo alimenta debentur, *Surd. d. tit. 4. quæst. 14. in princ.* ubi plene de materia, *Afflict. dec. 315. Rota Roman. apud Coccin. dec. 390.*

Nec prædictis dicebatur obstare, quod alimenta prædicta erant taxata ordine Judicis causæ Commissarii, quod decretum fuit à quondam Principe ejus patre acceptatum, qui etiam per multos annos præstitit ad dictam rationem, quia in facto constabat, patrimonium illo tempore, quod fuit in anno 1627. fuisse opulentum, à quo tempore ad præsens, dicebatur deficere ducatos centum mille, & plus, ut apparebat ex nota corporum deficientium, ultra alios ducatos quadraginta quinque mille assignatos Thomæ Caracciolo ejus patruo pro sua portione, qui tunc 15 erant uniti in patrimonio, ex quo sequitur certæ juris regula, quod sicut auctis facultatibus, vel necessitate familiæ superveniente, non obstante sententia, & ipsius acceptatione, alimenta augeri debent, *Angel. cons. 357. num. 7. Gozad. consil. 95. num. 4. Sylvest. Aldobrand cons. 31. num. 9. lib. 1.* & decisum in Rota Romana refert *Card. Mantic. d. dec. 331.* sic etiam di-16 minutis facultatibus debent alimenta diminui, quia datium alimentorum semper intelligitur, rebus sic stantibus, *l. quod servus, ff. de condit. caus.* in terminis, quod hoc procedit tam in augmento, quam in diminutione patrimonii, *Nicolaus Moronus in* 17 *tract. de treuga, & pace, quæst. 30. nu. 1.* ubi dicit, quod

ista

ista taxatio alimentorum est quæstio facti,& propte-
taa ejus sumptua tampore variantur,& ea accidenti
recipiunt augmentum,& diminutionam, l. mutuum,
18 ff. si cert. petat. Immo quod neque transactiu , etiam
juramento firmata impediat , quin possit peti aug-
mantum, val diminutio alimentarium , Cordub. in d. l.
si quis à liberis, § parens, n. 118. ff. de lib. agnosc. addu-
cens in simili Romanal. in tit. quibus alienar. non licet,
num. 268. & novissime Franc. Maria Prat. discept. for.
c. 17. num. 138.

Et damum dicebatur, hoc punctualiter decidi ax
text. in l. in jus alimentorum, §. fi. ff. ubi Pupill. educ. deb.
cujua formalia verba sunt hæc. Sed si egeni sunt pupil-
19 li, de suo eos alere tutor non compellitur. Et si forte post
decreta alimenta ad egestatem fuerit pupillus perductus
diminui debent, qua decreta sunt, quemadmodum solent
augeri si quid patrimon. accesserit. Confert etiam text.
in l. fi. § fi. ff. de leg. 3. in fi. verbis, ibi: quomodo enim au-
gentur ubi amplius est in bonorum possessione, sic & ubi
minus est, deducitur. Quod tamen lacus asser, quando
20 augmentum non datetur, quia ibi neque diminutio,
ut probat text. ubi glos. & Alex. in l. in quantitata 74.
ff. ad leg. falcid.

Et quod nadum alimenta auctis , vel diminutis
21 facultatibus debent augeri , vel minui , sad etiam
quod quando alimentarius non haber patrimonium
sufficiens pro alendo semetipsu , quod non possit
compelli ad præstandum ullo modo alimenta, probat
text. in d. si quis à liberis, § fi in fi. ibi: De alimentis pa-
troni arbiter solet dari: arbitraturus, quantum sit in fa-
cultatibus, ut perinde possit alimenta moderare, qua tan-
diu præstabuntur, quandiu liberto superfit. patrono defit,
& ibi glos. in verb. liberto. notat , quod si liberto nihil
superest ab eo, quod sibi necessarium est, nihil præ-
stabit, licet dasit patruno.

Pro Parte autem Ill. Principissæ Aureliæ Carac-
ciolæ aviæ non negabatur , alimenta esse pro modo
facultatum & secundum personæ dignitatem taxan-
da: sed quod ista procedere debent, quoties mortuo
22 testatore legante inter matrem alendam , & filium
hæredem alimentorum taxa dimetianda erit, secus
varu, quoties testatore jam vita functo alimenta or-
dine Judicis taxata fuerant pru singulis annis , quia
tunc neque ex patrimonii augmento , neque ex ajus
diminutione alimentorum taxatio potest mutari, ne-
que innovari , ad quod probandum ponderabatur
tex. in l. Luc Titius 12. ff. de alim. & cibar. legat. ibi Ci-
baria & vestiaria libertis defunctis integra deberi, ne-
que ex eo, quod postea prædia his pignoris jure testator
obligare voluit , ut ex reditu eorum alimenta percipe-
rent minuisse eum, vel auxisse ea, quæ reliquerat, videri.
23 Ex quo textu infert, quod alimenta taxata à testato-
re, singulis annis solvenda ex certis prædiis, quod ad-
mittunt augmentum aut diminutionam, quod etiam
in d. text. notat Bart. in princ. & na 3. & in l. inter sti-
pulantem 83 § sacram , numer. 6. de verbor. obligat.
& ex eudem text. probat Guid. Pap. qa. 8. quod con-
24 stituans annualem reditum super re aliqua, si in fu-
turum radius sufficere non posset , tanetur ad sup-
plementum , Joan. Faber in l. si quis argentum , C. de
donat. quæst. 2. & quamvis, ut infra dicam Doct. distin-
guant, dictum textum procedere , quando causa de-
monstrationis relictum est legatum, secus vero quan-
du causa taxationis , ut advertunt ibidem Guid. Pap.
25 d. quæst. 8. & ibi Addent. tamen idem procedare in
omni taxatione facta pro alimentis, sive ex conven-
tione , sive ex præceptu testatoris est aliqua qualitas
annuatim præstanda declarata, nam tunc non dat au-
gmentum, neque diminutionam, ex tex. in d. l. Lucius,
& l. alimenta 22. in princ. ff. eod. l. alumna 30. in princ.
ff. de aliment. legat. voluit Grat. discept. forens. c. 613.
num. 22. post Nata. cons. 11. n. 26. Simon. de Prat. de inter-
pret. ultim. volunt. lib. 4. dub. 11. nu. 45. f. 422. nam eo ca-
26 su, quod alimenta debentur ex conventione , appa-
ret; quod Partes noluerunt sufficienter providere de
alimentis, & ideo non attenditur, quod crescat a vel
decrescat patrimonium , vel status alimentarii , sed
prævalet ipsa taxatio , seu determinatio, l. cum certus
5. ubi glos. in verb. taxationis, ff. de trit. vin. & oleo legat.
Gratian. d. c. 613. n. 25.

27 Et quamvis in casu præsenti non adsit stipulatio
inter partes, tamen adest Judicis decretum cum Par-
tium consensu in actis præstitu, ex quo facto resultat
quasi contractus, l. 3. §. idem scribit ff. de peculio, l. 2. ff.
de prætor. stipulat. Cavall. commun. contra comm. tom. 4.
q. 887. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 6. nu. 131. Barbos.
axioma jur. 131. nu. .. & nedum decretum liquidatio-
nis , siva taxationis alimentorum fuit approbatum,
sed facto exequutum per plures annos, l. Paulus , D.
28 rem ratam haberi, & quod semel placuit, amplius im-
pugnare non licet, c. quod semel, de reg. jur. in 6. Me-
noch. consil. 573. num. 39. l. si quis testibus , C. de testibus l.
Pomponius scribit, ff. de negot. gest. Surd. cons. 18. num. 2.
Cacheran. dec. 62. numer. 18. Viv. decis. 270. in princ. &
357. in fi. Monac. de Bonon. 34. num 41. Giurb. decis. 24.
num. 19. Sanchez. de matrimon. lib. 9. disput. 6. num. 9.
Barbos. axiom. jur. 31. num. 31. & quod ax continuatio-
29 na solvendi per pluras annos non possit continua-
tionem recusata, Grat. discept. for. cap. 941. numer. 20.
30 quod est adeo verum, quod si decretum prædictum
fuisset ab incompetenti Judice prolatum , stante il-
lius approbatione , posset in vim pacti substineri, l.
etiam. C. comm. utriusque judic. ubi Doctor. & præcipue
Odoffred. Bald. & Paul. de Castr. Cumque id fuerit
observatum per Principem Octavium , quousque vi-
xit , non potest per modernum Principem ejus fi-
31 lium, & hæredem contravenire, cum teneatur habere
rata omnia per defunctum gesta, vulgata l. cum à ma-
tre, C. de rei vendic.

32 Nec dicabatur obstare decisionem Rot. Rom. rela-
tam per Mantic. d. dec. 331. quia procedere potest in
eo casu, quo patrimonium potest crescere, & decres-
cere: & sic sicuti alimenta possunt pati diminutioné,
ita etiam augmentum. In hoc autem casu nullo mo-
do patrimonium qu. Principis Fabii , viri dictæ Au-
reliæ potuit habere augmentum, cum eo mortuo non
dicitur amplius ejus patrimonium , sed Principis
33 Octavii filii, nam mortua persona, mutatur etiam con-
ditio rerum, l. 1. §. veteres, ff. de acquir. poss. & per adi-
tionem deficiunt esse bona dafuncti, sed sunt hæredis,
ut diait Paul. de Castr. in l. quod. fortis. §. 1. num. 2. C. de
34 bon. quæ liber. augmento tex. in l. sed si plures , §. filio,
ff. de vulgar. & pupill. Alex. in d. §. veteres, na. 8. Palac.
Rub. in rub. de donat. inter vir. & uxor. § 39. num. 10. &
ast ratio , quia bona postquam ad alium pervene-
35 runt, amiserunt suam primævam naturam, & nomen,
adeo quod amplius , nec sint, nec esse possint pro-
pria bona illius , à quo processerunt , sed confusa, &
consolidata inter alia bona illius, qui successit, rema-
nent , & sic dicitur unicum patrimonium, & una
hæreditas, Gratian. discept. for. lib. 5. c. 971. nu. 15. & 26.
refert ita ut judicatum Marin. Frec. in apostill. ad Con-
suetud. Si quis, vel si qua, in verb. materna, f. 144. & Ego
dixi plene in consultati. 17. lib. & propterea sicuti ali-
menta ex augmento patrimonii quond. Principis
Octavii non poterant augeri , ita etiam nec mi-
nui.

Insuper dicebatur, quod non semper augeri, & mi-
nui debent alimenta ax augmento, vel diminutione
patrimonii, vel ea eo, quod fuit aucta , vel diminuta
familia, vel ex majori, vel minori dignitate ejus , qui
ali debet: nam quando ax conventione, seu præcepto
36 testatoris taxatur certa quantitas pru alimentis an-
nuatim præstandis, tunc non datur augmentum, ne-
37 que diminutio , sed solum promittens tenetur ad
quantitatem promissam. Aliud est enim , quando
testator

testator reliquit alimenta, ex aliquo prædio hæreditario solvenda, quia tunc videndum, si gratia taxationis, vel demonstrationis sit prædium destinatum. Primo enim modo hæres non tenebitur ad supplen-38 dum, sed si causa demonstrationis, vel designationis, tunc si fructus constituti non sufficiunt ex dicto prædio, debent suppleri ex aliis bonis, & sic erit intelligendus *tex. in d. l. Lucius Titius, ff. de aliment & cibar. legat.* per ea, quæ dixit *Bart. in d. l. inter stipulantem, §. sacram, nu. 6. ff. de verbor. obligat.* & habetur ex *Guid. Pap. d. q. 8.* ubi *Additionatores*, & præsertim 39 *Ranch, & Ferrer.* Aliud tamen est, quando testator aliquid annuatim pro alimentis legavit, absque designatione, aut taxatione corporis hæreditarii, quia tunc si deficit unum corpus, debet suppleri ex alio, neque locum habet augmentum, & diminutio, *d. l. Lucius Titius, & l. penult. in princ. de aliment, & cibar. legat. l. alumna. in princ. ff. de aliment. legat. Simon. de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib. 4. dub. 11. n. 45. f. 427. Natt. consil. 211. num. 16. Gratian. discept. for. d. cap. 613. num. 21.*

40 Et ad prædicta corroborandum considerabatur etiam id, quod est dispositum de vita & militia, quæ debetur fratri secundogenito ex fructibus feudi, in certa quantitate pecuniæ annuatim solvenda, quia 41 validum erit augmentum de alimentis ad vitam, & militiam; quæ debetur secundogenitis, qui sunt exclusi à successione feudi per primogenitum, nam 42 alimenta idem important, quod vita, *l. quos nos §. verbum vivere, D. de verb. & rer. signif.* & ideo dixit *Sim.* 43 *de Prat. d. dub. 11. nu. 7.* post *Dec. in l. de alimentis, n. 4. C. de transact.* quod legata alicui vita, intelligantur legata alimenta ad substentationem vitæ, idem voluit *Surd. de aliment. tit. 2. q. 2. num 9. Capan. de vita, & militia, q. 1. nu. 25. & q. 3. n. 7. Præs. Sacr. Consil. Merlin. controvers. lib. 1. c. 10.* & *Ego consult. 111. lib. 1. num. 22.* Quæ 44 quidem vita, & militia debetur ex fructibus feudi secundum veriorem opinionem, *De Pont. consil. 79. n. 2. vol. 2. glos. in Constit. Regni Comitibus, Napodan. in Consuetud. Et si testator. n. 33. Capan. ubi supra, quæst. 6.* 45 *n. 6.* Et tamen vita, & militia debetur secundogenitis, quamvis ex feudo fructus non percipiantur, *Minad. dec. 10 Franch. dec. 121. num. 12. De Pont. d. cons. 79. Reg. Tap. dec. S. C. 44. Reg. Revert. prag. 24 de feud. nu. 6.* & ratio traditur ab eodem *Minad. d. dec. 10. nu. 7.* quia primogenitus feudum occupat, & sic non habetur ratio ad incrementum, vel diminutionem fructuum, sed semper uniformiter est facienda, sive adsint fructus, sive non.

Quod eo magis procedere debebat in hoc casu, in quo non fuerunt alimenta relicta Ill. Principissæ Aureliæ, sed fuit relicta usufructuaria totius hæreditatis, ita ut nonnulli *Doctor.* gravissimæ authoritatis tenuerint, deberi integrum usumfructum, ut supra diximus, *n. 1.* & licet secundum *Consuetudinem Bulgari,* 46 ob filii existentiam resolvatur in legatum alimentorum, tamen si filius præmoritur, cessante existentia, quæ fuit causa interpretationis voluntatis defuncti, iterum mulier ad usumfructum admitteratur, ita *Bart. in d. l. Titia §. Titia cum nuberet ff. de leg. 12. & cons. 9. 33. & 170. Dec. consil. 485. col. 4. vers. secundo respondetur, Coras. in tit. de servitut. pagin. 77. n. 6.* qui testatur, ita servari per totam Italiam, & de communi etiam testatur *Gozad. consil. 99. nu 28. Anchar. Regiensis quæst. 1. nu. 1. lib. 2. Paris. consil. 21. num. 7. lib. 2. Ruland. à Valle consil. 74. numer. 10. volum. 2. Anton. Gabriel. titul. de usufruct. conclus. 3. numer. 7. Burgn. Cavalcan. de usufruct. mul. relict. num. 41. Ruin. consil. 44. numer. 2. lib. 2. Joann Baptist. Pontan. in tract. de alim. capit. 17. numer. 4. Socin. Junior consil. 85 numer. 21. vol. 1. Natt. consil. 605. num. 1. Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 139. num. 77. Tiraquell. in repetit. l. si unquam, in verbo susceperit liberos: num. 163. Reg. Merlin. controvers. lib. 1. cap. 3. & 4.* & sic legatum prædictum videtur plus esse, quam simplex legatum alimentorum & si vita militia debetur, etiam quod ex feudo fructus non percipiantur, tanto magis ex hoc legato, in 47 quo sola existentia filii facit, ut resolvatur in alimentis, secus autem, quando esset extraneus hæres institutus, vel substitutus, ut reprobata opinione *Salyc. in authent. hoc locum, C. si secundo nupt. mul.* plene fundat *Reg. Merlin. Sacr. Reg. Consil. Præs. d. c. 4. lib. 2. controvers. per tot.*

48 Quibus addebatur in facto, detrimentum, & diminutionem dicti patrimonii evenisse culpa hæredis Principis Fabii, & propterea non creditoribus, & legatariis, sed ipsius hæredis damno cedere debet, *l. cum res 49 §. itaque si Stichus, in fi. & § culpa, ff. de leg. 1. l. si inter 22. §. sed enim, ff. ad Senat. Consult. Trebell. Peregrin. de fideicomm. art. 10. num. 28. de primogenit. Hispan lib. 1. c. 27.* culpa enim suos debet habere au-49 thores, *l. sancimus, C. de pœnis; c. quæsivit, de his, quæ fiunt à major. par. capit. Farinac. dec. 712. num. 4. tom. 2. Surd. de alim. tit. 1. q. 38. num. 30. Burgn. Cavalc. de tutor.* 50 *& curat. num. 187.* non debet enim damnum hæredis culpa alteri obesse, *l. si quis in suo 33. §. fi. C. de inoffic. testam.*

51 Et demum quatenus alimenta ob deteriorationem patrimonii esse diminuenda, potius tolli deberent Principissæ Martiæ Carafæ matri, quam ipsi Principissæ Aureliæ aviæ, quia ipsa est creditrix ex testamento Fabii patris, & dicta Martia ex testamento Octavii filii, & ex *tit. ff. & C. de separat. bonor.* debet præferri, *De Pont. cons. 143. nu. 5. vol. 2. Ego in consultat. 90. n. 30. lib. 2.* tum etiam, quia cum ex legato com-52 petat actio hypothecaria, *l. 1. C. comm. de leg. Bar. in l. Lucius, & Caius. ff. de ann. leg. Ruin consil. 36. in fin. lib. 3.* & cum ipsa sit prior in tempore, erit præferenda, 53 ex vulgata *regula, qui prior in tempore, potior est in jure, l. 1. & tot. tit. C. qui potior. in pign. habean.* & proinde concludebat, omni jure non obstantibus oppositis per Principem nepotem, ipsi debere continuari alimenta juxta taxam.

Quibus tamen pro parte dicti moderni Principis replicabatur, quod satis differt taxatio alimentorum 54 relicta per testatorem, super certis prædiis solvenda, & taxatio facta per Judicem, quia primo casu non possunt alimenta crescere auctis bonis, & per consequens decrescere illis diminutis, cum vere non possit dici legatum alimentorum, sed legatum annuum pro alimentis super certis prædiis, & in hoc casu procedit decisio Senatus Gratianopolit. relata per *Guid. Pap. dec. 8.* & voluit *Cyn. in l. si quis argentum, ff. de* 55 *leg. 1.* & est *tex. in d. l. Lucius Titius, ff. de aliment. & cibar. legat.* Aliud vero est, quando non fuit relicta certa quantitas à testatore, sed à Judice taxata pro modo facultatum, quia facultate, dignitate, aut familia aucta, debent augeri alimenta, sicuti è contra patrimonio diminuto, debent alimenta diminui, ut supra fuit fundatum, & procedit decisio Rot. Rom. relata per *Mantic. d. dec. 331.*

Nec obstat secundum motivum, quod aliud est patrimonium Principis Fabii, aliud vero Principis Octavii, & quod mutata persona, mutatur earum conditio, quia alimenta fuerunt taxata de patrimonio Principis Fabii, quod patrimonium est, & erit semper obnoxium dictis alimentis, & remanet semper separa-56 tum à patrimonio dicti Principis Octavii, qui fuit deciaratus hæres cum beneficio legis, & inventarii, quod beneficium separat bona testatoris ab hærede, *l. fi. §. & si præfatam,* ubi *Doct. C. de jur. deliber.* verum tamen est, quod ex dicto patrimonio filius debet vivere secundum ejus qualitatem, & sic patrimonio diminuto, ita ut filius non habeat necessaria alimenta, tempore, quo ipsa Aurelia de suo magnum habet patrimonium, ex quo potest decenter vivere, non est mo-

damnus

deinus Princeps ita dapauperandus, ut non valeat secundum ejus qualitatem vivere.

Nec dicebatur, obstare exemplum de vita, & militia, quia potius facit pro Ill. Principe, quam contra, quia quamvis verum, sit quod in ejus taxatione habeatur ratio de fructibus feudi, & attendatur in ista liquidatione tempus mortis testatoris, & non augetur, neque diminuitur ex augmento, vel diminutione fructuum, ut habetur per *Franch. dec. 61. Petr. de Gregor. de vit. & militia, q. 6. Capan.* in eodem *tract. q. 37. & 38.* attamen hoc procedit in fructibus, quia esset impossibile, vel saltem admodum difficile, quolibet anno liquidare vitam, & militiam secundum quantitatem fructuum perceptorum, & ideo ex quo primogenitus relevatur, quia ipse solus habet proprietatem feudi, sive crescant sive decrescant fructus, cedit in ejus beneficium; secus vero respectu augmenti, vel diminutionis in ipsa universalitate feudi per reintegrationem, sive alio modo, ex causa tamen de præterito spectante ad feudum, quod habuit à patre, quia tunc vita, & militia debet augeri, etiam pro corporibus reintegratis, sicuti è contra si diminuitur ipsa universalitas feudi, vel ex evictione, vel ex alia causa, debet minui, ut plene probat *Franch. d. dec. 61. n. 13.* ubi ita decisum refert, quicquid dixerit *Afflict. decis. 382.* quia decisio *de Franch.* & communiter sequuta, *Mel. fis. cons. 9. Capan. de vita, & militia, d. quest. 37. & 38.* quamvis contra prædicta videatur decisio in *l. in ratione, l. 11. & l. in quantitate ff. ad leg. falcid.* ubi probatur, quod augmentum cedit lucro hæredis, non legatarii, tamen contrarium probatur ex *tex. in l. servi, qui, ff. ad leg. falcid.* ubi habetur, quod servi post mortem domini postliminio reversi, augent hæreditatem ad beneficium legatariorum, & propterea hanc opinionem tenuit *Peregrin. de fideicomm. art. 36. n. 22. & nu. 24.* ubi dicit, quod *d. dec. Afflict. 382.* videtur sibi satis dubitabilis, & *n. 26.* dicit, quod prædicta opinio bene potest procedere respectu augmenti intrinseci, ut quia corpus hæreditatem crevit in valore, secus autem quando ex causa de præterito extrinsece hæreditas augetur, & quod augmentum cedat in beneficium legatariorum, probat etiam plene *Georg. alleg. 40.* ubi *in fi.* sic decisum refert in Sacr. Consil. *Reg. Lanar. cons. 70. Camil. Saler. in addit. ad Napod. in Consuet. Si moriatur, f. 96. Craff. de success. ab intest. in §. legitima, q. 13. De Pont. d. cons. 79. vol. 1.*

57

58

59

60

Demum replicabatur, quod id, quod asseritur, diminutionem patrimonii processisse culpa hæredis, gratis dicitur, cum contrarium sit evidens, quia patrimonium passum fuit maximum damnum propter molendina Civitatis Sarni, sive Turris Annunciatæ quasi in totum deperditi ex causa incendii Montis Vesuvii, sic etiam ex deterioratione annuorum introituum cum hac fidelissima Civitate, & ex decoctione aliorum debitorum, ut ea nota facti, dicebatur, apparere, & propterea concludebatur, alimenta prædicta esse in totum tollenda.

Hæc causa fuit pluries discussa in Collaterali Consilio, sed tempore expeditionis, quia pro Regis servitio abfueram, fuit decisum, me absente, ad favorem moderni Principis, & ortum fuit decretum tenoris sequentis, v. s.

In causa Ill. Principis Foreni cum Ill. Principissa Foreni Caracciola ejus avia, ut in actis.

Die 26 Novembris 1648. Neap. Visis actis, ac comparitionibus, & memorialibus præsentatis sub die 20. Junii 1646. & 17. Julii 8. Augusti. 5. & quintodecimo Septembris, nec non comparitionibus f. 98. præsentatis sub die 23. Septembris ejusdem anni 1646. & sub die 1. Septembris 1648. & 16. ejusdem mensis, & anni, & sub die 14. Novembris f. 24 & 126. factaque relatione de omnibus S. E. in Regio Collaterali Consilio per Illustr. Regentem Antonium Caracciolum, Marchionem S. Sebastiani, Collateralem Consiliarium, visis videndis, & consideratis considerandis.

Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Viceres, Locumtenens, & Capitaneus Generalis ex causis in Collaterali Consilio discussis providet, decernit, atque mandat, quod Illustr. Principissa Foreni Caracciola remaneat in habitatione totius domus hæreditariæ quondam Ill. Principis Foreni Fabii, donec vixerit, cum obligatione solvendi Illustr. Princip. Foreni annuos ducatos ducentum quinquaginta, donec in ea habitaverit, in casu vero, quo noluerit cum dicto nepote habitare dictam domum, ea libere relicta dicto Ill. Principi percipere habeat ipsa Illustr. Principissa dictos annuos ducat. ducentum quinquaginta ad ejus electionem super effectibus hæreditariis dicti quondam Ill. Principis Foreni Fabii, similiter donec vixerit loco dictæ habitationis. Et insuper idem Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus mandat, quod suspensa præstatione ann. duc. mille, & ducentum alimentorum dictæ Illustr. Principissæ Caracciolæ, ac loco illius, quam tenet super Fiscalibus terræ Foreni fiat eidem assignatio ann. duc. septingentum nonaginta quatuor, & tarenis [illegible] pro capitali ejus jurium dotalium pro concurrenti quantitate super corporibus, & effectibus super quibus tenet assignationem ann. duc. mille, & ducentum pro alimentis, stante supradicta suspensione facta, fiat eidem Ill. Principissæ Caracciolæ assignatio super restantibus effectibus, super quibus tenebat assignationem alimentorum in satisfactionem annatarum decursarum assignationis, quam habebat super dictis Fiscalibus terræ Foreni, nec non similiter providet, & mandat, quod suspensa annua præstatione pro alimentis Illustr. Principissæ Carafa, donec aliter per Collaterale Consilium respectu dictæ suspensionis alimentorum utriusque Principissæ instructo processu fuerit judicatum, & restitutis prius per dictam Illust. Principissam Caracciolam aviam Illustr. Principis nepotis omnibus mobilibus hæreditariis & propriis dicti Principis, quæ in ejus posse reperiuntur, infra quatuor dies super omnibus hinc inde deductis audiantur partes; hoc suum, &c. Zufia Regens, Casanate Regens, Caracciolus Regens, Garzia Regens, Franciscus Anastasius Reg. à mandatis Scriba.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXXVI.

SUMMARIUM.

1 *Alimenta æqualiter præstare debent, qui æqualiter succedere prætendunt.*

Qui sentit commodum, & incommodum sentire debet, ibid.

Ubi est eadem æquitas, idem jus statui debet, ibidem.

Qui succedere alicui prætendunt, eidem alimenta præstare debent, ibid.

2 *Alimenta debentur vigore* Consuet. Neap. *à patre filiis nolentibus cum eo morari, pro parte virili unicuique tangente, & quomodo fiat divisio, & ex quibus bonis, & an filii effecti Religiosi utriusque sexus connumerentur, & n. 3. 4. & 5.*

3 *Monachus habetur pro mortuo Mundo, non autem quoad succedendum, & quoad alimenta.*

Alimenta non extinguuntur per ingressum Religionis, sed durant per totum tempus vitæ, ibid. & num. 4. & 5.

Monialis connumerantur inter filios quoad alimenta præstanda à patre filiis vigore Consuetud. Neap. *ibid & num 2. & 4. Idem de filio effecto Monacho, ibid. & n. 5.*

Pater effectus Monachus non perdit jus alimentorum, & nu. 4.

5 *Renunciatio debet fieri infrà duos menses proximos antè diem professionis.*

Religiosus etiam Monialis, si renunciaverint ad bene-

ficium

ficiam patris, tunc portiones illorum accrescunt patri quoad divisionem alimentorum vigore Consuet. Neap. *non aliis f. atribus.*

6 *Alimenta an debeantur vigore* Consuetud. Neap. *filiis quibus à patre fuerit restituta dos materna, ibid.*

7 *Filius volens morari cum patre propter ejus infirmitatem, vel senectutem, an petere possit ab eo alimenta vigore* Consuet. Neap.

8 *Alimenta licitè denegantur filiis non solum in casu ingratitudinis, sed etiam in omnibus aliis casibus exhaeredationis & num 9. 10. & 12.*

Filius quoties potest exhaeredari, potest etiam privari alimentis, ibid. & num. 9. & 10. & etiam dote, & nu. 12.

9 *Filio, qui commisit aliquam ex causis exhaeredationis, si sit inops, impotens, vel infirmus, an possint alimenta denegari.*

Educatio filiorum debetur jure natura, perditur tamen offendendo naturam, scil. paternam reverentiam, & honestatem, ibid.

10 *Filius, qui commisit causam ingratitudinis, vel aliam exhaeredationis si postea reconc lietur patri, an recuperet jus ad alimenta qua amiserat propter illum, & nu. 11.*

11 *Injuriatus si postea lusit, vel comedit cum injuriante præsumuntur reconciliati.*

Exhaeredationis causa censetur remissa per amicitiam, & reconciliationem subsequentam, ibidem.

12 *Ex quibus causis exhaeredantur filii, denegantur ipsis alimenta, & etiam denegatur dos.*

13 *Filius peccans contra Civitatem, & propriam patriam, vel rumpens pacem publicam, an privandus sit alimentis sibi debitis vigore* Consuet. Neap.

14 *Alimenta debentur filio lite pendente super causa exhaeredationis, & affertur dec sio.*

15 *Alimenta debentur jure communi à patre filiis.*

Alimenta an debeantur à patre filio, qui habet unde alimnde vivere potest, vel ex artificio, vel officio, aut professione.

16 *Alimenta an debeantur à patre filiis vigore* Consuet. Neap. *si habeant unde se alant.*

Consuetudines sunt stricti juris, & strictè intelligenda, & non extendenda ibid.

17 *Dictio*, Pro, *denotat causam.*

Causa quando à lege exprimitur præsumitur finalis, ità ut ea cessante, cesset dispositio, ibid.

Napodan. *loens in* Consuet. Si quis habet, *nu. 18. ibi:* Paupetibus, *corrigendus est, & dicere vult* Pubertibus.

Impubes non habet neque velle, neque nolle, ibid. & nu. 20.

18 Napod nus *in codicibus antiquis vocatur* Naspolitanus Sebastianus.

20 *Filii impuberes non possunt vigore* Consuet. Neap. *discedere à patre, & ab eo petere alimenta, & nu. 18.*

21 *Solutio continuata per plures annos census emphyteutici, non potest recusari, sed debet continuari, adducitur decisio nu 25.*

Liber Monasterii in quo est descriptus census debitus ab aliquo, an probet, ibid. & n. 26.

22 *Emphyteusis requirit de necessitate scripturam publicam, & instrumentum fundationis, & nu. 24.*

23 *Assertio venditoris domus asserentis in ea esse unum annuum censum emphiteuticum, an probet, & num. 24. & 26.*

24 *Dominum directum debet probare suum dominium per instrumentum fundationis, & concessionis, & num. 12.*

Cum de alimentis agitur in hac decisione aliqua breviter observabimus.

1 Et primò, quod qui æqualiter succedera prætendunt Patri, Matri, Aviæ, vel alteri, æquale etiam debet esse onus illos alimentandi. *Eminentiss. Cavaler. decis. 464. num. 5.* quia qui sentit commodum, debet & incommodum sentire, *l. secundum naturam, 10. ff. de regul. jur. §. cum & agnates instit. de legit patron. tutel.* & ibi *gl. in verb. jusseris* dicit, quod ubi est eadem æquitas, idem jus debet statui, & sic si sunt plures, qui succedere prætendunt, omnes tenentur alimenta præstare, ei cui succedere volunt.

2 Secundò, observandum puto, quod cum per *Consuetud.* hujus Civit. Neap. *Si quis habet*, & per sequentem, *Quod si aliquis, sub tit. de aliment. præstand.* statutum sit, deberi alimenta filiis nolentibus cum patre morari ex bonis, in *d. consuet.* enarratis pro virili tangente unicuique pro numero personarum, computando, scilicet ipsos filios utriusque sexus, ac patrem, & uxorem, ità ut si adsint, v. g. quatuor filii masculi, & fœminæ, & pater, & uxor, divisio esset facienda in sex partes, & si inter dictos filios adesset aliquis Religiosus professus connumerari debeat, nec obstat, quod per aliam *Consuet. Verum eod. tit.* excipiuntur filii mortui, & filiæ nuptui traditæ, &

3 Monachus, & Monialis habeantur pro mortuis mundo, *can. placuit, il secundo, 16. q. 1.* quia per ingressum Religionis hoc jus alimentorum vigore dictæ Consuetudinis non extinguitur, & alimentorum præstatio durat per totum tempus vitæ, *l. Mela, ff. de alim. cibar. & leg.* nec morte civili extinguitur, *l. si, cui ff. eod.* & ideò connumerari debent, quia licet habeantur pro mortuis, non tamen quoad comedendum, & alimenta, *glos. in auth. idem est, C. de bonis qua liber. Alex. cons. 139. nu. 5.* & *Napod. in d. consuet. Verum. in glos. decesserit, vers sed quid si iste filius, num. 41.* qui in *d. consuetud. Si quis habet, in glos. maternorum, num. 28. vers sed quid si pater*, idem affirmat de patre effecto Monacho, & de filia effecta Moniali, idem tenet in *consuetud. Heredesque mariti, in glos. dotes ipsas, nu. 31. tit. de jure dot.*

4 Quæ opinio comprobatur etiam de jure communi per *d. auth. idem est, C. de bon. qua liber.* ubi *glos. & Salic.* & etiam *glos. in auth. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. in verbo dedicant circa finem, Bartol. num. 41. & 49. & Salicet. num. 10. & Alex. ubi sup.* & ratio est, quia iniquum asset dicere, quod qui habet alimenta, vel usumfructum perdet illa per ingressum Religionis, & sequaretur absurdum, quod ex actu meritorio, sentiret damnum, ità *Bald. in auth. excipitur, C. de bon qua liber. number. 3. in fine*, & mutatio status, quæ fit per dictum Religionis ingressum non debet obesse, cum sit actus virtuosus, & meritorius, ità *Anton. de Butr. in c. in præsentia, post medium extra de probation.*

5 Et ideò si v. g. ex quatuor filiis unus filius fit effectus Monachus, & una filia effecta Monialis, & ambo renunciarunt in beneficium patris infrà duos menses proximos ante diem professionis ad præscriptum *S. C. Trid. sess. 25. de regular. cap. 16.* tunc portiones illorum Religiosorum computantur in beneficium patris, cui renunciaverunt, ità ut si v. g. fructus, & introitus omnium bonorum deductis oneribus ascenderent ad summum ducatorum 600. tunc illis divisis portio cujusque esset ducatorum centum, quæ illis deberetur pro alimentis à patre, ad cujus beneficium remanerent illæ duæ portiones filii effecti Monachi, & filiæ Monialis, dum renunciaverunt ad beneficium patris, & sic non accrescerent illæ duæ portiones aliis fratribus, sed ipsi patri, cui potuerunt renunciata dictam perceptionem, & commoditatem, ut ait idem *Napodan. in d. consuetud. Verum, numer. 43. vers. sed commoditatem.*

6 Advertendum tamen est, quod cum dicta alimenta debeantur etiam de fructibus dotium maternarum, ne

ut in *d. consuet. Si quis habet*, si filius peteret post mortem matris sibi restitui dotem maternam à patre, in casu, quo nolit, vel non possit esse cum patre, vel pater nollet ipsum secum tenere, an tunc filius possit, restituta sibi dote, petere alimenta à patre super aliis bonis paternis; & respondeo, quod si fructus dictarum dotium, & bonorum dotalium sibi restitutorum ascendunt ad integram portionem, quam habituius erat pro dictis alimentis ante dotis restitutionem, non posset petere à patre aliud pro alimentis, si verò fructus bonorum dotalium non ascendunt ad integram quantitatem alimentorum, quam habiturus erat ante restitutionem, & tunc poterit petere supplementum alimentorum, & respectus esset habendus ad fructus, non autem ad valorem bonorum dotalium, quia si dos restituta consisteret in bonis corredalibus, vel alia re immobili magni pretii, & modici fructus, tunc filius petere poterit supplementum fructuum, cum *dict. consuetud.* loquatur de portione fructuum, non autem de valore, ut docuit idem *Napod. in ead. consuet. Si quis habet, in glos. maternorum, nu. 27.* & sic concludo, quod si antè restitutam dotem competeret filio pro alimentis pro virili portione, v. g. centum, ea restituta, si fructus ascendant ad eandem quantitatem, filius quod petit intus habet, & non poterit aliud prætendere à patre, si verò aliquid deest, supplebitur illud de bonis paternis, ut *Napodan. ibid.*

7 Item observandum est tertiò, quod si propter infirmitatem, vel senectutem patris, filii nollent cum ipso morari, tunc non possunt petere ab illo alimenta, quia hoc esset potius deserere, & nolle protegere, quam simpliciter non esse cum eo, & merito privandi essent, ad *text. in l. 3. in fine, & l. omne delictum, §. fin. ff. de re milit. §. si quis ex prædictis parentibus, el primo, auth. ut cum, de appell. cognosc.* ibi: *Obsequium ei, & curam competentem non præbuerit*: & ibi: *Negligentem filium, vel filios, ingratum, vel ingratos*, & in omnibus casibus legitimis exhæredationis, & quoties filius potest exhæredari, potest illi tale alimentorum subsidium denegari, & licet *Consuet. In omnibus, eod. tit. de alimen. præstand.* loquatur solum de causa ingratitudinis, quod tunc denegentur alimenta, tamen id procedit etiam in omnibus aliis casibus exhæredationis connumeratis in *§. aliud quoque capitulum authent. eod. ut cum de appell. cognosc. & in eadem consuet. in omnibus, in princ. & nu. 72. & 77.* & ratio est, quia plus est denegare totam hæreditatem, quam præstationem alimentorum de bonis ipsis, nam si est indignus omnibus ipsis bonis, ergo, & commodo ipsorum bonorum, ad *text. in auth. quibus modis natur. effic. legit. §. fin. coll. 7.* ibi: *Neque à parentibus, &c.* ità *Napod. in d. consuet. Si quis habet, eod. verbo nolint, nu. 8. vers. sed quid si pater, & D. Provenzal. in d. consuet. In omnibus, observ. unica, numer. 10. 11. & 12. Viv. comm. opin. tom. 2. opin. 45. nu. 3. D. Reg. de Marin. tom. 1. resolut. quotid. cap. 143. nu 7.*

Et an si filius, qui commisit unam ex dictis causis exhæredationis sit inops, impotens, vel infirmus, an ipsi ea ila causa denegentur sibi alimenta, & idem *Napodan. loc. cit. in d. consuet. in omnibus, à num. 78.* disputat hanc quæstionem, & tandem *num. 82. vers. tamen licet educatio*, concludit denegari posse, quia licet educatio debeatur Jure naturæ, perditur tamen offendendo naturam, scil. paternam reverentiam, & honestatem.

10 Item si filius commiserit causam ingratitudinis, vel aliam exhæredationis, si posteà pœniteat, & pater remittat, vel expressè, vel tacitè, cum scilicèt vel in testamento pater remittat, vel illum admittat in domo sua, & in mensa, vel illum sevisitantem admittat, tunc recuperat jus ad alimenta prædicta, & gratitudo, & merita posteà sequuta tollunt ingratitudinem præcedentem, prout etiam si injuriatus lusit, risit, vel co-

11 medit cum injuriante, vel si inimici faciunt invicem sibi grata servitia, præsumuntur reconciliati, & sic per amicitiam, & conversationem subsequutam indicatur remissa causa exhæredationis, ità *Camill. Salern. in d. consuetud. In omnibus, & D. Provenzal. ibid. observ. unica, nu 13. bald. in l. liberi, C. de inoff. testam.* quem citat *Tiraquell. in l. si unquam, C. de revoc. donat. in gl. donatione largitus, num. 51. & Rip. in l. fin. quæst. 61. num. 205. C. de revocat. donat.*

12 Hinc etiam notandum est, quod ex quibus causis exhæredantur filii, & ipsis denegantur alimenta, denegatur etiam & dos, *Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 4. vers. sed quid dicendum de Iure Canonico.*

13 Sed quid si filius peccet contrà Civitatem, & propriam Patriam, ut quià veniens contra Patriam, vel rumpat publicam pacem, an perdat alimenta sibi debita vigore dictæ consuetudinis hujus Civitatis Neap. vide apud eundem *D. Provenzal. in d. observ. un. n. 16. cum seq.*

14 Notandum itidem est, quod lite pendente cum filius petit à patre alimenta, & pater excipiat proponendo causam exhæredationis, ob quam non tenetur nec alimenta præstare, ut suprà diximus, tunc tenetur pater dicta lite pendente illi alimenta subministrare, prout fuit decisum per Sacrum Consilium sub die 19. Maii
* 1619. in causa Hieronymi Scalea cum ejus patre Cataneo Scalea, à quo decreto cum fuisset dictum de nul-
* litate à dicto Cataneo, fuit per idem S. C. decretum nullitates non obstare, ut refert *D. de Marin. in supra cit. cap. 143. nu. 8. lib. 1. quotid. resolut.*

15 Quartò observandum est, quod de jure communi alimenta debentur à patre filiis, *l. 1. §. jus naturale, ff. de just. & jur. can. jus naturale, distinct. 1.* tamen id limitatur, quando filii aliundè, vel ex artificio, officio, vel professione vivere non habent, *l. si quis à liberis, §. sed si filius, ff. de liber. agnosc.* sed an vigore *dictæ consuet. Neapol.* debeantur alimenta filiis habentibus undè se alant, duæ sunt opiniones, una quæ affirmat, quam vocat

16 communem *D. Provenzal in observat. ad dd. consuet. in eod. tit. de alimen. præstand. observ. 1. rubr. ad n. 24.* & tenet *Anna singul. 2* altera negans, quam refert idem *Provenz. ibid. in fine, & num. 25. 26. & 27.* ubi affert rationes pro hac negativa, quibus addi posset alia ratio, nempè consuetudinem prædictam non corrigere jus commune, nisi in uno casu, scilicèt quando filius nolit, vel non possit cum patre morari, vel quando pater nollet eum secum tenere, in aliis nihil dicit, nec aliquid novi statuit, nisi quantitatem alimentorum secundum numerum personarum, & ideò remanet jus commune, eò magis, quia consuetudines sunt stricti juris, & non extendendæ, & verba illa in *d. consuetud.* pro alimentis, & sobsteotatione ponuntur taxativè, ut post *glos.* notant omnes in *l. Domino fructuarii, §. fin. ff. de usufr.* nam dictio *Pro*, denotat causam,

17 *l. divus, ff. de fals.* ibi: *Pro mensura delicti*, & quotiescumque causa exprimitur à lege, præsumitur finalis, ità ut ea cessante, cessat dispositio *l. adigere, §. quamvis, ff. de jur. patron. & l. cum tale, 72. §. falsam causam*, ubi *glos. in verb. non cohæret.* Undè cum dicta verba stant taxativè, & in vim causæ finalis, cessante necessitate, cessat dispositio legis, seù constitutionis, ut etiam advertit idem *Napodan. in consuet. Quod si aliquis, in verbo pro alimentis, in princip. & n. 34. circa med. vers. nisi velis dicere, quod ista verba.*

18 Unde verba *Napodan. in d. consuet. Si quis habet, in verbo nolint, nu. 8.* ibi: *Videtur ergo intelligenda hæc consuetudo in filiis, seu liberis pauperibus*, illud verbum, *Pauperibus* est mendosum, & debet corrigi, & emendari, cum dicere velit puperibus, ut ex constructione primorum verborum *nu. 17.* colligitur, ibi: *Nolle autem non potest, nisi qui potest legitimè velle &*

sic posteà concludit: *Videtur ergò intelligenda hæc consuetudo in filiis, seu liberis puberibus*, & vult dicere *Puberibus*, quia impuberes non habent, nolle & velle, & in Codicibus antiquis habetur, *Puberibus*, ut ego habeo in Codice antiquo dictarum constitutionum impresso Neap. anno 1518. ubi commentator non vocatur Napodanus, sed Neapolitanus Sebastianus, prout legitur ibi Titulus; scilicèt: *Consuetudines inclytæ Civitatis Neap. nunc accuratius, quam anteà impressa cum castigatissimis commentationibus Neapolitani Sebastiani ex Archetypo, & Idiographo ejusdem Aucloris ex scriptis*. Ità etiam expresè habetur apud eundem *Napod. in consuet. seqq. Quod si aliquis in verbo, pro rata*, ibi: *Respondeo, hac consuetudo, & pracedens loquuntur in filiis puberibus, ut dixi ibi in glos. nolint*.

Et ex dicto verbo *Nolint* posito in *d. consuetud. Si quis habet*, & in *consuet. Quod si aliquis*, observabis.

20 Quintò, quod dictæ consuetudines in materia alimentorum non habent locum in filio pupillo, & impubere, sed tantùm in filiis puberibus, qui nolint stare cum patre, quia filius impubes vigore dictæ consuetudinis non potest discedere à patre, & petere alimenta seorsom, cum impuberes non habeant velle, & nolle, ità *Napodan. loco cit. in verbo nolint*, & *in verbo pro rata*, & *D. Provenzal. in d. rubr. de alim. prastand. obser. 2. nu. 11. & seqq.*

21 Ad *numer. 29.* ubi dicitur, quod per continuationem solvendi per plures annos, non potest continuatio recusari.

Observabis sextò, quod cum Monasterium Sancti Marcellini hujus Civitatis Neap. institisset in S.C. condemnari Gubernatores Ecclesiæ Sancti Eligii ejusdem Civitatis ad solvendum census emphyteuticos decursos, & decurrendos annuorum ducatorum o. o. 10. super quadam domo, quæ fuerat quondam D. Anell. Stellavati, & ab eodem eidem Ecclesiæ donata, & possidebatur per dictam Ecclesiam Sancti Eligii, quod Monasterium pro fundanda sua intentione non produxit instrumentum fundationis, sed produxit quoddam instrumentum, in quo dictus D. Anellus vendiderat sub die 03. Maii 1622. domum Congregationis S. Mariæ delli Meschini cum dicto onere annui census debiti dicto Monasterio, & aliud instrumentum, in quo dicta Congregatio sub die 5 Februarii 1629. retrocessit eandem domum prædicto D. Anello cum eodem onere dicti census, & similiter produxit copiam libri ejusdem Monasterii, in quo erat descriptus census prædictus debitus à dicto D. Anello, item produxit duos testes deponentes, quod dictus D. Anellus solvebat dictum censum eidem Monasterio.

Et per Gubernatores supradictos replicabatur non debere tractari de possessorio, sed de petitorio, super quo erat compilatus processus, & primo dicebant ex Juris dispositione in contractu emphyteusis requiri de necessitate scripturam publicam, *l. 2. C. de jur. emphit.*

22 & propterea debebat Monasterium producere instrumentum concessionis dictæ domus in emphyteusim, & fundationis census prædicti; nec obstare assertionem ejusdem D. Anelli factam in instrumento venditionis factæ dictæ Congregationi *Delli Meschini*, ex quo dicta

23 assertio non probat, ut per *Folieran. de censib. lib. 3. capit. fin. numer. 6. vers. sed Guido Papa*, quem sequitur *Cancer. lib. 2. var. resol. capit. 11. de emphit. num. 30. & lib. 3. capit. 1. de act. & obligat. num. 31.* & idem tenet *Gratian. capit. 188. num. 5. cum seqq. lib. 2.* & proindè

24 directum Dominum probare debere suum dominium, *Gulielm. de Benedict. in capit. Raynutius, in verb. & uxorem*. Ideoque ultrà dictam assertionem requiri alia adminicula, ut res judicetur emphiteotica. *Surd. decis. 20. num. 04.* ea ratione, quia emphiteusis de necessitate requirit scripturam concessionis, *glos. in capit. 1. extrà de censibus Surd. decis. 338.* signanter *num. 10. Cin. de censibus qu. 87. num. 22. in novo impress.* & ad summum dictam assertionem ad favorem Monasterii afficere emptorem, qui emit domum cum dicto onere, non autem Ecclesiam Sancti Eligii, cui fuit donata, nulla facta mentione prædicti census à dicto D. Anello.

25 Sed per Sacrum Consilium fuerunt condemnati ad solvendum census decursos, & ad continuationem in futurum, à qua sententia reclamaverunt Gubernatores per viam restitutionis in integrum, & sub die 2. mensis Junii 1652. per idem S.C. provisum fuit non esse deferendum petitæ in integrum restitutioni. Intervenientibus Dominis Consiliariis Thoma de Aquino causæ Commissario, Marco Antonio Ciofio, & Joanne Baptista Musceptula. De Fusco Actuar. & Casaburus Scriba.

26 Undè apparet, quod per continuationem solutionis annui census, & per assertionem ipsiusmet debitoris declarantis suam domum esse obnoxiam annuo censui, ac per librum Monasterii, in quo est descriptus prædictus census non posse recusari solutionem.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Agitur de visitatione Carceratorum, quæ fit in die Sabbati cujuslibet hebdomadæ in Magna Curia Vicariæ per Dominos Regentes. Et an transmissus ad inserviendum in Regiis Triremibus loco depositi possit ultimo supplicio condemnari.

SUMMARIUM.

1 *Visitatio carceratorum in Mag. Curia Vicariæ solet fieri singulis hebdomadis in die Sabbati per unum ex Regentibus Regiam Cancellariam, quod particulariter fuit introductum, ut causas carceratorum audiat, celerique expeditioni vacet.*

2 *Practica visitationis carceratorum non solum per Regias Sanctiones sed etiam de jure communi est fundata: in qua debet quoque intervenire unus ex Regiis Consiliariis Sacr. Consil. quod hodie quasi in desuetudinem abiit. nu. seq.*

4 *Carceratorum visitatio generalis fit tantum in tribus Paschatibus anni, quo tempore accedunt ad Magn. Cur. omnes Collateralis Consilii Regentes.*

5 *Carcerati quomodo sint relaxandi in visitatione generali.*

6 *Prorex cum assistentia Collateralis Consilii solet visitationem generalem carceratorum facere, saltem pro una vice tempore sui Præsidatus.*

7 *Condemnatio ad triremes loco depositi est facienda cum maxima moderatione, & æquitate, & in gravibus delictis: ubi etiam est statuendus terminus, quia multoties accidit, quod causa non expediatur, & condemnatus inserviat pro satis majori tempore, quo veniret condemnandus, nu. seq.*

9 *Condemnatio loco depositi solet fieri, dummodo inquisitus non excedat tempus tot annorum, prout qualitas delicti exposcit.*

10 *Transmissio ad triremes pendente causa expeditione quid importet.*

11 *Carcer nedum ad custodiam, sed etiam ad vindictam est adinventus.*

12 *Carcer est locus securus, & horribilis, non ad pœnam, sed ad custodiam repertus.*

13 *Carceres regulariter non ad pœnam, sed ad custodiam fuerunt introducti.*

14 *Pœna perpetui carceris morti æquiparatur, vel saltem est morti proxima.*

15 *Pœna perpetui carceris licet à jure Civili sit improbata, tamen de jure Canonico, & Constitutionum Regni inferri solet.*

16 Romani

16 *Romani habebant carcerem, quem Barathrum appellant.*
17 *Perpetuò carceris loco in Regnis Hispaniarum condemnantur Rei ad serviendum Africæ confinibus, vel ad triremes.*
18 *Carceris pœna datur etiam per aliquot dies, vel menses ob modicam coercitionem, unde solet fieri decretum, quod carcer cedat in pœnam, nu. seq.*
20 *Carcer licet non sit ad pœnam, habet tamen in se pœnam.*
21 *Condemnatus si postea detineatur in carcerem, & per eum non fletis accedere ad locum pœna, & excomputatur tempus carceris; ut tantundem illi pœna minoretur.*
22 *Carceratio diuturna prodest etiam ante sententiam, nedum ad minuendam pœnam; sed ad illam extinguendam.*
23 *Carcer est mala mansio, & multa affert incommoda.*
24 *Carceribus detentus clementius puniendus est.*
25 *Exilium triplex est.*
26 *Exilium proprie est deportatio, improprie relegatio.*
27 *Pœna ulla ita mortis proxima, nec major, & gravior reperiri potest, sicuti ad triremes damnatio.*
28 *Pœna triremium de consuetudine reperitur introducta, & successit in locum pœna damnationis in metallum.*
29 *Iudex in arbitrandis pœnis debet sequi id, quod solitum, & consuetum reperitur practicatum.*
30 *Iudex potest ex causa minuere pœnam ordinariam impositam à jure pro aliquo delicto.*
31 *Condemnatio ad triremes loco depositi debet fieri maxima cum moderatione, & æquitate, ita ut potius Fiscus, quam ipse Reus remaneat gravatus.*
32 *Afflictis non est addenda afflictio.*

DECISIO CLXXVII.

1 SOlent regentes Regiam Cancellariam, ac Collaterales Consiliarii in die Sabbathi singulis hebdomadis visitare carceratos Magnæ Curiæ Vicariæ, quod etiam statuitur per *Regiam. Prag. 1. de visitation. captivorum*, & particulariter fuit introductum, ut causas carceratorum audiant, celerique expeditioni vacent, & fit per unum ex Regentibus alternatis quolibet mense vicibus, de qua practica testatur *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de divers. provis. fol. 473. numer. 10.*
2 quæ visitatio etiam de jure communi fundatur ex dispositione *tex. in l. fi. C. de custod. reor. & in l. Iudices, C. de episcopali audientia*, & licet per eundem *Reg. Pragm.* statuatur, quod interveniat etiam in dicta visitatione unus ex Regiis Consiliariis Sac. Cons: quod nedum vidi observari, sed Ego tempore, quo eram Re-
3 gius Consiliarius sæpius interveni, tamen hodie quasi hoc in desuetudinem abiit, nescio, qua de causa. Ve-
4 rum tamen est, quod in tribus Paschatibus anni, hoc est Nativitatis Domini, Resurrectionis, & Pentecostes solet fieri visitatio generalis, & tunc omnes Regentes accedunt ad Mag. Cur. pro dicta visitatione generali facienda, ut testatur *Reg. Revit. in prag. 6. num. 3. de offic. Magistr. Iustit.* in quibus diebus escarcerari debent illi, qui pro delictis levibus carcerati repe-
5 riuntur sub fidejussoria cautione, quod fundatur ex *text. in l. C. de Episcop. audient. Clar. in §. fi. quæst. 46. vers. solent etiam, Farinac. de carceribus & carcerat. quæst. 33. num. 77. Menoch. de arbitr. cas. 393. num. 38.* de qua practica testatur etiam *Bovad.* in sua *polit. lib. 3. cap. 15. numer. 107.* Et multoties ipse idem Prorex
6 cum assistentia Collateralis Consilii solet hanc Visitationem generalem facere, saltem pro una vice tempore sui Præsidiatus, ut per *De Pont. de potest. Proreg. tit. 3. §. 1. num. 10. f. 91.* licet Ego viderim, Ill. Ducem Medinæ delas Torres pluries ne dicam, quolibet anno sui gubernii accessisse ad Mag. Cur. pro hac visitatione generali facienda.

In qua visitatione, quæ fieri solet per unum ex Regentibus in qualibet hebdomada, multoties accidit, necessitate Regiarum Triremium urgente, damnatos ad aliis Regni Curiis, vel etiam ab ipsa Magn. Cur. appellatione pendente transmittere ad ipsas Regias triremes loco depositi, quod tantum est dicere, quan-
7 tum, quousque in gradu appellationis fuerit aliter judicatum, quod etiam fieri consuevit, quamvis nulla adsit sententia condemnatoria. Verum hæc transmissio ad triremes loco depositi non fit, nisi in delictis gravioribus, dummodo constet ex actorum visione adesse indicia, & probationes, ex quibus certum sit, quod inquisitus non posset effugere pœnam triremium quod fit cum maxima moderatione; & æquitate; & multoties transmittuntur etiam ad triremes loco depositi, qui forsan fuissent ultimo supplicii condemnandi, quod usu receptum esse, testatur *Marcb. Corlet. ad 11. lib. C. tit. de classicis. numer. 46. fol. 182. à tom.* ubi etiam dicit, quod debet statui terminus, quia multoties acci-
8 dit, ut causa non expediatur, & ipse inserviat Regiis Triremibus pro satis majori tempore, quo veniret condemnandus; & ideo consuetum est dicere, quod transmittitur loco depositi, dummodo non excedat tempus tot annorum, prout qualitas delicti exposcit, ut testatur etiam *De Ponte. in rub. de Regul. imposit. nu. 51.*

Evenit itaque; quod cum fuisset inquisitus Matthæus Buccelli cum aliis sociis de pluribus delictis gravibus patratis, & fuisset pendente expeditione transmissus ad serviendum in Regiis triremibus loco depositi, cumque ibi actu inserviret, Regius Fiscus instiit pro expeditione, quia prætendebat, ultimo supplicio debere damnari: tantoque magis instabat, quia aderant consocii criminis, & intererat Regii Fisci causam inquisitionis dicti Matthæi terminari facere. Unde fuit dubitatum, si poterat, stante quod fuit ad triremes transmissus, ad pœnam ordinariam condemnari. Dicebat enim Regius Fiscus, quod ista transmissio ad tri-
10 remes pendente causæ expeditione aliud non importat, nisi quod ibi iter, inserviendo loco carceris, donec per sententiam fuerit condemnatus ad pœnam de jure, vel secundum Regni Constitutiones, & Pragmaticas contentam, nec quia fuit in Regiis triremibus transmissus,
11 & sic ad pejores carceres, debet pœnam pro delictis commissis competentem evadere. nam carcerem nedum ad custodiam: sed etiam ad vindicem fuisse inventum, testatur *Cicero lib. 2. in Catilinam*, & idem in *Verrem*, ibi *V. indicem nefariorum, & manifestorum scelerum, majores nostros carcerem esse voluisse*, & idem habetur ex *Cælio Rhodig. lib. 17. antiqu. lection. cap. 8. in princ. & carcerem ad terrorem in crescentis audacia media Urbe imminentem fore ædificasse* habetur ex *Tit. Liv. lib. 1. ab Urbe condit. decad. 1. Bovadill. polit. lib. 3. cap. 15. num. 1.* & ideo dixit *Bar. in tract. de carcer nu. 1.* quod carcer est locus securus & horribilis; non ad pœ-
12 nam, sed ad custodiam repertus, per *tex. in l. aut damnum, §. solent, ff. de pœnis, & l. credibile, ff. eod. tit. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 305. Bossi. in tit. de carceribus nu. 2.* Ex quibus dicebat Regii Fisci patronus, quod sicuti si permansisset in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ, quousque fuisset per sententiam condemnatus, pœnam mortis evadere non potuisset, pari modo pro illo tempore, quo in carcerem detinendus erat, fuit transmissus ad triremes loco depositi, ubi non fuit condemnatus in pœnam delicti, sed loco carceris, donec per M. C. Vic. causa expediretur.

13 In contrarium vero pro parte inquisiti dicebatur, quod hodie non poterat amplius ad pœnam ordinariam condemnari, quamvis enim regulariter carceres non ad pœnam, sed ad custodiam fuerint introducti, ut probat *text. in l. 1. ff. de custod. reor. capit. quamvis, de pœnis in 6.* tamen multoties etiam ad pœnam dari solent, ut est pœna perpetui carceris, quæ morti æquiparatur, ut dixit *Bald. in capit. 1. § denique, qua sit prim.* caus.

cauf. benef. amit. Anan. in cap. 1. col. 10. verf. quid autem, de colluf. deteg. ubi dicit, quod fuccedit loco pœnæ mortis. vel faltem eft morti proxima, & æquiparatur pœnæ damnationis in metallum, ut dixit *Innoc. in capit. qualiter, & quando, col. 3. verf. sexto de accufat.* 15 & *Ego* dixi in *confult. 6. num. 187. cum feqq.* Et quamvis hæc pœna perpetui carceris de jure civili fit improbata, *l. aut damnum, §. folet ff. de pœn. & l. incredibile, C. eod. tit.* tamen de jure canonico inferri folet, *dict. capit. quamvis, de pœn. in 6. & in can. memoriam 19. diftinct.* fic etiam de jure Regni in *Conftit.* incip. *Hi, qui per inquifitiones, Ego d. confult. num. 201.* 16 Et fimiliter fuit hæc pœna in ufu apud Perfas, Siracufanos, & Meffenios, & alios, ut habetur ex *Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 3. c. 5.* Romani quoque habebant carcerem, quem Barathrum appellabant, & habetur ex *Plutarcho in Mario*, ubi Jugurtas poft Marii triumphum fuit in Barathrum detrufus, ibique fame interemptus. Sic etiam Athenienfes, & alii, ut habetur ex *Tiraquell. in d. capit. 5.* 17 *genial. dier. Bovad. Polit. lib. 3. d. c. 15. num. 7.* ubi quod in Regnis Hifpaniarum loco perpetui carceris condemnantur rei ad ferviendum Africæ confinibus, vel ad triremes, *Gregor. Lopez in l. 4. tit. 31. part. 7. in verba Home libre, Tallad. in tract. carcerat. capit. 4. numer. 10. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz. pag. 463.* 18 *lit. A.* Sic etiam datur carceris pœna per aliquos dies, vel menfes ob modicam coërcitionem, ut habetur ex *Iacob. de Sancto Georg. de feud. in verb. cum mero, &* 19 *mixto imperio, num. 3. fol. 95. l. 2. C. de fpartul.* & propterea multoties tam per Magn. Cur. Vic. quam per S. Conf. folent fieri decreta, quod carcer cedat in pœnam, *Vin. dec. 504. num. 25. Franch. dec. 316. & dec. 317.* 20 *num. 5.* dat rationem, quia licet carcer non fit ad pœnam habet tamen in fe pœnam, *Tiraq. de pœn. temper. cauf. 41. Capiblanc. de Baronibus, pragm. 19. capit. 94.* 21 *numer. 6.* Et ex hoc infertur, quod fi quis poftquam fuit condemnatus, detrudatur in carcerem, & per eum non ftetit accedere ad locum pœnæ, ei excomputatur tempus carceris, ut tantundem illi pœna minoretur, *Franch. d. dec. 317. in princ.* & eft *text. in l. annos*, ubi *Petr. de Bellapertic. Fulgof. & Bald. C. de pœn. Caball. refolut. crimin. centur. 2. cafu 142.* ubi quod longa car-22 ceratio prodeft etiam ante fententiam, nedum ad minuendam pœnam, fed etiam ad extinctionem, fecundum intellectum *Odoffred. Cyn. Alberic. & Ang. in d. l. omnes 27. C. de pœn.* eft enim carcer mala manfio, 23 & multa affert incommoda, ut dixit *Tiraqu. d. cauf. 41. numer. 3.* per *text. in d. l. annos 23. C. de pœn.* ibi: *fit fatis immenforum cruciatuum femel luiffe fupplicia, ne ii, qui diu privati funt aura communis hauftu, & lucis afpectu, non intra breve fpacium catenarum ponderibus prægravati, etiam exilii pœnam fubftinere iterum* 24 *compellantur*, & ideo dixit *Tiraqu.* quod clementius puniendus eft is, qui in carcerem detentus eft, quia tempus carceris computatur in pœnam, & quamvis *text.* loquatur in exilio, tamen advertendum eft cum 25 *glof. in d. l. omnes*, quod triplex eft exilium ut probatur ex *text. in l. exilium. 5. ff. de interd. & relegat.* nempe certorum locorum interdictio, aut lata fuga, de qua per *Bud. in annotatione ad l. aut facta, ff. de pœn.* ut omnium locorum interdicatur, præter certum locum, aut relegatio in Infulam, & *glof. in d. l. exilium* 26 dicit, quod exilium proprie eft deportatio, improprie relegatio, quod probat *text. in l. 2. ff. de public. judic. Farin. de delict. & pœn. quæft. 19. numer. 17.* & quid importet hoc verbum *exilium*, late *Reg. Tap. dec. 10. S. R. Conf. num. 34. cum feqq & Tiraq. ubi fupra* intelligit de omni pœna, quia eadem eft ratio in cæteris pœnis, nam fi pœna carceris pœnam exilii minuit, cur non & cæteras minuere debet.

Quod fi prædicta procedunt in carcere, multo magis vindicant fibi locum, quando in triremibus inquifitus loco depofiti infervit, quæ fatis gravior pœna eft, quam carcer, ita ut dixerit *Caball. refol. crimin.* 27 *cent. 1. cafu 8. num. 48.* quod nulla pœna ita morti proxima, nec major, & gravior reperiri poteft, ficuti ad triremes damnatio, quæ quidem pœna non fuit à Jurecoufultis, five aliis Legiflatoribus cognita, fed ho-28 die de confuetudine reperitur introducta, ut dixit *Franc. dec. 140. numer. 10.* & fucceffit in locum pœnæ damnationis in metallum, quæ jam non eft in ufu, ut habetur per *Capyc. dec. 153. numer. 3. Clar. recept. fent. §. fin. qu. 67.* ubi etiam *Bajard. Caball. d. caf. 8. Gramm. dec 32. num. 4.* idem *Franch. ubi fupra, nu. 8 Carrer. in prax. in tract. de homicid. §. circa quartum, & ultimum, num. 8. pag. 252 Follar. in prax. crim. verb. pœnis debitis ferantur, num. 46. Farinac. de delict. & pœn. qu. 19. nu. 4.*

Et ex his dicebatur, quod nunquam obfervatum fuit iftos ad triremes tranfmiffos loco depofiti, fuiffe poftea ultimo fupplicio condemnatos, & propterea neque poterat ifte Matthæus inquifitus condemnari, 29 quia Judex in arbitrandis pœnis debet fequi id, quod folitum, & confuetum reperitur practicatum, nec à folita, & confueta pœna recedere poteft, *l. fi quis reum*, ibi *ac nec confuetudo oftenditur, quæ certam formam habeat, ff. de cuftod. reor. l. 1. C. de petit. bon. fubl. lib. 10.* ibi *plectendi confuetudo*, cum aliis adductis per *Farinac. tit. de delict. & pœn. quæft. 17. num. 54. & quæft. 71. per tot. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæft. 14. num. 3. & 6. Tiraqu. de pœn. temper. in præfat.* & quod ex caufa pof-30 fit Judex minuere pœnam ordinariam impofitam à jure pro aliquo delicto, dixit *Clar. in §. final quæft. 85. num. 10.* ubi de communi teftatur, *Menoch. de arbitr. Jud. quæft. 96.*

Quod etiam maxima æquitate fulcitur refpectu iftorum, qui funt loco depofiti tranfmiffi ad inferviendum in Regiis triremibus, quia, ut dixit *Reg. Conftant. March. Corlet. in d. tit. de claffie. num. 47.* hæc con-31 demnatio loco depofiti fit maxima cum moderatione, & æquitate, ita ut potius Fifcus, quam ipfe Reus remaneat gravatus, & quod multoties fuerunt tranfmiffi inquifiti, qui ultimo fupplicio forfan affecti fuiffent, fi eorum caufæ per fententias terminatæ effent, quod fi hodie poftquam in Regiis triremibus ferviens, effet pœna ultimi fupplicii condemnandus, certe majori pœna ipfiufmet delicti veniret affligendus, quia pro eodem delicto fortiretur pœnam triremium, & ultimi 32 fupplicii, & afflicto non eft addenda afflictio, *d. l. annos*; ubi *glof. in verb. fuiffe* concordantes allegat, *C. de pœnis.* Et proinde in anno 1642. facta relatione per Magn. Cur. fuit habitum pro vero, quod non debebat taliter ad Regias triremes tranfmiffus ultimo fupplicio puniri, & fuit dictum, quod procedatur ad expeditionem aliorum fociorum, non expectato exitu dicti Matthæi.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXXVII.

SUMMARIUM.

1 *Indultus generalis, ut pro qualibet pœna, feu mulcta pecuniaria taxata quis debeat illo gaudere, excipienda tamen aliquos cafus, an fi fuit facta exequutio, non tamen incorporata Fifco debeat indultu gaudere, & affertur decifio.*

2 *Pœna folet imponi in S. C. Neap. fub conditione, vel alternative; declaratur ibid.*

3 *Pœna quando funt impofita alternativè, cujusnam fit electio Judicis, an Rei condemnati, & nu. 4. & 5.*

Quid fi adeft confuetudo, & obfervantia, ut femper tali pœna puniatur, nu. 6.

4 *Pœna alternativa quando eft tranflata in aliam, puta pro tali delicto Reus folvat mille, & fi infra decem dies non folverit, amputetur ei manus, vel pes, an poffit Iudex exequi quam maluerit.*

7 Statutum

7 *Statutum puniens abscindentes membrum, an locum habeat in abscindente aliquem digitum.*
Membri appellatione, an veniat digitus, ibid.

8 *Constitutio, seu statutum, in quibus decernitur, quod committens insultum cum armis prohibitis, unde sequatur mutilatio membri, vel cicatrix desormis, & apparens in facie, puniatur pœna amputationis manus, an habeat locum in abscindente digitum, & mutilante membrum.*
Quid si fiat cum lapide non cum armis prohibitis, ibidem.
Digito absciso, seu mutilato dicitur debilitata tota manus, ibid.
Verba Constitutionis Regni, SI quis aliquem *aliter describuntur à* D. Mastrillo, *ibid.*
Appellatione armorum prohibitorum, non venit lapis, ibid.

9 *Pœna obtruncationis manus, successit pœna triremium, & num. 8. & hodiè dicta pœna obtruncationis manus aliquando solet irrogari, ibid.*

10 *Pœna si diversa imposita sint à pluribus Iudicibus in eadem causa inquisito, tunc mitior est exequenda.*
Pœna mitior in criminalibus semper est exequenda, ibidem.

11 *Episcopi an possint licitè sibi applicare pœnas, & mulctas, ac compositiones pecuniarias, vel illas omninò locis piis dare tam impositas à Iure, vel statuto, quàm à Iudice, & nu. 12. 13. & 14.*
Pœna, & mulcta differunt inter se, ibid.

12 *Episcopus de pœnis, & mulctis pecuniariis nihil applicare potest sibi, vel ejus Vicario, nec fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, vel sua Cameræ, nec aliis officialibus, sed tantum piis locis, ibidem.*
Nec obstat consuetudo in contrarium ad favorem Episcoporum, ibid.
Pœnas, mulctas, & compositiones non potest Episcopus sibi, sed piis locis applicare debet, ibidem.

13 *Episcopus pauper an possit sibi applicare pœnas, mulctas, & compositiones pecuniarias.*

14 D. Aloysios Riccius Episcopus Vlciæquensis *laudatur, & quid dicat circa compositiones pecuniarias, quæ à clericis exiguntur, adducitur.*

15 D. Petrus Paulus Eustachius Episcopus Bojanensis *laudatur, & ejus virtutes recensentur.*

16 D. Joannes Thomas Eustachius Episcopus Larinensis *laudatur, & ejus virtutes recensentur.*

17 *Visitationis scopus, finis, & modus, quæ nam sint in visitatione ab Episcopo, vel ab alio jus visitandi habente, facienda.*

18 *Episcopus omnem avaritiæ suspicionem evitare debet tàm in procuratione pro visitatione, quàm in applicandis pœnis, & mulctis pecuniariis, & nu. 12. cum seq.*
Visitandis, & non visitanti datur electio solvendi procurationem in pecunia, aut subministrare victualia, ibid.
Procuratio si in pecunia solvatur ad libitum visitandorum, non debet excedere quantitatem, quam expenderent clerici visitandi in victualibus purè necessariis ad victum, & meram substentationem Episcopi visitantis, non autem ad ejus lucrum, ibid.

19 *Episcopus, & alii Visitatores non possunt & procurationem in pecunia, & victualia insimul recipere à clericis visitandis.*

20 *Episcopus, & alii Visitatores non debent gravare subditos inutilibus sumptibus, nec numerosum equitatum deferre, nec canes, nec aves venatorias, sed contentì modesto equitatu, & familia.*
Nec sumptuosas epulas quærere, sed frugali mensa, ac cibo paupere contenti, ibid.
Prandium Episcopi debet esse mediocre, ibid.

21 *Procurationem non debet Episcopus exigere ab Ecclesiis, & clericis pauperibus, neque in victualibus, quia tunc tenetur de proprio visitare, & expendere.*
Episcopo petenti procurationem à subditis ultra eorum vires est denegandum, & si illos excommunicaverit, excommunicatio non tenet, ibid.

22 *Filii non tenentur thesaurizare parentibus, sed parentes filiis, ita Episcopi, qui sunt veluti patres suorum subditorum.*

23 *Episcopus in visitatione non potest exigere vecturas equorum, nec ferraturas, & alias expensas, quas faciunt in via, nec medicinas, vel alia extra victum ordinarium.*
Nec jacturam jumentorum, si quæ in itinere perierunt, resarcienda est, ibid.

24 *Episcopus si visitat per Vicarium, vel alium non potest exigere procurationem in pecunia conventa si ipse per se visitaret, sed tantùm exigenda est, quæ sufficiat pro victualibus Vicarii, vel alterius visitantis, nec in tali casu duplicatam procurationem, unam pro se, aliam pro Vicario.*

25 *Episcopus mittens Vicarium ad visitandum debet de proprio vecturas, vestes, & cætera necessaria illi præstare; immò & etiam victualia si sine scandalo à subditis haberi non possent.*

26 *Episcopus recipiens pecuniam, ut non visitet gravissimè peccat, & debet deponi.*

27 *Actuarius, sive Notarius, Scriba, Secretarius, vel Cancellarius Episcopi nihil potest à visitatis recipere pro labore impenso in conficiendis actis visitationis, sed solum pro copia ab illis, qui eas petunt.*

28 *Episcopus, vel alius Visitator contrafaciens dispositioni S. C. Trid. in procuratione visitationis punitur, & tenetur ad restitutionem dupli in conscientia, nec valet remissio, liberalitas, aut gratia eorum, qui visitantur.*

29 *Episcopus, vel alius Visitator tenetur restituere omne quod superest tàm de victualibus procurationis in visitatione, quàm de pecunia, quæ loco victualium subrogata est, aliàs non evadit pœnas S. C. Trid.*

30 *Episcopus iter faciens per oppida suæ Diœcesis occasione chrismandi tantùm, non potest procurationem exigere à clericis, neque à laicis.*

31 *Episcopus non potest ab ordinandis etiam ad primam tonsuram accipere pectines, forbices, tobaleas, &c. sed solum candelam, & contraria consuetudo est corruptela.*
Neque Magister Cæremoniarum, ibid.
Neque loco illorum pecuniam, & nummos, sivè illorum valorem, ibid.

32 *Episcopus recipiens, & clericus, qui ordinatur dans aliquid Episcopo, etiam spontè, pœnas incurrunt per S. C. Trid. ipso jure.*
Quid de clerico, qui non spontè, sed coactus dat Episcopo ad redimendam vexationem, ibid. in fine.

OBservandum est in hac decisione, quod dum *numer.* 5 fit mentio de fidejussoria cautione, cum annis longè decursis promulgatus fuisset generalis Indultus, seù abolitio à Domino Rege nostro Serenissimo, 1 & in eo dicebatur, ut pro quolibet pœna, seù mulcta pecuniaria incursa quis debeat gaudere Indultu, excipiendo tamen aliquos casus, scilicèt, primò quando pœna realiter esset incorporata fisco, secundo, quando esset composita pœna: tertio, quando fisco fuisset facta assignatio insolutum; quarto, vel alitèr fisco cautum fuerit. An si incursa fuerit fidejussio, & exequuta pœna, non tamen incorporata, debeat gaudere Indultu, & ultrà ea, quæ diximus in *observ. ad decis.* 7. *numer.* 6. *tom.* 1. Cum casus accidisset in causa Julii Cæsaris Palumbi carcerati. & dictus Julius fuisset habilitatus per Regium Consiliarium Valcalcer cum cautione onciarum auri 50. & posteà incursa cautio, & facta exequutio contra filios, & hæredes pupillos

Lucii Palumbi fratris, & fidejussoris prædicti Julii, super quibusdam domibus, quæ fuerunt dicti Lucii, qui tempore incusatæ fidejussionis erat mortuus, cum deinde pro causa principali fuisset dictus Julius condemnatus ad exulandum extra Regnum per quinquennium, & esset omparatus pro pœna prædicta fidejussionis incusatæ, & exequuta, petiit pro dicta pœna gaudere prædicto generali indultu concesso huic Regno, in quo Indultu excipiebantur solum supra enunciati casus.

Et pro Fisco dicebatur non debere gaudere Indultu. Primò, quia reperiebatur facta exequutio, secundò ponderabantur illa verba posita in indultu, *Vel aliter Fisco cautum fuerit*, & propterea per exequutionem factam pro pœna, videbatur Fisco cautum.

Pro inquisito verò replicabatur Indultum ponere regulam, ut pro qualiber pœna, seù mulcta incusata quis deberet gaudere Indultu, sed excipiebat supradictos casus, nempe, quando pœna realiter esset incorporata; secundò quando esset composita, tertiò quando Fisco fuisset facta assignatio insolutum, quartò vel aliter fisco cautum fuerit, sed casum quando fuit facta exequutio non expressit; ergò remanet sub regula, quod hæc pœna censeatur remissa, & aggratiata.

Difficultatem faciebat ultimus casus, *Vel aliter fisco cautum sit*, num dicatur cautum fisco per exequutionem.

Et die 7. Augusti 1612. per omnes Dominos de Rota decisum fuit, quod gaudeat indultu. & proindè non * esse molastandum principalem, nec fidejussorem.

Ità habeo ex manuscripto quondam cujusdam D. Regii Consiliarii.

2 Cum de pœnis inquisitorum fiat mentio in hac decisione *numer.* 10. *cum seqq.* observandum puto, quod solet in S. C. hujus Civitatis quandoque fieri condemnatio ad pœnam sub conditione, putà, *Si non solveris tot ducatos, exules per tot annos.* Vel alternativè, putà *Exules, vel solvas. &c.* Ideò quærendum est, quando 3 plures pœnæ alternativæ sunt impositæ à lege, vel à statuto, cujusnam sit electio, Judicis, an rei? & *Bart. in l.* 1. §. *expilatores, numer.* 2. *ff. de effract. & expilator.* ità distinguit ex *glos. in l. Lucio Titio* 23. *verbo vendicare, ff. de legat.* 2. quod aut verba sunt directa ad Judicem, ut v. g. puniat tali, vel tali pœna, tunc est electio Judicis, ut est casus *text. in l. si fugitivi, C. de serv. fugit.* ibi: *Aut pede amputato debilitentur, aut metallo dentur, aut qualibet alia*, & sic verba diriguntur ad Judicem. Aut referuntur ad reum, ut si dicat, solvat centum, vel exulet à Civitate, tunc rei est electio, *l. quicunque, C. eod.* ibi: *Eum cum alio pari, vel viginti solidis reddat*, & sic verba referuntur ad reum, aut verò sunt verba simpliciter prolata & tunc dubitat *Bartol.* sed putat, quod electio sit rei, & sic eligatur pars mitior, argumento *l. interpretatione, ff. de pœn.* & in *reg. odia, de regul. jur. lib.* 6. sed *Panormit. in cap. inter cæteras, de rescript. numer.* 5. in hoc ultimo casu tenet contrarium, quod quando lex, vel statutum loquitur simpliciter, & impersonaliter decernendo pœnas alternativas, tunc non dari electionem reo, ut mitiorem pœnam eligat, sed quod optio detur Judici, qui regulariter tanquam legis minister habet eligere, & imponere pœnam secundum circumstantiam loci, temporis, & personæ, per *tex. in l. respiciendum, & in l. aut facta, in fin. ff. de pœn.* & quia reus semper eligeret mitiorem, & sic quasi frustraretur alternativa legis.

4 Limitat tamen idem *Abb. Panormit.* singulariter, nisi una pœna esset translata in aliam, quia tunc Judex non haberet ampliùs electionem, v. g. si statutum, vel sententia Judicis dicat, quod pro tali delicto reus solvat mille, & si infrà decem dies non solverit amputetur sibi pes, nam tunc si infrà decem dies dictus reus non solverit dictos ducatos mille, post lapsum dictorum decem dierum, non poterit Judex exequi pœnam prædictam pecuniariam contrà dictum criminosum, ea ratione, quia per lapsum decem dierum pœna pecuniaria fuit translata in corporalem, & ità etiam consuluit *Bart.* quem citat idem *Panormit. in l. cum duobus* 52. §. *idem respondit foenus, ff. pro socio, num.* 2. *Fel. in d. cap. inter cæteras, num.* 5. *vers. decem modis*, & propriè ibi: *Prima restrictio.*

5 Et quando [ut supra dixi] verba diriguntur ad reum, quod ipsius sit electio pœnæ, limitat idem *Abb. ibid.* quod habeat locum quando diriguntur activè in eum, non autem passivè, ut putà si dicat statutum patiatur pœnam istam, vel illam.

6 Item si statutum loquatur alternativè, ut reus puniatur pœna pecuniaria, vel corporali, si adest consuetudo, & observantia, qua semper fuit punitus pœna pecuniaria, tunc de æquitate debet observari dicta consuetudo, ità *Abb. ibid.* & Judex non posset aliam eligere, *Falin. ibidem num.* 11. qui hanc materiam latè à *d. n.* 5. *ad finem* prosequitur, ideo non pigeat illum videre, & ea quæ docet considerare.

7 Item observa, quod si per statutum puniatur abscindens membrum; non procedit in abscindente aliquem digitum, tum quia statuta debent strictè, & propriè intelligi, *l. quicquid adstringenda, ff. de verb. oblig.* tum etiam, quia appellatione membri, non venit digitus, *Bart. consil.* 201. *incipiente, nunquid digitus.* Sed ad intellectum *Constit. Regni, Si quis aliquem*, ubi teste 8 *Mastrill. decis.* 68. *numer.* 1. decernitur, quod committens insultum cum armis prohibitis appostato modo, unde sequeretur mutilatio membri, vel cicatrix difformis, & apparens in facie, puniatur pœna amputationis manus, cujus loco postea successit pœna triremium in perpetuum, vel ad tempus, ut ait idem *Mastrill. decis.* 261. *à numer.* 31. *usque ad* 38. *lib.* 3 si aliquis appostato modo percusserit aliquem, ex qua percussione remaneat abscissus digitus, incideret in pœnam dictæ Constitutionis, ex eo quia semper dicta Constitutio recepta fuit, nedùm in mutilante membrum, sed etiam in debilitante, & sic mutilato digito, remanet debilitatum membrum principale, scilicèt ipsa manus, nam cum digitus sit particula, & officium manus, & per abscissionem digiti impediatur aliqualiter, & debilitetur manus, licet non reddatur in totum inutilis, & inhabilis, habetur, ac si manus mutilata fuisset, ità *Mastrill.* qui pluries sic decisum refert *d. decis.* 68. *numer.* 8. *& 11. in fin. lib.* 2 ad intellectum *d. Constitut. Regni, Si quis aliquem, tit. de percuss. illat. cum armis.* Sed ego in meo Codice Constitutionum Regni utriusque Siciliæ non invenio dicta verba relata à *Mastrill.* sed solummodo: *Si quis aliquem cum armis prohibitis percusserit, ità quod percussus ex percussione ipsa minimè moriatur, percussor, manum, cum qua percussit amittat.*, & sic Constitutio non loquitur de insultu appostato modo, undè sequeretur mutilatio membri, vel cicatrix difformis, & apparens in facie, ut *Mastrill.* refert, dùm *d. Constitutio* est utriusque Siciliæ Regni.

Pro quo etiam notandum, quod si percussio non sit facta cum armis prohibitis, sed cum lapide, & remaneat cicatrix in facie, non habet locum pœna *dictæ Constitutionis*, sed alia arbitraria, dùm *Constitutio* expressè loquitur de insulto cum armis prohibitis, prout sic decisum quoque refert *d. Mastrill. ibid. in fine.*

9 Et dùm de pœna obtruncationis manus loquuti fuimus, & quod in ejus locum successit pœna triremium, observandum est, etiam hodiè in aliquibus delictis, ut in assassinis pecunia mediante, vel in delictis proditoriis solet irrogari talis pœna obtruncationis manus, quando delinquens esset ultimo supplicio condemnatus, quia paulò antè locum patibuli, vel in loco delicti obtruncatur ei manus, ut illud idem membrum amputetur, cujus medio reus delictum commisit, & de tali observantia testatur idem, *Mastrill. eadem decis.* 261. *nu.* 42. 43. *&* 44. Et de eo, qui Pixidem sacram furatus

furatus est de Altari, frangendo portellam, evacuando hostias consecratas, in Ecclesia Monasterii, sivè Conventus Jesus Mariæ, subtus cujus Altare, se abscondebat, qui fuit furcis suspensus, & prius in vita ei truncata manus, refert *Novar. in summ. Bullar. tom. 2. tit. de immun. Eccles. num. 27. fol. 349.* qui refert ex speciali gratia Urbani VIII. absque eo, quod traheretur in exemplum rescripsisse Sacram Congregationem Eminentissimo D. Cardinali Boncompagno tunc Archiepiscopo hujus Civitatis, ut constito sufficienter de dicto sacrilegio, traderetur Curiæ Sæculari, & quia ex processu apparebat fuisse repertum in flagranti crimine in eodem loco delicti, fuit per Curiam Archiepiscopalem privatus immunitate Ecclesiastica, & traditus Curiæ sæculari, per quam fuit condemnatus, ut ei truncaretur manus, deindè furcis suspenderetur, & demum trucidaretur, prout fuit exequutum.

10 Observabis etiam, quod si plures Judices, v. gr. tres in eadem causa tres differentes pœnas inquisito intulerint, unus scilicèt ad remigandum per triennium, alius ad carcerandum per idem tempus, alter verò, ut per annum tantummodo exulet, tunc mitior pœna exequenda est, ad *tex. in l. item proferre. §. si plures arbitri. ff. de recept. arbitr.* ubi quærit *I. C. si ex tribus arbitris unus in quindecim, alius in decem, tertius in quinque condemnet, cujus sententiæ stetur, & Julius scribit quinque debere præstari, quia in hanc summam omnes consenserunt*, & subdit *glos. in d. verbo consenserunt*, nam majori summæ minor inest, tùm etiam, quia in criminalibus mitior pœna, quæ reis æquior sit amplectenda est, & ità judicatum etiam refert *d. Mast. ill. dec. 183. in fin. lib. 2.*

11 De pœnia verba fecimus, videamus quæso, An Episcopi licitè sibi applicare possint, & valeant pœnas, & mulctas pecuniarias, & observare non pigebit in primis differentiam esse inter pœnam, & mulctam, quia pœna imponitur à Jure, mulcta vero à Judices *Diana part. 10. tract. 8. resol. 3. vers. nec secundo.*

12 Secundo observandum, quod quamvis olim stando in jure communi antiquo fuerit aliquorum *DD.* opinio, quod pœnam pecuniariam impositam à jure, vel statuto posset Episcopus sibi applicare, & in proprios usus expendere, non autem mulctam pecuniariam, attamen hodiè cessat hæc difficultas, nam stante decreto *S. C. Trid. sess. 25. cap. 3. de reform.* absolutè dicendum est Episcopos nullo pacto posse sibi applicare tàm pœnas, quàm mulctas pecuniarias, & compositiones, cum eis ità interdictum sit à præfato *S. C. Trid.* cujus decreti verba quamvis loquantur de mulctis pecuniariis, ejusdem tamen *S. C. Trid.* mens fuit omnes pœnas pecuniarias, & mulctas non posse sibi Episcopos applicare, nec ex illis aliquam portionem ejus Vicario, vel aliis officialibus Curiæ, vel Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, vel Cameræ Episcopali assignare, sed piis locis applicari debere, ut sæpius interrogata Sacra Congregatio declaravit, prout referunt DD. infrà citandi, voluerunt enim Patres illi Amplissimi in Concilio congregati, & à Spiritu Sancto illuminati penitus ab Episcopis omnes avaritiæ sordes, & suspiciones tollere, & abstinere, quas tàm ex mulctis, & compositionibus, quàm ex pœnis pecuniariis oriri posse clarum est, ideo utrasque in dicto decreto comprehenderunt, nam licet mulcta differat à pœna quoad modum, tamen in casu, de quo agimus sunt idem, quia tàm pœna, quàm mulcta versatur circa pecuniam, ergo utrasque voluit *S. C. Trid.* prohibere, cum in utrisque militet eadem ratio, & ideò debet militare eadem Juris dispositio, & cum S. C. non distinguat an fuerint impositæ per statutum, vel per sententiam, nec nos distinguere debemus, ità *Quarant. in summ. Bullar. verb. pœna pecuniaria, D. Squillan.* (qui posteà fuit Episcopus Theani) *de obligat. & privileg. Episcop. part. 2. capit. 28. numer. 3. D. Episcop. Genuens. in praxi Archiep. in 1. impress. Neap. tit. de pœn. pecuniar. convertend. in pios usus, cap. 68.* imò potiùs *69. ut in eodem capitulo, fol. 374.* & in ultima impressione Venetiis 1649. *eodem capit. 69. nu. 2. vers. sed post Concilium*, & denuo idem *D. Genuens.* in suo aureo continuè præ manibus habendo ab omnibus Episcopis, ac summo studio perlegendo *Manual. Pastor. capit. 78. numer. 10.* ubi inquit, quod *S. C. Trid.* non distinguit, an sint impositæ per sententiam, an per statutum; *Piasec. in prax. Episcop. par. 2. capit. 4. num. 97. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 143. numer. 10. D. Barbos.* qui postea fuit Episcopus N. *de potestat. Episcop. allegat. 107. numer. 49. Cavalin. tom. 1. com. rever. forens. capit. 50. numer. 38. vers. tamen hodiè Episcopi, & num. 39.* & omnium latissimè *Dian. part. 10. d. tract. 8. resol. 2. & 3. per tot.* qui contrariis satisfacit. Nec valet dicere, quod obstat in contrarium consuetudo in favorem Episcoporum, si forsan nonnulli ipsorum sibi applicant, quod non credo dictas mulctas, & pœnas pecuniarias, quia respondet idem *Diana d. resol. 3.* negando adesse talem consuetudinem, quia consuetudo debet introduci à majori parte; sed à majori parte Episcoporum, qui sunt timoratæ conscientiæ, non sibi, sed piis locis eas applicant, & solum pauci Episcopi, qui malè olent (ut verbis utar ejusdem *Dianæ* si qui sunt, quod non puto) id faciunt, ergo in contrarium adest consuetudo contrà Episcopos pro observantia *S. C. Trid.* non autem in illorum favorem, prout testatur *Solorzan.* quem citat *Dian. ibid.* Immo *Nald. in summ. verbo pœna, numer. 7.* dicit talem consuetudinem nullatenus esse tolerandam, quia potius abusus extirpandus.

Nec obstant auctoritates *Diaz. in pract. crimin. canon. capit. 145. & D. Episcop. Ricciu in praxi for. Eccles. part. 1. resol. 300. & resol. 479. & par. 4. resol. 114.* dicentes posse Episcopum sibi, & suæ Cameræ Episcopali dictas pœnas, & mulctas pecuniarias applicare, quia loquuntur secundum jus antiquum, non autem in terminis *S. C. Trid.* nam pro dicta opinione citant DD. antiquos, qui loquuti sunt, & scripserunt antè *d. Conc. Trident.* ut etiam advertit idem *Dian. resol. 5. vers. his positis infra citand.* atque ipsemet *D. Ricc. in d. resol. 300. numer. 3. circa med.* subjungit, quod per *d. S. C. Trident.* præcipitur piis locis esse assignandas, & quod ità censuit Sacra Congregatio, & idem dixit in *d. resolut. 479. in fine*, ibi: *Quæ doctrina videtur limitanda, &c.* & *Ignat. Lopez. in addit. ad d. Diaz loc. cit. lit. A.* affert decretum Concilii Provincial. Toletani anno 1565. jubens idem, quod jubet C. Trid. ut *Pœnæ pecuniariæ si quando à Judicibus ordinariis juxtà rationem delicti, vel delinquentis qualitatem imponi contigerit, in pios tantùm usus, & pro exequutione justitiæ, non pro privata Episcoporum utilitate expendantur.* Idemque statuit *Eminentiss. D. Cardinal. Palæot.* ut habetur in suo *Archiepiscop. Bonon. part. 4. tit. de caus. foro Episcop. de pœnis pecuniar. fol. 270. & par. 6. tit. de administr. for. Archiepisc. de causis criminal. vers. quoad pœnas pecuniarias, fol. mihi 45.* atque etiam *S. Carol. Borrom.* ut habetur in *Actis Eccles. Mediolan. part. 2. de offic. depositarii in mulctis, & pœnis, fol. mihi 454. in parvis.* Alias declarationes Sacræ Congregationis pro hac verissima sententia adducit idem *Dian. loco citato part. 10. resol. 7.*

13 Posse tamen Episcopum pauperem, & indigentem sibi applicare dictas pœnas, & mulctas pecuniarias omnes DD. concedunt, tamen in tali casu esse consulendam Sacram Congregationem tutius putant, notificando ei redditus, & onera Episcopatus, & ab illa expectare responsum, & resolutionem, ità *Quarant. loc. cit. in fine, D. Genuens. d. capit. 69. in praxi primæ, & ultimæ impressionis.* Immò in tali casu ad evitandum omnem avaritiæ suspicionem melius esset non sibi Episcopo quamvis pauperi, & indigenti, sed pauperibus erogare, ait idem *Dom. Genuens. in cit. cap. 78. in manual. Pastor.* & quid ad hoc dicat idemmet *D. Episcop. Ricc.*

d. par. 4. resol. 325. num. 4. vers. ego tamen, attendas: *Ego tamen* [inquit] *licet habeam Ecclesiam in sponsam satis pauperem, non solùm mihi hujusmodi compositiones non applico, sed nunquam ad tales compositiones faciendas devenio, sanius enim videtur delicta alia via castigare, semper enim mundus applicat hujusmodi compositiones cupiditati Episcoporum, illorumque avaritiæ, quæ semper est evitanda; nam hic sumus peregrini, & hospites, & aliam regionem inquirimus, quod si consideraretur, tot non utique non tam fixo corde amarentur, vel igitur illos, qui aitate ingravescentes, mundanis etiam senescunt.* Hucusque *D. Rocc.* Et ità etiam observari ego vidi ab illo nunquam satis laudato Præsule dignissimo, &

15 nobili viro D. Petro Paulo Eustachio Episcopo Bojanensi, qui & si gravatus maxima pensione habito respectu ad redditus Episcopatus, rarissimè pœnis, seù mulctis, vel compositionibus pecuniariis subditos delinquentes mulctabat, sed carceribus, vel alia corporali pœna affligebat, & si aliquando (quia sic in Domino pro qualitate delicti, & personarum putabat melius,) quæ ità delicta merebantur, aliquam (tolerabilem tamen) compositionem, & pœnam exigi jubebat; tunc in manus fidelis depositarii, qui non erat ex sibi domesticis, vel familiaribus, sed unus ex Canonicis suæ Cathedralis bonæ famæ, & conditionis deponebantur, & statim illas piis locis assignabat, & distribuebat fideliter. & cum quadam die Præfectus suæ domus sibi instaret, ipsumque rogaret, ut aliquam pecuniam ex dictis pœnis exactam applicaret necessitatibus propriæ domus, nempè ad emendam supellectilem necessariam ad mensam, quibus carebat; Respondit per hæc verba *D. A. mi contento d'essere Vescovo povero, ma honorato*, & noluit pœnitùs ex pœnis pecuniariis sibi providere de necessaria suppellectili; qui quidem D. Antistes recolendæ memoriæ, poterat sua ætate verè dici, & æstimari speculum Episcoporum, cum cuncta ad Episcopos pertinentia sigillatim observabat; cæremoniarum omnium observantissimus, & tùm Missalis, tùm Ritualis, tùm Cæremonialis Episcoporum, ac Pontificalis Romani memoriter rubricas ad manus habebat, nec indigebat adjutorio Magistri Cæremoniarum, functiones Ecclesiasticas, cum Majestate quadam celebrabat, ut omnium esset admirationi, ædificationi, ac æstimationi; Prædicationem verbi Dei non relinquebat, literas commendatitias pro ordinandis, vel beneficia maximè Curata obtinere volentibus, pœnitùs non admittebat Episcopalem dignitatem in maximo decore tenebat, illamque cunctis æstimationi esse curabat, atque in omni Pastorali officio, ut bonus Pastor, non Percussor optimè se gerebat, proindè amabatur ut Pastor, venerabatur ut Pontifex, & timebatur ut Justus, & quid mirum si vestigia sequutus fuit illius sancti viri sui fratris germani D. Joannis

16 Thomæ Eustachii Episcopi Larinensis ex inclyta Congregatione Oratorii Neapolitani (de quo verba fecimus in *obser. ad decis. 163. numer. 11. fol. 332.*) cujus gesta cum pateant ex processu fabricato pro ejus Beatificatione, meritò reticeo, solummodò observandum censui maximæ humilitatis virtutem, quæ est basis, & fundamentum cæterarum, istius servi Dei, qui se absentavit ab Urbe, nè Episcopatum sibi oblatum acciperet, quem tandem ex obedientiæ præcepto Pontificio sanct. mem. Pauli V. acceptare coactus fuit, sed post aliquot annos, in quibus sanctissimè illam Ecclesiam Larinensem gubernavit, vitæ activæ turbationes non ferens, eandem in manibus ejusdem, à quo acceperat Pontificis maximi, pluribus instantiis prius ab illo rejectis, tandem renunciavit liberè, non sine maximo dolore, ac lachrymis totius Populi Civitatis, & Diœcesis, & cum post dimissam Ecclesiam præfatam in eadem Congregatione uti Episcopus commoraretur, omnia tamen, & singula exercitia personalia, quæ ad quemlibet spectabant exercendo, Oratoria diebus sermocinando, in mensæ deserviendo, & alia quæcumque faciendo vestitus suo habitu Episcopali, ut exinde melius, & expeditiùs ea præstare posset, ob jàm dictam suam profundam humilitatem, obtinuit ab Urbano VIII. fœlic. record. singulari privilegio non semel, sed iteratis precibus porrectis, ut etiam nomen Episcopi, ac vestes Episcopales, & habitum illius dignitatis tarò exemplo relinqueret, ità ut inter Patres dictæ Congregationis uti simplex Presbyter in viduio suo, vitæ contemplativæ addictus, vitam finiret, prout cum opinione sanctitatis suum diem clausit extremum die 1. Januarii 1641.

17 De Episcopali munere verba fecimus; Videamus quæso quid circà visitationem ab Episcopo faciendam in suæ Diœcesi, vel ab illis, qui jus visitandi habent à *S. C. Trid.* statutum sit circà modum, finem, & scopum visitationis, *sess. 24. de reform. capit. 3.* scilicèt: *Sanam, & orthodoxam doctrinam inducere, expulsis hæresibus, bonos mores tueri, pravos corrigere, Populum cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem, pacem, & innocentiam accendere, & cætera ad fidelium fructum constituere, ut paterna charitate, christianoque Zelo omnes amplecti, modesto suo contenti æquitatu, & famulatu, ac quam celerrimè debita tamen cum diligentia visitationem absolvant, & caveant nè inutilibus sumptibus cuique graves, onerosique sint neve ipsi, aut quisquam suorum quicquam procurationis causa pro visitatione, aut alio quovis nomine nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur accipiant, non obstante qua unque consuetudine etiam immemorabili; exceptis tamen victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderatèque pro temporis, & locorum tantum, & non ultrà erunt ministranda, sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere id, quod erat ab ipsis ante certa pecunia taxata consuetum, an verò prædicta victualia subministrare, quod si quisquam (quod absit) aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere præsumpserit, id præter dupli restitutionem intrà mensem faciendam, aliis etiam pœnis excurentes in capit. exigit de censibus in 6. absque ulla spe veniæ mulctetur*, hucusque S.C.T.

Circà quæ, & singula verba d. decreti *S. C. Trid.* multa esset observanda, sed nè prolixus videar, breviter pauciora solum, quæ magis his temporibus observatione indigent, observabimus, cætera videre poteris, Lector benignissime, apud DD. eosdem infrà citandos, & alios, qui de hac materia tractant.

18 Primò itaque observo, quod scopus visitationis non debet esse avaritia lucrandi pecuniam, & implendi Marsupium sub titulo, specie, colore, & umbra procurationis, & proptereà non esse cogendos visitandos ad solvendum in pecunia numerata ea, quæ pro victualibus expendi solet moderatè, & frugaliter, sed esse in arbitrio visitandorum solvere, in ea tamen quantitate, in qua debebat esse victus necessarius ad meram substentationem, & non ad lucrum Episcopi, etiam ubi id esset consuetudo solvi, an velint victualia subministrare, aut in pecunia solvere, quia electio datur clericis visitandis, non Episcopis, nam C. Trid. respicit commoditatem, & utilitatem clericorum, non lucrum Episcopi, *Lezua in exam. Episcop. lib. 4. cap. 26. de visitat. numer. 56. & 57.* nec tuta conscientia posse Episcopos, cæterosque Visitatores directè, vel indirectè illos cogere aliquo colorato prætextu, & coloratis, ac blandis verbis, minas tamen in se continentibus [ipsi me intelligunt, si qui sunt, quod non puto.]

19 Secundò observo, quod si pecuniam recipiant pro victualibus à sponte dantibus, non possunt deindè etiam victualia recipere à visitandis, quia id non fit tuta conscientia, nec dicant hujusmodi Visitatores dicta victualia sibi subministrari spontè, quia non est verum

rum, id enim faciunt pauperrimi subditi propter timorem, non autem amorem. non enim unquam credendum est subditos duplicatas expensas velle pati, scit Deus, qui non fallitur, & per S. C. Trid. prohibetur recipi etiam sponte oblatum, nec juvat remissio, vel liberalitas dictorum subditorum, *capit. exigit de censib. in 6.* ideò omninò, & dubio procul tenentur ad restitutionem, ut clariùs infrà *numer.* 28. clarissimè liquebit.

20 Tertiò, non debent Visitatores gravare visitandos inutilibus sumptibus deferentes secum non solùm numerosum equitatum sub colore, ut sint tuti in itinere à latronibus, &c. immò nec canes, aves venatorias, &c. *capit. cum Apostolus de censibus*, sed contenti esse debent modesto equitatu, ac famulatu, atque non sumptuosas epulas quærere, sed contenti frugali mensa, & cibo paupere, *can. Episcopus, dist.* 41. ut ait *gl. in cap. cum Apostolus, in verb. sumptuosas, de censibus* & prandium Episcopi sufficit mediocre, & recipi debet cum charitate, *D. Genuens. d. capit.* 35. *numer.* 11. & præscribitur à S. C. Trid. ut supra, habito quidem respectu ad loca, personas, Ecclesias, & paupertatem eorum, qui visitantur, & ut plurimum sunt clerici pauperes malè vestiti, qui vix pane malæ conditionis victitare possunt, & propterea à pauperibus Ecclesiis, & clericis non debent exigere procurationem Episcopi, aliique Visitatores, neque in victualibus, neque in pecunia, quia tunc Episcopus tenetur de proprio expendere: nam nec homines tenuis vitæ tenentur in adventu officialium, & nec Judex exigit sportulas à pauperibus. & si Episcopi ultrà vires visitandorum peterent, esset eis denegandum, atque si propter hoc excommunicaverint subditos, hujusmodi excommunicatio non teneret, *cap. cum quorundam de excess. Prælat.* ità notabiliter *glos. in capit. cum instantia, §. fane, in verbo indebitè prægravari, de censibus, Barbos. d. alleg.* 73. *num.* 51. *Gavant. in manual. Episcop. verbo visitatio, numer.* 56. *D. Squillant. d. cap.* 4. *num.* 54. *D. Ricc. par.* 4. *resolut.* 152. *nu.* 1. 2. *&* 3. *Novar. in opusc. novi jur. Pontific. pract. conclus. tit. de visitat. conclus.* 5. *numer.* 5. *Tiraquell. de nobilit. cap.* 29. *num.* 43. per *tex.* in simili casu in *capit. placuit,* 1. *quæst.* 2. *Surd. de alim. quæst.* 22. *num.* 6. *tit.* 4.

21 & filii non tenentur thesaurizare parentibus, sed parentes filiis *d. cap. cum Apostolus, §. prohibemus, de censibus* ità Episcopi, qui sunt veluti Patres suorum subditorum.

23 Quarto observo, non posse Episcopum in visitatione exigere vecturas equorum, nec minus ferraturas illorum, & alias impensas, quas faciunt in via, nec si vellet portare medicinas, vel alia extrà victum ordinarium, neque jactura equorum, vel jumentorum si quæ in itinere perierint, resarcienda est, sed tantùm victualia pro equis prædictis, *clem.* 1. *de censibus, Azor. tom.* 2. *lib.* 3. *capit.* 42. *quæst.* 8. *D. Genuens. d. cap.* 35. *num.* 9. *in fine, & in praxi in* 1. *& ultim. impress. cap.* 21. *num.* 12. *D. Squillant. de privileg. Episcop. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 40. *Barbos. d. allegat.* 73. *numer.* 57. *D. Ricc. par.* 4. *resol.* 147. *num.* 3. *Novar. cit. concl.* 5. *nu.* 6.

24 Quinto, quando Episcopus visitat per alium, putà per suum Vicarium, aut aliam personam, tunc minimè potest exigere procurationem in pecunia conventam si ipse per se visitaret, sed tantùm victualia, vel procurationem in pecunia, quæ sufficiat pro victualibus in visitatione Vicarii, seù alterius delegati, *text.* est rotundus in *capit. Episcopus, de offic. ordin. in* 6. Non ergo poterit Episcopus, vel alius Visitator, qui personaliter non visitat exigere, & recipere illam procurationem, quæ sibi esset necessaria, dùm visitat per alium, qui longè minoribus indiget victualibus, quibus indigeret Episcopus si personaliter visitaret; Quinimmo nec possunt in tali casu exigere duplicatam procurationem, unam, scilicèt pro Episcopo non visitante, aliam pro Vicario, seù alio Visitatore delegato, *capit. si Episcopus,* ubi *glos. in verbo providere, de off. ordin. in* 6. *& in capit. exigit,* per ipsum *tex. in verbo non impenso de censibus eod. lib.* 6. *D. Genuens. in sæpè cit. capit.* 35. *numer.* 17. *D. Squillant. loc. sup. indicato, numer.* 42. *D. Ricc. d. part.* 4. *resolut.* 158. *Sbrozz. de offic. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 123. *numer.* 1. *qui numer.* 2. subnectit, quod si adesset scandalum.

25 & absque scandalo victualia à subditis haberi non possent, tunc præter vecturas, vestes, & cætera necessaria, quæ semper debentur ab Episcopo, etiam victualia prædicta ab ipso Episcopo suis sumptibus parari debent Visitatori à se delegato, & citat *Innoc. Io. Andr. & Archid.*

26 Sexto, si Episcopus reciperet pecuniam, ut non visitet gravissimè peccaret, & deberet deponi, idem *D. Squillant. eodem capit.* 3. *numer.* 43. & habetur in *dict. capit. exigit,* ibi: *Sive visitationis officio non impenso, D. Genuens. cap.* 34. *nu.* 2. *in eod. manual. Prælat.*

27 Septimo observo, quod Notarius, sivè Actuarius, Scriba, Secretarius, seù Cancellarius Episcopi nihil potest à visitatis recipere pro labore impenso in conficiendis actis visitationis, sed tantummodo pro copiis actorum, seù decretorum visitationis, ab illis, qui eas petunt, ex quo cedit in eorum commodum, *D. Squillant. ubi sup. num* 57 *D. Genuens. in praxi in* 1. *& ultima impress. cap.* 20. *Novar. ubi supra d. conclus.* 5. *num.* 10. *Barbos. ead. alleg.* 73. *numer.* 41. ubi in fine citat *praxi Episcop. in verbo visitatio, §.* 0. *dub* 4. dicentem etiam pro tali copia nihil posse recipi, cui opinioni non adhæret ipse *Barbos.*

28 Octavo observo, quod si Episcopus, aut alius Visitator contrafecerit dispositioni, & decreto S. C. Trid. supra cit. punitur pœnis ibidem contentis, & in *d. cap. exigit,* & ad restitutionem dupli tenetur in conscientia, nec valet ulla remissio, donatio, liberalitas, aut gratia eorum, qui visitantur, ut expressè habetur in *d. capit. exigit, in fine, de censibus in* 6. quia adhuc tenentur Episcopi ad restitutionem, & cæteras pœnas, & *glos. fin. ibi, in verbo vacitura,* notat casum hunc notabilem, ubi rem meam, vel mihi debitam remittere non possum, ità *Gavant. in d. manual. verbo visitatio, num.* 63. *D. Genuens. in cit. cap* 34. *nu.* 2.

29 Ultimo observo, quod quando visitandi eligunt præstare visitationem in pecunia, & illam solvunt Episcopo, vel alio Visitatori, si aliquid de dicta pecunia Visitatori hujusmodi supersit, quæ non sit expensa in victualibus, tunc Episcopus, aliusve Visitator tenetur id, quod superest de ipsa pecunia, restituere, ut concludunt omnes *DD.* ex eo, quia pecunia subrogata est in locum victualium, & si nihil potest Visitator secum deferre de victualibus, neque fragmenta, quæ supersunt *clem.* 1. *in fine,* ibi: *Nec inconvenienter reputamus,* ubi *glos. in verbo colliguntur, de censibus, & DD.* citati communiter, ergo neque de pecunia, quæ superest, & in locum victualium est subrogata, secum deferre poterit sibique applicare, atque in tali casu Visitatorem non restituentem non evadere pœnas contentas in supracitatis locis *sacrorum canonum, & S. C. Trid.* fatentur etiam communiter, ità *D. Genuens. cit. cap.* 35. *num.* 3. *Novar. d. conclus.* 5. *num.* 8. *D. Ricc. resol.* 149. *ead. part.* 4. *Nald. in summ. verbo visitare, num.* 20. *Dom. Squillant. in sæpè cit. cap.* 3. *nu.* 39.

30 Denique observandum est, Episcopum iter facientem per Villas, & Oppida suæ Diœcesis occasione Crismandi, & Sacramentum Confirmationis tantùm conferendi non posse exigere procurationem, neque à laicis, neque à clericis, quia est proprium officium Episcopi confirmare, & illud tenetur facere suis expensis, *Leva in dict. examen. Episcop. dict. lib.* 4. *tit.* 26. *de visitatione, numer.* 63. *D. Ricc. d. par.* 4. *resol.* 155. *D. Squillant. eod. capit.* 3. *numer.* 55. *D. Barbos. in cit. alleg.* 73. *numer.* 33 *& in sum. Apostol. decis. verbo Episcopus*

copus quoad visitationem collect. 300. numer. 3. qui sic declarasse Sacram Congregationem adducit, quamvis *D. Genuens. in d. manual. cap. 35. num. 16.* contrarium teneat.

51 Non est tandem prætermittendum occasione supradictorum, & itidem observandum, quia casus quotidiè practicatur, non posse Episcopum ab ordinandis, etiam ad primam clericalem tonsuram accipere pectines, forbices, tobaleas, seu mappulas, & linteamina, sed tantùm candelam juxtà præscriptum Pontificalis Romani, & contrariam consuetudinem, esse corruptelam declaravit Sacra Congregatio, ità *Pater Castald. in sua prax. cæremon. lib. 2. sect. 15. capit. 6. de prima cleric. tonsur. num. 7. fol. mihi 374. D. Genuens. in praxi Archiep. in prima impress. Neap. cap. 81.* seù potius 83. *de ordinat. Regular. & c. numer. 8. fol. 435. & in ultima impress. Venetiis eod. cap. 83. d. num. 8. eod. tit. de ordinat. &c.* ac iterum in *supracit. manual. Prælat. cap. 78. num. 4.* ubi etiam Magistrum Cæremoniarum, qui adiuvat Episcopum ordinantem, licèt non habeat salarium de publico nihil de prædictis, nempè forbices, pectines, mappulas, accipere posse affirmat ex *capit. 1. de simon.* ubi *Abb.* & clariùs ex verbis *S. C. T. sess. 21. capit. 1. de reform.* ibi: *Nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonsura, nec pro literis dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam spontè oblatum Episcopi, & alii ordinum Collatores, aut eorum Ministri quovis prætextu accipiant,* & infrà, *Contrarias taxas, statuta, & consuetudines, etiam immemorabiles quorumcumque locorum, quæ potius abusus, & corruptelæ simoniacæ pravitati faventes nuncupari possunt, penitus cassando, & interdicendo.* Ità *Pater Castaldus, & D. Genuens. ubi sup.* ac *D. Squillant. in dict. tract. de obligat. & privil. Episcop. par. 2. cap. 19. numer. 5 Bonac. tom. 1. de simon. disput. 1. quæst. 4. §. 3. num. 3. vers. hinc sequitur, D. Francisc. de Magistris in sylv. Ecclesiast. par. 2. lib. 1. cap. 6. de 1. tonsur. num. 18. vers. in verò, fol 22.* & licet *Bonac.* videatur dubitativè concedere in aliquibus locis solitum esse Magistrum Cæremoniarum mappulas, quæ à promovendis ad presbyteratum adducuntur, sibi retinere, loquitur enim per verbum *Fortè*, dicit enim, *Excipi fortè posse stephiola*; idest linteamina, seù mappulas, *Quæ à promovendis ad presbyteratum afferuntur, quibus illorum manus sacro oleo linitæ vinciuntur, quas in aliquibus locis solent Magistri Cæremoniarum sibi retinere*, qui *Bonac.* loquitur hic solum de mappulis pro ordinandis ad presbyteratum, non de forbicibus, &c. & idem dicat *De Magistr.* Immò addens quòd Magistri Cæremoniarum eadem, scilicèt pectines, forbices, &c. solent in ordinatione particulari retinere, non autem in generali, tamen talis permissio mihi non placet, quia talis consuetudo est corruptela, & abusus, secundum decretum *S. C. Trid. in d. capit. 1.* & secundum dictam declarationem Sacræ Congregationis, quam referunt iidem *Castald. Genuens. Squillant. Bonac. & de Magistris loc. suprà citatis*, qui generaliter loquuta est, scilicèt per *S. C. Trid.* abrogatam fuisse consuetudinem illa percipiendi ab ordinariis, & nihil excipit de particulari ordinatione, ut patet ex verbis *d. S. C. loc. sup. relat.* Propterea puto ad hæc Episcopos minimè se juvari posse aliqua consuetudine, prout itidem eorum Magistri Cæremoniarum, aliivè Ministri. Idem tenet *Piasec. in prax. Episcop. par. 1. capit. 1. nu. 55. fol. mihi 61.* qui eandem declarationem Sacræ Congregationis refert ex *d. D. Genuens.*

Et ex his patet, neque & immò posse Episcopum pro forbicibus, pectine, & mappula, vel pro alia causa, vel colore occasione ordinationis accipere ab ordinandis, illorum loco, & in excambium nummos, & pecuniam, seù illorum valorem, neque si adsit aliqua, ad id percipiendum, mala consuetudo, quæ ut ait *S. C. T.* potius corruptela, & abusus nuncupari possunt.

Legatur quæso dictum decretum *Sacr. Concil. Trident. dict. cap. 1. in fine*, ibi: *Qui secus fecerint, tàm dantes, quàm recipientes, ultra divinam ultionem, pœnas à jure inflictas* (nempè in *can. si quis Episcopus*, quod est 8. *in ordine 1. quæst. 1. cum canu. seqq.*) *ipso facto incurrant*, & licet S. C. non loquatur nominatim de dictis pectinibus, forbicibus, & mappulis, tamen ea comprehenduntur in dicto decreto sub illis verbis: *Nec alia quacumque de causa etiam spontè oblatum Episcopi, & eorum ministri quovis prætextu accipiant*, prout declaravit Sacra Congregatio, ut suprà, sic *DD.* citati uno ore consitentur, & *Barbos. de jure Ecclesiast. lib. 1. cap. 33. nu. 199.*

Exciperem tamen ego à dicta pœna illos clericos prædicta dantes, & pecuniam, ut supra solventes Episcopo ordinanti non spontè, & eo fine, & ob eam causam pro ordinibus suscipiendis, sed ità forsan coacti ministrimi ad redimendam vexationem, & ob ignorantiam talis pœnæ à S.C.T. inflictæ, si tonè aliquis Episcopus (quod non credo) eis ordines aliter non conferret, salvo tamen meliori judicio, ac declaratione Sacræ Congregationis, & S. R. E. cui me, & hæc scripta humiliter submitto in omnibus. Tandem quæ alia prohibeantur Episcopo, ejusque Vicario, & Cancellario accipere, vide *Dian. part. 5. tract. 13. resol. 70. & 71. & Garz. de benefic. tom. 2 part. 8. cap. 1. num. 77. & seq.* ubi plures declarationes Sacræ Congregationis adducuntur, quos omninò videre non desinas.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Testes ad defensam an sint recipiendi in causis criminalibus post didicita testificata, & facta publicatione, & conclusione in causa.

SUMMARIUM.

1 *Testes ad defensam an admittantur ad instantiam Partis, vel ex officio Iudicis, publicatis attestationibus in criminalibus, & numeris omnibus sequentibus per totam.*

2 *Testes publicatis attestationibus nunquam recipiuntur, sive per inquisitionem, sive per accusationem procedatur.*

3 *Testes post publicationem non recipiuntur, propter subornationis timorem.*

4 Tex. in l. unius, §. cogniturum, ff. de quæstion. *quomodo procedat, & nu. 11.*

5 *Publicatio testium non erat cognita de jure Digestorum, sed jure novissimo fuit introducta.*

6 *Verba legis universalia recipiunt interpretationem ab habilitate.*

7 *Impedimenta plura ubi obstant, uno sublato, remanet alterum.*

8 *Testes etiam post conclusionem causa, & etiam post publicationem possunt recipi in criminalibus.*

9 *Conclusio in causa, & renunciatio probationum idem sunt.*

10 *Renunciare probationibus, & defensionibus in criminalibus nemo expresse potest.*

11 *In criminalibus nunquam concluditur.*

13 *Defensio est adeo privilegiata, & jure permissa, ut timor subornationis non valeat illam excludere.*

14 *Nocentem absolvere sanctius est, quam innocentem condemnare.*

15 *Conclusio in causis criminalibus non impedit probationem.*

16 *Testes ad instantiam partis offensa non possunt produci post publicationem, propter periculum subornationis.*

17 *Actor, & reus non debent ad imparia judicari.*

18 *Testes*

18 *Testes etiam inhabiles admittuntur ad defensam.*
19 *Testes ad defensam possunt recipi post publicationem, tam super novis quam super antiquis juribus, & capitulis.*
20 *Termino ad defendendum elapso non datur nova dilatio, licet ex aequitate admittatur reus in criminalibus ad uberius se defendendum sine dilatione.*
21 *Consuetudo judicandi in dubio est servanda.*
22 *Testes post dicta testificata an sint recipiendi, quando non tractatur de poena corporali.*

DECISIO CLXXVIII.

Cum per Mag. Cur. Vicar. uti delegatam fuissent condemnati Joann Forinus, & quatuor ejus socii inquisiti de appensato homicidio, & aliis ad poenam ultimi supplicii, sentientes se gravatos, supplicaverunt Suam Excellentiam, ejusque Cullaterale Consilium, ut dignaretur admittere reclamationem, & facta relatione per Mag Cur. ut moris est, in d. Collat. Cons. fuit admissa reclamatio, verum fuit dictum, quod eadem Mag. Cur. loco reclamationis justitiam faciat, datoque per dictum Tribunal termino ad non positiva ponendum, in eadem causa reclamationis fuit compilatus processus, & moniti inquisiti ad dicendum pro expeditione dictae reclamationis: Cumque pro parte eorundem fuissent post publicationem producti aliqui testes pro eorum defensione, fuerunt per Magn. Cur. exclusi, à quo decreto fuit iterum supplicatum, & facta solito Regio decretatione, quod M.C.V. relationem faceret in Collater. Consil.

1 Adducebatur pro confirmatione decreti Magn. Cur. id, quod dixit *Bart. in auth. at qui semel, numer.* 33. *C. de probat.* ubi generaliter tenet, quod in criminalibus causis post publicationem non admittuntur testes ad instantiam partium, licet secus sit ex officio Judicis, ubi etiam *Bald.* ac in *l. ea quidem, numer.* 48. *C. de accusat. Port. Imol. comm. concl. lib.* 1. *titul. de test. conclus.* 39. *vers. trigesimatertio fallit, Anton. Gabriel. commun. conclus. tit. de testibus lib.* 1. *conclus.* 21. ubi 2 tenet, quod sive per inquisitionem, sive per accusationem procedatur, nunquam publicatis attestationibus testes recipiuntur, & sumitur regula ex *text. in capit. fraternitatis, & capit. intimavit, extra de testibus clement. fin. eod. tit.* ubi probatur, quod testes post publi-3 cationem non recipiuntur, quia adest timor subornationis, & hanc etiam opinionem tenuerunt *Ang. in l. si vacantia, numer.* 107. *vers. Item quaero, an post dicta testificata, C. de bon. vacant. lib.* 10. qui dicit, sic tenuisse *Bart.* & communem dixit *Aret. in capit. cum clamor, de testibus Egid. Boss. in tit. de public. process. num.* 3. *Alex. in l.* 4. *paragrapho hoc autem judicium, col. fin. ff. de damn. infect.* hanc etiam opinionem late defendit *Marc. Anton. Natt. cons.* 359. qui respondet ad dictum *Bart. in d. auth. at qui semel, vers. quaero nunquid* 4 *in causa*, cum *vers.* seq. *C. de probat. & in l. unius, §. cognitorum, ff. de quaest.* ibi, *reo postulante quocunque tempore*, explicando illud verbum *quocunque tempore*, id est publicatis attestationibus, & ita sit doctrina *Bart.* & aliorum intelligenda, quod cum non aperiatur, quis possit testes producere, intelligendum est, quod Judex hoc possit ex officio facere, secundum ea, quae dixit *in l.* 2. *§. si publico, vers. ulterius quaero, utrum in inquisitione, ff. de adulter.* Respondet secundò; quod non po-5 test intelligi de publicatione testium, quae non erat cognita de jure Digestorum, sed jure novissimo fuit introducta, vel sunt illa verba, *quocunque tempore*, intelligenda, non post publicationem, sed quocunque tempore habili ad productionem testium, nam verba legis universalia recipiunt interpretationem ab habilitate, *l. ut gradatim, §. sed si lege, ff. de muner. & honor.* 6 *glos. in l. si instrumenta, in verbo quibuscunque, C. de fide instrum.* & ideo non potest intelligi, publicatis attestationibus, quod est tempus inhabile, *d. auth. at qui semel*, & habetur etiam in *capit. veniens, & cap. ex tenore, extra de testibus* & hanc etiam opinionem, quod neque ad defensam produci possint testes in causa criminali, defendit *Sura. cons.* 118. *num.* 7. & communem dixit *Aret. in d. cap. cum clamor*, ubi *num.* 8. respondet ad *text. in d. §. cognitorum*, ultra alias responsiones traditas à *Natt. d. cons.* 359. quod illa verba, *quocunque tempore*, removent temporis impedimentum, sed non timorem subornationis, & ubi duo obstant impedi-7 menta, uno sublato, remanet alterum, *Felin. in capit. cum Nuncius, num.* 1. *de testibus Coras. cons.* 38. *numer.* 5. *Natt. cons.* 74. *num.* 7. *& cons.* 194. *num.* 10. sequitur etiam hanc opinionem *Mar. Giurb. decis.* 73. *num.* 5. contrariis respondendo, *Cardin. Tusc. commun. conclus.* 294. *nu.* 13.

8 Verum pro parte Inquisitorum ponderabatur doctrina *Bart. in l.* 1. *paragrapho si quis ultro, num.* 4. *ff. de quaest.* ubi dicit, quod in causis criminalibus possunt recipi testes, etiam post conclusionem causae, & etiam post publicationem, & *Alex. in addit. ad Bart.* dat ra-9 tionem, quia conclusio in causa, & renunciatio probationum idem sunt, ut notat idem *Bart.* & idem met *Alex. in auth. Iubemus, C. de judic. & gloss. in cap. cum* 10 *dilectus, de fid. instrument.* & sicut non potest in criminalibus expresse renunciari probationibus, & defensionibus, quia nemo est Dominus membrorum suorum, *l. liber homo, ff. ad leg. Aquil.* cum concord. & est *gloss. in l. pactum inter haeredem, ff. de pact.* ita nec per conclusionem in causa, quam singularem dixit *Bald. in cap. cum non ab homine, de judic. & in cap. cum venissent, in fin. de testibus Covarr.* qui infinitos allegat *de sponsal. cap.* 8. *numer.* 15. *Dnenu. Regni.* 190. *Clar. §. fin. qu.* 11 49. & *Bart. in d. l. unius, §. reus*, dixit, quod ad defensam non est dubium, posse post publicationem de novo recipi testes, & allegat *text. in d. paragrapho cognitorum*, ubi leguntur supradicta relata verba, *quocunque tempore*, ex quibus verbis infert, quod ex eo, quod dicit, quocunque tempore, quod ad defensam etiam post publicationem possunt recipi testes, & videtur sentire *gloss. in l.* 1. *C. de edendo*, & *Bart. in l. divi fratres, ff. de poen.* hanc eandem opinionem sequuti fuerunt *Salyc. in l. fin. num.* 15. *C. de quaestionibus Aret. in capit. fraternitatis, col.* 10. *de testibus & cons.* 146. *num.* 60. *Ang. in tract. de malefic. in verb. comparuerunt dicti inquisiti, & negaverunt totum. vers. quaero, an post publicationem, col.* 6. *& ibi Addent.* & in *verb. qui Iudex statuit terminum ad opponendum contra processum, vers. sed quando, col.* 21 12 ubi etiam dicit, quod in criminalibus nunquam concluditur, *Felin. in cap. cum clamor, col.* 1. *de testib. Socin. in d. cap. fraternitatis, fallent.* 45. *& in tract. fallent. reg.* 423. *limit.* 6. *Hippol. de Marsill. in d. l.* 1. *§. fin. num.* 4. *ff. de quaest. & in prax. crim. §. sequens, num.* 5. *Ruin. cons.* 188. *col.* 1. *num.* 1. *Bald. in auth. jubemus, & ibi Salyc. & Ang. C. de jud.* & idem *Salyc. in l.* 2. *C. de requir. reis, Ant. Gomez. var. resol. cap.* 13. *numer.* 33. *tom.* 3. ubi dat 13 rationem, quia defensio est adeo privilegiata, & jure permissa, ut timor subornationis non valeat eam excludere, quam etiam rationem posuit *Mart. in d. cons.* 359. ubi dicit, quod quamvis si recipiantur testes post publicationem adsit timor, ne subornati falsum deponant, & per consequens nocens absolvatur, tamen si non recipiantur, subest etiam esse timor, quod forsan 14 testibus verum deponentis, quia non fuerunt recepti, innocens condemnetur, & sanctius est nocentem absolvere, quam innocentem condemnare, *l. absentem, ff. de* 15 *poen.* ex quibus etiam infert *Gomez.* quod in causis criminalibus conclusio non impedit probationem, *dict. l. unius. §. cognitorum, vers. quamvis. ff. de quaestion.*

16 Quod tamen non est simpliciter verum, quia contra inquisitum non potest pars offensa post publicationem testes ad offensam producere, propter timorem subornationis, licet secus sit in Judice, vel Fisco, *Bar. in d. auth. at qui semel*, cum aliis supra pro

contrariis

contraria opinione allegatis, & sic in isto casu actor,
17 & reos judicantur ad impaia, contra regulam *text. in l. alter, ff. de regul. jur. Menoch. cons. 107. num. 20.* quia non est par ratio, nocentem absolvere, & innocentem condemnare.

18 Hinc omnes testes, etiam inhabiles admittuntur ad defensam, *Specul. in tit. de test. §. 1. vers. sed pone quid, Capoll. cu f. 59. Ias. in l. ut vim*, ubi etiam *Dec. ff. de just. & jur. Carrar. in prax. crim. fol. 34.* sub *num. 165. vers. etiam limita ad defensam*, & propterea dixit *Mars. in prax. crim. §. sequens, num. 6.* quod ad defensam communis est conclusio, quod possunt recipi testes in causis criminalibus, & communem esse dixit *Hieron. Giacobar. in collect. commun. opin. cap. Iudex, num. 17. & in addit. ad Iul. Clar. d. q. 61.* qui alios allegat, *Thes. dec. 262. Gabriel. commun. conclus. lib. 1. tit. de test. conclus. 2. nu 103. cum seq.* & ex nostris Regnicolis hanc etiam opinionem tenuerunt *Anibal Troys. Cavens. in Rit. M. C. V. 71. nu 2.* ea dicta doctrina *Bart. in l. unius, §. reus*, quem dicit, communiter esse sequutum. & de communi etiam testatur *Ant. de Nigr. in cap. Regni*, incip. *Ab illo inchoandum, num. 50.* qui etiam allegat *Matt. de Afflict. in Const. Regn. Terminum vero*, sic etiam *Foller. in prax. crim. in vo. b. fiat publicatio, num. 2.* ubi pro absoluto tradit, quod
19 possunt recipi testes, etiam facta publicatione ad defensam, tam super novis, quam super antiquis juribus, & capitulis, ex doctrina *Salyc. in d. l. fin. C. de quaest.* licet ad offensam non possit, nisi super novis capitulis, & secundum hanc opinionem fuisse decisum per S. C.
20 refert *Capyc. dec. 81. in fin.* ubi dicit, dubitatum fuisse, an ad defensam in illa causa criminali potuerit Magn. Curia, seu possint recipi testes post terminum datum ad defendendum, & fuit ea aequitate votatum, & conclusum, quod non detur nova dilatio, quae petebatur ad probandum, sed quod admittatur reus ad pinguius, seu uberius defendendum, ea quo in criminalibus, & in *fine* dicit, quod fuit habitum pro vero, quod ita observat Magn. Cur. etiam post publicationem, *Vincent. de Franch. dec. 470. num. 7.* ubi *Addentes, Reg. Carol. Tap. in lib. 3. Iur. Regni, Rubr. 24. de termino, num. 2. vers. nullatenus audeatur, fol. 124.*
21 ubi dicit, quod hoc jure utimur hodie, quod testes ad defensam recipiuntur usque ad sententiam, & consuetudinem judicandi in dubio servari debere, habetur ex *text. in l. si de interpretatione ff. de legib.* quem ad hunc propositum receptionis testium affert *Cavall. comm. contra comm. quaest. 350. num. 12.* & hoc pro indubitato etiam tenet *Guazz. ad defens. reor. defens. 25. cap. 1. num. 30.* ubi etiam allegat *Cavalc. in tract. de testib. par. 5. num 200. & seqq. & defens. 28. cap. 2. nu. 21.* & de communi practica, & observantia testatur *Farinac. quaest. 73. num. 12. Decian. consi. 59. num. 11. volum 3.* ubi testatur, quod ita de consuetudine servatur, *Francisc. Person. in tract. de indic. & tortur. quaest. 21. num. 28. Virgin. de Boccac. de lit. remiss. cap. 5. nu.*
22 *20.* quae tamen dissidentes opiniones conciliari solent, quod aut agitur de delicto levi, pro quo poena pecuniaria venit infligenda, & tunc procedere potest prima opinio, quod post didicita testificata testes non recipiuntur, aut vero agitur de poena corporali, & tunc semper sunt recipiendi testes usque ad sententiam, & non solum una vice, sed pluribus vicibus, & actibus, *Farinac. consil. 73. num. 14. Bavard. ad Clar. quaest. 61.* & advertit *Surd. d. consil. 218. nu. 10. Thesaur. d. decis. 262. num. 3.* & alii adducti per *Guazin. in d. defens. 28. cap. 2. num. 12. vers. pro concordia*, qui dicit, ita fuisse observatum ad favorem Valerii Armenfarii Baroncelli Urbis, imputati de mandato ad homicidium, & hanc etiam opinionem latissime comprobat *Farinac. de indic. & tortur. quaest. 39. num. 82.* ubi alios alligat, quam etiam admittit in causa criminali ubi tractatur de poena corporali *Surd.* contrariae opinionis defensor in *d. cons 118. num. 9.*

Et ex his facta relatione in Collater. Consilio per Magn. Cur Vicar. die 23. Augusti 1659. fuit determinatum, testes esse recipiendos. Penes Regium Regni Secretarium. Verum isti infoelices, quamvis obtinuissent ad eorum favorem articulum; attamen perdiderunt causam, quia fuerunt laqueo suspensi.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Audientia testium non potest committi in causis criminalibus, sed testes examinandi recipiuntur per Examinatorem S. C. & adducitur decisio.*

2 *Renunciari potest nullitatibus propositis ad evadendam poenam in praejudicium Fisci, & adducitur decisio.* D. Reg. Anton. Miroballus *laudatur, ibid.*

Breviter duo solummodò in hac decisione observabimus.

1 Et primo ad *num. 1.* observare non desinam, quod in causis criminalibus, non potest committi audientia testium, sed testes sunt examinandi per Examinatorem S. C. & ità fuit decisum in causa Principis Colli cum Principissa Foreni, in qua facta nominatione per dictum Principem Colli, institit committi audientiam testium, & cum opposuisset dicta Principissa Foreni minimè committi posse decreto S. C. sub die 19. Februarii 1659. referente D. Consiliario Antonio Miroballo (qui posteà ob suam eminentem doctrinam fuit factus Regens Regiam Cancellariam) fuit provisum, quòd testes examinandi tàm in partibus, quàm in Civitate recipiantur per Examinatorem electum. In Banca Figliolae; à quo decreto cum reclamasset Princeps Colli per viam restitutionis in integrum, & facto verbo in eodem S. C. sub die 24. Maii ejusdem anni 1659. per eundem fuit provisum, non esse deferendum petitae in integrum restitutioni, & cum dicta Principissa Foreni stitisset d. decretum confirmari, iterum decreto ejusdem S. C. facto per eundem D. Consiliarium verbo sub
* die 9. Septembris dicti anni 1659 provisum fuit, quod decretum S. C. debitae exequutioni demandetur.

2 Secundò ad *num. 10.* ubi dicitur, quod in criminalibus non potest expressè renunciari probationibus, & defensionibus, observo, quod etiam nullitatibus propositis potest renunciari in praejudicium Fisci respectu
* poenae: & ità decisum fuit in S. C. nam cum fuisset ordinata liberatio per D. Consiliarium D. Andream de Torre haeredibus Decii Caraffae creditoribus dicti Decii, & adversus dictam liberationem dixisset de nullitate D. Vincentius Arcutius similiter creditor, sed posterior, & quia liberatio non habuit effectum, dictus D. Vincentius renunciavit nullitatibus, & institit depositum ducatorum 24. sibi restitui, & per S. C. sub die 27. Novembris 1635. facto per D. Consiliarium Sorriam provisum est, quod stante retroscripta renunciatione, restituatur depositum. Ut in processu haeredum Marci Antonii de Palma Ducis Sancti Eliae contra filium, & haeredem Fabritii Caraffae Baronis Marianellae, in Banca Figliolae, folio 283. Dominicus Sorrentinus Scriba.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Agitur de crimine falsae monetae, & de ejus poena tam de jure communi, quam de jure Regni. Et quomodo probetur hoc delictum, & ex quibus conjecturis excludatur.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Falsarii de jure communi qua pœna plectebantur; & an falsi pœna sint afficiendi, qui monetam auream raserint, vel aliquid vitii addiderint, sive monetam argenteam adulterinam conflaverint; & quid in homine libero, vel servo; & an committant crimen læsæ Majestatis, num. 2. 3. & 4. 11. & 18.*

5 *Pœna capitis a jure statuta non intelligitur de morte naturali, sed civili, hoc est deportationis, quod procedit in omni casu, in quo lex loquitur de pœna capitis, & num. seq.*

7 *Capitalis pœna etiam dicitur, quando mors civilis infligitur, vel libertas adimitur, vel exilium datur.*

8 *Pœna capitalis in dubio intelligenda est de exilio, tanquam leviori & mitiori.*

9 *Judices quando ultimo supplicio condemnant reos, solent exprimere in sententiis illa verba;* ita ut anima separetur à corpore.

10 *Crimen fabricantis, vel tondentis, aut radentis falsam monetam, apud omnes gentes est gravissimum, & est Principi reservatum, quia respicit injuriam personæ ejusdem Principis, quam deludit, & offendit, & num. seq.*

12 *Monetarii ut coercerentur, varia contra eos fuerunt leges constituta.*

13 *Monetam falsam fabricantes de jure Longobardo puniuntur amputatione manus.*

14 *Monetarii qua pœna puniuntur de jure Regni; & nu. 22. 23. & 25.*

15 *Moneta adulterina non solum dicitur ea, quæ est falsa ratione materiæ, sed etiam ratione formæ.*

16 *Monetam cudere est de Regalibus, quod non licet facere, nisi eidem Principi sub cujus jurisdictione imprimitur.*

17 *Nummi materia debet esse publica forma percussa.*

19 *Adulterina moneta quare sic dicatur.*

20 Constitutio Regni Adulterinam, *de qua pœna sit intelligenda contra monetarios.*

21 *Sigillum Regium falsificare satis majus delictum est, quam falsam monetam cudere.*

24 *Monetarii qua pœna puniuntur, quando delictum non est consummatum.*

26 *Monetæ perfectio in quibus consistat.*

27 *Nummorum numerus in* Sacra Scriptura *exprimitur pro pondere.*

28 *Moneta falsa penes aliquem reperta, præsumitur, quod ipse fabricaverit.*

29 *Probatio delicti in genere in falsa moneta est ipsa inventio, seu recognitio monetæ non perfectæ æris, & ponderis, & sic falsæ, seu non proprio signo percussæ.*

30 *Fabricantes monetam alterius Principis in loco non subdito qua pœna puniuntur.*

31 *Monetæ falsæ crimen habet multa specialia, & ad illud probandum proceditur cum eisdem probationibus, sicuti in crimine læsæ Majestatis, immo in privilegiis illud superaat, ut num. seq.*

33 *Monetarii cum quibus indiciis possunt induci ad torturam, & num. 35.*

34 *Probationes leviores admittantur in iis quæ sunt difficilis probationis, & veritas aliter haberi non potest.*

36 *Denunciator, & author inquisitionis non probat, neque facit indicium ad inquirendum.*

37 *Primus testis, qui reperitur examinatus, habetur pro denunciatore.*

38 *Testi, qui sponte se offert ad deponendum non est credendum, tanquam suspecto.*

39 *Instigatorum, seu promotorum ad inquirendum tria sunt genera.*

40 *Denunciator idem est, quod accusator.*

41 *Denunciator testis quis esse non potest & n. 44.*

42 *Denunciatio delicti facta per personam particularem nullum facit indicium, quia denuncians habetur loco accusatoris.*

43 *Denuncianti non est credendum, nisi denunciationis veritatem probet.*

45 *Testi non est credendum in iis, quæ concernunt ejus laudem vel vituperium, puta si faciat denunciationem contra inquisitum, cum pro eo habebat familiaritatem, & amicitiam.*

46 *Testis alias inquisitus de receptione monetarum falsarum, non est integer, nec ei credendum in isto casu.*

47 *Dominium non arguitur ex numeratione nummorum.*

48 *Probatio in criminalibus debet esse certa, & quod non possit difficultari.*

49 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*

50 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*

51 *Testium depositiones debent esse concludentes, ut per necesse animus Judicis conquiescat.*

52 *Probatio in pœnalibus, & odiosis evanescit propter obscuritatem.*

53 *Birruarii, & capientes non sunt habiles ad testificandum.*

54 *Testibus qui sunt inquisitores, socii, & quasi persequutores negotii non est credendum.*

55 *Testes deponentes per eundem præmeditatum sermonem ut suspecti sunt repellendi.*

56 *Experti monetarum debent affirmative vel negative referre, impressionem esse veram, vel falsam, alias fidem non faciunt.*

57 *Testis de judicio, & credulitate in criminalibus non probat.*

58 *Experti non reddentes rationem sui dicti non probant.*

59 *Judicare quis non potest, quod nunquam vidit.*

60 *Expertus non debet deponere de auditu, sed de experientia, aliter nullam fidem facit.*

61 *Falsæ monetæ crimen ut probetur, quæ requirantur.*

62 *Crimen falsæ monetæ non est præsumendum in homine nobili, & divite.*

63 *Delictum sicuti ex conjecturis præsumitur commissum, ita ex defensione, quæ prævalet conjecturis, excluditur: & contra delictum præsumptum contraria probatio præsumptiva sufficit, & num. seq.*

64 *Peritis in arte credendum.*

65 *Cohors militiæ pedestris, quæ dicitur,* del Battaglione, *non conceditur, nisi nimis benemeritis.*

66 *Delictum non præsumitur commissum ob exiguum lucrum.*

67 *Præsumptio debilior tollitur per validiorem.*

68 *Testis, qui ultro se offert ad denunciandum & deponendum contra amicum, redditur suspectus, & non probat, nec cæteri testes ab eo nominati sunt idonei, num. seq. & 70.*

71 *Bona fama destruit præsumptionem fabricationis monetæ falsæ, penes aliquem repertæ.*

72 *Verisimilia sunt magis credenda, & excludunt delictum.*

73 *Delictum ut excludatur, præsumitur quid actum potius ex licito, quam ex illicito.*

74 *Testes majores numero ad defensam producti, & integra fama prævalent, & ipsis magis est credendum.*

DECISIO CLXXIX.

1 CONtra falsarios de jure Digestorum pœna statuta fuit in homine libero deportationis, & publicationis bonorum, in servo vero ultimi supplicii 2 & pœna falsi esse afficiendos, qui monetam auream raserint, vel aliquid vitii addiderint, sive monetam argen-

3 argenteam adulterinam conflaverint, ad bestias liberos, & ad ultimum supplicium servos condemnandos, habetur ex *lib. 5. § fin. & l. quicunque nummos,* 4 *& l. lege Cornelia, ff. ad leg. Cornel. de fals.* De jure vero Codic. falsificantes Regiam monetam, læsæ Majestatis crimen committunt, & capite puniri debent, & flammarum exustionibus mancipantur, ut habetur ex *l. 1. & 2. C. de falsa moneta*, quod etiam concordat cum *Codice Theodosiano*, ut advertit *Decian. tract. criminal. lib. 7. tit. de pæn. proœm. læs. Majest. cap. 28.* ubi plene de pœnis illorum, qui falsam monetam fabricant, *Alex. cons. 104. vol. 1. Jacob. Novell. in prax. crimin. in tit. contra monetarios*, circa *fin. Rener. Budel. de monet. & re nummaria, cap. 27. nu. 13.*

5 Est tamen verum, quod hæc pœna capitis à jure statuta, non intelligitur de morte naturali, sed civili, hoc est deportationis, ut per *Cyn.* & alios *Scribentes in d. l. 1. & 2. C. de fals. monet. & DD. in cap. quanto, extra de jur. jur. Jul. Clar. in §. fin. quæst. 67. & in §. falsum, in fin. Covar. de veter. numismat. cap. 8. Hippol. de Marsil. in prax. crim. in §. sparsim, num. 4. Viv. commun. opin. in verbo moneta, Alex. cons. 221. num. 2. lib. 7.* qui etiam de communi 6 testatur, *Decian. d. cap. 28. lib. 7. num. 4.* quod quidem procedit in omni casu, in quo lex loquitur de pœna capitis, & non debet intelligi de pœna ultimi supplicii, sed deportationis, aut exilii, ut habetur per *gloss. in l. 1. C. ne Judæus mancip. Christian. & in l. 1. ff. ad leg. Jul. peculat. & in l. accusare, §. omnibus, in verbo capitis. ff. de accusat. Marant.* in suo *Specul. par. 4. distinct. 2. Hieronym. de Laur. dec. Avenionens. 114. num. 4. Menoch. de arbitrar. centur. 2. cas.* 7 *376.* cum capitalis etiam dicatur, quando mors civilis infligitur, vel libertas adimitur, aut exilium datur, *l. 2. ff. de public. judic. l. capitalium, ff. de pæn.* & quod exilium dicatur pœna capitalis, probatur ex *text. in l. hos accusare, §. omnibus in verb. capitis*, ubi *gloss. ff. de accusat. l. cum patronum, ff. de jur. patron. l. præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug. Reg. Tap.* 8 *in dec. S. C. 10.* ubi plene & ideo in dubio quando lex loquitur de pœna capitali, intelligenda est de exilio tanquam leviori, & mitiori, *l. præses, ff. de pæn. gloss. in d. l. 1. C. ne Judæus mancip. Christian. habeat,* 9 *Clar. in §. falsum, nu. 8.* unde solent Judices quando ultimo supplicio condemnant reos, exprimere in sententiis illa verba videlicet, *ita ut anima separetur à corpore, Ang. de malefic. in verb. & sibi caput, num. 24. Jas. in l. transigere, num 9. C. de transact. Boss. in tit. de pæn. num. 56. & Clar. in §. fin. dict. quæst. 69.* 10 *Rot. Avenionens. d. dec 114. num. 4. in fin.* Certum tamen est, hoc crimen fabricantis, vel tondentis, aut radentis falsam monetam esse atrocissimum, & gravissimum apud omnes gentes, ut dicit *Decian. dict. tract. crimin. lib. 7. cap. 24. in princ.* & est Principi 11 reservatum, quia respicit injuriam personæ ejusdem Principis; quam deludit, & ostendit, ut habetur per *Doctor. in cap. 1. §. moneta, tit. quæ sint regal. in usib. feudor. & in d. cap. quanto, de jur. jur. Gramm. cons. crimin. 6. num. 6. & 11.* & dicitur etiam crimen læsæ Majestatis, *l. 2. C. de falsa moneta*, ubi *Bald. Salyc.* & alii, *Gigas de crim. læs. Majest.* sub *tit. qualiter. & à quibus, quæst. 62. Ang. de malef. in verbo præsente Caio, & appell. num. 4. Decian.* iste *d. lib.* 12 *7. cap. 23. in princ. & cap. 24. numer. 16* ubi quod atrox, & odiosum est hoc delictum, & propterea variæ fuerunt leges constitutæ, quibus coërcerentur taliter delinquentes. quod probat ex variis Historicis, & inter alia ex *Vopisc. in Tacit.* refert, *Tacitum* oratione cavisse, ut si quis argento publice, privatimque æs miscuerit, si quis auro argentum, si quis æri plumbum, capitale esse cum bonorum proscriptione, & 13 de jure etiam Longobard. contra eum, qui falsam monetam fabricat, datur pœna amputationis manus, ut in Longobardia *l. 1. & 2.* & eam refert *gloss. in Constit. Regni Adulterium, in verbo, & nota, quod dicit adulterinam, in fin. fol. 333. 1. col. in princ.* qua pœna puniebantur falsarii, ut in *cap. Caroli II.* quod incipit *Cordi nobis est*, & est *gloss. in cap. Ut quæ ab Excellentia, in verbo concordat.*

14 De jure vero Regni plures fuerunt emanatæ leges municipales ad hoc tam grave delictum coërcendum, & primò Rex Rogerius duas emanavit *Constitutiones* una incip. *Adulterinam* contra cudentes, & scienter expendentes monetam adulterinam, ubi fuit imposita pœna capitis, & publicationis bonorum: altera vero incip. *Qui nummos* contra radentes, vel minuentes monetam bonam, quæ pœna respectu expendentis scienter prædictam monetam adulterinam visa fuit *Andr. de Isern in d. Constit.* satis gra-15 via. Dicitur autem moneta adulterina, non solum ea, quæ falsa est ratione materiæ, sed etiam ratione formæ, quia quamvis materia sit bona, prout aliæ 16 monetæ, tamen quia cudere monetam esse de Regalibus, non potest privatus authoritate propria aurum, argentum, vel æreum nummum figurare, vel insculpere, nummus enim fabricatur percutiendo materiam auri, argenti, vel æris, cum Principis dominantis impressione, quod non licet facere, nisi eidem Principi, sub cujus jurisdictione imprimitur, seu cuditur moneta, nam hoc non potest privatus facere, etiam cum impressione imaginis Principis, *l. 1. & l.* 17 *fin. C. de veter. numism. lib. 11.* cum materia nummi debeat esse publica forma percussa, *l. quintus, §. si aurum, ff. de auro, & argent. legat. Reg. Sanfel. dec.* 18 *59. num. 4 cum seqq.* & ideo privatus taliter cudens dicitur committere crimen læsæ Majestatis, *dict. l. 2.* ubi *DD. C. de fals. monet.* quia contra honorem Principis attentat, dum signum, & imaginem ejus usurpat, 19 *argum. l. 3. C. de bon. vacant.* & dicitur adulterina, quia transit ad alium authorem, quam Principem, ut declarat *gloss. in d. verb. & nota, in d. Const. adulterinam, in fin.* & licet aliqui ex Regnicolis teneant, 20 quod *d. Const. Adulterinam* non intelligatur de pœna mortis, ut per *Gramm. in d. Const.* quia per Imperatorem Federicum ante ipsius depositionem à Regno fuit emanata *Const.* contra falsatores monetæ, & expendentes eandem, ut pœna ultimi supplicii, & publicationis omnium bonorum plectantur de qua *Constit.* mentionem facit Rex Carolus Primus in *Cap. Regn.* incip. *Ut quæ ab Excellentia* edito Brundusii 21 in anno 1281. ubi eadem pœna vult puniri illos, qui falsis sigillis utuntur, cum satis maius delictum sit Regium Sigillum falsare, quam falsam monetam cudere. Et sic in Regno cessat disputatio articuli, dum per *Const. Adulterinam* imponitur pœna capitis, si intelligi debeat de morte naturali, vel civili, ut supra diximus, cum hoc satis declaretur per *dict. Const. Frederici*, & *Cap. Regn.* editum à Carolo I. de cujus tamen *Capituli* intelligentia respectu falsantis literas Regias videndi sunt *Afflict. decis. 21.* & melius *de ist. 404. numer. 20. Capyc. decis. 30.* Tempore 22 vero Regis Roberti per Ducem Calabriæ ejus filium primogenitum fuit emanatum *Capit.* incip. *Jam sæpe*, per quod, incisores monetarum statuit, puniri in personas, & omnia bona, prout si commisissent cri-23 men læsæ Majestatis, & propterea quod taliter falsantes Regiam monetam ultimo supplicio in hoc Regno puniantur, tenet *Barthol. de Capua in d. cap. Regni, Ut quæ ab Excellentia*, ubi etiam *Sebast. Napod. de Neap. Franch. dec. 275. & 401. in princ. Morell. in d. Const. Adulterinam*, & idem *Grammat. decis. 74.* 24 licet solum dubitaverit, quando delictum non fuit consummatum tamen refert, Magn. Cur. contra ejus

votum

vorum condemnasse reos ultimo supplicio, quamvis delictum non esset consummatum, & alias decisiones contra opinionem *Gramm.* refert idem *Morisch.* in *loco proxime cit.* & per *Reg. Pragm.* 1. sub *tit. de* 25 *monet.* nedum imponitur dicta pœna ultimi supplicii contra falsantes monetam, sed etiam extenditur, & ampliatur contra ipsam radentes, & tondentes, & quia adeo frequens est hoc delictum, quod neque pœnæ prædictæ sufficiebant, ad occurrendum, ne fiant dictæ falsitates, & rasuræ, sive tonsiones in monetis, multa specialia fuerunt etiam provisa, tam circa modos probationis, quam circa pœnas contra illos, qui veniunt inquisiti de tali crimine, ut est videre in *pragmat.* 5. & 17. *eod. tit.*

Accidit itaque, quod de delicto prædicto de fabricatione, & erogatione aureorum Venetorum, qui vulgo vocantur *Zecchini* minoris qualitatis eorum, qui Venetiis fabricantur, erat inquisitus quidam Nobilis cujusdam Civitatis prope Neapolim, unde dicebat Regius Fisci patronus, contra ipsum inquisitum plura urgere indicia, & propterea tormentis, & quæstionibus esse subjiciendum, ad quod probandum ponderabantur plures testes, & primò dictum unius testis, qui deponebat, quod in die 20. Februarii 1649. iste Nobilis, qui magnam familiaritatem secum habebat, alloquutus fuit ipsum, expostulando, si aliquam amicitiam habebat cum Capserio unius Banci, cumque respondisset, sibi esse amicitia junctum, subdit, quod ipse habebat amicum quendam Religiosum, qui istos nummos aureos Venetos fabricabat bonæ qualitatis, & quod propterea alloqueretur cum dicto Capserio, ut eo introitasset in dicto Banco, quia magnum emolumentum haberet, tam ipse, quam d. testis, & Capserius ex dicto negotio, & respondit ille testis, quod libenter alloqueretur cum d. Capserio, ipsique responsum redderet. Qui quidem testis statim adiit Suam Excellentiam, illique tractatum prædictum propalavit, qui eum remisit Protegenti Magn. Cur. Vicar. per quem fuit ipsi testi injunctum, ut tractatum prædictum perficeret, & quia Capserius dixit, nolle introitare dictam monetam, ipse testis eum duxit coram dicto Protegente, qui mandavit Capserio, ut dictam monetam reprobam reciperet: subdit etiam testis, quod insimul cum dicto Nobili adierunt domum Capserii, ipsique ostendit dictum Nobilem, qui alloquutus fuit cum Capserio, illique dixit, quod pro nunc emolumentum erat tenue, scilicet granorum viginti quinque pro quolibet nummo aureo, quæ erant inter ipsos tres dividenda, nempe grana decem pro Capserio, grana quinque pro dicto teste, & grana decem pro ipso Nobili, quæ erant postea dividenda cum dicto Religioso. Dicit amplius, quod cum die sequenti dictus Nobilis eidem dedisset duos tantum nummos aureos pro exemplo aliorum, quos introitare intendebat, Capserius eos recipere recusavit, nec recepisset, nisi Protegens eidem mandaret, ut omnes nummos, tam per dictum testem, quam per dictum Nobilem introitandos reciperet, eique faceret salvaguardiam, prout jam fecit, ad hoc ut in futurum non posset dicto Capserio delictum ascribi, quod dictos nummos aureos falsos retinebat. Deponit etiam de magna diligentia facta per ipsum testem, quia adiit Capserium, eumque interrogavit, si ille Nobilis alios nummos aureos in Banco introitasset, & Capserius cum acri vultu respondit, quod illum non viderat (forsan male sentiens tractatum dicti testis) Dicit amplius, quod per plures dies retinuit in ejus domo Satellites, ut quando dictos nummos aureos ille Nobilis afferret, eum in flagranti crimine cum nummis falsis carcerare fecisset; & quod tandem una die de sero comparuit, eique attulit triginta octo nummos aureos falsos, ut de illis fieri faceret fidem crediti pro expendenda pecunia in emptionem auri fabricandi causa alios aureos nummos, quam fidem crediti voluit in faciem D. Cæsaris Fede, & ipse postea firmavit nomen dicti Cæsaris Fede & pecuniam recepit in Ecclesia Divi Thomæ de Aquino, in præsentia unius auri Fabri, promisitque quotidie dictam monetæ quantitatem introitare: verum quia dictus Nobilis non amplius visus fuit, ipse idem testis eum quæsivit in pluribus Civitatis partibus, & tandem invenit in Regiis Tribunalibus, qui promisit, quod de sero hora 21. domum ipsius testis appeteret cum bona summa dictorum aureorum nummorum, prout cum effectu fecit una simul cum dicto auri Fabro, & quia in una Camera ejus domus aderat Scriba Fiscalis M. C. V. associatus cum Birruariis, & testibus, statim atque incepit numerare dictos aureos nummos exierunt à Camera prædicta, dictumque Nobilem carceraverunt, qui statim ejecit dictos nummos, nec in ejus posse inveneruntur, nisi certos paucos argenteos, & sic fuit ad carceres ductus: & hæc est summa depositionis, sive machinationis dicti testis.

Capserius vero nihil aliud deponebat, nisi tractatum cum dicto teste, & quod una die alloquutus fuit cum ipso dictus Nobilis, eidem postulando, si vidisset dictum testem, absque quo ultra processisset. Dicebat amplius, quod recepit dictos duos nummos aureos à dicto teste, qui erant justi ponderis, & in bonitate intrinseca parum differebant ab aliis monetis aureis Venetis, deposuit etiam de fide crediti, sed quod non vidit dictum Nobilem, & hoc quoad primum factum.

Quo vero ad secundum, in quo fuit apprehensus, & carceratus iste Nobilis in domo dicti testis adest depositio Capitanei Justitiæ, qui deponit, quod per plures dies cum Scriba Fiscali, & ejus Birruariis fuit in domo dicti testis, sed quod nemo comparuit, nisi quod de sero die 4. Martii invenerunt dictum Nobilem, qui nummos aureos numerabat, & idem deponunt duo Birruarii de ejus comitivs, idem etiam deponunt testes extra guardiam per eundem præmeditatum sermonem.

Ad probandum autem delictum in genere Magister Cunei, & ejus socius deponunt de judicio, quod eis videtur, dictos nummos non fuisse impressos cum vero Cuneo, cum quo nummi aurei Veneti imprimi solent. Quo vero ad bonitatem intrinsecam Magister experimenti Regiæ Siclæ, & ejus socius deponunt, quod illi primi nummi aurei hoc est illi duo. & triginta octo, qui faciunt summam nummorum quadraginta erant caratarum 23 & duabus octavis: alii vero numero quadraginta unus, qui tempore carcerationis fuerunt numerati, erant caratarum viginti duarum, & quinque octavis, & quod veri aurei Veneti prout fertur, debent esse bonitatis caratarum viginti quatuor.

Ex qua informatione prætendebat Fiscus, adesse indicia ad minus ad torturam, quia aderat delictum in genere, tam circa impressionem, ut dicunt Magistri Cunei, quam circa bonitatem intrinsecam, ut di-26 cunt Magistri Experimenti Regiæ Siclæ: nam ad monetæ perfectionem tria requiruntur, materia scilicet, forma, & pondus, ut habetur in *l.* 1. *C. de veter. numism. potest. lib.* 11. ubi *Lucas de Penna in rubr. num.* 3. quod etiam probatur ex *Genes.* 23. ubi Abraham pro sepulchro emendo ab Ephora, eidem numeravit quadraginta siclos argenteos probatæ monetæ publicæ, ex quo infert *Decian. tract. criminal. d.* 27 *lib.* 7. *capit.* 23. *num.* 9. quod ibi numerus pro pondere exprimitur, materia proba, quæ est argentum, & demum etiam forma, hoc est monetæ publicæ, & propterea concludit, quod in his tribus vitiari potest,

Afflict. in cap. 1 in verbo moneta, quae sint regal. in usibus feudorum, num.13. & in *Constitut. Regn. Adulterinam, num. 5. Bald. in conf.* 376. *col.3. Curt. post Bald. in tract. de monet. numer. 20. Cuman. conf.* 139. *num. 5.* cum aliis adductis per *Decian. dict. numer.* 9. cum *seqq.* explicat etiam *Reg. Rovit.* qui alios alle gat in *Progm.1. de monet. num.80.* In casu autem isto moneta peccat in forma, & sic in impressione, peccat etiam in bonitate intrinseca, quia est minoris valoris, cum debeat esse caratorum viginti quatuor, &

28 proinde dicebat, non posse de delicto in genere dubitari: eo enim ipso, quod penes aliquem tales monetæ reperiuntur, insurgit contra eum suspitio, quod ipse fabricaverit, ut in *Progm.* de anno 1562 incip. *Perche intendemo, vers. & quelli, in potere delli quali, sub tit. de monet.* ex quibus infert *Muscatell. de cogniti. sive probat. delict. tit. de falsa moneta, num.14.*

29 quod probatio delicti in genere in hoc casu erit ipsa inventio, seu recognitio monetæ non perfecti æris & ponderis, & sic falsæ, seu non proprio signo percussæ, per testes, & Expertos deponentes, qualiter dicta pecunia bene visa, & recognita est reperta falsa, nedum respectu æris, argenti, vel auri, sed quia non est percussa cum solito signo & effigie.

30 Nec prædicta dicebatur obstare, quod hæc fuit moneta Principis in loco non subdito, ex quo erat moneta Veneta, ut dixit *de Franch. decis.* 440 *Petr. Caball. resolut. crim. cas.* 27. quia in hoc Regno est recepta hæc species monetæ, & proinde militat eadem ratio ut habetur per *Cabed. dec. Lusit.* 89. *port.* 1. ex doctrina *Bart. in l. dominus horreorum, ff. locat.* & in *l. si quis libertatem, ff. de petit. hered. Viv. commun. opin. in verb. monetam falsam, Covarr. de veter. collat. numismat. cap. fin. vers. excusatur, Alex. conf.*104. *lib.*1. *& conf.*121. *lib.*7.

Ex quibus etiam considerabatur pro parte Regii Fisci, quod cum constet de delicto in genere de falsitate monetæ, ex quo reperti sunt isti aurei nummi in posse dicti Nobilis, non potest dubitari, quod debeat

31 tormentis subjici, multa enim specialia sunt in hoc crimine, ut per *Azon. in summa, C. eod. tit. de falsa moneta, Afflict. in dict. Const. Regn. Adulterinam, Bonifac. de Vitalin. in tract. crim. in rubr. de pæn. fals. monet. Decian. d. lib.* 7. *cap.* 14. & inter alia ad probandum hoc delictum proceditur cum eisdem proba-

32 tionibus, sicuti in crimine læsæ Majestatis, immo dixit *Muscatell. in loco* supra citato *num.* 26. hoc crimen circa probationes superare in privilegiis crimen læsæ Majestatis, quia in isto requiruntur plures testes, quamvis possint recipi, etiam inhabiles, in illo autem crimine dictum unius testis fide digni, & fama publica sufficiunt ad condemnationem, ut habetur in *dict. Cap. Regn. Jam sæpe. vers. contra quos,* sed quod attinet ad torturam speciale est in hoc delicto, ut ad eam statim deveniri possit, probatur ex *text. in dict. l.* 1. *Cod. de fals. monet.* ibi: *falsæ conscios per tormenta illico producturi,* & *ibi notat gloss.* quod hoc est

33 speciale in isto crimine, & licet *Doct.* contendant, cum quibus indiciis debeat de dicto crimine inquisitus torqueri, unde aliqui dicunt, quod ad minus requiritur dictum unius testis integri de visu absque probatione delicti in genere, & quod sit sufficiens ad torturam, nam non modo hoc crimen est de exceptuatis, propter ejus atrocitatem, sed etiam quia clam

34 fieri solet, *Decian. d. lib.*7. *cap.* 24. *num.* 10. quia in his, quæ sunt difficilis probationis, & veritas aliter haberi non potest, leviores probationes admittuntur, *Hippol. de Marsil. in l. Divus Pius, in* 2. *&* 3. *colum.*

35 *ff. de quæst.* & in *prax. crim. in §. diligenter, num.* 80. cum *seq & num.* 124. cum *seqq.* Alii vero dixerunt, non posse in hoc crimine procedi ad torturam absque probatione delicti in genere, & sic dictum unius testis absque probatione delicti non sufficere, quia esset in posse cujuslibet ponere inimicum suum ad torturam, ut advertit idem *Hippol. de Marsil. conf.*74. verum quod constito de delicto in genere circa qualitatem monetæ falsæ, eaque reperta penes aliquem, si non docuerit, à quo illam habuit, statim insurgit indicium contra ipsum, ex quo potest torqueri, & sic passim in praxi observari testatur *Muscatell. in loco proxime citato, numero trigesimosexto,* ex quibus omnibus concludebatur, prædictum reum habere tormentis subjici.

Pro parte vero ipsius nonnulla fuerunt considerata ad probandum, omnia prædicta fuisse vere, & realiter machinata astutia, & calliditate dicti testis, ut apparebat ex ipsiusmet depositione, & de ejus mala qualitate, & quod solitus sit talia peragere, omnibus

36 erat notum, & etiam ex actis constabat, quod fuerat totius inquisitionis prædictæ denunciator, & auctor, & sic de ejus dicto nulla poterat haberi ratio, & neque facere indicium ad inquirendum, *Bertazol. conf.* 251. *num.*10. *volum.* 2. *Trevisan. decis. Venet. lib.* 2. *dec.* 20. *Guazz. ad defens. reor. defens.* 29. *cap.* 1. *num.* 28. qui etiam dicit, quod primus testis, qui

37 reperitur examinatus, habetur pro denonciatore, & quod plus est, dicunt *DD.* quod testi, qui sponte se

38 offert non est credendum, tanquam suspecto, ut habetur per *gloss. in l. qua omnia ff. de procurat. gloss. & Bart. in l. post legatam. § his verbis, ff. de his, quibus ut indign. Decian. respons.* 92. *volum.* 2. *numer.*105. & dicit *Abb. in cap. cum P. de accusat.* quod qui sponte se offert contra me deponere, dicitur esse mihi inimicus, *Felin. in cap.* 1. *colum.* 8. *de testibus Corn. consil.* 284. *volum.* 1. *Alexand. consil.* 15. *volum.* 3. *Hippol. de Marsil. in l. unius, §. servo, qui ultro, ff. de quæst.*

Dicebatur amplius, quod vere non potest dici testis, sed instigator, seu promotor, quorum tria sunt

39 genera: Aliqui enim id faciunt ex necessitate officii, ut sunt Procuratores, & Advocati Fiscales qui assidue debent instare ut Judices contra delinquentes inquirant. Aliqui id faciunt ex præcepto, sive destinatione Judicis. Et tandem aliqui id faciunt sponte, & sunt qui comparent in judicio, & subministrant testes & indicia contra inquisitos, ut dixit *Clar. in prax. crim. fin. quæst.* 10 *num.* 3. *& Menochius conf.* 263. *num.* 5. dicit, quod isti vere non dicuntur promotores, sed verius accusatoris personam sustinent, quod probat etiam *Bart. in l. quoniam, C. de testibus*

40 quia denunciator accusator est, *l. ab accusatione, §. denunciatores, ff. ad Senat. Consult. Turpill* & valde

41 esset absurdum, quem esse denunciatorem, & testem, *can. accusatores el secondo* 3. *quæst.* 5. *gloss. in can.* 1. 4. *quæst.* 3. *Campeg. de testib. reg.*104. *in fin. cap. forum, §. in omni, de verbor. significat.* & propterea dicit *Farinac. de inquis. & tortur. quæst.* 52. *num.* 172. quod

42 iste talis denunciator cum non sit Officialis, vel ad id tanquam persona publica deputatus, sed particularis quia habetur loco accusatoris, non potest recipi in testem, *d. can.* 1. 4. *quæst.* 3. & sic tantum probat, quantum accusator, *Novell. in prax. crim. de form. inquisit. contra fur.* post *num.*32 *vers. sed de uncia data per particularem personam, fol.* 120. *Boss. in tit. de denunciat. num.* 2. *vers. & sequitur etiam effe-*

43 *ctus juris, Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 506. ubi quod denuncianti non est credendum, nisi denunciationis veritatem probet, & est *text. in l. Divus,* ubi *Bart. ff. de custod. reor. d. l. ab accusatione, §. denunciatores, ff. ad Turpill. Aret. de malef. in ver. ad denunciandum, quæst.* 2. *num.* 4. *Innoc. in cap. cum dilectus, de calumniator. Christofor. Crusius in tract. de*

44 *indic. delict. part.*4. *cap.*7. *num.* 22. *& seq.* & ideo in istis denunciationibus, quæ fiunt in foro sæculari, vel

vel Ecclesiastico ob delicta, non admittitur denunciator in testem, idem *Muscard. de probat. conclus.* 507. *num.* 12 post *Roland. à Vall. Burt. & Lanfr. de Oriano Christoph. Crus. de indic. delict. generalibus par.* 1. *cap.* 66. *num.* 4. & 5. ubi quod tanto magis procedit, si nimis anxie sollicitet de inquirendo, ut in eo casu præsenti, in quo tam anxie iste instigator processerat.

Quo vero ad secundum testem, qui est Casperius Banci, ipse nihil deponit contra inquisitum, nisi de ore dicti denunciatoris, & de tractato cum ipso, & quod una die dictus inquisitus ab eo postulavit, si denunciatorem vidisset, & sic primum hoc factum remanere, dicebatur absque probatione: tanto magis, 45 quia quatenus ex sua depositione aliquid resultaret, non esset integer testis, tum quia ad se excusandum deposuisset, ex quo prædicti primi duo nummi aurei, & alii triginta octo fuerunt penes ipsum reperti, & ipse deponit, eos habuisse à dicto denunciante, cum quo maximam amicitiam, & consuetudinem habebat, ut apparebat ex eorummet depositionibus; *Bertaz. cons. crim.* 225. *lib* 1. *num.* 15. cum *seqq. Caber. can. decis.* 79. *num.* 39. *Trivisa. dict. decis.* 29. *lib.* 2. *num.* 39. *Gutier. cons.* 14. *num.* 8. *Bero. cons.* 65. *num.* 8. 46 tum etiam, quia ipse idem Casperius reperitur aliàs inquisitus de receptione monetarum falsarum, & voluit hac occasione suas facere defensiones, ut ejus vigilantiam in similibus delictis ostenderet, & proinde ipsi non est credendum, *Rota de appellat. in novis, decis.* 52. *vers. sed prætereà, Lanfr. de Oriano in rep. quoniam contra, in verb. testium depositiones, num.* 72. *extr. de probation* & hoc ultra narrationes, & inverisimilitudines in facto ponderatas, unde dicebatur, inquisitionem quoad illos quadraginta nummos aureos remanere absque ulla probatione, nec indicio.

Dicebatur etiam, quod videns iste denunciator, quod nulla aderant indicia, neque probationes in isto primo facto aureorum nummorum quadraginta aliam procuravit machinationem; & ideo sciens quod inquisitus necessario ad ejus domum venire debebat, vocavit Capitaneum Justitiæ cum Comitiva Birruariorum, Scribam Fiscalem, & testes, eosque occultavit in uno ex cubiculis suæ domus, & cum dictus inquisitus venisset, dum numerabantur nummi aurei, numero quadraginta omnes, exierunt de cubiculo, ubi occultati stabant, & cum apprehenderunt una cum dictis nummis aureis, & quamvis diligenter perquisivissent, inveniendi causa alios ejusdem qualitatis, tamen non repererunt in ejus posse, nisi parvam quantitatem monetæ argenteæ. Ex quo facto plura considerabantur in beneficium inquisiti; & primò, quod nullus testis deponit, quod prædicti aurei nummi erant dicti inquisiti, eum deponant, vidisse numerare à quodam homine, non nominando ipsum; & sic deficit qualitas, quod nummi prædicti erant ipsius: immo præsupponebatur, quod erant ejusdem denunciatoris; & quatenus deponerent, vidisse eundemmet inquisitum numerantem, adhuc non concluditur; 47 quod erat sua dicta moneta: potest enim unus numerare, & quod moneta sit alterius, cum per numerationem non arguatur dominium; *l.* 1. §. *hoc interdictum, vers. hujus autem interdicti, uti possidetis,* ibi: *fieri etenim potest, ut alter possessor sit, dominus non sit, alter vero dominus quidem sit, possessor vero non sit.* Et eo fortius hoc credi debet, quia in ejus posse non fuit reperta alia quantitas monetæ ejusdem speciei, & probatum fuit in defensionibus; dictum inquisitum accessisse ad domum dicti denunciatoris causa recipiendi aurum pro pretio certæ quantitatis vini eidem venditi, ut infra dicetur: & proinde Fiscus non est in probatis, quod dicta pecunia fuit inventa penes 48 dictum inquisitum; cum probatio debeat esse certa, & indifficultabilis, maxime in criminalibus, *l. eorum, ff. de confess. l. si ita fuerit, ff. de reb. dub. Hondod. cons.* 96. *nu.* 32. *tom.* 2. *Nutta cons.* 673. *nu.* 20. *lib.* 4. *Parisi cons.* 29. *num* 87. *lib.* 2. *Roland. à Valle cons.* 61. *num.* 60. *lib.* 2. *Franc. Becc. cons.* 12. *num.* 101 & *cons.* 67. *num.* 5. 49 hinc resultat regula, quod non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *l. non hoc, Cod. unde legitimi,* 50 & propterea in criminalib. dicitur, quod probationes debent esse luce meridiana clariores, *l. sciant cuncti, C. de prob.* ubi communiter *Doct.* & est canonizata in *cum sciant. cuncti* 1. *quæst. ult. Guazz. ad defens. reor. de-* 51 *fens.* 33. *cap.* 14. *in princ.* & testium depositiones esse concludentes, ut pernecesse animus Judicis conquiescat, *Boss. tit. de convict. num.* 11. & debent concludere pernecesse, non per possibile, idem *Boss. de opposit. con-* 52 *tra test. num.* 45. *Guazzin. ubi supra, num.* 2. & ideo propter obscuritatem probationis, præcipue in pœnalibus, & odiosis evanescit probatio, *l. idem Pomponius, §. si plures, ff. de rei vend.*

Et quod in effectu moneta non erat ipsius inquisiti, considerabatur, quia dum Birruerii latebant in cubiculo dictæ domus apprehendendi causa dictum inquisitum in flagranti cum nummis, quare non exierunt antequam è marsupio extraherentur, sed expectaverunt numerationem illorum tempore, quo non poterat convinci, fuisse cum eis apprehensum, ex quibus resultabat urgens conjectura, quod re vera non ipsius inquisiti; sed denunciatoris erant, dum tantopere affectabat inquisitionem contra dictum Nobilem, ut ex ejusdemmet depositione apparebat.

Insuper dicebatur, neque in hoc secundo facto Fiscum habere aliquam probationem; nam quamvis fuerint examinati quinque testes, quorum prætende- 53 batur, duos fuisse extra guardiam, alios vero tres, non dubitatur, fuisse captores, qui non sunt testes habiles, & sunt loco accusatoris, qui non possunt esse testes, quia videntur deponere in causam suam. *Afflict.* post *Isern. in Constit. Reg. Humanitatis, in* 6. *notab. num.* 30. *vers. amplius quero pro declaratione, Franc. dec.* 379. ubi *Addent.* pari etiam ratione dicebatur, nullam esse habendam rationem de aliis duobus testibus, qui dicunt, esse extra guardiam, quia etiam & ipsi capientes vere fuerunt, nam unus pro Birruario semper habitus fuit, & pro filio Birruerii: alter vero Scriba causæ, qui in capture intervenit coadjutor, & patet ex eorum lectura affectus, quem habebant ad procurandam dictam capturam ex reiteratione tot dierum, & eorum assistentia cum dictis Birruariis 54 pro capiendo inquisitum in flagranti: & sic possunt dici inquisitores, socii, & quasi persequutores negotii & propterea ipsis non est credendum, *l.* 3. §. 1. & *l. ob carmen,* §. *fi. ff. de testib. Oldrad. cons.* 210. *nu.* 7. *Bertaz. cons.* 170. *num.* 7. & *cons.* 171. *num.* 13. *lib.* 1. Ulterius dicti duo testes erant varii, & concordantes cum primis, ut in nota facti apparebat, & propterea ad invicem inter se destruebantur, *Musc. concl.* 1361. *Boss. tit. de fals. num.* 19. *Alex. cons.* 18. *num.* 7. *lib.* 1. & *cons.* 55 151. *nu.* 3. *lib.* 5. & omnes deponunt per eundem præmeditatum sermonem, & per formalia verba, & ideo uti suspecti sunt repellendi, *d. l.* 3. §. 1. *Menoch. præsumpt.* 55. *lib.* 2. *n.* 6. *Caccialup. in l. admonendi, C. de jurejur.* sub *num.* 88. *Natt. cons.* 96. *nu.* 8. *lib.* 1. *Roland. à Vall. cons.* 25. *n.* 8. & 12. *vol.* 1.

Et tandem dicebatur, quod non poterat contra dictum inquisitum procedi, tum quia non constabat, monetam esse repertam in ejus posse, tum etiam, quia quatenus fuisset, non erat Fiscus in probatis fuisse falsam, neque in forma, neque in materia, & sic non adest probatio delicti, neque in genere, neque in specie: non aderat delictum in genere, quia facta recognitione per Magistros Cunei, deponunt de judicio, quod eis

non videtur fuisse impressos cum vero cunco aliorum aureorum nummorum, cum quo sunt impressi 56 alii Veneti, de qua recognitione non potest haberi aliqua ratio, quia debent affirmative, vel negative referre, impressionem esse falsam, qui hanc falsitatem experimento cognoscunt, ut per *Muscatell. de cognit. & probat. delict. tit. de falsa moneta, num. 18.* nec suf- 57 ficit, quod deponant de judicio, nam in criminalibus testis de judicio, & credulitate non probat, *l. testium C. de testib.* cum ibi no atis, *l. qui testamento, in fi. ff. de testam. can. relatum, vers. unde canonica 5. qu. 2. c. testes 3. q. 1.* & alii longa serie allegati per *Farinac. de opposit. contr. acct. test. q. 68. §. 2 per tot.* & ex hoc non probatur quod cuneus esset falsus, nec reddunt 58 Experti rationem sui dicti, & ideo non probant, *Aret. cons. 142. nu. 56. Herosl. de probat negat. num. 119.* & dum cuneus dictæ monetæ in Regno nunquam visus fuerat, id judicare non poterant, *Specul. in tit. de fruct.* 59 *& interesse, vers. Viso, circa fi.* nec possunt judicare id, quod nunquam viderunt, idem *Aret. cons. 83. in fin. Alciat. in l. 1. ff. de verb. obligat. n. 57.*

Deficiebat quoque probatio circa bonitatem, & valorem intrinsecum, cum Experti deposuerint, quod primi quadraginta nummi erant caratarum viginti trium, & duabus octavis; alii numero quadraginta unus erant caratarum viginti duarum, & quinque octavis, & quod vulgo dicitur, quod debent esse caratarum 24. & sic nihil concludunt de certa scientia, 60 sed de eo, quod dici solet, & Expertus non debet deponere de auditu, sed de experientia, aliter nullam fidem facit, *Felin. in cap. propositi, de probat. num. 6. Ang. in l. semel, C. de re milit. lib. 12.* nec 61 fuit facta aliqua experientia, nec apparet de identitate monetarum, ut necesse erat, idem *Angel. in l. quoties 30. num. 4. ff. de verb. obligat. Cern. cons. 144. nu 9. lib. 4. Foller. in prax. crim. in verb. capiat informationem, num. 12. Muscat. ubi supra num. 3. Caball. resolut. crim. cas. 199. cent. 2.*

Et ex dispositione dictorum Expertorum alia resultabat urgentissima conjectura ad excludendum delictum, quia quantitas lucri, quæ ex dictis nummis resultabat, erat nimis exigua, & erat dividenda cum tantis, ita ut minimum tetigisset dicto inquisito, 62 quod non debet præsumi in homine nobili, & divite, ut in simili dixit *Caball. dict. cas. 199. numer. 16. & 17.* Considerabatur etiam parva quantitas dictæ monetæ & quod facta perquisitione diligentissima, ut supra diximus, non invenerunt aliam ejusdem qualitatis penes ipsum, ex quibus etiam elicitur conjectura ad excludendum delictum, ut considerat idem *Cabal. numer. 34.* sicuti enim ex conjecturis 63 delictum fuisse commissum præsumitur, ita a fortiori defensio, imo prævalent conjecturæ ad delictum excludendum, *Gomes. var. resol. libro tertio tit. de homicidio, num. 27.* quia contra delictum præsumptum contraria probatio præsumptiva sufficit, argumento *text. in l. 1. juncta glos. Cod. ad l. Cornel. de sicar.*

Probabat etiam fides Artificum, & Consulum auri Fabrorum facta de ordine Superioris, qui dicunt, non esse verum, dictos aureos nummos Venetos esse 24. carat. quia semper, quod sunt supra carat. 22. sunt boni, & receptibiles, quibus tanquam peri- 64 tis in arte est credendum, *l. septimo mense, ff. de stat. homin.*

Considerabatur insuper, quod ille nedum erat nobilis, sed dives, Regi nostro fidelis, cui in diversis occasionibus inservivit, & propter ejus servitia cohortem pedestris militiæ, quæ dicitur *del Battaglione* suæ Civitatis à Prorege obtinuerat, quod nisi mis benemeritis concedi solet, *l. fi. C. de tyronib. lib.* 65 *12. Grat. respons. 4. num. 33. vol. 2.* cum qua militum cohorte Regni inservivit in obsidione Orbitelli, & in revolutionibus hujus Civitatis, & Regni optime se gessit, vitam suam in discrimine pluries parando, quod omnibus notum erat; & ideo non est creden- 66 dum, ob tam exiguæ quantitatis lucrum velle tot fulgentes virtutes denigrare, ut considerat *Joan. de Plat. in l. 1. C. de Consulib. lib. 12. Justus Lips. de Mag. Rom. cap. 9. Jul. Ferret. de re naval. lib. 6. num. 32.*

67 Et quidem si aliqua ex testibus Regii Fisci resultaret præsumptio, tamen præsumptio debilior tollitur per validiorem, ut communiter probatur per *text. in leg. Divus 7. verbo æstimare, ff. de restit. in integr. l. non solum 67. ff. de rit. nup. August. Barbos. axiomat. 186. num. 3.* cum aliis allegatis per *Escobar. de purit. & nobilit. probat. q. 16. §. 5. n. 4.*

68 Et quæ major præsumptio esse potest contra istam vere machinationem dicti testis, qui se fecit denunciatorem; qui ultro se obtulit? ad hoc ut tam grave damnum inferretur huic Nobili, qui eum æstimabat amicum, nam ex hoc solo oritur contra ipsum præsumptio, & suspitio, ut dixit *Abb. in cap. in omni negotio, colum. 2. de testibus Alexand. cons. 154. num. 11. vers. ex quibus apparet, lib. 5. Paris. consil. 52. num. 26. lib. 4. Cardin. Tusc. conclus. 257. tom. 1. lit. A. & conclus. 523. num. 7. tom. 8. lit. T.* maxime quia in causa nullum habebat interesse, *Jacobus Menoch.* 69 *præsumpt. 3. numer. 166 lib. 1.* nec quidem ipse delator, nec testes ab eo nominati sunt idonei, immo valde suspecti de inimicitia, cum is, qui sponte se offert ad testificandum in causa gravi adversus alterum, inimicus capitalis jure præsumitur, ut per *Clar. in dict. § fin. q. 24. vers. sed numquid ille Decian. in tractat. crimin. 1. par. lib. 3. cap. 25. ex num. 62.* & alii adducti per *Farinac. de indic. ad tortur. qu. 43. sub num. 77. & de testib. qu. 53. num. 49. tom. 2. Escobar in 2. par. de purit. & nobilit. probat. q. 1. nu. 55. cum seqq. & nu. 57.* 70 dicit, quod nedum ipse delator, sed omnes, qui ab illo producuntur, præsumuntur inimici, ex *Decian. dict. cap. 25. nu. 13. Muscard. de probat. conclus. 857. nu. 50. Gig. de crimin. læs. Majest. lib. 1. tit. quomodo. & per quos crim. læs. Majest. committ. q. 2. nu. 29.* & aliis per ipsum adductis.

Et ex testibus ab eodem Nobili examinatis in defensionibus plene constabat de ejus bona fama, ex qua eliduntur indicia ad torturam, ut dixit *Bald. in l. fin. num 8 C. de probat. Dec. cons. 159. Grammat. decis. 58. num. 17. & cons. 15. num. 6. & vol. 3. num. 16.* 71 *vol. 1. Grat. respons. 59. num. 39. lib. 1.* & in terminis, quod ex bona fama destruatur præsumptio, quando penes aliquem reperiretur falsa moneta, *Decian. d. lib. 7. tom. 2. cap. 26 num. 5. & cap. 27. num. 17. Caball. resol. crim. resolut. 199. num. 11. Muscatell. in d. tit. de falsa moneta.* Constat etiam ex depositionibus testium causa propter quam dictus Nobilis adiit domum dicti delatoris, quia cum eo tractavit venditionem certæ quantitatis vini provenienti ex Rure dicti Nobilis cum quo pretio statuto, eidem promisit pro artha ducatos centum, qui fuerunt illi aurei nummi, qui numerabantur tempore, quo fuit captus, quod factum fuit verificatum per testes omni exceptione majores, & etiam per unum Sacerdotem, quibus 72 erat magis credendum, quia verisimilia ad exclusionem delicti deponebant, *Campeg. de te lib. concl. 451. fallent. 9. Eugen. cons. 96. nu. 79. Bursat. cons 389. nu 11. vol. 4. Menoch. l. 5 præsump. 122. num. 7. & de* 73 *arbitrar. lib. 2. cas. 498. num. 48.* & ad excludendum delictum ex licito potius, quam ex illicito quid actum præsumitur, *Alex. Rand. cons. 26. numer. 31.* 74 *Loderch. cons 199. num 1.* etsi etiam majores numero testes ipsius inquisiti, & integræ famæ, & proinde ipsis magis credendum, *libro tertio in princ. & §. ejusdem, ff. de testibus Corvett. consilio 115. num.*

undecimo

undecimo Socin. jun. consilio trigesimosexto numero septimo vol. 2. Quibus omnibus discussis in Collaterali Consilio die trigesimo Junii 1649. fuit dictus Nobilis liberatus in forma, ad relationem Judicis M.C.V. D. Caroli Lopez, penes Grimaldum Scribam Fiscalem dictæ Magnæ Curiæ.

OBSERVATIO IN DECIS. CLXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio Urbani VIII. contra quascunque personas Ecclesiasticas monetarias tam sæculares, quàm cujusvis ordinis Regulares, etiam Militarium refertur.*

2 *In crimine falsæ monetæ an sufficiant præsumptiones, & suspiciones, & nu. 4.*

Crimen falsæ monetæ etiam committi solet, ibidem.

3 *Probationes leviores an sufficiant in iis, quæ sunt difficilis probationis.*

4 *Ad incurrendam pœnam in crimine falsæ monetæ non sufficiunt præsumptiones, & conjecturæ, sed probationes debent de necessitate concludere, & constare de corpore delicti.*

5 *Ex judiciis indubitatis an possit deveniri ad pœnam ordinariam.*

Et quid in assassinio, hæresi, simonia, in præsumptione Juris, & de Jure, & quid si cum præsumptionibus urgentissimis concurrat confessio extrajudicialis inquisiti, nu. 6.

7 *Pœna mortis in cudente falsam monetam non habet locum si moneta non sit expendibilis, vel non sit in usu, in quo cuditur.*

Quid si moneta falsa sit totaliter stannea, vel plumbea inexpedibilis, ibid.

8 *Pœna contra cudentem monetam falsam, an habeat locum, si moneta non sit perfectè formata, quia caret forma, signo, & inscriptione Principis.*

9 *Incipiens cudere falsam monetam; & pœnitentia ductus illam perficere noluit, quia cessavit, an incidat in pœnam.*

Quid si capit cudere, & à familia Curiæ præventus, vel ab accusatore seu denunciatore, non potuit perficere, & per ipsum non stetit afferuntur decisiones, ibid.

10 *Falsificans monetam æneam minutissimam parvi valoris vulgo* Cavallucci Bagattini, *an incidat in pœnam.*

Quid si in ea sit insculpta imago Principis, prout in hoc Regno, Nelli due, e tre tornesi, *affertur decisio, ibid.*

Falsificans carolenos argenteos punitur pœna mortis, ibid.

11 *Clericus inquisitus de falsa moneta, carceratus à Judice sæculari, an debeat remitti ad Judicem Ecclesiasticum, qui cognita veritate remittat ad eundem sæcularem Judicem ab eo puniendum.*

12 *Culpabilis repertus in falsificatione monetæ quomodo intelligatur, & an sit necesse, ut inveniatur in fragranti, vel sufficiat, ut sit convictus, vel aliàs delictum patefiat.*

13 *Expendens monetam falsam in modica quantitate, an incidat in pœnam, & quænam dicatur modica quantitas.*

14 *Monetarii an gaudeant immunitate Ecclesiæ, & an possit expoliari in illa, moneta falsa ibi traducta.*

15 *Monetarius, qui cuderet monetam cum imagine, & nomine conjurati alicujus Proditoris, aut Rebellis an gaudeat immunitate Ecclesiæ propter læsam Majestatem.*

16 *Propter mutationem monetæ an mutuanti restitui debeat moneta habito respectu ad æstimationem tempore mutui, vel tempore solutionis, & n. 20. in fin.*

Monetæ incrementum, vel decrementum cui cedere debeat mutuanti, an mutuatario, ibid.

17 *Mutuans, v.g. centum in pecunia aurea, v.g. zecchinis, doble, an possit mutuatarius restituere pecuniam alterius speciei in eadem quantitate, æstimatione, & valore.*

18 *Deponens, v.g. centum in pecunia certa speciei v.g. Hispanica, an possit depositarius restituere eandem quantitatem in pecunia alterius speciei, affertur decisio.*

19 *Moneta mutata, an solutio, & restitutio debeat fieri secundum valorem tempore contractus, & receptionis, an vero secundum valorem tempore restitutionis, & solutionis, & quid in restitutione, affertur, decisio.*

Quid si mutetur moneta circa bonitatem intrinsecam, vel circa bonitatem extrinsecam, ibid. affertur decisio.

20 *Mutuans pecuniam, quam novit, & scit brevi auctoritate Principis Pragmaticam diminuendam, an possit licitè à mutuatario exigere secundum valorem monetæ tempore restitutionis.*

Quid in vendente frumentum, cujus pretium scit mox minuendum per Pragm. ibid.

De mutatione monetæ facta tempore cambii, remissivè, ibid.

1 CUm de crimine falsæ monetæ agatur in hac decisione sciendum est, per Summum Pontificem Urbanum VIII. fuisse emanatam Bullam contra quascumque personas Ecclesiasticas tam sæculares, quam cujuscumque Ordinis etiam Militarium Regulares, de quo per *Novar. in summ. Bull. tom. 2. tit. de monetariis*, in qua statuitur pœna ultimi supplicii contra eos, qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel aliàs adulterare, seu etiam quomodolibet adulteratas scienter præsumpserint erogare, aut exponere, & culpabiles in præmissis reperti prævia degradatione, Curiæ sæculari tradantur puniendi. Item pecunias sic adulteratas scienter detinentes, vel de loco ad locum transferentes, aut ad præmissa materiam, instrumenta, sive opem præstantes pœna triremium per decennium puniantur.

2 In quo Bulla primò observandum est, ut ad effectum incurrendi pœnam in ea contentam, & in Constit. & Pragmaticis hujus Regni non sufficiunt præsumptiones, & suspiciones; nam etsi crimen hoc clam soleat committi, ad text. in let. C. de falsa moneta, ibi: *Monetarii adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercent*, & propterea in iis quæ sunt difficilis probationis leviores sufficiunt probationes, ut dixit *D. Regens hic n. 34.* attamen in jure verior opinio, & magis communis est, ut ad incurrendam pœnam præfatam non sufficiant præsumptiones, sed probationes debent de necessitate concludere *Farinac. cons. 175. n. 6. tom 2.* & hæc opinio uti tutior in judicando pro miseris reis est amplectenda maximè respectu ipsius corporis delicti, cum ex ipsa falsitate remaneant vestigia, & factum sit apparens, & permanens, & ideò an moneta fuerit justa, vel depravata diminuta, adulterata, & falsificata non sufficit constare per conjecturas & præsumptiones, sed verè per testes, ocularē inspectionem, & relationē medio juramento per peritos in arte faciendam, & in actis redigendam, & sic debet planè constare de ipsa falsa cusione, seu adulteratione ejusdem monetæ, vel de qualitate materiæ, quia etiam si reus confiteretur confecisse dictam falsam monetam, & non appareat evidenter de ipsa falsitate, & de corpore delicti non posset condemnari, ita *Novar. ubi sup. nu. 2. ex DD. ab ipso citat.* qui

num. 3. testatur in Curia Archiepiscopali hujus Civitatis fuisse communiter judicatum evasisse pœnam contentam in dicta Bulla, quendam Clericum Jacobutium inquisitum de falsa moneta solum ex indiciis indubitatis, quia ex illis non potest deveniri ad pœnam ordinariam, ex *decis. D. de Franch. 372.*

6 Limitat tamen hanc conclusionem *Grivel. dec. 93.* quem citat idem *Navar. ibid.* in quinque casibus, in quibus ex indiciis indubitatis proceditur ad pœnam ordinariam, nempe in crimine assassinii, in crimine hæresis, in crimine simoniæ, in præsumptione Juris, & de Jure, idest in ea præsumptione, quam lex introduxit, & super qua firmum Jus sancivit, ut in ea præsumptione de qua in *l. si quis, C. de adulter.* & demum si cum præsumptionibus urgentissimis concurrat confessio extrajudicialis inquisiti duobus testibus probata, & ita judicatum in hoc ultimo casu refert sub die 19. Aprilis 1603. in illo Senatu Dolano.

7 Observandum secundò, quòd pœna dictæ Bullæ, & *dd. Constit. & Pragmatic.* non habet locum in cudente falsam monetam, quæ sit inexpendibilis, nec si pecunia falsa in loco, in quo cuditur non sit in usu, *Afflict. in Constitut. Adulterinam, numer. 2. de cudent. fals. monet. D. Rovit. in pragm. 1. num. 11. & 14. de monet. D. Tapia vol. 5. juris Regni, tit. 5. de falsa moneta num. 6.* latè *Menoch. cons. 1108. num. 10 & 12. cum seq. tom. 13.* & de cudente pecuniam falsam totaliter stamneam, vel plumbeam, quæ est inexpendibilis, *Novar. loc. cit. num. 3. vers. & pro inquisiti liberatione & num. 11.* idem tenet de expendente, vel emente monetam stamneam, vel plumbeam, est *text. in lege Cornelia in princ. vers. eadem lege ff. ad l. Cornel. de fals.* ubi *Bartol. num. 3.*

8 Tertiò observandum, quod pœna dictæ *Bullæ, & Constitut. & Pragmatic.* cessat si moneta non sit perfecta, & sic non formata, seu carens forma legitima, seu signo, & descriptione personæ Principis, *Menoch. d. cons. 1208. num. 21.* & si aliquis inciperet falsam cudere monetam, sed pœnitentia ductus, cessasset à perfectione prædicta, non incideret in pœnam hujus Bullæ, *l. qui falsam 19. ff. ad l. Cornel. de fals.* ubi *glos. in verbo percusserint, & Bart. num. 1.* secus autem si cœpit cudere, & fabricare, & à familia Curiæ, vel ab accusatore, seu denunciatore præventus, illam perficere non potuisset, quia per ipsum non stetit, quominus opus cœptum perficeret, *Bart. loc. cit. Afflict. ubi supra, num. 6. Navar. eodem loc. cit. num. 12.* & ita intelligendam esse decisionem *Gramm. 74.* ait *Marmil. in sua singular. ad d. Constitut. Adulterinam, num. 11. fol. mihi 120. in secunda edit.* citatus à *D. Regente num. 23. & 24.* qui ita judicatum refert per M. C. V. & ita etiam *D. Tapia loc. cit. numero septimo* iterum decisum affert.

10 Quartò observandum, quod si quis falsificaret monetam æneam minutissimam parvi valoris v. g. quæ valent sex pro uno torniense, & similia, vel usu Venetorum Bagattinos, non incideret in dictam pœnam mortis, *Afflict. ubi supra num. 4. Menoch. eodem cons. 1208. n. 12. Bajard. ad Clar. §. furtum, num. 319. D. Tapia ibid. num. 10. Novar. loc. indicato, num. 16.* secus verò si falsificaret carolenos argenteos, *Gram. decis. 72. Thor. in compend. decis. tom. 1. verbo monetam cudens.* Immò, & fabricans falsam monetam æneam modici valoris, in qua imago Principis sit insculpta, prout *Nelli duo, à tre tornesi* hujus Regni ultimo impressis punitur pœna ultimi supplicii, & ita judicatum per M. C. V. refert *Dom. Sanfelic. decis. 59. tom. 1.*

11 Quintò observandum, quòd si Clericus inquisitus de falsa moneta carceraretur à Judice sæculari, non per hoc posset ipse cognoscere, stante hac Bulla, sed teneretur illum remittere Judici Ecclesiastico, qui cognita veritate remittere debet eundem Curiæ sæculari puniendum, & ita judicatum in Curia Archiepiscopali Neap. refert idem *Novar. ubi sup. numer. 15.*

12 Sextò observandum est, quòd cum in Bulla prædicta dicatur in illis verbis: *Ut si culpabiles in præmissis reperti fuerint,* an requiratur, ut Clericus inveniatur in fragranti crimine falsificationis, vel tonsionis monetæ ad effectum, ut tradi valeat Curiæ sæculari, vel sufficiat, ut quomodocumque delictum pateat, & sic si Clericus sit convictus testibus, quamvis non sit captus in fragranti. & idem *Novar. ubi sup. num. 23. in fine,* tenet sufficere si sit testibus convictus, ex ratione, quia Sanctissimus Pontifex consideravit odium criminis falsæ monetæ, ut habetur in *princip. d. Constitut. Urbani VIII.* & sic non videtur, quod dicta Constitutio consideravit solam apprehensionem, sed simplicem inventionem, per quam delictum manifestatur per *text. in l. raptores. C. de Episcop. & Cleric.* ubi inventus culpabilis dicitur à Judice, qui est convictus, & in *cap. cum excommunicamus, el primo, §. qui autem inventi fuerint, de hæret.* ubi ille dicitur inventus in delictis, contra quem maleficium probatur.

13 Item observo septimò ex *Farinac. in cit. cons. 175. nu. 13. & 14.* quod expendens falsam monetam in modica quantitate, non incurrit secundum eum in pœnam statutam contra expendentes falsam monetam, & modicam quantitatem dici, si non ascendat ad summam ducatorum decem maximè in Urbe, & in Civitate Bononiæ, in quibus (ait ipse) magna quantitas monetarum tonsarum invenitur; (sed quid diceret *Farinac.* hisce temporibus in hac Civitate Neap. in qua tàm magna quantitas monetarum tonsarum invenitur, ut vix rarò moneta integra, quæ non sit tonsa haberi potest) & citat *Alex. in cons. 121. nu. 5. lib. 7.* consulentem summam monetæ tonsæ ascendentem ad aureos quinque, vel sex dici modicam quantitatem; sed ego perlegi *d. Alex. in d. loco, & nu. 4. praced.* & solum dicit, quod suus Cliens expenderat quatrenos falsos pro valore unius ducati, & quod propterea dicta quantitas reputatur modica, tum respectu personæ expendentis, qui erat Armiger, tum respectu ad qualitatem negotii, quia expendere nummos falsos pro uno ducato non potest afferre magnam jacturam his, ad quorum manus etiam ignoranter pervenireut, & sic non potest appellari magnus excessus, seu magna quantitas, quæ sit digna pœna acerbissima mortis, sive inspecto Jure communi ratione parvæ quantitatis, sive Jure statuti Bononien. in quo statuitur, ut igne cremenтur tales Rei, nisi D. Potestati videatur dicta pœna mitiganda in expendente ratione modicitatis pecuniæ expensæ, vel ex aliis causis, & sic in casu, in quo consuluit *Alex.* erat in eodem statuto dispositum, ut ratione modicitatis pecuniæ tonsæ expensæ sit in arbitrio D. Potestatis moderare pœnam etiam in pecuniariam, ut dicit *Alex. ibid. num. 4.* videas propterea, lector, *Alex. loc. cit. & Farinac. ubi sup.* aliosque DD. ab eo adductos.

14 Octavo observandum est, quod monetarius, sive sit fabricator, sive cudens, sive tonsor, si confugiat ad Ecclesiam gaudet illius immunitate, *Guerner. pract. quæst. lib. 4. quæst. 4. nu. 10. Bonac. tom. 2 disp. 3 quæst. 7. punct. 6. §. 1. nu. 4. Novar. in d. summ. Bull. tom. 1. tit. de immun. Eccles. num. 4. Guarb. cons. crim. 20. num. 1. cum seqq. Dian. par. 1. tract. 1. resol. 7.* & latius *par. 6. tract. 1. resol. 19. D. Rovit. in d. pragm. 1. de monet. nu. 20. & D. Prat. in addit. ad Mascardi. in pract. crimin. tit. de falsa moneta 3 in fine,* qui *D. Rovit. & D. Prat.* tenent ex *Pagano decis. 260.* posse in tali casu talem confugientem expoliari in Ecclesia, illa moneta falsa ibi traducta, & *Guarb. loc. cit. num. 7.* limitat in tonsori monetam cum imagine, ac nomine conjurati alicujus

alicujus Proditoris, aut Rebellis cuderet, ut non gaudeat, ex eo, quia videtur læsa Majestas in personam Principis, quia alium nominat, facitque Principem, dum in Constitut. Gregorii XIII. sit exceptuatum crimen læsæ Majestatis in personam ipsius Principis, & pro hac opinione allegat *P. Gambacurt. de immunit. Eccl. lib. 5. cap. 44. num. 12.* sed de hoc cogitandum melius uo.

16 Et cum de monetis egimus, quæri posset, in mutatione monetæ factæ, cujus temporis æstimatio, vel quantitas in mutuo reddenda spectanda sit an tempus mutui, an vero tempus restitutionis ipsius mutui, quo pecunia solvenda est. Aliqui tenent solutionem monetæ præstandam esse ad æstimationem temporis, quo pecunia solvenda est, alii vero contra tenent inspiciendum esse tempus contractus, & secundum eum solutionem esse faciendam, & consequenter incrementum monetæ debitoris lucro, decrementum vero ejusdem debitoris damno, & creditoris lucro cedere; hanc quæstionem tractat *Dian. par. 8. tractat. 7. resolut. 18.* ubi latè, ipsum adeas, & quam opinionem sequi malueris tibi remitto, cum ex utraque parte sint DD. probatissimi, ab ipso relati, licet ipse *Dian.* prius pro prima opinione certet tenuerit, postea vero pro secunda acriter, certet vide *Gratian.* post hæc scripta visum *tom. 5. cap. 884. discept. forens.* & vide, quæ dixi *in observat. ad decis. 17. & 48. tom. 1.*

17 Item quæri potest, An pro nummis aureis simpliciter, vel generaliter datis, seu mutuatis possit debitor alterius generis nummos argenteos, scilicet, vel æreos invito creditore solvere, verbi gratia, mutuavi Titio ducatos centum in tot nummis aureis *Doble, e Zecchini*, an possit Titius mihi restituere totidem ducatos centum in moneta argentea. & sic eundem valorem, & æstimationem, vel teneatur in eadem specie monetæ aureæ mihi ducatos centum restituere; & hanc quæstionem etiam latè pertractat idem *Dian. eod. tractat. 7 resol. 19.* ubi rationes pro utraque parte adducit, sed affirmative sententiæ ipse adhæret, posse scilicet eundem valorem in quacumque pecuniæ specie solvere cum eandem quantitatem restituat æstimationem, & valorem, quia non spectatur materia, sed quantitas, quæ æquivaleat monetæ aureæ receptæ, & cum casus contigisset de eo, qui certam pecuniam argenteam Hispanicam depositasset

18 œconomis montis pietatis Terræ Magdaloni, & in restitutione illarum fuisset exorta altercatio, si deberetur fieri restitutio in pecunia ejusdemmet speciei, & per S. C. Neapolitanum ad relationem M. C. V. fuit die 5. Junii 1624. determinatum remittendo causam eidem M. C. V. ut provideret, quod Bancum solveret in pecunia currenti; ita refert *Thor. in comp. decis. par.*
* *2. verbo moneta. fol. 352.*

Denique observandum, si mutetur moneta. an so-
19 lutio, & restitutio debeat fieri secundum valorem monetæ quæ currebat tempore contractus, scilicet receptionis, an vero secundum valorem monetæ quæ currit tempore solutionis, & restitutionis. & *Affl. dec. 194.* refert quod in restitutione dotis decisum fuit per Collegium multorum Jurisperitorum Neap. electum
* tamquam Arbiter, in quo ipse interfuit, quod restitutio dotis debeat fieri secundum valorem monetæ quæ currebat tempore contractus, scilicet, tempore quo fuit soluta dos marito, non autem secundum æstimationem, & valorem monetæ, quæ currebat tempore restitutionis dictæ dotis, & *Vrsill. ibid. numer. 1.* dicit quod *dict. Afflict. decisio* loquitur de mutatione monetæ circa bonitatem intrinsecam; in mutatione verò monetæ circa bonitatem extrinsecam ait idem *Vrsill. num. 5.* quod quamvis inter scribentes magis communis opinio sit, quod tempus solutionis attendatur, tamen in quodam casu aliter determinasse idem S. C. Neap.

* Sed quid dicendum de eo, qui scit, & novit
20 Pragm. fore citò promulgandam de diminutione monetarum, vel pretii frumenti. An possit alicui suam pecuniam mutuare, illum non certiorando de dicta mutatione monetæ, citò sequenda, & tempore restitutionis mutui Pragmatica sit jam promulgata. An possit à mutuatario accipere pecuniam mutuo datam de moneta juxta valorem currentem tempore restitutionis, & solutionis ejusdem mutui.

Vel possit vendere frumentum Titio pretio, quod currit eo tempore minimè illum certiorando de diminutione dicti pretii decreto Principis mox sequendas in hoc quæsito duæ sunt opiniones.

Prima est *Bartol. in l. contra legem, num. 2. ff. de legibus.* & melius in *l. quero, ff. de action. empti,* ubi dicit hæc non posse fieri & ponit exemplum de eo qui versabatur in Palatio, & agnovit, quod erat ordinatum, ut frumentum venderetur pro modica quantitate, nec erat adhuc publicatum, & vendidit tibi frumentum pro majori pretio nec certioravit te, quod tunc talis venditor tenetur ad interesse, quam opinionem sequuti sunt *Vrsill. ad Afflict. dict. decis. 194. num. 4. Azor. par. 3. lib. 5. tit. de usuris cap. 7. quæst. 9.* qui de communi sententia omnium testatur. *Rebell. par. 2. lib. 9. quæst. 7. num. 7.* quos etiam citat *Dian. part. 1. tractat. 8. resolut. 25* ubi ipse hanc opinionem etiam probabilem vocat; nam contrariam probabiliorem putat, cui ipse adhæret, igitur si contraria est probabilior, hæc dicitur probabilis, & hanc etiam sustinet multis rationibus *D. Michael Ferro Manriquez* contra *Dianam, Bonac. & Reginald. quæst. moral. part. 2. quæst. 86.* Contrariam verò sententiam id licitè fieri posse tenet *Bonac. tom. 2 de contract. disput. 3. quæst. 1. puncto 5. numer. 17.* & DD. ab ipso relati *& Dian. dict. resolut. 25.* & novissimè hanc opinionem acerrimè sustinent contra *Ferro Manriquez ubi supra, Joseph de Januar. resolut. moral. part. 2. resol. 11. per totam;* limitat tamen *Bonacin. ibid. vers. secus dicendum,* si mutuator fraudulenter alliciat mutuatarium ad recipiendum pecuniam, quam alioquin tunc non recepisset, sed distulisset in aliud tempus, in quo nullum detrimentum passus fuisset, mutuator enim in tali eventu peccaret mortaliter contra justitiam, consequenter teneri ad restitutionem damni, quod inde patitur mutuatarius, qui non accepisset cum suo damno, ita *Bonac. ex Regin. & Filliuc.*

Tandem de materia mutationis monetæ circa cambia, præcipuè in hoc Regno Neap. *delle Zannette* in anno 1622. vide latè per *Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 884.* & conferunt ad ea quæ supra dixi *num. 16. cum seq.*

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

De erectione, & potestate Tribunalis Reverendæ Fabricæ, & quomodo practicetur in hoc Regno ex concordatis cum Sacra Cæsarea Majestate Et de exequutione legatorum piorum ad ipsum spectante; & an habeat locum præventio, & quomodo, & quando inducatur.

Continentia causæ quibus modis dicatur, & multa ad intellectum *l. nullis, C. de judiciis.*

SUMMARIUM.

1 *Legata relicta incertis personis, & absentibus, ex concordato per Summum Pontificem Paulum III. & Carlo-*

Catholicam Majestatem spectant ad Rev. Fabricam de Vrbe, & in quibus fuit exequutoriata Bulla in hoc Regno, num. seq.

3 *Reverenda Fabrica Tribunalis origo & erectio traditur, remissive.*

4 *Reverenda Fabrica debet habere Iudices laicos, tam in prima, quam in secunda, & tertia instantia, & & num. 29.*

5 *Exequutio legatorum piorum de jure communi, ad quem Iudicem spectet, & quid servetur in hoc Regno, & nu. seq.*

7 *Tribunal Reverendæ Fabricæ fuit erectum cum clausula privativa, & abdicativa ab Ordinariis, licet secundum opinionem* Episcopi Marantæ, *ei non acquiratur jus, nisi elapso anno.*

8 *Reverendæ Fabricæ potestas circa legata pia, & incerta, in quibus reperitur exequutoriata, vel limitata, in hoc Regno, & num. 28.*

9 *Exequutio ultimarum voluntatum est mixti fori, & num. 25.*

10 *Tribunal Reverendæ Fabricæ cum qua lege fuit admissum.*

11 *Præventioni est locus in legatorum piorum exequutione, &, num. 30.*

12 *Testamento nullo pia legata in eo relicta non debentur.*

13 *Præventio ex sola libelli oblatione, citatione non sequuta non inducitur.*

14 *Iurisdictio per solam citationem prævenitur, vel alium actum jurisdictionalem exercendo.*

15 *Iudex citando mandatarium, vel unum ex sociis, dicitur prævenisse causam, etiam respectu mandantis, vel aliorum sociorum.*

16 *Causa habens eandem continentiam, ad Iudicem præveniemtem tota est remittenda.*

17 *Continentia causæ non est dividenda.*

18 *Preambuli decretum non interponitur per M. C. nisi quando testamentum est validum.*

19 *Continentia causæ diversimode exemplificatur, & nu. 20. 21. 22. & 23.*

24 *Continentia causæ ne dividatur omisso medio superior Iudex adiri potest.*

25 Episcopus Maranta in responso 24. nu. 4. vol. 1. *notatur.*

26 *Iurisdictio in dubio nunquam præsumitur privative, sed cumulative concessa.*

31 *Legata pia, si infra annum non fuerint exacta Tribunal Reverendæ Fabricæ procedit.*

32 *Testatoris voluntas ex legitimis conjecturis demonstratur.*

33 *Conjecturæ dicuntur apertissimæ probationes.*

34 *Voluntas testatoris, quæ ex conjecturis colligitur, tollit omnia quæ objici possent.*

35 *Religiosus quicquid acquirit, Monasterio acquirit, adeo ut nec momento quidem penes ipsum resideat.*

36 *Ius delatum Monasterio, licet sumat initium à Monaco; tamen per modum scintillæ, & sic ictu oculi in Monasterium transit.*

DECISIO CLXXX.

Reverendus Sacerdos quondam D. Octavius Bonus cum per multos annos in Collegio Societatis Jesu hujus Civitatis cum maxima parsimonia vixisset, & ex hoc ejus patrimonium satis ultra suam conditionem auxisset in ejus ultimo elogio clauso cum omnibus sollemnitatibus, disposuit hæredem suum instituendo Montem sub ejusdem testatoris nomine erigendum ad honorem sui Angeli Custodis, cui Sacellum in ejusdem Collegii Ecclesia construi, ac ornari, ibique ejus cadaver tumulari mandavit. Gubernatorem autem dicti Montis constituit Reverendiss. Patr. Joseph. Juvenem ejusdem Societatis, ac dicti Collegii actu procuratorem, absque obligatione reddendi computa, & in ejus absentiam, vel defectum, voluit, ut Mons prædictus gubernaretur per ejusdem Collegii pro tempore Procuratores, & voluit etiam, ut dicti Montis Protector esset Regius Consiliarius Franciscus Antonius Musceptula, dicti Collegii Commissarius Delegatus, cæterique in posterum pro tempore Delegati: Factisque aliis legatis piis, diem clausit extremum, quare dictus Pat. Juvenis tanquam Montis administrator statim adiit M. C. V. & decretum præambuli, in quo dictus Mons hæres universalis fuit declaratus, obtinuit, & commissionem omnium causarum dictæ hæreditatis, tam circa exactionem debitorum, quam circa dispositionem factam in personam Regii Consiliarii Joannis Francisci Marciani obtinuit, per quem fuerunt expeditæ literæ inhibitoriales, & contra supplicata in forma, prout fieri solitum est. Verum quia nonnulla prætendebantur, tam per Reverendam Fabricam de Urbe, quam per successores ab intestato, ipsi quoque coram eorum Judicibus comparuerunt.

Prætendebat enim Reverendiss. Fabrica, quia in testamento non erat expressum, in quibus operibus erant erogandi introitus dicti Montis, quod legatum erat incertum, & proinde ad Fabricam spectabat, cum inter concordata per Summum Pontifi-1 cem *Paulum III.* & *Carolum V.* imperatorem felicis memoriæ in anno 1547. ut apparet ex *Bullario tomo primo in Bullis Pauli Papæ III.* incip. *Dum ad universas Urbis Basilicas, fol. 660* ubi fere omnes alias *Bullas* prædecessorum recenset, & *numero vigesimo quinto* vult, quod relicta incertis personis, & absentibus applicentur ad dictam Reverendam Fabricam, & ex aliis *Bulla directa* Dom. Petro de Toleto tunc hujus Regni Proregi in dicto 2 anno 1547. incip. *Cupiens utilitati Fabricæ*, quæ tamen in ejus exequutoriatione facta à dicto Dom. Petro de Toleto fuit limitata solum ad legata pia, & pro animis incerta tantum ut apparet ex privilegio exequutoriationis dictæ *Bullæ*, expedito Puteoli die trigesimo Martii 1547. registrato in *Communiorum rerum Ecclesiasticarum* 8. *folio* 179. de qua concordia mentionem etiam facit *Dom. Carolus Maranta Episcop. Iuvenacen. respons. 68. numero septi-3 mo tom. tertio* & de origine, & erectione dicti Tribunalis in *respons. 84. ex num. 12. tom. 1.* Et propterea comparuit Oeconomus dictæ Reverendæ Fabricæ coram ejus Judice Delegato, qui erat unus ex Regiis 4 Consiliariis, nam hoc Tribunal ex concordatis debet habere Judices laicos, tam in prima, quam in secunda, & tertia instantia, ut habetur per *Ric. in prax. var. resolut. 374.* & non solum in prima, & secunda instantia solent esse Regii Consiliarii, sed in tertia vero unus ex Regentibus Regiæ Cancellariæ, & obtinuit, quod bona in hæreditate remansa sequestrarentur.

Successores vero ab Intestato prætendebant, ex incertitudine hæredis testamentum esse nullum, & proinde se gravando à decreto præambuli obtinuerunt solitam Regiam decretationem, ut Magn. Cor. Vicar. relationem faceret in S. C.

Fuit ergo discussum in Collaterali Consilio, quis esse debebat Judex hujus causæ. Prætendebat Reve-5 renda Fabrica, cognitionem ad ejus Tribunal spectare, quia exequutio piorum legatorum de jure communi ad Episcopum competit, ut habetur ex *text. in §. si quis autem pro redemptione, in Auth. de Ecclesiast. tit. glos. in l. hæreditas, §. si defunctis, in verbo principalis, ff. de*

ff. de petit. hæredit. cap. nos quidem 3. cap. si hæredes 6. & cap. Ioannes 19. de testam. Episcop. Iuven. ic. respons. 2. num. 19. par. 1. Reg. Revert. in pragm. 1. tit. de leg. piis, & huc determinandum remanere ex *Sacr. Concil. Trident. cap. 8. de reformat. session. 22.* ubi disponitur, Episcopos tanquam Sedis Apostolicæ Delegatos omnium piarum dispositionum, tam inter vivos, quam in ultima voluntate exequutores esse, *Barbos. de potest. Episcop. alleg. 82. num. 31. Ioann. Baptist. Ibare in summ. privileg. causar. piar. privileg. 259. Novar. in summ. Bullar. tit. de Fabrica Sancti Petri, num. 24. & 25.* ubi alios allegat, *Quaranta in Bullar. tit. eodem de Fabrica Sancti Petri de Urbe*.

6 Sed in hoc Regno pro adimplemento legatorum piorum, quando non curant legatarii illa exigere infra annum, ex conventione inter Sedem Apostolicam, & Regiam Catholic. Majestatem est erectum hoc Tribunal Reverendæ Fabricæ, ut supra diximus, & habetur ex *Episcop. Ricc. in d. prax. variar. resol. resol. 378. & 379. numer. 2.* ubi etiam, quod hoc 7 Tribunal fuit erectum cum clausula privativa, & abdicativa ab Ordinariis, licet in hoc non consentiat *Episcop. Maranta d. respons. 2. num. 26. 34. & 35.* qui *numero* 27. tenet, quod non acquiritur jus Reve-8 rendæ Fabricæ, nisi elapso anno, licet contrarium novissime, & sic com opinione *Episcop. Ricc.* transeat *Novarr. in summa Bullar. d. tit. de Fabrica Sancti Petri*. Et nedum legata pia, sed etiam incerta Reverendæ Fabricæ erant applicanda, ut habetur in concordatis cum dicto Prorege D. Petro de Toleto, ubi cum per *Bullam* de anno 1547. disponeretur, legata pro malè ablatis, incertis, vel absentibus esse dictæ Fabricæ applicanda, fuit limitata in Regio exequatur dicta potestas per dictum Proregem, scilicet esse exequendam pro male ablatis incertis, sed non quoad legata facta absentibus. Et sic aiebat dicta Reverenda Fabrica, legatum esse incertum cum nulla adesset testatoris dispositio, in quam operam erant erogandi fructus dicti Montis.

In contrarium vero dicebatur pro Gubernatore relicto dicti Montis, quod non poterat hoc judicium in tribunali Reverendæ Fabricæ determinari, ex plu-9 ribus. Et primo, quia exequutio ultimarum voluntatum est mixti fori, ut probat *text. in d. l. hæreditas 53. in fin. ff. de petit. hæred. cap. si hæredes 6* ubi *glos. in verb. ab Episcopo, cap. tua. & cap. Ioannes, extra de testament. Molin. de Iustit. tractat. 2. disput. 250. Crass. de success. lib. 2. artic. 2. exequutor et ultimar. volunt. quæst. 2. numer. 4. Tiraquell. de privileg. pia caus. privileg. 149. & 150. Marant. in prax. 4. par. distinct. 11. Hieronym. Leo decis. 20. num. 2. Marta de jurisdict. 4. par. centur. 1. cas. 88. num. 13. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 9. num. 2. Alvar. Valasc. consul. 105. num. 61.* cumulat alios *Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. qu. 5. nu. 332.*

In Regno vero fuit admissum Tribunal Reveren-10 dæ Fabricæ cum hac lege, quæ etiam de jure fundatur, quod locus sit præventioni, ut habetur per *DD. in cap. cum Ioannes, de testament. Cabed. decis. 88. Franch. decis. 147. numer. 5. Barbos.* late *in l. si quis posteaquam, numer. 3. & 6. ff. de judic.* & tanquam indubitatum tradidit *Schrader. de feud. par. 10. sect. 1. numer. 203. versic. & præoccupatio, sive præventio, Nicol. Reusner. decis. 18. num. fin. & decis. 22. num. 30. lib. 4. Mascard. de probat. conclus. 1226. Gratian. discept. for. cap. 389. numer. 11.* cum *seqq. Valasc. dict. consult. 105. numer. 61.* ubi etiam adducit *Extravag. Regiam in 2. part. tit. 1. §. 8.* ubi Rex dispo-nit, quod si Judex secolaris prævenerit Ecclesiasti-11 cum in legatorum piorum exequutione, esse debeat locus præventioni, ea ratione, quia in exequutione piorum legatorum datur præventio, ut habetur ex *Leo dict. decis. 20. lib. 1. Ioann. Baptist. Ibarra ad Tiraq. in tractat. de privileg. pia caus. singul. 9.*

De præventione facta coram Judice seculari dicebatur, non posse dubitari, nedum ex instantia in M. Cur. Vic. pro obtinendo decreto præambuli, & ex dicto decreto inde sequuto, sed etiam ex mandato facto debitoribus hæreditariis, ut ipsi Monti hæredi instituto correspondeant, ac etiam ex commissione causarum hæreditatis dicto Regio Consiliario Marciano die 27. Augusti 1646. qui procedere incepit contra eosdem debitores; Judicium vero Reves. Fabricæ fuit inceptum mediante ejus instantia sub die 5. Septembris ejusdem anni.

Et licet pro parte Oeconomi prædictis replicabatur, quod decretum præambuli, nedum ipsi minime nocebat, immo ex eo vim, & robur ejus judicium sumebat, cum in tantum ipse poterat intulle-12 re coram suis Judicibus super articulo incertitudinis, in quantum testamentum esset validum, aliàs enim testamento nullo, pia legata in eo relicta non debentur, *Auth. cassa ac sacr. sanct. Eccles.* ubi *Salycet. num. 7. versic. sed ubi privatus, & in l. eadem cit. num. 15. Anton. de Butr. in cap. quod clericus, de for. compet. colum. 2. vers. ideo puto*, & alii allegati per *Episcop. Ricc. in prax. variar. resolut. part. 2. resol. 379.*

Cui tamen motivo replicabatur, quod nedum fuit interpositum decretum præambuli, sed Judex ultra processit, ut omnes debitores hæreditarii correspon-13 derent. Et quamvis vera sit regula, ex sola libelli oblatione citatione non sequuta, non induci præventionem, ut sentit *Marian. Soc. in cap. proposuisti, nu. 16. de foro compet. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 23. num. 1. Scacc. de judic. lib. 1. cap. 12. num. 76. Carleval. eodem tit. de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 3. nu. 376.* Tamen quando Judex prævenit in citando, vel alium actum 14 jurisdictionalem exercendo, tunc nulli dubium est, coram eo esse procedendum, ex *tex. in l. cum quadam 19. in princ. ff. de jurisd. omn. judic.* & ex *l. si quis postea, & l. ubi cœptum, ff. de judic. cap. proposuisti, de for. compet.* ubi *Soc. numer. 1. Franch. decis. 505. numer. 15. Cabed. dec. 142. Afflict. decis. 219. numer. 3. Farinac. quæst. 7. numer. 56. Scacc. de judic. d. cap. 12. numer. 58. Ricc. collect. 3148. Carleval. loco proximè citato, num. 879.*

Et quamvis responderi posset, quod non fuit citatus Oeconomus Reverendæ Fabricæ, dicebatur, non potuisse considerari, talem prætensionem habuisse, tamen citando unum ex interesse prætendentibus, vel debitoribus dicitur Judicem prævenisse respectu omnium simile interesse habentium, prout in simili dicimus, quod si Judex prævenit causam citando 15 mandatarium, vel unum ex sociis, prævenisse dicitur causam, etiam respectu mandantis, vel aliorum sociorum, *Nell. de Sancto Geminian. 1. part. 1. tempor. nu. 7. tom. 11. tract. par. 1.* hoc idem, & clarius habetur ex *Marian. Soc. in d. cap. proposuisti, de foro compet. nu. 37.* ubi quod nedum respectu citati sed etiam respectu non citati dicitur præventa jurisdictio quoad omnes alios, qui vigore talis rescripti poterant conveniri, & hoc secundum doctrinam *Angel. in d. l. si quis postea quam, 16 de judic. & in l. denunciasse, §. fi. de adulter.* Et licet referat alios contrarium tenentes, tamen negari non potest, quod hæc conclusio verissima sit, quando causa habet eandem continentiam, quia tunc ad Judicem prævenientem est remittenda tota causa cum sua continentia, ut docuit *Bald. in cap. 1. n. 7. de contr. overs. feud. apud par. terminand. Clar. in lib. 5. sentent. §. fi. quæst. 38. vers. frequenter. Bass. de foro compet. num. 108.* & hoc, 17 ne continentia causæ dividatur, *l. 1. & 2. ff. de quibus reb. ad*

reb. ad eund. Iudic. l. nulli, Cod. de jud. cap. 1. de nanf. possess. propter. capite primo de sequest. possess. & fruct.

18 Quod autem in hac causa adsit litis continentia, dicebatur, satis constare, quia cum per M.C.V. fuisset interpositum decretum præambuli, quod non potest interponi, nisi quando testamentum est validum, ut ex *Ritu* 181 ubi *Caravit. nu.* 4. venientes ab intestato ab hoc decreto appellaverunt ad S. C. prætendentes, testamentum esse nullum, & obtinuerunt Regiam decretationem, quod eadem Mag. Cur. Vicar. verbum faciat in S. C. quod est Judex ordinarius appellationum, decretorum, & sententiarum dictæ M. C.

19 Continentia autem causæ diversimode exemplificatur, ut per *D D.* & præcipue per *Alberic. in d. l. nulli, C. de judic.* & *ibi* etiam *Bal. Paul. de Castr. & Salyc.* & casus enumerat *Parlad. lib. 2. rer. quotid. c. 9. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 4. cas. 371. & cons. 123. n. 22. & seqq. Treatting. var. resol. li. 2. tit. de judic. resol. 3. n. 2. Gayll. practicar. observat. obser. 31. lib. 1. num. 3. Carleval de foro compet. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disput. 2. nu. 3. Tiber. Decian. resp. 97. in fi. vol. 2. Viv. dec. 136.*

20 Inter alios autem ille se offert in causa præsenti, quando sunt multi debitores unius creditoris concurrentis contra ejus bona, *Villadieg. polit. cap. 1. nu 13.*

21 *ver. ex concursu*, & sic in simili, quando multi concurrunt super eadem re, & hæreditate: item quando eadem ratio esset inseparabilis, una ab alia, secus si posset separari, *Cravett. cons* 818. *per tot. Marcel. Cala de mod. artic. glos. unic* §. 2. *n.* 721. Et quidem tota fere controversia est inter Partes circa incertitudinem dispositionis: venientes enim ab intestato prætendunt testamentum nullum propter incertitudinem hæredis: Gubernator autem Montis, & Reverenda Fabrica dicunt, hæredem esse certum, nempe ex institutione ipsius Montis hæredis, sed inter eos contenditur circa incertitudinem illorum, quibus debet beneficium Montis applicari, & continentia causæ proprie, &

23 formaliter dicitur, quoties in una, eademque causa oriri possent diversæ sententiæ, & decreta inter se contraria, ad quod absurdum præcipue evitandum continentia causæ indivisibilis redditur, *l. cognitio* 8. *ff. de liber. caus.* ibi, *Neque enim timor est, ne varie judicetur, glos. in l. 1. ff. ex quibus caus. ad eund. Judic.* & debere evitari multiplicationem processuum, dixit *Paul. Christin. decis* 74. *n.* 4. *tom.* 1. *ca. text. & glos. in cap. fi. in*

24 *verbo per varias de rescrip.* & ideo subdit, quod ut tempori, atque sumptibus parcatur, omisso medio, ne continentia causæ dividatur, superior Judex adiri potest *Gayll. pract. observat. lib. 1. observat.* 32. *Minsyng. observat.* 96 *cent.* 2. ubi *Arnol. Reyger. in addit.*

Nec prædictis obstare potest id, quod tradit *Episc. Marant.* qui uti Advocatus Reverendæ Fabricæ scripsit in suo *resp.* 24. *vol.* 1. respondendo ad *tex. in l. ubi captum, ff. de judic.* & ad *cap. proposuisti, extra de*

25 *foro compet.* quia fateri oportuit, piorum legatorum exequutionem esse mixti fori, ex *tex.* expresso in *d. l. hæreditas* 53. §. *si defuncto, in fi. ff. de petit. hered.* ibi, *Principali, vel Pontificali authoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis*, ubi *glos. in verb. Principali* explicat, id est Principis, vel Papæ, sive Episcopi, cum aliis concordantibus. & ideo *nu.* 4. respondendo dicit, quod quamvis ad utrumque spectet, tamen cum res sint hujusmodi, quæ ad Religionem spectant, ad Episcopos magis, quam ad laicos pertinere Judicea. Non enim negatur, de jure communi posse Episcopum, vel jure proprio, vel tanquam Sedis Apostolicæ delegatum compellere hæredes defuncti ad solutionem relictorum ad pias causas, & hoc est, quod dicunt *DD.* ab eo allegati, quos affert etiam *Barbos. de*

26 *potest. Episc. d. alleg.* 82. *n.* 13. sed non sequitur, ergo Judex laicus etiam procedere non potest; cum sit casus mixtus, & nunquam præsumitur, Regem concessisse jurisdictionem privative, sed cumulative, *Anna allegat.* 52 *nu.* 52. *Capyc. dec.* 122. *nu.* 6. *Franch. dec.* 417. *nu.* 2. *Grammat. dec.* 20, & alii. Sed in hoc Regno maxima adfuit difficultas in erectione Tribunalis Reve-

27 rendæ Fabricæ, ex eo, quod in causis mixtis procedit Judex laicus privative, & ideo cum in anno 1521. per Summum Pontificem *Leonem X.* fuissent deputati Commissarii Apostolici pro exequutione piorum legatorum Andreas de Albrici, Jacobus Marchesino, & Jo. Bapt. Blansiolo mediante *Brevi Apostol.* Dato Ro. 3. Mensis Martii 1517. tempore, quo Regnum hoc moderabat Don Raymondus de Cardona fuit concessum

28 Regium exequatur, sed fuit limitatum, præterquam in particula contra laicas personas, in dicto *Brevi* contentas, de qua particula, cum opus fuerit, habeatur recursus ad nos pro conservatione Regiæ jurisdictionis, nam opportune, prout justum fuerit providebitur, ut apparet ex *literis exequutorialib.* expeditis

29 sub die 18. Januarii 1521. & propterea fuit concordatum, ut eligerentur per Suam Excellentiam, tam in prima, quam in secunda & tertia instantia Judices laici pro exequutione dictorum legatorum piorum, tanquam Judices dictæ Reverendæ Fabricæ, qui etiam contra laicos procedunt, ut testatur *Reg. Rovit. in d. pragm.* 1. *nu.* 1. *de legat. piis*, ubi etiam *Novar. nu.* 41. &

30 *quæst forens.* 91. *par.* 1. sed semper habet locum præventio, ita ut in judiciis inceptis coram Judice laico, coram eo procedatur, servata forma dispositionis juris communis, prout fuit observatum in dicta causa, in qua scripsit *Episc. Marant.* & ideo attendendæ sunt *decisiones* & non *consilia*.

Rursus satis differt causa, in qua scripsit idem *Episc.* ab ea, de qua noster est sermo, ibi enim præsupponitur, legatum fuisse factum pro male ablatis incertis ut apparet in *respons.* 21. & 23. hoc eliciendo ex illis verbis, *Perche esso testatore è stato tanti anni al mondo, & è passato per diversi intrichi, & non stà sicuro d'alcune restitutioni, che forsi devesse fare, per questo grava detta sua herede à depositare in Banca* 50. *m. ducati per erigerse un Monte per l'Anime del Purgatorio, & per maritaggio di povere*: Ex quibus verbis prætendebatur legatum fuisse factum pro exoneratione conscientiæ incertis personis. In casu vero, de quo agitur non prætenditur, fuisse factum pro exoneratione conscientiæ, sed tantum fuisse Institutum Montem cum incertitudine ejus, quod operari debeat, & sic non intrat Reverenda Fabrica, quia inter capita, in quibus datur ei jurisdictio, non adest circa hoc aliud capitulum, nisi respectu legatorum pro male ablatis incertis, & nec ex testamento, nec ex discursu vitæ testatoris potest elici, Montem fuisse erectum pro male ablatis cum ipse testator semper vitam religiosam duxerat, morando cum Patribus Societatis Jesu, cujus patrimonium fuit auctum ob maximam ejus parsimo-

31 niam, & cum longæva vita. Nec potest prætendi, posse dictum Tribunal procedere in eo tanquam legatum pium, cum non valeat, nisi ex negligentia piorum locorum in non exigendo infra annum, ut dixit idem *Reg. Rov. d. prag.* 1. *de legat. piis*, *nu.* 2. & nos supra probavimus.

Dicebatur demum quo de ipso, quod causa remitteretur per Collaterale Consilium Tribunali Reverendæ Fabricæ, esse judicare testamentum oedum validum, & sic venientes ab intestato essent exclusi, sed etiam quod relictum esset incertum, quod maxime negabatur per Gubernatorem Montis, postquam ex dispositione dicti testatoris, dum voluit, Montem gubernari per Procuratorem Domus Collegii, qui pro tempore erit, absque obligatione reddendi

reddendi rationem ulli personæ hujus mundi, relinquendo etiam Montis Protectorem Delegatum causarum dicti Collegii, qui similiter pro tempore erit, clare elicitur, voluisse, ut introitus Montis erogarentur in beneficium dicti Collegii, ubi per 40. an-
32 nos commoratus fuerat RR. PP. religiose vivendo, & ex legitimis conjecturis evidens voluntas testatoris demonstratur, *l. licet Imperator, & ibi Bart. numero 10. ff. de leg. 1. l. cum proponebatur, ff. de leg. 2. Cephal. cons. 114. numer. 12. & cons. 188. numer. 7. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 3. titul. 5.* sob
33 *num. 2. & lib. 8. tit. 1. num. 15.* nam conjecturæ dicuntur apertissimæ probationes, *l. in tempus, §. quoties, ff. de haredibus instit. l. si quis locuples, in fi. ff. de manumiss. testament. & l. si constante, in princ. ff. solut. matrim.* & voluntas testatoris, quæ ex conje-
34 cturis colligitur, tollit omnia, quæ objici possent, *Raphael Fulgos. consil. 13. numer. 2. versic. quod nunquam, Paul. de Castr. consil. 123. in fin. Mant. dict. lib. 8. tit. 18. nu. 25.*

Sed in hoc casu dicebatur, dispositionem esse clarissimam, nec esse necesse recurrere ad conjecturas, siquidem hæres erat certus, cum fuerit dictus Mons institutus, cui fuit relictus Gubernator P. Joseph Juvenia Procurator Collegii, & alii, qui pro tempore erunt, absque onere reddendi computa cuivis personæ mundi, & sic ille Gubernator potest de bonis dicti Montis ad libitum disponere, quia satis clarum est, Religiosum non posse disponere, nisi ad benefi-
35 cium ipsius Collegii, nam quicquid acquirit Religiosus, acquirit Monasterio, *Authent. ingressi, Cod. de sacrosan. Eccles.* adeo ut nec momento quidem penes ipsum resideat, *l. placet ff. de acquirend. hæredit. Bald. cons. 494. in fin. volum. 5.* ubi dicit, quod li-
36 cet jus delatum Monasterio sumat initium ab ipso Monaco, tamen per modum scintillæ & sic ictu oculi in Monasterium transit. Et ideo, testator remisit huic Administratori redditionem computorum, sciebat enim tanquam persona, quæ per tot annorum curricula cum dictis RR. PP. consuetudinem habuit, quod introitus dicti Montis erant optime, & magna cum pietate, & prudentia erogandi, & sic non erat opus aliqua computorum redditione.

Et ideo dicebatur, quod aut prædicta erant clara, prout pro parte ipsius Gubernatoris prætendebatur, aut saltem dubia, & proinde nullo modo erat causa tractanda in dicto Tribunali Reverendæ Fabricæ: Unde discusso negotio in Collaterali Consilio, me referente sub die 5. mensis Novembris 1646. fuit determinatum, quod Sacrum Consilium de justitia provideat, & fuit habitum pro vero, quod causa erat præventa, jam in Sacro Consilio, qua in Magna Curia Vicariæ, & ideo non poterat de ea tractari coram Judicibus Reverendæ Fabricæ, etiam ex qualitate causæ, ex quo dubitabatur, si erat relictum incertum, & sic si erat comprehensum in dispositis per *Bullam* erectionis dicti Tribunalis, & unus ex Dominis addidit, quod quando certa est persona, non potest dici, quod institutio, sive legatum sit incertum. Penes à Mandatis Scribam Franciscum Anastasium.

OBSERVATIO IN DECIS. CLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Causa, & lis principalis legati, de quo in hac decisione quomodo fuerit terminata.*

2 *Fabrica Sancti Petri solum jus habet in legatis piis incertis, & qua omnino, & in totum incerta sunt, non tamen si ex subsequenti postea certa fiant, & num. 25. & 40.*

Pauperes si in genere instituuntur hæredes, vel eis legatum fiat, tunc hospitale pauperum institutum videtur, ibid.

Sanctus aliquis si hæres instituatur, vel ei legatum fiat, tunc Ecclesia ejus nomine dicata hæreditatem, vel legatum capit, vel Ecclesia, in qua testator domicilium habet, ibid.

3 *Legatum factum pauperibus causa studiorum censetur pium, & si fiat simpliciter si legibus studuerit, intelligitur si ad doctoratum pervenerit.*

4 *Legatum factum alicui Sancto debetur Ecclesiæ illius nomine dicatæ.*

Quid si corpus, vel reliquiæ illius Sancti extent in alia Ecclesia, ibid.

Quid si plures sint Ecclesiæ sub illius nomine, cui debeatur, ibid.

5 *Legatum factum virginibus pauperibus maritandis censetur pium.*

Legatum alimentorum relictum pauperibus censetur pium, ibid.

Quid si fiat amico, vel consanguineo pauperi, ibid.

Quid si fiat ab eo, qui dotare, & dotes solvere tenetur, ibid.

Quid si fiat mulieri diviti, an dicatur pium, ibidem.

Quid si fiat consanguineo diviti pro ejus anima, ibidem.

Legatum factum diviti pro anima, an dicatur pium, ibid.

6 *Legatum ad hoc, ut dicatur pium, qua requirat.*

7 *Ad Reverendiss. Fabricam spectat probare paupertatem, vel res male ablatas fuisse incertis personis tanquam fundamentum intentionis suæ si legatum factum sit pauperibus, & numer. 15. 32. & 39.*

8 *Legata ad pias causas relicta in testamento nullo, imperfecto, vel minus solemni, an spectent ad Reverend. Fabricam.*

Quid in legatis pro restitutione male ablatorum incertorum, ibid.

9 *Legatum pro male ablatis incertis est irrevocabile, & habet vim confessi debiti.*

10 *Legata pia an minuant legitimam, & quid si sint pro exoneratione conscientiæ, vel pro male ablatis.*

11 *Fabrica an procedere possit in legatis piis contentis in testamento revocato.*

Quid si fuerint legata pro exoneratione conscientiæ vel pro male ablatis in primo testamento relicta, ibid.

12 *Fabrica an possit se intromittere in legatis piis pendente confectione inventarii.*

13 *Fabrica an jus habeat in legatis piis relictis in quadam schedula manu testatoris scripta.*

14 *Damnatus ad mortem, vel deportatus potest testari pro exoneratione suæ conscientiæ, & pro male ablatis & ideò jus in eis habet Fabrica.*

15 *Fabrica jus habet in legatis incertis, quia si certis personis ablata sunt, illis utique, non autem Fabricæ restitutio fieri debet, & num. 6.*

16 *Legatum pro anima, vel pro exoneratione conscientiæ quomodo differat à legato pro male ablatis, & è contra, & nu. 36.*

Legatum pro anima sua, vel exoneratione conscientiæ non censetur pro male ablatis, sed pro remissione peccatorum, vel alia causa ibidem, & numer. 36. & 38.

17 *Eleemosyna à morte liberat æterna & ex ea peccata redimuntur.*

Legatum relictum pro anima sua, vel consanguineorum, vel pro exoneratione conscientiæ non dicitur esse pro male ablatis, nec spectat ad Reverend. Fabricam, nisi aliter ex conjecturis judicetur, ibid. & nu. 18. & 32.

19 *Fabrica Sancti Petri, an possit avocare pecuniam solutam creditori posteriori.*

20 *Ecclesia Sancti Petri de Urbe dicitur Ecclesia Romana, & gaudet privilegiis Imperii, & Fisci, sed an è contra, nu. 21.*

21 *Ecclesia, & Fiscus æquiparantur.*

Ecclesia gaudet privilegiis Fisci, Militum, Libertatum, Alimentorum, Dotis, Pupillorum, Minorum, Resp. & Imperii, ibid.

22 D. Fabius Capycius Galeota Regens *laudatur, & ejus juriam allegationes pro Monte erecto à Scipione de Curte contra prætentionem Rever. Fabricæ annectuntur.*

23 *Mons erectus à Scipione de Curte Regio Consiliario Decano in ejus testamento pro suffragio Animarum Purgatorii, & pro nubendis Puellis pauperibus, an in eo jus habeat Rev. Fabrica, & nu. 22. & 24. cum seq.*

24 *Legatum, quod continetur in Monte erecto pro suffragio Animarum Purgatorii, & pro maritandis Puellis pauperibus, an spectet ad Rever. Fabricam, & num. 29. 30. 31. & 32.*

25 *Legatorum piorum exequutio an sit mixti fori, & in eis detur preventio, & nu 22. & 27.*

Preventio an detur in exequutione legatorum piorum inter Judicem secularem, & Tribunal Reverendæ Fabricæ, ibidem & num. 22. 27. & 28. adducitur decisio, nu. 42.

26 *Judicium quando captum esse judicetur, si per solam citationem, vel per solam libelli præsentationem, & num. 28.*

Lis quando dicitur pendere coram aliquo Iudice, ibidem.

Lis an dicatur contestata in hoc Regno per solam citationem, ibid.

29 *Legatum relictum pro maritandis Puellis, illarum nominibus non expressis, quando per hæredes, vel exequutores sunt nominanda non dicitur incertum, & nu. 2.*

30 *Legatum relictum pro suffragio Animarum, & pro maritandis Puellis pauperibus non dicitur legatum pro male ablatis, & proinde Reverenda Fabrica in eo Ius non habet, & num. 24. 31. & 32. adducitur decisio, nu. 42.*

Legatum factum his verbis : Perche è stato tanti anni al Mondo, & è passato per diversi intrighi, e non stà sicuro d'alcune restitutioni, che forse volesse fare, *an dicatur legatum pro male ablatis incertis, dict. numero trigesimosecundo, & nu. 33. 34. & 35.*

Dictio : Forse *dubietatem denotat, ibid.*

33 *Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est.*

36 *Legatorum piorum causa, ut fiant, non semper est malè ablatorum restitutio, sed sæpius alia occasiones, & potius pro remissione peccatorum, & ex liberalitate, & num. 16. 17. 18. & 38.*

37 *Testator non præsumitur immemor animæ suæ.*

40 *Quando in judicio tractatur an adsit qualitas, quæ fundet Iudicis Iurisdictionem, constito de qualitate, proceditur ad ulteriora, si verò non constet remittitur ad Iudicem competentem.*

Quid si non possit separari causa Iurisdictionis à causa principali.

Praxis S. C. Neap. quod non datur terminus ad probandum qualitatem Iurisdictionis Iudicis, sed datur ad probandum incumbentia.

Iudex nemo potest esse in causa propria, ibid.

41 *Legata pro redemptione Captivorum debent sine ulla cunctatione impleri, & nulli licet illa infringere.*

43 *Legatum factum ad pias causas, vel pro construenda capella cum hac prohibitione, nè Iudices Ecclesiastici, vel Episcopus, aut Reverenda Fabrica in illis se intromittant, alias sint nullo, & pro non facta, an non obstante dicta prohibitione possint dicti Ecclesiastici, & Reverenda Fabrica se intromittere, & de illis cognoscere, & nu. 44.*

44 *Testator non potest prohibere ne in legatis piis se intromittat Episcopus, vel Reverend. Fabrica & num. 43.*

Testator non potest prohibere quin leges, & canones serventur in suo testamento, ibid.

Voluntas testatoris servanda est, ut lex, quod intelligitur in rebus justis, & in iis, quæ non sunt contra leges, & canones, & quando lex ejus voluntati non resistit, ibid.

IN causa principali hujus decis. pro Monte, & consequenter pro illius Administratore contra prætensionem Reverendæ Fabricæ, & abintestato venientes scripsit in Jure *D. Episcop. Maranta tom. 5. controvers. Iur. respons.* 25. illum adeas, & Jura pro tuitione dicti Montis, & non fuisse legatum incertum pium factum à Dom. Octavio Buono, & proindè nullum Jus in eo habere Reverendam Fabricam, latè ibi reperies, licet in fine testetur litem fuisse
1 transactione expletam, ut à vexationibus dictæ Reverendæ Fabricæ Patres Collegii Societatis Jesu Gubernatores dicti Montis se eximerent.

2 Observo autem cum illo *numero vigesimonono cum seqq.* solum ea incerta legata pia ad Reverendam Fabricam Sancti Petri spectare, quæ omninò, & in totum incerta sunt, non autem, quæ licet antecedenter incerta videantur, certa tamen ex subsequenti fieri possunt, ut etiam *Cavaler. decis.* 212. *numero quinto* veluti legatum factum pauperibus, quia pauperes sunt instar Collegii, veluti etiam legatum in redemptionem Captivorum, veluti quoque si pauperes in genere hæredes instituantur, quia tunc Hospitale pauperum institutum videtur, vel si aliquis Sanctus hæres institutus sit, tunc Ecclesia ejus nomine dicata hæreditatem capiet, vel saltim Ecclesia, in qua domicilium habuit, *l. fin. Cod. de sacrosanct. Eccles.* & sic ex post facto certæ fiunt personæ, quæ antecedenter erant incertæ, & *num.* 53, subdit, quod legatum factum in causam studio-
3 rum pauperibus æstimetur pium, quia causa studii, & dotis æquiparantur, & si fieret simpliciter legatum si legi studuerit, intelligitur si ad gradum Doctoratus pervenerit. *Paschal. de patr. potest. par. 1 cap. 3. nu 84. Novar. in jun. bull. tom. 2. de Fabrica Sancti Petri, num. 9.*

4 Hinc observo secundò, quod legatum factum alicui Sancto debetur Ecclesiæ illius nomine dicatæ in loco ubi fit legatum existenti, quia legata fiunt Ecclesiis Sanctorum, & non Sanctis in Cœlo existentibus, & si corpus, vel reliquiæ illius Sancti sint, & conserventur in aliis Ecclesiis, non illi Ecclesiæ, ubi sunt corpus, vel reliquiæ, sed propriæ Ecclesiæ illius Sancti debetur, & si plures essent Ecclesiæ ejusdem nominis, tunc pauperiori, *dict. l. fin. §. fin. Cod. de sacrosanct. Eccles.* & si essent pares in paupertate, tunc Episcopus potest gratificare, & eligere, *Afflict. decis.* 244. *ubi Addent. Dom. Rovit. in pragm. 1. de legat. piis, numer.* 14 *in fine, & 15.* Unde si fiat legatum in hac Civitate Neapolit. verbi gratia, *Sancto Agrippino, vel Sancto Aspremo,* qui sunt Patroni hujus Civitatis, & eorum corpora condita venerantur in Ecclesia Majori Archiepiscopali, legatum non deberetur dictæ Ecclesiæ Majori, ubi sunt corpora dictorum Sanctorum, sed Ecclesiæ existenti sub nomine illorum, prout in casu *dict. decisio. Afflict.*

5 Tertiò observo, quòd Tribunal dictæ Reverendæ Fabricæ possit se intromittere in legato facto pauperibus

peribus virginibus maritandis, quia tale legatum censetur pium, prout est legatum alimentorum factum pauperibus, & quotiens legatum relinquitur pro anima, etiam si amico, vel consanguineo pauperi relinquatur, dicitur relictum ad pias causas, non tamen id locum haberet si dos relinqueretur mulieri diviti, *Dom. Ricc. var. resolut. part. 2. resolut. 370. numero primo & secunda, Cardinal. Medic. de consult. ultim. volum. lib. 6. tit. 3. numer. 24. & 31. Dom. de Franch. decis. 565. numero 5.* ubi *Novar. in addit.* latè; sed *Dom. Gennens. in practicab. Ecclesiastic. quaest. 44?.* tenet legatum factum diviti pro anima, dici legatum pium, & gaudere privilegiis piae causae, prout legatum relictum Ecclesiae diviti, sed addens *in fine*, dummodò legatum non fiat ab illis, qui dotare tenentur, & dotam solvere, quia tunc non dicitur pium, sed solutio proprii debiti, *Novar. dict. tom. 2. ibidem numer. 8.* in tali casu debere divitem dictum legatum distribuere pro anima testatoris in pios usus, & *numer. 6.* tenet cum *Bald. Novell.* quod dos est favorabilis tàm mulierum pauperum, quam divitum, sed non dicit legatum dotis factum mulieri diviti esse legatum ad pias causas, nam legatum, ut dicatur pium, duo sunt necessaria. Primò, ut relinquatur loco pio. Secundò, ut relinquatur personis pauperibus, *Dom. Ricc. dict. part. 2. resolut. 381. in princip.* & omne id propter quod anima testatoris, vel cujuscumque Catholici, vel animatum corpus incarceratum sublevatur, dicitur relictum ad pias causas, *Dom. Ricc. ibid. resolut. 416. numero quinta*, sed legatum relictum consanguineis pro anima sua, si sint pauperes, vel si juxta statum suum nequeant vivere dicitur pium, *Mantic. ubi sup. Novar. in summ. bull. tom. 1. titul. de Fabric. Sancti Petri, numera quinta & tom. 2. eod. titul. numero quarto, Nald. in sum. verb. legatum numera secundo* & tunc ad Reverendam Fabricam spectat probare paupertatem tanquam fundamentum intentionis suae, *Dom. Ricc. dict. resolut. 381. Afflict. decis. 377. numer. 4. cum seqq.* aliàs

7 si non sint pauperes non dicitur legatum pium, etiam si relinquatur eis pro anima, *de Franch. dict. decis. 565.* & in dubio potius censetur relictum ratione consanguinitatis, quam pietatis, & pro anima, *Cavaler. decis. 212. numer. 6. Novar. ibid. num. 5. tom. 2.*

8 Quartò observo ad *numerum duodecimum* an Tribunal dictae Reverendae Fabricae possit procedere in legatis ad pias causas relictis in testamento nullo, & imperfecto, & *Iaf. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, numer. 10. circa in vers. in casu autem è contraria res esset expedita, Cod. de testament.* dicit quod legata pia in eo contenta non valerent, dum non valet caput testamenti, & sic dum non valent hujusmodi legata ad pias causas relicta in testamento nullo, in quo sit laicus extraneus institutus haeres, per consequens non poterit Reverenda Fabrica in illis se intromittere, *Dom. Ricc. dict. part. 2. resolut. 379.* cit. à *Dom. Reg.* sed in legatis relictis in testamento minus solenni intrat Rev. Fabrica, *Cavaler. decis. 168. numer. 1.* secus verò dicendum est in legatis relictis pro restitutione malè ablatorum incertorum, quae non tam dari, & relinqui, quàm reddi videntur, quia tunc intrat Reverenda Fabrica, *D. Gennens. in d. practicab. Eccles. quaest. 483. versic. hac tamen communis conclusio.*

9 Inde quinto observo, quòd legatum pro malè ablatis incertis, in quo procedit Tribunal Reverendae Fabricae, est irrevocabile, & habet vim confessati debiti, ita ex *Angl. Andr. Sicul. & Corta*, tenet *Novar. in dict. Addit. ad decis. 565. de Franch. versic. tertium privilegium*, ubi multa privilegia talis legati pro male ablatis, & pro exoneratione conscientiae, adducit, & *versic. sextum privilegium*, dicit, quod & si legata pia non minuant legitimam filiorum, tamen legata pro exoneratione conscientiae, pro incertis, & malè ablatis minuunt legitimam, quam opinionem etiam quoad legata pia omnia, tenet *Dom. Gennens. ibid. qu. 167. num. 2. & 3. & Cardin. Mantica d. cap. 3. nu. 34.*

11 An autem Reverenda Fabrica possit procedere ad exequutionem legatorum piorum in testamento revocato relictorum, vide eundem *D. Ricc. eadem par. 2. resol. 380* qui tenet negativam sententiam, & quid si fuerunt legata pro exoneratione conscientiae, & pro malè ablatis relicta in primo testamento, an sint revocata per secundum testamentum, in quo nulla fit de illis mentio, & *Dom. Gennens. eodem tractat. quaest. 484.* postquam retulit opinionem negativam, contrariae tanquam benigniori adhaeret, & in fine dicit in hoc Judicis arbitrium versari considerato tempore, exercitio personae, & aliis.

12 Item pendente confectione inventarii potest Reverenda Fabrica se intromittere pro adimplemento legatorum piorum, quia relicta pro anima non recipiunt moram restitutionis *Dom. Rovit. in dict. pragmat. 1. de legat. piis, numera decimo tertio & decimoquarto*, ex Bulla Clement. VIII. relata per *D. Ricc. resol. 377. vers. tandem Innocenti baradas, eod. par. 2.* In qua Bulla facultates attributae Rever. Fabricae continentur.

13 Sed an Reverenda Fabrica Jus habeat pro adimplemento legatorum piorum relictorum in quadam schedula scripta manu propria testatoris, ubi totam suam voluntatem scripserit, & habere vim, ut testamentum inter liberos, & quod dicitur favore liberorum, procedere etiam favore piae causae, & propterea valida esse legata pia, & pro illorum adimplemento Jus habere Reverendam Fabricam tuetur idem *Dom. Ricc. cit. part. 2. resol. 420.* dummodo dicta schedula sit scripta manu propria testatoris, quia si manu aliena, secus dicendum esset, ut *ibid. num. 2.*

14 Observandum est etiam damnatum ad mortem, & deportatum posse testari pro exoneratione conscientiae, & pro male ablatis, nisi id factum esset in fraudem fisci, quia id non est proprie relinquere, sed potius debitum reddere, ut diximus supra *numero octavo*, ita *Dom. Gennens. ubi sup. quaest. 487. Novar. in dict. decis. 565. de Franch. versic. septimum privilegium*, & ideo in eis jus habet Reverenda Fabrica.

15 Et cum ad Reverendiss. Fabricam spectent legata incerta, & pro male ablatis incertis, quia si essent certis personis ablata, illis utique restitutio fieri deberet, *Dom. Marant. dict. respons. 42. à numer. 9. ad 17. dict. tom. 5.* ad ipsam Reverendam Fabricam utique spectabit onus probandi fundamentum intentionis suae, nempe legata relicta esse pro male ablatis incertis, quia si certis personis, vel certis Ecclesiis relicta fuerunt, non utique ad Reverendam Fabricam spectabunt ex declaratione Sacrae Congregationis *num. 46.* ab ipso ibidem adducta, ut etiam supra *nu. 7.* diximus.

16 Ibidem observandum est non omne, quod pro exoneratione conscientiae, vel pro anima sua relinquitur, dicitur relictum pro male ablatis. Nam etsi omne quod pro exoneratione conscientiae relictum videtur, utique pro exoneratione conscientiae relictum videtur, quia nimirum conscientia malè acceptorum pondere gravata, eorum exoneretur restitutione, nec alia supersit via, qua exonerari valeat, nisi malè acceptorum restitutione facta, ex eo, quia peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum, *regul. pecca-*

tom 4. de regul. jur. in 6. can. 1. si res aliena 14. quæst. 6 nec salvatur qui alienum retinet, nisi illud restituat, *canon. nemo qui rapit 4. 14. quæst. 5. & can. Diaconi sunt 23. §. si certa ut ipse nostis, dist. 93.* Non autem è contra, quis non omne quod pro exoneratione conscientiæ, vel pro salute animæ suæ relinquitur, censetur relictum pro malè ablatis incertis & pro restitutione facienda, sed potius pro remissione peccatorum, & ex liberalitate, *Cardin. Mantic. de conject. ultim. volunt. dict. libro sexto titul. 3. numer. 34.* potest enim ex alia causa, quam pro malè ablatis, & furtis, sed aliis quoque criminibus, & peccatis conscientia premi. Decem namque sunt præcepta legis, quisquis ergo contra aliquod præceptum Dei facit, ipsius gravatur conscientia peccati pondere, quia à Divina Gratia excidit, & æternæ pœnæ obnoxius fit. & ideò exonerat suam conscientiam peccatorum contritione, atque confessione, & alisui Ecclesiæ, vel pio loco pro suo remedio animæ, & pro peccatorum remissione eleemosynas elargiendo relinquere, ut conscientiam peccatorum pondere gravatam eleemosynis exonerare, atque redimere valeat, juxta Domini Nostri Salvatoris *Luca cap. 11. vers. 41. Date eleemosynam, &*

27 *ecce omnia munda sunt vobis*; & *Daniel. cap. 4. vers. 24. Peccata tua eleemosynis redime*, ac *Tobia cap. 4. vers. 11. Quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras*; & ibidem: *Bona est oratio cum jejunio, & eleemosynam magis, quam thesauros auri recondere, quia eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit invenire misericordiam, & vitam æternam.* Ita egregie more suo D. *Maranta dict. respons. 32. numer. 21. tom. 4.* quod limitatur, nisi ex conjecturis aliter judicari valeat, nempe si testator injustis fuerit lucris deditus dum viveret, vel exercuerit aliquod officium, vel negotiationem, in quibus solent committi fraudes vel notorius usurariis, vel alia saltim via illum ad restitutionem teneri malè acceptorum perpendi possit. Idem *D. Marant. ubi supra, & D. Genuens. in est. practicab. Eccles. quæst. 438. in fine.* Itaque quando aliquis aliquod relinquit pro exoneratione, vel pro salute

28 animæ suæ, vel propinquorum, non dicitur legatum prædictum spectare ad Reverendam Fabricam, potest enim premi conscientia Testatoris ex aliis peccatis, vel obligationibus, quæ non proveniant ex malè ablatis, & furtis. idem *Dom. Marant. dict. eam cit. respons. 32. à numer. 4. tom. 4. cum seq. & dict. respons. 44 à num. 10. cum seq. tom. 5. Cardin. Mantic. ubi sup. num. 34. Dom. Genuens. dict. quæst. 438. & qu. 167. num. 3. vers. postea perlegi.* quis potiùs præsumitur id relictum fuisse ex liberalitate, vel pro remissione peccatorum.

29 In hac materia Reverendæ Fabricæ, quæri potest. An dicta Fabrica Sancti Petri de Urbe possit avocare pecuniam solutam creditori posteriori etiam bona fide consumptam, & ●servo, quod possit, nam & si sit magna altercatio inter DD. num creditor prior avocet, & repetat pecuniam solutam, & bona fide consumptam à posteriori creditore, pro qua quæstione vide *Afflict. in decis. 190. & ibi Ursill. ubi sque Addentes, Dam. de Franch. decis. 372.* præcipuè *num. 9. circa med. vers. hic punctus, Capic. decis. 78. Gratian. in qualibus impressis post suas decis. quæst. 1. D. de Marin. tom. 1. resol. quotidian. cap. 71. D. Episcop. Genuens. in dict. practicab. Eccles. quæst. 601. numero primo* & DD per ipsos adductos; tamen cum Fisco id competat ex *reg. l. pecuniam, Cod. de privileg. fisc.* & Ecclesia Sancti Petri dicitur Ecclesia Romana, & ideò gaudet omnibus privilegiis, quibus gaudet Imperium, & Fiscus, *D.*

20 *Genuens. tractat. cit. quæst. 551.* quia Ecclesia, & Imperium fraternizant, *Auth. quomod. oport. Episcop. in princip.* & fiscus gaudet hoc privilegio per *d. l. pecuniam.* Ideò potest Fabrica Sancti Petri avocare, & repetere pecuniam solutam posterioribus creditoribus, ita *Maria Vota 42.* quem sequuti sunt *D. Rovit. in dict. pragm. 1. de legatis piis, num. 16. D. Rite. in dict. part. 2. resol. 375.* idem *Dom. de Maria. dict. cap. 71. numer. 6.* Immò id locum habere in omni Ecclesia, & loco pio volunt *dict. Dom. Genuens. dict. quæst. 551. & d. quæst. 602. & D. de Marin. d. num. 6.* nam non solùm Ecclesia gaudet omnibus privilegiis Fisci temporalis, quia Fiscus, & Ecclesia æquiparantur. Immò Ecclesia est magis privilegiata quam

21 Fiscus, ideò non valet argumentum à privilegio Ecclesiæ ad privilegium Fisci temporalis, ut ait idem *D. Genuens. dict. quæst. 551. à num. 1. ad 6.* sed etiam Ecclesia gaudet privilegiis Militum, Libertatum Alimentorum, Dotis, Pupillorum, & Minorum, Reipublicæ, & Imperii, Idem *Dom. Genuens. ibidem quæst. 252.*

Ad corroborationem eorum, quæ *D. Regens num. 25.* dixit piorum legatorum exequutionem esse mixti fori. & *num. 30.* dari præventionem, & quod ita observatum fuit in causa, in qua pro Reverenda Fabrica uti illius Advocatus scripserat *D. Episcop. Maranta in resp. 14. tom. 1. controv. jur.* quem citat *numer. 24. vers. nec prædictis obstare potest id quod tradit Episcop. Marant.* Adnectere hic putavi Juriam allegationes *D. Reg. Fabii Capicii Galeotæ* tunc Advocati primæ

22 classis (de cujus virtutibus in aliis observation. supra loquutus fui) patrocinavit in illa causa ad favorem Montis erigendi ab hærede Scipionis de Curte, & illius exequutorum contra Reverendam Fabricam, pro qua scripserat *d. D. Maranta resp. 22. & 24.* In qua causa de duobus Articulis disceptabatur. An scilicet daretur præventio inter Judicem sæcularem, nempe S. R. C. & Tribunal Reverendæ Fabricæ in exequutione legati pii, & an legatum relictum à testatore illis verbis, de quibus etiam *D. Regens hic num. 30. vers. rursus* nempe: *Ferche esso testatore è stato tanti anni al Mondo, & è passato per diversi intrighi, e non stà sicuro d'alcuna restitutioni, che forsi valesse fare, per questo grava detto suo herede à depositare in Banco ducati 50. mila, erigersene un Monte per l'Anime del Purgatorio, e per maritaggio de povere, &c. che con questa opera haveria Nostro Signore misericordia delli peccati commessi per esso testatore*, quas allegationes ego habeo manu propria subscriptas *d. D. Fabii*, in quarum calce, etiam sua manu notatum est, ita secundum dictas suas allegationes judicatum fuisse, de cujus decreto mentionem facit *D. Regens d. num. 30.* sed *d. D. Marant. in eadem dict. resp. 24.* refert in 2. *artic.* contrarium fuisse declaratum postea per *Sacram Congregationem*, & per diploma *Sanctissimi Domini*, quod scilicet legatum pro dicto Monte erigendo fuisse pro mal ablatorum incertorum restitutione, atque pro exoneratione conscientiæ ac tandem jubente eodem Sanctissimo litem transactione finitam, & quamvis in *d. resp. 22. 23. & 24. d. D. Marant.* nomen reticeat testatoris; attamen ex earum lectura & ex verbis, quibus loquutus fuit testator, ut supra à nobis non relatis, ut in *d. resp. 22. in princip. & d. resp. 23. nu. 13. in fine* & respondendo singillatim in *d. resp. 24.* motivis, juribus, ac rationibus adductis in *d. allegationibus D. Galeotæ*, liquidò apparet fuisse eandemmet causam legati facti pro erectione Montis à Scipione de Curte, pro qua scripserunt ambo, nempe *D. Marant.* pro Reverenda Fabrica, & *D. Galeota* contra eandem pro præventione, & pro non jure dictæ Fabricæ, cum eandemmet verba testatoris relata à *D. Marant.* ad literam referat idem

idem *D. Galeota in dd. alleg.* ut infra nu.32.35.& 38. quarum tenor est, qui sequitur.

JURIUM ALLEGATIONES

Pro Marchionissa Grottariæ hærede, & Exequutoribus testamenti quondam Regii Consiliarii Scipionis de Cutte.

Contra Æconomum Reverendæ Fabricæ Sancti Petri.

Commissar. Spect. D. Regens Ursinus.

Tagliavia Reg. à mandatis Scriba.

23 SCipio de Cutte S. C. Regius Consiliarius Decanus, & Comes Ferrazani in ejus ultimo testamento præcepit erigi Montem 50. m. ducatorum, cujus redditus voluit expendi in opera pia pro suffragio Animarum, quæ sunt in Purgatorio, ac præcipuè, ut singulis annis nuptui traderentur duodecim puellæ pauperes honestæ Neapolitanæ.

Reliquit executores testamenti Dom. Episcopum Esern. sive Isernien. germanum fratrem, & Dom. Victoriam de Llanos uxorem, quos etiam Gubernatores dicti Montis esse voluit cum amplissima potestate.

Donna Victoria prædicta executrix decimo Februarii præsentis anni 1622. petiit in S.C. cogi Marchionissam Grottariæ hæredem Scipionis ad exbursandum duc. 50. m. ut prædictus Mons erigeretur, juxta testatoris dispositionem.

Oeconomus Fabricæ Sancti Petri de Urbe die 21. Aprilis, & sic multo post convenit eandem hæredem in ejus Tribunali, & compilato utcumque jam processu. Prætendit in dicto Tribunali pronunciari debere ex prædictis ducatis 50. m. non exequendum 24 dictum legatum pro Monte erigendo, sed Fabricæ applicandum eo quod sit incertum, & pro male ablatis

Hæres, & executores habuerunt recursum ad Collaterale Consilium, coram quo probare intendunt. Primò Oeconomum non potuisse molestare hæredem in dicto ejus Tribunali, sed debuisse suas prætentiones proponere in S.C. in quo judicium erat jam cæptum; Deinde ex ipsomet processu Fabricæ evidenter, ac manifestè constare de non jure Oeconomi, ac proinde S.C. debere procedere ad legati executionem.

25 Quò ad primum nemo in dubium revocare poterit, executionem piorum legatorum esse mixti fori, ac ideo locum esse præventioni, ita *glos. in l. hereditas, de petit. hered.* ibi *Presidiali, ac Pontificali authoritate, &c.* in eodem *text. §. si defuncto, Bald. num. 2. & Angel. num. 3. Innoc. in cap. nos quidem, de testam. Abb. & Barb. in cap. si heredes de testament.* ubi *Covar. num. 1. Bellac. in specul. Princip. rubr. 17. vers. videamus, nu. 4.* ubi dicit, quod Ecclesiasticus, & sæcularis Judex in hoc Jurisdictionem habent insolidum, & quod melior sit conditio occupantis, ibique *Borrellus lit. P. Marin de jurisd. cap. 10. num. 130.* ubi super hoc quamplures cumulat authores Novissime *Cavall. tract. de cognit. per violentiam, cap. 84.*

Cum igitur per petitionem executricis testamentariæ, constet judicium super prædicto legato cæptum esse in Sacro Consilio debebat Oeconomus Fabricæ in eodem S.C. ejus prætensiones proponere, ut ibi judicium finem acciperet, ubi jam cæptum est, *vulg. l. ubi* 26 *ceptum, ff. de judic. & glos.* ibi dicit per solam citationem cæptum esse judicium, etiam ante litis contestationem, *glos in l. causas, vel lites, C. de transact. in vers. causas, glos. in l. litis nomen, ff. de verb. et. signific.* quodque lis pendere dicatur per solam libelli præsentationem coram Principe (quem Sacrum Consilium repræsentat) est *text. in l. 1 ubi glos. in verb. preces oblatæ, C. quando libellus Princ. dat. lit. contest. faciat*, & qui per impetrationem Judicis dicatur lis pendere, tradunt *Doct. in cap. causam, el secundo de testam. Card. Zabar. in clem. 1 ut lit. pend. in 3. opposit.* Quin & in Regno lis contestata dicitur per solam citationem, ut in *Constitut. Dilationes, de dilat. & except.* & ibi: *Andr.* vide omninò *Grattian. tom. 1. cap. 66. num. 27. & 30.*

27 Et ex his inolevit praxis in Sacro Consilio, quod si ibi cæptum est judicium pro executione legati pii si Fabrica prætendit sibi aliquam partem legati applicari juxta Bullam Pii V. puta, quia legatum post annum non fuit adimpletum, debet in eodem Sacro Consilio comparere.

Nec alicujus momenti sunt, quæ adversus prædictam rationem affert Oeconomus, scilicet, quod in Sacro Consilio dubitabatur quisnam deberet esse Judex causæ istius legati, si Dominus de Franchis, vel Dominus Rovitus Nam quo ad propositum, ut di-28 catur lis cœpta sufficit præsentatio libelli in Sacro Consilio. & nihil refert si sit iste, vel ille Consiliarius Judex, quia idem S. C.

Et multo magis nullius est momenti, quod Oeconomus asserit diversam esse litem, quæ cæpta est in Sacro Consilio per executricem, ab ea quam ipse movit in suo Tribunali. Nam executrix (inquit) egit pro executione legati. In Tribunali verò Fabricæ actum est pro applicatione ejusdem legati.

Sed quis non videt ex ista prætensione applicationis Oeconomi sequi necessario oppositum ejus, quod petit executrix, ut scilicet legatum executioni non demandetur, ergo circa idem consistit lis, si legatum debeat exequi, vel nè.

Si verò Oeconomus dicat, quod ratione interesse Fabricæ debeat ista causa tractari in suo Tribunali aperte illi obstat Regium exequatur, in quo permittitur Tribunali Fabricæ avocare causas, in quibus habet interesse à suis Commissariis, & à Judicibus Ecclesiasticis tantum, & in hoc est maxime advertendum, fieret enim maximum præjudicium Regiæ jurisdictioni.

29 Quo ad secundum Oeconomus in processu jam compilato in Tribunali Fabricæ nihil aliud adducit ad fundandam ejus intentionem, quod prædictus legatum sit incertum, & pro malè ablatis, nisi verba ejusdem legati, ex quibus contrarium omnino apparere conabimur ostendere.

Nam legatum pro maritandis Puellis non expressis illarum nominibus quando per hæredes, vel executores sunt nominandæ non esse incertum, præter *Doctor. in l. id quod pauperibus, & l. nulli, & l. si quis ad declinandam, C. de Episcop. & Cleric.* tradunt *Covarr. in c. cum tibi, nu. 22. de testam. Oldrad. consil. 61. Sard. cons. 68. num. 16. Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 8. tit. 4. num. 18.* Et ita in terminis terminantibus in congregatione Fabricæ Sancti Petri sæpius fuisse decisum, testatur *Stephanus Gratianus discept. forens. tom. 2. cap. 268. in fine.*

30 Quod autem non possit esse legatum pro malè ablatis, ut somniavit Oeconomus est etiam evidentissimum. Nam si quando testator expresse legat pro malè ablata, debent omninò probari malè ablata, ut *Bart. in l. qui aurea, ff. de aur. & argent. leg. & per* per *Abb. in c. cum sit de Judeis, nu. 6. & in cap. sua, de testam. nu. 3.* & per *Alber. in l. nulli, C. de Episc. & Cler.* & alios quamplures Doct.

31 In casu nostro absolutissimum est, non esse legatum pro malè ablatis, dum nulla adest dispositio testatoris de hoc, nulla confessio & nulla assertio, estque certa Juris dispositio cum quis dubitat se teneri ad restituendum esse in bona fide Ideoque non teneri ad restitutionem, ut per *glos. in cap. fin. ver. nulla de præscript.* ubi *Doctor.* & præcipue *Fel. num. 9.* qui

asserit esse communem, & veram opinionem, quam plures etiam Canonistas, & Theologos refert *Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 41. quæst. 1.* & dubitans de Jure suo non est in mala fide, & proinde turbatio non nocet, & dubitans dicitur potius esse in bona quàm in mala fide, sed oportet quem fortiter, & constanter credere se malæ fidei possessorem, ut obsit præscriptioni, *Alex in l. 3. generaliter ff. de acquir. possess. Bald. de præscrip. 2. par. qu. 3. princ. Menoch.* & alii quos refert *Mascard. concl. 103 incip. mala fides, nu. 49.*

32 Et dum testator dixit semper per verba dubitativa, videlicet: *Perche non stà securo de alcune restitutioni (che forse volesse fare)* fuit testator in maxima dubietate constitutus, si enim dictio, *Fortè*, applicata certo facto illud reddit dubium, ut per *glos. in cap. ex parte, verb. forte de celebrat. Miss.* latè *Felin. in cap. accedens, il primo, num. 10, ut lit. non contest.* applicata deinde facto dubio ex vi geminat: efficacius operatur, & illud magis dubium reddit, ex latè traditis per *Petr. Cened. ac nat. dict. sing. verb. fortè.* At magis in casu nostro dubietas adest. dum omnia verba, ultra dictionem, *Fortè*, dubietatem denotant.

33 Et cum bonarum mentium sit, ibi culpam timere, ubi culpa non est, ut ex *Divo Gregorio* traditur *in cap. 2. de observ. jejun.* & per *Nav. in consil. 29.* cum aliis infinitis per *Parian. de probat. part. 1. cap 5. num. 54.* Erit hæc dispositio potius bonæ mentis intentioni, quàm confessioni in præjudicium existimationis ejusdem testatoris.

34 Et demum considerentur, obsecro, prædicta verba: *Perche non stà securo, &c.* quod sunt talia, quod à quolibet probo viro dici debeat; quis enim quantumcumque sanctus absque divina revelatione, dicere potest: Ego sum totus, quod non teneat ad aliquam restitutionem, dicebat Apostolus: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum*, idest non propter hoc totus sum, sive securus.

35 Et insuper rogo etiam adverti, quod dum testator prius dixit: *Perche è stato tant' anni al mondo, & è passato per diversi arrischi*, & deinde subdat: *Et non stà securo d'alcune restitutioni, che forsi volesse fare.* Non video cur tam optima dispositio, & Montis erectio pro piissimis causis tribuenda potius dubietati malè ablatorum, quàm aliis mundialibus occasionibus: In quibus testatus per 10 annos involutum se fuisse dixit, & cum causa piorum legatorum sint multiores, & sæpius aliæ occasiones, quam ablatorum restitutorio; Sequitur inde regula. quod verba obscura, quæ ad plura referri possunt, ad id, quod est minus referri debet, non autem ad id, quod est plus, ut bene fundat *Roman. in consil. 455. num. 6.* tam in ultimis voluntatibus, quàm in judiciis, ex *l. qui concubinam, §. qui invita, de legat. 3.* & in *l. apud Julianum de leg. 1. & in l. ita relictum de leg. 2.* Et in confessione facta per testatorem, quod teneatur ad restitutionem usurarum, non probare illum fuisse usurarium, & præsumendum potius esse causam. quæ non infamat, & esse interpretandam in meliorem partem, tenet bene *Bald. in cap. in præsentia, num. 8. extra de probat.* quem sequuntur *Felin. ibi, & Alciat. de præsumpt. regul. 3.*

37 Attendatur deinde, quod legatum istud pro erectione Montis est omninò oppositum pro legato pro malè ablatis. Cum enim testator disponat ad favorem animæ suæ & conjunctorum, id facere non potuisset, si non fuisset Dominus verus, è contra in legato pro male ablatis non potest disponere ad commodum proprium, vel suorum, quia non est Dominus, sed tenetur restituere Unde nullo modo præsumendum est testatorem in articulo mortis fuisse æternæ salutis immemorem.

38 Sed consideretur causa finalis erectionis Montis, dicit enim *Che la Divina Maestà haverà misericordia a li peccati d'esso testatore per quest' opera, che lui fà.* Ergo vult Montem erigi pro veniis suorum peccatorum, & non pro restitutione male ablatorum.

Et confirmatur. Nam adeo fuit affectus ad erectionem istius Montis pro Animabus existentibus in Purgatorio, ut voluerit alterum Montem 20. m. ducatorum erectum ad commodum descendentium ex filiabus germani fratris, deficientibus lineis applicari. & uniri Priori Monti pro Animabus.

39 Advertatur etiam obsecro, quod Oeconomus ad probandum, hoc esse legatum pro male ablatis adduxit solum quasdam frivolas, & vanas conjecturas, quæ ut fumus dissipatæ sunt Tenebatur enim (quia erat fundamentum suæ intentionis) illud clare, & evidenter probare, *l. si atlier, C. de probat, l. pen. §. docere, ff. ne quis eum, qui in jus vocat, & Dom. de Franchis* præcisè in terminis Fabricæ Sancti Petri hoc asserit *decis. 565. vol. 4.*

Et tandem non est omittendum, quod si tractatur, an adsit qualitas, quæ fundat Jurisdictionem Judicis, coram quo proceditur, constito de qualitate proceditur ad ulteriora. Si verò non constat de qualitate remittitur ad Judicem competentem, prout tradit *Bartol. in l. ex quacumque, de in jus vocand. Innoc. in cap. super literis de rescriptis, & in cap. cæterum*

40 *de Judic.* & alii allegati per *Lapum in alleg. 59.* & licet in Sacro Consilio servetur, quod non detur terminus ad probandum qualitatem; sed quod detur terminus ad probandum incumbentia ut lites abbrevientur, & si non est probatum de illa qualitate fundante Jurisdictionem, imparetur parti, quæ fecit probationes in causa coram Judice competenti.

Nihilominus hoc procedit ubi potest separari causa Jurisdictionis à causa principali; nam tunc potest Judex cognoscere, an sua sit jurisdictio, ubi verò non potest separari causa Jurisdictionis à causa principali, tunc non potest Judex cognoscere, an Jurisdictio spectet ad eum, quia esset Judex in causa propria, contra *text. in l. 1. C. ne quis in sua causa, & l. qui Jurisdiction. omnium Jud.* ita signanter determinasse *Bald. in cap. fin. de prohib. feud. alien. per Feder.* post *Innocent. in cap. verum, de for. compet. & in cap. venerabilis, de consib.* tradit *Alex. in cons. 1. vol. 5.* ubi etiam alios allegat, & ulterius subdit post *Anton. de Butr. in capit. cæterum de judic.* quod ubi aliquod commodum ultra Jurisdictionis exercitium, applicatur Judicanti, & tractatur non solum de exercitio Jurisdictionis. sed de proprietate alicujus Juris, vel causæ deferentis Jurisdictionem, tunc propter dubium Jurisdictionis non cognoscit Judex, an causa sit sua, ex doctrina etiam *Innocent. Jo. Andrea*, & aliorum, quos allegat, & has duas limitationes sequitur etiam *Jas. in l. 2. ff. si quis in jus vocat. non ierit, num. 25. vers. 5 limita, & Felin. in cap. super literis de rescript. nu. 24. vers. fallit 4 & n. 28. vers fallit 8.* sequitur *Vantium in tract. de nullitatibus, in tit. de nullit. ex defec. jurisd. post nu. 52.* Unde cùm ultra exercitium Jurisdictionis, contendit Oeconomus Reverendæ Fabricæ, quod præsens legatum ad beneficium ipsius Fabricæ applicetur, non erit à Supremo Regio Collaterali Consilio permittendum, quod ipsemet sit Judex in causa propria.

41 Erit ex his omnibus concludendum, quod si in legato redemptionis Captivorum est dispositum nulli licere dispositiones pii testatoris infringere, vel improbamente violare, & pium defuncti propositum sine ulla cunctatione impleri debet, ut habetur in *d. l. null. C. de Episcopis, & Cleric.* quantò magis deficientis voluntas pro Animabus Purgatorii sine ulla altercatione erit exequutioni demandanda, nam eo dignius est hoc legatum pro Animabus Purgatorii legato redemptionis Captivorum, quantò dignior est anima corpore.

Fabius Capycius Galeota.

In

42 In quarum calce etiam sua propria manu *d. D Fabius* notavit per hæc verba. *Et ita judicatum*, ac iterum notavit sic: *die Jovis 3. Novembris 1628 referente D. Regente Ursino*, judicatum pro nobis, laus Deo. *Votantibus DD. Regentibus Ursino Commissario, Valenzuela, & Enriquez, ac Consiliario Joann. Baptista Meliore*.

Quam decisionem melius videre poteris apud *dictum Taglianam Regiam Scribam à mandatis*.

43 Denique observandum, quod si testator fecerit aliquod legatum ad pias causas, & expresse prohibuerit, ut Judices Ecclesiastici non se intromittant in illius adimplemento, adhuc talis prohibitio non valet, prout etiam respectu legati relicti pro construenda Capella, cum prohibitione, ut Episcopus non se intromittat, quia id prohibere nequit *Dom. Reg. Revert. in ead. pragm. 1. de legat. piis, nu. 5.* & idem dicendum est de legatis piis relictis cum hac prohibitione, scilicet, nè Reverenda Fabrica in illis se intromittat, alias si dicta Fabrica in illis manus imponat, vel se intromittat, nulla sint dicta legata, & pro non facta, quia non potest testator prohibere quin leges, & ca-

44 nones serventur in eorum testamentis, *cap. requisisti, de testam.* & sic conditio prædicta non impedit quin Reverenda Fabrica possit secundum privilegia sibi à Summis Pontificibus concessa, procedere ad exequutionem legatorum piorum, & sibi ea applicare in casibus sibi permissis: Nam etsi voluntas testatoris sit servanda tanquam lex in rebus suis, per *tex. § disponat, auth. de nup.* Responderur ad intelligendum esse in justis, non autem in injustis, & in iis, quæ sunt contra leges, & canones, & quando lex ejus voluntati minime resistit, & ita tenent *D. Ricc. par. 3. resol. 5:7. Gutier. in repet. l. nemo potest, ff. de legat. 1. num. 449. Joann. Maria Novar. quæst. forens. tom. 1. quæst. 91. Novar. frater in summa Bull. tom. 1. loc. cit. in fi. Molfes. tom. 1. ad consuet. Neap. par. 3. q. 10. n. 8. &* 9. ubi ita practicari quotidie in Tribunali Rever. Fabricæ & indistinctè testatur, & idem tuetur *D. Maranta tom. 1. respons. 20. à num. 19. usque ad 97.* præcipuè *num. 56. 57. 58. & seqq.* ubi in calce *d. resp.* adducit decretum Sacræ Congregationes Eminentiss. DD. super negotiis Reverendæ Fabricæ Sancti Petri præfectorum latum de mandato Sanctissimi Domini Nostri Urbani Papæ VIII. in quo rejecta fuit tanquam defectu potestatis invalida prohibitio facta à testatore, nè Reverenda Fabrica ob non adimplementum piorum legatorum, molestare posset hæredes.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Laici ex tolerantia Prælati an. & quando acquirant jus sedendi in aliquo loco particulari Ecclesiæ; & an si fuerint turbati, eis competat remedium possessorium. Et quid respectu suarum uxorum.

SUMMARIUM.

1 *Honor, & dignitas consistit in sedendo ante alios.*

2 *Precedentia in sedendo debetur ei, qui Civitatem regit, & gubernat.*

3 *Barones in suis terris habentur tanquam perpetui Gubernatores, & dicuntur Officiales Regii perpetui Magistratus & Ordinarii.*

4 *Barones offendentes dicuntur offendere Regiam Majestatem, & excluduntur à gratia generalis indulti.*

5 *Scamna in Ecclesia debent esse communia.*

6 *Magistratus ordinarius præcedere debet in sedendo, etiam Delegato, quia dicitur major in Provincia, quam reges post Regem.*

7 *Ecclesiæ Rectoris attestatio est sufficiens in judicio summarissimo.*

8 *Prelati confessio voluntaria non præjudicat Ecclesiæ, tamen si pro ea concurrant præsumptiones, & conjecturæ, probat, & præjudicium facit.*

9 *Laici in Ecclesia pro sedilibus, & banchis nullam jus ratione dominii habent, sicuti nec etiam pro sepulturis: tamen ex Episcopi tolerantia habent ius, & possessionem seu quasi quoad usum tantum, & num. seq. quod habet etiam locum in aliis rebus spiritualibus, & eis annexis, num. 15.*

11 *Laicus retinens in Ecclesia sedile solum quoad usum, si fuit tolerans ex gratia, debet manuteneri in sua possessione, & simile est in jure sepulchrorum, & num. seq.*

13 *Possessio in sedilibus potest etiam armata manu defendi, & adversarium prohibentem occidens, si ad arma sit provocatus, non potest pœna ordinaria puniri, & num. 14.*

16 *Possessio sedendi in Ecclesia acquiritur unico actu, & num. 24.*

17 *Injuriarum actio datur etiam contra amoventem aliquem à sedili in Ecclesia.*

18 *Consuetudo est servanda in præeminentiis, & honoribus, & num. 20. 21. & 22.*

19 *Consuetudo est servanda, quamvis actus sit illicitus; quia illum facit licitum.*

23 *Consuetudinis jus magnum est in acquirenda possessione, seu quasi, etiam jurisdictionis, ita ut scientia Principis, alteriusve Superioris non requiratur.*

25 *Interdictum uti possidetis competit etiam in materia præcedentiæ.*

26 *Consuetudo loci est attendenda in præcedentiis spiritualibus, etiam si repugnaret juri communi.*

27 *Civis primariæ Civitatis præfertur primario Civi alterius Civitatis.*

28 *Præferendus semper est, qui plures, & majores dignitates habet.*

29 *Marchio dicitur persona Illustris, & cum eo concurrunt multa privilegia, & dignitates.*

30 *Castellani habent jurisdictionem inter milites destinatos ad custodiam Arcis, & alios intra septa Castri delinquentes.*

31 *Castellani dicuntur Regii Officiales.*

32 *Castellani sunt nedum milites, sed militum in Castro degentium Præfecti, & propterea dignitatem habent.*

33 *Dignitatum multiplicatio maxime est attendenda in materia præcedentiæ.*

34 *Eques, & Marchio debet præcedere illi, qui habet titulum tantum Marchionis.*

35 *Miles, & Doctor præfertur simplici Doctori.*

36 *Dignitas duplicata plus tribuit, quam una sola.*

37 *Mulieres possunt etiam acquirere jus sedendi in Ecclesia.*

38 *Uxor corruscat radiis viri, & dicitur eadem cum viro.*

39 *Sedes viri, & uxoris unica dicitur, quæ debet gaudere præeminentiis, & dignitatibus viri.*

40 *Attestationes negativæ non probant.*

41 *Testes in causa propria non probant.*

42 *Illatio non debet fieri ex diversis.*

43 *Consuetudines, & observantiæ locales non habent locum in alienos lares.*

44 *Testis unicus est sufficiens in judicio possessorio summarissimo, & leves probationes admittuntur.*

45 *Possessio, seu quasi sedendi in Ecclesia cum pulvinaribus, & sella est manutenenda.*

OBSERVATIO IN DECIS. CLXXXI.

ORta controversia inter Civitatem Barensem, & Illust. D. Joseph. Pappacoda Marchionem Capursii Principem Trigiani, Arcisque Regiæ ejusdem Civitatis Castellanum circa modum sedendi in Ecclesia Divi Nicolai Episcopi Miræ, cujus Sanctum Corpus in templo ejusdem Civitatis sumptuose à Rege Carolo II. constructo, ac dotato, innumeris miraculis quotidie fulgens, maxima cum devotione conservatur. Adiit dicta Civitas Suam Excellentiam, ac Collaterale Consilium, instando, ne permitteret, ut in ipsius fidelissimæ Civitatis, & caeterorum Nobilium Civium dedecus, dictus Marchio cum sua uxore præeminentiorem in dicta Ecclesia haberet locum sedendi, prætendendo noviter (permittente moderno Priore ipsius intimo Amico) fuisse introductum, ut in quadam ejusdem Ecclesiæ Capella cum sellis & pulvinaribus sericis, ac geniculatorio eodem serico cooperto ipse cum sua uxore divinis assisteret, cum nunquam ipse, nec sui prædecessores Arcis Castellani aliquam prærogativam in sedendo habuissent, sed semper sederunt, prout cæteri ejusdem Civitatis Nobiles, & sic etiam eorum uxores cum aliis mulieribus Nobilibus, sicuti ex fidibus quæ producebantur apparebat, & prout nec cæteri Castellani aliarum hujus Regni Arcium aliquam in sedendo habent prærogativam, nisi forte in ipsis Arcibus, ubi jurisdictionem exercent, & propterea non erat hoc hodie innovandum in eorum detrimentum, & præjudicium, nam honor, & dignitas consistit in seden-
1 do ante alios, *Bald. in l. decernimus, in 2. notab. C. de sacros. Eccles. & in l. libert. aque, col. 5. ver. item secundum membrum, C. de oper. libert. Franc. Curt. sen. cons. 74. vol. 1. in fin. Felin. in rubr. de major. & obedient. col. 4. vers. nota etiam, quod qui sedet, Georg. Natta in repetit. text. in cap. quamvis, col. 3. vers. quinto fallit de pact. in 6. Gasp. Valesc. in repetit. l. Imperium, in 3. notab. ff. de jurisdict. omn. Jud. Tiraq. de jure primogen. in præfat. n. 13. Azeved. in addit. ad Cur. Pisan. lib. 2. cap. 2. nu. 1. Cassan. in Catalog. glor. Mund. 5. par. consid. 1.* & alii per *Bovad. in polit. lib. 3. cap. 2. de las precedencias del Corregidor. nu. 20. in verb. dignidad.*

Ista autem præcedentia in sedendo dicto Marchioni competere minime potest uti Castellano dictæ arcis, quia jurisdictio ejus est tantum intus di-
ctum Castrum, nec in aliis Civitatis partibus se ex-
2 tendit. & præcedentia in sedendo debetur ei, qui Civitatem regit, & gubernat, non autem alii, ut dixit idem *Bovad. libro secundo cap. 21. numer. 61.*
3 Nec uti titulo decorato, quia istam præcedentiam non potest habere in sedendo, nisi in terris suo dominio subjectis, idem *Bovad. dict. lib. 2. cap. 16. amplius. 10. num. 59.* ubi redditur ratio, quia habentur tanquam perpetui Gubernatores in suis terris, quanquam hoc non practicetur. & dicuntur Officiales Regii, perpetui Magistratus, & Ordinarii, *Frecc. de subfeud. author. Baron. 10. Capiblanc. in rubr. de*
4 *Baronibus num. 56.* ita ut eos offendentes, dicuntur offendere Regiam Majestatem, & veniunt exclusi ab indultu, *Mastrill. de Magistrat. libro quarto cap. 15. numer. 18. & 21.* verum hæc prærogativa uti non potest in Civitate Bari, ubi nullam habet jurisdictionem, & ideo hæc præcedentia in sedendo non
5 est permittenda, sed scamna in Ecclesia debent esse communia, ut fuisse decisum in Rota Pisana refert *Marc. in decisi. 88.* sequitur *Ricc. in collect. decis. 674.*

Pro parte vero Marchionis considerabatur primo, quod nullum jus competere poterat Universitati ipsum removendi à solito sedendi loco cum illis prærogativis, & præeminentiis, quibus semper soliti fuerunt, tam ipse, quam ejus prædecessores gaudere, quia in Ecclesia Divi Nicolai nullum jus habet Universitas, cum sit Capella Regalis, sed ista repugnantia competere potuisset vel Officialibus, & Magistratibus Regiis, ut ex *Bovad. dict. lib. 2. cap. 21. n. 61.*
6 diximus, ubi quod ordinarius Magistratus præcedere debet in sedendo, etiam Delegato, & dat rationem, quia dicitur major in Provincia, quam regit post Regem, licet hoc limitet in parvulis terris. At sedile dicti Marchionis non est in Navi Ecclesiæ, nec in consessu cum Officialibus Regiæ Audientiæ vel Gubernatoris Civitatis, vel aliorum Magistratuum, sed in particulari Capella ab aliis separata, ita ut nullum præjudicium Regiis Magistratibus parere potuerit, & ideo nunquam conquesti fuerunt, nec hodie conqueruntur. Vel etiam Prælato, qui est Prior dictæ Ecclesiæ à Domino Rege creatus, qui non solum hodie non conqueritur, immo mediante publico documento testatur, se plenissime esse informatum de inveterata observantia, quod tam ipsi Marchiones Capursii, quam eorum uxores semper habuerunt in dicta Capella sedes cum aliis ornamentis superius expressis, & quod ipse ita etiam observare fecit, prout ex dicta informatione constabat, quam Ecclesiæ Rectoris
7 attestationem cum aliis adminiculis superabundantem esse, maxime in judicio summariissimo, habetur ex *Farin. dec. 334. d. 2. par. 1. tom. 1.* quamvis enim confessio Prælati voluntaria non præjudicet Ecclesiæ, *cap.*
8 *præsentium, de testib. Afflict. dec. 368. nu. 4.* si tamen pro ea concurrant præsumptiones, & conjecturæ, probat, & præjudicium facit, *Ruin. cons. 142. sub n. 4. lib. 1.* & fuit decisum in una Moslens. Jurispatronatus, sub die 27. Maii 1584. relata in *decis. divers. 162.* & eam etiam refert *Farinac. loco* supra citato.

9 Et quod attinet ad sedilia in Ecclesiis, licet laici non possint habere jus in eis, ratione dominii pro sedilibus, & banchis, sicuti nec etiam pro sepulturis; *Hostiens. in cap. pen.* quod incipit *abolendæ, de sepultur. in fi.* ubi etiam *Jo. Andr. Anchar. Panormit. & Butr.* idem *Abb. in c. quanto de judic. Petr. de Ubald. de Canon. Episc. & Parochial. cap. 12. in fin. nu. 5. tom. 15. tract. par. 2. Gratian. discept. forens. 210. n. 48. Horat. Giova-*
10 *gnon. cons. 8. lib. 2. nu. 3.* Tamen ex Episcopi tolerantia bene possunt quoad usum acquirere, prout dixit *Christoph. Port. in §. Apum, Instit. de rer. divis. Cardub. in l. si quis à liberis, n. 32. ff. de liber. agnosc. Gratian. discept. for. cap. 810. n. 13. & d. cap. 210. nu. 32. Giovagnon. d. cons.*
11 *8. n. 21.* videndus, quia late materiam tractat, ubi quod quando laicus fuit toleratus ex gratia, ut sedile in Ecclesia haberet, & illud velit solum retinere quoad usum, & Ecclesiæ servitium, non potest illius Rector hujusmodi sedile removere, sed laicus manuteneri debet in sua possessione, & ita decisum fuit in *Rota Roman. dec. 212. par. 1. in noviss.* simile est in jure sepul-
12 chrorum, in *dec. 787. d. par. 1.* & quod hoc Jure sedendi in Ecclesia ex tolerantia quæsita, debeat in possessione, seu quasi conservari, habetur ex *Panormit. in d. cap. 1. & cap penult. de sepultur. Rocch. de Curt. de ju-*
13 *re patronat. in verb. Ecclesia, q. 6.* & quod etiam armis possit suam possessionem defendere, *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, in verb. duas habens filias, num. 21. Parlador. in sexquicenturia, differ. 66. §. 2. nu. 8. Lara in l. si quis à liberis, num. 33. ff. de liber. agnosc. Avendan. de exequend. mandat. 2. par. cap. 10 num. 20. Perez de Lara de anniversar. & Capellan. cap. 24. lib. 1. num. 23. Gratian. discept. forens. d. cap. 110. num. 16.* ex doctrina *Bald. in l. observare, §. antequam, in fin. ff. de offic. Procons. Menoch. cons. 257. nu. 55. & 902. num. 78. Giovagnon. d. cons. 8. nu. 14.* Immo dum quis pro-
14 hibetur in loco solito sedere, si se defendendo, ne ab alio dejiciatur, adversarium prohibentem occideret, si ad arma provocatus sit, non potest pœna ordinaria puniri,

punit. Rebuf. in l. unica, num. 354. glos. 1. C. de sentent. qua pro eo, quod interest, Cordub. in d. l. si quis à liberis, num. 33. Grat. d. cap. 110. nu. 20. nam honor manu armata defendi potest, Bald. in cap. 1. de pac. tenend. in usib. feud. Escobar. de purit. & nobelit. q. 1. glos. 4. numer. 20.

15 Quod habet etiam locum in aliis rebus spiritualibus, & eis annexis, ut in recipiendo prius pacem, cum similibus. Garz. de expens. & meliorat. cap. 8. num. 5. vers. adeoque, Franc. Marc. dec. 275. par. 1. & de scamnis in Ecclesia loquitur Paris. cons. 149. lib. 4. Rebuff. in tractat. in quibus caus. secul. coga. poss. nu. 33.

16 & quod possessio acquiratur unico actu. Marzar. cons. ult. lib. 1. Mancar. cons. 126. Gratian. d. cap. 180. num. 17. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque privat. & alii per Giovagnen. dict. consilio octavo num. 17.

17 Et quod detur actio injuriarum (nam turpius ejicitur, quam non admittitur hospes) Bald. in d. l. observaro, §. antequam, ff. de offic. proconf. Menoch. cons. 91. n. 124. Gerard. singul. 33. Cassan. in Catalog. glor. mund. par. 2. considerat. 2 in fin. Giovaga. d. cons. 8. nu. 15.

18 Et in istis praeminentiis, & honoribus, observandam esse consuetudinem, l. minime, ff. de legib. Archidiac. in cap. ad hoc, extra de excessib. Prælat. & in cap. penult. in verb. electionis, in fi. de elect. Avendan. de exequ. mandat. par. 1. cap. 19. n. 14. & 1. Tiraqu. de nobil. c. 20. n. 55. Ann. cons. 40. Marcell. de Maur. alleg. 50. n. 2. de Franch. decis. 383 n. 4. Sanfelic. dec. 140. nu. 9. lib. 1.

19 Ricc. collect. decis. 1446. & quod consuetudo servanda sit, quamvis actua sit illicitua, quia illum facit licitum, Luc. de Penna in l. missi, C. de exa. tor. tribu. lib. 10. col. 3. ver. consuetudo est altera, Menoch. in prag. inx. par. rone inf. 3. na. 15.

20 & præsertim in ista materia circa ordinem præcedendi in deosculatione Evangelii, in thuribulis, & similibus, Barbos. in collect. ad Bull. in

21 verbo Domini temporales, quod maxime procedit circa locum sedendi, quia non potest præposterari, Bal. in cap. cum olim, de consuet. in 1. notab. & in d. l. observaro, §. antequam, in fi. dicit, semper esse servandam con-

22 suetudinem, Menoch. cons. 126. num. 3. ubi quod consuetudo debet attendi, etiam in Ecclesia Cathedrali, nec ad eam inducendam requiritur titulus, fi. Andr. in cap 3 de consuet. in 6. Abb. in c. fi. de consuetud. Me-

23 noch. d. cons. 125. & quod magnum sit jus consuetudinis in acquirenda possessione, seu quasi, etiam jurisdictionis, ita ut scientia Principis, alteriusve Superioris non requiratur, sic credimus Covarr. in reg. possessor. 2 par. 3. nu 2 licet contrarium dixerit Bar. in l. 1 §. denique, nu. 5. ff de aqua pluv. arc. qui loquitur de præscriptione, quia Civitates Italiæ prætendunt acquisivisse jurisdictionalia absente Imperatore, quam tamen Bart. doctrinam improbat novissime Christofor. Anguian. de legib. lib. 2. controvers. 1. in fi. Sed quicquid sit, in juribus incorporalibus ex consuetudine jus acquiri certissimum est. per supra dicta.

24 Et quod attinet ad jus sedendi, in eminentiori loco, vel alia hujusmodi, nedum decem annos, sed unico actu datur quasi possessio, ut supra diximus, & probat etiam Corn. consil. 193. numer. 14. lib. 2. Boer. de author. Magni Consilii, numer. 68. Menoch. consil. 52. num. 40. & 226. num. 6. Ianoc. in cap. cum Ecclesia. ubi etiam Abb. de caus. possess. & propriet. Bart. in d. l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuq. privat. Ruinus cons. 106. num. 9. lib. 5. Roland. cons. 47. nu. 27. vol. 1. & alii per Gras. d. cap. 110. n. 17. & cap. 210. num. 42.

25 Competit etiam in ista materia præcedentiæ interdictum uti possidetis, c. ap. licet causam, extra de probat. latissime de materia Ludov. Post de manu tenend. obser. 10. n. 30 cum seqq. ubi plures DD. & Rotæ decisiones affert, & in casu magis arduo fuit per Rotam Romanam determinatum, quod cum quidam Joannes de Reta haberet sedem in quadam Capella, ad cornu epistolæ versam de directo contra Altare majus, ibique sedere assuevisset tempore divinorum officiorum, & ex necessitate fuisset constructa Sacristia in eadem Capella, dictus Joann. conquestus fuit de præjudicio sibi respectu suæ sedis illato, & causa commissa Episcopo Barbastiens. fuit determinatum, quod alia sedes ante Sanctissimum Sacramentum, & in loco æque præeminenti prædicto Joanni in dicta Ecclesia designaretur, quæ sententia postmodum fuit exequuta, cumque ab exequutione prædicta fuisset appellatum, tandem per Rotam Romanam die 1. Julii 1609. in una Pampilonens. juris sedendi coram Manzanedo fuit ordinatum, dictam sententiam esse exequutioni demandandam, ex quo dictus Joannes erat manutenendus, ex text. in §. retinendæ, Instit. de interdict. ut apparet ex dec. 117. post tractat. Posth. de manutenendo, qui quidem est casus satis arduus, ex quo per constructionem Sacristiæ in Capella, ubi sedere sole-

26 bat, locum amiserat, & quod consuetudo loci sit attendenda in istis præcedentiis, etiam si repugnaret juri communi, Ricc. collecton. decis. 1069 ubi plures Rotæ Romanæ affert decisiones, & ultimus actus attenditur, Anna allegat. 131. Ricc. collectan. decisio. 470.

Quæ quidem quamvis sufficientissima dicebantur esse in hoc judicio possessorio, tamen multa alia concurrebant in personam ipsius Marchionis ex quibus dignus dicebatur hoc honore: siquidem quamvis Nobilitas Barensis sit admodum conspicua, ut omnibus est notum, tamen dictus Marchio merebatur hanc

27 prærogativam, tum quia erat Nobilis Civitatis Neap. quæ est Regni caput, & quod civis primariæ Civitatis præfertur primario civi alterius Civitatis, habetur ex Decan. c. clerici, de judic. Cassan. in Catal. glor. mund. par. 11. consid. 44. Marcell. de Mauro alleg. 50. nu. 8. tum etiam quia quamvis forte sola hæc nobilitas non sufficeret, ad hanc præcedentiam, & præeminentiam obtinendam, tamen alias habet dictus

28 Marchio prærogativas, & propterea est in sedendo in sublimiori loco præferendus, Franch. decis. 144. Mastr. decis. 150. lib. 1. Reg. Galeot. controv. 45. n. 35. lib. 2. semper enim est præferendus, qui plures, & majores dignitates habet Bald. in l. sed & milites, in princ. ff. de excusat. tutor. Ruin. cons. 19. num. 9. lib. 2. Georg. alleg. 35. num 6. Fab. de Ann. cons. 122. num. 33. lib. 1. Menoch. d. cons. 51. num. 31. Reg. Rovit cons. 64. num. 34 lib. 1.

Nec dubitari potest, quod in persona dicti Marchionis plures concurrant dignitates, nempe Marchionis, ac etiam Principis Trigiani, ac ejusd. Civi-

29 tatis Arcis Præfecti, qui Tituli faciunt eum Illustrem, ut habetur per Frecc. de subfeud. lib. 2. in tit. quis dicatur

30 Marchio, num. 7. & 9. & quod attinet ad Arcis dictæ Civitatis præfecturam, affert etiam dignitatem, & prærogativam, dum jurisdictionem inter milites ad custodiam dictæ Arcis, & alios intra septa Castri delinquentes habeat, ut ex Gram. consi. crvil. 66. Vrsil. ad Afflict. d. decis. 41. num. 6 & ex Cap. Regni, incip. Castellanos notavit Reg. Rovit. consi. 92. n. 6. lib. 2. & n. 5.

31 ubi quod dicuntur Regii Officiales, ut est tex. ad literam in Constit. Regni, incip. Culpam non immerito, tum etiam, quia jurisdictionem, ut supra diximus exercet juxta dictum Cap. Castellanos, & licet Franch. in dec. 505. num. 19. dicat quod in hoc Regno Castellani non habent jurisdictionem, tamen est intelligendus juxta dictum Capitulum, ut scilicet non habeant jurisdictionem extra Castrum, alias esset contra ejus dispositionem, contra ea, quæ dixit idem Franch. in dec. 458.

32 Sunt enim Castellani nedum milites, sed militum in Castro degentium Præfecti, ut dixit idem Rovit. d. cons. 92. num. 6. versi. sed quid dicimus, & propterea dignitatem habent, Bart. & cæteri in auth. habita, C. ne

ac filius pro patre. Bal. in l. 2. in princ. C. de Senatoribus 33 *Menoch. consi. 116. nu. 9.* & 15. maxima est enim attendenda multiplicatio dignitatum in hac materia. un- 34 de dixit *Bal. in d. l. sed & milites. in princ. ff. de excus. tutor.* quod is, qui est Eques, & Marchio præcedere debet illi qui tantum est Marchio, quem sequuti fuerunt *Felin. & Dec. in cap. clerici, de judic.* & dixit *Alex. in l. centurio, col. 5. vers. adde tamen. ff. de vulgar. &* 35 *pupill. substit.* quod miles, & doctor præferri debet simplici doctori, quod etiam voluerunt *Scribentes in l. enim quod ff. si cert. petat.* & præcipue *Dec. in 2. lectur. num. 14.* & in *d. cap. clerici, de judic. Felin. in l. rubr. de majorit. & obedient. nu. 2. Ias. in l. cohæredi, §. qui ff. de vulg. & pupill. substit. & consi. 172. num... lib. 1. Ruin. consi. 19. nu. 9 lib. 1.* & alii per *Menoch. d. consi. 116 nu.* 36 7. *cum seqq.* nam dignitas duplicata plus tribuit, quam una sola, idem *Menoch. consi 902. nu. 45. & consi. 51. nu. 31. & consi 52. n. 5.*

Et id, quod dicitur respectu Marchionis, idem 37 etiam dicebatur de ejus uxore, nam etiam mulieres acquirere possunt jus sedendi in Ecclesia, *Bart. in l. 1. ff. de legib. Lara de anniverf. & Capel. lib. 1. capit. 24. num. 21. Gratian. discept. for. d. cap. 21... num. 35.* ex doctrina *Ioan. Fabri in §. aliam vero, Instit. de bonor.* 38 *poss.* quod eo fortius procedit in uxore, quia idem debet esse locus, qualis est viri, cum coruscat radiis ipsius, & dicitur eadem cum viro, *l. ult. C. de incol. lib. 10. Tiraqn. de nobilit. cap. 10. Giovagnon. d. respons. 8. in fin.* ubi etiam ex *Ant. de Prat in tract. Clypo Pastorali, & Menoch. consi. 52. num. 20.* dicit, quod omnia dicitur sedes viri, & uxoris, quæ debet 39 gaudere præeminentiis, & dignitatibus ejus viri *glos. in cap. ex parte, de for. compet. Didac. Perez in lib. 1. tit. 3. lib. 1. ord. col. 96. Bovad. Polit. lib. 2. cap. 16. num. 225.*

Nec obstare dicebatur, attestationes productas pro parte Civitatis, & præsertim aliquorum Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ, qui dicunt, nunquam vidisse Marchiones sedere in sellis prædictis, quia bene potest esse verum, quod eo tempore, quo sedebant in sellis ipsi non adessent in Ecclesia Divi Nico- 40 lai, quæ multum distat ab Ecclesia Cathedrali, & sic cum loquantur negative, non probant, *cap. cum Ecclesia, sutrina, de caus. possess. & propriet.* ubi *DD.*

41 Nec de fide quam faciunt octo Nobiles potest haberi aliqua ratio, quia sunt testes in causa propria, ipsi enim sunt, qui conqueruntur de hac præeminentia, & sic non probant, *Afflict. decisi. 400. num. 7. Vrsill.* ad eundem *Afflict. dec. 376. numer. 4. Franch. dec. 197. num. 4. & 10.*

Minus obstare possunt fides nonnullarum Civitatum, quod ibi Castellani nullam habeant prærogativam, tum quia non concurrunt cum eis qualitates di- 42 cti Marchionis, qui etiam est Titulo decoratus, tum quia ex diversis non fit illatio, *l. Papinianus exuli, ff.* 43 *de minor.* & istæ consuetudines, & observantiæ locales non habent locum in alienos lares, *Old. ad. consi. 248. Rom. consi. 367. num. 11. Anchar. consi. 6. Menoch. consi. 52. numer. 190.* nec in dictis Civitatibus constat, Castellanos permissione, sive tolerantia Prælati fuisse in possessione sedendi in loco magis decorato, sicuti ex tot probationibus habuisse Marchiones Capursi apparet, nedum ex supra narratis, sed ex attesta- 44 tione Sindici popularis præfatæ Civitatis Barensis, tanto magis in hoc possessorio summarissimo, in quo etiam unica testis sufficeret, ut post alios dixit *Postius in tract. de manutenend. observat. 38. nu. 19.* & leves probationes admittuntur, *Covarr. pract. qq. cap. 13.* & idem *Postius in d. dec. Rot. Rom. 269. n. 4 post d. tract.* & pro- 45 inde ex omnibus prædictis in eorum possessione, seu quasi sedendi in dicta Capella cum pulvinaribus, & selliis esse conservandos concludebatur, *Viv. dec. 226. n. 12. Bentas. dec. 73.* cum aliis suprà citatis.

Unde facta relatione in Collaterali Consilio per Spectabilem Regentem Didacum Bernaldum de Zufia sub die 28. Aprilis 164?. fuit resolutum, quod infra quatuor dies Partes deducant omnia eorum incumbentia. & interim Ill. Marchio Capursi manuteneatur in possessione sedendi in Capella cum sede, & Pulvinaribus, servata forma soliti Penes Franciscum Anastasium Regium à mandatis Scribam.

Notandum tamen erit, quod postquam hanc decisionem scriberem, ad manus meas pervenit *tertium volumen* posthumum *Decisionum* quondam *Regentis Sanfelicii*, ubique eandem decisionem compilatam reperi, quæ est *dec. 33.* quæ quidem satis docte, & accurate fuit extensa, & forsan si ante illam vidissem, hunc laborem recusassem; sed postquam elaborata reperitur, poterit Lector ex illa suavitatem dicendi, ex hac vero meos qualescunque sint labores, percipere.

OBSERVATIO IN DEC. CLXXXI.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio datur existenti in quasi possessione, & acquiritur per unicum actum sedendi in Ecclesia in scamno, vel sedili, & num. 4. 8. 15. & 29.*

Existens in possessione sedendi in aliquo loco in Ecclesia, vel alios precedendi, potest etiam armata manu resistere, & se tueri de illo loco, ibid. & nu. 4. 15. & 28.

2 *In possessorio quando utraque pars prætendit possidere, non datur cumulatio petitorii, & debet prius de possessorio agi.*

In judicio manutentionis licitum est docere de juribus petitorii ad colorandam possessionem, ibid. adducitur decisio, ibid. & nu. 7.

3 *Hæredi datur manutentio illius, qui habuit stallum in Ecclesia, & adducitur decisio, & num. 24.*

Locus sedendi in aliquo stallo, vel sedili alicui competens in Ecclesia, non potest ei auferri, nisi pro servitio ejusdem Ecclesiæ, ibid.

4 *Manutentio datur illi, qui in Ecclesia habet arma, insignia, sepulturam, & similia, & contra talia admonentes datur actio injuriarum, & Judicis officium, & contra tales potest resisti etiam armata manu, & num. 1.*

5 D. Don Carolus Capycius Latro *filius* *D. Regentis Dux Scani laudatur, & nu. 21.*

D. Consiliarius Dominicus Pettonius *laudatur, ibid.*

D. Diana Caracciola Ducissa Scani *laudatur, ibid. & nu. 20.*

6 *Usum pulvinaris habens in Ecclesia est manutenendus in possessione.*

Præsides Provinciæ, eorumque uxores in Regno Neap. an habeant usum pulvinaris in Ecclesia, & n. 22.

7 *In possessoriis, & petitoriis, sive proprietatis, & possessionis diversa sunt judicia, tamen ad coadjuvandam possessionem, & ad impugnandum, & excludendum adversarios licitum est jura petitorii, quo justitiam, & titulum ostendunt adducere, & nu. 2.*

8 *Quasi possessio acquiritur per unicum actum, & numer. 1.*

9 *Uxores Officialium an gaudeant honoribus, & præeminentiis suorum virorum, & n. 10. 11. 12. 13. 22. & 31.*

10 *Conjuges sunt una caro, & uxor est pars corporis viri, nu. 13.*

11 *Plura communicantur à Rege uxori, quam Reginæ matri, & filio primogenito.*

12 *Privilegia, quæ habet aliquis in dignitate constitutus communia sunt cum ejus uxore, & numer. 17. & 31.*

13 *Uxor est pars corporis viri sui, & est una caro cum viro, nu. 10.*

Honor

Honor qui debetur viro, debetur uxori, ibid. & nu. 20. cum seq.

Sedes, quæ debetur viro, debetur & ejus uxori, ibid. & num. 15.

15 *Viro datur actio, ut manuteneatur uxor sua in eodem honore, quo ipse fruitur.*

16 *Unio Christi, & Ecclesiæ vocatur societas divina, & humana domus.*

17 *Mulier est socia omnium fortunarum viri sui.*

Inter socios omnium bonorum, quicquid quæritur, vel amittitur est commune.

18 *Usus pulvinaris in Ecclesia, est signum, quo contradistinguuntur personæ majoris dignitatis, ab aliis inferioribus.*

19 *Mulieres, quæ in dignitate sunt præferuntur in Ecclesia aliis sine dignitate.*

20 *Nobilis Civitatis Neap. præfertur aliis Nobilibus alterius Civitatis Regni.*

21 *Uxores Præsidum in Regno Neopolitan. an gaudeant prærogativa habendi usum pulvinaris in Ecclesiis.*

23 *Prærogativa, quæ debetur officio, sufficit ab uno ex Officialibus in pari dignitate possideri, ut alter in eodem officio illa gaudere possit.*

24 *Successor manutenendus est in possessione sui prædecessoris quando agit nomine officii, vel beneficii, in quo successit, & nu. 3.*

25 *Præsidis officium dicitur publicum auctoritate, & utilitate, & repræsentat omnia officia suprema, quæ sunt in Metropoli Regni.*

26 *Omissio vel complacentia unius officialis circa honorem tali officio debitum, non præjudicat possessioni omnium Officialium, quæ tali officio Iure publico debeatur.*

Officia, quæ administrantur nomine Regis, dicuntur hærere penes ipsum, & ipsius ossibus, ibid.

Concernentia dignitatem officii Regii debentur ipsi Regi, ibid.

27 *Episcopo contradicente non potest aliquis Jus acquirere in Ecclesia habendi stallum, sedilia & similia, & nu. 1.*

28 *Possessor potest armata manu resistere ei, qui ipsum turbat, & nu. 1. 4. & 14.*

29 *Possessor dicitur, qui est in ultimo statu, etiam si probetur per unicum actum, & per unicum testem.*

30 *Episcopi tolerantia sufficit ad acquirendam quasi possessionem habendi Sedilia, & similia in Ecclesiis, & nu 1. & 27.*

31 *Privilegium nobilitatis concessum viro an extendatur ad uxorem, & nu. 9. cum seq.*

32 *Mulier ignobilis si nubat nobili, an efficiatur nobilis, & teneatur contribuere subsidiis indictis mulieribus popularibus.*

Mulier ad hoc ut dicatur impudice vivere, an sufficiat si semel tantum stuprum commisit, ibidem.

33 *Privilegium nobilitatis concessum uxori, an extendatur ad maritum.*

Vir ignobilis si ducat uxorem nobilem non efficitur nobilis, & nihil dignitatis, vel nobilitatis acquirit, ibid.

Mulier nobilis nubens viro ignobili efficitur ignobilis, ibid. quod limitatur nè procedat in præjudicialibus suo honori, unde talis fœmina non potest torqueri, & puniri pœna ignobilium, ibid.

34 *Mulier nobilis nubens ignobili, sed valdè diviti, an perdat suam nobilitatem.*

Divitiæ an nobilitent, ibid.

Divitiæ, & dignitates æquiparantur, ibid.

35 *Mulier ignobilis an communicet viro suo titulum, v. g. mulier Comitissa, Marchiona, Ducissa, &c. an faciat virum suum Comitem, Marchionem, Ducem, &c. & quid mortua dicta uxore, an vir retineat dictum titulum.*

36 *Doctor quomodo præferatur militi.*

37 *In electionibus Syndici, vel aliis, quæ fiunt per totum corpus Universitatis, quando sunt vota æqualia nobilium, & plebeiorum, tunc vota nobilium præferuntur.*

38 *In electione alicujus gubernii, puta Syndici, præfertur qui habet filios, & inter habentes filios, qui est dignior meritis, & facultatibus.*

39 *Clericus conjugatus an sit inhabilis ad munera publica Universitatis.*

40 *Clericatui an possit renunciari tacitè, & expressè.*

41 *Baro habens Ius confirmandi Syndicum, vel aliam officialem Universitatis, si Iurisdictio sit sequestrata, & etiam fructus, & introitus, per S. C. an talis confirmatio debeat fieri per ipsum Baronem, an vero per S. C. & adducitur decisio.*

42 *Baro in ejus feudo, & castro repræsentat locum Regis.*

Baro tenetur ex debito vassallos protegere, adjuvare, & favores eis præstare, & omnimam curam habere tam in universali, quam in particulari, & succurrere damnis vassallorum, aliàs in conscientia tenetur ad restitutionem, ibid.

Baro ad sibi subjectorum utilitatem est electus, & uti pater se gerere debet erga vassallos, ibid.

Baro tenetur omni Iure Divino, naturali, & positivo adjuvare, defendere, & auxilium præstare vassallis gratis, ibid.

Baro nihil accipere potest in recompensam alicujus favoris præstiti vassallis, aliàs tenetur ad restitutionem, ibid. & num. 43. & 46.

43 *Baro, & quilibet alius, qui tenetur ex officio ad defendendum, auxilium præstandum, & favores impendendum suis vassallis, nihil potest in consequentia petere, nec accipere in illorum recompensam, & remunerationem, & num. 42. quia gratis id præstare tenetur, ibidem, & nu. 46.*

Turpiter accipitur id quod gratis præstandum est, ibidem.

44 *Baronibus potestas data fuit in vassallos, ut diligentius ipsi protegerentur, ut Ius unicuique tribueretur, & delinquentes pœnis afficiantur, ac singulorum status illæsus conservaretur, non autem ad opprimendos subditos, & sanguinem ab eis emungendum.*

Episcopi constituti sunt, ut suscipiant partem suæ sollicitudinis Papæ, non autem ad sollicitandos subditos, & ut sint lupi rapaces, ibidem.

Pragm. 3. de Baron. edita fuit, ut subditi non opprimerentur à Baronibus, ibid.

45 D. Jo. Franciscus Capiblancus *laudatur.*

Barones aliqui hisce temporibus multa injustè extorquent à vassallis, illosque ut mancipia pertractant, ibid. & postea à filiis, & hæredibus restitutiones fieri mandant, quæ nunquam fiunt, ibid.

46 *Vassallorum lachrymæ, deplorationes ad Cælum ascendunt.*

Barones aliqui malè vassallos tractantes, sunt peiores canibus ad instar usurariorum, quia non acquiescunt allatrantes, & recipientes, sed majora expetunt à vassallis, & nunquam satiantur, ibid.

Confessarii Baronum non illos absolvere debent, & quando, ibid. & nu. 49.

47 *Barones non possunt cogere, nec invitare mulieres vassallos ire ad tripudia, & choreas, & num. 48.*

Mulieres vassallæ non tenentur, nec cogi possunt à Baronibus ire, & accedere ad choreas, & tripudia, ibid. & nu. 48.

Liberta nuptui tradita non tenetur ire ad domum patronis

patroni, & ad operas ipsi præstanda causa visendo turpi suspiciones, ibidem, & nu 48.

48 *Jus honestatis excipitur ab omni superioritate.*

Superior non potest præcipere ea, quæ sunt honestati non servanda, ibid.

D. Regens Joann. Franciscus de Ponte *laudatur, ibid.*

49 *Baronum, & Dominorum Titulatorum abusus circa choreas, & tripudia, ad quæ cogant ire mulieres vassallas, & sub illas extirpandas.*

50 *Baro malè tractans vassallos non meretur nomen Domini, & vocari Dominus illorum, & potest privari Jurisdictione perpetua in omnes, & feudo.*

Salvaguardia expeditur à Regia Collaterali Consilio ad favorem vassallorum, ne Barones procedant de facto contra eos, neque pro delictis antiquis, ibid.

Barones non possunt procedere de facto contra vassallos, neque pro delictis antiquis, ibid.

51 *Baro committens adulterium cum uxore vassalli punitur privatione Jurisdictionis, & etiam dominio directo subfeudi, & ratione injuria illata vassallo privatur feudo, ibid.*

52 *Barones conducentes animalia vassallorum, & illorum operas tenentur solvere mercedem, & salarium, prout alii cives tàm in foro fori, quàm in foro conscientia, aliàs tenentur ad restitutionem tam in servitiis præstitis intra territorium, quàm extra, & iter faciendo, & nu 53. latè.*

Baro tenetur solvere salarium vassallo pauperi pro servitiis ante servitium, ibid.

Baro habens propria animalia, non potest uti animalibus vassallorum, ibid.

53 Pragmat. 1. & 2. de salario rotum, *dispositio, per quas taxatur salarium vassallis, & animalibus eorum ad rationem tot pro quolibet milliare, quando mittuntur à Barone extra territorium, non debet hodie observari tàm in foro fori, quàm in foro animæ, latè.*

54 *Barones antiquitus visitabantur à Præside Provincia ad inquirendum quomodo tractabant subditos, quod etiam si hodie fieret, utile esset subditis, & Regi.*

Gravamina, & tyrannides exercentur non solum per tyrannos, & infideles, sed per omnes opprimentes, ibid.

Visitatio, quæ prius fiebat ad inquirendos Barones, quare hodie recessit ab usu, & non fiat, ibid.

55 *Deputatus ad aliquod opus publicum construendum, an possit insignia sua, & inscriptionem ibi apponere si fiat suis expensis, & quid si fiat expensis Regis, & publicis, vel de alterius pecunia, & adducitur decisio.*

Insignia, & inscriptiones illius, qui curam habet extruendi aliquod opus publicum, an possint in eo opere apponi, si fiant expensis Regis, vel publicis, vel de alterius pecunia, non autem de ipsius Deputatò, & curam habentis, ibid. & adducitur decisio.

IN causa hujus *decis.* compilavit eandem *D. Reg. Sanfelic decis.* 131. *tom.* 2. ut etiam advertit *D. Reg.* noster in fine hujus decisionis.

Et ad ornatum ipsius vide *Ciarlin. tom.* 2. *controvers. cap.* 119. ubi latè discutitur hæc materia habendi stallum in Ecclesia ad sedendum, et mulieres possint interesse concionibus, & divinis officiis, & 1 quod manutentio detur existenti in quasi possessione juris hujusmodi, & quod acquiritur per unicum actum sedendi in Ecclesia super scamno, & sedili in illo, vel isto loco etiam eminentiori, Episcopo permittente, & tolerante, & quod existens in quasi possessione sedendi in superiori loco, & præcedendi in sedendo, vel stando, possit etiam armata manu resistere ei, qui vult illum amovere, ut dicit *D. Regens hic à numer.* 9. *usque ad* 11. & quod quando utraque pars contendit se possidere, & petit manuteneri in possessorio, tunc non datur cumulatio petitorii & censetur suspensum petitorium, sed debet prius de possessorio agi; bene verum est, quod tunc etiam ad colorandam, & probandam possessionem, licitum est in judicio manutentionis docere de juribus, quæ petitorium tangunt, & Judex tenetur ea admittere pro colorando possessorio etiam summarissimo, & ita decisum fuit per ipsum *D. Ciarlin.* tunc Vicarium generalem Civitatis Regii, cujus 2 sententia per viam appellationis fuit confirmata per D. Legatum Bononiæ, ut refert in fine, illum adi, quia multa docet in hac materia.

3 Item dari manutentionem hæredi ejus, qui habuit stallum in Ecclesia, & quod non possit ei auferri locus, nisi pro servitio Ecclesiæ, latè tradit, & discussit more suo idem *D. Ciarlin. d. tom.* 2. *cap.* 110. ubi ita ipse judicavit, manutentionem scilicet dandam esse hæredi hujusmodi.

4 Atque dari etiam manutentionem illi, qui in Ecclesia non solùm habet possessionem, vel quasi habendi scamna, & sedilia, sed etiam arma, & insignia in Ecclesia, vel sepulturam, & similia, ita ut detur actio injuriarum, & Judicis officium contra amoventes scamna, sedilia, arma, & insignia, & quod sit licita defensio, etiam armata manu, ut dixit *D. Regens hic num.* 12. & 17. docet idem *Ciarlin. tom.* 3. *cap.* 234. *incip. cum anno* 1635. *nu* 23. & 24.

Observandum est, quod omnia, quæ dixit *D. Reg.* in toto hac *decis.* & præcipuè *nu.* 37. quasi prævisa, evenerunt in controversia orta post tot annos inter uxores nobilium Civitatis Salerni, & uxorem sui filii primogeniti D. Caroli Capycii Latro Æquitis ordinis Sancti Jacobi, & Militum Tribuni, vulgò *Mastro di Campo*, Ducis Scioni, atque Præsidis in Provincia Pycinorum, nempe D. Dianam Caracciolam ex Ducibus Martinæ in anno 1662. circa usum pulvinaris in Ecclesia Civitatis Salerni, ubi Regia Audientia dimoratur, quia illæ nobilium uxores reluctabant, nè dicta Domina Ducissa uxor Præsidis uteretur dicto pulvinari in Ecclesia, cum omnia jura, quæ D. Regens adducit pro Marchione Capursii Principe Trigiani Castellano Arcis Regiæ in Civitate Bari, adaptantur sigillatim casui dicti sui filii, ejusque uxoris, ad quorum jurium unitionem, scripsit *D. Dominicus Petronius* tunc Advocatus primi nominis doctissimus, nunc Regius Consiliarius meritissimus, cujus Juris responsum ad ornatum hujus decis. ideò hic opponere volui, & est quod sequitur.

I. M. I.

ET hoc in quæstionem deduxerunt nobiles fidelissimæ Civitatis Salerni, non esse licitum Illustr. D. Dianæ Caracciolæ, conjugi Illust. Ducis D. Caroli Capycii Latro Præsidis pro Catholica Majestate in illa Provincia usum continuare pulvinaris in Ecclesia. Quod quantum habeat subsistentiæ, apparebit, 6 si supponimus ex facto non dubitari talem præeminentiam omni Præsidi in quacumque ex Provinciis Regni, & in illa propria Picenorum fuisse semper omni tempore practicatam, prout de usu in ista propria Provincia sunt fides, fol. .. & fol..... & in aliis Provinciis non solùm constat ex attestationibus omni exceptione majoribus, fol... sed ex litteris Regiis, de quibus testatur *Elisaus Danza in* 3. *part. pugna Doctor. titul. de var. crimin. cap.* 6. *fol. mihi* 355. & omni Jure talis præeminentiæ usus supposito, quod Præsidi debeatur, dubitari non potest deberi uxori

ejus

ejus, prout Illust. Clians Dux, & Præses nomine sui officii, & pro integra possessione omnium ad suum officium pertinentium, institit ea manutaneri cum Illus. Conjuge in quasi possessione usus dicti pulvinatis in Ecclesiis, nulla habita ratione prætansorum pro parte dictorum nobilium.

7 Et quamvis diversa sint judicia proprietaria, & possessionis; attamen in his possessoriis Jurium incorporalium, apprimè Justitiam, ac titolum scimus operari non solùm ad coadjuvandam possessionam, cui assistit Jus, & ratio; sed ad excludandam, & impugnandam, si qua esset contradictio adversarii, ut *Bald. in l. ordinarii, num. 10. C. de revendic. Dec. in cap. licet causam à num 99. de probat. Menoch. Bursat. & alii per Hended cons. 22. numer. 19 Gratian. discept. 402. nu. 10 Beltram. ad Ludovis. decis. 233. n. 6. Francisc. Milan. decis. 3. num. 80. cum seqq. & nu. 117. lib. 1. Posth. in tract. de manut. observ. 71. nu. 120. & 121.* & in propriis terminis *Giovagnon. cons. 10. numer. 77. & consil. 21. num. 41. lib. 1. & cons. 8. lib. 2.* taliter ut quasi possessio incorporalium coadjuvata rationa, & justitia tituli, etiam per illationes, argumanta, & conjecturas dicitur planè probata, *Menoch. de retin. remed. ultim. numer. 34. Ludovis. decis. 258. numer 3. Farinac. decis. 661. num. 4 par. 2. in recentior. Cavaler. decis. 76. num. 4.* Imò etiam & singulari dicto unius testis, *Ludovis. decis. 438. num. 3 Beltram. ad eundem decis. 160. Rota post tract. de manut. Posth.*

8 *decis. 222. num. 6.* & omninò quamvis possessio talia probata sit per unicum actum est manutenanda, *Posth. d. tract. observ. 18. numer. 23 Giovagnon. d. cons. 8. numer. 27. lib. 2. post glos. in cap. cum Ecclesia vers. Episcoporum*, ubi *Abb. num 12. de caus. poss. & propr.* & in propriis terminis *Illus. Marchio Torell D. Regens Carys. Lerro.* patet d. & nostri Ill Clarris *in decis. 281. vol. 2. numer. 25. D. Reg. Sanfelic. decis. 335. vol. 3. num.....*

Ex his ergò juvat nos aliqua prius verba præmittere, quæ videntur justitiam facere, sed magis confirmabont quoque possessorium. Undè & omninò judicandum speramus, quod manuteneatur Illus. Dux Sejani Præses in quasi possessione usus pulvinatis, tàm pro sua persona, quàm Ill. Ducissæ conjugis.

Sunt certè commonia, & vulgata nimia, non tamen contemnende, imò magis attandande principia,
9 uxores officialium gaudera honoribus, & præeminentiis eidem suorum virorum, ut per *Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 4. num. 70.* ubi ponit hoc pro indubitabili, & conclusionem indè constituit, licèt pro majori confirmatione vult *Mastrill.* revideri dicta ad propositum per *Joann. de Plat.* per illum *text. in l. mulieres, C. de dignit. lib. 12. Boer. de ordin. grad. post tit. de ord. consil. num 15. & Cassan. in cathal. glor. mundi par. 9. consid. 39. per tot.* qui omnes uno ore conclusioni sa subscribunt, & *Joann. de Plat.* inter cæteras rationes, eam affert, quia sunt conju-
10 gea realiter una caro; non solùm unum corpus œconomicum, ad *text. in cap. debitum, de Bigam. cap. idonei 4. quæst. 2. l. sicut dotes. §. si maritus, ff. solut. ma-*
11 *trim.* & indè *Cassan. loc. cit.* plura dicit communicari à Rege uxori., quam & Reginæ matri, imò & primogenito in Regno successori indubitato; Reginæ enim conjugi communicantur, quæ alias dici poterant incommunicabilia, ut est Corone, Regalis subscriptio, & stare à dextris, & pro hac facera, illud *Psalm. 44. Astitit Regina à dextris ejus*, nec ettendatur, quod privilegium regulariter personam non excedit, quia persona viri, personam uxoris comprabendit, virtuta comprehensiva, non extansiva, & propriissimo modo, ut notant *DD. in l. fiscus, la prima, §. final. ff. de jur. fisc. §. non tamen permittimus, auth. de nupt. coll. 4. l. Princeps ff. de legib.* cumulati per *Fragos.*
de Reipub. Christian. tom. 1. disp. 6. §. 10. numer. 193. &
12 *seq.* Et proindè privilagia ipsius dignitatis communia sunt cum uxore, *d. §. non autem permittimus*, ubi expressus est *text.* quia quo ad dignitatem, licet non quoad administrationam nulla est differantia inter virum, & uxorem, verè enim, & realitèr conjux est talis, saltim pro participanda dignitata viri, quicquid sit è contra, quo caso ait *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 10. de divers. provision. §. 1. num. 23.* quod vir accipiens dignitatem ab uxore, dicitur talis & si verè non sit talis: sed uxor uti membrum capitis, juxtà dictum Apostoli accipit esse taliter à viro, ut non dicatur, sed verè talis sit, prout vir ejus; & ratio diversitatis in hoc adducitur per *Fragos. loc. cit. num. 194.* quia facilius totaliter communicatur, & diffunditur qualitas à principali ad accessorium, quam è contrà, ut est textu *text. in l. fœmina ff. de Senator. l. incola, C. de dignit. lib. 12. l. fin. C. de incol. lib. 10 l. ultim. in princip. C. de privileg. Scholar. Alex. cons. 207. lib. 5.* plenè *Amaya loc. cit.*

Ex his tam indubitatis principiis, trabitur prima consequantia, quod omnis Justitia assistit instantiæ Illustris Præsidis dum contendit, eodem honore prout usa est, ità & uti debere suam Illustram conjugem, quo ipse potitur, & ità pro eo manutenendum.

Sed & secundo fluit non minus adæquata consequentie, virum rectè agere in hoc possessorio manutenandæ pro uxora, ea vera autem pro semetipso. Imò, & possessivos actus viri, sufficera si proprii deficerent ad probanda requisita in hoc possessorio judicio, etiam pro conjuge.

Quod vir in istis judiciis præcedentiarum, vel sedendi in stallis positis in Ecclesia, & utendi similibus præeminentiis; rectè agat ipse pro totali com-municatione honoris uxori, tanquam sui corporis
13 parta, ta videndus sufficaret *Joan. Baptista Ciarlin. controvers. forens. cap. 119. tom. 2. per tot.* ibi propriè in figurationa casus, ad idem *Giovagnon. d. cons. 8. lib. 2. in fine*, ubi dat rationam, quia una sedes dicitur viri, & uxoris, undè turbans uxoram turbat medietatem Juris viro debiti, & sic offendit virum, cui etiam datur ex hoc actio injuriarum, ut *Giovagnon. d. cons. 8. num. 15. vers. Baldus verò*, & est *text. in l. item apud Labeonem. § si quis virgines, vers. sponsum, de injur. & l. 1. §. fin. in fine, ff. eodem, §. petitur inst. d. tit. cap. 1. §. 1. quibus modis feud. amitt.* & si ad viri dignitatem pertinet integraliter, uxoris honor, *d. l. fœmina, ff. de Senator.* sequitur, quod offendens dignitatem,
14 vel ejus usum impediens tenetur actione injuriarum, *d. l. 1. vers. omneque injuriam, l. injuriarum, § si quis me prohibeat, vers. ut si quis re mea, eodem tit. de injur.*

15 Undè viro datur actio, ut manuteneatur sua conjux in honore eodem, quo ipse fruitur, & benè possessivos actos suos allegabit, ut obtineat pro uxore, & hoc ex juribus allegatis, nam si ex dignitate viri procadit participata connexio uxoris, & dignitatis possessio constituitur per unicum actum; ergo possidens pro parta principali, benè obtinebit manutentionem in connexis, & necessariis, notabilis est *tex. in l. si in partem agri, ff. quemad. servit. amitt. juncta l. servitus, & l. seq. d. tit.* ubi solùm ex ipsius tur fundi separati, ut possessio in uno, ad servitutem alterius non proficiat; sed hæc divisio non debet intelligi materialis, ut notatur ibi: *Si divisus est fundus inter socios regionibus*, sed formalis talitas, ut ampliùs nulla pars nil tangat vel pertineat ad aliam, non sic ubi una per aliam partem deteriorari contingat per non usum, ut *glos.* ibi in *verbo injuria, idest deterior conditio fiat*, quo casu ubi communis res est, & deterius conditio sit unius per non usum alterius, tunc

nit *Paul. lib. 5. ad edict. servitus per fectum nobis retinetur, d. l servitus & ad idem Scaevola in l. usu retinetur, ff. eodem, l. 3. ver. ut videamur*, ubi *glos. in verbo, qui nobis, ff. de itin. actuque priv.* nisi tamen ex hoc dubitari contigerit, majorem, & strictiorem societatem reperiri unum individuum totius vitae constituentem, quam inter virum, & uxorem, quorum societas, & unio prototypus est majoris unitatis; undè & exemplar ab ea sumpsit Christus unionis suae cum Ecclesia, & vocatur societas divinae, & humanae domus, *l. 2. ff. de rit. nupt. & §. nuptiae, instit. de patr. potest. & §. 2. de jur. natur. gent. & civ.* unde dixit *Hostiens. in summa, tit. de sentent. excommunicat. §. qua sit poena, nu. 15. vers. lex excusat*, quod ista societas facit communem quamcumque actionem civilem, & usum rerum communicat ad invicem jure omni divino, & humano, & ideò post *Livium, Dionis. Alicarnass. Aimar. Rivall. & alios, Camill. Borrell in summ. decis. tom. 3. tit. 1. num. 152.* fundat

17 per legem Romuli declaratum Jure sacro mulierem omnium fortunarum, sociam esse, ad idem *Plutarch. de legib. connubial. cap. 20.* & constituitur societas, quae est in uno individuo inter caput; & membra ad cumulata per *Borrell. loc. cit. num. 198. ut not. in l. adulterium, §. Imperator, ff. ad l. Jul. de adulter. Alex. cons. 115. num. 2. lib. 4. Riccius. de jure person. lib. 4. cap. 48. numer. 26.* & faciunt adducta per *Bald. in l. 2. colum. 8 vers. sed numquid qui fecit, C. de servit. & aqua, Alex. cons. 68. col. penult. vers. & hoc probatur, lib. 2.* dicentium inter connexos allegari usum unius ad tuitionem usus pro altero, ut regulare est inter socios omnium bonorum, ea ratione, quia quicquid quaeritur, vel amittitur est commune, ut notant *Crot. cons. 40. numer. 6. Roland. à Valle cons. 9. volum. 1. Ludovic. comm. opin. conclus. 53. vers. natura societatis*, & ideò communem esse possessionem plurium, prout unius personae, *Michalor. de duob. fratr. par. 2. cap. 13. numer. 3.* quilibet enim socius fingitur se constituere, quod possideat ita suo nomine, prout alterius ad *tex. in l. 1. §. in societate cum l. seq. ff. pro soc. Mant. de tacit. & ambig. conv. lib. 6. tit. 15. nu. 1. & seq.*

18 Confirmantur praedicta, quia usus pulvinaris in Ecclesia, est unicum signum, quo contradistinguitur uxor haec Praesidis à caeteris omnibus subjectis illi Magistratui, & si nobilibus, quo signo emoto equidem, par omnium esset conditio. Igitur in hoc non solùm versatur officium Judicis, quod à viro ad tuendam uxoris communem sibi dignitatem imploratur, ut per doctrinam *Joan. Fabr. in §. aliam verò, instit. de bonor. poss.* sed sufficit hic possessio dignitatis, ut necessariò dignitatum ordo sit servandus, prout in puncto de uxoribus officialium hoc argumento discurrit *Dom. Reg. Latro dicta decis. 181. nu. 37. & 38.* & est *text. in l. 1. C. ut dignit. ordo servetur lib. 12.* per quem remanet nullam in contrarium allegari posse à subditis observantiam aequalitatis cum superiori, quia hic usus ubi adesset, uti usurpatio esset officio Judicis extirpandus, & esset propriè sacrilegium, inde uti delictum nullo jure dissimulandum, unde nec potest in his applicari titulus *Uti possidetis*, quia haec signa, sivè *Insignia dignitatis*, ubi ea negando, vel affirmando communia esse cum subditis praesumpserit aliquis, temerarium esse actum, & puniendum jusserunt *Imperat. in l. fin. C. de privil. eorum, qui in sacr. palat. milit. lib. 12.* & signa sunt, ait *text. in l. 1. C. de praepos. sacr. Cubic. eod. lib. ut in sedibus, & in consessu, eis ordo servetur.*

19 Et verè esset mundum totum in confusionem vertere, si mulieres licet nobiles alicujus Civitatis, pariter cum ea, quae in dignitate est sedeant, & omninò aequali more tractentur. Quando praeesse debet, *Quae dignitatem Principis judicio consequuta est, his, qui tantum municipalibus honoribus functi sunt*, ait *text. in l. 1. ff. de albo scrib.*

Quid si addantur his alia, quae consideravit Collaterale Consilium pro Illustri Principe Trigiani, in causa illa, de qua non suspectus tunc pater Ill. Marchio Toralli *Reg. Latro*, pro Illustri suo filio nostro Cliente scripserat compilando decisionem citatam 181. *à nu. 27. & D. Sanfelic. d. decis. 335. volum. 3.* scilicèt

20 multae, quae concurrunt in ista Illustri Ducissa praeeminentiae, & dignitates, ut usus hic pulvinaris ei impediri non possit, est enim in eadem dignitate Praesidatus viri, ut fundat *D. Latro nu. 38.* Est titulata, eodem titulo Ducis quo vir. Est nobilis nostrae Metropolitanae Civitatis, & uti talis praehabenda cuicumque nobili alterius Civitatis Regni, ut *Marcell. Maur. alleg. 50. à num. 8.*

Adduntur in casu nostro, aliae circumstantiae, quae non erant in illa causa Illustris Principis Trigiani; est enim Illustris Dux Sejani actu Praeses in illa pro-

21 pria Civitate, & sic Illustris ad cumulata per *D. Rovit. in pragm. de offic. Justitiar.* & uti caput illius collegiati Tribunalis, sivè Consilii Provincialis, tenet ibi personam nostri Domini Regis, cujus proprium est praesidere Consiliis, ad *not. per Marc. Anton. Surgent. de Neap. Illustr. cap 27. num. 4. & 12.* undè aptissimè de nostro Praeside possunt afferri verba *text. in l. 4. ff. de offic. Praesid.* prout hunc *text.* de Praesidibus Provinciarum Regni nostri intellexerit *Joseph Mele ad Gizzarell. decis. 30. numer. 42. & seq.* Est etiam aeques supremi ordinis Sancti Jacobi. Fuit militum tribunus; & est domus inter conspicuas nostrae Civitatis nobilissimae familias.

Adest quoque expressum Domini nostri Regis mandatum, ut eis potiatur praeeminentiis, & honoribus hic noster Illustris Cliens in suo hoc Praesidatu, quo omnes caeteri Praesides Regni, ut fol....... lit..... & notum est per ea, quae testationes allatae

22 clamant, singulos Praesides cum suis uxoribus in cunctis Regni Provinciis hac praerogativa pulvinaris gaudere, & pro absoluto fuit habitum in literis nostrae supremae Cancellariae de anno 1643. de quibus testatur *Eliseus Danza loc. cit.*

Ex quibus non digressisse nos patebit, quamvis haec dicta videantur petitorium sapere magis, quam possessionem, possessio enim in ista propria Provincia Salerni pro usu pulvinaris, tàm Praesidibus (de quibus nec pars adversa dubitat) quàm uxoribus eorum, constat per documenta deducta, & sufficere unicum actum jàm fundavimus, & quando haec omnia deficerent, si verum est praerogativam hanc deberi offi-

23 cio, sufficit ab uno ex officialibus in pari dignitate possideri, prout unicus actus pro manutentione sufficeret, ratio est non opus esse, ut à singulis apprehendantur unius ordinis officialibus, quae officio pari debentur, nàm omne quod debetur ratione officii, est concedendum etiam actu non possidentibus, quia allegare possunt omnes possessionem aliorum ejusdem officii, & obtinent, & obtinebunt mandatum manutentionis, ut plenè *Posth. in simili d. tract. de manutens. obser. 55. n. 94. & 98.*

Et ratione firmatur applicatio eorum, quae copiosè adducit *Posth. loc. cit.* si verum est praeeminentias Praesidum Provincialium, deberi non tali, vel tali, sed officio univoco Praesidum, putà si diceretur officio Judicum certorum, vel aliorum de uno coetu in diversis licet partibus unum officium exercentibus, ut ex *Rubr. C. de offic. Rector. Provinc. & de offic. Praesid.* & similium, quod si officio debetur: ergò officium possidet, seù quasi, praeeminentias, & per possessionem plurium officialium, una omnium dicitur possessio, ut ideò non detur pro non possidentibus, remedium adipiscendae, sed reintegrandae ex possessione aliorum, si officialis habet se pro spoliato, ut

discurrit

discurrit *Mascard. de probat. conclus.* 2329 *à num.* 19. *& seqq. Niger controvers. lib.* 2. *cap.* 30. *à num.* 35. & licet possessio unius Præsidis sit diversa de facto à possessione alterius: attamen ità quoque possessio authoris est diversa, ab illa successoris, qui absque nova apprehensione non potest ex antecedenti possessione concludere, quod possideat, *vulg. l. cum hæredes ff. de acquir. possess. l.* 1. *§. Scævola, ff. si quis testam.* 24 *lib. juss. fuer.* attamen pari ratione, prouti successor manutenendus est in possessione, etiam si eam novam non apprehenderit, sed solùm allegando sui prædecessoris, quotiescumque agit nomine officii, & beneficii, in quo successit ad cumulata per *Garf. de benefic. part.* 5. *cap.* 5. *num.* 57. *& seqq. Gratian. discept.* 402. *à num.* 8. innumeri per *Posth. loc. cit.* à etiam omninò juvabitur possessione alterius unus Præses, ubi agit nomine communis generis officii, sub quo prædicantur pari modo plures officiales, æquo jure, qui regunt omnes Regni Provincias, ad bonum publicum exercentes illud officium Præsidis, vel Rectoris Provinciæ cum Jurisdictione, & Imperio in uni-25 versam Regionem, & sic negari non potest officium illud esse publicum auctoritate, & utilitate, ed *text. in l. omnia, cum duabus sequent. ff. de offic. Præsid. l. magistratus, C. de jurisd. omn. jud.* Jurisdictio enim est de Jure publico. *Bart. & omnes in l.* 1. *ff. de jurisdict. omn. judic. cap.* 1 *§. potestas, in titul. quæ sint Regal. Alberic. in rubr. de muner. & honor. à numer.* 13.

Et si publice sunt hæc officia, imò quæ in illa Provincia repræsentant omnia suprema, quæ sunt in Metropoli Regni, sivè Imperii, ut *d. l. omnia cum seq ff. de* 26 *offic. Præsid.* igitur omissio si adesset, vel complacentia alicujus ex officialibus, non præjudicabit possessioni omnium, quæ officio Jure publico debentur ad rationem *text. in l. jurisgentium, § si paciscar, ff. de pact. Anton. Gom. variar. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 25. *vers. item infertur post principium*; & id maximè in officiis, quæ administrantur nomine Regis penes quem, & in cujus officiis hærere dicuntur *de Ponte decis.* 28 *nu.* 7. & administratio simplex est officialis, *Capyc. decis.* 121. *sub num.* 5. & sic omnia concernentia dignitatem officii, debentur Domino Regi principaliter, qui possidet per unum actum, unius ex officialibus ejusdem officii.

Dùm hæc Typis mandabantur data fuit nobis notitia pro parte Dominorum nobilium dictæ Civitatis Salerni, fuisse productas literas 10 anno 1634. scriptas per S. E. & Collaterale Consilium Regiæ Audientiæ in ista Provincia Salerni, mandantes modum interponendi tabulatum, inter locum ubi sedebat in Archiepiscopali Ecclesia Tribunal Regiæ Audientiæ, & locum ubi sedebant mulieres, ne ad invicem esset aspectus interessentium Divinis Officiis, & hoc in dictis litteris legitur fuisse ordinatum ad instantiam Civium nobilium dictæ Civitatis. Item & secundò ordinatum fuit, ne uxor tunc Spectabilis Præsidis sederet cum aliqua præeminentia sedis, vel pulvinaris, prout observatum dicitur fuisse cum aliis.

Sed hoc ultimum nihil ad causam; primo quia expressè in iisdem literis apparet id fuisse ordinatum ad instantiam Archiepiscopi in sua propria Ca-27 thedrali, nè innovaretur, prouti innovari non poterat ipso contradicente. Verba autem dictarum literarum sunt, post relatam instantiam nobilium circa interponendas tabulas modo prædicto, subjungitur: *E nel medesimo tempo siamo stati anco avisati dal Reverendo Vicario della Corte Arcivescovale, dicendosi che D. Antonia moglie dell'hodierno Preside, contro la forma, e modo che hanno sedute le mogli dell'altri Preside, che pro tempore sono state al governo della Provincia, habbia fatto ponere uno strato, con sedia avanti di quella dove seder il Reverendo in Christo Padre Arcivescovo, che veniva a stare con le spalle votate alla Sedia Arcivescovale, &c.*

Quis autem negare potest ad instantiam Archiepiscopi Jus non acquisitum sedendi cum præeminentia in sua Ecclesia, posse prohiberi nè quæratur. Sed si quæsitum est Jus etiam per unicum actum, vel Episcopus non conqueritur, ut in casu nostro, tunc omninò procedunt per nos initio allegata tàm pro ratione possessorii, quàm pro evidenti Justitia firmanda hujus debitæ præeminentiæ uxori Præsidis; prout ipsimet Præsidi. Siquidem ante quæsitum Jus, Episcopo solum spectat Jus contradicendi, cujus est proprium in Ecclesia disponere sedes, & dare signa præeminentiarum, *Gratian. discept.* 210. *num.* 47. *&* 48. *Genuens. in prax. Archiepisc. Neap. cap.* 34. *nu.* 22. alii per *Ciarlin. cit. controv.* 119. *num.* 1. & per *D. Reg. Latr. d. decis.* 181. *num.* 9. *& seqq. Dom. Sanfelic. decis.* 331 *nu.* 17. qui adducit *Molin. de primog. c.* 23. *nu.* 34. *& decis. Rota.*

Est ergò à diversissimis terminis illatio nunc nobilium contradicentium, non Episcopi, & sic replicari melius potest cum *d. Dom. Latro d. decis.* 181. *nu.* 42. per *text. in l. Papinianus exuls, de minor.* frustrà in his Achillem contradicendi posuisse Adversarios. Quandò maximè nec nunc Episcopus post tolerantiam posset contradicere, sed esset possessor manutenendus, *Posth. d. tract. de manut. observat.* 10. *nu.* 19. *& Rota post d. tract. decis.* 117 *Cardin. loc. cit. num.* 9. *ubi & nu.* 28 10. quòd possit à possessore etiam armata manu resisti, *Gratian. discept.* 210. *num.* 16. *&* 210. *num.* 32. plenè *Giovagnon. cit. cons.* 8. *num.* 14. & fuit habitum pro absoluto in dicta decisione ultima, & cum tanta cognitione Collateralis Consilii, quam compilaverunt *d. D. Latro & D. Sanfelic.*

29 Possessor autem dicitur, qui est in ultimo statu, & hic esset status attendendus, etiam si probatur per unicum actum, ut per *glos. in cap. cum Ecclesia, vers. Episcoporum*, & ibi *Abb. nu.* 22. *de caus. poss. & propr. Posth. d. tract. observ.* 18. *num.* 25. *Ciarlin. ibidem nu.* 26. & unicum testem sufficere idem *Posth. observ.* 38. *num.* 19. & in propriis terminis *Dom. Latro loc. cit. num.* 44. aliquando autem, & quamplures Præsidum uxores hunc usum habuisse, nec negatur à supplici libello partis.

Addimus nec etiam dictas literas anni 1634. quæ originales producuntur, & quæ penes partem adversam si reperiuntur, clarè concludendum est, unquam habuisse exequutionem, prouti magis com-30 probatur per contrariam observantiam, & subsequuta Episcopi tolerantia, quæ sufficit nè valeant nunc nobiles laici, illas literas in præsenti controversia pro nihilo allegare.

Et rebus ita distinctis evitatur inconveniens, quod resultaret à contradictorie provisione Collateralis Consilii, de qua restatur *Danza loc. cit.* cum hac prohibente omne signum præeminentiæ uxoribus Præsidum; nam concordatur distinguendo, ut procedat regula omni jure pro uxoribus Præsidum: licet non in Ecclesiis, contradicente Episcopo; prout omninò eo tolerante, & si unus adducatur actus.

Ex his concludimus (sub censura) non solùm esse manutenendum Illustrem Præsidis uxorem in dicta præeminentia pulvinaris, prout ad præsens utitur in Ecclesiis, imò Illustrem virum, & officium ejus pro ea, quinimò denegandam audientiam Dominæ ex adverso non legitimis in hoc pœnitus contradictoribus. Neap. die 15. Junii 1662.

Dominicus Petronus.

31 Dubium quoque ex occasione suprà enarratorum, excitatur, an privilegium nobilitatis concessum viro extendatur ad uxorem, & è contrà.

Circà primum breviter concludendum puto, privilegium nobilitatis concessum marito, communicari uxori, inde mulier ignobilis, si nubat nobili, 32 efficitur nobilis, *l. fœminæ, ff. de Senator. l. cum te, & l. ult. C. de nupt.* & expressiùs *l. fin. C. de incol. lib.* 10. ibi: *Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus.* Hinc *Guid. Pap. decis.* 217. dicit, quod hujusmodi mulier, tanquam nobilis non tenetur contribuere in subsidiis indictis popularibus, quod ampliatur etiam in plebeja vidua mariti nobilis, quousque in viduitate permanserit, *Bart. & Fulgos. in l. fin. C. de verb. signific. Panormit. in cap. super eo, el secondo, de testib. Tiraquell. de nobilit. cap.* 18. *numer.* 5. dummodò talis vidua honestè vivat, aliàs perdit omnia privilegia, honores, & commoda, ut probatur in *l. his solis,* & ibi *Bald. & Salyc. C. de revoc. donat. Fel. in cap. pastoralis, nu* .... *vers. mulier impudica, de judic. Tiraquell. ibidem nu.* 13. Non tamen sufficit semel tantùm stuprum commisisse mulierem, ad hoc, ut dicatur impudicè vivere, *Gutier. qq. pract. lib. 2. quæst.* 122. *volum.* 1. ità *P. Meroll. tom.* 3 *disp.* 6. *de privil. cap.* 3. *dub.* 7. *nu.* 36. & 37. & clariùs *cap.* 8 *dub.* 33. *num.* 202. 203 & 205.

33 Quoad secundum respondetur, privilegium nobilitatis concessum uxori non extendi ad maritum, quinè si vir ignobilis ducat uxorem nobilem, nihil dignitatis, vel nobilitatis acquirit, *l. ult. C. de nupt. l. mulieres, C de dignit.* Immò uxor ipsa alioqui nobilis efficitur ignobilis per hujusmodi matrimonium, *Tiraquel. ubi supra d. cap.* 18. *num.* 15. & 16. *P. Meroll. loc. cit. num.* 206. quod limitatur dummodò non sit in præjudicialibus suo honori; Undè talis mulier nobilis nupta ignobili, non potest torqueri, & puniri pœna ignobilium, *Tiraq. loc. cit. num.* 48. *Meroll. ib. d. nu.* 107.

34 Notandum est etiam mulierem sanguine nobilem nubentem ignobili, sed valdè diviti, non amittere secundum aliquos DD. suam nobilitatem, ex eo primò, quia divitiæ nobilitant, *Tiraquell. eodem tract. de nobilit. cap.* 3. *nu.* 3. *cum seq.* secundò, quia dato, quod divitiæ non nobilitent, tamen negari non potest quin divitiæ, & dignitates æquiparentur, *l.* 1. *ff. de custod. reorum, Tiraquell. d. cap.* 3 *nu.* 82. & ità experientia docet, ut ait *Meroll d. dub.* 33 *n.* 211.

35 Sed dubitari contingit, an sicut mulier nobilis non communicat viro suo ignobili suam nobilitatem, ità neque communicet suum titulum, exemp. grat. an mulier Comitissa, Marchiona, Ducissa, &c. faciat virum suum Comitem, Marchionem, vel Ducem; Et respondetur, quod quamvis stando in Jure communi pars negativa sit probabilis, quod scilicèt non communicet, tamen communi consuetudine recepta est contraria sententia, quod intellige, si talis mulier habeat dominium dicti tituli, scilicèt Comitatus, Marchionatus, &c: secus si solam possessionem, *D. de Ponte de potest. Proreg. tit. de divers. provis. rubr. de decret. collat. consil.* § 1. *num* 17. 20. 21. & 27. *Meroll. ubi supra num.* 212. & quamvis communiter limitetur, ut procedat tantùm dicta conclusio, vivente uxore, secus verò ea mortua, in quo casu vir non possit ampliùs appellari Comes, Marchio, vel Dux, ut *D. de Ponte loc. cit. numer.* 30. & *cons.* 16. *nu.* .... *tom.* 2. attamen in casu contingenti contrarium decisum fuit per Regium Collaterale Consilium, ut refert *Thor. in compend. decis. tom.* 2. *verbo civis an ipso jure, fol.* 77. in qua decisione ait *Thor.* dictum fuisse D. Tiberium Carafam maritum Principissæ Bisiniani debere etiam ea mortua Principem appellari, & ratio hujus decisionis, ut putat *Meroll. eodem num.* 212. *in fine,* esse poterit; nam cum consuetudo derogando juri communi introduxerit, quod uxor communicet viro suum titulum, sicut de jure maritus illud communicat uxori, consequenter sequitur, quod illud retineat maritus etiam mortua uxore.

Num. 35. fit mentio de Milite, & Doctore. Ideò observo, quod cum in anno 1651. fuisset facta electio Syndici in Civitate Cavæ, & fuerint Electi V. I. D. Joseph Vitalis, & Petrus Carola Miles veteranus; qui ultra munera per prius habita, erat tunc locumtenens Tribuni Militum generalis, & ambo reportassent vota, & suffragia æqualia, fuit disceptatum quis eorum remanere deberet Syndicus & quis eorum præferri deberet, & pro parte dicti Joseph dicebatur à D. Jacobo de Falco ejus Advo-36 cato, quod uti Doctor præferatur Militi, quando non tractatur de negotio militari, quia præter vulgatam controversiam in *l. centurio, ff. de vulg. & pupill.* & alia loca apud DD. id in puncto fatetur *D. Reg. Rovit. in decis.* 77. *per totam.* & præcipue *num.* 8 & *seq. Cravett. cons.* 459. *lib.* 3. quem allegat idem *D Rovit. in pragm.* 2. *de administrat. Universit.* secundò dicebatur, quod in illis, qui dederunt vota, & suffragia prædicto 37 Josepho aderant Doctores majoris numeri, & Milites, quo casu similiter est præferendus ex *Mastrill. de magistrat. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 8. *numer.* 16. ubi fatetur, quod si voces, & suffragia sunt æqualia, ille erit præferendus, qui habet suffragia nobiliorum, per *textum l. majorem, ff. de pact.* ibi: *Qui dignitate inter eos præcellit.* quam doctrinam *Mastrill.* ad hoc allegat idem *D. Rovit. in d. pragm.* 2. *nu.* 12. *vers. verum si in his, de administrat. Univer.* Tertiò præferri deberet, quia dictus Joseph habebat filios, quo casu si-38 militer in materia gubernii præfertur, prout ex multis DD. testatur *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *num.* 5. & 6. *præsumpt.* 12. & *Cassan. in cathal. glor. mundi part.* 11. *consider.* 12. & *consider.* 22. quos, & alios DD. etiam allegat *d. D. Rovit. in d. pragm.* 2. *numer.* 4. ubi *num.* 5. dicit, quod inter habentes filios, ille est etiam præferendus, qui est dignior meritis, & facultatibus, prout considerabatur clarè in persona dicti Joseph Vitalis. Has, & alias causas adduxit dictus D. Advocatus ad excludendum dictum Petrum Carolam. E contrà dictus Petrus opponebat ad excludendum dictum Josephum, & quod præferri deberet ipse tanquam miles veteranus, & locumtenens Tribuni Militum generalis, & qui prius etiam exercue-39 rat alia munera in bello, & quod dictus Joseph erat clericus conjugatus, & electus, ideò non poterat eligi ad munera publica Universitatis, ut admonuit *D. de Franch. dec.* 479 *Capic. dec.* 77. *D. Merlin. lib.* 1. *controv. cap.* 10. *num.* 30. *D. Rovit. decis.* 72. *num.* 67. Quibus objectionibus replicavit idem D. Advocatus de Falco, ad primam, dixit, ut supra procedere in negotiis militaribus, ad secundam respondit. Primò, quia *DD. cit.* loquuntur de Clericis simplicibus, non autem de Clericis conjugatis; nàm Clericus conjugatus non solùm non est inhabilis ad munera publica Universitatis suscipienda, administranda, & gubernanda, imò potest cogi, ut illa suscipiat, & administret, prout disputando articulum comprobat *D. Episcop. Ricc. decis.* 169. *part.* 3. ubi ità judicatum fuisse per Curiam Archiepiscopalem Neap. testatur. Secundò replicabatur, quia dum in actu scrutinii electionis fuisset facta hæc oppositio de clericatu, ad uberiorem cautelam, & ex abundanti ipse Joseph Vitalis renunciavit Clericatui, cui posse tàm expres-40 sè quàm tacitè renunciari, non dubitari per *glos. in cap. extra de apostat,* quam *glos.* esse communiter receptam ait, & probat *d. D. Ricc. decis.* 294. *par.* 2. tùm quia potest etiam tacitè renunciari Clericatui, dimittendo habitum, & non incedendo in habitu, & tonsura, vel uxorem ducendo, ut probant idem *D. Ricc.*

Ricc. decis. 307. *par.* 3. & *D. Regens noster decis.* 173. *per totam*, præcipuè *numer.* 4. Hæc omnia adducta fuerunt à dicto D. Jacobo de Falco. Demum die 11. Augusti dicti anni 1651. per Regium Collaterale Consilium fuit judicatum, quod fiat nova electio Syndici, ut fol. 10. à ter. in processu, referente eodem D. Regente nostro causæ Commissario.

41 Et cum de electione Syndici Universitatis loquamur, observandum est etiam, quod si Baro habet Jus confirmandi Syndicum, aliosque officiales Universitatis, si Jurisdictio sit sequestrata ad instantiam creditorum Baronis ordine S. C. ac pariter sequestrari omnes fructus, & introitus, an hujusmodi confirmatio sit facienda per ipsum Baronem, an verò per Sacrum Consilium, & in causa Marcelli Filamarini cum creditoribus super Terra Atellæ, per Sacrum Consilium sub die 7. Augusti 1636. referente D. Consiliario de Petio, fuit provisum, quòd infrà quatuor dies audiantur partes, verùm Syndicus, qui ad præsens exercet, continuet exercitium, donec aliter fuerit per Sacrum Consilium provisum. A quo decreto cum reclamasset dictus Marcellus, facto verbo per eundem Dom. de Petio sub die prima Septembris ejusdem anni 1636. fuit provisum in hunc modum. Per Sacrum Consilium declaratum ast benè fuisse provisum per idem Sacrum Consilium, & nihilominus fiat cum effectu electio officialium Universitatis, servata forma soliti, & transmittatur ad S. C. ad finem providendi. In banca de Citone.

42 Et ex hac occasione observo, quòd Baro in ejus feudo, & Castro repræsentat locum Regis, *Mastrill. de magist. at. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 68. & ideò ex debito vassallos protegere, adjuvare, & favores eis præstare tenetur, quia ad subjectorum utilitatem est electus, *Luc. de Penn. in rubr. de dom. & protect. lib.* 11. *Vasq. controvers. illustr. cap.* 41. & 45. & uti ipsorum pater se gerere debet, *l.* 3. *C. de his, qui spont. muner sub lib.* 10. ubi *Joann. de Plat. Guid. Papa decis.* 631. *Novar. in collect.* 4. *super pragm.* 3. *de Baron. nu.* 6. & proindè omnium curam tam in Universali, quàm in particulari habere debet, *l. nam salutem. ff. de off. Præfect. vigil.* & uti Pastor oves, ità commoda Civium investigare, & quod Universitas benè regatur, ità notabiliter *Dom. Capiblanc. de Baron. pragm.* 22. *cap.* 84. *num.* 8. & *seq. tom.* 2. & *tom.* 1. *in pragm.* 3. *num.* 6. *cum seq.* dicit, quod Barones tenentur, & sunt obligati succurrere damnis vassallorum, quod si non fecerint tenentur in animæ judicio ad restitutionem, ex *Vasq. controvers. illustr. cap.* 43. *numer.* 11. & quod omni Jure ad id sunt obligati Divino naturali, & positivo, & quod sub præcepto tenentur adjuvare, defendere, & auxilium præstare vassallis usque ad mortem ex eodem *Vasq. loc. cit. cap.* 41 *nu.* 10. & proptereà non posse Barones in recompensam aliqualis favoris, & auxilii præstiti pro vassallis, aliquid prætendere, vel licitè jure accipere posse, prout in facti contingentia respondit cuidam Baroni, qui dum sua Terra esset hospitio militum oppressa, apud D. Proregem ità se exhibuit, ut obtineret exonerationem hospitii, ex quo favore quantitatem pecuniæ sibi legitimè deberi Baro pugnabat, dicendo, quod & si Universitatibus donare non liceat, maximè suis Baronibus, ut ex *pragm.* 5. §. *fin. de administ. Univers.* tamen quando hoc faciunt in remunerationem valere donationem, ad quod respondit ipse *D. Capiblanc. nu.* 9. id procedere, quando persona quæ servitia præstitit Universitati, non esset ad talia

43 obligata, sed ratione officii, & debiti teneretur se talem exhibere, ea servitia non merentur remunerationem, cum ille suum officium impleat, & propterea, non datur ex eis actio remuneratoria petendæ, & quod datur personæ, quæ gratis tenetur explere negotium, turpiter accipitur, *ad text.* Insignem in *l. fin. ff. de condit. ob turp. caus.* citant *Tiraq. de revoc. donat. vers. donatione largitus, numer.* 21. & 106. *Pinell. de bon. matern. l.* 1. *part.* 3. *numer.* 6. *D. de Franch. decis.* 418. & proindè tuta conscientia remunerationem in recompensam talium auxiliorum recipere minimè posse Barones, ex eodem *Tiraquel. loc. cit. numer.* 25. quia potestas vassallorum eis tributa fuit, ut diligentiùs ipsi

44 protegerentur, ut suum cuique jus tribueretur, & delinquentes pœnis afficerentur, ac singulorum status illæsos conservaretur, §. 1. *de pac. tenen.* non autem eis potestas fuit distributa ad opprimendos subditos, & sanguinem emungendum à vassallis, ex *Boer. decis.* 55. *in fine*, & *cap. salubriatem, de consecrat. distinct.* 3. ubi Papa increpat Episcopos, dicens ipsos fuisse constitutos, ut susciperent partem suæ sollicitudinis, & non veniant ad sollicitandos subditos, nè verificetur illud *Ezechiel.* 22. *Principes facti quasi lupi rapaces*, & exindè promulgata fuit *d. pragmatic.* 3. *de Baron.* ubi dicitur à D. Rege Ferdinando, quod durum fuit auditi, ut populi qui ab impetu inimicorum tutantur, à Baronibus posteà opprimantur. Hæc omnia *D. Joan. Francisc. Capiblanc.*

45 *in d. pragmatic.* 3. *tom.* 1. *à numer.* 6. *usque ad* 12. quæ literis quidem aureis scribi, & imprimi deberent, præcipuè hisce miserrimis temporibus, quibus mali Barones non solùm ob minimos favores, quos præstant vassallis, & Universitatibus, sibi magnas nummorum quantitates, & munera donari, & exolvi faciunt, velint, nolint, miseri subditi, sed ad libitum etiam nullo favore præstito ab illis nummos, frumenta, aliaque expetunt, & aliquando depauperant, quia qui multum emungit, elicit sanguinem, quos & sæpè, ut mancipia, immò longè pejus pertractant, sed Deus ultionum Dominus. Postea in extremis constituti cum a conscientia vexantur, & constringuntur ad rationem reddendam Altissimo, cui omnia nuda, & aperta sunt de malè acceptis, & extorsionibus à vassallis, & Universitatibus, aliquando filiis, & hæredibus imponunt restitutiones (ut mihi notum est,) qui non solù n illas facere non curant, sed suorum Patrum exempla sectantes pejora faciunt, & majora exigunt contrà Justitiam illos pejus tractantes. Ideò admonitos esse precor Raver. Confessarios, qui talium Baronum confessiones excipiunt, nè sint proclives, & faciles ad eis absolutionem impertiendum, nisi prius facta omninò realiter totali restitutione malè exceptorum, & damnorum illatorum suis subditis, & Universitatibus, etiam si nummos, & munera acceperint pro tuitione, vel favoribus impensis cum, ut supra dixi authoritatibus, & rationibus adductis à *D. Capiblanc.* à conscientia nihil pro illis accipere, ac petere possint; sanguis enim illorum clamat ad me de terra dicit Deus; res enim pecunia, & bona alterius dicontur sanguis illius. Utinam exaudiar ego, & tantarum Universitatum, & vassallorum lacrymæ, sus-

46 piria, & deplorationes, ad Cœlum ascendentes, pauperum præcipuè, viduarum, agentium, pupillorum, Ecclesiasticorum etiam, & Ecclesiasticarum, quibus neque parcunt, & quorum bona usurpant; loquor tamen de illis, qui talia faciunt, non autem de omnibus, non enim desunt multi Barones timoratæ cõscientiæ, qui suos vassallos uti filios pater, & suas uti over Pastor diligunt, & benè tractant. Sunt etiam tales Barones pejores canibus; nam canes accipiendo mansuescunt, isti verò accipientes irritantur, quia semper majora petunt, & volunt, non enim conquiescunt allatrantes, & recipientes, sed plura, ac majora semper expetunt, & nunquam satiantur, exemplo usuratioris relato

relato à *Ludovic. à Peguera in decis. crimin. cap. 30. nu. 6. in fin.*

47 Sed an Barones, & Domini temporales possint cogere mulieres vassallas, & sibi subditas ire ad tripudia, & choreas in domibus ipsorum, vel in alio loco, & respondetur omninò negativè, ut non solùm cogere, sed nec invitare possint ad dicta tripudia, & choreas ex notabili, & aurea quidem decisione *Bald. in l. quod ex liberta, C. de oper. libert.* ubi docet, quod sicut liberta nuptui tradita non tenetur ire ad domum Patroni, neque ad operas illi præstandum ex dispositione *d. l. quod ex liberta, §. is autem*, ob causam vitandæ turpis suspitionis, ut etiam ait ibi *glos.* ità, & eo magis non mulier vassalla, & subdita ire tenetur ad domum Baronis, & Domini, vel alibi ad tripudia, & choreas propter eandem causam, imò majorem in dictis tripudiis existentem vitandæ turpis suspitionis, & inhonesta-
48 tis, quia ab omni superioritate jus honestatis exceptum intelligitur, ità *Bald.* quam notabilem decisionem *Bald.* sequutus fuit vir ille celebris, & eminentis doctrinæ *D. Regens Joann. Francisc. de Ponte in sua aureo tract. de potest. Proreg. tit. de abundant. Civit. §. 1. n. 27. & 28. fol. mihi* 55. subdens hoc esse menti tenendum, tanquam in dies occurrens pro honestate conservanda, quæ hodie non modicum jacturæ periculum patitur, ità *D. de Ponte*, qui pro hac sententia citat etiam *Laudens. in tract. de Princip. quæst.* 16. clariùs hoc firmantem, & si tempora, quo hoc scripsit *d. D. de Ponte* in anno 1611. erat evidens tale periculum inhonestatis, quantò magis hisce nostris depravatis temporibus, & futuris sequentibus, in quibus malitia excrevit, & excrescet, & perversitas abundat magis, & abundabit pejus, & si in liberta nuptui tradita consideravit Imperator in *d. l. quod ex liberta*, periculum inhonestatis, & præcepit non posse cogi à Patrono ad suam domum; imò ad operas ei præstandas ire, quantò magis præcepisset idem Imperator, ne ire teneretur ad tripudia, in quibus adest majus, & evidens periculum inhonestatis, & si hæc ad favorem honestatis servandæ libertæ concessa, & jussa sunt, eo magis ad favorem honestatum mulierum vassallarum, & subditarum intelliguntur præcepta cum melior sit conditio mulieris honestæ vassallæ, quam libertæ, eo vel magis, quia persæpè tales mulieres vassallæ, quæ ad choreas ire coguntur sunt nobiles, vel saltim perspicuæ, (in sua patria,) & decora, honestaque facie atque honorem præseferentes, & utinam non adessent in hoc Regno tales Domini Terrarum, sivè Barones,
49 sivè Titulati cogentes dictas mulieres ad hujusmodi vana tripudia accedere cum maximo, & evidentissimo periculo inhonestatis, vel saltim turpis suspitionis, & renitentes non afficerent minis cadentibus in constantissimum virum, atque injuriis, immò in carceribus eas, earumve viros, vel consanguineos mancipando, & detrudendo. (Proh dolor! & utinam mentiret) & ad hæc advertere debent Confessarii talium Dominorum, ut prorsus, & radicitus talis Deo displicens mala observantia tolli, & extirpari ad subveniendum honori miserorum vassallorum, quorum voces exclamant ad Deum de terra, cum non valeant ad superiores edita, qui legit, intelligat.

50 Ex his infero, quod Baro malè tractans vassallos eos indebitè carcerando, injuriis, vulneribus, vel aliis offensionibus afficiendo, nummos extorquendo, non meretur vocari illorum Dominus, & potest privari Jurisdictione perpetuo non solum in eos vassallos, quos offendit, sed etiam universaliter indistinctè, etiam non præcedente monitione per superiorem Dominum, ut vassallos ipsos benè tractet, aliàs quod privetur ipsorum Jurisdictione, *D. de Ponte decis. 16. num. 34. Afflict. decis. 265. number. 72.* ubi *Addit. lit. A. & Ursill. nu. 16. cum seq. Gaill. lib. 1. pract. observ. cap. 17. nu. 2. & 4.* & ità decisum per M. C. V. & confirmata sententia per Sacrum Consilium refert *Gramm. decis.* 104. immò potest privari feudo, *Gaill. loc. cit. number. 4.* etiam si vassallus offensus non querelaverit, *Danza ad Gramm. num. 1. & 4. de Mari ad d. decis. Gramm. num.* 1. ubi ex *Balzar.* refert in generali visitatione multos Barones fuisse suspensos, & privatos Jurisdictione, ut etiam refert *Thor. tom. 1. in compend. decis. verbo Baro malè tractans, fol. 63. & 64.* & de his latè *Dom. Capiblanc. in cit. pragm. 3. de Baron. tom. 1. à num. 49. ad 65.* ubi *num. 64.* refert vidisse quendam Baronem jussum, ut feudum venderet, & postea opinionem *d. Gramm.* dicit esse veram, ut in *vers. sed stante opinione Gram.* Hinc ad tollendas vexationes indebitas Baronum ergà vassallos, solent expediri provisiones à Regio Collaterali Consilio vassallorum beneficium, quæ dicuntur salvaguardiæ, ut contrà illos de facto non procedatur, neque pro delictis antiquis inconsulto Principe, ut testatur *D. de Ponte in cit. tract. de potest. Proreg. tit. 10. rubr. de insignibus, nu. 13.*

51 Infero secundò, quod Baro committens adulterium cum uxore vassalli, punitur privatione Jurisdictionis, ac etiam dominio directo sub-
* feudi, ità decisum refert *Thor. loc. cit. verbo, Baro adulterium committens, fol. 65.* & quod ratione injuriæ illatæ vassallo Baro privetur
* proprietate feudi, ità decisum refert idem *Thor. dict. tom. 1. verbo, Dominus feudi an privetur, fol. 158.*

52 Tertiò infero, quod Barones conducentes animalia vassallorum, & operas illorum tenentur pro eorum servitio solvere non solùm uti alii Cives solvunt, sed salarium, & victum operariis præstare, ut præstant alii, dum operas conducunt, *Thor. loc. cit. verb. Barones conducentes, fol. 66.* ità deci-
* sum refert in causa Universitatis Lauri cum Marchione dictæ Terræ, quod habet locum non solùm in foro fori, sed etiam in foro poli, & conscientiæ, aliàs tenentur ad restitutionem, *Graff. decis. aur. tom. 1. lib. 3. cap. 1. de Dominis temporal. num. 4. & num. 7. vers. duodecimò si cogunt*, & quod Baro teneatur solvere salarium, prout solvunt alii Cives tàm in servitiis præstitis intrà territorium, vel extrà infrà dietam adest dispositio *pragmat. 1. de salar. cor. num. 3. vers. In cæteris verò servitiis id quod in loco ubi servitium fuerit injunctum communiter solvi contigerit.* Et ità indistinctè decisum per Sacrum Consilium per *Dom. de Franch. decis.* 526. & si Baro haberet propria animalia, tunc non posset uti animalibus vassallorum, fuit decisum per Sacrum Consilium, ut per *d. D. de Franch. decis. 211. & D. Rovit. in pragm. 1. de salar. cor. num. 4. 6. & 8.* qui *nu. 10.* dicit, quod si sunt pauperes, debet eis solvi salarium ante servitium, & *D. Capibl. in d. prag. 16. num. 35.*

53 Quinimò *d. pragm. 1. de salar. cor.* per quam taxatum fuit salarium servitiorum vassallorum, & eorum animalium, scilicèt denariorum quatuor pro quolibet milliario itineris faciendi per subditos, & denariorum sex grani unius si cum animali proprio mittantur, & granorum quinque, si cum curru, & bobus mitti contingat, & posteà per *pragm. 2. eodem tit.* fuit taxatum dictum salarium duplicatum, adhuc non est servanda neque prima, neque secunda. Non prima, quia eo tempore valebat granis octo modius frumenti, & granis quinque modius hordei, & vinum septem cum dimidio, ut ait *Graff. tom. 1. decis. aur. lib. 3. cap. 1. de Dominis temporal. number. 4.* quod etiam habetur in proemio *d. pragm. 2. eod. titul.* ibi: *Havendomo consideratione, che nel tempo fù fatta detta pragmatica le robbe comestibile, & ogn'altra*

cosa

cosa al vitto humano necessaria si compravano à bassissimi prezzi, e che hoggi sono aumentate più del doppio di quel che valevano all'hora. Ubi idem *Graff.* dicit, non esse absolvendos Dominos temporales observantes dictam taxam in servitiis præstitis à vassallis, quibus à Baronibus debetur solvi ea justa merces, quam solverent aliis non subditis, & *D. de Franch. decis.152.numer.* 4. dicit dictam pragmaticam redactam esse ad iniquitatem, & ideò dixit *D. Rovit. in d.pragm.num* 5.quod cum dicta pragmatica hodiè sit redacta ad iniquitatem, non esset ponere os in Cœlum, si quispiam prætenderet illius dispositionem non esse servandam, & ità inconcussè affirmare. *Enchirid.Ecclesiast.tit. de salar. vassallor.fol. sibi* 130. *cum seqq.* & quod propterea sequuta fuit aliqualis reformatio in anno 1600 & 1603. ut in *d.prag.2.eod.tit.* per quam fuit duplicatum salarium, & præter ex dicto proemio *d.prag.* 2. jam relato, & *D. Capiblanc. in d. pragm.16.de Baron. num.31. & seq.tom.* 1. dicit taxam factam per *d.pragm.1.de salar.eorum*, fuisse tunc justam tempore illius promulgationis, quod constat ex illius proemio, ubi asseritur eam editam fuisse ad relevandom subditos, & verum, ac justum salarium indicendum pro servitiis, sed crescente ætate, ubi pretia rerum sunt aucta, illa pragmatica redacta fuit ad maximam vassallorum iniquitatem, prout dixit *Dom. de Franch. d. decis.* 152. meritò fuit edita, & promulgata dicta alia *pragmatic.* 2. per quam est auctum, & duplicatum salarium, quæ etiam ad relevandum vassallos edita fuit, & pro eorum beneficio, ut proindè justum salarium acciperent, ibi: *E considerato ancho, che detta prima pragmatica fu fatta, & ordinata per beneficio delli sudditi, acciò recevessero il giusto salario.* Sed idem *D. Capiblanc.* subjungit *num.34. in fin.* quod adhuc dictum salarium via suppetit pro alimentis, quod luce meridiana clarior, & notum est omnibus, & sic claré videtur dicere, & tenere, neque dispositionem *d. pragm.* 2. sivè taxationem salarii duplicati esse servandam, dum non suppetit etiam taxa duplicata taxa pro alimentis pauperum subditorum vassallorum, & jumentorum; & nemo debet pro solo victu parvo, imò paucissimo operas suas impendere absque salario, non enim in solo pane vivit homo, quod eveniat si observetur taxa *dd. pragm.* imò stantis verbis *d. pragm.* 2. ibi: *Acciò ricevano il giusto salario*, non videtur posse observari taxa eo tempore facta, cum etiam pretia rerum post illius promulgationem sunt aucta, & claré habetur in *d. pragm.* 1. *num.* 2. ibi: *Fideles ipsi ad proprios sumptus mittebantur, seu eorum animalia sine competenti salario.* Itaque ambæ pragmaticæ disponunt non esse subditos sine justo salario operas suas præstare coercendos; & sic etiam militant eædem rationes hisce temporibus nè 2. *pragmat.* observanda sit in dicta taxa, quæ militabant in *pragm.* 1. quod credo verissimum saltem in foro conscientiæ, per doctrinam *Graff. D. Rovit. & D. Capiblan. supra citat.* & cujuscunque timoratæ conscientiæ, qui *D. Rovit. d. numer.* 5. *in fine* dicit, quod per *pragm.* 2. fuit facta aliqualis reformatio, ubi nota illud verbum, *Aliqualis*, & sic non totalis reformatio, eo vel magis, quia *dd. pragm.* fuerunt promulgatæ ad favorem vassallorum, & ad illos relevandos, & ut justum eis salarium à Baronibus præstetur, ut in proemio ambarum pragmaticarum habetur claré, & supra ostendimus, non autem ad favorem Baronum in perniciem vassallorum, sed in ipsorum odium, qui gratis volebant sibi à vassallis servitia præstari, ut dicitur in principio *d. pragm.1.num.* 2. ibi: *Ad proprios sumptus sine competenti salario exigebantur*, cum eas ultrà territorium ultrà dictam illis; & eorum animalibus utebantur pro vecturis, quia in servitiis præstitis intrà territorium, vel extrà infrà dictam, non habet locum dispositio dictarum pragmaticarum, tunc enim Barones tenentur solvere salarium uti alii Cives, & prout solvunt aliis non subditis, ut disponitur in *d.pragm.1.num.3.*ibi: *In cæteris verò servitiis*, ut supra dixi *nu.*51. & sic prædicta taxa hodiè in conscientia servari non debet, iniquum est enim Baroni locupletari cum alterius jactura, & ex sudoribus pauperum vassallorum absque mercede, nam uti pater se gerere debet erga filios, & ut Pastor, non ut lupus rapax oves devorans, ut supra ostendimus *nu.* 42. & 44.

54 Et utinam hodiè observaretur id, quod prius solitum erat, facere visitare Barones inquirendo, quomodo tractarent subditos, quod ex *Constit. Regni*, observandum esse dixit *Afflict. in Constitut. Capitaneorum, numer.* 6. asserens nescire quomodo in desuetudinem hoc abierit cum fuisset firmamentum boni regiminis, multa enim essent minora gravamina in Regno, & tyrannides, quia tyrannides exercentur non solùm per tyrannos & infideles, sed per omnes opprimentes, ità *D. Capiblanc. in d. pragm.* 16.*num.*46. & 47. & *Andr. de Isern in d.Constit.Capitaneorum, de offic. Capitan. in glos & Judices solemnes, in fine*, dicit, quod si servaretur, bonum esset pro subditis, & pro Rege, sivè regnante, & *D. Regens Tapia in eadem Constit.num.2.fol.*365.*tom.*1. dicit hanc visitationem per Provinciam ad illius Præsidem spectavisse, & miratur exclamando cum *Afflict. & Foller.* quare hodiè non fiat dicta visitatio, & dat rationem propter oppressiones, scilicet populorum, quos tales Præsides Provinciarum defatigabant, demum in fine dicit sæpè sæpius se DD. Vicereges admonuisse, ut ad visitandum Regnum prudentes, gravesque ministros mitterent, atque Provinciarum Præsides optimos deligerent, qui Provincias circumeundo pacatas redderent, quod etiam admonuit *Anna sing.*155.

Diximus supra *numer.* 4. manutenendum esse in possessione illum, qui arma, & insignia habet in Ecclesia, vel in alio loco, proindè observandum est, 55 an deputatus ad aliquod opus publicum construendum, possit in eo, sua insignia, & inscriptionem apponere; Et respondetur, quod quando opus fit expensis propriis ejus, qui construi fecit, tunc post insignia Regis, posse insignia sua, & inscriptionem apponere, sed si fiat expensis Regis, vel publicis, vel de alterius pecunia, tunc secus erit, sed nomen tantùm Principis, & simul Civitatis, si de ejus pecunia opus factum fuerit, aut illorum, cujus expensis constructum est, ut deciditur in *l.* 2. 3. & 4. *ff. de oper. public. Dom.de Franch. decis.*445. *Dom.Sanfelic. decis.* 282. & 283.*tom.*2. *Dom.de Ponte in cit. tract. de potest. Proreg. tit.* 10. *de divers. provision. rubr. de insignia, num.*5. qui tamen *num.*6. & 7. dicit quod etiam quando de alterius pecunia id opus publicum factum fuerit, adhuc illum, qui curam illius habuit, & Deputatus fuit ad id conficiendum, posset suam inscriptionem. & insignia post insignia tamen, & inscriptionem Regis, vel Civitatis apponere, & quod quamvis *d.Dom.de Franch in d. decis.* 443. dicat contrarium servari, & antiquam consuetudinem fuisse interruptam, tamen ipse *D.de Ponte* de tali consuetudine relata à *D.de Franch.* valdé dubitavit, cum in Janua Regiæ Dohanæ hujus Civitatis Neap. appareant arma quondam Regentis Furn tii tunc Locumtenentis R. C. S. qui præfuit constructioni dictæ Regiæ Dohanæ constructæ expensis Regiis, vel Publicis; Sed cum casus accidisset annis elapsis, cum constructus fuisset novus Fons ante arcem Castri novi hujus Civitatis expensis Excellentissimi tunc D. Proregis D. Comitis de Ognatte, cui constructioni præfuisset (tanquam sibi demandata cura illius à D.

à D.Prorege) D.Cæsar de Cajeta Marchio Montis Pagani, Miles ordinis Divi Jacobi, Regius Collateralis Consiliarius, Militum Tribunus, & hujus Civitatis Ædilitati Præfectus, qui cum sua assistentia, & directione, & tanquam ædilitati Præfectus dictum opus publicum fieri curasset, & prætenderet proindè post nomen, & insignia Regis, & post insignia, & inscriptionem dicti D. Comitis de Ognatte Proregis, suam inscriptionem solummodò (jàm in marmore insculptam) non autem insignia ibi apponere, tenoris sequentis:

Cæsar de Gajeta Marchio Montis Pagani, Divi Jacobi Miles, & Collateralis Regii Consiliarius, Militum Tribunus, Fidelissimæ hujus Urbis Ædilitati Præfectus fieri curavit nulle publico ære.

* Et per Regium Collaterale Consilium sub die 12. Maii 1654. referente D. Regente Soto causæ Commissario fuit decisum, quòd infrà quatuor dies audiantur partes, & interim apponantur insignia, & inscriptiones D. Regis, & olim D. Proregis D. Comitis de Ognatte.

Et de hac materia vide *D. Prat.* latè *pract. obser. tom. 1. obser. 49.* post hæc scripta visum.

Michael Angelus Gizzius.

ARGVMENTVM.

Concessio officii facta in beneficium mulieris, ut possit nubere, an intelligatur de primo matrimonio, an vero viro decedente de aliis nuptiis durante vita dictæ mulieris, & quid quando primus vir decessit contractis sponsalibus; sed nondum consummato matrimonio per carnis copulam, & quid si tertius aliam obtinuerit concessionem, asserendo officium prædictum vacasse, & multa de subreptione, & obreptione.

SVMMARIVM.

1 *Concessio facta mulieri nuptura intelligitur pro primo actu nubendi. Intellige ut num. 39.*

2 *Sermo simpliciter prolatus primo, atque unico actu consumitur, perficitur, atque finitur.*

3 *Cautio de danda, vel restituenda dote filia nuptura, de primis nuptiis tantum est intelligenda.*

4 *Dispositio qualibet semper intelligitur de primo actu.*

5 *Promissio dotis nomine facta mulieri, si divortio sequuto iterum nubat reperitur, quia censetur facta pro primo matrimonio. Intellige ut nu. 42.*

6 *Officia omnia sunt penes Regem, cujus ossibus herere dicuntur.*

7 *Dominium non transit in officiis sicut in feudis, sed tantum exercitium unde in illis strictius proceditur.*

8 *Fœmina virilibus officiis non funguntur.*

9 *Officia de sui natura sunt personalia, & regulariter ad heredem non transeunt.*

10 *Possessio non potest penes duos insolidum esse.*

11 *Officium dicitur vacare, cum non habeat possessorem.*

12 *Subreptio, & obreptio consistunt, vel in taciturnitate veri, vel in expressione falsi.*

13 *Subreptionem non inducit omne id, quod tacetur, sed illud tantum, quod non est expressum, cum exprimi debeat.*

14 *Ususfructus datus in dotem alicujus puella marito, jus formale tantum in ejus persona inseparabiliter radicatur, quod morte ipsius extinguitur.*

15 *Ususfructus concessus pro se, & harede, morte illius extinguitur, & ratione stipulationis novus constituitur in personam haredis.*

16 *Divortio sequuto non restituitur uxori ususfructus datus in dotem, sed tantum commoditas percipiendi fructus; & de ratione, nu. seq. & quando hoc procedat, n. 19. & 20.*

21 *Nuptias non concubitus, sed consensus facit; & omnia jura loquentia de matrimonio, & de marito, uxore, sibi locum vendicant, etiam quando matrimonium per verba de præsenti solummodo est contractum, & n. seq. & 59.*

23 *Mulier desponsata per verba de præsenti, non sequuta, nec traducta, an lucretur id, quod statuto est cautum debere in bonis viri prædefuncti.*

24 *Mulieri ex solo osculo acquiritur medietas antephati.*

25 *Osculum est actus carnis, & pro virginitate est quasi caro corrupta, & dicitur dimidium adulterii, n. seq.*

26 *Mulier nuptias contrahens, & introducta ad domum viri, si ante copulam moriatur, an stante statuto communicet bona.*

28 *Statutum dictans, ut maritus præmoriente uxore lucretur partem dotis, etiam lucrabitur, si matrimonium fuerit per verba de præsenti contractum, licet non consummatum.*

29 *Allegans paupertatem, illam debet probare.*

30 *Pauper quis dicatur, referuntur varia opiniones, num. 31 & 32.*

33 *Rescriptum gratia corruit ex falsi expressione, vel veri suppressione.*

34 *Possessorium remedium manutentionis ut competat, inspiciendum est, quis possidet tempore litis mota, nam ille est manutenendus, etiam si ejus possessio esset injusta: & nedum possessor, sed detentor, & etiam prædo est manutenendus, n. seq.*

36 *Possessorium remedium manutentionis non parit præjudicium, nedum in petitorio, sed neque in possessorio.*

37 *Possidere, & in possessione esse, differunt.*

38 *Privilegium personale personam sequitur, & cum ea extinguitur.*

39 Text. in l. Boves, § hoc sermone, ff. de verb. obligat. *dispositio que in casu dirigitur, & n. 54. & 66.*

40 *Causa durante debet etiam durare, & perseverare id, quod ob eam causam fuit concessum.*

41 *Causa durante sive ratione provisionis, seu beneficii, debet durare, & perseverare ipsa provisio.*

43 *Compromissum factum inter conjunctos si lis non fuerit finita intra tempus prascriptum, debet iterum fieri, quia durat eadem ratio & propter quam fuit factum statutum.*

44 Afflict. opinio in decis. 46. *ubi tenet, quod per bina compromissa non est locus tertio, reprobatur.*

45 *Promissio solvendi aliquid annuum extra dotem, non extinguitur per primas nuptias.*

46 *Ratio verisimilis licet non sit expressa, habetur pro expressa.*

47 *Ratio ubi est expressa, vel habetur pro expressa, tunc admittitur extensio, etiam si essemus in correctoriis.*

48 *Dotis causa dicitur favorabilis, & pro ea in dubio pronunciandum, & n. 60. & 61.*

49 *Concessio facta à Principe est potius amplianda, quam restringenda.*

50 *Privilegium est extendendum, non solum quoad res, sed etiam quoad personas & quoad tempus: nam in liberalitatibus Principis versatur magnus favor, non solum quoad multiplicem extensionem, sed etiam quoad sui immutabilem durationem.*

51 *Officia spectantia ad Regia Majestatis collationem quasi sint, remissive.*

52 *Concessio facta juxta consuetudinem aliarum concessionum pro eadem causa, & eadem ratione facturum, substinetur.*

53 *Concessio recipit interpretationem, & declarationem à possessione inde sequuta.*

55 *Conditio* cum nupserit, *non impletur contractis nuptiis invalidis.*

56 *Contractus facti favore matrimonii, intelliguntur, si matrimonium sequatur, & fuerit validum.*

57 *Promissio facta ex causa matrimonii debet intelligi de valido.*

58 *Jurans*

18 *Jurans primo loco inutiliter, admittitur iterum ad utiliter jurandum.*
62 *Privilegium debet esse perpetuum, & duraturum.*
63 *Legatum factum mulieri cum conditione nubendi cum aliquo Mercatore, non amittitur, si post primum matrimonium nupserit Nobili.*
64 *Pater dicitur necessarius debitor pro dote filia.*
65 *Pater dotando filiam non dicitur donare, sed potius paternum debitum solvere.*
67 *Dotandi onus tam in primo, quam in secundo matrimonio ad patrem spectat.*
68 *Mulieri competit actio, & repetitio dotis data ab extraneo, volente simpliciter donare, etiam si matrimonium non fuerit sequutum.*
69 *Privilegium, sive concessio, non est permittendum quod reddatur clusorium.*
70. *Possessio non potest juvari titulo invalido.*
71 *Præsumptio, quæ oritur ex antiquitate temporis, nihil operatur, quando producitur titulus nullus, & invalidus.*
72 *Titulus non potest dici, si apparet invalidus.*
73 *Tituli invaliditas seu defectus obstat, quando ex ipsius lectura apparet quod absorbet possessorium.*
74 *Judex quando potest ex officio procedere super possessorio, & petitorio.*
75 *Possessorium, & petitorium solet semper cumulari in rebus incorporalibus.*

DECISIO CLXXXII.

IN causa appellationis à decreto lato per Regium Auditorem Exercitus, vertente in Collaterali Consilio inter Petrum Martinez de Vala quo appellātam, & Liviam Antoniam del Nero appellatam, ejusque virum Hieronymum Verris, nonnulla dicebantur per dictum Petrum, ex quibus sperabat, sententiam dicti Regii Auditoris, per quam fuerat determinatum officium, quod vocant *de sopraguardia* maritimæ Bari esse restituendum Liviæ, esse reformandam, ipsumque in possessione dicti officii esse manutenendum.

Et primò, quia dictæ Liviæ nec in possessorio, nec in petitorio aliquod jus fovebat: constabat enim in facto, quod quamvis Alfonsus del Nero concessionē hujus officii habuisset ab Ill. Duce de Alcala, tunc hujus Regni Prorege ob remunerationem ejus servitiorum, & in anno 164 ; obtinuisset ab Illust. Duce Medines de las Torras, ut ipsi liceret officium prædictū Liviæ Antoniæ ejus filiæ renunciare, & illud in dotem tradere ejus futuro viro, & interim officium exercere, tamen antequam dictam filiam matrimonio collocaret, diem clausit extremum; & ideo coacta fuit Livia aliud privilegium à Regni Castellæ Admirato, tunc Prorege obtinere, ut Cintius de Elia ejus avunculus officium prædictum, donec ipsa ad nuptias convolasset exerceret; & tandem cum se nuptui tradidisset Alfonso Bretonio fuerunt in ejus personam ad ipsius Liviæ petitionem expeditæ literæ cōmissionales, nulla tamen de dicta Livia, nec de ejus dote facta mentione, & sic concessio primo loco facta per dictum Ill. Ducem de Alcala suum habuit effectum, quia dictus Bretonius vigore ipsius possessionem, seu quasi dicti officii obtinuit.

Cum igitur concessio fuerit facta Liviæ del Nero, Alfonsi filiæ, ad effectum ut cum eo officio nuberet, eaque nupta dicto Bretonio, fuit officium illi collatū, 1 eo postea mortuo non potest amplius Livia conqueri: quia concessio intelligitur facta pro primo actu nubendi, vulgata *l. Boves 89. § hoc sermone ff. de verb. signific.* ibi, *dum nupta erit prima nuptiæ significantur.* ex quo *text.* quamvis loquatur de nuptiis, tamen ge-2 neralem regulam assumunt *DD.* sermonem simpliciter prolatum, primo, atque unico actu consumi, perfici, & finiri, ut post *Alex. cons. 16. nu. 9. lib. 4. Curt. jun. cons. 132. Jas. cons. 36. col. ult. lib. 3. Bart. Bal.* & cæteros in *d. § hoc sermone Tiraquel. in repet.* ejusdem *text. in princ.* concordat etiam *tex.* in materia dotis in *l. cum* 3 *pater, § pater certam ff. de leg.* 2. ubi cautio de danda, vel restituenda dote filiæ nupturæ, de primis nuptiis tantum est intelligenda, nec ad secundas nuptias por-4 rigitur, dispositio enim semper intelligitur de primo actu, *l. matrimonii ff. qui, & à quibus, l. inter socerum. § fi. ff. de pact. dotal. Alex. d. cons. 16. Jas. in l. divortio, § hoc* 5 *anno ff solut. matr.* & ideò *glos. in d. § hoc sermone* dicit, quod si quis promisit centum pro Berta dotis nomine, si divortium sequatur, centum repetet, etiam si iterum nubat, cum promissio censatur facta pro primo matrimonio, *l. stipulatio de dote ff. de jure dot.*

Nec potest Livia, dicto Bretonio ejus viro mortuo, iterum aliam concessionem obtinere ad beneficium secundi viri, quia ipsa nunquam habuit, nec ha-6 bere poterat dominium dicti officii, cum omnia officia sint penes Regem, cujus ossibus hærere dicuntur, ut post *Andr. de Isern. in cap. 1. de feud. Marchio Franc. de Amic. in repet. cap. 1. de his, qui feud. dare poss.* & in *cap. incip. natura offic. fol. 61. & 62.* voluit *De Pont. decis. 28. nu. 7.*

7 Strictius enim proceditur in officiis, quam in feudis, cum in officiis non transeat dominium sicuti in feudis, sed tantum exercitium, ut habetur per *Capyc. dec. 121. sub num. 5. ibi. & in officiis*, quod magis locum obtinet in fœmina, quæ nullo modo potest habere officium, quia, ut dicit *Isernia in c. 1. § Lotharius, nu. 5.* 8 fœmina virilibus officiis non fungitur, sequitur *De Pont. de potest. Prorog. tit. de divers. provis. de potest. subst. in offic. n. 4 fol. 481.* latissima *Frecc. de subfeud. lib. 2. q. 50.* & ideo fuit facta concessio, non ipsi Liviæ, sed personæ, cum qua erat nupta, cumque hoc habuit effectum suum per mortem Bretonii, non potest in 9 alium transferri, absque nova concessione, cum officia de sui natura sint personalia, *l. consilio, ff. de curator. furios.* & ideo regulariter ad hæredem non transeunt, *l. fi. ff. de fidejuss. tutor.* notat *Bal. in l. 2. § sed si quis, C. commun. de leg.* & in persona hæredis est nova concessio, *Frecc.* dicta *q. 50. num. 4.*

Et sicuti Livia non potest habere dicti officii dominium, neque etiam & possessionem, cum nunquam illud possederit, & quamvis ad ejus instantiam illud 10 jus exercendi officium prædictum fuerit dicto Alfonso Bretonio concessum, absque ulla clausula, duo in solidum possidere non poterant, *l. si ut certo, § fi. ff.* 11 *commodat. l. hæreditate, § pater, ff. de castrens. pecul.* nec ipsa habuit titulum, nec possessionem habere poterat, ex quo per mortem dicti Bretonii officium dicitur vacasse, *l. fi. ff. de possessor. edict. Anton. Faber. de Episcop. & Cler. diffin. 8. n. 1.* Est etiam notandum, quod in concessione facta dicto Alfonso Bretonio nulla fuit facta mentio de dicta Livia, nec apparet, officium prædictum fuisse concessum pro ejus dote, sed fuit una simplex commissio ad illud administrandum, ex quo sequitur, quod cum per ejus mortem vacasset, potuit Petrus Martinez illud in ejus personam impetrare, 12 asserendo, quod vacabat; & sic cessat dictæ Liviæ motivum, subreptitie, & obreptitie impetratum, & proinde titulum dicti officii esse nullum, *cap. 2. de rescript. Menoch. de arbitrar. cas. 101. Anell. Amat. cons. 17. Theodor. alleg. 31. num. 3. & alleg. 46. nu. 24.* subreptio enim consistit in taciturnitate veri, & obreptio in expressione falsi, ut habetur per *Canonistas in cap.* 13 *super literis, de rescript.* nec omne, quod tacetur inducit subreptionem, sed illud tantum, quod non est expressum, cum exprimi debeat. *glos. in clem. 1. in verbo alteri, de præbend. Auth. item possessor, C. qui potior. in pignor. habeant. Cravett. cons. 2. n. 13 & cons. 28. num. 8. Anell. Amat. d. cons. 17. num. 21.* Hic autem dicebatur, nullam adfuisse subreptionem, & obreptionem, quia non erat obligatus Petrus scire, officium prædictum fuisse

conditio filia, ff. de condit. & demonstr. ubi hæc condi- 55 tio *cum nupserit*, non impletur contractis nuptiis invalidis, quod etiam voluit *Cassan.* post *consilium* cujusdam Advocati Borbonensis in *cons. 43. num. 8 vers.* 56 *cum ergo*, ubi contractus facti favore matrimonii, intelliguntur, si matrimonium sequatur, & fuerit validum, hoc idem dixit *Tell. Fernand. in l. 22. Tauri, n. 18.* 57 ubi quod promissio facta ea causa matrimonii, debet intelligi de valido, & eum sequitur *Matienzo lib. 5. tit. 6. l. 6. gloss. 5. nu. 3. l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic.* late etiam *Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 6. n. 66.* cum pluribus *seqq.* alios allegat *Tiraq. in d. §. hoc sermone,* 58 *limit. 1.* quod quidem regulare est, quia similiter qui inutiliter primo loco jurat, admittitur iterum ad utiliter jurandum, *l. qui pater salutem, ff. de jur. jur.* ubi *Bald.* notat, per illum *text.* limitari dispositionem *tex. in d. §. hoc sermone*, & multa alia collatia ad propositum adducit *Tiraq. d. limit. 1. per totam.*

59 Nec prædictis obstabat, quod supra fuit dictum, nempe quod matrimonium dicetur, quamvis non sit consummatum per carnalem copulam, quia omnia jura superius allegata, & Doctores citati loquuntur in materia favorabili ipsi doti, ut detur actio, & quod non possit revocari, etiam non sequuta carnali copula, quoniam nuptias non concubitus, sed consensus facit: secus autem sunt intelligenda jura prædicta in eo ca- 60 su, quo mulier veniret dote privata, vel privanda, quia tunc dotis causa semper, & ubique præcipua esse debat, *d. l. in ambiguis ff. de regul. jur.* & maximè quando tractatur de jure quæsito conservando, ut per *text. in d. l. qui per salutem, ff. de jure jur.* tradit *Tiraquell. in d.* 61 *limit. 1. num. 38.* quod tanto magis procedere debet in dote, quæ favorabilis est, & in favorabilibus benigna debet fieri interpretatio, ut dicit idem *Tiraqu. in limit. 3. ex text. in d. l. hac conditio filia, in fin. ff. de condit. & demonstr.* Sumus etiam in materia privilegii, quod 62 sic intelligeretur de prima vice, esset temporale, & contra ejus naturam, quod esse debet perpetuum, *cap. decet. de regul. jur. in 6.* & hanc limitationem ad *d. §. hoc sermone* docet *Felin. in cap. 1. de treug. & pac.* & eum sequitur, & refert *Tiraq. limit. 8.*

Et quod nedum quando dispositio est favorabilis mulieri pro dote retinenda, vel consequenda, sed etiam in materia pœnali pro legato amittendo, quod non procedat regula *text.* prædicti, adducitur *consil.* 63 *Oldr. 16.* qui loquitur de legato facto ab avo nepti, cum conditione nubendi cum aliquo Mercatore, utrum si primo loco nuptias contraxerit cum Mercatore, & viro mortuo contraxit cum alio Nobili, quæritur, utrum legatum amittat, & sic quod prohibitio intelligatur, nedum pro prima vice, sed etiam pro secundis, & tertiis nuptiis, & late disputato articulo *num. 3. in fin.* concludit, quod debet intelligi de matrimoniis tempore successivo successive contractis, seu contrahendis, allegat *text. in l. novissima ff. jud. sol. & in l. si sic, ff. de verbor. oblig.* idem tenuerunt *Benedict. de Plumbino in l. matrimonii, ff. qui. & à quib. Paul. de Castr. Carell. Cott.* & alii allegati à *Tiraq. limit. 7. nu. 2. in d. §. hoc sermone.*

Quod tanto magis procedere deberet in isto casu, ubi concessio fuit facta per Proregem pro dote ipsius Liviæ, qui titulus fuit lucrativus, & non onerosus, 64 prout est, quando pater legat, quia intelligitur in compensationem legitimæ, cum in dote dicatur necessarius debitor, *Natta cons. 475. num. 15. Molin. de rit.* 65 *nupt. lib. 3. quæst. 10. num. 14.* & proinde filiam dotando non dicitur donare, sed potius paternum debitum solvere, *l. qui liberos, ff. de rit. nupt.*

66 Et ex his voluit *Alex. in l. divortio. §. ob donationes, num. 7. vers. secundo limito ff. solut. matrim.* quod *text. in d. §. hoc sermone* habet locum in contractu oneroso, secus vero in lucrativo, quia perpetuum intelligitur, quem sequutus fuit *Tiraq. limit. 27. ex text. in l. servum, ff. si servit. vendic.* Et quamvis concessio fuit facta ad patris instantiam, tamen fuit pro dote filiæ: & sic non intelligimus, per dictam concessionem patrem dotasse filiam, & tunc pater dotando, intelligitur nedum pro primo, sed etiam pro secundo ma- 67 trimonio, quia onus dotandi, tam in primo, quam in secundo matrimonio ad patrem spectat, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 13. numer. 30. vers. Sed adhuc ego puto:* aut vero concessio fuit facta contemplatione ipsius mulieris, & tunc non est du- 68 bium, quod ipsi fuit jus quæsitum, ita etiam si matrimonium non fuerit sequutum, eidem actio, & repetitio competit, *l. si donaturus, in princ. ff. de condic. ob caus.* & hoc casu, quando non contemplatione patris, nec fratris, aut viri extraneus dotat mulierem, quia simpliciter donare voluisse intelligitur, tunc eidem debetur, etiam nuptiis non sequutis, *l. unica, §. accedit, C. de rei, uxor. act. Mantic. ubi supra in fin.*

Unde sequitur, dictam concessionem pro dote ipsius Liviæ fuisse personalem, & tam pro primis, quam pro secundis nuptiis, & duraturam, quousque 69 ejus vita duraverit, alias enim hoc privilegium, sive concessio redderetur elusorium, quod non est permittendum, *l. 1. in fin. ff. ad municip. l. 1. C. de thesaur. lib. 10. Mant. de tac. & ambig. lib. 10. tit. 10. n. 5.*

Nec de prætensa captione paupertatis fuit habita aliqua ratio, quia, ut supra diximus, privilegium Principis latissime interpretandum, vulgatis juribus.

Nec dicebatur, esse habendam aliquam rationem 70 de prætensa possessione dicti Petri Martinez, quia constito de titulo invalido, non potest de ea juvari, *cap. dudum*, & ibi notant *Scribentes de decim. Paul. de Castr. cons. 423.* sub *num. 2. vers. nec obstat, Mascard.* 71 *de probat. concl. 1377. num. 63. & 64.* ubi quod quando producitur titulus nullus, & invalidus, neq; præsumptio, quæ oritur ex antiquitate temporis aliquid operatur, *Alex. cons. 113.* sub *nu. 2. & 3. vol. 2. & cons. 54. vol.* 72 *6.* non potest enim dici titulus, si apparet invalidus, *l. nec ullam, §. item in titulo ff. de petit. hared. Afflict. decis. 271. n. 3.* latissime *Postius de manuten. observat. 42. nu. 273.* cum *seqq.* & *n. 55.* dicit, quod obstat defectus, seu 73 invaliditas tituli, quæ ex ipsius lectura apparet, ubi plures affert Rotæ Romanæ decisiones, & hæc invaliditas tituli absorbet possessorium, *cap. pastoralis, de caus. possess. & propriet. Anchar. cons. 146. vers. & si dicatur, vol. 2. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. nu. 167. Cravett. cons. 248. nu. 3. Cassador. decis. ultim. nu. 6. de caus. possess. & propr.* & quod possit Judex ex officio procedere, tam super petitorio, quam super possesso- 74 rio, si visum fuerit magis conducibile, & utile Partibus, ut parcatur impensis superfluis, *Staphil. de liter. grat. & instit. in verbo spoliatus, num. 18.* quod maxime procedit in rebus incorporalibus, in quibus semper 75 cumulari solet petitorium, & possessorium, *Afflict. decis. 155. nu. 2.*

Quibus discussis in Collaterali Consilio, non visum fuit confirmare decretum Regii Exercitus Auditoris, sed decidere petitorium, super quo erat jam compilatus processus, & propterea die 22. Junii 1649. fuit dictum, officium prædictum spectare, & spectavisse ad ipsam Liviam.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXXXII.

SUMMARIUM.

1 *Creditor anterior quando possit avocare pecuniam creditori posteriori solutam cui liberata fuit cum cautione de restituendo, adducitur decisio.*

2 D. Dominicus Petronius *nunc Regius Consiliarius laudatur.*

Officium

Officii Secretarii hujus Regni non possit exerceri facere per substitutum, ibid. & num. 4. 5. 6. cum sequent. ad finem.

5 D. Ioannes Angelus Barile *Dux Caivani habuit officium Secretarii hujus Regni pro duc. at. 110. m. cum pacto de retrovendendo, cum conditione & declaratione, & num. 45 46. & 58.*

6 *Officialis an possit servire per substitutum, & nu. 19.*

7 *Officium concessum pro se, & successoribus, an in hoc Regno in eo admittantur fæmina, & numero 8. 16. 18. & 61.*

8 *Fæmina est capax officiorum, & de jure communi exercendi officia. sed propter honestatem, & sexus convenientiam non datur ei actualis administratio, & num. 61. & 62.*

9 *Fæmina quæ succedit in officium, & si propter honestatem, & sexus convenientiam illud exercere nequeat, potest tamen exercere per substitutum, & numero 2. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 14. 16. 22. 25. 26. 27. 29. 34. 37. 41. 42.*

10 *Officium quando possit exerceri per substitutum, & numer. 6.*

Et quid propter impedimentum breve, vel perpetuum, ibid. & n. 11.

11 *Minor, qui non potest officium exercere, non potest durante minori ætate eligere substitutum sed ejus Tutor vel Curator, & n. 36. & 38.*

12 *Fæmina in hoc Regno admittuntur ad exercenda Iurisdictionalia feudorum & n. 61. & 62.*

Fæmina deficientibus masculis in hoc Regno admittuntur ad feuda, & officia, ibidem, & numer. 4. & 19. 61. & 62.

14 *Dispositio* cap. 131. de reformat. Reg. Camer. *quomodo intelligatur, & n. 4. 15. 19. 20. 23. 24. 25. & 31. 61. & 62.*

Fides, quam debent Reges eorum, verbo Reges, comparatur Divinæ, ibid.

15 *Emens officium à Reg. Cam. sub hasta pro persona nominanda, si nominet inhabilem ad illud exercendum, non potest exercere, per substitutum absque dispensatione D. Regis, & n. 4.*

17 *Expressum non solum dicitur, quod jure, vel scripto solum accipitur, sed etiam nutu & alio modo.*

In rescriptis Principum largior sumenda est inspectio, ibid.

18 *Quod venit in consequentiam, dicitur necessario explicatum in dispositione, verbis expressis, & in sententiis.*

20 *Dispensatio est Iuris communis relaxatio.*

21 *Dispositio novi Principis quando corrigat jura præcedentia, & n. 62.*

Lex nova an corrigat jus præcedens, ibid. & n. 62.

23 *Substitutus ad exercendum officium debet approbari à D. Prorege, & à DD. Regentibus Regiam Cancellariam.*

24 *Officium Secretarii hujus Regni, ut cætera officia dantur industria personæ.*

25 *Directus, qui solvuntur quinque pro centenario pro licentia, ut possit per substitutum officium exerceri, an debeantur à fæmina, quæ succedit in officio, & vult per substitutum illud exercere cum ipsa nequeat propter sexus honestatem, nu. 17. 29. 34. 37. & 41.*

28 *Assensus Regius denegari non potest, quando adest justitia, & necessitas petentis, immo assensus ita petitus, censetur jam statim concessus.*

30 *Possessor debet manutenere in possessione.*

Pater potest pro filiis pupillis testamentum facere, ibid.

Vox patris morientis pro filiis pupillis, vox dicitur pupillarum, ibid.

31 *Villettum, quod more militari per scriptorium, vulgò* Per il Secretario di Guerra *fit nomine D. Proregis, scribitur laconicè, idest brevi sermone.*

32 *Rescriptum, & possessio declaratur à præcedenti causa.*

13 *Possessio semper præsumitur in utiliorem causam, ibid.*

33 *Observantia individualis quando præferatur observantiæ particulari.*

34 *Fæmina quæ succedit in officio, an ad possessionem officii inserviendi per substitutum admitti possit absque solutione directus quinque pro centenario, & nu. 25. 27. 29. 37. 41. 42. & 62.*

35 *Consuetudo contraria primæ consuetudini juridice, non probatur ex simplici observantia, nisi obtentum fuerit in contradictorio judicio.*

Actus voluntarii non inducunt novam observantiam præjudicialem, vel consuetudinem obligativam, ibid.

Consuetudo non inducitur stante usu difformi, ibidem.

39 *Observantia per unum actum attenditur, si iste unus actus fuit secundum jus, & cum juris assistentia, etiam si adesset nova in contrarium observantia.*

40 *Gabellæ solutiones si facta fuit animo obediendi superiori, & non quia allegetur aliqua nova ratio, non præjudicant immunitati, nec ipsis qui solverunt.*

Gabellas solvens exemptus ex præcepto superioris, non perdit immunitatem, quia præsumitur per obedientiam solvisse, non ut privilegio contraveniat ibidem.

42 D. Reg. Donat. Anton. de Marinis in annot. ad Reverter. decis. 90. in fine, & in annot. ad decis. 382. & 390. *declarant.*

43 Glossæ, & Doctori *asserenti quod ita fuit à Papa, vel à Rege ordinatum non est credendum, nisi offeratur ordinatio.*

44 *Concessionis finis attenditur, & receditur à naturali obligatione.*

45 *Officium Secretarii regni Neap. an sit feudale, an verò burgensaticum, & numero 48. 58. 59. & 60.*

Nominatio personæ pro administratione officii Secretarii, an spectet ad heredem in feudalibus, an verò ad hæredes in burgensaticis, & num. seq.

46 Andreas de Salazar *Secretarius Regni Neap. renunciavit dictum officium in manibus D. Regis satisfacto sibi pretio, seu justo valore.*

47 *Secretarius Regni præstat juramentum de fideliter, & legaliter exercendo.*

48 *Officium Secretarii Regni est de Regalibus, & spectat ad Regis collationem, & nu. 52.*

Officia omnia sunt de Regalibus in hoc Regno Neapol. ibid.

49 *Iurisdictio est de Regalibus.*

Secretarius Regni Neap habet Iurisdictionem in officiales Regiæ Cancellariæ, ibidem & num. 50.

50 *Officium Secretarii Regni dicitur officium Quæstoris, & Logotheta Regni.*

51 *Secretarius Regni Neap. est de corpore Consilii Collateralis, depositarius secretarum Regiarum cogitationum, item Magister Scriniorum, & ejus auctoritas amplissima est.*

Secretarius Regni habet titulum Spectabilis, ex eo quod spectat, seu videt, quæ ab aliis fiunt, ibidem.

DD. Regentes vocantur Circumspecti, & quare ibid.

52 *Secretarius Regni habet provisionem, seu salarium, & emolumenta Regiæ Cancellariæ.*

53 *In successione officii Secretarii Regni Neap. & aliorum officiorum, an attendatur jus commune Romanorum, vel jus feudorum.*

54 *In officiorum successione attenditur primogenitura in Regno Neap. & n. 56.*

Primogenitus succedit in officiis in Regno Neapol. ibid.

55 *Officium feudo æquiparatur, & ideò in illo succeditur, prout in feudo.*

57 *Soror primogenita, quæ succedit in officio, vel in feudo quando teneatur conferre, æstimationem illius cum alia sorore secundogenita.*

ait *Paul. lib. 5. ad edict. servitus per socium nobis retinetur, d. l. servitus*, *& ad idem Scævola in l. usu retinetur, ff. eodem, l. 3. ver. ne videamur*, ubi *glos. in verbo, qui nobis, ff. de itin. actuque priv.* ursi tamen ex hoc dubitari contigerit, majorem, & strictiorem societatem reperiri unum individuum totius vitæ constituentem, quam inter virum, & uxorem, quorum societas, & unio prototypus est majoris unitatis; undè & exemplar ab ea sumpsit Christus unionis suæ cum Ecclesia, & vocatur societas divinæ, & humanæ domus, *l. 2. ff. de rit. nupt. & §. nuptiæ, instit. de patr. potest. & §. 1. de jur. natur. gent. & civ.* unde dixit *Hostiens. in summa, tit. de sentent. excommunicat. §. quæ sit pœna, nu. 15. vers. lex excusat*, quod ista societas facit communem quamcumque actionem civilem, & usum rerum communicat ad invicem jure omni divino, & humano, & ideò post *Livium, Dionis. Alicarnass. Aimar. Rivall. & alios, Camill. Borrell in summ. decis. tom. 3. tit. 1. num.* 151. fundat

17 per legem Rumuli declaratum Jure sacro mulierem omnium fortunarum, sociam esse, ad idem *Plutarch. de legib. connubial. cap.* 20. & constituitur societas, quæ est in unu individuo inter caput, & membra ad cumulata per *Borrell. loc. cit. num.* 198. *ut not. in l. adulterium, §. Imperator, ff. ad l. Jul. de adulter. Alex. conf.* 115. *num.* 2. *lib.* 4. *Riccius. de jure person. lib.* 4. *cap.* 48. *numer.* 26. & faciunt adducta per *Bald. in l. 2. colum. 8 vers. sed nunquid qui fecit, C. de servit. & aqua, Alex. cons. 68. col. penul. vers. & hac probatur, lib.* 2. dicentium inter connexos allegari usum unius ad tuitionem usus pro altero, ut regulare est inter socios omnium bonorum, ea ratione, quia quicquid quæritur, vel amittitur est commune, ut notant *Crot. cons. 40. numer. 6. Roland. à Valle cons. 9. volum. 1. Ludovic. comm. opin. conclus. 53. vers. natura societatis*, & ideò communem esse possessionem plurium, prout unius personæ, *Michalor. de duob. fratr. par. 2. cap. 13. numer.* 3. quilibet enim socius fingitur se constituere, quod possideat iis suo nomine, prout alterius ad *tex. in l. 1. §. in societate cum l. seq. ff. pro soc. Mant. de tacit. & ambig. conv. lib. 6. tit. 15. nu. 1. & seq.*

18 Confirmantur prædicta, quia usus pulvinaris in Ecclesiis, est unicum signum, quo contredistinguitur uxor hæc Præsidis à cæteris omnibus subjectis Illi Magistratui, & si nobilibus, quo signo amoto equidem, par omnium esset conditio. Igitur in hoc non solùm versatus officium Judicis, quod à viro ad tuendam uxoris communem sibi dignitatem imploratur, ut per doctrinam *Joan. Fabr. in §. aliam verò, instit. de bonor. poss.* sed sufficit hic possessio dignitatis, ut necessariò dignitatum ordo sit servandus, prout in puncto de uxoribus officialium hoc argumento discurrit *Dom. Reg. Latro dicta decis.* 181. *nu.* 37. & 38. & est *text. in l. 1. C. ut dignit. ordo servetur lib.* 12. per quem remanet nullam in contrarium allegari posse à subditis observantiam æqualitatis cum superiori, quia hic usus ubi adesset, uti usurpatio esset officio Judicis extirpandus, & esset propterè sacrilegium, inde uti delictum nullo jure dissimulandum, unde nec potest in his applicari titulus *Uti possidetis*, quia hæc signa, sive *Insignia dignitatis*, ubi ea negando, vel affirmando communia esse cum subditis præsumpserit aliquis, temerarium esse actum, & puniendum jusserunt *Imperat. in l. fin. C. de privil. eorum, qui in sacr. palat. milit. lib.* 12. & signa sunt, ait *text. in l. 1. C. de præpos. sacr. Cubic. eod. lib. ut in sedibus, & in consessu, eis ordo servetur.*

19 Et verè esset mundum totum in confusionem vertere, si mulieres licet nobiles alicujus Civitatis, pariter cum ea, quæ in dignitate est sedeant, & omninò æquali more tractent. Quando præesse debet, *Quæ dignitatem Principis judicio consequuta est, his, qui tantum municipalibus honoribus functi sunt*, ait *text. in l. 1. ff. de albo scrib.*

Quid si addantur his alia, quæ consideravit Collaterale Consilium pro Illustri Principe Trigiani, in causa illa, de qua non suspectus tunc pater Ill. Marchio Turelli *Reg. Latro*, pro Illustri suo filio nostro Cliente scripserat compilando decisionem citatam 181. *à nu. 27. & D. Sanfelic. d. decis. 335. volum.* 3. scilicèt

20 multæ, quæ concurrunt in ista Illustri Ducissa præeminentiæ, & dignitates, ut usus hic pulvinaris ei impediri non possit, est enim in eadem dignitate Præsidatus viri, ut fundat *D. Latro nu.* 38. Est titulata, eodem titulo Ducis quo vir. Est nobilis nostræ Metropolitanæ Civitatis, & uti talis præhabenda cuicumque nobili alterius Civitatis Regni, ut *Marcell. Maur. alleg. 50. à num.* 8.

Adduntur in casu nostro aliæ circumstantiæ, quæ non erant in illa causa Illustris Principis Trigiani; est enim Illustris Dux Sejani actu Præses in illa pro-

21 pria Civitate, & sic Illustris ad cumulata per *D. Revit. in pragm. de offic. Justitiar.* & uti caput illius collegiati Tribunalis, sivè Consilii Provincialis, tenet ibi personam nostri Domini Regis, cujus proprium est præsidere Consiliis, ad *not. per Marc. Anton. Surgent. de Neap. Illustr. cap* 27. *num.* 4. & 22. undè aptissimè de nostro Præside possunt afferri verba *text. in l. 4. ff. de offic. Præsid.* prout hunc *text.* de Præsidibus Provinciarum Regni nostri intellexerit *Joseph Mele ad Gizzarell. decis. 30. numer. 42. & seq.* Est etiam æques supremi ordinis Sancti Jacobi. Fuit militum tribunus; & est domus inter conspicuas nostræ Civitatis nobilissimæ familias.

Adest quoque expressum Domini nostri Regis mandatum, ut eis potiatur præeminentiis, & honoribus hic noster Illustris Cliens in suo hoc Præsidatu, quo omnes cæteri Præsides Regni, ut fol....... lit..... & notum est per ea, quæ testationes allatæ

22 clamant, singulos Præsides cum suis uxoribus in cunctis Regni Provinciis hac prærogativa pulvinaris gaudere, & pro absoluto fuit habitum in literis nostræ supremæ Cancellariæ de anno 1643. de quibus testatur *Elisem Danza loc. cit.*

Ex quibus non digressisse nos patebit, quamvis hæc dicta videantur petitorium sapere magis, quam possessionem, possessio enim in ista propria Provincia Salerni pro usu pulvinaris, tàm Præsidibus (de quibus nec pars adversa dubitat) quàm uxoribus eorum, constat per documenta deducta, & sufficere unicum actum jam fundavimus, & quando hæc omnia deficerent, si verum est prærogativam hanc deberi offi-

23 cio, sufficit ab uno ex officialibus in pari dignitate possideri, prout unicus actus pro manutentione sufficeret, ratio est non opus esse, ut à singulis apprehendantur unius ordinis officialibus, quæ officio pari debentur, nàm omne quod debetur ratione officii, est concedendum etiam actu non possidentibus, quia allegare possunt omnes possessionem aliorum ejusdem officii, & obtinent, & obtinebunt mandatum manutentionis, ut plenè *Posth. in simili d. tract. de manutent. obser. 55. n. 94. & 98.*

Et ratione firmatur applicatio eorum, quæ copiosè adducit *Posth. loc. cit.* si verum est præeminentias Præsidum Provincialium, deberi non tali, vel tali, sed officio univoco Præsidum, puta si diceretur officio Judicum certorum, vel aliorum de uno cœtu in diversis licet partibus unum officium exercentibus, ut ex *Rubr. C. de offic. Rector. Provinc. & de offic. Præsid.* & similium, quod si officio debetur: ergò officium possidet, seù quasi, præeminentias, & per possessionem plurium officialium, una omnium dicitur possessio, ut ideò non detur pro non possidentibus, remedium adipiscendæ, sed reintegrandæ ex possessione aliorum, si officialis habet se pro spoliato, ut

discurrit

discnerit *Mascard. de probat. conclus.* 2319. *à num.* 19. *& seqq. Niger controvers. lib.* 2. *cap.* 30. *à num.* 35. & licet possessio unius Præsidis sit diversa de facto à possessione alterius: attamen ità quoque possessio authoris est diversa, ab illa successoris, qui absque nova apprehensione non potest ex antecedenti possessione concludere, quod possideat, *vulg. l. cum hæredes ff. de acquir. possess. l.* 1. §. *Scævola, ff. si quis testam.* 24 *lib. juss. fuer.* attamen pari ratione, prout successor manutenendus est in possessione, etiam si eam novam non apprehenderit, sed solùm allegando sui prædecessoris, quoticumque agit nomine officii, & beneficii, in quo successit ad cumulata per *Garf. de benefic. part.* 5. *cap.* 5. *num.* 37. *& seqq. Gratian. discept.* 402. *à num.* 8. innumeri per *Posth. loc. cit.* à etiam omninò juvabitur possessione alterius unus Præses, ubi agit nomine communis generis officii, sub quo prædicantur pari modo plures officiales, æquo jure, qui regunt omnes Regni Provincias, ad bonum publicum exercentes illud officium Præsidis, vel Rectoris Provinciæ cum Jurisdictione, & Imperio in uni- 25 versam Regionem, & sic negari non potest officium illud esse publicum auctoritate, & utilitate, ad *text. in l. omnia, cum duabus sequent. ff. de offic. Præsid. l. magistraria, C. de jurisd. omn. jud.* Jurisdictio enim est de Jure publico. *Bart. & omnes in l.* 1. *ff. de jurisdict. omn. judic. cap.* 1 §. *potestas, in titul. quæ sint Regal. Alberic. in rubr. de muner. & honor. à numer.* 13.

Et si publica sunt hæc officia, imò quæ in illa Provincia repræsentant omnia suprema, quæ sunt in Metropoli Regni, sivè Imperii, ut *d. l. omnia cum seq. ff. de* 26 *offic. Præsid.* igitur omissio si adesset, vel complacentia alicujus ex officialibus, non præjudicabit possessioni omnium, quæ officio Jure publico debentur ad rationem *text. in l. jurisgentium*, § *si paciscar, ff. de pact. Anton. Gom. variar. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 25. *vers. item infertur post principium*; & id maximè in officiis, quæ administrantur nomine Regis penes quem, & in cujus ossibus hærere dicuntur *de Ponte decis.* 28 *nu.* 7. & administratio simplex est officialis, *Capyc. decis.* 121. *sub num.* 5. & sic omnia concernentia dignitatem officii, debentur Domino Regi principaliter, qui possidet per unum actum, unius ex officialibus ejusdem officii.

Dùm hæc Typis mandabantur data fuit nobis notitia pro parte Dominorum nobilium dictæ Civitatis Salerni, fuisse productas literas in anno 1634. scriptas per S. E. & Collaterale Consilium Regiæ Audientiæ in illa Provincia Salerni, mandantes modum interponendi tabulatum, inter locum ubi sedebat in Archiepiscopali Ecclesia Tribunal Regiæ Audientiæ, & locum ubi sedebant mulieres, ne ad invicem esset aspectus interessentium Divinis Officiis, & hoc in dictis literis legitur fuisse ordinatum ad instantiam Civium nobilium dictæ Civitatis. Item & secundo ordinatum fuit, ne uxor tunc Spectabilis Præsidis sederet cum aliqua præeminentia sedis, vel pulvinaris, prout observatum dicitur fuisse cum aliis.

Sed hoc ultimum nihil ad causam; primo quia expressè in iisdem literis apparet id fuisse ordinatum ad instantiam Archiepiscopi in sua propria Ca- 27 thedrali, nè innovaretur, prout innovari non poterat ipso contradicente. Verba autem dictarum literarum sunt, post relatam instantiam nobilium circa interponendas tabulas modo prædicto, subjungitur: *E nel medesimo tempo siamo stati anco avisati dal Reverendo Vicario della Corte Arcivescovale, dicendosi che D. Antonia moglie dell'hodierno Preside, contro la forma, e modo che hanno seduto le moglie dell'altri Presidi, che pro tempore sono stati al governo della Provincia, habbia fatto ponere una strata, con sedia avanti di quella dove seder il Reverendo in Christo Padre Arcivescovo, che veniva à stare con le spalle votate alla Sedia Arcivescovale, &c.*

Quis autem negare potest ad instantiam Archiepiscopi Jus non acquisitum sedendi cum præeminentia in sua Ecclesia, posse prohiberi nè quæratur. Sed si quæsitum est Jus etiam per unicum actum, vel Episcopus non conqueritur, ut in casu nostro, tunc omninò procedunt per nos initio allegata tàm pro unione possessorii, quàm pro evidenti Justitia firmanda hujus debitæ præeminentiæ uxori Præsidis; prout ipsimet Præsidi. Siquidem ante quæsitum Jus, Episcopo solum spectat Jus contradicendi, cujus est proprium in Ecclesia disponere sedes, & dare signa præeminentiarum, *Gratian discept.* 210. *num.* 47. *&* 48. *Genuens. in prax. Archiepisc. Neap. cap.* 34. *nu.* 21. alii per *Ciarlin. cit. controv.* 119. *num.* 1. & per *D. Reg. Latr. d. decis.* 181. *num.* 9. *& seqq. Dom. Sanfelic. decis.* 311 *nu.* 17. qui adducit *Molin. de primog. c.* 23. *nu.* 34. *& decis. Rotæ.*

Est ergò à diversissimis terminis illatio nunc nobilium contradicentium, non Episcopi, & sic replicari melius potest cum *d. Dom. Latro d. decis.* 181. *nu.* 42. per *text. in l. Papinianus exuli, de minor.* frustrà in his Achillem contradicendi posuisse Adversarios. Quando maximè nec nunc Episcopus post tolerantiam posset contradicere, sed esset possessor manutenendus, *Posth. d. tract. de manut. observat.* 10. *nu.* 19. *& Rota post d. tract. decis.* 117 *Cardin. loc. cit. num.* 9. *ubi & nu.* 28 10. quod possit à possessore etiam armata manu resisti, *Gratian. discept.* 110. *num.* 16. *&* 210. *num.* 32. plenè *Giovagnon. cit. cons.* 8. *num.* 14. & fuit habitum pro absoluto in dicta decisione ultima, & cum tanta cognitione Collateralis Consilii, quam compilaverunt *d. D. Latro & D. Sanfelic.*

29 Possessor autem dicitur, qui est in ultimo statu, & hic esset status attendendus, etiam si probetur per unicum actum, ut per *glos. in cap. cum Ecclesia, vers. Episcoporum*, & ibi *Abb. nu.* 22. *de caus. poss. & propr. Posth. d. tract. observ.* 18. *num.* 15. *Ciarlin. ibidem nu.* 26. & unicum testem sufficere idem *Posth. observ.* 38. *num.* 19. & in propriis terminis *Dom. Latro loc. cit. num.* 44. aliquando autem, & quamplures Præsidum uxores hunc usum habuisse, nec negatur à supplici libello partis.

Addimus nec etiam dictas literas anni 1634. quæ originales producuntur, & quæ penes partem adversam si reperiuntur, clarè concludendum est, unquam habuisse exequutionem, prout magis com- 30 probatur per contrariam observantiam, & subsequuta Episcopi tolerantia, quæ sufficit nè valeant nunc nobiles laici, illas literas in præsenti controversia pro nihilo allegare.

Et rebus ita distinctis evitatur inconveniens, quod resultaret à contradictoria provisione Collateralis Consilii, de qua testatur *Danza loc. cit.* cum hac prohibente omne signum præeminentiæ uxoribus Præsidum; nam concordatur distinguendo, ut procedat regula omni jure pro uxoribus Præsidum: licet non in Ecclesiis, contradicente Episcopo; prout omninò eo tolerante, & si unus adducatur actus.

Ex his concludimus (sub censura) non solùm esse manutenendum Illustrem Præsidis uxorem in dicta præeminentia pulvinaris, prout ad præsens utitur in Ecclesiis, imò Illustrem virum, & officium ejus pro ea, quinimò denegandam audientiam Dominis ex adverso non legitimis in hoc pœnitus contradictoribus. Neap. die 15. Junii 1662.

Dominicus Petronus.

31 Dubium quoque ex occasione suprà enarratorum, excitatur, an privilegium nobilitatis concessum viro extendetur ad uxorem, & è contrà.

Circà primum breviter concludendum puto, privilegium nobilitatis concessum marito, communicari uxori, inde mulier ignobilis, si nubat nobili, 32 efficitur nobilis, *l. fœmina ff. de Senator. l. cum te*, *& l. ult. C. de nupt.* & expressius *l. fin. C. de incol. lib.* 10. ibi: *Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus.* Hinc *Guid. Pap. decis.* 217. dicit, quod hujusmodi mulier, tanquam nobilis non tenetur contribuere in subsidiis indictis popularibus, quod ampliatur etiam in plebeja vidua mariti nobilis, quousque in viduitate permanserit, *Bart. & Fulgos. in l. fin. C. de verb signific. Panormit. in cap. super eo, el secondo, de testib. Tiraquell. de nobilit. cap.* 18. *numer.* 5. dummodò talis vidua honestè vivat, aliàs perdit omnia privalegia, honores, & commoda, ut probatur in *l. hac solu*, & ibi *Bald. & Salyc. C. de revoc. donat. Fel in cap pastoralis, nu........vers. mulier impudica, de judic. Tiraquell. ibidem nu.* 13. Non tamen sufficit semel tantùm stuprum commisisse mulierem, ad hoc, ut dicatur impudicè vivere. *Guttier. qq pract. lib. 2. quæst. 122. volum.* 1. ità *P. Meroll. tom. 3. disp. 6. de privil. cap. 3. dub. 7. nu* 36. *&* 37. & clariùs *cap. 8. dub.* 33. *num.* 202. 203 *&* 205.

33 Quoad secundum respondetur, privilegium nobilitatis concessum uxori non extendi ad maritum, quarè si vir ignobilis ducat uxorem nobilem, nihil dignitatis vel nobilitatis acquirit, *l. ult. C. de nupt. l. mulieres, C de dignit.* Immò uxor ipsa alioqui nobilis efficitur ignobilis per hujusmodi matrimonium, *Tiraquel. ubi supra d. cap.* 18. *num.* 15. *&* 16. *P. Meroll. loc. cit. num.* 206. quod limitatur dummodò non sit in præjudicialibus suo honori; Undè talis mulier nobilis nupta ignobili, non potest torqueri, & puniri pœna ignobilium, *Tiraq. loc. cit. num.* 42. *Meroll. ib. d. nu.* 107.

34 Notandum est etiam mulierem sanguine nobilem nubentem ignobili, sed valdè diviti, non amittere secundum aliquos DD. suam nobilitatem, ex eo primo, quia divitiæ nobilitant, *Tiraquell. eodem tract. de nobilit. cap. 3. nu. 3. cum seq.* secundò, quia dato, quod divitiæ non nobilitent, tamen negari non potest quin divitiæ, & dignitates æquiparentur, *l. 1. ff de custod. reorum, Tiraquell. d. cap. 3 nu.* 22. & ità experientia docet, ut ait *Meroll d. dub. 33. n.* 211.

35 Sed dubitari contingit, an sicut mulier nobilis non communicet viro suo ignobili suam nobilitatem, ità neque communicet suum titulum, exemp. grat. an mulier Comitissa, Marchiona, Ducissa, &c. faciat virum suom Comitem, Marchionem, vel Ducem; Et respondetur, quod quamvis stando in Jure communi pars negativa sit probabilis, quod scilicèt non communicet, tamen communi consuetudine recepta est contraria sententia, quod intellige, si talis mulier habeat dominium dicti tituli, scilicèt Comitatus, Marchionatus, &c: secus si solam possessionem, *D. de Ponte de potest Proreg. tit. de divers. provis. rubr. de decret. collat. consil.* § 1. *num* 17. 20. 21. *&* 27. *Meroll. ubi supra num.* 212. & quamvis communiter limitetur, ut procedat tantùm dicte conclusio, vivente oxore, secus verò ea mortua, in quo casu vir non possit ampliùs appellari Comes, Marchio, vel Dux, ut *D. de Ponte loc. cit. numer.* 30. *& cons. 16. nu. ....tom.* 2. attamen in casu contingenti contrarium decisum fuit per Regium Collateralem Consilium, ut refert *Thor. in compend. decis. tom.* 2. *verbo civis an ipso jure, fol.* 77. in qua decisione ait *Thor.* dictum fuisse D. Tiberium Carafam maritum Principissæ Bisinianii debere etiam ea mortua Principem appellari, & ratio hujus decisionis, ut putat *Meroll. eodem num.* 212. *in fine*, esse poterit; nam cum consuetudo derogando juri communi introduxerit, quod uxor communicet viro suum titulum, sicut de jure maritus illud communicat uxori, consequenter sequitur, quod illud retineat maritus etiam mortua uxore.

Num. 35. fit mentio de Milite, & Doctore. Idrò observo, quod cum in anno 1651. fuisset facta alectio Syndici in Civitate Cavæ, & fuerint Electi V.I.D. Joseph Vitalis, & Petrus Carola Miles veteranus; qui oltra munera per prius habita, erat tunc locumtenens Tribuni Militum generalis, & embo reportassent vota, & suffragia æqualia, fuit disceptatum quis eorum remanere deberet Syndicus & quis eorum præferri deberet, & pro parte dicti Joseph dicebatur à D. Jacobo de Falco ejus Advo- 36 cato, quod uti Doctor præferatur Militi, quando non tractatur de negotio militari, quia prætar vulgatem controversiam in *l. centurio, ff. de vulg. & pupill.* & alia loca apud DD. id in puncto fatetur *D. Reg. Rovit. in decis. 77. per totam.* & præcipue *num.* 8 *& seq. Cravett. cons. 459. lib.* 3. quem allegat idem *D Rovit. in pragm. 2. de administrat. Universit.* secundò dicebatur, quod in illis, qui dederunt vota, & suffragia prædicto 37 Josepho aderant Doctores majoris numeri, & Milites, quo casu similiter est præferendus ex *Mastrill. de magistrat. tom. 1. lib. 2. cap. 8. numer.* 16. ubi fatetur, quod si voces, & suffragia sunt æqualia, ille erit præferendus, qui habet suffragia nobiliorum, per *textum l. majorem. ff. de pact.* ibi: *Qui dignitates inter eos præcellit.* quam doctrinam *Mastrill.* ad hoc ellegat idem *D Rovit. in d. pragm. 2. nu. 12. vers. verum si in his, de administrat. Univer.* Tertiò præferri debere, quia dictus Joseph habebat filios, quo casu si- 38 militer in materia gubernii præfertur, prout ex multis DD. testatur *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *num.* 5. *& 6. præsumpt.* 12. *& Cassan. in cathal. glor. mundi part.* 11. *consider.* 12. *& consider.* 22. quos, & elios DD. etiam ellegat *d. D. Rovit. in d. pragm.* 2. *numer.* 4. ubi *num.* 5. dicit, quod inter habentes filios, ille est etiam præferendus, qui est dignior meritis, & facultatibus, prout considerabatur clarè in persona dicti Joseph Vitalis. Has, & alias causas adduxit dictus D. Advocatus ad excludendum dictum Petrum Carolam. E contrà dictus Petrus opponebat ad excludendum dictum Josephum, & quod præferri deberet Ipse tanquam miles veteranus, & locumtenens Tribuni Militum generalis, & qui prius etiam exercue- 39 rat alia munera in bello, & quod dictus Joseph erat clericus conjugatus, & electus, ideò non poterat eligi ad munera publica Universitaria, ut admonuit *D. de Franch. dec.* 479 *Capyc. dec.* 77. *D. Merlin. lib. 1. controv. cap.* 10. *num.* 30. *D. Rovit. decis.* 72. *num.* 67. Quibus objectionibus replicavit idem D. Advocatus de Falco, ad primam, dixit, ut supra procedera in negotiis militaribus, ad secundam respondit. Primò, quia *DD. cit.* loquuntur de Clericis simplicibus, non autem de Clericis conjugatis; nàm Clericus conjugatus non solùm non est inhabilis ad munera publica Universitatis suscipienda, administranda, & gubernanda, imò potest cogi, ut illa suscipiat, & administret, prout disputando articulum comprobat *D. Episcop. Ricc. decis.* 169. *part.* 3. ubi ità judicatum fuisse per Curiam Archiepiscopalem Neap. testatur. Secundò replicabatur, quia dum in actu scrutinii electionis fuisset facta hæc oppositio de clericatu, ad uberiorem cautelam, & ex abundanti ipse Joseph Vitalis renunciavit Clericatui, cui posse tàm expres- 40 sè quàm tacitè renunciari, non dubitari per *glos. in cap. extra de apostat.* quam *glos.* esse communiter receptam ait, & probat *d. D. Ricc. decis.* 194. *par.* 2. tùm quia potest etiam tacitè renunciari Clericatui, dimittendo habitum, & non incedendo in habitu, & tonsura, vel uxorem ducendo, ut probant idem D.

Ricc.

Ricc. decis. 307. par. 3. & D. Regente noster decis. 173. per totam, præcipuè *numer. 4.* Hæc omnia adducta fuerunt à dicto D. Jacobo de Falco. Demum die 11. Augusti dicti anni 1651. per Regium Collaterale Consilium fuit judicatum, quod fiat nova electio Syndici, ut fol. 10. à ter. in processu, referente eodem D. Regente nostro causæ Commissario.

41 Et cum de electione Syndici Universitatis loquuti simus, observandum est etiam, quod si Baro habet Jus confirmandi Syndicum, aliosque officiales Universitatis, si Jurisdictio sit sequestrata ad instantiam creditorum Baronis ordine S. C. ac pariter sequestrati omnes fructus, & introitus, an hujusmodi confirmatio sit facienda per ipsum Baronem, an verò per Sacrum Consilium, & in causa Marcelli Filamarini cum creditoribus super Terra Atellæ, per Sacrum Consilium sub die 7. Augusti 1636. referente D. Consiliario de Petro, fuit provisum, quòd intra quatuor dies audiantur partes, verùm Syndicus, qui ad præsens exercet, continuet exercitium, donec aliter fuerit per Sacrum Consilium provisum. A quo decreto cum reclamasset dictus Marcellus, facto verbo per eundem Dom. de Petro sub die prima Septembris ejusdem anni 1636. fuit provisum in hunc modum. Per Sacrum Consilium declaratum est benè fuisse provisum per idem Sacrum Consilium, & nihilominus fiat cum effectu electio officialium Universitatis, servata forma soliti, & transmittatur ad S. C. ad finem providendi. In banca de Cintone.

42 Et ex hac occasione observo, quòd Baro in ejus feudo, & Castro repræsentat locum Regis, *Mastrill. de magist. at. lib. 4. cap. 17. num. 68.* & ideò ex debito vassallos protegere, adjuvare, & favores eis præstare tenetur, quia ad subjectorum utilitatem est electus, *Luc. de Penna in rubr. de dom. & protect. lib. 11. Vasq. controvers. illustr. cap. 41. & 45.* & uti ipsorum pater se gerere debet, *l. 3. C. de his, qui spont. muner. sub lib. 10.* ubi *Joann. de Plat. Guid. Papa decis. 631. Novar. in collect. 4. super pragm. 3. de Baron. nu. 6.* & proindè omnium curam tam in universali, quàm in particulari habere debet, *l. nam salutem. ff. de off. Præfect. vigil.* & uti Pastor oves, ita commoda Civium investigare, & quod Universitas benè regatur, ità notabiliter *Dom. Capiblanc. de Baron. pragm. 22. cap. 84. num. 8. & seq. tom. 2. & tom. 1. in pragm. 3. num. 6. cum seq.* dicit, quod Barones tenentur, & sunt obligati succurrere damnis vassallorum, quod si non fecerint tenentur in animæ judicio ad restitutionem, ex *Vasq. controvers. illustr. cap. 43. numer. 11.* & quod omni Jure ad id sunt obligati Divino naturali, & positivo, & quod sub præcepto tenentur adjuvare, defendere, & auxilium præstare vassallis usque ad mortem ex eodem *Vasq. loc. cit. cap. 41 nu. 20.* & proptereà non posse Barones in recompensam aliqualis favoris, & auxilii præstiti pro vassallis, aliquid prætendere, vel licito jure accipere posse, prout in facti contingentia respondit cuidam Baroni, qui dum sua Terra esset hospitio militum oppressa, apud D. Protegem ità se exhibuit, ut obtineret exonerationem hospitii, ex quo favore quantitatem pecuniæ sibi legitimè deberi Baro pugnabat, dicendo, quod & si Universitatibus donare non liceat, maximè suis Baronibus, ut ex *pragm. 5. §. fin. de administ. Univers.* tamen quando hoc faciunt in remunerationem valere donationem, ad quod respondit ipse *D. Capiblanc. nu. 9.* id procedere, quando persona quæ servitia præstitit Universitati, non esset ad talia

43 obligata, sed ratione officii, & debiti teneretur se talem exhibere, ea servitia non merentur remunerationem, cum ille suum officium impleat, & propterea, non datur ex eis actio remunerationis petendæ, & quod datur personæ, quæ gratis tenetur explere negotium, turpiter accipitur, ad *text.* insignem in *l. fin. ff. de condict. ob turp. caus.* citans *Tiraq. de revoc. donat. vers. donatione largitus, numer. 21. & 106. Pinell. de bon. matern. l. 1. part. 3. numer. 6. D. de Franch. decis. 428.* & proindè tuta conscientia remunerationem in recompensam talium auxiliorum recipere minimè posse Barones, ex eodem *Tiraquel. loc. cit. numer. 25.* quia potestas vassallorum eis tributa fuit, ut diligentiùs ipsi

44 protegerentur, ut suum cuique jus tribueretur, & delinquentes pœnis afficerentur, ac singulorum status illæsus conservaretur, *§. 1. de pac. tenen.* non autem eis potestas fuit distributa ad opprimendos subditos, & sanguinem emungendum à vassallis, ex *Boer. decisio. 55. in fine, & cap. salubritatem, de consecrat. distinct. 3.* ubi Papa increpat Episcopos, dicens ipsos fuisse constitutos, ut susciperent partem suæ sollicitudinis, & non veniant ad sollicitandos subditos, nè verificetur illud *Ezechiel. 22. Principes facti quasi lupi rapaces*, & exindè promulgata fuit *d. pragmatic. 3. de Baron.* ubi dicitur à D. Rege Ferdinando, quod durum fuit audiri, ut populi qui ab impetu inimicorum tutantur, à Baronibus postea opprimantur. Hæc omnia *D. Joan. Francisc. Capiblanc.*

45 *in d. pragmatic. 3. tom. 1. à numer. 6. usque ad 12.* quæ literis quidem aureis scribi, & imprimi deberent, præcipuè hisce miserrimis temporibus, quibus multi Barones non solùm ob minimos favores, quos præstant vassallis, & Universitatibus, sibi magnas nummorum quantitates, & munera donari, & exolvi faciunt, velint, nolint, miseri subditi, sed ad libitum etiam nullo favore præstito ab illis nummos, frumenta, aliaque exquirunt, & aliquando depauperant, quia qui multum emungit, elicit sanguinem, quos & sæpè, ut mancipia, immò longè pejus pertractant, sed Deus ultionum Dominus. Postea in extremis constituti cum à conscientia vexantur, & constringuntur ad rationem reddendam Altissimo, cui omnia nuda, & aperta sunt de malè acceptis, & extorsionibus à vassallis, & Universitatibus, aliquando filiis, & hæredibus imponunt restitutionem (ut mihi notum est,) qui non solùm illas facere non curant, sed suorum Patrum exempla sectantes pejora faciunt, & majora exigunt contra Justitiam illos pejus tractantes. Ideò admonitos esse precor Rever. Confessarios, qui talium Baronum confessiones excipiunt, nè sint proclives, & faciles ad eis absolutionem impertiendum, nisi priùs facta omninò realiter totali restitutione malè acceptorum, & damnorum illatorum suis subditis, & Universitatibus, etiam si nummos, & munera acceperint pro tuitione, vel favoribus impensis eum, ut supra dixi authoritatibus, & rationibus adductis à *D. Capibl.* tuta conscientia nihil prolllis accipere, ac petere possint; sanguis enim illorum clamat ad me de terra dicit Deus; res enim pecunia, & bona alterius dicuntur sanguis illius. Utinam exaudiar ego, & tantum Universitatum, & vassallorum lachrymæ, sus-

46 piria, & deplorationes, ad Cœlum ascendentes, pauperum præcipuè, viduarum, egentium, pupillorum, Ecclesiasticorum etiam, & Ecclesiarum, quibus neque parcunt, & quorum bona usurpant; loquor tamen de illis, qui talia faciunt, non autem de omnibus, non enim desunt multi Barones timoratæ cōscientiæ, qui suos vassallos uti filios pater, & suas uti oves Pastor diligunt, & benè tractant. Sunt etiam tales Barones pejores canibus; nam canes accipiendo mansuescunt, isti verò accipientes irritantur, quia semper majora petunt, & volunt, non enim conquiescunt allatrantes, & recipientes, sed plura, ac majora semper expetunt, & nunquam satiantur, exemplo usurariorū relato

relato à *Ludovic. à Peguera in decis. crimin. cap. 30. nu. 6. in fin.*

47 Sed an Barones, & Domini temporales possint cogere mullares vassallas, & sibi subditas ire ad tripudia, & choreas in domibus ipsorum, vel in alio loco, & respondetur omninò negativè, ut non solùm cogare, sed nac invitare possint ad dicta tripudia, & choraas ex notabili, & eurea quidem decisiona *Bald. in l. quod ex liberta, C. de oper. libert.* ubi docat, quod sicut liberta nuptui tradita non tenetur iread domnm Patroni, neque ad operas illi præstandum ax dispositione *d. l. quod ex liberta, §. is autem*, ob causam vitandæ turpis suspitionis, ut etiam ait ibi *glos.* ità, & eo magis nec mulier vassalla, & subdita ire tenetur ad domum Baronis, & Domini, vel alibi ad tripudia, & choreas proptar aandem causam, imò majorem in dictis tripudiis existentem vitandæ turpis sospitioois, & inhonesta-

48 tis, quia ab omni superioritate jus honestatis exceptum intalligitur, ità *Bald.* quam notabilem decisiooem *Bald.* sequutus fuit vir illa celabris, & aminentis doctrinæ *D. Regens Joann. Francisc. de Ponte in suo aureo tract. de potest. Prereg. tit. de abundant. Civit. §. 1. n. 27. & 28. fol. mihi* 55. subdés hoc esse menti tenendum, usnquam in dias occurrans pro honestara conservanda, quæ hodie non modicum jacturæ periculum patitur, ità *D. de Pente*, qui pro hac sententia citat etiam *Laudens. in tract. de Princip. quæst.* 16. clariùs hoc firmantem, & si tempora, quo hoc scripsit *d. D. de Ponte* in anno 1611. arat avidena tala periculum inhonestaris, quantò magis hisce nostris depravatis temporibus, & futuris sequentibus, in quibus malitia excrevit, & excrescet, & perversitas abundat magis, & abundabit pajus, & si in liberta nuptui tradita considetavit Imparator in *d. l. quod ex liberta*, periculum inhonestatis, & præcepit non possa cogi à Patrono ad suam domum; imò ad operas ei præstandas ire, quantò magis præcepissat idem Impetator, ne ire tenaretur ad tripudia, in quibus adest majus, & avidens periculum inhonestatis, & si hæc ad favorem honestatis sarvandæ libertæ concessa, & jussa sunt, ao magis ad favorem honestarum mulierum vassallarum, & subditarum intalliguntur præcepta cum melior sit conditio mulieris honestæ vassallæ, quam libertæ, eo vel magis, quia persæpè tales mulieres vassallæ, quæ ad choreas ita coguntur sunt nobiles, val saltim perspicuæ, (in sua patria,) & decora, honestaque facie atque honorem præsefatétes, & utinam non adessent in hoc Regno talea Domini Tarrarum, sivè Barones,

49 sivè Titulati cogantes dictas muliares ad hujusmodi vana tripudia accadera cum maximo, & avidentissimo periculo inhonesta is, vel saltim turpis suspitionis, & renitentes non afficerent minia cadentibus in constantissimum virum, atque injutiis, immò in carceribus eas, earumve vitos, val consanguineos mancipando, & dettudendo. (Proh dolor! & utinam mentiret) & ad hæc advertete dabent Confessarii talium Dominorum, ut protsus, & radicitus talis Deo displicens mala observantia tolli, & eatirpari ad subveniendum honori miserorum vassallorum, quorum vocea exclamant ad Deum da tarra, cum non valeant ad supetiores adire, qui legit, intelligat.

50 Ex his infero, quod Baro malè tractans vassallos suos indabitè carcerando, injutiis, vulneribus, vel aliis offensionibus afficiendo, nummos extorquando, non meretur vocari illorum Dominus, & potast privari Jurisdictione perpetua non solum in eos vassallos, quos offendit, sed atiam universaliter indistinctè, etiam non præcadante monitione per superiorem Dominum, ut vassallos ipsos benè tractet, aliàs quod privetur ipsorum Jurisdictione, *D. de Ponte decis. 16. num. 34. Afflict. decis. 265. numer. 72.* ubi *Addit. lit. A. & Ursill. nu. 16. cum seq. Gaill. lib. 1. pract. observ. cap. 17. nu. 2. & 4.* & ità decisum per M. C. V. & confirmata sententia per Sacrum Consilium refert *Gramm. decis.* 104. immò potest privari feudo, *Gaill. loc. cit. numer.* 4. etiam si vassallus offensus non querelaverit, *Danza ad Gramm. num. 3. & 4. de Mari ad d. decis. Gramm. num.* 1. ubi ex *Balzar.* refert in genatali visitationa multos Barones fuisse suspensos, & privatos Jurisdictione, ut etiam refert *Thor. tom. 1. in compend. decis. verbo Baro malè tractans, fol. 63. & 64.* & de his latè *Dom. Capiblanc. in cit. pragm. 3. de Baron. tom. 1. à num. 49. ad* 65. ubi *num. 64.* refert vidisse quendam Baronem jussum, ut feudum venderet, & posteà opinionem *d. Gramm.* dicit esse veram, ut in *vers. sed stante opinione Gram.* Hinc ad tollendas vexationes indebitas Baronum ergà vassallos, solent eapediri provisiones à Regio Collaterali Consilio vassallorum beneficium, quæ dicuntur salvaguardiæ, ut cantrà illos de facto non procedatur, neque pro delictis antiquis inconsulto Principe, ut testatur *D. de Ponte in cit. tract. de potest. Proreg. tit. 10. rubr. de insigniis, nu. 13.*

51 Infero secundò, quod Baro committens adultarium cum uxora vassalli, punitur privatione Jurisdictionis, et etiam dominio directo sub-
* feudi, ità decisum refert *Thor. loc. cit. verbo, Baro adulterium committens, fol.* 65. & quod ratiooe injuriæ illatæ vassallo Baro privatur
* proprietate feudi, ità decisum refert idam *Thor. dict. tom. 1. verbo, Dominus feudi an privetur, fol.* 158.

52 Tertiò infero, quod Barones conducentes animalia vassallorum, & operas illorum tenentur pro eorum servitio solvare non solùm uti alii Cives solvunt, sed salarium, & victum opereriis præstate, ut præstant alii, dum operas conducunt, *Thor. loc. cit. verb. Barones conducentes, fol. 66.* ità deci-
* sum rafert in causa Uoivetsitatis Lauti cum Marchiona dictæ Tarræ, quod habet locum non solùm in foro fori, sed etiem in foro poli, & conscientiæ, aliàs tenentur ad restitutionem, *Graff. decis. aur. tom. 1. lib. 3. cap. 1. de Dominis temporal. num. 4. & num. 7. vers. duodecimò si cogunt*, & quod Baro tenearur solvete salatium, prout solvunt alii Cives tàm in servitiis præstitis intrà territorium, vel extrà infrà dietam adest dispositio *pragmat. 1. de salar. cor. num. 3. vers. In cæteris verò servitiis id quod in loco ubi servitium fuerit injunctum communiter solvi contigerit.* Et ità indistinctè decisum per Sacrum Consilium per *Dom. de Franch. decis. 526.* & si Baro haberet propria animalia, tunc non posset uti animalibus vassallorum, fuit decisum per Sacrum Consilium, ut per *d. D. de Franch. decis. 211. & D. Rovit. in pragm. 1 de salar. cor. num. 4. 6. &* 8. qui *nu. 10.* dicit, quod si sunt pauperes, debet eis solvi salarium ante servitium, & *D. Capibl. in d prag. 16. num. 35.*

53 Quinimò *d. pragm. 1. de salar. cor.* per quam taxatum fuit salarium servitiorum vassallorum, & eorum animalium, scilicèt deoariorum quatuor pro quolibet milliario itineris faciendi per subditos, & denariorum sex grani unius si cum animali proprio mittantur, & grana quinque, si cum curru, & bobus mitti contingat, & posteà per *pragm. 2. eodem tit.* fuit taxatum dictum salarium duplicatum, adhuc non est servanda neque prima, neque secunda. Non prima, quia eo tempore valebat granis octo modius frumenti, & granis quinqua modius hordei, & vinum septem cum dimidio, ut ait *Graff. tom. 1. decis. aur. lib. 3. cap. 1. de Dominis temporal. numer.* 4. quod etiam habetur in proemio *d. pragm. 2. eod. titul.* ibi: *Havendomo consideratione, che nel tempo fù fatta datta pragmatica le robbe comestibili, & ogn'altra cosa*

cosa al vitta humano necessaria si compravano à bassissimi prezzi, a che hoggi sono aumentate più del doppio di quel che valevano all'hora. Ubi idem *Graff.* dicit, non esse absolvandos Dominos temporales observantes dictam taxam in servitiis præstitis à vassallis, quibus à Baronibus deberet solvi ea justa merces, quam solverent aliis non subditis, & *D. de Franch. decis.152.numer.4.* dicit dictam pragmaticam redactam esse ad iniquitatem, & ideò dixit *D. Rovit. in d.pragm.num.5.* quod cum dicta pragmatica hodiè sit redacta ad iniquitatem, non esset ponere os in Cœlum, si quispiam prætenderet illius dispositionem non esse servandam, & ità inconcussè affirmare. *Enchirid. Ecclesiast. tit. de salar. vassallor. fol. sibi 130. cum seqq.* & quod propterea sequuta fuit aliqualis reformatio in anno 1600 & 1603. ut in *d.pragm. eod. tit.* per quam fuit duplicatum salarium, & patet ex dicto proœmio *d.prag.2.* jam relato, & *D. Capiblanc. in d. pragm.16. de Baron. num.31. & seq. tom.1.* dicit taxam factam per *d.pragm.1. de salar. servorum*, fuisse tunc justam tempore illius promulgationis, quod constat ex illius proœmio, ubi asseritur eam editam fuisse ad relevandum subditos, & verum ac justum salarium indicendum pro servitiis, sed crescente ætate, ubi pretia rerum sunt aucta, illa pragmatica redacta fuit ad maximam vassallorum iniquitatem, prout dixit *Dom. de Franch. d. decis.152.* meritò fuit edita, & promulgata dicta alia *pragmatic. 2.* per quam est auctum, & duplicatum salarium, quæ etiam ad relevandum vassallos edita fuit, & pro eorum beneficio, ut proindè justum salarium acciperent, ibi: *E considerato ancho, che detta prima pragmatica fu fatta, & ordinata per beneficio delli sudditi, acciò recevessero il giusto salario*. Sed idem *D. Capiblanc.* subjungit *num.34. in fin.* quod adhuc dictum salarium vix suppetit pro alimentis, quod luce meridiana clarior, & notum est omnibus, & sic clarè videtur dicere, & tenere, neque dispositionem *d. pragm.2.* sivè taxationem salarii duplicati esse servandam, dum non suppetit etiam talis duplicata taxa pro alimentis pauperum subditorum vassallorum, & jumentorum; & nemo debet pro solo victu parvo, imò paucissimo operas suas impendere absque salario, non enim in solo pane vivit homo, quod eveniret si observetur taxa *dd. pragm.* imò attentis verbis *d. pragm. 2.* ibi: *Acciò recevano il giusto salario*, non videtur posse observari taxa eo tempore facta, cum etiam pretia rerum post illius promulgationem sunt aucta, & clarè habetur in *d. pragm. 1. num.2.* ibi: *Fideles ipsi ad proprios sumptus mittebantur, seu eorum animalia sine competenti salario*. Itaque ambæ pragmaticæ disponunt non esse subditos sine justo salario operas suas præstare coercendos; & sic etiam militant eædem rationes hisce temporibus ne *2. pragmat.* observanda sit in dicta taxa, quæ militabant in *pragm. 1.* quod credo verissimum saltem in foro conscientiæ, per doctrinam *Graff. D. Rovit. & D. Capiblan. supra citat.* & cujuscunque timoratæ conscientiæ, qui *D. Rovit. d. numer. 5. in fine* dicit, quod per *pragm. 2.* fuit facta aliqualis reformatio, ubi nota illud verbum, *Aliqualis*, & sic non totalis reformatio, eo vel magis, quia *dd. pragm.* fuerunt promulgatæ ad favorem vassallorum, & ad illos relevandos, & ut justum eis salarium à Baronibus præstetur, ut in proœmio ambarum pragmaticarum habetur clarè, & supra ostendimus, non autem ad favorem Baronum in perniciem vassallorum, sed in ipsorum odium, qui gratis volebant sibi à vassallis servitia præstari, ut dicitur in principio *d. pragm.1. num. 1.* ibi: *Ad proprios sumptus sine competenti salario exigebantur*, cum ætate territoriorum ultrà dietam illis; & eorum animalibus utebantur pro vecturis, quia in serviitiis præstitis intra territorium, vel extra infra dietam, non habet locum dispositio dictarum pragmaticarum, tunc enim Barones tenentur solvere salarium uti alii Cives, & prout solvunt aliis non subditis, ut disponitur in *d.pragm.1.num.3.* ibi: *In cæteris verò servitiis*, ut supra diximus *nu.51.* & sic prædicta taxa hodiè in conscientia servari non debet, iniquum est enim Baroni locupletari cum aliena jactura, & ex sudoribus pauperum vassallorum absque mercede, nam uti pater se gerere debet erga filios, & ut Pastor, non ut lupus rapax oves devorans, ut supra ostendimus *nu. 42. & 44.*

54 Et utinam hodiè observaretur id, quod prius solitum erat, facere visitare Barones inquirendo, quomodo tractarent subditos, quod ex *Constit. Regni*, observandum esse dixit *Afflict. in Constitut. Capitaneorum, numer. 6.* asserens nescire quomodo in desuetudinem hoc abierit cum fuisset firmamentum boni regiminis, multa enim essent minora gravamina in Regno, & tyrannides, quia tyrannides exercentur non solùm per tyrannos & infideles, sed per omnes opprimentes, ità *D. Capiblanc. in d. pragm. 16. num.46. & 47. & Andr. de Isern. in d. Constit. Capitaneorum, de offic. Capitan. in glos. & Judices solemnes, in fine*, dicit, quod si servaretur, bonum esset pro subditis, & pro Rege, sivè regnante, & *D. Regens Tapia in eadem Constit. num.2. fol.265. tom.1.* dicit hanc visitationem per Provinciam ad illius Præsidem spectavisse, & miratur exclamando cum *Afflict. & Foller.* quare hodiè non fiat dicta visitatio, & dat rationem propter oppressiones, scilicet populorum, quos tales Præsides Provinciarum defatigabant, demum in fine dicit sæpè sæpius se DD. Viceréges admonuisse, ut ad visitandum Regnum prudentes, gravesque ministros mitterent, atque Provinciarum Præsides optimos deligerent, qui Provincias circumeundo pacatas redderent, quod etiam admonuit *Anna sing.155.*

Diximus supra *numer. 4.* manutenendum esse in possessione illum, qui arma, & insignia habet in Ecclesia, vel in alio loco, proindè observandum est,

55 an deputatus ad aliquod opus publicum construendum, possit in eo, sua insignia, & inscriptionem apponere; Et respondetur, quod quando opus fit expensis propriis ejus, qui construi fecit, tunc post insignia Regis, posse insignia sua, & inscriptionem apponere, sed si fiat expensis Regis, vel publicis, vel de alterius pecunia, tunc secus erit, sed nomen tantùm Principis, & simul Civitatis, si de ejus pecunia opus factum fuerit, aut illius, cujus expensis constructum est, ut deciditur in *l.2. 3. & 4. ff. de oper. public. Dom. de Franch. decis.443. Dom. Sanfelic. decis. 282. & 283. tom.2. Dom. de Ponte in cit. tract. de potest. Proreg. tit. 10. de divers. provision. rubr. de insigniis, num.5.* qui tamen *num.6. & 7.* dicit quod etiam quando de alterius pecunia id opus publicum factum fuerit, adhuc illum, qui curam illius habuit, & Deputatus fuit ad id conficiendum, posset suam inscriptionem, & insignia post insignia tamen, & inscriptionem Regis, vel Civitatis apponere, & quod quamvis *d. Dom. de Franch in d. decis. 443.* dicat contrarium servari, & antiquam consuetudinem fuisse interruptam, tamen ipse *D. de Ponte* de tali consuetudine relata à *D. de Franch.* valdè dubitavit, cum in Janua Regiæ Dohanæ hujus Civitatis Neap. appareant arma quondam Regentis Fornarii tunc Locumtenentis R. C. S. qui præfuit constructioni dictæ Regiæ Dohanæ constructæ expensis Regiis, vel Publicis; Sed cum casus accidisset annis elapsis, cum constructus fuisset novus Fons ante atrium Castri novi hujus Civitatis expensis Excellentissimi tunc D. Proregis D. Comitis de Ognatte, cui constructioni præfuisset (tanquam sibi demandata cura illius

à D.Prorege) D.Cæsar de Cajeta Marchio Montis Pagani, Miles ordinis Divi Jacobi, Regius Collateralis Consiliarius, Militum Tribunus, & hujus Civitatis Ædilitatis Præfectus, qui cum sua assistentia, & directione, & tanquam ædilitatis Præfectus dictum opus publicum fieri curasset, & prætenderet propodè post nomen, & insignia Regis, & post insignia, & inscriptionem d. ct. D. Comitis de Ognatte Proregis, suam inscriptionem solummodò (jàm in marmore insculptam) non autem insignia ibi apponere, tenoris sequentis:

Cæsar de Gajeta Marchio Montis Pagani, Divi Jacobi Miles, & Collateralis Regis Consiliarius, Militum Tribunus, Fidelissimæ hujus Urbis Ædilitate Præfectus fieri curavit nullo publico ære.

* Et per Regium Collaterale Consilium sub die 11. Maii 1654. referente D. Regente Soto causæ Commissario fuit decisum, quòd infrà quatuor dies audiantur partes, & interim apponantur insignia, & inscriptiones D. Regis, & olim D. Proregis D. Comitis de Ognatte.

Et de hac materia vide *D. Prat.* latè *pract. obser. tom. 2. obser. 49.* post hæc scripta visum.

Michael Angelus Gizzius.

ARGVMENTVM.

Concessio officii facta in beneficium mulieris, ut possit nubere, an intelligatur de primo matrimonio, an vero viro decedente de aliis nuptiis durante vita dictæ mulieris, & quid quando primus vir decessit contractis sponsalibus; sed nondum consummato matrimonio per carnis copulam, & quid si tertius aliam obtinuerit concessionem, asserendo officium prædictum vacasse, & multa de subreptione, & obreptione.

SVMMARIVM.

1. *Concessiò facta mulieri nuptura intelligitur pro primo actu nubendi. Intellige ut num. 39.*
2. *Sermo simpliciter prolatus primo, atque unico actu consumitur, perficitur, atque finitur.*
3. *Cautio de danda, vel restituenda dote filia nuptura, de primis nuptiis tantum est intelligenda.*
4. *Dispositio qualibet semper intelligitur de primo actu.*
5. *Promissio dotis nomine facta mulieri, si divortio sequuto iterum nubat, reperitur, quia censetur facta pro primo matrimonio. Intellige ut nu. 42.*
6. *Officia omnia sunt penes Regem, cujus ossibus hærere dicuntur.*
7. *Dominium non transit in officiis sicut in feudis, sed tantum exercitium unde in illis strictius proceditur.*
8. *Fœmina virilibus officiis non fungitur.*
9. *Officia de sui natura sunt personalia, & regulariter ad hæredem non transeunt.*
10. *Possessio non potest penes duos insolidum esse.*
11. *Officium dicitur vacare, cum non habeat possessorem.*
12. *Subreptio, & obreptio consistunt, vel in taciturnitate veri, vel in expressione falsi.*
13. *Subreptionem non inducit omne id, quod tacetur, sed illud tantum, quod non est expressum, cum exprimi debeat.*
14. *Ususfructus datus in dotem alicujus puellæ marito, jus formale tantum in ejus persona inseparabiliter radicatur, quod morte ipsius extinguitur.*
15. *Ususfructus concessus pro se, & hærede, morte illius extinguitur, & ratione stipulationis novus constituitur in personam hæredis.*
16. *Divortio sequuto non restituitur uxori ususfructus datus in dotem, sed tantum commoditas percipiendi fructus; & de ratione, nu. seq. & quando hoc procedat, n. 19. & 20.*
21. *Nuptias non concubitus, sed consensus facit; & omnia jura loquentia de matrimonio, & de marito, uxore, sibi locum vendicant, etiam quando matrimonium per verba de præsenti solummodo est contractum, & n. seq. & 59.*
23. *Mulier desponsata per verba de præsenti, non cognita, nec traducta, an lucretur id, quod statuto est cautum debere in bonis viri prædefuncti.*
24. *Mulieri ex solo osculo acquiritur medietas antephati.*
25. *Osculum est actus carnis, & pro medietate est quasi caro corrupta, & dicitur dimidium adulterii, n. seq.*
26. *Mulier nuptias contrahens, & introducta ad domum viri, si ante copulam moriatur, an stante statuto communicet bona.*
28. *Statutum dictans, ut maritus præmoriente uxore lucretur partem dotis, etiam lucrabitur, si matrimonium fuerit per verba de præsenti contractum, licet non consummatum.*
29. *Allegans paupertatem, illam debet probare.*
30. *Pauper quis dicatur, referuntur variæ opiniones, num. 31 & 32.*
33. *Rescriptum gratiæ corruit ex falsi expressione, vel veri suppressione.*
34. *Possessorium remedium manutentionis ut competat, inspiciendum est, quis possidet tempore litis motæ, nam ille est manutenendus, etiam si ejus possessio esset injusta. Et nedum possessor, sed detentor, & etiam prædo est manutenendus, n. seq.*
36. *Possessorium remedium manutentionis non parit præjudicium, nedum in petitorio, sed neque in possessorio.*
37. *Possidere, & in possessione esse, differunt.*
38. *Privilegium personale personam sequitur, & cum ea extinguitur.*
39. Text. in l. Boves, § hoc sermone, ff. de verb. obligat. *dispositio quo in casu dirigitur, & n. 54. & 66.*
40. *Causa durante debet etiam durare, & perseverare id, quod ob eam causam fuit concessum.*
41. *Causa durante sive ratione provisionis, seu beneficii, debet durare, & perseverare ipsa provisio.*
43. *Compromissum factum inter conjunctos si lis non fuerit finita intra tempus præscriptum, debet iterum fieri, quia durat eadem ratio & propter quam fuit factum statutum.*
44. Afflict. opinio in decis. 46. *ubi tenet, quod per bina compromissa non est locus tertio, reprobatur.*
45. *Promissio solvendi aliquid annuum extra dotem, non extinguitur per primas nuptias.*
46. *Ratio verisimilis licet non sit expressa, habetur pro expressa.*
47. *Ratio ubi est expressa, vel habetur pro expressa, tunc admittitur extensio, etiam si essemus in correctoriis.*
48. *Dotis causa dicitur favorabilis, & pro ea in dubio pronunciandum, & n. 60. & 61.*
49. *Concessio facta a Principe est potius amplianda, quam restringenda.*
50. *Privilegium est extendendum, non solum quoad res, sed etiam quoad personas & quoad tempus: nam in liberalitatibus Principis versatur magnus favor, non solum quoad multiplicem extensionem, sed etiam quoad sui immutabilem durationem.*
51. *Officia spectantia ad Regiæ Majestatis collationem quæ sint, remissive.*
52. *Concessio facta juxta consuetudinem aliarum concessionum pro eadem causa, & eadem ratione facturum, sustinetur.*
53. *Concessio recipit interpretationem, & declarationem à possessione inde sequuta.*
55. *Conditio cum nupserit, non impletur contractis nuptiis invalidis.*
56. *Contractus facti favore matrimonii, intelliguntur, si matrimonium sequatur, & fuerit validum.*
57. *Promissio facta ex causa matrimonii debet intelligi de valida.*

58 Jurans

58 *Iurans primo loco inutiliter, admittitur iterum ad utiliter jurandum.*
62 *Privilegium debet esse perpetuum, & duraturum.*
63 *Legatum factum mulieri cum conditione nubendi cum aliquo Mercatore, non amittitur si post primum matrimonium nupserit Nobili.*
64 *Pater dicitur necessarius debitor pro dote filiæ.*
65 *Pater dotando filiam non dicitur donare, sed potius paternum debitum solvere.*
67 *Dotandi onus tam in primo, quam in secundo matrimonio ad patrem spectat.*
68 *Mulieri competit actio, & repetitio dotis data ab extraneo, volente simpliciter donare, etiam si matrimonium non fuerit sequutum.*
69 *Privilegium, sive concessio, non est permittendum quod reddatur elusorium.*
70 *Possessio non potest juvari titulo invalido.*
71 *Præsumptio, quæ oritur ex antiquitate temporis, nihil operatur, quando producitur titulus nullus, & invalidus.*
72 *Titulus non potest dici, si apparet invalidus.*
73 *Tituli invaliditas seu defectus obstat, quando ex ipsius lectura apparet quod absorbet possessorium.*
74 *Iudex quando potest ex officio procedere super possessorio, & petitorio.*
75 *Possessorium, & petitorium solet semper cumulari in rebus incorporalibus.*

DECISIO CLXXXII.

IN causa appellationis à decreto lato per Regium Auditorem Exercitus, vertente in Collaterali Consilio inter Petrum Martinez de Vela quo appellantem, & Liviam Antoniam del Nero appellatam, ejusque virum Hieronymum Verrii, nonnulla dicebantur per dictum Petrum, ex quibus sperabat, sententiam dicti Regii Auditoris, per quam fuerat determinatum officium, quod vocant *de sopraguardia* maritimæ Bari esse restituendum Liviæ, esse reformandam, ipsumque in possessione dicti officii esse manutenendum.

Et primò, quia dictæ Liviæ nec in possessorio, nec in petitorio aliquod jus fovebat: constabat enim in facto, quod quamvis Alfonsus del Nero concessioné hujus officii habuisset ab Ill. Duce de Alcala, tunc hujus Regni Prorege ob remunerationem ejus servitiorum, & in anno 164 . obtinuisset ab Illust. Duce Medines de las Torres, ut ipsi liceret officium prædictũ Liviæ Antoniæ ejus filiæ renunciare, & illud in dotem tradere ejus futuro viro, & interim officium exercere, tamen antequam dictam filiam matrimonio collocaret, diem clausit extremum; & ideo coacta fuit Livia aliud privilegium à Regni Castellæ Admirato, tunc Prorege obtinere, ut Cintius de Elia ejus avunculus officium prædictum, donec ipsa ad nuptias convolasset exerceret; & tandem cum se nuptui tredidisset Alfonso Bretonio fuerunt in ejus personam ad ipsius Liviæ petitionem expeditæ literæ cõmissionales, nulla tamen de dicta Livia, nec de ejus dote facta mentione, & sic concessio primo loco facta per dictum Ill. Ducem de Alcala suum habuit effectum, quia dictus Bretonius vigore ipsius possessionem, seu quasi dicti officii obtinuit.

Cum igitur concessio fuerit facta Liviæ del Nero, Alfonsi filiæ, ad effectum ut cum eo officio nuberet, eaque nupta dicto Bretonio, fuit officium illi collatũ, 1 eo postea mortuo non potest amplius Livia conqueri; quia concessio intelligitur facta pro primo actu nubendi, vulgata *l. Boves 89. § hoc sermone ff. de verb. significat. ibi, dum nupta erit prima nuptia significantur.* ex quo *text.* quamvis loquatur de nuptiis, tamen ge- 2 neralem regulam assumunt *DD.* sermonem simpliciter prolatum, primo, atque unico actu consumi, perfici, & finiti, ut post *Alex. cons. 16. nu. 9. lib. 4. Curt. jun. cons. 132. Ias. cons. 36. col. ult. lib. 3. Bart. Bal.* & cæteros in *d. § hoc sermone Tiraqu. in rep. ejusdem text. in princ.* concordat etiam *tex.* in materia dotis in *l. cum* 3 *pater, § pater certam, ff. de leg. 2.* ubi cautio de danda, vel restituenda dote filiæ nupturæ, de primis nuptiis tantum est intelligenda, nec ad secundas nuptias por- 4 rigitur, dispositio enim semper intelligitur de primo actu, *l. matrimonii, ff. qui, & à quibus, l. inter socerum, §. fi. ff. de pact. dotal. Alex. d. cons. 16. Ias. in l. divortio, § hoc* 5 *anno ff solut. matr.* & ideò *glos. in d. § hoc sermone* dicit, quod si quis promisit centum pro Berta dotis nomine, si divortium sequatur, centum repetet, etiam si iterum nubat, cum promissio censetur facta pro primo matrimonio, *l. stipulatio de dote ff. de jure dot.*

Nec potest Livia, dicto Bretonio ejus viro mortuo, iterum aliam concessionem obtinere ad beneficium secundi viri, quia ipsa nunquam habuit, nec ha- 6 bere poterat dominium dicti officii, cum omnia officia sint penes Regem, cujus ossibus hærere dicuntur, ut post *Andr. de Isern. in cap. 1. de feud. Marchio Franc. de Amic. in repet. cap. 1. de his, qui feud. dare poss.* & in *cap. incip. natura offi. ii, fol. 61. & 62.* voluit *De Pont. decis. 28. nu. 7.*

7 Strictius enim proceditur in officiis, quam in feudis, cum in officiis non transeat dominium sicuti in feudis, sed tantum exercitium, ut habetur per *Capyc. dec. 121. sub num. 5. ibi. & in officiis,* quod magis locum obtinet in fœmina, quæ nullo modo potest habere officium, quia, ut dicit *Isernia in c. 1. § Lotharius, nu. 5.* 8 fœmina virilibus officiis non fungitur, sequitur *De Pont. de potest. Proreg. tit. de divers. provis. de potest. subst. in offic. n. 4 fol. 481.* latissime *Frecc. de subfeud. lib. 2 q. 50.* & ideo fuit facta concessio, non ipsi Liviæ, sed personæ, cum qua erat nuptura, cumque hoc habuit effectum suum per mortem Bretonii, non potest in 9 alium transferri, absque nova concessione, cum officia de sui natura sint personalia, *l. consilio, ff. de curator. furios.* & ideo regulariter ad hæredem non transeunt, *l fi. ff. de fidejuss. tutor.* notat *Bal. in l. 2. § sed si quis, C. commun. de leg.* & in persone hæredis est nova concessio, *Frecc.* dicta *q. 50. num. 4.*

Et sicuti Livia non potest habere dicti officii dominium, neque etiam & possessionem, cum nunquam illud possedarit, & quamvis ad ejus instantiam illud 10 jus exercendi officium prædictum fuerit dicto Alfonso Bretonio concessum, absque ulla clausula, duo in solidum possidere non poterant, *l. si ut certo, §. fi. ff.* 11 *commodat. l. hæreditate, § pater, ff. de castrens. pecul.* nec ipsa habuit titulum, nec possessionem habere poterat, ex quo per mortem dicti Bretonii officium dicitur vacasse, *l. fi. ff. de possessor. edict. Anton. Faber. de Episcop. & Cler. diffin. 8. n. 1.* Est etiam notandum, quod in concessione facta dicto Alfonso Bretonio nulla fuit facta mentio de dicta Livia, nec apparet, officium prædictum fuisse concessum pro ejus dote, sed fuit una simplex commissio ad illud administrandum, ex quo sequitur, quod cum per ejus mortem vacasset, potuit Petrus Martinez illud in ejus personam impetrare, 12 asserendo, quod vacabat; & sic cessat dictæ Liviæ motivum, subreptitie, & obreptitie impetratum, & proinde titulum dicti officii esse nullum, *cap. 2. de rescript. Menoch. de arbitrar cas. 201. Anell. Amat. cons. 17. Theodor. alleg. 31. num. 3. & alleg. 46. nu. 24.* subreptio enim consistit in taciturnitate veri, & obreptio in expressione falsi, ut habetur per *Canonistas in cap.* 13 *super literis, de rescript.* nec omne, quod tacetur inducit subreptionem, sed illud tantum, quod non est expressum, cum exprimi debeat. *glos. in clem. 1. in verbo alters, de præbend. Auth. item possessor, C. qui potior. in pignor. habeant. Cravett. cons. 2. n. 13 & cons. 28. num. 8. Anell. Amat. d. cons. 17. num. 21.* Hic autem dicebatur, nullam adfuisse subreptionem, & obreptionem, quia non erat obligatus Petrus scire, officium prædictum fuisse

fuisse concessum Alfonso ad petitionem Liviæ pro ejus dote vigore concessionis factæ ad instantiam ejus patris, cum in concessione facta dicto Alfonso Bretonio nihil fuerit expressum, & quatenus scivisset (quod negabat) neque erat obligatus, cum jam per matrimonium contractum erat expirata concessio facta patri dictæ Liviæ, ut supra fuit fundatum.

Sed dato, absque veri præjudicio, quod in concessione facta Bretonio fuisset expressum, quod ei concedebatur officium pro dote Liviæ, adhuc per ipsius mortem vacavit, quia cum sit personale, ejus morte extinguitur; exemplum habemus in usufructu, 14 quod si in dotem alicujus puellæ datur marito, jus formale in ejus persona inseparabiliter radicatur, ut dixit *Bald. in l. usufructu, n. 2. vers. secundo præmitto, ff. solut. matrim.* ex *text. in l. necessario, §. fi. ff. de pericul. & commod. rei vendit.* ubi etiam *Imol. num. 1.* & propterea ejus morte extinguitur, *l. corruptionem, C. de usufr. §. finitur, Instit. eod tit.* ita ut si fiat concessio usufructus 15 pro se, & hærede, morte quidem illius extinguitur usufructus, & ratione stipulationis novus constituitur in persona hæredis, *l. stipulatio ista, §. sed & si quis, ff. de verbor. oblig. l. qui usumfructum 43 § 1. ff. de usufruct. Barbos. in d. l. usufructu 58.* sub *num. 1. vers. 2. præ-* 16 *mittendum est ff. solut. matr.* & propterea sequuto divortio non restituitur uxori usufructus, sed tantum commoditas percipiendi fructus, ut dixit *Bar.* & alii in *d. l. usufructu & ibidem Petr. Barbos.* sub *numer. 11.* 17 quia cum maritus non possit formaliter restituere usumfructum, qui in ejus persona fuit radicatus, obstante regula in *d. § finitur, Instit. de usufruct. & in l.* 18 *4. C. de novat.* tenebitur cedere uxori commoditatem percipiendi fructus, quod tamen procedit in eo casu, quando proprietas non est viri, nec uxoris, sed tertii, ut plene declarat *Barbos. ibidem*, sed hoc intelligi 19 debet, marito vivente, cui usufructus fuit quæsitus, sed matrimonio dissoluto per mortem viri, & sic finito usufructu, ad nihilum teneri possunt ejus hæredes; secus tamen esset, quando radicato usufructu in 20 personam mulieris illum in dotem dedisset; tunc enim, quia usufructus cedi non potest, intelligeretur cessa commoditas percipiendi fructus, ideoque marito mortuo cedit usufructus ad mulierem; Et sic cum in casu præsenti nunquam officium fuerit radicatum in personam Liviæ, sed in personam Bretonii, eo mortuo officium vacavit, & potuit iterum concedi ipsi Petro Martinez per Dominum Protegem, prout cum effectu fuit concessum, & exercitum, & administrationem illius habuit, prout hodie quoque retinet.

Nec dicebatur obstare: quod pro parte Liviæ affectebatur, matrimonium non fuisse consummatum, quia in facto non constabat, nisi per attestationes, quibus non erat credendum, & contrarium in termi- 21 nis ipsi dando probare intendebat, sed quatenus ita esset, nuptias non concubitus, sed consensus facit, ut 22 habetur in *l. cum fuerit, ff. de cond. & demonstrat.* ex quibus infertur, quod omnia jura loquentia de matrimonio, & de marito, & uxore, sibi locum vendicant, etiam quando matrimonium per verba de præsenti solummodo est contractum, quamvis copula sequuta minime sit, *l. penult. C. de incest. nupt. & l. cum in te, C. de donat ante nupt Covarr. ad 4. decret. 2. par. cap. 1. nu 2.* cum *seq. Matienz. lib. 5. nov recopil. tit. 2. l. fi. glos. 6. num. 1. Gutierr. de juram. confirm. par. 1. cap. 51. Sanchez de matrim. lib. 1 de spons. disput. 1. num. 3.* & communem dixit *Maynar. decis. 96. lib. 3. num. 4. Fontanell. de pact. nupt. clausul 5 glos. 8. par. 10. num. 35. Cassan. in Comment. ad Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 2. in text.* ibi, *femme, num. 16. vers. sed an hæc, & §. 6.* 23 circa *princ.* qui disputat quæstionem, quando mulier solum desponsata per verba de præsenti, & adhuc non traducta ad domum viri, nec cognita lucretur id, quod statuto est cautum deberi in bonis viri prædefuncti, & dicit, fuisse decisum pro, & contra, latissime hoc fundat *Francisc. Molin. de rit. nupt lib 3. q. 6. num. 42.* cum pluribus *seqq. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 147. nu. 4. Fachin. controvers. jur. lib 5. cap. 49.* 24 sed quod ex solo osculo acquiratur mulieri medietas antephati, dicit *Franch. decis. 503.* fuisse judicatum in Sacr. Consil. in causa Lucretiæ de Mauro cum So- 25 roribus de Parascandalo: ratio traditur *num. 8.* quia osculum est actus carnis, & pro medietate est quasi casta corrupta, ut dixi in *dec. 175. num. 41. Afflict. in Constit. Regni Mulier, qua dotarium, in fi. Maxill. in Consuet. Barens. in tit. de donat. inter vir. & uxor. in Consuetud. Si mariti,* & est *tex. in l. si à sponso, C. de donat. ante nupt.* à quo *text.* dixit *Montan.* fuisse sumptam *leg. 3. in 4 p. in tit. de las donat. dot. y arras, & Covar. in tit. de sponsalib. in 2. par. relect cap. 7. §. 4. col. 5. vers. rursus, Greg Lopez. Matienz.* & alii allegati per *Franch. in loco* supra citato & *Alfan. in rubr. C. de* 26 *edend. n. 74.* per jura prædicta dixit, quod osculum est dimidium adulterii, *Joan. Andr. de Georg. alleg. 45. num. 31. Molfes. ad Consuet. Neap. par. 7. q. 8. n. 6. Ricc. in prax. variar. resol. resolut. 493.* & dictam decisionem refert 27 etiam *Masell. ad Capyc. decis. 45. num. 4.* sic etiam in Senatu Lusitano fuit decisum, quòd stante lege Regia in illo Regno, ut vir, & uxor communicent bona inter se, si nuptiis per verba de præsenti contractis copula sequatur, si hoc procedat in muliere, quæ nuptiis contractis ad domum viri fuit traducta, quæ tamen mortua fuit ante copulam, an sit locus dictæ legi, & fuit judicatum, quod sic, ut refert *Gramm. decis. 124.* per *tex. in d. l. cum te, C. de donat. ante nupt. Jas. in l interdum, num. 16. & in l. divortio ff. solut. ma-* 28 *trim.* Et si prædicta procedunt in muliere nondum desponsata, sed solum deosculata, quanto magis matrimonio jam contracto; & per hoc sequitur, quod si statutum dictat, ut maritus præmoriente uxore lucretur partem dotis, etiam lucrabitur, si matrimonium fuerit per verba de præsenti contractum, licet non consummatum, *Bar. in l nihil, in princ ff. de action. rer. amotar. Bal. in l. Deo nobis, num. 8. C. de Episc. & Cleric. Paul. de Castr. cons. 134 n 1. vol. 1. Rom. in l. 1. C. unde vir, & uxor, Matthesilan sing. 73.*

Sed ad sirurkatem dicebatur, quod potius ex parte patris dictæ Liviæ fuit gratia obreptitie obtenta, siquidem asseruit, se esse pauperem, & in hac assertione fundata est gratia, ut officium prædictum pro dote ei assignaretur, ut dictam ejus filiam pauperem matrimonio collocare potuisset; quod quidem esse falsum asserebatur, postquam ex scripturis præsenta- 29 tis apparebat, habere plusquam ducatos quinque mille, & quia hæc paupertas erat fundamentum suæ intentionis, per ipsum probari debebat, *gloss. in l. si vero, §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisd. cogant.* & ideo 30 sive attendamus opinionem, quod pauper dicitur, qui non habet quinquaginta in bonis, *gloss. in auth. de hæred. & falcid in princ & gl. in §. sed & propter paupertatem, Instit. de excusat tutor. Bar. in l. qui accusare,* & est *text in l. nonnulli ff. de accusat. Specul. in tit. de accusatore, vers. item excipitur contra accusatorem, & in tit. de teste, §. 1. vers. item quod est pauper,* sive dicamus, quod 31 pauper est, qui non habet centum aureos in bonis, *§. sed nostra,* ubi *gloss. in verb. nullum locum, Instit. de success liber. gloss. in § fin. verb pauper, in auth. de exhibend.* 32 *& introducend. reis,* sive, ut verius dicam, quod remittitur arbitrio Judicis, qui attenta qualitate personarum, secundum ea, quæ proponuntur, judicare debet, an quis sit pauper, vel dives, *gloss.* communiter sequuta in *Auth. præterea in verbo locuplet. C. unde vir, & uxor, Bart.* & alii in *l. si constante, ff. solut. matrim. Joan. Andr.* & cæteri *Canonistæ in cap significantibus, de offic. delegat.* certum est, quod nullus Judex arbitrari po- 33 tuisset, quod ista mulier, quæ habebat ducatos quinque

quæ mille, pauper dici posset, & ex his vitiatur concessio, quamvis gratiosa, *cap. 2. de rescript. Menoch. de arb. tr. cas. 201. Amat d. cons. 17. num. 16.*

34 Et denique dicebatur, nullum remedium possessorium manutentionis posse competere ipsi Liviæ, nam inspiciendum est, quis possidebat tempore litis motæ, ut plene probat *Covarr. pract. qq. c. 17. n. 5.* quia illa est manutenendas, etiam si ejus possessio esset injusta, ex *text. in l. Attilicin*, abi *Paul. de Castr. ff. de donat. Menoch. de retinend. possess. remed. ult. nu. 13. Postius observ. 73. nu. 1. & decis. Ros.* post ejus *tract. de manutent. 17.* 35 *nu. 2.* & quod nedum possessor, sed detentor, & etiam prædo sit manutenendus, *Ceph. cons. 19. n. 5. lib. 1. Ann. cons. 20. n. 34. De Pont. dec. 40. n. 1.* & est ratio, quia hoc 36 remedium non parit præjudicium, nedum in petitorio, sed neque in possessorio, *Capyc. dec. 55. num. 6.* aliud 37 enim est possidere, aliud vero in possessione esse, *l. si quis, ante, ff. de acquirend. possess. Paul. de Castr. cons. 3. vol. 2.* Et ex his concludebatur, dictum Petrum Martinez. qui in possessione reperiebatur tempore litis motæ, esse in illa manutenendum.

Pro parte vero Liviæ dicebatur, fuisse idem officium ei concessum, stante renunciatione Alfonsi del Nero sui patris die 20. Aprilis 1644. ut serviret ei pro dote, quod postea fuit etiam conformatum per Dom. Castellæ Admiratum, tunc Proregem, pro cujus exequutione contracto matrimonio inter ipsam Liviam, & Alfonsum Bretonium per verba de præsenti, absente tamen ipso, sed mediante ejus Procuratore Francisco Antonio Pisano, sub spe futuri conjugii fuit expeditum privilegium per Dom. Proregẽ Ducem de Arcos in beneficium dicti Bretonii, nullis factis capitulis matrimonialibus, de officio disponentibus, & dum ad locum consummandi matrimonium accessisset, nedum ante ipsius cõsummationem, sed nec tacta manu sponsæ, diem clausit extremum.

Unde cum officium prædictum fuisset concessum pro dote ipsius, ibi, *paraque le sirba de dote* per mortem dicti Bretonii, dicebat, non vacasse, sed adhuc radicatum esse in ipsius personam, ita quod fuit idu- 38 ctum privilegium personale, neque extinguatur concessio durante vita ipsius, & non viri, ut probat *text. in cap. privilegium. de reg. jur. in 6.*

39 Nec prædictis obstabat *tex. in d. l. Boves, §. hoc sermone*, quia loquitur in casu, in quo dispositio dirigitur ad nuptias, ut sunt verba *text. Hoc sermone dum nupta erit prima nuptia significantur*: Secus vero, quando dispositio habet tractum successivum, ut scilicet servire 40 debeat pro ejus dote; nam eo casu durante causa, debet etiam durare, & perseverare id, quod ob eam causam fuit concessum, *l. semper. § negotiatores, ff. de jure immunit. l. si in. §. 1. ff. ex quibus caus. major. l. 2. §. omnes ff. de jud. l. Titia, §. usuras, ff. de leg. 2. Signorel.* 41 *de Homod. cons. 135. num. 6.* ubi quod durante causa, sive ratione provisionis, seu beneficii, debet durare, & perseverare ipsa provisio, & eam sequitur *Tiraq. in tractat. cessante causa, in princ. nu. 17. & in repetitione d. §. hoc sermone, limit. 5. nu. 2.* & in puncto ita consuluit *Fontanella* in casu simili, ut refert in *tract. de pact. nuptial. clausf. 4 gloss. 26. n. 22.* & propriè *a 23.* ubi quod quamvis regulariter illa verbi, *dum nupta erit*, primæ tantum nuptiæ significentur, ex *text. in d. §. hoc sermone, & l. dotis promissio, §. quod vulgatam, ff. de jure dot.* cum aliis congestis per *Tiraquel. in repet.* ejusdem *§. hoc sermone, in princ.* & per *Ant. Gabriel. comm. conclus. lib. 6. de legib. & constit. conclus. 2.* Ta- 42 men dicta regula non habet locum, quando, per primum actum, & sic per primas nuptias non est satisfactum menti, & intentioni loquentis, & quando per primum actum manet eadem ratio dispositionis, militat etiam in secundo, ex celebri doctrina 43 *Bald. in l. fideicommissa, § si quis alicui decem ff. de legat.* 3. qui tamen loquitur de statuto jubente, fieri compromissum inter conjunctos, quod iterum fieri debeat, si lis finita non fuit, quia durat eadem ratio, propter quam fuit factum statutum, & eam sequitur *Tiraq. in d. §. hoc sermone, limit. 6. & 10.* & hanc etiam opinionem tenuerunt *Cyn.* & post eum *Bald. in l. volunt. & hac uxor. ff. de edend. Alex. cons. 70. lib. 2. Andr. Alciat. in d. §. hoc sermone*, & tandem hanc opinionem late fundat, & comprobat *Borrell.* in suo *tract. de compromissis, §. 2. gloss. 3. ex num. 11.* usque ad *nu. 22.* repro- 44 bata opinione *Afflict. decis. 46.* ubi quod per bina compromissa tenet, non esse locum tertio, quod tamen principaliter funditur, quia *Pragm. Odia litium* dat tempus trium mensium, & quamvis *Borrellus*, inter alia afferat distinctionem, & differentiam circa dispositionem legis, & hominis, & idem etiam dixit *Tiraq. d. limit. 6. & 10.* tamen idem esse etiam in testamento, & sic in dispositione hominis, tenet *Hippol. Riminald. in cons. 25. nu. 198. lib. 1.* & latius *consil. 111. num. 90. lib. 2. Surd. in tract. de alim. tit. 9. q. 24.* quod 45 sequutus fuit *Fontanel. d. clausul. 4. gloss. 26. num. 24. cum seqq.* præsertim in promissione facta solvendi ultra dotem aliquid annuum, postquam nuptæ fuissent. Ratio autem, quare fuit facta concessio dicti officii pro dote ipsi Liviæ, ea quidem fuit, ut magis decenter posset matrimonio copulari, & magis di- 46 gnum maritum habere, quæ ratio, quamvis non fuisset expressa in privilegio, seu concessione, tamen quia nulla alia esse potuit, habetur pro expressa, *gl. in l. quamvis*, abi *Bal. C. de fideicomm.* quod procedere etiam in statutis, dixit idem *Bal. in l. maximum vitium, C. de liber. præter.* & facit *gloss.* singularis in *l. tale pactum, § fin. in fin. ff. de pact. Abb. in cap. fin. de re judic.* 47 *Dyn. in cap. fin. de regul. jur. in 6.* & ubi ratio est expressa, vel habetur pro expressa, admittitur extensio, etiam si essemus in correctoriis, *Bald. in auth. quas actiones, C. de sacros. Eccles.* ubi etiam *Jas. num. 22.* & 48 alii per *Surd. decis. 174. nu. 12. & 13.* causa enim dotis dicitur favorabilis, & pro ea in dubio pronunciandum *l. in ambiguis, la 1. ff. de reg. jur. Menoch. cons. 201. num. 19.*

49 Quod etiam corroboratur, quia concessio est facta à Principe, cujus liberalitas est potius amplianda, quam restringenda, ut dixit *Imperator in l. hac saluberrima, C. de præpos. agent. in reb. lib. 12.* ubi etiam *gl.* & semper largissima est facienda interpretatio, *l. fin. ff. de constit. Princip. l. 1. ff. ad municip. l. 4. ff. de jure immunit.* & ideo dicit *Oldrad. cons. 300.* quod privile- 50 gium est extendendum quoad res, & quoad personas, & quoad tempus, nam in liberalitatibus Principis circa beneficia, & privilegia concessionis versatur magnus favor, non solum quoad multiplicem extensionem, sed etiam quoad sui immutabilem durationem, ut dicit *num. 3.*

51 De titulo valido dicebat, non posse dubitari, quia ipsius officii provisio non est de reservatis ad Suam Majestatem, ut in *Prag. 2. de offic. ad Reg. Majest. collat. spectantib.* & fuerant productæ nonnullæ concessiones dictorum officiorum factæ à Proregibus per 52 viam privilegii personalis donationis, & proinde dicendum est, Proregem disposuisse juxta consuetudinem aliarum concessionum, pro eadem causa, & eadem ratione factarum, debet enim reduci ad juris intellectum, *l. si prius, §. placuit, ff. de aqua pluv. arcend. cap. super eo, vers. hoc tuam, de offic. & potest. Judic. deleg.* 53 nam concessio recipit interpretationem, & declarationem à possessione inde sequuta, *Roman. cons. 89. num. 8. vers. ultimo præfatam, Franch. decisio. 56. num. 6.*

Secundò dicebatur, quod quamvis essemus in illis casibus, ut in primo actu extinguatur concessio, 54 juxta regulam *tex. in d. §. hoc sermone*, adhuc in casu, de qua agitur non esset extincta, quia hoc intelligi debet de perfecto, quod probatur ex *text. in l. hac*

conditio

conditio filiæ, ff. de condit. & demonstr. ubi hæc condi- 55 tio *cum nupserit*, non impletur contractis nuptiis invalidis, quod etiam voluit *Cassan.* post *consilium* cujusdam Advocati Borbonensis in *cons. 43. num. 8 vers.* 56 *cum ergo*, ubi contractus facti favore matrimonii, intelliguntur, si matrimonium sequatur, & fuerit validum, hoc idem dixit *Tell. Fernand. in l. 12. Tauri, n. 18.* 57 ubi quod promissio facta ex causa matrimonii, debet intelligi de valido, & eum sequitur *Matienzo lib. 5. tit. 6. l. 6 gloss. 5. nu. 3. l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic.* lata etiam *Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 6. n. 66.* cum pluribus *seqq.* alios allegat *Tiraq. in d. §. hoc sermone,* 58 *limit. 1.* quod quidem regulare est, quia similiter qui inutiliter primo loco jurat, admittitur iterum ad utiliter jurandum, *l. qui pater salutem, ff. de jur. jur.* ubi *Bald.* notat, per illum *text.* limitari dispositionem *tex. in d. §. hoc sermone*, & multa alia collaria ad propositum adducit *Tiraq. d. limit. 1. per totam.*

59 Nec prædictis obstabat, quod supra fuit dictum, nempe quod matrimonium dicatur, quamvis non sit consummatum per carnalem copulam, quia omnia jura superius allegata, & Doctores citati loquuntur in materia favorabili ipsi doti, ut detur actio, & quod non possit revocari, etiam non sequuta carnali copula, quia nuptias non concubitus, sed consensus facit: facus autem sunt intelligendi jura prædicta in eo ca- 60 su, quo mulier veniret dote privata, vel privanda, quia tunc dotis causa semper, & ubique præcipua esse debat, *d. l. in ambiguis ff. de regul. jur.* & maximè quando tractatur de jure quæsito conservando, ut per *text. in d. l. qui per salutem, ff. de jure jur.* tradit *Tiraquell. in d.* 61 *limit. 1. num. 38.* quod tanto magis procedere debet in dote, quæ favorabilis est, & in favorabilibus benigna debet fieri interpretatio, ut dixit idem *Tiraqu. in limit. 3. ex text. in d. l. hac conditio filia, in fin. ff. de condit. & demonstr.* Summa etiam in materia privilegii, quod 62 sic intelligeretur de prima vice, esset temporale, & contra ejus naturam, quod esse debet perpetuum, *cap. decet. de regul. jur. in 6.* & hanc limitationem ad *d. §. hoc sermone* docet *Felin. in cap. 2. de treug. & pac.* & eum sequitur, & refert *Tiraq. limit. 8.*

Et quod nedum quando dispositio est favorabilis mulieri pro dote retinenda, vel consequenda, sed etiam in materia pœnali pro legato amittendo, quod non procedat regula *text.* prædicti, adducitur *consil.* 63 *Oldr. 16.* qui loquitur de legato facto ab avo nepti, cum conditione nubendi cum aliquo Mercatore, utrum si primo loco nuptias contraxerit cum Mercatore, & viro mortuo contraxit cum alio Nobili, quærit, utrum legatum amittat, & sic quod prohibitio intelligatur, nedum pro prima vice, sed etiam pro secundis, & tertiis nuptiis, & late disputato articulo *num. 3. in fin.* concludit, quod debet intelligi de matrimoniis tempore successivo successive contractis, seu contrahendis, allegat *text. in l. novissima ff. jud. sol. & in l. si sic, ff. de verbor. oblig.* idem tenuerunt *Benedict. de Plumbino in l. matrimonii, ff. qui. & à quib. Paul. de Castr. Catell. Cott.* & alii allegati à *Tiraq. limit. 7. nu. 2. in d. §. hoc sermone.*

Quod tanto magis procedere deberet in isto casu, ubi concessio fuit facta per Proregem pro dote ipsius Liviæ, qui titulus fuit lucrativus, & non onerosus, 64 prout est, quando pater legat, quia intelligitur in compensationem legitimæ, cum in dote dicatur necessarius debitor, *Natta cons. 475. num. 15. Molin. de rit.* 65 *nupt. lib. 3. quæst. 10. num. 14.* & proinde filiam dotando non dicitur donare, sed potius paternum debitum solvere, *l. qui liberos, ff. de rit. nupt.*

66 Et ex his voluit *Alex. in l. divortio, §. ob donationes, num. 7. vers. secundo limito ff. solut. matrim.* quod *text. in d. §. hoc sermone* habet locum in contractu oneroso, secus vero in lucrativo, quia perpetuum intelligitur, quem sequutus fuit *Tiraq. limit. 27. ex text. in l. servus, ff. si servit. vendic.* Et quamvis concessio fuit facta ad patris instantiam, tamen fuit pro dote filiæ: & sic aut intelligimus, per dictam concessionem patrem dotasse filiam, & tunc pater dotando, intelligitur nedum pro primo, sed etiam pro secundo ma- 67 trimonio, quia onus dotandi, tam in primo, quam in secundo matrimonio ad patrem spectat, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 13. numer. 30. vers. Sed adhuc ego puto:* aut vero concessio fuit facta contemplatione ipsius mulieris, & tunc non est du- 68 bium, quod ipsi fuit jus quæsitum, ita etiam si matrimonium non fuerit sequutum, eidem actio, & repetitio competit, *l. si donaturus, in princ. ff. de condic. ob caus.* & hoc casu, quando non contemplatione patris, nec fratris, aut viri extraneus dotat mulierem, quia simpliciter donare voluisse intelligitur, tunc eidem debetur, etiam nuptiis non sequutis, *l. unica, §. accedit, C. de rei, uxor. act. Mantic. ubi supra in fin.*

Unde sequitur, dictam concessionem pro dote ipsius Liviæ fuisse personalem, & tam pro primis, quam pro secundis nuptiis, & duraturam, quousque 69 ejus vita duraverit, alias enim hoc privilegium, sive concessio redderetur elusorium, quod non est permittendum, *l. 1. in fin. ff. ad municip. l. 1. C. de thesaur. lib. 10. Mant. de tac. & ambig. lib. 10. tit. 10. n. 5.*

Nec de prætensa expressione paupertatis fuit habita aliqua ratio, quia, ut supra diximus, privilegium Principis latissime interpretandum, vulgatis juribus.

Nec dicebatur, esse habendam aliquam rationem 70 de prætensa possessione dicti Patri Martinez, quia constito de titulo invalido, non potest de ea juvari, *cap. dudum, & ibi notant Scribentes de decim. Paul. de Castr. cons. 423. sub num. 2. vers. nec obstat, Mascard.* 71 *de probat. concl. 1577. num. 63. & 64.* ubi quod quando producitur titulus nullus, & invalidus, neq; præsumptio, quæ oritur ex antiquitate temporis aliquid operatur, *Alex. cons. 119. sub nu. 2. & 3. vol. 2. & cons. 54. vol.* 72 *6.* non potest enim dici titulus, si apparet invalidus, *l. nec ullam, §. item in titulo ff. de petit. hered. Afflict. dec. 271. n. 3.* latissime *Postius de manuten. observat. 42. nu. 173. cum seqq.* & *n. 55.* dicit, quod obstat defectus, seu 73 invaliditas tituli, quæ ex ipsius lectura apparet, ubi plures affert Rotæ Romanæ decisiones, & hæc invaliditas tituli absorbet possessorium, *cap. pastoralis, de caus. possess. & propriet. Anchar. cons. 146. vers. & si dicatur, col. 2. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. nu. 167. Cravett. cons. 148. nu. 5. Cassador. decis. ultim. nu. 6. tit. de caus. possess. & propr.* & quod possit Judex ex officio procedere, tam super petitorio, quam super possesso- 74 rio, si visum fuerit magis conducibile, & utile Partibus, ut parcatur impensis superfluis, *Staphil. de liter. grat. & justit. in verbo spoliatus, num. 18.* quod maxime procedit in rebus incorporalibus, in quibus semper 75 cumulari solet petitorium, & possessorium, *Afflict. decis. 155. nu. 2.*

Quibus discussis in Collaterali Consilio, non visum fuit confirmare decretum Regii Exercitus Auditoris, sed decidere petitorium, super quo erat jam compilatus processus, & propterea die 22. Junii 1649. fuit dictum, officium prædictum spectare, & spectavisse ad ipsam Liviam.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXXXII.

SUMMARIUM.

1 *Creditor anterior quando possit avocare pecuniam creditori posteriori solutam cui liberata fuit cum cautione de restituendo, adducitur decisio.*

2 *D. Dominicus Petronius nunc Regius Consiliarius laudatur.*

Offi.inm

Officii Secretarii hujus Regni non possit exerceri facere per substitutum, ibid. & num. 4. 5. 6. cum sequent. ad finem.

5 D. Ioannes Angelus Barile *Dux Caivani habuit officium Secretarii hujus Regni pro ducat. 110. m. cum pacto de retrovendendo, cum conditione & declaratione, & num. 45 46. & 58.*

6 *Officialis an possit servire per substitutum, & nu. 19.*

7 *Officium concessum pro se, & successoribus, an in hoc Regno in eo admittantur fœmina, & numero 8. 16. 18. & 61.*

8 *Fœmina est capax officiorum, & de jure communi exercendi officia, sed propter honestatem, & sexus convenientiam non datur ei actualis administratio, & num. 61. & 62.*

9 *Fœmina quæ succedit in officium, & si propter honestatem, & sexus convenientiam illud exercere nequeat, potest tamen exercere per substitutum, & numero 2. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 14. 16. 22. 25. 26. 27. 29. 34. 37. 41. 42.*

10 *Officium quando possit exerceri per substitutum, & numer. 6.*

Et quid propter impedimentum breve, vel perpetuum, ibid. & n. 11.

11 *Minor, qui non potest officium exercere, non potest durante minori ætate eligere substitutum sed ejus Tutor vel Curator, & n. 36. & 38.*

12 *Fœmina in hoc Regno admittuntur ad exercenda Iurisdictionalia feudorum & n. 61. & 62.*

Fœmina deficientibus masculis in hoc Regno admittuntur ad feuda, & officia, ibidem, & numer. 4. & 19. 61. & 62.

14 *Dispositio* cap. 111. de reformat. Reg. Camer. *quomodo intelligatur, & n. 4. 15. 19. 20. 23. 24. 25. & 31. 61. & 62.*

Fides, quam debent Reges eorum, verbo Reges, comparatur Divina, ibid.

15 *Emens officium à Reg. Cam. sub hasta pro persona nominanda, si nominet inhabilem ad illud exercendum, non potest exercere, per substitutum absque dispensatione D. Regis, & n. 4.*

17 *Expressum non solum dicitur, quod jure, vel scripto solum accipitur, sed etiam alio modo.*

In rescriptis Principum largior sumenda est intellectio, ibid.

18 *Quod venit in consequentiam, dicitur necessario explicatum in dispositione, verbis expressis, & in sententiis.*

20 *Dispensatio est Iuris communis relaxatio.*

21 *Dispositio novi Principis quando corrigat jura præcedentia, & n. 22.*

Lex nova an corrigat jus præcedens, ibid. & n. 21.

23 *Substitutus ad exercendum officium debet approbari à D. Prorege, & à DD. Regentibus Regiam Cancellariam.*

24 *Officium Secretarii hujus Regni, ut cætera officia datur industria personæ.*

25 *Directus, qui solvuntur quinque pro centenario pro licentia, ut possit per substitutum officium exerceri, an debeantur à fœmina, quæ succedit in officio, & vult per substitutum illud exercere cum ipsa nequeat propter sexus honestatem, nu. 27. 29. 34. 37. & 41.*

28 *Assensus Regius denegari non potest, quando adest justitia, & necessitas petentis, immo assensus ità petitus, censetur jam statim concessus.*

30 *Possessor debet manutenere in possessione.*

Pater potest pro filiis pupillis testamentum facere, ibid.

Vox patris morientis pro filiis pupillis, vox dicitur pupillorum, ibid.

31 *Villettum, quod more militari per scriptorium, vulgò* Per il Secretario di Guerra *sit nomine D. Proregis, scribitur laconicè, idest brevi sermone.*

32 *Rescriptum, & possessio declaratur à præcedenti causa.*

13 *Possessio semper præsumitur in utiliorem causam, ibid.*

33 *Observantia individualis quando præferatur observantiæ particulari.*

34 *Fœmina quæ succedit in officio, an ad possessionem officii inserviendi per substitutum admitti possit absque solutione directus quinque pro centenario, & nu. 25. 27. 29. 37. 41. 42. & 62.*

35 *Consuetudo contraria prima consuetudini juridice non probatur ex simplici observantia, nisi obtentum fuerit in contradictorio judicio.*

Actus voluntarii non inducunt novam observantiam præjudicialem, vel consuetudinem obligatoriam, ibid.

Consuetudo non inducitur stante usu difformi, ibidem.

39 *Observantia per unum actum attenditur, si iste unus actus fuit secundum jus, & cum juris assistentia, etiam si adesset nova in contrarium observantia.*

40 *Gabellæ solutiones si factæ sint animo obediendi superiori, & non quia allegetur aliqua novaratio, non præjudicant immunitati, nec ipsis qui solverunt.*

Gabellas solvens exemptus ex præcepto superioris, non perdit immunitatem, quia præsumitur per obedientiam solvisse, non ut privilegio contravenias ibidem.

42 D. Reg. Donat. Anton. de Marinis in annot. ad Revertet. deci. 290. in fine, & in annot. ad decis. 182. & 390. *declaravit.*

43 Glossæ, & Doctori *asserenti quod ita fuit à Papa, vel à Rege ordinatum non est credendum, nisi afferatur ordinatio.*

44 *Concessionis finis attenditur, & receditur à naturali obligatione.*

45 *Officium Secretarii regni Neap. an sit feudale, an verò burgensaticum, & numero 48. 58. 59. & 60.*

Nominatio personæ pro administratione officii Secretarii, an spectet ad heredem in feudalibus, an verò ad heredes in burgensaticis, & num seq.

46 Andreas de Salazar *Secretarius Regni Neap. renunciavit dictum officium in manibus D. Regis satisfacto sibi pretio, seu justo valore.*

47 *Secretarius Regni præstat juramentum de fideliter, & legaliter exercendo.*

48 *Officium Secretarii Regni est de Regalibus, & spectat ad Regis collationem, & nu. 52.*

Officia omnia sunt de Regalibus in hoc Regno Neapol. ibid.

49 *Iurisdictio est de Regalibus.*

Secretarius Regni Neap habet Iurisdictionem in officiales Regiæ Cancellariæ, ibidem & num. 50.

50 *Officium Secretarii Regni dicitur officium Quæstoris, & Logothetæ Regni.*

51 *Secretarius Regni Neap. est de corpore Consilii Collateralis, depositarius secretorum Regiarum cogitationum, item Magister Scriniorum, & ejus auctoritas amplissima est.*

Secretarius Regni habet titulum Spectabilis, ex eo quod spectat, seu videt, quæ ab aliis fiunt, ibidem.

DD. Regentes vocantur Circumspecti, & quare ibid.

52 *Secretarius Regni habet provisionem, seu salarium, & emolumenta Regiæ Cancellariæ.*

53 *In successione officii Secretarii Regni Neap. & aliorum officiorum, an attendatur jus commune Romanorum, vel jus feudorum.*

54 *In officiorum successione attenditur primogenitura in Regno Neap. & n. 56.*

Primogenitus succedit in officiis in Regno Neapol. ibid.

55 *Officium feudo æquiparatur, & ideò in illo succeditur, prout in feudo.*

57 *Soror primogenita, quæ succedit in officio, vel in feudo quando teneatur conferre, æstimationem illius cum alia sorore secundogenita.*

Æstimationem sive pretium feudi vel officii novi, vel antiqui, in quo succedat filius primogenitus, quando conferre tenentur cum filiis secundogenitis, ibid.

58 *Ius Regalia an per alienationem desinat esse tale.*

Officium Secretarii Regni si vendatur cum pacto de retrovendendo, an desinat esse de Regalibus, ibidem num. 59. & 60.

60 *In officiis Regalia Rex non concedit dominium directum, sed solum administrationem, & omne dominium remanet penes Regem.*

Baro si vendat feudum cum pacto de retrovendendo pro certo pretio, tunc feudum non remanet allodiale, sed feudale, idem procedit in feudo demaniale vendito à Rege ibid.

61 *Fœmina est capax officiorum, & feudorum, & in illis succedit deficientibus masculis, & num. 62. ac etiam n. 12. sed per substitutum deserviet, ibid.*

63 *Compromissum an possit ultrà duas vices fieri & prorogari in eadem causa.*

64 *Compromissum non præstat fieri in proprios Advocatos.*

Advocatus bonus est totus sui clientis, sed si fiat Iudex fit communis utrique parti, ibidem.

Advocatus bonus pessimam causam potest facere videre bonam, ibid.

Actor habens malum Advocatum repelli debet, ibidem.

65 *Arbitri electi in compromisso vigore Regia Pragmatica non possunt revocari ex capite conjunctionis, vel inimicitia.*

66 *Compromissum factum cum potestate, ut Arbitri, vel Arbitratores possint illud prorogare simpliciter, vel ultra unam vicem, vel toties, quoties eis videbitur, vel semel, & pluries, an tunc ultrà duas vices prorogare possint.*

67 *Dotem promittens alicui nomine patris puella, ac etiam nomine proprio, talis promittens tenetur solum in subsidium tanquam fidejussor, & affertur decisio.*

Dotandi onus spectat semper ad patrem, ibidem.

1 IN hac *decis. num.* 3. agitur de cautione restituendi, ideo vide quæ scripsi in *observ. in decis.* 14. *num.* 4. *tom.* 1. ubi dixi, quod creditor posterior non potest molestari ad restituendum pecuniam sibi liberatam cum cautione de restituendo, quando scilicet adest alius creditor magis posterior, ad evitandum circuitum inutilem; & ibi *num.* 16. adduxi decisionem S. C. Nunc verò inveni *Maceratens. lib.* 2. *resol.* 160. *casu* 15. *vers. hoc autem*, decidentem simpliciter absque illa distinctione, si adest alius creditor magis posterior, quod potest creditor anterior avocare pecuniam solutam creditori posteriori, qui præstitit cautionem de restituendo in casu molestiæ alterius, vel ad omnem Iudicis ordinem, quam decisionem sequutus fuit *D. Reg. de Marinis tom.* 1. *resol. quotid. cap.* 71. *numero* 9. *vers. secundus casus*, & etiam inveni aliam decisionem Sac. Consil. in causa creditorum Ioan. Vincentii de Tolfa; Nam cum Cæsar Coppula iostetisset ordinari, quod creditores posteriores, quibus fuerat facta liberatio cum cautione restituant ipsi creditori anteriori, fol. 54. in processu volum. 3. inter quos posteriores creditores aderat Mons Pietatis hujus Civitatis Neap. & sub die 16. Decembris 1597. per D. Consiliarium Ioannem Thomam Vespulum fuit domi provisum, quòd creditores posteriores faciant depositum ducat. 1500. pro capitali, & tertiis debitis dicto Cæsari creditori anteriori fol. 55. & etiam per alia decreta sub die 3. & 5. Martii, & 10. Iulii 1598. à quibus decretis cum appellasset ad S. C. Mons Pietatis, obtinuit verbum fieri, fol. 77. & . . . . . fol. 178. ac facto verbo sub die 10. Decembris 1599. per D. Consiliarium Fabium Riccardum junctis Aulis fuit per sacrum Consilium declaratum bene fuisse provisum per D. causæ Commissarium sub diebus prædictis; ita tamen ut restitutio fiat capitalis assignati secundum ordinem anterioritatis, his verbis:

Die 10. Decembris 1599. Neap. facto de prædictis verbo in S. R. C. per Magnificum V. I. D. Fabium Riccardum Regium Consiliarium, & causa Commissarium junctis Magnificis Consiliariis duarum Aularum Visis supplicationibus fol. 7. & 178. per Sacrum Regium Consilium declaratum est, Bene fuisse provisum per Magnificum causa Commissarium sub diebus 16. Decembris 1597. & 3. & 5. Martii, & 10. Julii 1598. ità tamen, ut restitutio fiat capitalis assignati secundum ordinem anterioritatis, hoc suum. Fabius Riccardus. A. Cusur. Secret. fol. 40. in banco de Felice.

Sed quia per decretum domi latum sub die primo Februarii 1602. fol. 409. erat provisum, quòd dictus Mons Pietatis restitueret Alesao. Magnacerbo creditori anteriori omnes quantitates exactas in computum tertiatum post diem 10. Decembris 1599. quo die fuit interpositum decretum, ut supra per Sacrum Consilium, quòd restitutio fiat capitalis assignatio secundum ordinem anterioritatis. A prædicto decreto appellavit dictus Mons Pietatis, & obtinuit fieri verbum, fol. 411. & facto verbo junctis Aulis fuit latum decretum tenoris sequentis, fol. 434.

Die 21. Maii 1603. Neap. facto verbo de prædictis in S. R. C. per Magnificum V. I. D. D. Fabium Riccardum Regium Consiliarium, & causa Commissarium, junctis Magnificis Consiliariis duarum Aularum decreto ipsius S. R. C, provisum est. Quod suspensa decreto domi lato per Magnificum causa Commissarium die primo Februarii 1602. decretum latum per S. C. sub die 10. Decembris 1599. exequutioni demandetur, etiam pro tertiis contrà posteriores creditores secundum ordinem anterioritatis. Hoc suum. Fabius Riccardus. A. Cusur. Secret. In banca de Felice.

2 Cum *num.* 7. & 8. In hac *decis.* de officiis, & de eorum exercitio sermo habeatur, visum est mihi hic adducere Iuris responsum D. Dominici Petronii [de cujus laudibus in *observat.* 181. *num.* 5. *fol.* 221. diximus] supra elaboratum in causa D. Sylviæ Barrilis Ducissæ Caivani, postmodum Principissæ S. Arcangeli, ejusque sororis D. Victoriæ cum Regio Fisco circa officium Secretarii hujus Regni: An potuissent dictum officium per substitutum exerceri facere, in quo responso tam doctè (more suo) Iura suarum Clientum eruditè, & perspicaciter adduxit, & demonstravit, ut meritò hic inserere placuit, & est ut sequitur.

I. M. I.

MOrtuo Illustr. D. Antonio Barile Duce Marianellæ absque filiis masculis in anno 1651. successerunt Clientes in universam hæreditatem, hoc est Illust. D. Sylvia primogenita Ducissa Marianellæ, & Principissa S. Archangeli in feodalibus, & eadem D. Sylvia insimul cum D. Victoria sorore utrinque conjuncta, quælibet earum pro medietate in cæteris bonis, & Iuribus, servata forma ultimi eorum patris elogii.

Remansit in hæreditate prædicta officium Secretarii hujus Regni, quod pro summa ducatorum centum & decem millium, nostro Domino Regi solutorum per Ill. Ducem Caivani Io: Angelum Barile patrem Ducis D. Antonii, fuit concessum in anno 1629. 3 *Pro se, & successoribus suis donec & quousque prædicti ducat. 110. m. restituantur*, ut ex Regali privilegio anni prædicti.

Substituit & nominavit in testamento suo D. Antonius Ill. Ducem Canzani suum fratrem consobrinum, qui

4 qui nomine filiarum exerceret officium prædictum, itaque pro exequutione ordinis tunc Excellentiss. Proregis fuit exequutum, & continuatum exercitium per substitutum, usquequo mortuus fuit idem Dux Canzani in anno currenti 1662. Quo tempore non aliqua novitate, sed continuato exercitio alius erat necessariò substituendus, & sic eisdem licere supplicarunt Suam Excellentiam filiæ cohæredes D. Antonii nihil obstante prætensione, quam prætenderunt jactasse Fiscum; Non absque regali privilegio cum expressa facultate eisdem sororibus licere officium ipsum continuare, administratum per substitutum. Et per Collaterale Consilium fuit ordinatum intimari Dominum Fisci Patronum, qui replicavit, observari dispositum in *cap. 131. de reform. Reg. Cam.* ubi Sua Catholica Majestas jubet, ne admittatur officialis ad serviendum per substitutum, & si propter minorem ætatem de persona servire non possit; his verbis ibi præcipuè à Fisco ponderatis: *De fuerte que in posesion de dichos oficios no se hà de dar se ao al proprietario, siendo persona habil, ò al substituto, haviendo expressa dispensacion mia para ello.*

Et dum aliqua parata fuerant in occursum talis motivi, ut non applicabile convinceretur dispositum in *dict. cap. 131.* ad causam hujus officii supervenit notitia; quod ex multis Fiscus in tuto contendit esse suam prætensionem; Et quia sic observatum in Regia Camera passim. Et ita punctualiter decidentem habere *Dominum meum Spectab. Regentem Donatum Antonium de Marin. in annot. ad Revert. decis. 282. in fine.*

5 Nos pro filiabus hæredibus Illustr. Ducis Marinellæ, fundavimus, Iure omni eisdem licere officium continuare, exercendò per substitutum absque obligatione alterius privilegii, quod est in effectu solvendi dirictum quinque pro centenario. Nec adesse Regis jussum, vel Doctoris authoritatem in contrarium. Et ut hæc pateant, est præmittendum. Quod

6 Officiales nè serviant per substitutum, sed per seipsos, non aliqua peculiari, vel municipali solum lege prohibetur, sed hoc est prohibitum de jure communi de natura officiorum, quæ sunt in sui non alterata natura personalissima, & non ultra propriam vitam officialis, Ita ex *text. in l. nullus 60. C. de decur. lib. 10. l. inter artifices, ff. de solut. & cap. fin. §. si autem sun, de offic. & potest. judic. deleg.* & aliis multis fundat *Reg. Constant. in dict. leg. nullus*; Vbi omnia sunt Iura Cæsarea, Pontificum, & Regni nostri ad idem *Ill. Marchio Belmontis R. Tapia in annot. ad constit. Officia, quæ personis, sub tit. de Officialibus, & quod ipsimet serviant n. 4. & 5.*

Si autem natura officiorum alteretur, pro successoribus, quibus expressè, vel virtualiter, & vi comprehensiva fuerit concessa facultas substituendi ab ipso concedente, sit homo, aut lex tunc frustra allegantur Iura, quæ disponunt circa officia non alterata, & servanda sunt, quæ peculiari dispositione legis, vel hominis sunt disposita, ad *text. in eodem l. nullus, circa fin.* ubi *glos. & in l. neminem, d. tit. C. de decur. lib. 10.* ubi plene *Dom. Reg. Constant. Rebuff. & alii.*

7 Concesso autem officio pro se, & successoribus, quod ex vi peculiari illius privilegii admittantur fœminæ, non est amplius in Regno dubitare, quicquid sibi dixerit *Frecc. de subfeud. lib. . quæst. 51.* ut sunt propria verba *Domini, & Magistri mei de Marinis ad Revert. dec. 282. in annot. in fin.* & de hoc jure inducto in Regno per plures expressas judicaturas testantur *Tasson. de antephat. vers. 4. observ. 2. in allegat. pro illis de Ciaccio, cum Bernandis, vers. & si officia. fol. 2 1. post Jacob. Ant. Maur. alleg. 43. Franch. decis. 627 Lazar. consil. 59. num. 22. de Ponte decis. 26. post numer. 19. Rovit. consil 63. vol. 2. Montan de Regal. offic. à numero 16. Iosue Amicang. in eodem tract. quæstione 12. numer. 4.* & supposuerat pro indubitato *Revertet. decis. 551.* in causa filiarum Roberti Musceptulæ; & alias tres decisiones refert *Ioan. Bapt. Thor. in comp. part. 3. verb. fœmina an succedat in officio.* Sed pro ista veritate sunt mille processus in Regia Camera, & aliquos horum adducit ipsemet Dominus, & director meus Fisci Patronus, & DD. in contrarium unico verbo respondent *Rovit. cit. consil. 63. volum. 2. num. 2. Montan. loc. cit. Amicangel. & alii*, quod eorum dicta etiam procedunt ad summum in Regione, ubi fœminæ non sunt habilitatæ ad succedendum, non solùm feudia [à quibus etiam argui posset ad officia;] sed quoque Iurisdictionalibus, aliquo tempore non venientibus cum concessione feudorum, & nunc veniunt Iurisdictiones, & in eis fœminæ succedunt in hoc Regno: & sic pro. edit inevitabilis text. cum sui ratione in *capit. dilectis filiis de arbitr.* ut fœminæ capaces sint officiorum dum sunt jurisdictionalium, à quibus officia non differunt, imò eorum mutuant naturæ privilegia per Fiscum exagerari ad summum., quæ possunt.

Hi omnes Doctores etiam fatentur communi sensu
8 fœminas comprehendi sub alterato officio dato pro successoribus, vel pro eo, quem nominaverit, non ex particulari privilegio, & dispensatione, sed quia erant de jure communi capaces de. per se exercendi officia, ut notant DD. & signanter *Dec. in l. fœminæ, num. 3. & 4.* & ibi *Addeates, ff. de regul. jur.* & sumuntur argumenta à *text. in auth. matri, & avia, C. quando mult. tutela officio, & c. d. cap. dilecti, de arbitr. l. fin. C eodem*, ubi omnes. Bene verum, quia non convenit sexui, ut in talibus misceantur non ratione incapacitatis physicæ, sed moralis convenientiæ, remanentibus inde capacibus officiorum eis denegatur per seipsas tantum actualis administratio.

9 Et quia nihil cum effectu differret excludere fœminam à successione officii, & absolutè ab ejus administratione per seipsam, vel per alium ab ea deputandum; ideò dum admittitur ad officium fœmina, & ratione honestatis prohibentur exercere: factum est, & à DD. omni Iure habitum fuit pro certo, quod possint eligere alium, qui exerceat, & sic exercere officium per substitutum, & quod in facienda tali substitutione opus non habeant ulla dispensatione, & privilegio particulari; nam habent hanc potestatem ab ipsa lege eas vocante ad officium, & denegante, ne per seipsas exerceant; ita in feudis plenè *Vrsin. de success. feud. part. 1. quæst 9. art. 2. num. 8.* post magistralem ad hoc doctrinam *Andr. in c. 1. in fin. de feud. fœmin. & in cap. si quis decesserit, & in cap. qui clericus. si de feud. defa. contr. Capyc. decis. 31. num. 3.* Et in officiis *de Ponte de potest. Proreg. tit 10. de divers. provis. & liceat. cap. de potest. substituendi in officio, n. 3.* alii per *Amicang. d. tract. de regal. offic. q. 7. n. 15. & 18.*

Et quidem ex dictis per *Amicang.* distinguuntur omnes casus adæquata claritate. Vel enim officium
10 exercetur ab eo, qui habuit à Rege facultatem substituendi, & tunc non est dubium, prohibitionem de jure communi, vel ab ipso Rege non operari, licet substitutus debeat esse æque idoneus, & pro eo semper principalis teneatur. Aut à Rege non est data facultas, & tunc aut potest officialis per seipsum exercere, aut non potest. Primo casu prohibetur substituere. Secundo verò, ubi impedimentum est breve, vel potest dubitari, quod tale sit, puta infirmitatis, & absentiæ, & isto casu dum in Regno brevi mensium termino, adeundus est Rex, ne fiat fraus legi prohibitoriæ, & est casus *cap. 132. reformat. Reg. Cam.* & distinguit ipse *Amican. ibi num. 17. post Alexand. & Dec. in l. 1. ff. de offic. ejus*, loquentes de delegationibus. Aut impedimentum est perpetuum, & indubitabile, & tunc aut est juris, & privat officialem; aut est facti, & isto casu, si supervenit post delatum officium, tunc omninò serviet per substitutum, ad *text. expressum in l. 1.*

in fin. C. de prap. argum. in reb. lib. 12. glos. in d. l. nullus, Codic. de decur. lib. 10. quæ allegat quoque *l. sub prætextu, Cod. de sacrosanct. Eccles.* & exemplificat de muliere sic impedita, quæ succedit in officium, *Rebuff. in d. l. nullus, num. 1. ver. in eadem glos.* hæc enim fœmina ubi est vocata ad successionem, fuit etiam habilitata, & dispensata, ut serviat, prout servire potest, nempe per alium loco sui, & sic per substitutum, stante suo jam necessario prævisso impedimento, quod voluit expressis verbis *Reg. Constant. in dict. l. nullus*, nu. 44. *in finalibus verbis*, & idem colligitur de mente *Andr. de Barulo in d. nullus, post medium*, ubi dat rationem, quia prohibitio nè quis exerceat officium per alium, fundatur concessioni personali facti alicui certæ personæ, unde in officio alterato pro successoribus cessare debet illa ratio, & data intelligitur insimul cum vocatione impedimentorum, potestas permissiva contra dictam prohibitionem, & hæc non sunt plus sa specialia, sed quando esset admittenda, dicit *Rovit. in dec. 83. num. 34.* dum est unum in consequentiam alterius necessariam.

11 Quod si officialis esset impeditus impedimento perpetuo, sed indispensabili, puta ex defectu rationis, vel usus ejus, ut est minor ætate, cui deest judicium ex defectu naturæ, & implicat posse ipsum eligere substitutum, supposito quod electio non stat sine discursu: & isto casu durante minore ætate, non eligit ipse minor, sed ejusdem Tutor, & Curator, quibus deficientibus eliget Rex Tutor omnium; prout est sensus, & sunt verba *Reg. de Ponte in decis. 27. numer. 12.* etiam per text. quem allegat in *cap. ex eo quod de elect.* ibi loquens de minore, datur ratio ne eligat, *Vt tales cum discretione careant, ad præstandum in electione suffragium, nullatenus admittantur*, & ideò *Amicangel. loc. cit. quæstio. 12. num. 15.* de minore fundavit esse incapacem administratione officii, etiam, accedente Regis dispensatione; Non sic in muliere, ut est *text. rotundus in d. cap. dilectis filiis, de arbit.* ubi ex illa ratione, quod fœminæ passim ex Consuetudine

12 Regionum, (ut est in Regno nostro) admittuntur ad exercenda Iurisdictionalia feudorum, in quibus æquidem succedunt deficientibus masculis, omninò concludit text. pariter jam capaces remansisse officiorum, quæ in administranda, nulla est major prohibitio, quam ipsa Iurisdictionalia, ut discurrit fundatissimè *Montan. loc. cit. numer. 17.* & cum hac distinguendi expressissima Iuris ratione inter minorem, & fœminam, est concludendum, quod minor succedat in officio administrando, ut fieri potest, nempè per Tutorem, vel ei suspenditur exercitium per defectum discretionis, & judicii, qui defectus influit sic ne administret, prout nè eligat, *d. c. ex eo, de elect.* Non sic in muliere, quam prohiberi, reperitur ex convenientia morum; non ut eligendi judicium ipsi deficiat, *d. c. dilectis, cum concordant.* Et sic inanis, & à diversis erit omnis illatio ad propositum de minore, ad fœminam, & magis ubi agitur de successione, non de nominatione.

Vsque ad hanc periodum non cogitamus quomodo possint hæc fideliter exemplata differre ab originali veritate, quæ semper fuit in ore Domini mei Fisci Patroni.

Sed hic incipiunt ex alio dolores. Prætendit, quia Fiscus hæc nostra principia sint veteris sæculi, & ipsum habere novissima Iura, secundum quæ judicandum, scilicet per specificè dispositum in *d. c. 131. & 132. reform.* & ultimam observantiam Reg. Cam.

13 Nobis autem fateri necessum est, quod res nimia nova occurreret, sic jactis principiis tanto jure fundatis, per quæ fœmina veniens in successione officiorum admitteretur absque alio hominis novo privilegio ad serviendum suum, in quo successit officium per substitutum; Attamen hæc omnia tam de Iure certa, essent deinde derogata Regio Iussu, & nova lege sub Catholico Rege Hispaniarum. Si verum est, quod jàm innotuit Orbi toti; voces, verba, dictiones; tanti Monarchæ justitiam semper emanasse; neque contra jus legem ab illo Rege aliquam ullo tempore fuisse indictam, & si aliquando declinavit Regia Majestas à justitia aliqualiter, fuit semper id contra sua commoda ad subditorum bonum semper augendum. Quid ergo est hoc? Audiemus concedentem Fiscum præmissa, & quod aliquo tempore poterant Iure defendi; sed non postquam contrarium fuit novo Iussu Domini nostri Regis dispositum, & contrario judicio observatum, quasi contrarium hoc esset omnino Iuri derogato, quod staret si prædicta nova non adessent.

Adversus hanc impossibilem hypothesim detestant regulæ tàm communes Iustitiæ, quam propriæ nostri Magni Regni Aulæ: In cujus albo supremo, derogatoria lex est, cum derogatoria, derogatoriæ, eamque idiomate verè Catholico scriptam, sic legimus: *Suprema illi Majestati nolle ipsum Regem licere, quod non sit justum*; Ita interpres retulit *D. Præs. Iordan. Vrsin. de success. feud. par. 1. quæst. 3. art. 4. num. 28. post medium*, Ideò non opus est hic annuere quæ licerent allegari ex privilegio, quo fruimur nos omnes nati sub Austriorum Domino, fœlicissimam illi servientibus dante libertatem, teste eodem *Vrsin. loc. cit.* quod

14 obligare fœminas per illud *cap. 131.* ad præjudiciale sibi, ut substituere non valerent de cætero, prout potuissent, nisi hoc jussum noviter esset, sub onere solvendi, quod alii voluntariè substituentes tenentur solvere pro tali facultate habenda, Hoc æquidem deficeret ex defectu potestatis ordinariæ, per quam præjudicari non potest privilegio semel concesso, ut plene *Anton. Gabr. de jure quæsi. non toll. conclus. 7.* & multò magis dato per contractum onerosum, quos contractus Regi dare liberam præjudicandi potestatem, esset ponere Dominum Regem extra commercium, ut ex ratione text. *in l. quare si minor, §. 1. ff. de minor. Alex. cons. fin. nu. 20. lib. 5. Rolan. cons. 66. num 33.* Et novum onus non posse apponi, *D. Reg. Tapia in l. fin. C. de Constit. Princip. par. 2. cap. 11. num. 27.* quia fides vinculum est Regnorum, ut post *Cassiod. lib. 5. var. epist. 40. & Cicer. pro Roscio, Bovadil. polit. lib. 2. cap. 10. numer. 53. Gabr. Peretr. de man. Reg. lib. 1. tit. 9. §. 12. cap. 6. num. 5. versic. sicut Papa, & Imperator, Valenzuela in discur. status, & belli. p. 1. consid. 13. num. 18.*

Ideò fides, quam debent Reges eorum verbo, Divinæ comparatur, ut *Petr. Gregor. Tholos. de Repub. lib. 8. cap 8. numero 9.* Nec potest prætendi dispositum in *d. cap. 131.* fuisse per modum legis generalis quasi applicabilia sint notata per *D. Reg. Latr. decis. 188. à num. 110. volum. 2.* dum re vera solùm reduceretur illud particulariter dispositum ad ipsius Regalis Patrimonii commodum; ut infrà latius distinguendo concludemus, nec in illis capitulis fuit cogitatus, novæ legis condendæ, sed ne veteribus fieret fraus, imò specialis fuit provisio in casu suo, quam nil commune, quod habeat cum casu nostro, utilius erit indagare.

Et sic veniendo ad voluntatis defectum, dicimus quod patet, non adfuisse voluntatem Domini nostri Regis in quacumque sua Regali ordinatione plus disponi, quam ut Iuris erat; mandare in effectu, quod servaretur, & sic nunquam adesse jussum, per quod literaliter, vel comprehensivè fœminas comprehendi succedentes autumare possimus, ut nova forma data, pretio tenerentur obtinere, quam habebant substituendi facultatem. Ad quod primò rogamus revideri totum contextum allegati per Fiscum *capit. 131.* ut fieri debet, admonita in *l. in civile, de legib.* Ibi enim supponitur casus, quando per nostram Regiam Cameram subhastato officio, liberatur alicui pro persona

personæ nominandæ, & oblator explicando suam liberam potestatem nominandi, non vult nominare personam habilem uti tenetur, ad rationem *text. in l. ut gradatim C. de muner. & honor. Cald. de nominat. emp. cap. 19. num. 27. & 28. cum seq. & lib. 3. de potest. eligen. capit. 13. numer. 3. 4. & 5. Velasc. consult. 34. num. 19. & 20. Stephan. Niguer. allegat. numero 9. & 68.* & hic erat casus indubitabilis, de quo *Seg. de Ponte loc. cit. de potest. Proreg. num. 4.* ubi enim acquirens officium nominare vult in prima acquisitione minorem, ut deinde allegare possit habere minorem cum ipso officio emptato ex necessitate serviendi facultatem per substitutum, in isto facto supposito per illud cap. alia justior non poterat excogitari provisio, quam ordinata, scilicet, ne detur possessio proprietario inhabili nominato voluntarie, quia incidit ipse nominans in prævisam foveam, quam evitare poterat; Nec substituto, si dispensationem solitam non obtinebit à Sua Catholica Majestate.

Aliter enim remaneret permissa fraus legi prohibitoriæ, & remaneret Reg. Cam. per indirectum libertas vendendi, vel concedendi facultatem substituendi; rem sibi prohibitam: & si officium vendere non potuit procurator Cæsaris, nisi cum finibus à Domino designatis, juxta celebrem *text. in l. sed si communis, §. si servus Domini, ff. de contrah. empt.* rectè fuit declaratum in illo cap. non verè noviter dispositum, transiisse officium absque facultate substituendi, quam acquisivisse, oblatorem, vel nominatum per suum defectum cognitum in ipso actu primo nominationis, fuisset quasi peccatum in Spiritum Sanctum, hoc est velle ex indulgentia legis peccare in ipsam legem.

In casu nostro nil ex his applicabile, quinimo ex facto, & omni iure sunt cuncta contraria. Non enim quæsivit officium primus Dux Caivani ab alio, quam ab ipsa suprema Majestate, cui non prohibetur quodcumque, si vult, dare, & sic facultatem substituendi; Quod si dedit Dominus Rex officium pro successoribus, inter quos dubitari non potuit venire fœminas, secundum Iura nostri Regni, ubi officium etsi exercendum, ut considerat pro regula *Montan. tit. tract. de Regal. offic. à num. 16.* per *text. in l. semper in stipulationibus, ff. de regul. jur. l. si fundus, ff. de evict. Andr. tit. de nov. for. fidel. num. 3. Bald. de pace de const. verb. si qua controversia, num. 1.* ergò fœminæ ex Regis voluntate, non ex nominatione prohibita, vel in fraudem facta, sunt admittendæ ad officium, & consequenter cum facultate necessaria serviendi per substitutum.

16

Et quod Jure alio disponitur in consequentiam juris concessi, dicitur hoc in concessione expressum, *Barb. in axiom. expressum num. 10.* taliter quod vanitatem esse dixerunt DD. id solum expressum dici, quod voce, vel scripto solum accipitur; nam voce non fit pactum nutu perfectum, & tamen expressum vocatur pactum, *l. item quia, ff. de pact. & l. certum, ff. si certum pet.* nec in Breviloquia leguntur scriptæ quatuor illæ substitutiones, quæ tamen dicuntur expressæ, *gl. in l. Lucius, verb. non ad matrem ubi Bart. ff. de vulg. & pupill. alia gloss. & DD. in l. precibus C. de impub. & al. substitut.* inde ex his, & aliis, arguit bene *Dec. in cons. 68. à nu. 3.* quod expressissimum dicitur, quod non particulari nota scriptum erat, sed alia lege, vel dispositione, sub qua se subjacent contrahentes, & secundum quam operatur disponens, ad idem *Paris. cons. 1. num. 36. & seq. vol. 1. PeSra de fideicom. quæst. 15. num. 55.* Et quamvis expressum aliud sit in genere, aliud in specie, aliud individualiter, ad not. per *Bartol. in l. 1. vers. videamus, ff. de vulg. & pupil.* At in Principum rescriptis, ubi largior est sumenda inspectio *l. fin. Codic. de Constitut. Princip.* parum operatur isthæc distinguendi curiositas, taliter, ut in propiis terminis doctrina sit, in *addit. ad Rebuff. in d. l. nullus, lit. A.* quod si consuetudo sit Lectorem posse legere per substitutum, censeri repetitam In concessione officii, eamque consuetudinem, uti expressam esse servandam, allegat *Alex. & Bart. in l. nemo, ff. de duob. reis, Abb. in capit. cum in Ferrariensi, de constit.* & alios.

17

18 Inde rectè dicimus, ex ipsomet privilegio Regali quæsivisse primum Ducem Caivani facultatem substituendi, in casu quo fœminæ jam vocatæ succederent, dum his per convenientiam denegato exercitio concedebatur jàm à lege facultas prædicta; Nam quod venit in consequentiam necessariam dicitur explicatum in dispositione verbis expressis, & quod est mirabile, etiam hoc procedere in sententiis, quæ sunt strictissimè, & ut sonant accipiendæ, ita post *Afflict. in constit. Earum fratribus, num. 11. in fine Ofasch. decis. 3. num. 5. D. Reg. Fabius Capyc. Galeota immortalis memoria controvers. vere illustr. cap. 7. num. 11. lib. 1. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 5. tit. 3. num. 5. P. Afflict. controvers. 3. à numero 14. ex text. in cap. cum super, de re judic.* Tùm quia Principes in uno privilegio articulandi non sunt pro expressis rescribere solum, quæ ad verbum replicaverint, & si per prius jàm alio Iure fuissent dispositas; Esset nimis, quis sic voluminosa fieri inutiliter quæcumque eorum rescripta, sed sufficit aliquid concedi, quo concesso Iura certùm aliud ulterius disponunt, ut expressum dicatur concessum, quod Iure alio parabatur, ad *text. in l. 4. §. si condemnatus ibi: Repleatur ex lege, &c. & l. miles, § de re jud. Afflict. dec. 157.*

19 Constat ergò, quod in illo caso *cap. 131.* fuit nominatio in primo actu acquisitionis facta pro persona, inhabili ad exercendum; itaque voluntarie videtur accessisse minor ipse per medium oblatoris ad exercendum per substitutum; Hic verò ex necessitate successionis, nam si deficientibus masculis admittuntur fœminæ, ergò ex ipso antecedenti necessario debebat concedi in casu necessitatis, quod universali prohibitione aliis erat denegatum, *cap. quod non est licitum, de reg. jur. cap. quanto de consuet. Anton. Oliban. de jur. fisc. cap. 4. num. 36.* alia ad propositum per *Tiraquell. de pœn. temper. causa 3. à num. 1.* Ratio est, quia quæ non possunt evitari debent permissa censeri, dum non in fraudem aliquam, sed ex necessitate fiunt, ut ad propositum *Flamin. Paris. de resignat. benefic. tom. 1. lib. 2. q. 3. n. 40.*

20 Et hic notandum, rogamus verbum in *dict. cap. Sin dispensacion mia*, nam dispensatio est Iuris communis provida relaxatio, *Speculat. in tit. de dispens. §. 1. Jas. in l. beneficium, num. 3. C. de constit. Princip. Rebuff. in praxi benefic. part. 1. tit. de dispensat. in princip.* unde sic loquendo Rex noster, & Dominus, affluenter se declaravit loqui in eis casibus non admittendum substitutum, quando jus commune erat in contrarium, non sic in fœmina succedente, pro qua assisteret Ius commune Romanorum, & Regni, etiam quia sic jure tali nos uti, res judicatæ, & relati DD. testantur.

21 Quod si hæc omnia nec Fisco satisfaciunt; Et adhuc in dubio res esset, & isto caso in tuto causa, quam agimus reduceretur; quia in dubio non est dandus novæ dispositioni Principis ille sensus, per quem corrigerentur Iura præcedentia, ad hoc enim esset necessaria, expressa, & specialis, immò individualis explicatio casus, particulari Iure provisi, uti diximus erat in fœmina succedente, quod servire possit per substitutum, & non facta mentione tali specialissima, lex nulla corrigeret Ius præcedens, ut ex *text. in l. præcipimus in fin. C. de appell. & innumera F. Alphonsus Villagut. de excus. leg. cap. d. l. exorbit. & correctior. fol. mihi 314. à numero quarto*, & maxime si pro specialiter exprimendo adsit aliqua ratio diversitatis *Ioan. Broet. in l. omnes populi,*

populi, *num.*178.*ff.de justit.& jur.Canonista in cap. quæ à jure, de regul.jur.in 6.& DD.in has,ubi gloss.C.de præd.minor.* Et quando magis per legem novam præjudicari contendimur actui explicando post eam, sed causam habente à lege, & conventione præcedenti, ut magistraliter post *Christoph. Anguian. de legib. lib.* 5.*controv.*1.*num.*15.*& controv.*2. *num.*7. *Suar. de legib. lib.*3.*cap.*14.*num.*4.& alios idem *P. Afflict.controv.*12. *à numer.*26.quod & in effectu voluit *Gironda de expletat.privileg.num.*878.*cum seq.*

22 Dubium quoque aufertur, si adesset ex alio, ut omninò dicamus fœminam succedentem in officio obligatam non remanere, nec judicari posse ad novam ab homine obtinendam dispensationem, nec illa verba generalia, aut universalia eas comprehendere, sed restringi prohibitionem ad casum legis. Propter particularem in illa decidendi rationem, ita ex *tex. in l.*3.*§.sitone, ubi Bart.num.*2.*ff.de lib.& posth. & in leg. pen.de injust.rupt.& in tali scriptura, §.fin. de leg.* 1. *Gabr.comm.opin.tit de claus.conclus.*9.*num.*20. *D. Reg. Galeota resp.fisc.*18.*num.*7.*Alegrad.*qui innumeros affert ad mille illationes in *cons.*54.*à num.*23.*ad* 53. & si per universalem intellectum læderetur dispositum in præcedenti privilegio, tunc restringenda semper sunt verba in suo proprio capituli individualissimo sensu, *Peregrin.de fideicommiss.art.*16.*num.*40. *Gabr. cons.*22. *numero* 13.*& citat. conclus.*9.*numer.*5.*D.Francisc. Maria Prat.* qui doctissimè ex more casus omnes distinctè cumulavit *discept.vigesimo primo à numero* 45.*tom.*2.& maxime si privilegium erat ex causa onerosa, ut ex deductis per *Mastrill.decis.*164.*num.*6.*Anna allegat.* 69.*num.*15.*Ponte cons.* 90.*num.*20.*Osasch.decis.*139.*num.*18. Imò in dubio esse impropriandа omnia verba, ut non comprehendisse unquam judicetur casum nostrum ad vitandum absurdum, & aliquam saltim inæqualitatem, ut concludunt *Mantica de conject.ultim. volunt.lib.*3.*titul.*7.*num* 2.plene *Everard.in loc.topic.ab absurdo vitando, & Barbos.in axiomat.absurdum,Ludov.Casan.cons.*10 *num.*55.*lib.*1. & sufficerent si sensus possit corrigi à prudenti viro, ut idem *Casanat. ibi num.*57.*in fin. post Becc.cons.*89.*num.*53. *Costa in memorab. verb. statuta Terrarum*, & sunt communes regulæ.

Observemus absurda, & inæqualitates, & exorbi-
23 tantia, quæ sequerentur, ita accepto quocumque Regali ordine, ut prætendit Fiscus hoc sensu prohibitæ facultatis substituendi generaliter etiam fœminis, quæ succedant in officiis; nam levato velo negare non possumus, obligationem adeundi Dom. Regem, ut quis valeat substituere; Vel consideramus fundari in illa prima ratione prohibitionis, dependente à natura officii personalissima: & hæc in casu nostro cessat, nam implicaret admissio fœminarum, stante concessione officii alterati pro successoribus, cum difficultabili facultate hac, serviendi per masculum substitutum; Et pro isto puncto faciunt omnia deducta per nos initio; Aut illa ratione, ut saltim sciat Rex personam à fœmina deputatam, quæ equidem à Domini officii directo semper est approbanda, & quod nominato idoneo sufficeret petitam licentiam, *Melchior Lotter.de re benefic.lib.*3.*quæst.*27.*num.*111. Et hoc neque tangit præsens Rhombum, quia nos non negamus approbandam esse personam nominandam à repræsentante Dominum Regem nostrum, qui est Excellentiss.suus Vicarius, & Prorex cum sua Cancellaria ut *Musa in Consuetudin. Sicil.cap.*8. *numero* 80. nec aliter extra Regnum vult Regalis, & justa benignitas obligare subditos inutili vexatione ad petendum Regem, quod si totum Regnum confidit suo Proregi, videat quicunque Iudex, si pro approbatione substituendæ personæ non sufficiet judicium Dom.Proregis,sed hæc suo tempore.

24 Pro nunc verò liceat annuere,quod officiū Secretarii hujus Regni, non solùm ut cætera, dantur industriæ personæ, *d.leg.inter artifices, de solut. cum simil.* sed quia magnam requirit industriam, non per hoc ratio est, aut lex dicens, fœminam in investitura non comprehendi. Sed hæc magna industria operabitur, industriosum, & idoneum esse suo tempore [hoc prius decisо articulo] nominandum.

25 Aut (veniendo ad lineam) dicetur, quod obligatio nova, quam fiscus vult inductam novis legibus, & observantiis, reducitur, ut fœmina sic pariter solvat illum diriсtum solitum dari ab his, qui possunt servire de persona, vel nominant in primo actu acquisitionis personam inhabilem, & in summa sic ipsa teneatur, prout omnes qui emunt ex voluntate propria facultatem substituendi; Quasi dicamus, quod fœmina habet necessariò jus, ut serviat officium per alium, ex quo non potest per semetipsam; sed hæc potentia ullo modo reducibilis sit ad actum, ut non valeat substituere absque privilegio Regis, licet possit servire per substitutum: distinguendo sic jus inserviendi per substitutum, ab ipso actu substituendi. Et hic primò rogamus ponderari absurda, & inæqualitates magni ponderis: nam cogeretur in effectu emere fœmina succedens, jus quod habet, nempe quod à lege sibi conceditur in gratiam publicæ honestatis, non in odium incapacitatis propriè naturalis, & absurdum est, quem cogi emere suam rem, quæ alio jure sibi debetur, *vulgd.sua res, ff.de contrah.empt.l.cum res, C. eodem, l.servum, ff.de vendit.indeb. l.debitor, ff. de pignor. action.* Item inæqualitas esset vendi à Rege facultatem substituendi, unica determinatione sic universis officialibus eligentibus voluntariè talem emere facultatem; prout fœminis quæ succedunt, & sic ex necessitate inevitabili veniunt ad officium contra topicam legem *cap.erit autem lex* 4.*distinct.* Et hæc circumstantia legis, ut sit æqualis; tanti valet, ut per eam corrigantur, & explicentur ipsæ leges, ex *Aristot.*5.*ethic. capit.*10. voluit *D. Ioan.de Escobar.in tract. de utroque for.art.*3.*de defectu mentis legislat.numer.*39. Inde si de fœmina pari modo determinasse illam regulam universalem allegatam à Fisco prohibitionis substituendi, iniquum esset cogitare. Sequitur ullo modo ad eam in dubio esse ullam prohibitionem applicabilem.

Deinde ex illa distinctione inter Ius inserviendi per
26 substitutum, & actualiter substituendi, si intelligere volumus, quod ei remaneant solùm fructus miserabiles officii administrandi per alium non ab ea nominandum sequeretur fœminam non habere officium, sed ad summum perceptionem emolumentorum officii à manu Curiæ, quod non esset dicere succedant fœminas in officio, sed in materiali perceptione ad non per *textum in l.fundi trebatiani de usu, & usufruct. leg.* & inutiles fuissent quæstiones, & decisiones, quod fœminæ succedant in officiis, dum respectu materialis perceptionis non poterant motivari incapaces.

27 At si verum amamus, fatendum est, diriсtum prædictum quinque pro centenario non posse prætendi, quando etiam fœminæ, non sine Principis assenso, aut licentia Jure suo uti fas non esset, vel officium, lege mandante, exercere per substitutum. Ratio palpabilis est, quia si fœmina admittitur ad successionem; & non aliter potest, quam per substitutum administrare. Sequitur nominando idoneum, teneri Principem assentire substitutioni factæ per fœminam, ex causa præcisa, & inevitabili, & cui Princeps contradicendi causam non habet justam, ut ad propositum *Afflict. in constitut. Si quis post litem, num.* 28. *vers. ego addo, Frecc.de subfeud. lib.*2. *auth.*29. *Lanar. cons.*6. *num.*6.*& cons.*20.*num.*2.*&* 3.*de Pont.de potest. Proreg. titul.de assensu Regio, §.*3.*num.* 11. & hic esset casus fortior eo, de quo *Camerar. in cap. Imperialem fol.*13. *lit.R.*

28 *lis.* Rat stante justitia, & necessitate assensus debeatur & denegari non possit, ut de his, & aliis *D. Reg. Tapia in decis. supremi Consilii* 11. *à numero* 6. Imo esset denegare id, sine quo tolleretur officium fœminæ admissæ, eo modo, quo solum ab ea exerceri potest, quod non esset honestum, & sic non permissum directè, prout ita nec assensum denegando, ad not. per *Capan. de jur. adoh. quæst.* 43. *num.* 10. *Reg. Rovit. in pragmat.* 9. *de feud. numero quarto.* Imò sunt casus (ut notum est) in quibus propter justitiam petentis, censetur assensus ita petitus, jam statim concessus, ut *Isern. in dict. constitut. Si quis post istem, verb. feudalia, & in cap.* 1. *§. quod ergo, num.* 6. *de investitur. de re alien. facta, Afflict. decis.* 294. *num.* 25. *de Ponte dict. tract. titul. de assensu super dote*, §. 1. *num.* 4. & assensus idem est, quod licentia actum ex necessitate debitum faciendi *Dom. Reg. Latro consult.* 81. *num.* 57. *volum.* 2. *post Frec. de subfeud. quæst.* 9. *num.* 4. *lib.* 2. & ideo non potest denegari, imò censetur præstitus assensus petenti ex causa necessaria, quæ maximè fundatur in voluntate præcedenti ipsius Domini, puta in casu nostro, per contemplatam successionem in fœminarum in concessione officii, ut nimis fundatè, & ad propositum *Illustr. Marchio Ranoutis Reg. Merlin. controvers.* 81. *à numero trigesimo sexto lib.* 2. *post Capyc. in invest. feud. in clausul. feudales assensus, verb. necessitas, de Ponte consil.* 57. *num.* 6.

29 Et ex his cognoscent Domini, etiam si assensus, vel Principis licentia jàm supplicata requireretur, ut Clientes idoneam valerent nominare personam, possit nè prætendi commune pretium quinque pro centenario, pro licentia non gratiosa, sed jure, & ex omni Iustitia debita, ad rationem *text. in d. l. sua res, & l. cum res, ff. & C. de contrah. empt. cum simil.*

Tandem si dubia remanerent adhuc deducta in tam claro, & evidenti articulo, vel ea nostra imbecillitate; vel ex Domini Fisci Patroni facundia, Dicat nobis interim Fiscus potest ne denegari saltim in dubio, Clientibus manutentio status, in quo ipsæ reperiuntur, & possidendo exercent hoc proprium officium; quod non dubitatur ab anno 1652. fuisse admi-
30 nistratum nomine earumdem DD. Puellarum à substituto per eas; Et dicimus à substituto per eas; quia licet sciamus à patre earum fuisse in testamento substitutum; at patet pro filiis pupillis, prout durante pupillari ætate potuit pro eis testamentum facere, & ideo pupillares tabulæ dicuntur substitutiones factæ pupillis, *l.* 2. *§. prius ff. de vulg. & pupill.* Ita vox patris morientis pro filiis pupillis; vocem rectè diximus fuisse pupillarum. Hic equidem fatemur ignorantiam nostram, quomodo possit nunc de facto Fiscus obtinere, contra quod observatum ipse reperit in hoc proprio officio, & cum propriis Clientibus; & sic in eadem propria causa.

Nec dicatur, datam fuisse administrationem hujus officii in anno 1652. Illustr. Duci Cansani, non uti substituto per fœminas pupillas, benè tamen uti pro Curia deputato per Dom. Proregem, ex quo in villecto possessionis dictum non fuit verbum de præcedenti nominatione facta in testamento patris pro parte pupillarum. Quia villectum per Scriptorium fuit more miliari, scriptum laconicè, & solum dixit
31 dandam esse possessionem; unde & intelligendum ex causa præcedenti nominationis ut not. in *l. si defensor, §. qui interrogatus, de interrog. act.* Imò confirmatur ex præcedentibus, & subsequentibus, hoc ita fuisse plus dictum, quam scriptum; nam si Dominus Prorex voluisset dare tunc possessionem Duci Canzani, uti personæ deputatæ pro Curia, debebat subsequi ordo Tribunalis Reg. Can. ut procederet ad venditionem officii, nisi infra sex menses obtineretur privilegium facultatis substituendi à Domino Rege, prout est forma in *dict. cap.* 132. *de reformat.* Et tamen per decem annos continuos fuit pacificè admissa persona Ducis Cansani absque alia nova facultate Regia substituendi, ut notum est omnibus.

Ergò est necessario concludendum, quod villectum possessionis, & sequuta possessio, fuit in vim, & exequutionem præcedentium precum ipsius tutoris, & nominati à parte pupillarum in ipso officio; posses-
32 tio enim, & rescriptum declaratur à præcedenti causa, *l. quodam tenilter, ubi gloss. de rei vendic. Bald. cons.* 161. *sub num.* 2. *volum.* 3. *Gabr. cons.* 32. *numero secundo & cons.* 190. *num.* 9. *lib.* 1. *Surd. cons.* 28. *numer.* 38. & semper præsumenda possessio in utiliorem causam, *Rot. decis. novis.* 549 *num.* 0. *Giovagn. cons.* 9. *n.* 12. & meliùs *cons.* 37. *n.* 19. *Laderch. cons.* 121. *n.* 3.

Prout negari non potest, Clientes esse in possessione talis officii pro eis descripti in libris Regii Scribæ portionum, & eisdem salarium solutum, durante tempore, quo exercuerunt per substitutum, juxta requisita per eundem *D. de Ponte dict. decis.* 27. *in princ. & à num.* 7. *cum seq.*

Et ista observantia uti particularis in proprio casu non curat, si adesset in contrarium; quicquid prætenditur de allegata observantia per Fiscum à certis annis, (ut ipse ait) introducta cum aliquibus personis;
33 Primò, quia standum est observantiæ individuali hujus causæ, stat enim; & præfertur in casu suo particularis observantia, ad not. per *Becc. cons.* 191. *num.* 18. & 19. *& cons.* 233. *numer.* 84. *volum.* 2. *Honded. consil.* 50. *volum.* 1. *Gratian. discep.* 909. *num.* 11. *Tusc. conclus.* 36. *num.* 38. *l. t. O.*

Secundo, quia licet in contraria observantia [ut dicebamus nàio] principale suum Fiscus jaciebat fundamentum; At nos rectissimè subjungimus ex facto per totum annum 1655. observantiam esse uniformem pro nobis; & hæc est vera allegantia, si jus, & verum amamus, etiam uti germana; & consona rationi undique sic tuta, & æqua, ac rebus continuò judicatis vallata, & subsequuta post immediate promulgationem capitulorum, quando assistebat in Regia Camera, ipse idem Spectabilis, & zelantissimus Locumtenens de la Carrera promulgator illarum reformationum. Et quando si dubium adfuisset, credi potest nunciatum pro articulo decidendo generali ad omnem exuberantiam Domino nostro Regi, & ita per illam observantiam præsumitur quæcumque intervenisse ad firmitatem actus majorem, & isto casu procedunt dicta per *Bart. in suo cons.* 59. *commune Spoleti*, & ratio *text. in d. l. si de interpretatione cum seq. ff. de legib.* alia per *D. de Ponte cons.* 1. *à num.* 33.

Quicquid sit de actibus deinde subsequutis, & à Fisco ponderatis in tempore novissimo post contagium: nam ex facto constat à certis hinc annis excitato per Ingeniosissimum Fisci Patronum hoc articulo uti novo, & per prius non deciso, nempe, an fœminæ absque solutione dirictus quinque pro centenario ad
34 possessionem officii inserviendi per substitutum admitti possent; non autem hoc fortiter opposito unquam, neque replicato ad hoc aliquo per femellas, ex his nunc delibatis, nec discussis rationibus; nec inde judicato super articulo, ad notam doctrinam *Bald. in l. recepticia, num.* 7. *C. de constitut. pecun.* supponitur voluntariè, fœminas, quæ succedebant in officiis dirictum solvisse, quem existimaverunt minorem, damno incurrendo per necessarium tempus ad judicium terminandum super nova prætensione Regii Fisci, & cum jactura necessaria, saltim partis emolumentorum, quæ interim integra non exigebant, & cum erogatione expensarum pro Advocatis, & Procuratoribus; imò cum periculo interim vitæ, quod currebat post intestationem officii, & supersessa eisdem illius possessione. His, & aliis consideratis, ac infimoi modicitate soluturi dirictus in minimis officiis, & supra omnes, animo non contradicendi, & obediendi se fortasse

paratas dixerunt aliquæ directum Fisco solvere, quod à tanto viro sufficiebat motivari debitum posse prætendi. Et hoc facto supposito, notæ sequuntur juris regulæ, quod observantia, quæ est sola de facto, non meretur allegari, & necessum esset hoc à Fisco probari, quod fuisset contra primam juridicam observantiam, ab eo noviter obtemptum contradictorio judicio, ut *Surd.consil.393.num.15.volum.3.Bocc.consil.128.num.15.volum.2.* Nam actus voluntarii non inducunt novam præjudicialem observantiam, vel consuetudinem obligativam, sunt propria verba *Ciriac. Nigr.controv.460.n.28.post Bursat.consil.360.numer.82. vol.4.Marcabrun,consil.108.n.12.& 13.*

Quid erit in casu nostro, ubi adest saltim difformitas observantiæ, imò verus stylus propriarum rerum judicatarum est pro nobis: Quando sola difformitas removet vim allegatæ observantiæ, ut subjungit *Niger loc. cit. num.30. post Bursat.consil.339.numer. 33. Gratian.discept.562.numero 61.& 679.numero 12. Rot. Rom divers. decis.4.numero 7. par.4.* & unicum actum in contrarium sufficere ex *Marcabr. consil.43.num.41. Nig.ibi num.32.*

Sed rectè considerunti, nec etiam ab anno 1656. dici potest, quod adsit actus inducens observantiam pro Fisco, considerato ex facto, quòd aliqui processus per eum ponderati, sunt ad instantiam vel minorum, & procedit distinctum per nos desuper; & maximè dum fœmina mater erat pro minore tutrix, sicque officium à minore, nec à tutrice poterat exerceri, unde procedere poterant dicta per *Ponto d. dec. 27. numero 12.* ut à Domino Rege, isto casu ex defectu judicii minoris, & non existente tutore, substitutus eligeretur.

Sed & inter hos per Fiscum adductos processus, invenimus verè fœminas absque ulla emptà facultate admissas; Ita [ut ad partem ponderabimus] Cornelia Fazali de anno 1644. ita & Claudia della Ragione. Ita & Anna Barile, & aliæ, de quibus ultimis dicere aliud non potest Fiscus, quam quod in privilegio habebant facultatem substituendi. Sed sub correctione contrarium patet à lectura eorumdem privilegiorum, nempe in actis Claudiæ della Ragione fol.3. & Annæ Barilis, fol. 28. à tergo. Ibi enim legitur expresè, quod in casu fœmina, vel alius inhabilis succederet: *Tunc & eo casu &c. eligere, & deputare teneantur aliam personam habilem, &c. Adeò quod nullatenus exercitare debeat officium prædictum, nisi per personam habilem.* Sermo iste jam patet, quod importat necessitatem, non facultatem concessam, & potius negationem, & prohibitionem; imò obligationem, ad quam voluit Princeps officialem remanere adstrictum; Non autem importat affirmationem, positionem, & concessionem facultatis substituendi, quam fuisse suppositam, à privilegiomet colligitur, & solùm fuisse ordinatum, quod substituens fœmina *Teneatur* idoneam personam nominare, aliàs non admittenda; & *Nullatenus* facultate juvari, nisi nominata persona habili: hæc enim est vis nota dictionum sive clausularum omnium, *Teneatur, &c.nullatenus, &c.* ut prima importet restrictam necessitatem, *Paris. consil.19. num. 12. lib. 3. Magon. decis.Florent.7. numero 11. Anton. Monach. decis.Lucen.53. num 34.* & secunda sit negativa, non inducens, sed limitans in casu prævisio, suppositam facultatem, ut plenè *Barbos. dict.226.*

Ad hæc facit exemplum in actis Nicolai Ponarii minoris admissi, ut exerceret officium per substitutum indefinitè, durante sua minori ætate, ut ex decreto Reg. Cam. in anno 1646. fol.19. à ter. per quod quidem decretum nescimus, quomodo Fiscus pro se ponderabit hunc processum, si etiam in minore declaravit Reg. Cam. tam expresè liceret eidem exercere officium durante minori ætate, ulla penitus facta mentione directus; Nisi subjungatur à Fisco, in anno 1657. alio decreto Reg. Cam. fuisse ordinatum, licere substitutum variare eidem minori; qui tamen de proximo futurus erat major, & addita fuit clausula in isto ultimo decreto, *Ex causis, & pro ista vice tantum, & citra præjudicium Regis Fisci.* Sed nos eundem Fiscum rogamus, quæ nova supervenit ratio in anno 1657. ut corrigeretur decretum in eadem causa anni 1646 benè ergo nos diximus distincta esse tempora, sed non aliqua nova ordinatione.

Hæc sunt acta saltim, quæ nobis percunctanda fuerunt exhibita, in quibus fundat suam observantiam Fiscus, & clarè confirmant justam observantiam in contrarium.

Sufficeret autem remanete dubiam observantiam per unum actum in contrarium, quia tunc attendenda est observantia per unum actum, si iste unus actus fuit secundum Ius, & cum juris assistentia, ita plene *Honded. consil. 53. num. 84. & seq. volum.1.* idem *Niger in cit. controvers.466.num. 34.* dici enim posset hæc nostra observantia jur dica, atque titulata, & sic prætendenda etiam si antiquior, ut per *text. in l. si à te emero, ff. si serv. vend.e Gail.obs.rv.8. à num.6. lib.1. Marcian. consil.31.num.5.& 13.* Vnde etiam sequitur, quod observantia per plures annos admissa, & si esset in uno actu, conformis tamen rationi, prout in casu nostro, amplius non poterat, nec nunc potest à Fisco inficiari per quamcumque rationem superventam, si adesset, etiam novæ in contrarium observantiæ, ad not per *Paris. consil. 88. numer. 47. volum. 3. Dec consil.488.num.18.Bertazz.consil. crimin. 521. à num. 24.* ubi latè *Monoch.consil.422.n.57.*

Quæ omnia confirmantur, si consideremus, nec per aliquas res judicatas, nec ex libera voluntate directum fuisse solutum in casibus novæ, quæ prætenditur, observantiæ, si obediendi præsumptio magis, & evitandi consequentias jurgium litis in Regia Camera adaptari commode potest per quemcumque Iudicem cordatum rectè intuentem, quæ adfuisset merita Iustitiæ, & sic procedit regula, quod solutiones gabellæ, si factæ sint animo obediendi Superiori, & non quia allegetur alia nova ratio, non præjudicant immunitati, nec ipsorum, qui solvissent, ait *Rum. consil. 196. in fin. volum.1. Fellas de collect. parte 5. in fin. Ozasch. decis.91 num.19. Surd.* qui cæteros adducit *consil. 262. num.79.volum.2.& consil.419.num.35. Carol. bordellon.consil.12. num.40.* & affert ad propositum juxta *Gregor.Lop.in l.42.tit.18.par.4.gloss.1.& in l.6. gl.1. tit.10.par.4.*

Tandem habemus omne si adesset dubium, apertissimè diffinitum ab ipso Regali Oraculo, ut patet interacta ab eodem Fisco ponderata; nam in anno 1624. Fabritius Fazali nominavit voluntariè Corneliam Fazali neptem ex fratre, & petita per eum licentia à Domino Protege serviendi officium substitutum, ac facto motivo tunc in contrarium [quod hodie renovatur,] eam opus habere expresso Regis privilegio, fuit à Collaterali Consilio ordinatum, licere per menses sex, infra quem terminum adiret Suam Catholicam Majestatem, & hac suppliciter adita, rescripsit, quod stante facultate, quam habebat Fabritius nominandi quem vellet: *Pudo nombrar à la dicha Cornelia Fazali su sobrina, y ella por ser incapaz de poder servir, poner persona que sirva el dicho officio. He tenido por bien de confirmar, como con la presente lo hago el nombramiento, que so dicha ha hecho la dicha Cornelia de persona para lo exercicio del dicho officio, siendo à satisfacion del Tribunal de mi Regia Camera de la Summaria. Y assi os ordeno, y mando proveais, y deis la orden, que convenga, paraque la persona nombrada, ò que se nombrare se admitta a lo exercicio del dicho officio, sin difficultad alguna, que tal es mi voluntad, &c.* Igitur tàm decisi sunt Regia

voluntate

voluntate omnes articuli, quando fuissent prius dati. Primus, quod fœmina potuit nominari [& hic est casus fortior.] Secundus, quod potuit nominata substituere. Tertius, nullum ex consequenti necessariò fuisse debitum, nec solutum pretium facultatis non gratiosè concessæ, sed quæ supponitur, quod *Pudo poner persona que sirva el dicho officio.* Si potuit, ergo non ex gratia, sed jure proprio, & conclusit Rex noster, solvendum esse dirictum solitum mediæ annatæ: Unde dixisset etiam de dirictu quinque pro centenario: Et hæ Regales literæ fuerunt exequutoriatæ per Collaterale, & decreto Reg. Cam. & data literarum est sub die 4. Maii 1644.

Remaneret ultimum obstaculum insuperabile no-42 bis, ubi tale esset, prout allegatur, nempe authoritatem *D. Reg. de Marin.* qui in *annotat. ad Reverter. dec. 290. in fin.* revideri potest, quod loquitur in casu proprio *cap. 131. reformat.* & secundum eum dicit, minorem licet admittendum esse ad serviendum per substitutum. At non absque Regis dispensatione, ut in *d. cap.* 131. quod nos non negamus, bene tamen contendimus, illud capitulum, non posse allegari ad casum nostrum. Scimus quod idem *Dominus meus de Marinis in annot. ad decis. 382. erga fin.* videtur extendisse prohibitionem talem etiam ad fœminas forsan dicere voluit nominatas, ut in *cap.* 131. & dixit, quæ succedunt in officiis. Sed advertendum; quod nec allegat Ius, Doctorem, aut aliam rationem, qua *dict. cap.* 131. & literas Regias anni 1622. & sic declaravit semetipsum ille integritatis prototypus, secundum terminos capituli eum loqui; dum ad eum se remittit, referendo se ad ea, quæ scripserat in *d. decis.* 290. ad not. per *Surd. decis.* 69. vel dicere possumus eundem D. Authorem ibi in *d. decis.* 382. suppositivè esse loquutum, quod etiam de *Bart.* Fas est inter millia annotare, ex quo nihil allegavit, & sic de illa periodo, monet nos ipse D. Author, qualis ratio sit habenda ad not. communiter per *Canonistas*, & in specie *Abb. in cap. bona, lo secondo, num. 3. de postul. Prælat. Rovit. cons. 21. num. 1. lib. 1. D. Reg. Galeot. respons. fisc. 13. numer. 46. & sequent.* & literæ anni 1622. quamvis nec nobis innotuere, sed aliæ anni 1566. 1608. & 1630. at credimus illas anni 1622. per errorem Impressoris esse anni 1619. die 16. Iulii, & quascumque in hac materia præcedentes cedulas, & ordinationes nil ultra mandasse, quam nè à Dominis Proregibus concederentur ampliationes, & facultates substituendi in officiis.

Et certum est, si adfuissent literæ illæ anni 1622. omninò de eis fuisset facta mentio cum cæteris cunctis sigillatim repotiatis in *cap.* 128. *& sequent. reform. Reg. Cam.* Et ipsemet Dominus meus de *Marinis* imprimi curavit in 3. *volum. resol.* allegationem Inclyti tunc Fisci Patroni *D. Reg. Cacacii*, quæ est *allegat.* 85. ubi 43 *num.* 82. fundat, nec Doctori, immò neque *glosæ* credendum; ità fuit à Papa ordinatum, vel à Rege, nisi afferatur ordinatio; Nec *D. Regens* unquam in *d. annot. decis.* 382. testatus est de consuetudine judicandi ad quam probandam dicto Doctorum, revidenda etiam essent allegata per *D. Cacac. loc. cit.* Et sic remanet authoritas *D. de Marin.* cum solo fundamento pro nobis ex *d. cap.* 131. desuper ponderato.

Adest quoque hic circumstantia dati officii pro 44 cunctis emolumentis, & pro omni dignitate ad gaudendum, & sic ad accipiendum quicquid occasione officii debetur, juxta distincta per *glos. in l. 4. C. de agric. & censit. lib. 10.* quam sequitur *Rebuff. in d. l. nullus, Codic. de decur. in princ.* ut recedatur à naturali prohibitione officiorum, ne serviantur per substitutum, quodo potius in dando, quam in obligatione faciendi fuit finis concessionis, & à pretio tam exorbitanti, quo data fuit dicta Gaudentia judicari potest, quid venditum, ad *text. in l. 1. de rebus dub.* ut ampliori modo dicatur concessum officium esse amplissimè possessum, adhuc strictè dat correspectivum quantitati, qua gaudet Regia Curia.

Tantùm abest, ut ex post facto per novas adinventas, vel capituli, vel observantiæ ponderationes, in fructus pauci usus, quem habet hoc officium, aliqualiter induci possit nunc tam grave præjudicium, cum quo in effectu eadem Curia gauderet re, & pretio. His visis omninò confidimus, nec Fiscum amplius rem talem ultra prætensurum, si cætera suppleant idem Dominus, & veritatis, & Fisci Patronus, & Supremi ordinis Senatores.

Dominicus Petronius.

45 Sed cum orta fuisset controversia inter dictas sorores, nempè D. Sylviam primogenitam, hæredem in feudalibus, & pro medietate in burgensaticis, & dictam D. Victoriam secundogenitam hæredem tantùm pro alia medietate in burgensaticis. An scilicet dictum officium Secretarii Regni esset feudale; & proinde nominationem personæ pro illius administratione spectare ad ipsum solummodò D. Sylviam. An verò esset de rebus burgensaticis, & proindè ad ambas ipsas sorores hæredes in illis, quamlibet pro medietate, spectare prædictam nominationem, & Ego requisitus ut in Iure scriberem ad favorem dictæ D. Sylviæ, infrascripta per paucas horas mihi concessas, currenti calamo exarata adduxi, videlicet.

I. M. I.

46 ANdreas de Salazar possidens officium Secretarii Regni Neapolis, obtempta licentia, ac libera facultate à Serenissimo Rege nostro renunciandi, ac cedendi officium prædictum, cum effectu illud in manibus ejusdem Serenissimi Regis renunciavit, satisfacto ipsi prius pretio seu justo valore illius, ut liberè de eo Majestas ipsa depunere posset; quare Jo. Angelus Barilius tunc Baro S. Archangeli, postea Dux Caivani petiit Majestati prædictæ, ut sibi illud conferre dignaretur, offerens eidem centum & decem mille ducatos aureos monetæ dicti Regni Neapolis fruendum, donec illos sibi restituerentur, qua petitione accepta, eidem Joan. Angelo, successoribusque suis dictum officium Secretarii concessit Rex ipse, cum declaratione etiam, quod ipse Ioan. Angelus, successoresque ejusdem, officium inserviant, administrent & exerceant, ac illius emolumenta, facultatibus, superioritatibus, honoribus, ac aliis ad dictum officium spectantibus, & pertinentibus fruantur, gaudeantque, ac cum salario annuo ordinario, donec, & quousque per Regem ipsis restituantur supradicti centum, & decem mille ducati, quibus solutis, seu restitutis illicò prædictum officium ad beneficium ipsius Regis cedat, & non aliter nec alio modo; præstito tamen juramento per dictum Joannem Angelum in manibus D. Proregis de bene, fideliter, & legaliter officium 47 prædictum exercendo præsertim juxta reformationem factam sub die 4. Aprilis 1588. ut hæc, & alia constant, ex Regio privilegio expedito sub die 21. mensis Februarii 1621. exequutoriato per S. E. & Collaterale Concilium Neap. sub die 12. Decembris 1629.

Hinc mortuo prædicto Ioanne Angelo Duce Caivani, in officio supradicto successit, illudque administravit D. Antonius Barilius Dux Marianellæ, ac Caivani ejus filius, qui in ultimo quod condidit testamento instituit hæredem in feudalibus D. Sylviam Barilem filiam primogenitam, & in allodialibus hæredes fecit tam dictam D. Sylviam, quam etiam D. Victoriam, similiter ejus filiam secundogenitam, & in exercitio prædicti officii nominavit Ducem Canzani D. Donatum Coppulam Regium Consiliarium ejus fratrem

fratrem consobrinum, qui stante morte prædicti Ducis D. Antonii officium prædictum administravit, cumque ab hac vita migrasset sub die .... præsentis mensis Iunii 1661. orta est controversia inter prædictas sorores, quænam ipsarum nominare habeat personam pro administratione prædicti officii. Primogenita siquidem prætendit officium prædictum esse de Regalibus, & de eo judicandum est, prout de feudo, & sic officium includi in institutione feudorum in ejus persona facta; ita ut ad libitum nominationem facere possit de persona pro administratione dicti officii. E contra vero secundogenita exclamat ad utramque spectare nominationem, eò quod non sit concessum officium, sed solummodo administratio, & tenuta burgensatica illius, & proptérea cum ambo æqualiter in burgensaticis sint institutæ, ambo nominare habeant, & debeant.

Nos tamen jura D. Sylviæ Ducissæ Caivani filiæ primogenitæ tuentes, prætensionem, scilicèt sororis secundogenitæ nullatenus subsistere ex infrascriptis per paucas horas exaratis fundavimus.

Non enim in controversiam adduci potest, officium Secretarii Regni de Regalibus non esse, dum 48 illud spectat ad Regis collationem, ut habetur in *prag. 2. sub num. 2.* ibi, *El officio de Secretario del Reyno, sub tit. de offic. ad Reg. Maiestat. collat. spectan.* & sic omnia officia fuerunt effecta Regalia ex speciali Reservatione facta in *d. pragm. 2.* ut voluit *D. Montan. in tract. de Regal. offic. num. 1. in fine*, & tamen hoc officium à Rege fuit Duci Io. Angelo concessum, & sic frustra dubitatur de regalia illius.

49 Idque tantò magis confirmatur; nam Jurisdictio est de regalibus, ut probat *D. Montan. de regal. in verbo mulctarum, sub num. 1. Ripol. de regal. cap. 35. num. 1.* & tamen Secretarius regni habet Iurisdictionem contentiosam in certum genus personarum, nempe in sex Scribas à mandatis, quatuor Cancellarios, sex Scribas registrorum, ac Sigilli, & in omnes alios officiales regiæ Cancellariæ, de quibus in *pragmatic. sub titulo de offic. Secretar. seu à libellis, & de his, quæ incumb. in Reg. Cancellar.* & expresè docet *D. Tasson. de antephat. vers. 3. observat. 3. Tribunals 29. Secretarii Regni, numer. 385. fol. 283. ex l. 1. C. de offic. sacrar. largitionum*, ibique etiam probat officium Secretarii dici 50 officium Quæstoris, ad *text. in l. 1. ff. de officio Quæstor.* ibi: *Hi enim solis libris principalibus in Senatu legendis vacabant*, & iterum in fine ibi: *Quique epistolas in Senatu legunt*, & repetit *observ. 7. vers. 3. numero 40.* ubi quod Secretarius habet jurisdictionem contentiosam super istis Scribis à mandatis, Cancellariis, & aliis officialibus servientibus in Regia Cancellaria, ex *Boerio decis. 222. num 15. in fine*, & subdit *numer. 43. & 44.* in anno 1622. 1612. & 1635. Ferdinandum Rovitum regni Secretarium carcerasse nonnullos Scribas à mandatis, & alios secundùm casuum contingentiam. Sed *D. Rovit. in rubr. de offic. Secretar.* putat officium prædictum haberi in *tit. C. de proxim. sacrs. scrinior. lib. 12.* cujus officii dignitas quanta sit, & unde originem habuerit remittit se ad *A ciat. in l. 2. Codic. de primicer. eodem lib. 12. & Purpurat. in l. 1. n. 300. cum sequent. ff. de offic. ejus, cui mandat. est Jurisd.* at *D. Novar. sup. quad. rubr. de offic. Secret. seu à libellis collect. 1. num.* putat hoc officium fuisse introductum per Imperatorem, ex toto *tit. C. de proxim. sacror. scrin.* hinc *Luc. de Penna d. l. fin. C. de petit. bonor. sublat. lib. 10.* dixit, quod Secretarius iste est similis Logothetæ regni.

51 Estque Secretarius de corpore Concilii Collateralis *l. quisquis, C. ad l. Jul. Majestat.* cum sit depositarius Secretarum regiarum cogitationum, ut tradit *Gregor. Lopez. in l. 7. titul. 9 part. 2. glos. 1.* vel Magister Scriniorum, seu Notarius, qui in conspectu Proregis in fine Tabulæ in sella sedet, ejusque autoritas ampla est, ut ex *Boerio decis. 221. num. 7. & Tiraquell. de nobilit. cap. 30. num 80.* tradit *D. Tasson. de antefato, vers. 7. obser. 3. numero 40.* & expresè habetur in *pragm. 2. numero 8. de offic. Secretar.* ibi: *Cum inter Cancellar a Ministros Secretarium, cujus probitas, integritasque summa esse debet, primum obtineat locum*, estque ejus authoritas amplissima, nec minor dignitas est, ut habetur in eadem *pragm. 2. n. 1.* ibi: *Regnum igitur Secretarium, cujus authoritas amplissima est, nec minor dignitas est, id primum servare oportet, à quo nomen sumpsit, ut quæ à nobis, & Regio Collaterali Consilio tractantur arcana, prout negotiorum qualitas, expostulat velentur silentio.* Daturque ei titulus Spectabilis, ex quo spectat, idest videt quæ ab aliis fiunt, & DD. regentes cum sint de Consilio, vocantur Circumspecti, eo quod considerant quæ circumstant, ut post *D. Thomam 2. quæst. 49. art. 7.* voluit *D. Tasson. d. vers. 3 observ. 3. num. 385. circa finem*; habetque dictus Secretarius nedum annuam provisionem, sed etiam emolumenta, ac districtus regiæ Cancellariæ, ut expresè in privilegio habetur, illaque exiguntur juxta pandectam, de qua in *pragm. 1. de offic. Secretar.* quæ quidem emolumenta, & districtus dividuntur inter dictum Secretarium, Scribas à mandatis, Cancellarios aliosque officiales Cancellariæ eo modo prout disponitur in *d. pragm. 2. num. 99.* ex quibus omnibus concludimus officium Secretarii regis in hoc Neapolitano regno esse de regalibus, Iurisdictionemque habere in ejus subditos Cancellariæ.

53 Qua conclusione sic stante succedit alia juris verissima conclusio, quod in hujus officii Secretarii successione non attenditur jus commune romanorum; sed tantummodò jus feudorum, nam licet circa jus succedendi in officiis ad hæredes transitoriis, non habeamus jus certum, & determinatum, tamen recurrendum est ad alia jura eis proxime, in quibus adsit interea aliqua similitudo, sive adjunctio, argumento *l. non possunt, ff. ad legib.* & probatur in usibus feudorum ex *text. in c. 1. § prædictis modis, & seq. quæ fuit prima causa benefic. amitt.* ut bene voluit *D. Amicangel. in tract. de regal. offic.* qui *quæst. 11.* agit de hoc articulo, utrum officiorum successio tàm ab intestato, quàm ex testamento regulanda sit secundum leges juris communis romanorum, vel secundum leges feudorum, & à *num. 1. per tot. num. 5.* arguit, ut recurrendum sit ad leges romanorum ex jure communi, sed *num. 6. vers. sed in contrarium*, inquit, quod probabiliores rationes urgent ut attendantur jura feudalia; idque comprobet rationibus per totum *num. 16.* ubi *in fine* allegat *Afflict. in constitut. Sic revolvimus, numero 7.* ita sentientem, ac plenius probare *D. Consil. Thes d. allegat. 41. num. 12. & seqq.* ubi alios hos idem tenentes laudat, ac contrariis idem *D. Amicangel.* respondet à *num. 17. per totum num. 22.* cujus dicta hic transcribere consulto amittimus, dum apud ipsum omnia habentur.

54 Vnde succedit alia irrefragabilis juris conclusio, quod primogenitum servanda est in officiorum successione, dum in hoc regno vivitur jure francorum in feudis, in quibus solus primogenitus vocatur, feuda namque dignitatis, & juris Francorum divisionem non recipiunt *tit. Imperialem, §. præterea Ducatus, de prohibit. feud. alienat. per Federic.* & habetur in *constitut. Regni incipiente, Vt de successionibus, de success. nobil.* ità pariter servandum est in successione officiorum, quæ similiter impartibilia sunt, & per unum exercenda, quia duos non capit, *cap. fin.* ubi *gloss. & DD. & cap. dilecto, de præbend. & dignit. & l. sed si plures §. 1. ff. de admin. tutor*, per quæ jura ita voluit *D Amicangel. in eodem tract. de Regal. offic. quæst. 14. num. 1. in fine* qui hanc conclusionem confirmat *num. 2. 3. 4. 5. & 6.* eandemque verissimam probant in officiis *Franc. de Amic. in capit. 1. de his,*

qui

qui feud. dare poss. fol. 62. & quaest. 1. in fine, fol. 194. Caldas de nominat. emphiteut. quaest. 13. nu. 35. & seq. ac *Dominus Regens Capyc. Latro Marchio Terelli decision. 26. num. 4. & seq.* quos citat idem *D. Amicangel. ibid. num. 7.* quia officium feudo æquiparatur, ut voluit *d. D. Capyc. Latro* aliorum auctoritate *loco citato*, &

55 validum est argumentum de feudo ad officium; *D. Regens de Ponte decis. 28. num. 51.* vel quia officia majus simbolum habent in feudis, quam cum allodiis, ut inquit *D. Regens Reverter. decis. 551. circa fin.*

56 Et licet contrarium scripserint *D. Regens Lanarius cons. 59.* ac *D. de Anna allegat. 139.* ut in successione officiorum nulla facta nominatione per patrem, non filius primogenitus, sed omnes filii in officio succedant, attamen prædicti *DD. Lanarius, & de Anna* contra Clientem sententiam reportaverunt, dum contrarium fuit per Regiam Cameram judicatum, ut habetur per *D. Regentem Reverterium citata decision. 551. versic. cæterum*, quam decisionem latissimè comprobat *D. Regens de Marinis ibi in observat. numero 1.* & allegatis per *D. Lanarium d. cons. 59.* respondit *D. Amicangel. q. 14. n. 8. cum seq. & num. 13.* probat decisionem relatam per *D. Lanar. num. 28. & 29.* ut in officio Portulani Civitatis Aversæ succederent omnes filii, ita ut alternis annis fieret divisio inter eos nullo jure subsistere, ex rationibus ibi adductis, & *nu. seq.* tantò magis dum contrarium postea fuit eandem Regiam Cameram judicatum, ut in supra citata *decis. 551. D. Reverterii*.

57 Nec D. Sylvia primogenita, quæ in officio prædicto successit, tenetur æstimationem dicti officii concessi pro ducatis centum, & decem mille Duci Ioan. Angelo Avo conferre cum D. Victoria sorore secundogenita: siquidem tunc soror primogenita conferre tenetur æstimationem feudi, vel officii cum sorore secundogenitá, quando feudum, vel officium est à patre pecunia quæsitum, & sic de feudo, vel officio noviter quæsito conferre tenetur, & hoc casu loquitur *D. Regens Rovit. cons. 106. num. 6. lib. 2. D. Consil. Arias de Mesa lib. 3. var. cap. 49. num. 26. D. Regens Constant. Marchio Corleti in l. 1. num. 61. & seq. C. de filiis official. lib. 12. ex l. omnimodo, §. imputari*, ubi *Bald. Salyc. aliique, Codic. de inoffic. testament.* aliique DD. relati per *D. de Marinis d. num. 1.* at contrarium erit in casu nostro, cum officium *non* sit novum, & sic acquisitum per Ducē D. Antonium cōmunem patrem, sed per Ducem Ioannem, Angelum Avum, & sic agitur de officio antiquo, in quo neptis non habet partem pretii, quæ tantummodo habetur in feudo, vel officio novo, ex *Isern. in cap. Imperialem, § præterea Ducatus in 2. addit. n. 39. de prohib. feud. alien. per Feder.* & confirmat *D. de Marin. lib. 1. quotid. resol. c. 12. in lib. 2. cap. 45. à num. 18.*

58 Minus obstabit si dicatur Ius Regaliæ post alienationem desinere esse tale, & propterea cum Rex vendit Duci Ioan. Angelo officium pro ducatis centum & decem mille illud amplius de Regalibus non est, & ideò uti res burgensatica, & allodialis judicanda est, in omnes sorores, & sic filiæ Ducis D. Antonii succedant, quandoquidem id procedere posset, si Rex absolutè vendidisset dictum officium absque spe reversionis ad ipsum, & tamen concessio est facta cum pacto reversionis ad ipsum Regem, & sic facta solutione, & restitutione dictorum ducat. 110. m. & sic venditio est cum pacto de retrovendendo, quo casu officium adhuc retinet qualitatem Regaliæ, ut benè observant *D. Rovit. cons. 72. num. 33. in fin. & 48.* atque *Dom. Montan. in tract. de regal. in prælud. num. 43. fol. mihi 39.*

59 Nec pariter nobis vim facit alia D. Victoriæ prætensio, ut minimum non sit concessum, sive venditum officium Secretarii, sed tantummodo concessa administratio, ac vendita emolumenta, & introitus ex officio pervenientia, & sic non agi de concessione regaliæ, ut propterea frustra dubitetur, ut duc. 110. m. sint burgensatici, sivè allodiales, & in iis succedere ipsas D. Sylviam, & D. Victoriam æqualiter, ac ad ipsas spectare jus nominandi personam habilem pro administratione dicti officii.

60 Facilis namque huic motivo accomodatur responsio, nunquam enim Rex concedit dominium directum in officiis regaliæ, sed solummodo administrationem illorum, ut voluerunt *D. Doctor Marta voto 40. num. 15. & 16. Knichen. in tract. de territor. origin. cap. 1. numero 386. D. Castell. decis. 29. num. 17. Giurba cons. 44. nu. 38.* ac *D. Montan. de regal. offic. num. 2.* & omne dominium remanet penes Regem, *Isern. in cap. 1. de feudo Marchiæ*, sed in concessionarium transit tantum quidam titulus ad finem utendi, administrandi, & exercendi, *Capyc. decis. 131. numer. 5. D. de Ponte decis. 28. num. 7.* tanto magis, dùm est facta concessio mediante pretio ducatorum centum & decem mille, cum pacto de retrovendendo quandocumque ad Regis beneplacitum, quo casu directum dominium regaliæ concessum non dicitur; hinc si Baro vendat feudum cum pacto de retrovendendo pro certo pretio, feudum illud non remanet allodiale, sed feudale semper erit, ideoque procedit etiam in feudo demaniale vendito à Rege, & proptereà futilis est supradicta prætensio.

61 Nec dici potest pro parte Regii Fisci dictam Ducissam D. Sylviam propter imbecillitatem sexus, esse inhabilem, & incapacem successionis prædicti officii ex tradita per *Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 1. quæstie. 51.* & propterea illud esse exercendum per personam eligendam per Excellentissimum Dominum Proregem, soluta tamen emolumentis, ac dirictibus dictæ Ducissæ, cum deductione salarii solvi soliti Duci Canzani, qui illud per plures annos administravit.

Quoniam huic motivo facilè responderur, id non procedere in officio hæreditario, quale est istud Secretarii, illud namque transit ad fœminam, exercendum tamen per personam idoneam ad contentamentum Domini Regis, sive Dom. Proregis, & proptereà contra *Frecciam* semper fuit judicatum, & observatum in hoc Neapolitano regno, ut testatur, referque *D. Rovit. cons. 63. num. 2. volum. 1. post D. Regentem de Ponte decis. 17 num. 19. D. de Franchis dec. 627. in princip.* de qua observantia in duobus officiis pro fœmina decisum adducit *D. Montan. de Regal. offic. num. 15. vers. contrarium tamen vidimus, fol. 183. colum. 1. numer. 17. fol. 184.* cum enim fœmina sit capax Iurisdictionis ex successione feudorum, est quoque capax publici officii, ex verecundia tamen sexus ser-

62 viet per substitutum; idemque confirmat *Dom. de Marin. in observat. ad D. Reverter. d. decis. 382. num. 3.* ubi idem observatum fuisse testatur in personam Annæ dell'Acqua, quæ uti hæres Francisci dell'Acqua fratris prævio decreto Reg. Cam. Summar. fuit admissa ad officium Portulani Furtoris, quidquid dixerit *D. de Ponte de potest. Proreg. tit. 10. de potest. substitut. in offic. num. 4.* & ratio adducitur per *Iserniam in constitut. Ut de successionibus, in verbo, filii fratrum*, ibi: *Item odiosum est repellere filiam, cum possit servire per substitutum, fol. mihi 267. fol. 1. in fine, D. Lanar. consil. 59. num. 22. & seq. Francisc. de Amic. in cap. 1. de his, qui feud. dare poss. fol. 60. colum. 1. & 2.* sequitur *D. Amicangel. ubi supra num. 4.* idque etiam admittit idem *Freccia de subfeud. lib. 2. author. 4. quæst. 50. num. 7.* in officiis Iurisdictionalibus, ac *D. Georg. allegat. 37. num. 36. & seq.* & D. *Amicangel. ibidem numer. 7. cum seq.* pluribus rationibus confirmat, ut fœmina in officio succedat, & per substitutum serviat, ac *numer. 9.* adducit *Caldam par. 3 de potest. elig. & nomin. emphiteut. cap. 15. num. 21. & 22.* ubi pro fœmina in illo Senatu pronunciatum refert, & contra *Frecciam*

dict.

*d. quæst.*51. respondet idem *D. Amicang. loc. cit. num* 10. *& seq.*

Ex quibus omnibus currenti calamo per paucas horas, ut diximus adnotatis liquido constat de justitia Ducissæ D. Sylviæ, pro qua judicandum speramus, cum agatur coram doctissimis viris. Neapoli die Martis 27. Junii 1662.

M. A. Gizzius.

Ad *num.* 43. *&* 44. quod vigore *pragmat.* 1. *ediali-tium* in S. C. Neap. semper fuit judicatum secundum *decis. Afflict.* 46. Non posse in eadem causa plusquam bis fieri compromissum, testatur *Tho. Grammat. in addit. ad d. decis. Afflict.* 46. *lit. A.* & ibidem *Ursill. num.* 5.

63 ac etiam *Anna singul.* 109. & sequitur *D. Rovit. in dict. pragm.* 1. *numer.* 9. *&* 17. *circa med.* ibi: *Quod compromissum bis potest fieri.*

Notandum est etiam, quod advertit ex *Fulgos.* infra citand. idem *D. Rovit. in d. pragmat.* 1. *num.* 32. quod scilicet, solent hujusmodi compromissa fieri à Partibus in proprios Advocatos, quælibet Pars nominan-

64 do suum Advocatum in Arbitrum suum, & quod propterea Partes ipsæ in hoc errant, habentes bonum Advocatum, quia præstantiùs est habere bonum Advocatum, quàm bonum Iudicem, nàm bonus Advocatus est totus sui Clientis, at quando sit Judex est communis utrique Parti, ut notabiliter dixit *Fulgos. in l. quod si nolit*, *§. si mancipium*, *in fine*, *ff. de adilit. edict.* quod in suimet ipsius personam hoc accidisse fatetur, quod quidem collegit ex *glos. in d. §. si mancipium, in verbo, adhibuit medicum*, docente, quod emptores, qui agunt de evictione, & malos habeot Advocatos, repelli debent, quia & si Medicus mortale vulnus sanare nequit, attamen Advocatus, & causæ Patronus, pessimam causam potest facere videre bonam, quam *glos.* singularem appellat *d. Fulg. ibid. n.* 3.

65 Item notandum est, quod cum in *d. pragm.* 1. *edialitium, de arbitr.* statuitur, quod sit compromissum in duos conjunctos, vel communes amicos, non potenint dicti Arbitri recusari uti suspecti ex capite conjunctionis, vel amicitiæ, ità idem *D. Rovit. ubi n.* 18.

Sed si compromissum fiat cum potestate, ut Arbi-

66 tratores possint illud prorogare; an tali casu possit ultrà unicam vicem iterum prorogari, vel si dicatur, ut valeant prorogare toties, quoties eis videbitur, vel semel, & pluries, ao tunc ultra duas vices prorogare possint, vide *d. D. Rovit. in cit. pragm.* 1. *n.* 49. *Boer. decis.* 283. *n.* 29. *&* 31. *Guid. Papa dec.* 140. *n.* 1.

67 *Num.* 67. dicit *D. Regens*, quod onus dotandi spectat semper ad patrem. Ideo observandum, quod si alicui promittat, dotem alicui nomine illius patris, ac etiam proprio nomine, tunc talis promittens, tenetur tantum in subsidium, quia reputatur ut fidejussor, ut fuit decisum in sequenti causa. Nam cum Eminentissimus Dom. Cardinalis Pompeus Columna promisisset Antonio Gattinario hujus Regni Magno Cancellario pro dotibus Portiæ Columnæ ejus neptis ex fratre, ac uxoris dicti Antonii nomine Iulii Columnæ ejus fratris, ac patris dictæ Portiæ, ac etiam proprio nomine scutos decem mille solis, die 13. Decembris 1531. & ratificata dicta promissione à dicto Iulio die 2. Ianuarii 1532 mortuis deinde dicto Domino Cardinale, & d. Iulio, instante dicto Antonio coram D. Consiliario, posteà Regente de Colle Commissario, mediante sententia lata die 12. Iunii 1536. fuit decisum, quod ex quo onus solvendi dotes Portiæ principaliter spectant ad Iulium patrem, fiat ante omnia discussio super bonis dicti Julii, ut videatur, an possit satisfieri debitum in totum, vel in partem, qua discussione facta, & constito, quod non potest satisfieri, providebitur super petitis per dictum Antonium super bonis quon. D. Cardinalis, fol. 188. in processu, & mediante decreto postea S.C. junctis duabus Aulis de mense Junii 1621. fuit provisum, quòd procedatur ad dictam discussionem, servata forma prædicti decreti lati sub die 12. Junii 1536, qua discussione facta providebitur, f. 1589. In banca de Scaccia-vento.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

De Pœnis Nobilium, & ignobilium. Et an, & quando pœna Ignobilium possit dari Nobilibus. Et an si fuerit per sententiam Nobilis condemnatus ad pœnam ignobilium, qui ab ea non appellavit, vel reclamavit, possit ejus pater appellare, vel reclamare, ratione præjudicii Nobilitatis. Et quid quando in sententia consenserunt tacite, vel expresse.

SUMMARIUM.

1 *Pœna ultimi supplicii in Italia in personas nobiles, & plebeas, qua sit; & quid servetur in Francia numer. seq.*

3 *Populares divites, & honestiores puniuntur pœna Nobilium, & n.* 22.

4 *Nobiles mitius puniri debent, quam Ignobiles, & Plebei, quod est intelligendum de pœna corporali, non autem pecuniaria, n.* 5.

6 *Pœna laquei est ignominiosissima, & fœdissima omnium pœnarum.*

7 *Pœnam commutare, & etiam revocare sententiam, in rem judicatam transactam, solum ad Principem spectat, & de ratione, n. seq. &* n. 34.

9 *Nobilis à Rege denominatus, talem fuisse, est præsumendum.*

10 *Princeps præsumitur justus, & veridicus.*

11 *Verba enunciativa prolata ab habente potestatem, in uno tantum privilegio probant: quod maxime procedit in his, qua sunt levis præjudicii, num seq.*

13 *Verba enunciativa Principis dispositionem inducunt.*

14 *Procurator à Rege, sive ab ejus Vicario constitutus nobilis dicitur.*

15 *Munus quodlibet, quamvis de per se sit ignobile, tamen à Principe collatum, nobilitatem & dignitatem in se continet.*

16 *Princeps aut dignum recipit, aut dignum facit.*

17 *Perceptor in Auditoria præcedit simplices Advocatos.*

18 *Coquus Principis an dicatur habere dignitatem.*

19 *Causidicus ex honestis parentibus ortus dicitur nobilis, ubi refertur decisio Sac. Conc. per quam fuit quidam relegatus, revocando sententiam M. C. V. per quam uti ignobilis fuerat ad triremes damnatus.*

20 *Nobilitas patris transit in filium, etiam si sit natus ante adeptum Magistratum, quod maxime procedit in pœnis subeundis, nu. seq.*

23 *Nobilitas morum plus prodest, quam genitorum.*

24 *Cives inclita, & magna Civitatis præferuntur nobilibus Civitatum inferiorum.*

25 *Fiscus quando dicitur inhærere appellationi.*

26 *Sententia ob defectum appellationis transit in rem judicatam.*

27 *Nobilitatis causa dicitur causa status.*

28 *Sententia lata in causa status, facit jus quoad omnes: quod præcipuè locum obtinet circa ea, qua qualitati sanguinis, & statui personarum conveniunt, n.* 29. *quod est regulare in qualibet causa status, numero* 30.

31 *Spoliatus ante omnia est restituendus, & eo magis procedit*

procedit, quando constat de possessione vigore primæ sententiæ tempore spolii, nu. seq.

34 *Sententia continens duo capita, potest pro parte acceptari, & pro parte ab ea reclamari.*

35 *Sententia injusta retractari debet, non obstante, quod appellatione remota fuerit delegata.*

36 *Iudex delegatus exequendo sententiam, functus est officio suo.*

37 *Tertius veniens ad causam pro suo interesse, potest appellare, non obstante clausula,* appellatione remota.

38 *Tertius, qui coæquale interesse habet, non solum potest in terminis, in quibus causa reperitur comparere, sed etiam novum judicium incohoare.*

39 *Tertius in causa nobilitatis nedum potest novum judicium instituere, sed etiam à sententia appellare, & in causa appellationis testes producere super causa principali.*

40 *Delegatus recipit potestatem cognoscendi nedum inter Partes, sed etiam inter tertios comparentes pro eorum interesse, & potest talis tertius sic comparens appellare a Delegato, si per illum juri suo detrahitur.*

41 *Tertius licet debeat suscipere judicium in eo statu, in quo causa reperitur: tamen secus est, quando venit pro suo interesse principali.*

42 *Gravatus à Iudice delegato debet recurrere ad Delegantem.*

43 *Nobilis potest renunciare privilegio, sibi ex nobilitate competenti.*

44 *Nobilitatis privilegio potest renunciari, nedum expresse, sed tacite, exercendo artem vilem.*

45 *Revisio, sive reclamatio, aut recursus an competat condemnato, qui sua culpa, & facto appellare, vel reclamare omisit.*

46 *Appellandi omissio potest esse tacite, & expresse.*

47 *Appellare non valens, nec potest Principi supplicare, & num. seq. quod multo magis procedit, quando sententia fuit jam exequuta, & condemnatus per aliquod temporis spatium acquievit, num. 49.*

50 *Sententia lata per M. C. V. ut inquisiti laqueo suspendantur, si postea sit reformata per S. C. respectu nobilis, ut caput obtruncetur, non dicuntur suæ sententiæ difformes, quia omnes tendunt ad pœnam mortis naturalis.*

51 *Nobiles in aliquibus casibus pœnae ignobilium subjiciuntur.*

52 *Nobiles pro enormibus delictis debent in furcis altioribus suspendi maxime illi, qui non sunt de nobilitate sanguinis clara, & aperta, sed acquisita, vel ex officio, vel privilegio.*

53 *Nobilis quidam, qui commisit fraudes, & magna furta in annona hujus Civitatis, qua pœna fuit punitus.*

54 *Clericus nobilis, qui cum apocis falsis furatus fuerat à Banco certam pecuniæ quantitatem, fuit a Curia Archiepiscopali Neap. ad triremes condemnatus.*

55 *Nobilis non gaudet nobilitate, quando crimen est turpe, & vile, & eam infamat: nec talis est dignus pœna nobilium puniri, & num. 56.*

57 *Nobiles in multis casibus suspenduntur, & arrastrantur.*

58 *Nobiles non gaudent privilegiis Nobilium pro crimine falsi.*

59 *Nobilis, qui artem mechanicam exercet, vel alio modo nobilitatem perdit, non præjudicat filiis, nec parentibus.*

DECISIO CLXXXIII.

1 POena ultimi supplicii in personas Nobiles est capitis obtruncatio, Plebei vero laqueo suspenduntur, ut est text. in l. desertorem. §. pœna militum, ubi gloss. in verb. torquentur, ff. de re milit. ibique Bart. qui dicit, quod ita servatur in Italia, licet in Francia 2 servetur contrarium, quia quilibet etiam Nobilis suspenditur, nec illa mors reputatur ita ignominiosa, sicut in Italia, *Capyc. cons. 39. numer. 14.* quamvis *Tiraquell. in tract. de nobilit. capit. 20. numer. 112.* dicat hodie neque in Francia vidisse servari, nisi crimina sordidissima commiserint, ubi multa notatu digna tradidit, *Bald. in capit. 1. §. si quis rusticus, de pace tenend. in usibus feudorum,* ubi etiam *Marin. Land. Matth. de Afflict.* & alii, *Gigas de crimin. læs. Majest. quæst. 1. capit. 14. numer. 106. Tiraqu. ubi supra sub numer. 110. vers. leges autem civiles,* ubi alios concordantes allegat, & melius *capit. 37. num. 13.* & ex Practicis hujus Regni *de Franch. dec. 610.* post *Parid. de Put. Mustatell. in prax crim. de cognit. seu probat. delictor. cap. de Blasphemia, num. 46. Thor. in compend. decis. tom. 1. verb.* 3 *Nobilis*, quod etiam extenditur ad Populares divites, & honestiores, *Bar. in l. capitalium, §. servi casi, ff. de pæn.* & alii allegati per *De Pont. de potest. Proreg. tit. de provis. fieri solit. § 2. nu. 2.*

4 Et hoc ex duabus rationibus: prima est, quia Nobiles mitius puniri debent, quam Ignobiles, & Plebei, *l. sacrilegii pœnam, in princ.* ibi, *pro qualitate personæ,* & in §. ibi, *aut si honestiori loco natus, ff. ad leg. Iul. peculat.* cum aliis adductis per *Tiraq. d. cap. 20. num. 108.* & est etiam *text. in cap. fin.* ubi *gloss. in verb. nobilitati, ext. de pœn. & in can. qui contra pacem 24. quæst. 1.* quod 5 tamen est intelligendum de pœna corporali, non autem pecuniaria, *capit. cum quidam,* ubi *gloss. magna, extr. de jur. jur. Alberic. de Rosat. in l. presbyter, C. de episc. & cleric. Bartholom. Casell. de Imperat. milit. deligend. in cap.* incip. *nobilitates; numer. 27. Hieron. de Mont. de finib. regend. cap. 34. nu. 2.*

6 Traditur etiam & secunda ratio, quia hæc pœna laquei est ignominiosissima, & fœdissima omnium pœnarum, ut tradit *Bal. in rubr. de offic. de leg. col. penult. vers. contra notorium, & in l. omnes,* ubi etiam *Io. de Plat. C. de delat. lib. 10.* cum aliis adductis per *Tiraq. in d. c. 20. nu. 110.* quod tamen fallit in aliquibus casibus, ut per eundem *Tiraq. in tract. de pœn. temperand. caus. 49. num. 46* & per *Garz. de nobilitat. gloss. 1. numer. 26. De Pont. in d. tit. de provis. fier. solit. § 2. num. 3.* ubi quod ita fuit practicatum.

Quibus stantibus accidit, quod cum gravissima facinora per Magn. Cur. uti delegatum fuisset Filius Pauperum M. C. V. Procuratoris ad capitis obtruncationem condemnatus, & à dicta condemnatione reclamasset ad Suam Excellentiam, ejusque Collaterale Consilium, ibique causa reclamationis introducta, ad preces ipsiusmet Patris fuit eidem condonata pœna mortis, sed fuit ad triremes ejus vita durante condemnatus, quæ sententia fuit per inquisitum acceptata, quia non aliter reclamavit, & exequuta per transmissionem ad triremes, in quibus per aliquod temporis spatium inserviebat.

Sed post aliquos menses videns Pater, pœnam mortis naturalis ejus filium evasisse, preces porrexit Excellentissimo Proregi, asserens, hanc pœnam triremium suæ Familiæ splendori, suisque natalibus, ac etiam ejus officii decori nimium obstare: & propterea supplicavit, ut in aliam pœnam Nobilibus competentem dignaretur commutare: ad Principem enim spectat, nedum 7 pœnam commutare, sed etiam revocare sententiam, in rem judicatam transactam, *l. Divi fratres, ff. de pæn. gloss. Bald. & DD. in l. fin. C. sent. rescin. non poss. Afflict. in cap. 1. quæ sint regalia,* num. 46. *Rest. Castald. in tract. de Imper. quæst. 110. privileg. 141. & 200. De Pont. de potest. Proreg. tit. de divers. provis. §. de don. & expens. Universit. num. 19. fol. 475.* ubi dat rationem, quia cum hæc omnia 8 sint de jure civili, potest Princeps, qui est supra jus civile, illud tollere cum omnibus suis effectibus, *Isern. in cap. 1. de vasall. decrep. ætat.*

Unde remisso negotio per Suam Excellentiam Collaterali Consilio, fuit ordinatum, esse prædictam petitionem Regio Fisco notificandam, qui tamen duo opponebat.

Et primò, causam esse remittendam Mag. Cur. Vicar. per quam fuerat jam condemnatus. Secundò, dicebat, non posse hodie de pœnæ commutatione tractari, cum M. C. V. suum decretum execqutioni demandavisset, ac etiam ipsi Filius, & Pater dictæ condemnationi ad triremes consensissent.

Dicebat tamen Pater, de ejus nobilitate non posse dubitari, cum in actis constabat, descendere à quondam Sansenetto, qui à Ferdinando Rege Catholico non solum vocatur nobilis, sed in præmium servitiorum militarium præstitorum sub illo magno Duce Gonsalvo Ferdinando de Cordua tempore electionis exercitus Gallici ab hoc Regno Neapolitano, nonnullas immunitates ei concessit, & quidem dum Nobilis à Rege fuit denominatus, talem fuisse, præsumendum est, 9 *l. à nullo, in fin. C. de feriis*, argum. *text. in l. decernimus, in fin.* ubi *gloss. in verb. non en, . de Episcop. & cleric. l. 1. in fin. C. de offi. præfect. Urb. l. defensores 21 C. de defens. Civit. Frant. de Petr. cons. 18. num. 1.* quod eo magis procedit in Principe, qui præsumitur 10 justus, & veridicus, *Bald. cons. 327. col. 2. vers. Item varietas, lib. 1. Isern. in tit. qui successor. teneant. il 2. nu. 3. Tiraq. de nobilit. d. cap. 20. num. 24. Aret. in cap. cum causam, n. 25. extr. de probat. vers. circa quartum, & ultimum*, ubi dicit quod verba enunciativa 11 prolata ab habente potestatem, in uno tantum privilegio probant, sequitur *Hieron. de Mont. in tract. de finib. regend. c. 61. in princ. Franc. decis. 57. nu. 4.* quod maxi- 12 me procedit in iis, quæ sunt levia præjudicii, *Dec. in d. cap. cum causam 2. col. vers. & prædicta conclusio, & vers. supradicta limitatio, Franch. d. decis. num. 6.* ubi ex his sic decisum refert, quia fuerunt admissi ad nobilitatem Plateæ Capuanæ Hieronimus de Motta, & 13 ejus descendentes & quod verba enunciativa Principis dispositionem induant, *Novar. de elect. for. q. 14. n. 14. sect. 2.* & potissimum in materia nobilitaria, ad hoc ut inquisitus decapitetur, aliam decisionem refert *Thor. in compend. decis. tom. 1. verb. nobilitas incidenter, fol.* mihi 357.

14 Insuper dicebatur, quod ultra nobilitatem generis, erat filius ejus, qui exercebat officium Regii Procuratoris Pauperum, & Procurator à Rege, sive ab ejus Vicario constitutus, nobilis dicitur, *Bald. in l. Cas-* 15 *sius*, sub *n. 6. vers. interdum, ff. de Senator.* & quodlibet munus, quamvis de per se sit ignobile, tamen à Principe collatum, nobilitatem, & dignitatem in se continet, argum. *text. in l. nemo Præfectus, C. de dignit. lib. 12.* ubi *Io. de Plat. l. 1.* ubi *Salyc. C. de mand. Princip.* 16 *Barb. 1. cons. 61. lib. 4 Petr. Raven. singul. 813.* quia Princeps aut dignum recipit, aut dignum facit, *l. disputare, C. de crim. sacrileg. Capell. in tract. de Imper. milit.* 17 *deligend. in 16 privileg. dignitatis, Tiraquell* qui alios refert *de nobilit. cap. 10. nu. 7. Tassen. in prag. de antephato, vers. 2. observat. 3. nu. 175.* & hac etiam ratione Perceptor tanquam à Principe promotus in Auditorio præcedit simplices Advocatos, ut habetur per *Cassan. in catal. glor. mund. par. 7. consid. 35* & eum refert, & sequitur *Tassen.* in cit. *prag. de anteph. num. 171.* immo 18 etiam Coquus Principis dicitur habere dignitatem, *Boer. dec. 222. num. 1.* post *Luc. de Penn. in rubric. C. de primicer. vers. & nota.*

19 Et in hac materia respectu qualitatis pœnæ irrogandæ, etiam Causidicus ex honestis parentibus ortus, fuit per Sacrum Consilium relegatus, revocando sententiam M. C. V. per quam fuerat ad triremes damnatus, ut testatur *Francisc. de Petr. cons. 55 num. 32.* & 20 nobilitatem patris transire in filium, non dubitatur, *l. 1. C. de dignit. lib. 12. l. liberos*, ubi *Bald. ff. de Sena.* & idem *Bald. in l. fin. in C. de serv. fugit. & in l. partum.* 21 *C. de revend.* quod etiam amplius, ut transeat ad filium ante adeptum à patre Magistratum ortum, maxime in istis pœnis subeundis, *l. Senatoris filium, ff. de Senator.* & est *text. in l. 2. §. 1. ff. de decur. & in l. moris, vers. sed usum, ff. de pæn.* faciunt dicta per *Gizzarell. dec. 10.*

22 Nec in ista materia pœnarum proceditur tam rigorose, ut probanda sit nobilitas cum omnibus ejus qualitatibus, cum etiam honestiores Populares pœna nobilium mulctari soliti sint, *l. capitalium, vers. non omnes*, ibi *honestiores, ff. de pæna*, & *ibi Bart.* & in *§. servi* *ease* hoc in specie notat, ibi, *Nota, quod sicut homines nobiles non patiuntur viles pœnas, idem de aliis popularibus honestiorib.* & hoc etiam notat *Franc. de Petr. festinar. lect. lib. 1. cap. 7. num. 24.* ex literis *Caroli Primi* Andegavens. registrata de anno 1269. in Archivio Regiæ Syciæ hujus Regni, per quam nobiliter viventes, tanquam nobiles reputari debent, & dat rationem 23 *Ioanna I.* quia nobilitas morum plus prodest, quam genitorum, quod etiam notat *Ang. in l. si quis stipulatus sit Stichum, §. si quis ita*, ex eo *tex. ff. de verb. obli-* 24 *gat.* Quod maxime debet habere locum in Civibus magnæ, & inclytæ Civitatis, qui præferuntur nobilibus Civitatum inferiorum, ut habetur ex *tex. in l. uni. C. de Alex. primat. lib. 11.* ubi *gloss. Bart.* & cæteri, & notavi supra in *decis. 181. n. 27.*

Ulterius dicebatur, quod de hoc non poterat amplius dubitari, cum per sententiam Mag. Cur. fuerat tanquam nobilis reputatus & condemnatus ad pœnam capitis obtruncationis, & quamvis à dicta sententia fuerit reclamatum, & per *Reg. Prag. 7.* sub *tit. de appellat.* Fiscus censetur inhæsisse appellationi: ta- 25 men dicebatur, quod sententia prædicta duo continebat capita, nempe pœnam delicti, per quam fuit ad mortem condemnatus, & modum, quomodo pœna prædicta erat exequenda, quæ erat decapitatio, quæ Nobilibus, & non Ignobilibus irrogatur. Dum igitur de modo pœnæ non fuit aliter reclamatum, sed tan- 26 tum de morte, firmatum erit, sententiam illam de modo pœnæ nobiliter exequendæ fecisse transitum in rem judicatam. *l. 9. fundus, & si plures. ff. de pigno.* eo 27 magis, quia quoad hoc erat causa status, *Io. Faber Instit. de action. §. si itaque, n. 41. & seq.* allegat *text. in l. si* 28 *servus, ff. de liber. caus.* & ista sententia cum fuerit lata in causa nobilitatis, & sic in causa status, status, facit jus quoad omnes, *l. ingenuum*, ubi *Alberic. ff. de stat. hom. l. Papinianus, §. si ex causa, ff. de inoffic. testam. Antan. Gam. decis. 383. num. 2.* ubi *Doctor* allegat, *Card. Tusc. lit. conclu. 174. num. 48. Escobar* latissime *de purit. & nobi-* 29 *lit. proband. q. 13. §. 1. nu. 12.* ubi quod præcipue locum obtinet circa ea, quæ qualitati sanguinis, & statui personarum conveniunt, *Garz. de nobilit. gloss. 46. nu. 4. August. Barbos. in loc. commun. argument. iur. loc. 99 n. 4.* 30 *Farinac. dec. 335. n. 5. in fin. tom. 1. de nobilit. gloss. 6. nu. 48.* & est regulare in qualibet causa status, *Mascar. de probat. concl. 94. num. 29. & concl. 1143. & 1268. num. 2. Menchac. quæst. usufrequent. cap. 23. num. 13. Mar. Antonin. var. resolut. 106. num. 6. & 38. Hieron. de Laurent. decis. Aven. 72.* & alii allegati per *Escobar. in d. q. 13. §. 1. num. 15.*

Et ex hoc sequitur, quod cum dicta sententia, per quam fuit dictus Filius condemnatus ad relegandum ejus vita durante, sit quoad hoc revocata prima sententia, per quam fuerat tanquam nobilis condemnatus, nedum fuit gravatus ipse Filius, sed etiam Pater, & tota Familia, & non solum fuit gravatus, sed à possessione nobilitatis, in qua erat etiam mediante prima sententia fuit spoliatus, & proinde ante omnia, dicebatur, esse restituendum, nedum 31 repræsentans personam Filii, sed etiam suam, *Rot. Rom. in antiqu. decis. 46.* eo magis, quia constat de 32 possessione vigore primæ sententiæ tempore spolii *cap. cum ad sedem, de restit. spoliat.* Potest etiam filius se

se gravare, quia ipse nunquam à modo executionis sen-
33 tentiæ reclamavit, ut supradiximus, nam cum senten-
tia duo contineat capitula, potuit pro parte à capitulo
condemnationis ad mortem reclamare, & acceptare
modum condemnationis, in quo fuit uti nobilis con-
demnatus, *l. Carmelia Pia, ff. de jure patronat. gloss.
in cap placet, de convers. conjugat. can. post appella-
tionem, §. appellatione 2. q. 6. l. etiam si, §. 1. ff. de
minor. l. in falsis, C. de transact. Boer. decis. 73. Capell.
Tholos. dec.* 223.

Quo vero ad articulum, si causa erat remittenda
eidem M.C.V. vel tractanda in Collaterali Consilio,
dicebatur ex pluribus, esse determinandam in Col-
34 laterali Consilio. Primò, quia cum fuerit suppli-
catum de pœnæ commutatione, hoc ad Principem
spectat, qui habet supremam potestatem, ut supra di-
ximus, & non ad Tribunalia inferiora, ea regula
text. in l. 2. C. de sentent. ex brevil. re. stand. & ex *text.
in l. 1. §. si quis ultro*, circa *fin. ff. de quæst. & l. Divi. ff. de
pœn.* dixit *Reg. Tap. Marchio Belmontes decis. 12. Su-
prem. Senat. Ital. num.* 15. & est etiam *tex.* ubi *gloss. in
35 cap. inter cæteras, de sent. & re judic.* ubi sententia justa
retractari debet, non obstante, quod appellatione re-
mota fuerit delegata.

36 Dicebatur secundò, quod Mag. Cur. jam functa
erat officio suo in pronunciando, & exequendo sen-
tentiam suam, & propterea nullam amplius ut dele-
gatam in illa causa retinere jurisdictionem, *cap. in li-
teris, de offic. & potest. Iudic. delegat. l. 1. §. si quis ultro,*
circa *fin. ff. de quæst. d. l. Divi ff. de pœn.* Hinc dicimus
37 quod commissa causa *appellatione remota*, quod respe-
ctu tertii ad causam venientis pro suo interesse, clau-
sula prædicta nihil operatur, poterit enim ille tertius
appellare, ut est *text. in cap. super eo, & ibi Abb. num. 4.
de offic. & potest. Iud. deleg.* Nec ex eo, quia Filius non
reclamavit, præclusa est via ipsi Patri reclamandi,
cum tractetur de ejus notorio interesse, & videatur
per hanc secundam sententiam sui nobilitati præ-
judicatum, quo casu nedum tanquam tertius, qui
38 coæquale interesse habet in causa, potest in terminis,
in quibus causa reperitur, comparere, sed etiam no-
vum judicium pro suo interesse inchoare, ita *Card.
39 Seraphin. dec. 906. sub n. 1.* & cum sequitur *Rovit. in
dec. 1. sub num. 11 in fin.* Et nedum potest novum judi-
cium instituere, sed etiam poterit à sententia appel-
lare, & in hac causa appellationis testes producere,
etiam super causa principali, *Card. Zabarell. in
Clem. constitutionem, §. sane num. 5* ex *text. in cap. cum
super, de re jud. Abb. in d. cap. super eo, num. 3. de offic. &
40 potest. Iudic. delegat.* ibi, *delegatus recipit potestatem co-
gnoscendi, nedum inter partes, sed etiam inter tertios
comparentes pro eorum interesse, & potest talis tertius
se comparens appellare à delegato, si juri suo detrahitur
per illum.* Nam quamvis vera sit conclusio, quod tertius
41 veniens ad causam pro suo interesse debet suscipere
judicium in quo statu, in quo causa reperitur, *cap. 2. ut
lite pendente:* Tamen secus est dicendum, quando
quis ad causam venit pro suo interesse principali, ut
notat *Philip. Franc. in cap. cum speciali, 20. qu. de ap-
pell. Afflict. dec. 135. nu. 6.* Peritissimus *Regens*, & Sacri
Consilii *Præs. Merlin. centr. 48. num.* 21. & multa ad
materiam tradidi in *decis.* 164.

Et tandem dicebatur, causam esse in Collaterali
Consilio tractandam, saltem ad finem videndi, si erat
admittenda hæc ejus instantia, vel tanquam novum
judicium, vel tanquam reclamatio à prædicta sen-
tentia, in qua tantopere erat gravatus, non respectu
42 pœnæ, sed respectu qualitatis pœnæ, nam ad Princi-
pem delegantem recurrendum est, *cap. super quæstio-
nem. §. si vero in fin. de offic. & potest. Iudic. deleg.*

Pro parte vero Regii Fisci nonnulla considera-
bantur, ex quibus prætendebat, dictum Patrem esse
excludendum. Et primò in facto considerabatur, huic
condemnationi, nedum ipsum Filium, sed etiam ip-
sum Patrem consensisse, immo nedum suum consen-
sum præstitisse, sed ad ejus preces, & instantiam, evi-
tandi causa mortem naturalem ejus Filii fuisse sen-
tentiam prolatam. Cumque dicto modo executionis
pœnæ tam Pater, quam Filius consenserint, non pos-
43 sunt hodie conqueri, cum Nobilis privilegio ei ex
nobilitate competenti renunciari possit, *Greg. Lopez.
in l. 34. tit. ult. par. 7. Melchior Pelaez de major. quæst.
38. num. 2. Io. Gutierr. de jur. jur. confirm. part. 1. cap. 15.
num. 74. & lib. 4. pract. q. 14. num. 3. Baez. de debitor.
inop. cap. 16. num. 97. Azeved. in l. 4. tit. 1. num 14. lib 6.
recopilat. Balth. Amezena de potest. in seipsum. cap. 23.
num. 16. Gerond. de privileg. num. 025. Narbon. in l. 14.
gloss. 4. num. 25. tit. 2. lib. 6. nov. recopil. Escobar. de pu-
rit. & nobilit. proband. q. 4. §. 5. num.* 23.

44 Et nedum expresse privilegio nobilitatis renun-
ciari potest; sed etiam tacite, exercendo artem vilem,
*Cald. in l. nobiliores, C. de commerc. & mercat. & l. ne
quis, C. de dignit. lib. 10. Bar. in l. 1. in fin. C. eod. tit. de
dignit. Tiraq. de nobilit. cap. 33. & cap. 7. Baeza in d.
tract. de debit. inop. num. 5. & 31.* cum *seqq. Cifuent. in l.
79. Taur. col. 2. vers. septimo fallit*, est etiam *text. in §. 1.
vers. sancimus*, ibi, *Artifices ignobiles in auth. de testib.
Garz. de nobilit. gloss. §. 1.* sub *num. 58. Narbon. in d. l.
14. gloss. 1. tit. 2 lib. 6. n. 90.* cum *seqq. Escobar.* in *loco
proxime cit. num.* 25. late etiam *Gutierr. pract. qq. lib.
1. q. 137.* qui alios refert, & est *tex. in l. negotia C. negot.
ne milit. lib. 12. & in l. milites, la 2.* cum *l. seq. C. de re
milit.* eod. *lib.* 12.

45 Dicebatur secundò, quod revisio, sive reclamatio
non competit condemnato, qui sua culpa, & facto
appellare, vel reclamare omisit, ex *text. in l. 3. ut lit.
pend.* cujus verba hæc sunt, v. 3. *qui licitam provoca-
tionem omiserit, perpetuò silere debebit: nec à nobis im-
pudens a te per supplicationem auxilium tentet. Quod
46 si fecerit, desiderio suo carebit, & ignominia pœna nota-
bitur*, quæ omissio appellandi potest esse tacite, &
expresse, *Paul. de Castr. in d. l. ult. num.* 1. & sicuti ap-
pellare nequit, ita nec Principi supplicare, ut post
47 *gloss. in d. l.* dicunt *Imol. in l. ex consensu, §. ult. numer.
40. ff. de appell. & in l. 1. §. fin. col. 15. vers. sed ipse etiam,
ff. quis, & à quib.* alios recenset *Menoch. de arbitr. lib. 1.
q. 70. num.* 26.

Verum hic inquisitus nedum reclamare omisit,
sed expresse renunciavit, dum ex ejus consensu ad
evitandam pœnam mortis sequuta fuit condemna-
tio, & ideo sicuti amplius appellare non posset, ita
48 nec supplicare, nec ad Principem recursum habere,
*Paul. de Castr. in l. si quis adversus, num. 3. C. de precib.
Imper. offer. Prepos. in cap. ex ratione, n. 74. de appellat.*
quod multo magis procedit, quando sententia fuit
49 jam exequuta, & condemnatus per aliquod tempo-
ris spatium acquievit, *Paris. cons. 118. n. 8. lib. 1. Me-
noch. d. q. 70. n.* 40.

Nec dicatur, quod prædicta bene procedere pos-
sunt respectu inquisiti; secus autem respectu ipsius
Patris, cum omnibus Dominis Regentibus consta-
bat, etiam ex suo consensu, immo ad ejus preces fuis-
se prædictam sententiam ita moderatam, nec Regii
50 Fisci Patronus acquievisset, nisi cum dicta pœna
mortis naturalis, vita inquisiti durante; hinc decisum re-
fert *Franch. dec. 569.* ubi late agit de pœnis nobilium, &
ignobilium, *ibique* dicit, non fuerunt duæ sententiæ
difformes, ex quo in una fuit quidam condemnatus, ut
laqueo suspenderetur, aliter vero ad capitis obtrunca-
tionem, quia erant conformes sententiæ latæ per M.C.
V. quoad pœnam, cum omnes tendebant ad pœnam
mortis naturalis, licet difformes in modo exequendi,
51 sequitur *Rov. in collect. decis. 664. & in dec. 279. Cur.
Archiep. Neap. par.* 2.

Nec esse novum dicebatur, quod etiam Nobiles
pœnis Ignobilium in aliquibus casibus subjiciantur,

ut habetur per *De Pont. cons. 136. numer. 26. vol. 2.* in prima impressione, quod probatur ex *text. in l. Iudices, C. de dignitatib. lib. 12.* ubi quod Nobiles pro enormibus delictis debent in furcis altioribus suspendi, maxime in illis, qui non sunt de nobilitate sanguinis clara, & aperta, sed acquisita, vel ex officio, vel privilegio, respectu quorum jam vidimus, quod alias fuit condemnatus quidam de centum Continuis Domini Proregis ad Regias triremes perpetuo, & hoc stante immanitate criminis, cum occiderat uxorem sub colore adulterii, falso tamen eidem imputati, sed ob propriam lasciviam, & ob dotis mulieris lucrifactionem, per quod delictum, quia non habebatur pro convicto, fuit bis acriter tortus, & quamvis substinuisset, tamen quia valde urgebant indicia, fuit ad triremes ejus vita durante damnatus, ut testatur idem *De Pont. decis. 24. Collat. Consil.*

Sic etiam fuit practicatum cum Don Francisco Bianco nobili Siculo, qui ob fraudes, & magna furta commissa in annona hujus Civitatis, fuit super curru ad patibulum apportatus, & demum furcis suspensus, & ejus caput in crate ferrea ad muros Regiæ Dohanæ farinæ, ubi deliquerat affixum, ut refert *Tasson. in prag. de anteph. vers. 10. observat. 2.* sub *num. 26.*

Ita etiam observatum fuit in Curia Archiepiscopali, ubi quidam Clericus Nobilis, qui cum apocis falsis furatus fuerat à Banco certam pecuniæ quantitatem, fuit ad triremes per septennium condemnatus, ut refert *Episcop. Nic. in dec. 25. & in collect. 664.* Sic etiam servatum fuisse refert *Sese dec. Aragon. 12.* ubi Nobilis inquisitus de crimine falsæ monetæ, fuit flagellatus, & *in fin.* dicit, semper in Concilio vidisse determinari, quod quando crimen infamat nobilitatem, & est turpe, & vile, non gaudet Nobilis, & *Clar. in paragrapho fin. quæst. 60. num. 20. versic. prodest etiam,* circa *med.* dicit post *Bartol. de Per.* fuisse furca suspensum quendam Armigerum ex nobili prosapia, qui crucem argenteam, & calices ab Ecclesia subtraxerat, nam talis non erat dignus pœna nobilium puniri, sequitur *Farinac. de pœn. temperand. quæst. 98 caus. 14. nu. 11. limit. 5.* & quod in multis casibus Nobiles suspenduntur, & attastriantur, dixit *Garz. de nobilit. glos. 1. nu. 13. Azeved. lib. 8. tit. 23. l. 3. numer. 5. & tit. 4. l. 5 in fin. eod. lib. 4.* sicuti in Francia Nobiles etiam suspenduntur, *Tiraq. de nobilitate, cap. 20 numer. 134.* Et in crimine falsi Nobiles non gaudere Nobilium privilegiis habetur ex *Affl. dec. 404. numer. 23.* Nec per istam sententiam læditur Pater, nam qui artem mechanicam exercet, vel alio modo nobilitatem perdit, non præjudicat filiis, nec parentibus, *Tiraqu. de nobilit. capit. 15. & 35. & capit. 27* latissime *Faber* in suo *Cod. lib. 9. tit. 28. de dignitat. & nobilit. diffin. 3.* cum *seqq.* Quibus discussis in Collaterali Consilio de anno 1642. fuit resolutum, non esse locum petitis. Penes Regni hujus Secretarium.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Animal brutum an puniatur propter delictum, & qua pœna.*

D. Bartholomæus Gyptios *Episcopus laudatur, ibid. in fine.*

Animal brutum occidens hominem, an puniatur, & qua pœna, ibid. & quid si habuerit rem cum muliere, ibid. & nn. 2. & 3.

Bestialitas quomodo puniatur tàm in homine, quàm in bruto, ibid. & num. 2. & 3.

Animalis bruti coitus cum homine quomodo puniatur, ibid. & nn. 2. & 3.

Conatus punitur etiam non consumato delicto in peccato bestialitatis, ibid.

Coitus hominis cum animali bruto dicitur fieri contra naturam humanæ societatis, & qua pœna puniatur tam homo, quàm animal, ibid. & nn. 2. & 3.

3 *Merum imperium non exercetur in beluas, & animalia bruta.*

4 *Bestialitas an committatur si homo cum dæmone in corpore assumpto tam incubo, quàm succubo, in corpore humano assumpto, vel in forma bestiæ, & sit circumstantia mutans speciem in confessione aperienda, & nu. 6.*

Coeuntes cum dæmone in corpore assumpto humano, vel bestiæ, an dicantur bestialitatem committere, & incidant in casum reservatum coeuntium cum brutis, ibid.

Casus reservatus Episcopo coeuntium cum brutis, an includat coeuntes cum dæmone in corpore assumpto, sive humano, sive bestiæ, ibidem.

5 *Coeuntes cum dæmone si in illo actu intendunt peccare cum virgine, conjugata, cum masculo, &c. committunt etiam peccatum stupri, adulterii, sodomiæ, &c.*

7 *Dæmon si coëat in forma assumpta cum fœmina, & in ejus vas transfundat semen humanum ab aliquo viro acceptum, si ex tali coitu fœmina concipiat, fœtus dicitur filius illius, à quo decisum, & sumptum est semen à dæmone.*

8 *Bestialitas, an committatur si quis coeat cum fœmina mortua, vel cum bellua mortua, & nu. 9.*

Copula habita cum fœmina mortua, vel bellua mortua, an dicatur bestialitas, ibidem & nu. 9.

Coeuntes cum fœmina, vel bellua mortua, quale peccatum committant, & an dicantur bestialitatem committere, & incidant in casum reservatum coeuntium cum brutis, ibid. & nu. 9. & 10.

Coeuntes cum statua alicujus fœminæ quale peccatum committant, ibid.

9 *Coeuntes cum animali mortuo, an incidant in casum reservatum coeuntium cum brutis, & committunt peccatum bestialitatis.*

Cadaver bruti non est animal, & cadaver hominis non est homo, quia cadaver non est animatum, nec sensitivum, ibid.

10 *Coeuntes cum fœmina mortua si intendant peccare cum fœmina soluta, vel conjugata, vel consanguinea, &c. tunc ultra pollutionem, committunt fornicationem, adulterium, incestum, &c.*

11 *Coeuntes cum fœmina mortua qua pœna puniuntur in foro fori.*

12 *Coitus Christiani cum Infideli, vel è contrà qua pœna puniatur, remissivè, & quid in foro conscientiæ, numer. 13.*

Coeuntes cum sua sclava, vel mancipia, qua pœna puniantur, remissivè, ibid.

Mulieres se invicem cognoscentes quibus pœnis puniantur, remissivè, ibid.

13 *Coeuntes cum Infideli, vel Hæretica, an committant duo peccata specie distincta contra castitatem, & contra religionem, fornicationis, & sacrilegii.*

14 *Sodomium committens cum Infideli, an duo peccata specie distincta committat contra castitatem, & contra religionem.*

15 *Sodomiam committentes, an teneantur in confessione explicare se fuisse agentes, vel patientes.*

Sodomia peccatum agentis, & patientis an differat specie, ibid.

16 *Homicidium committens homo tempore sanæ mentis, si post delictum efficiatur furiosus, an debeat puniri eadem pœna, qua fuisset puniendus tempore delicti cum erat sanæ mentis.*

Latissimè agitur in hac decisione de pœna ultimi supplicii, propterea nihil superest observandum.

1 Curio-

1 Curiosa tamen offertur Observatio, An, scilicèt animal brutum propter delictum puniatur (si delictum appellari potest, stante carentia rationis) & ideò si aliquod animal irrationale hominem occiderit, putà, Porcus puerum, (ut evenire solet) vel Bos cornupeta occiderit aliquem, an debeat puniri, & qua pœna, Vel si homo, sivè vir, sivè mulier coiret cum bruto, an tale brutum puniri debeat. Nàm in lege Mosaica, & Divina puniebatur morte, ut *Exod. capit. 21. vers. 28.* sic habetur: *Si Bos cornu percusserit virum, aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes ejus*, & *Levit. capit. 20. vers. 15* sic jubetur: *Qui cum jumento, & pecore coierit morte moriatur, pecus quoque occidite*, & *vers. 16. Mulier, quæ succubuerit cuilibet jumento, simul interficietur cum eo*; & decisionem casus habemus in *can. mulier quæ accesserit 15. qu. 1.* qui sumptus fuit à *D. August. ex d. c. 20. Levitic.* in quo *text.* jubetur, quod mulier, quæ coierit cum aliquo pecore, scilicet, cum quolibet bruto debet interfici simul, & animal, ut morte moriantur, quia rei sunt. ubi *S. August.* dat rationem quare animalia bruta jussa sint interfici, cum sint irrationabilia, & legis incapacia, neque peccent; tamen, quia tali flagitio contaminata indignam facti memoriam refricant, seù renovant. Ideò puniuntur, & sic in detestationem tanti facinoris, & propter facti memoriam puniuntur etiam animalia bruta; ità etiam *Iason. in l. furiosum, num. 10. C. qui testam. facer. poss. Franc. Marc. decis. 954. num. 9. par. 1. & Guid. Papa decis. 238.* decisum in Burgund. & se vidisse testatur, quendam Porcum in furcis suspensum ex eo, quia occiderit quendam puerum. & *Boer. decis. 316.* refert quendam, qui volens habere rem cum animali bruto, & suos fecerit nisus, & conatus, licèt non perfecerit actum intra vas veritum, nec consumaverit, quia impeditus fuit, attamen fuisse condemnatum ad comburendum simul cum ipso animali prius strangulato, ut *ibidem nu. 6. circa med. vers. unde in casu prædicto*, & sic in tam detestabili crimine fuit in homine punitus etiam conatus non consumato delicto, & cum homine punitum quoque animal fuit, ea ratione supra relata à *S. August.* & alia allata à *P. Matthæo in addit. ad d. decis. Guid. Pap.* nempè quia indignum esset, & odiosum tale brutum irrationabile subsistere, & in conspectu hominum versari, & *Ranchin. in Annot. ad d. decis. Guid. Pap.* refert se multoties vidisse brutum punitum, & præcipuè quendam mulum combustum fuisse una cum homine, qui eo mulo abutebatur, & habebat rem cum eo veneream, & in primis abscissos fuisse quatuor pedes ipsius muli, & deindè in ignem projectum, & una cum homine combustum fuisse propter delicti atrocitatem, & facti memoriam, & *Ludovic. Carrer. in pract. crimin. in tract. de homicidio, cum de pœnis pro homicidio à Iure Canonico statutis, vers. circa igitur tertium, quibus ex causis pœna augeatur, numer. 21. fol. mihi 216. à terg. in antiquis impressis Venetiis 1566.* dicit, quod si animal brutum habuerit rem cum muliere, ambo comburi debent per *d. text. in can. mulier. 15. quæst. 1.* ità etiam *Gambarupt. de casibus reserva. in casu sodomitæ, & qui cum brutis coeunt, num. 7. fol. mihi 256. à ter.* & tempore Leonis Papæ X. in Monte Falisco quidam, qui repertus fuit muliebria patiens canibus agentibus fuit tàm ipse, quàm canes publicè combusti, ut testatur *Majol. de irregul. lib. 5. capit. 44. in fine. D. Bartholom. Gipsius*, qui posteà fuit Episcop. Bellicastrensis, & deindè Vulturaniensis in *tract. de casibus reservat. capit. 10. num. 2.* idem tenet; & refert, prout etiam *Ioseph de Ianuar. de casibus reservat. resol. 73. num. 24. cum. 2.* & talis coitus hominis cum animali bruto dicitur fieri contrà naturam humanæ societatis. *can. hoc ipsum §. hoc autem, in fine 33. quæst. 2.* & puniatur pœna mortis tàm homo, (*capit. vestigium, §. hinc apparet, 23. quæst. 5.*) quàm etiam animal, ut in *d. c. mulier, 15. quæst. 1. Muscatell. in pract. crim. tit. de adulter. &c. & de delictor. crimin. privileg. & pœn. num. 75. Azor. tom. 3. lib. 3. capit. 22. vers. secundo notandum. Iul. Clar. §. fornicatio, versic. cum animali bruto, numer. 27.* qui dicit ità communiter tenere DD. & citat etiam *dict. dec. Boer. 316. & §. fin. quæst. 68. num. 28.* ac in *d. §. fin. qu. 99. vers. quæro etiam, num. 8.* dicit, quod animal irrationale si hominem occiderit, de Jure non debet puniri à Judice pœna mortis, quia merum Imperium non exercetur in beluas, & quod hæc sit communis opinio, sed de consuetudine in multis locis servari contrarium, ut in casu decisionis *Guid. Pap. 238 relata*, quam consuetudinem sibi non placere, neque illam servaret, nisi in supradicto casu, quando, scilicèt homo se cum bestia carnaliter commiscuisset, tunc enim propter detestationem criminis, & ad terrorem aliorum, si homo esset suspendendus, vel comburendus, faceret pariter ipsum animal irrationale cum ipso homine suspendi, vel comburi, prout lege divina cautum est, scil. *ex Levitic. cit. capit. 20. vers. 15. & 16.* sed pace tanti viri, decisio *Guid. Pap.* fundata est etiam in lege Divina *in d. c. 21 Exod.* ibi: *Si Bos cornu percusserit virum, aut mulierem, & mortui sunt, lapidibus obruetur*, quæ lex Mosaica, & Divina videtur, quod hodiè in hoc Regno non servatur, ut benè ait *Clar.* non enim unquam vidimus animalia, quæ persæpè pueros, & homines occidant, ut experientia docet, fuisse furca suspensa, vel aliter interfecta in pœnam delicti.

4 Sed quid de Christiano habente copulam cum dæmone in corpore assumpto humano, sivè incubo tanquam viro, sivè succubo tanquam muliere, vel si dæmon assumeret formam belluæ, & in tali forma bestiæ patiatur. An dicatur bestialitas, & peccatum bestialitatis committere, & in confessione necessariò aperiendum tanquam mutans speciem, & *Ioseph de Ianuario de casibus reserv. d. tom. 2. d. resol. 73. numer. 143.* tenet non esse propriè peccatum bestialitatis, quia nunquam quis rem habere potest cum dæmone, quia est purus spiritus, & corpus assumptum quid inanimatum est, & quamvis moveatur extrinsecè à dæmone, semper inanimatum est, & per accidens cum dæmone conjunctum, & ideò censet, quod ubi est reservatus casus coeuntium cum brutis, non comprehendi casum coeuntium cum dæmone, etiam si dæmon in forma bestiæ patiatur in illo actu, quia tantùm affectivè, non effectivè est peccatum bestialitatis, & affectus nunquam 5 inducere reservationem, & sic putat ipse *de Ianuar.* talem, qui habet rem cum dæmone in corpore assumpto, solum pollutionis peccatum committere, sicuti qui se polluit cum aliqua re inanimata, & sic effectivè non aliud peccatum committere, quam pollutionis, affectivè verò committere peccatum illius speciei, quam intendit peccando, ut si rem intenderet habere cum conjugata, adulterii; si cum virgine, stupri; si cum libera, simplicis fornicationis; si cum masculo, sodomiæ, si cum moniali, sacrilegii, & sic de cæteris; sed tale etiam committere peccatum contrà Religionem, dum commercium habet cum dæmone; ità *de Ianuar.* qui nullum pro hac sua opinione adducit Doctorem; Sed alii tenent concubitum cum dæmone pertinere ad pec-6 catum bestialitatis, & propterea explicandum in confessione, quia mutat speciem, & ubi Episcopus sibi reservat casum bestialitatis, & coeuntium cum brutis, tunc comprehendi etiam hunc casum coeuntium cum dæmone in corpore assumpto, & ultrà malitiam bestialitatis hoc peccatum habere etiam malitiam superstitionis committendo non solùm peccatum bestialitatis, sed etiam sacrilegii contra Religionem, quatenus includit societatem cum dæmone, quæ circumstantia est etiam explicanda in confessione, ità *Cajet. 2. 2. quæst. 154. art. 11. Bonacin. tom. 1. de Sacrament. Matrimon.*

quest. 4. puncto 12. de bestialit. num. 1. 2. & 3. Sà verbo fornicatio, num. 6. D. Gipeius loc. cit. numer. 3. Azor. d. tom. 3. lib. 3. cap. 22. de bestialit. Nald. in sum. verbo fornicatio, num. 2. & Dian. par. 9. tract. 9. resol. 1. vers. itaque, in fin. & vers. verum, Graff. tom. 1. decis. aur. lib. 2. cap. 83.

7 Et si dæmon in forma assumpta coeat cum muliere, & in ejus vas transfundat semen humanum ab aliquo viro acceptum, si ex tali coitu fœmina generat, fœtus dicitur filius illius, à quo decisum, & sumptum est semen, *Cajet. Sà, & Graff. loc. cit.*

8 De eo autem, qui peccat carnaliter cum fœmina mortua, an committat peccatum bestialitatis, & *Nald. ubi sup.* dicit, tale pactum pertinere ad peccatum bestialitatis ex Auctore *de Bott. in rubr. ad l. Iul. de adulter.* Idem tenent *Pellizz. & frater Gesuald. de Bonon.* quos refert *Dian. ubi supra*, & mox citand. Sed contrarium tenet idem *Dian. in sup. cit. resol. 1. vers. verum, usque ad finem*, concludens, copulam habitam cum fœmina mortua non inducere vitium bestialitatis, nec fornicationis, sed tantùm continere malitiam pollutionis factæ adjutorio illius corporis mortui, quod cum sit instrumentum inanimatum, censetur, ac si esset statua illius fœminæ, & sic concubitus cum fœmina mortua idem est, ac concubitus cum ejus statua, & proindè taliter peccantem non incidere in casum reservatum de concubitibus cum brutis; & sic qui supergreditur aliquod corpus inanimatum, ut est statua, vel fœmina mortua non incidit in dictum casum reservatum bestialitatis, prout neque incideret in dictum casum reservatum ille, qui cognosceret belluam mortuam, licet intra vas illius naturale seminet, quia non est ibi **9** coitio cum animali, quia cadaver non est animal: nàm animal secundum Philosophos est substantia animata sensitiva, cadaver autem non est animatum, nec sensitivum, ità etiam *Sanch. de matrim. tom. 3. lib. 10. disp. 4. num. 14. & Ioseph de Ianuar. in dict. cit. resol. 73. nu. 144. tom. 2. de casibus reserv.* subdens, quod hic talis & si affectivè committat illud peccatum, quod patrare, intendit; attamen effectivè solum pollutionem cum re inanimata committit; Verumtamen si talis, qui di**10**ctum peccatum patrat cum fœmina mortua, intenderet peccare cum fœmina soluta, vel conjugata, vel consanguinea, &c. tunc ultra pollutionem adesset aliud peccatum specie distinctum necessariò in confessione explicandum, nempè simplicis fornicationis, adulterii, incestus, &c. Idem *de Ianuar. ibid. num. 145. & Dian. loc. cit. in fine*, ubi tandem relinquit lectoribus judicandum, an suprascripta sint probabiliter dicta, vel nè.

11 Supradicta intelligenda sunt in foro interno conscientiæ; In foro verò judiciali externo ille, qui tale peccatum commiserit cum fœmina mortua, si fuerit humilis fortunæ erit plectendus pœna mortis, & ultimi supplicii, si verò honestioris, in Insulam deportatur, vel relegatur, aut in metallum damnatur, tanquam violator corporum, & contrectator cadaverum, juxta dispositionem *tex. in l. fin. cum sua, auth. C. de sepulc. viol.* ità *Boer. in sup. cit. decis. 316. num. 13. & Clar. d. §. fornicatio, vers. cum mortua quoque, numer. 28. Muscatell. ubi sup. in pract. crim. tit. de dictorum criminum privileg. & pœn. nu. 75.*

12 De Christiano etiam habente copulam cum muliere Infideli, vel è contrà de Infideli cum muliere Christiana, & de cognoscente carnaliter suam selavam, seù mancipiam (vulgò schiava,) vel de mulieribus se invicem uti viri commiscentibus, quibus pœnis in foro judiciali externo puniri debeant; vide latè per *Boer. d. decis. 316. per totam, & Iul. Clar. in d. §. fornicatio, vers. mulieres etiam, num. 20. & vers. cum Iudæis, num. 5. & vers. inter mulieres, nu. 29.*

13 In foro autem pœnitenciali si quis Christianus haberet copulam cum muliere Infideli, putà Hæbræa, vel Turca, vel etiam Hæretica, an teneatur in confessione explicare circumstantiam personarum, quia non solùm esset fornicatio, sed esset etiam contra Religionem, idest contra reverentiam Sacramenti Baptismi, & circa hoc, duæ sunt opiniones, una affirmans quam tenet *P. Candid. tom. 2. disquis. 23. dub. 35.* ubi ait tale peccatum habere circumstantiam luxuriæ mutantem speciem, & necessariò confitendam, cum sit accessus fidelis cum infideli, cum talis accessus non solùm sit contra virtutem castitatis, sed etiam contra decus Religionis Christianæ, & proindè sacrilegam esse talem copulam, & ad sacrilegium pertinere, & ità etiam de copula fidelis cum hæretica ob dedecus, & injuriam Christianæ Religionis, ità *Candid.* quam sententiam tenet etiam *Nald. in sum. ubi sup. verbo fornicatio, numer. 2.* tale peccatum esse non solùm fornicationis, sed etiam infidelitatis, & sacrilegii, ut etiam affirmant DD. infrà mox citandi, & alii DD. quos refert *Dian. eadem par. 9. tract. 9. resol. 3. vers. itaque ad supradictos casus* & hæc opinio est probabilior. Negativam verò opinionem tanquam probabilem, licèt prior jàm mox supra relata sit probabilior, tenet idem *Dian.* & alii DD. adducti ab ipso *ibid. vers. sed ego, & vers. itaque rescripsi*, non teneri dictam circumstantiam esse aperiendam in confes**14**sione, ubi etiam idem dicendum tuetur de eo Christiano, qui commisit sodomiam cum infideli, ut neque teneatur dictam circumstantiam confiteri; sed sufficere si confiteatur se sodomiam commisisse, non explicando commissam cum infideli, & quod neque dicere te**15**neatur se fuisse agentem, vel patientem, ex eo, quia peccatum agentis, & patientis in sodomia non differunt specie, quia circumstantia patientis non est necessariò explicanda; idemque tenuit ipsemet *Dian. part. 3. tract. 4. resol. 159. part. 5. tract. 14. resol. 56. vers. quæro secundo, part. 6. tract. 6. resol. 36. & part. 7. tract. 10. resol. 8.* sed contrarium tenet *d. Ioseph de Ianuar. d. tom. 2. resol. 74 à nu. 2. ad finem.*

16 Item observo in hac decisione, quod si aliquis tempore sanæ mentis commisit delictum, propter quod esset pœna mortis puniendus, putà decapitandus, vel suspendendus, si post delictum efficiatur furiosus, an debeat decapitari, vel suspendi; & *Bald. in l. furiosum, C. qui testament. facer. poss. numer. 6.* dicit, quod non debet condemnari ad mortem, & sic non puniendum tempora furoris in persona, sed in bonis, quem sequitur *Ias. in ead. l. furiosum, num. 6.* qui dicit, non esse dandam afflictionem afflicto, & *numer. 10. in fin.* tenet non recedendum à dicta opinione *Baldi* tàm in consolendo, quàm in judicando, quia est magis communis, licet alii aliter sentiant.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Appellatione jocalium quæ ornamenta muliebria veniant; Et an, & quando in legato facto dictorum jocalium possint venire gemmæ, margaritæ, & aliæ res aureæ, argenteæ, & pretiosæ.

SUMMARIUM

1 *Iocalium appellatione veniunt etiam res aureæ, & etiam ubi adsunt gemmæ, & margaritæ, & nu. 5.*

3 *Viduæ secundum consuetudinem Barcinonæ debentur vestes, & annulus benedictionis, & unum ex iocalibus mediocribus, & quale debeat esse, num. 3.*

4 *Cingulum aureum apud Cathalanos est secundum Iocale post primum, quod regulariter dicitur Cathena aurea.*

6 *Vestes, annuli, & iocalia an censeantur uxori donata, & an ut ornatior incedat.*

7 Orna-

7 *Ornamenta, & iocalia quando non sunt magni valoris, censentur à viro uxori donata, & si sint, vel ne magni valoris, statur Iudicis arbitrio, & nu.8.*

9 Jocale *verbum quid importet secundum nostras Consuetudines.*

10 Parati *verbum quid contineat, & nu.39.*

11 *Paratum de jure communi differt ab ornamento.*

12 *Ornamentorum appellatione vestes non continentur.*

13 *Paratum est ut genus, ornamenta autem sunt species.*

14 *Paratum secundum verba usualia hujus Civitatis Neapolis dicitur ornamentum, præsertim ad caput mulieris ornandum.*

15 *Mulier secundum Consuetudinem potest habere bona multiplicis generis, & de quibus potest disponere, nu. seq. & 17.*

18 *Ornamentorum muliebrium appellatione veniunt omnia, quibus mulier ornatur, & quæ illa sint.*

19 *Margarita conjuncta auro continentur appellatione ornamentorum muliebrium, & etiam lapides pretiosi, & quid si sint apti ad removendum à dicto auro, vel argento.*

20 *Gemmæ à margaritis in quibus differant, & quomodo se habeant, & nu. seq.*

22 *Lapilli qui sint.*

23 *Frontale est muliebre ornamentum, quod alii dicunt esse catenam auream, à fronte protensam, qua coma colliguntur.*

24 *Fibula sunt monilia ad ornandum collum, vel pectus mulieris.*

25 *Vestes pretiosæ, & gemmæ efficiuntur uxoris, si talis sit ejus conditio, & nobilitas, quod diebus quoque quotidianis ei conveniant, ita ut sine illis non possit in publicum honorifice comparere.*

26 *Mulieres nobiles nihil habent festivum, & earum luxus nostris temporibus eo devenit, ut omnia ornamenta sint quotidiana, nec patiuntur extra domum videri, nisi sericis vestibus, gemmis, auroque & aliis pluribus ornata.*

27 *Ornamenta mulierum non sunt gemmæ, & margaritæ, nec superstitio ligaturarum, figmenta, vel fucamenta, & alia hujusmodi, sed boni mores.*

28 *Communis usus loquendi debet prævalere proprio significatui verborum in ultimis voluntatibus.*

29 *Iocalium appellatione veniunt collaria ex perlis composita, & etiam monilia, & gemmæ.*

30 *Collaria possunt etiam dici ornamenta mammillarum muliebrium.*

31 *Verbum* cosselle *quid importet.*

32 *Iocalia à quo verbo deriventur.*

33 *Voluntas expressa ubi constat, non est locus conjecturis, & præsumptionibus.*

34 *Præsumptio cedit veritati.*

35 *Dictio, &, conjungit præcedentia cum sequentibus, repetitque omnes qualitates præcedentes sermonis, & æqualiter copulat, ut idem sit de uno, quod de altero ex copulatis, nu.36.*

37 *Iocalium appellatione non veniunt omnia ornamenta muliebria.*

38 *Ornamentorum genera prodierunt ex vehementissimo fœminarum affectu.*

40 *Iocalia, quæ mittuntur à consanguineis viri uxori, vel è contra, ratione consuetudinis præsumuntur donata.*

41 *Corredum quid sit.*

42 *Donatio facta à patre pro dote valet, sicuti etiam si donat filiæ scrinia cum iocalibus consuetis.*

43 *Lucrum dotis an extendatur ad iocalia, & paraphernalia.*

44 *Statutum, sive consuetudo loquens de augmento dotis an habeat locum in iocalibus.*

45 *Iocalia solent etiam dici ea, quæ fuerunt missa à sponso sponsæ, & à socero uxori filii.*

46 *Legatum factum de iocalibus de jure consuetudinario hujus Civitatis quid contineat, & an sit recurrendum ad conjecturas de quibus iocalibus testator intelligere voluerit, & nu. seq. & an arbitrio Iudicis, nu. 48.*

49 *Ornamenta, & iocalia si repetantur ab uxore, debet allegare, & probare, si sunt magni, vel parvi valoris.*

DECISIO CLXXXIV.

ILlust. D. Julia Caetana Sancti Severini Princeps in ejus ultimo elogio legavit D. Isabellæ de Sangro ejus filiæ, omnia iocalia, & alia hujusmodi, quæ in ejus Arca rerum pretiosarum, sive Scrinio habebat, excepta tamen annulis gemmatis, his verbis, v. 3. *Item lascio a D. Isabella mia tutte le cosselle, è locali, che sono nel mio scrittorio, eccetto però le verghette doro, à gioie.*

Egit D. Isabella in Collaterali Consilio, ubi causa per Dominum Proregem fuit remissa, prætendendo omnia pretiosa, quæ in Arca prædicta conservabantur. E contra vero dicebant Tutores, & Balii moderni Principis, sub illa exceptione gemmatum contineri omne aurum, & gemmas in dicta Arca existentes.

8 Pro parte autem D. Isabellæ dicebatur, quod ei fuerunt legata Jocalia, appellatione quorum veniunt etiam res aureæ, ut habetur per *Michael. Ferrer. in 3. par. observat. cap. 44. col. 4. vers. accento, quod jam,* & cum refert, & sequitur *Fontanell. de pact. nupt. clausf. 7. glos. 3. part. 6. num. 54.* cum *seqq.* qui loquendo de consuetudine Barcinonæ, secundum quam viduæ debentur vestes, & annulus benedictionis, & unum ex iocalibus mediocribus, *numer. 64.* dicit, quod attinet ad unum ex iocalibus mediocribus, communiter dicunt *Doctores*, id fore judicandum arbitrio boni viri, & quod solet illud iocale liquidari, quod subsequitur post primum, & magis pretiosum, & hoc secundum iocale dicitur secunda margarita, seu gioia, & ideo cum cingulum aureum soleat esse apud Cathalanos secundum iocale, quia primum regulariter est cathena aurea, quæ solet esse majoris valoris, inde practica inolevit, ut pro mediocri iocali adjudicetur uxori cingulum aureum, ut pluries vidisse observari testatur, & sic apparet, quod appellatione iocalium nedum veniunt res aureæ, sed etiam ubi adsunt gemmæ, & margaritæ, de qua consuetudine in Principatu Cathaloniæ, quod viduæ debetur unum ex ornamentis, sive iocalibus aureis, testatur etiam *Cancer. var. resolut. par. 1. capit. 9. num. 4.* Id ipsum probatur ex *dec. Surd. 166.* ubi tractat articulum, an, & quando vestes, annuli, & iocalia censeantur uxori donata, an vero, ut ornatior incedat, & fuit determinatum, deberi vestes quotidianas, arbitrio Senatus declarandas, & eodem modo quædam monilia ex auro, quia & si pretiosa essent, tamen attenta qualitate, & conditione personarum, quantitate patrimonii, & dotis datæ, & consuetudine regionis, censentur donata.

Sic in proposito, dicebatur, non posse dubitari, quod in legato jocalium facto à matre Illustri, & divite ad beneficium filiæ amantissimæ, & benemeritæ non veniant etiam iocalia aurea, & pretiosa, & ad prædicta 7 faciunt, quia ornamenta, & iocalia quando non sunt magni valoris, censentur à viro uxori donata, ut probat *Imol. in l. pen. §. 1. post numer. 12. ver. item attende, ff. sol. mat.* & quod si sint, vel ne magni valoris, sta-8 tur Judicis arbitrio, *glos. in l. si filii tui, in verbo proba, in fine, C. de donat. inter vir. & uxor. Paul. de Castr. in l. cum quid, ff. si certs. petat. Roman. consil. 146.*

9 Insuper dicebatur, quod hoc verbum *iocalia* non reperitur in jure, sed idem importare videtur, quod per nostras Consuetudines vocatur *paratum*, ut habetur in *Consuetud. Si qua moriens, in verb. Paratum autem,* 10 & quid contineatur sub hoc nomine *Parati*, declarat *glos. Napodan. in d. verb. Paratum autem*, ubi dicit, quod hoc verbum *Paratum*, est generale, & continet vestem, aurum, argentum, & ornamenta cætera, quæ uxoris gratia præstantur, dummodo in usu proprio

ipsius mulieris frequentissime versetur, & quod magis uxoris causa, quam promiscui, communisque usus causa foret, *l. hoc legatum, ff. de leg. 3.* Et licet secundum jura communia differat paratum ab ornamento, quia paratum continet vestem, & ornamentum, *d. l. hoc legatum*, sive dicamus, quod idem vult dicere, quod ornamentum, appellatione autem ornamentorum vestes non continentur, ut in *l. ornamentorum 39. ff. de auro, & arg. legat.* & sic paratum est ut genus, ornamenta autem uti species, *l. si quid eorum, paragrapho 1. ff. de leg. 3.* tamen secundum verba usualis hujus Civitatis Neapolis, paratum dicitur ornamentum, præsertim ad caput mulieris ornandum, & sic idem importare videtur, quod jocalia, ut habetur in *Consuetud.* incip. *Si qua moriens*, ubi mulier potest habere bona multiplicis generis, nempe dotem, & alia sibi obvenientia ab agnatis & cognatis, paratum pro eadem muliere, sive ad usum ipsius, donatum à marito ipsi mulieri tempore contracti matrimonii, & quartam, si quam habet ab alio marito præmortuo, atque liberos non habuit, de quibus primis duobus non potest ad libitum disponere, sed de decem partibus unam, de aliis vero liberam habet disponendi facultatem, salvo liberis, & parentibus debito bonorum subsidio. Ex quibus videtur, quod jocalia non possunt contineri, nisi sub illo nomine parati pro eadem muliere, sive ad usum ipsius, & sic omne dispositum in parato, habebit etiam locum in jocalibus: quod tamen est intelligendum de illo parato, sive jocalibus, quæ deserviunt ad usum quotidianum mulieris, quia quæ non deserviunt ad usum quotidianum, de illis non potest mulier testari, prout non potest de dote, ut declarat *Apostilla in dict. Consuetud. Si qua moriens, in verb. ad usum fol. 203. in fine.*

18 Appellatione autem istorum ornamentorum muliebrium veniunt omnia, quibus mulier ornatur, veluti inaures, armillæ, viriolæ, annuli, aurum, gemmæ, lapilli, & alia hujusmodi, quæ ad aliud non deserviunt, nisi corpus ornandi causa, ut habetur ex text. in *l. argumento 27. §. ornamenta muliebria ff. de aur. & arg. legat.* ubi *glos.* dicit, quod appellatione ornamentorum muliebrium continentur margaritæ conjunctæ auro, vel argento parato ad mulierem ornandam, & etiam lapides pretiosi conjuncti cum dicto auro, vel argento, etiam si apti sint ad removendum à dicto auro, vel argento, in hoc tamen, ut postea recomponantur. Differunt autem gemmæ à margaritis, vel saltem gemmæ sunt genus omnium pretiosiorum lapidum: margaritæ autem species, & sunt albi coloris, quæ vulgo *perles* nuncupantur, *Tiraqu. de legib. connub. l. 9. glos. 1. par. 3. in verb. margarita.* & dicit *text. in l. & si non sunt, §. fin. eod. tit. ff. de aur. & arg. leg.* quod gemmæ sunt perlucidæ materiæ, quas (ut refert *Sabinus libris ad Vitellium*) Servius à lapillis eo distinguebat, quod gemmæ essent perlucidæ materiæ, velut smaragdi, chrysoliti, & amethisti. Lapilli autem contrariæ superioribus naturæ, ut Obsidiani, Veientani. Margaritas autem nec gemmis, nec lapillis contineri, satis constitisse *ibidem Sabinus* ait, quia concha apud rubrum mare, & crescit, & coalescit, quo in loco ubi supra idem *Tiraqu.* & proprie *numer. 17. cum seqq.* mentionem facit de omnibus muliebribus ornamentis, & inter alia *in verb. Ampyx* de cathena aurea à fronte protensa, qua comæ colliguntur, quod frontale alii dicunt; & in *verbo cathena, & cathenula*, ubi quod est veluti torquis aureus, vel argenteus, aut etiam è margaritis, & lapillis confectus, sic etiam fibulæ, de quibus loquitur *text. in d. l. argumento*, ubi *gl. in verbo fibula* declarat, quod erant monilia ad ornandum cullum, vel pectus; quæ omnia legata, vel donata censentur, secundum personarum qualitates, ut per *Loffred. d. consil. 42. per tot. Afflict. dec. 315. numer. 14. Surd. d. dec. 166. sub num. 8. vers. hac vero*, ubi quod si talis sit nobilitas personarum, quod eis diebus quoque quotidianis conveniant gemmæ, & vestes pretiosæ, tunc videtur, quod efficiantur uxoris, ex doctrina *Bald. in l. in iis, §. servus, col. fi. vers. item prædictis adde, D. salus. matrim.* qui tradidit, quod si talis sit uxoris conditio, quod sine illis non possit in publicum honorifice comparere, idem erit de pretiosis, quod de quotidianis, *Menoch. de arbitr. judic. cas. 218. in fine*, & juxta nostrorum temporum facit, quod inter nobiles mulieres nil est festivum, sed omnia ornamenta sunt quotidiana, prodeunt enim indistincte ornatissimæ omnibus diebus, nec patiuntur extra domum videri, nisi sericis vestibus, gemmis, auroque, & aliis pluribus ornatæ, & proinde quicquid esset antiquis temporibus, nunc nostri temporis consuetudo efficit, quod omnes vestes sunt quotidianæ quoad mulieres nobiles, & quæ in Civitate principalem tenent locum, ut refert *Surd. d. dec. 166. numer. 8. & 9.* licet ornamenta vera mulierum non sint gemmæ, & margaritæ, nec auri, vel vestium pompa, ne superstitio Ligaturarum, figmenta, vel fucamenta, & alia hujusmodi, sed boni mores, ut dixit *Div. Aug. in epist. 73.* quæ est registrata in *can. fucare, de consecrat. dist. 5.* & etiam refert *Albert. de Rosat. in Dictionar. in verb. ornamenta mulierum.*

28 Secundum tamen communem usum loquendi, qui prævalere debet in testamentis proprio significatui verborum, *l. liberorum, §. quod autem Cassius, ff. de leg. 3. & l. cum delamares, §. Asinam, ff. de fund. instruct. & l. labea, ff. de suppellect. legat.* appellatione iocalium veniunt etiam collaria ex perlis composita, ut habetur per *Barth. Socin. consil. 10. num. 3. & 4.* & sic etiam monilia, & gemmæ, *l. pediculis, §. & Titia, & §. fin.* juncta *glos. ff. de aur. & arg. leg.* datur ratio, quia collaria possunt etiam dici ornamenta mammillarum, & ornamentorum mulierum appellatione continentur ea, quibus mulieres ornantur, *d. l. argumenta, §. ornamenta, D. de aur. & arg. leg.* & dixit late *Socin. d. consil. 10. nu. 5. cum seqq.*

Pro parte vero dicti moderni Principis considerabantur verba legati, quia legatum iocalium non fuit simpliciter factum, sed taxative, & cum illis verbis *le cosette, & iocali*, quod verbum *cosette* aliud non importat, nisi res parvi valoris, ut sunt res parvulæ, & parvus idem est, quod res tenuis, & exigua, aut minima, & minimi pretii, prout dixit *Plin. in panegyr. & Cicer. in lib. 1. de orat.* Sic etiam iocalia adjunguntur ad illud verbum *cosette, & iocali*: Iocalia autem derivant à verbo *ioco*, quasi res iocalitiæ, & sic parvi momenti, quibus accedunt illa verba sequentia, *præter annulos, & res aureas, & gemmas*, quas noluit venire in legato; & sic legatum dicebatur esse intelligendum de illis iocalibus, & rebus parvi momenti, quæ erant in scrinio tantum, & ubi constat de expressa testatoris voluntate, non est locus conjecturis, & præsumptionibus, *l. continuus, ff. de verb. oblig.* & præsumptio cedit veritati, *l. fin. ff. de probat. Surd. cons. 97. numer. 33. lib. 1. & dec. 194. num. 20. Gratian. discept. forens. capit. 824. num. 10.* & alij per *Barbos. axiom. 50. juris usu frequent.*

Insuper considerabatur, quod legatum fuit factum rerum parvularum, & iocalium, quæ dictio, &, conjungit præcedentia cum sequentibus, repetitque omnes qualitates præcedentis sermonis, ut advertit *Decian. consil. 17. num. 9.* & est *tex. in l. Seia, §. Caio, ff. de fund. instruct.* ubi etiam *Bar. Alex. cons. 100. num. 2. lib. 6. Mascard. de probat. conclus. 1265. num. 32.* & alii per *Ant. Angel. Grat. in tract. de dictionib. in dict. 59.* & dicta dictio, &, æqualiter copulat, ut idem sit de uno, quod de altero ex copulatis, *l. si mihi, & Titio, ff. de verb. signif. l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis. Anchar. Regiens. qu. 6. num. 6. Thesaur. dec. 189. num. 1.* & alii longa serie allegati per *Barbos. in tract. de dictionib. dict. 110. num. 9.* & per *totam.*

37 Tertiò dicebatur quod quamvis appellatione ornamentorum muliebrium possint venire iocalia: non tamen è converso appellatione iocalium veniunt omnia ornamenta muliebria, quia ornamenta prædicta stant tanquam genus, iocalia autem tanquam species, prout est videre apud *Tiraq. d. tract. de legibus connub. in* 38 *l. 1. gloss. 1. pa . 2. numer.* 27. ubi invehit contra fœminas, & ait, quod ex vehementissimo fœminarum affectu prodierunt tot ornamentorum, tot instrumentorum, tot repositorum, aliarumque rerum ad eam rem pertinentium genera, & antiquis, & modernis temporibus à fœminis excogitata, & inventa, quæ amore mariti coguntur ad extremam interdum inopiam, & per viginti quatuor fere paginas ordine alphabetico ista muliebria ornamenta enumerat, & *numer.* 28. dicit, quod alia sunt prope infinita ornamentorum, & vestimentorum muliebrium genera, de quibus sic remittit ad Græcos & Latinos Scriptores.

39 Simile etiam dicitur de verbo *Paratum*, de quo loquitur *Consuetudo, Si qua moriens*, quia continet plusquam ornamentum, secundum modum loquendi in dicta *Consuetudine*, nam sub hoc nomine continentur vestes, res aureæ, & argenteæ, & cætera ornamenta muliebria, ita ut paratum dicatur genus, ornamentum autem species, ut diximus supra, & habetur per *Naped. in d. Consuetud. in verb. Paratum*: & sic necessarium est fateri, quod hoc verbum, *iocalia*, diversimo-40 de consideretur secundum loci consuetudines, & usum loquendi. Aliquando enim iocalia dicuntur quæ mittuntur à consanguineis viri uxori, vel è contra, & sic intelligit *Bald. in l. secund.* post *princ. C. de iur. dot.* & eum sequitur *Lopez. de donat. inter vir. & uxor. in rubr. paragrapho sexto numer. tertio* ubi ait, quod secundum loci consuetudinem donata præsumuntur, argumento *tex. in l. cum plures, paragrapho cum tutor,* 41 ibi, *sollemnia munera, ff. de administrat. tutor.* Alio modo intelligitur hoc verbum pro illis rebus, quæ à patre donantur filiæ, quod nos vocamus *Corredum*, quando traducitur ad domum viri, & de istis intelligit *Paul. de Castr. in l. cum pater, paragrapho pater filiæ, ff. de leg. 2.* quem refert, & sequitur *Roland. à Vall. in tract.* 42 *de lucro dotis, qu. 10. nu.* 7. ubi dicit, quod sicut valet donatio facta à patre pro dote, *l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. ercisc.* ita etiam valet, si donat filiæ scrinia cum iocalibus consuetis, quod procedere etiam dixit in cophanis, iocalibus, & aliis rebus paraphernalibus 43 *Cas. jun. consil. 119. col. penult. in fin.* & sic etiam iocalia appellat *Thesaur.* ea, quæ dantur à patre filiis, seu aliis, quando sponsa ducitur ad domum viri, ut in *dec.* 195. *in princ.* & *numer.* 7. decisum refert, quod Statutum Vercellens. locum habeat etiam in iocalibus, & corredo & quod statutum de lucro dotis habet locum in iocalibus, & cophanis sponsæ, *Menoch. consil.* 10. *num.* 49. *& seqq. Menoch. lib. 4. præsumpt.* 100. *numer.* 41. *Cravett. consil.* 149 *nu.* 6. *Thesaur. jun. in addit. ad d. dec.* 195. qui refert etiam aliam Senatus sententiam de anno 1601. 12. Novembris, quod statutum, sive consuetudo 44 loquens de augmento dotis, quod non habeat locum in iocalibus, de qua tamen quæstione non est nostrum hodie disserere, & in istis terminis loquuntur etiam *Francisc. Molin. de rit. nuptiar. quæst.* 38. per *totam*, & præsertim *numer.* 20. 21. & alii per eum allegati. Sic 45 etiam iocalia dici solent ea, quæ fuerunt missa à sponso sponsæ, *Bald. in l. cum te, C. de donat. ante nupt. & in l. 1. C. de jur. dot.* ac in *Auth. ex testamento, C. de collat.* Similiter data à socero uxori filii, *Alex. cons.* 30. *vol.* 4. & à consanguineis viri, *Bartholom. Capell. sing.* 76. & in istis etiam iocalibus donatis à viro uxori locum habet consuetudo Principatus Cathaloniæ, quod viduæ debeatur secundum iocale, ut diximus supra ex *Ferrer. Fontanell. & Cancer.*

De iure vero consuetudinario hujus Civitatis videtur, quod in legato iocalium non possunt includi res aureæ, & argenteæ, ut apparet ex *Apostill. ad d. Consuet. Si qua moriens.* incip. *Dic, quod res non parata, f.* 203. *in fin.* ubi in iocalibus non includuntur res aureæ, & argenteæ, ibi, *consistentes in auro, argento, & iocalibus.*

47 Et ideo in hac varietate recurrendum est ad conjecturas, de quibus iocalibus testatrix intelligere voluerit, unde *Imol. in d. l. penult. § 1. numer. 13. in fin. ff. sol.* 48 *matr.* dicit, standum esse arbitrio Judicis, qui secundum qualitatem personarum, & alias circumstantias judicabit, si sunt rei magni, vel parvi valoris. & est *gloss. in l. si stipulatus, C. de donat. inter vir. & uxor. Surd.* qui alios refert *d. dec.* 16 , *numer.* 10. qui etiam advertit in practica, quod actor debet probare, si sunt magni, vel parvi valoris, quia inter nobiles, & divites donatio præsumitur, *Alex. cons. 42. in fin. lib. 5. Cravett. cons.* 142. *numer.* 25. Sed in dicta causa, quia legatum fuit factum de rebus parvulis, & iocalibus, quæ erant in arca, seu scrinio, & erant excepti annuli, & gemmæ, conjecturavimus, testatricem noluisse relinquere margaritas, quæ in dicto scrinio repertæ fuerunt, quia dicebatur, esse valoris ducatorum quingentum; & ideo de anno 1642. ad relationem Spectabilis Regentis Matthiæ Crisanac, moribus, & doctrina insignis, judicavimus, ad prædictam D. Isabellam spectavisse, & spectare omnia iocalia reperta in dicta arcula præter excepta, & exceptis etiam margaritis, à quibus tamen non fuit exclusa, sed fuit dictum, quod appretientur, ad videndum, si erant dicti magni valoris, prout asserebatur. Penes Franciscum Anastasium Regium à mandatis Scribam.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Iocalia, gemmæ, & alia transmissa sponsæ, vel uxori à sponso, vel marito, an, & quando censeantur donata, & illi acquirantur, vel repeti possint à marito, ejusque heredibus, & nu. 2. usque ad* 18.

2 *Iocalia transmissa Nurui à Socero, an censeantur donata.*

3 *Iocalia transmissa à sponso sponsæ his verbis:* Ce le dona, ce l'appresenta, se ne serva, se le goda, *an censeantur donata.*

4 *Iocalia ad hoc, ut non censeantur donata, traditur cautela, ut possit sponsus ante illorum transmissionem protestari se non animo donandi illa sponsæ tradere, sed commodandi, quæ protestatio sufficit, si fiat extrajudicialiter, & absente parte per publicum instrumentum.*

Sponsæ traditur cautela ad hoc, ut iocalia acquirat in usufructu, & proprietate, ibid.

5 *Iocalia aliaque ornamenta si postquam donata fuerunt sponsæ, vel uxori, maritus pignoraverit, an tunc præsumatur revocata donatio.*

Sed quid si maritus postquam illa donavit uxori, obligavit omnia bona sua, an per istam obligationem generalem censeatur revocata donatio, ibid.

6 *Iocalia, aliaque ornamenta donata uxori à primo marito si non extent, quia fuerunt vendita, sed extet pecunia ex illorum venditione perventa, vel extent bona empta ex dicta pecunia, an debeantur filiis primi matrimonii, si mulier convolavit ad secundas nuptias.*

Pretium succedit loco rei, quando res perempta est, ibid.

Iocalia, cæteraque bona donata uxori à primo viro, debentur filiis ipsius primi mariti, ibidem.

7 *Iocalia, aliaque donata sponsæ, vel uxori à matre, vel consanguineis ipsius, vel à consanguineis viri, an acquirantur ipsi uxori, vel acquirantur viro, illiusque heredibus, & cujus contemplatione censeantur donata,*

donata, & numer. 8. 9. 10. cum seqq.

Quid de donatis sponsa, vel uxori a Principe, vel Augusta. d. nu. 8.

9 *Iocalia, aliaque transmissa uxori, vel sponsa si adest aliqua conjectura, ex qua desumitur sponsum, vel consanguineos illa voluisse donare, tunc uxori, non marito acquiruntur, & quænam sint conjectura, ibid. & num. 10. 11. 2 & 13.*

10 *Iocalia, aliaque donata à consanguineis viri sponsa, seu uxori, si jis aqui consanguinea, vel propinquior ipsis donatoribus, ipsi uxori acquiruntur non marito.*

11 *Iocalia, aliaque qua donantur uxori per compatres tempore baptismi acquiruntur ipsi uxori, licèt donentur contemplatione viri.*

12 *Iocalia, aliaque donata sponsa, vel uxori, ubi adest consuetudo, ut ipsi uxori acquirantur, servanda est.*

13 *Iocalia si a marito in testamento relinquantur uxori, tunc non solum uxor habebit iocalia sibi e viro tradita, sed etiam à fortiori ea, qua a consanguineis ejusdem viri sibi donata fuerant.*

14 *Iocalia donata sponsa, vel uxori à matre, vel consanguineis ipsius, ipsi acquiruntur, ejusque heredibus, & affertur decisio, & num. 7. & an debeatur etiam interesse, nu. 15.*

Dom. Regens Fulvios Constantius *laudatur, ibid.*

15 *Interesse an debeatur in pretio iocalium, vel gemmarum, qua debentur heredibus uxoris, adducitur decisio.*

16 *Iocalia donata uxori, vel sponsa à consanguineis viri, habet uxor tantùm in illis usumfructum, sed post ejus mortem acquiruntur in usufructu, & proprietate filiis, & heredibus mariti, & adducitur decisio.*

17 *Annulus benedictionis, cum quo fuit desponsata mulier, an censeatur donatus.*

Quid si fuit desponsata cum annulo alieno, si postea maritus alium in illius locum det, & subroget, ibidem.

Annulus, cum quo desponsatur sponsa quid significet, & quare quarto digito inferatur, ibid.

18 *Consuetudo, qua sponsus post primum concubitum mane sequenti aliquod donet sponsa, seu uxori, valet, & an acquiratur ipsi uxori, ejusque heredibus.*

19 *Lectus vidualis debetur viduis, adducitur decisio, & quomodo liquidatum fuit in illa vidua Principissa Turris nova.*

20 *Vidua an debeat habere vestes viduales lugubres ab heredibus mariti, & si habuerit, & transierit ad secundas nuptias, an illas lucretur, vel restituere teneatur heredibus prædictis.*

21 *Viduis magnis Dominis Neap. dantur non solum vestes lugubres, & lectum viduale, sed etiam paramenta lugubria pro parandis cameris.*

22 *Ornamenta muliebria, & cultus muliebris, qua sint.*

Mundus muliebris quid sit, & qua in eo continueantur, ibid.

Abusus mulierum nostri temporis in ornamentis, & luxu, ibid.

1 IOcalia, gemmæ, vestes, & alia ornamenta transmissa sponsæ, seù uxori à sponso, seù à marito, an censeantur donata, vel solum accomodata ad usum, ut ornatior appareat, & possint à marito, vel ejus hæredibus repeti ultra decis. *Surd.* 166. *hic numer.* 6. relatis à *Domino Regente*, habemus decisionem *Afflict.* 315. ubi latè de hac materia, & ibi *Addent. Clar. in paragrapho donatio, quæst.* 10. *D. Hodiern. in addit. ad decis.* 166. *Surd. Sanctissimus Ludovis. decis.* 474. *Seraph. decis.* 914. ubi etiam si non sit sequutum matrimonium, & *Andreol. tom.* 4. *controvers.* 281. ubi substinet. quod etiam in personis nobilibus, non sit judicium sufficiens ad præsumendum donationem, sed etiam requiri multitudinem divitiarum, vel adsit alia causa rationabilis, ob quam præsumi possit facta donatio, v.g. si dives ignobilis uxorem duxerit nobilissimam, aut senex adolescentulam primo ætatis flore pubescentem, ad quod allegat *Gratian. tom* 1. *discept. forens. capit.* 189. *numer.* 20. *D. Hodiern. in d. decis. Surd.* 106. *numer.* 2. & *alios DD.* atque etiam *Rot. decis.* 113. *part.* 1. *in recentior.* & *etiam D. Merlin. decis.* 58. quibus ego addo *D. R. de Marin. loca infrà citan. numer.* 25. idque ait *D. Andreol. numer.* 2. procedere non solùm in iocalibus transmissis à sponso sponsæ, sed etiam & multò magis in transmissis a socero Nurui, ex *Bald. Sanch. & Fontanell.* ab ipso citatis, ac etiam si sponsus in transmissione iocalium, & gemmarum ad sponsam usus fuisset verbo: *Ce ls dono, cs l'appresento,* neque tunc censeri donata, idemque tenet idem *D. de Marin. resol. quotid. tom.* 1. *capit.* 90. *numer.* 7. & 8. ubi latè de hac materia, & *numer.* 21. ait, neque censeri donata si dixisset, ut illis uteretur, vel ut illis gauderet, *Se ne serva, se le goda,* ità tamen, ut constante matrimonio uxori non possint à viro auferri, quia in illis habet usumfructum, & ad tollendam omnem dubitandi ansam traditur cautela marito, sivè sponso, ut ante illarum transmissionem, seù traditionem protestetur se non animo donandi illas res tradere sponsæ, quia tunc donatæ non præsumuntur, ex *Capic. in Addit. ad Napodan. in consuetud. Si qua moriens, in Addit. qua incipit: Nota ex ista glos. fol. mihi* 203. ibi: *Unde pro removendo dubio solet fieri protestatio, quod commodantur, non autem donantur,* & ex *Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 2. *glos.* 3. *clausul.* 7. *part.* 6. *numer.* 85. & *tom.* 1. *clausul.* 4. *glos.* 28. *numer.* 76. Quæ protestatio cum sit de his, quæ pendent à voluntate protestantis, sufficit, si fiat extrajudicialiter, & absente parte per publicum instrumentum. Idem *D. de Marin. ibid. numer.* 10. 11. & 24. Traditur etiam è contrà cautela sponsæ ad hoc, ut illas res acquirat tàm in usufructu quam in proprietate, ut antequam contrahatur matrimonium per verba de præsenti, per publicum instrumentum sponsus illas donet sponsæ per donationem irrevocabiliter inter vivos, si sponsus voluerit illas donare, ad quod non potest constringi sponsus, in cujus arbitrio est dictam donationem facere, vel non.

Sed in casibus, in quibus donata fuerunt, si maritus posteà dicta iocalia, vel gemmas, aliaque ornamenta pignoraverit, an tunc præsumatur revocata donatio, & *Bart. in l. si maritus la seconda, numer.* 1. *C. de donat. inter virum, & uxor.* notabiliter decidit censeri revocatam dictam donationem per hæc verba *Habet notabiliter clare hic, & in l. fin. paragrapho* 1. *de donat. & facit hac lex in argum. quod si maritus pignoraverit arnesia, sive iocalia, & alia adventitia mulieris, qua sibi donaverat, videtur donatis revocata, nec confirmatur morte. & hoc si pignoremus res illas donatas esse, quod nota perpetuò.* ità *Bart.* qui idem dixit in *l. rem legatam, numer.* 9. *in fine, & numer.* 10. ibi: *Secus in donatione facta uxori, qua per pignorationem videtur revocari, quod nota, quia si revocatur, ergò non confirmatur morte,* quod non habere locum in obligatione generali, ait *ibidem num.* 10. ibi: *Si aliquis donat uxori aliquid, & posteà obligat omnia bona sua, an per istam generalem obligationem videtur revocata donatio, puto quod non;* & licet *Bart.* in hoc secundo loco citato non loquatur specifice de jocalibus, & aliis ornamentis donatis uxori, tamen in primò loco cit. in *d. l. si maritus,* decidit expresse, & loquitur de dictis jocalibus, &c. & idem sensit *Bald. eadem l. si maritus, la seconda, & numer.* 1 *C. de donat. inter vir. & uxorem,* ubi sic loquitur: *Est in hac l. casus, quod si maritus uxori iocalia donavit, & posteà subpignoravit ea, sicut quotidiè fit, quod est revocata donatis,* quas doctrinas,

ac

nas, ac decisiones *Bart.* & *Bald.* sequitur *d. D. Andreol. d. controv.* 281. *nu.* 10.

At quid si bona prædicta donata uxori tempore matrimonii à marito, non extent, quia fuerunt vendita, sed extet pecunia perventa ex venditione talium rerum, vel extent bona empta ex dicta pecunia, & mulier mortuo viro, transierit ad secundas nuptias, an dicta pecunia, vel bona empta ex illa debeantur filiis dicti primi mariti, qui dictas res donavit, cum pretium succedat loco rei, quando res perempta est, per Sacrum Consilium fuit decisum deberi filiis primi matrimonii, & propterea non potuisse mulierem de illis disponere ad favorem filiorum secundi matrimonii, quia tenebatur reservare dictis filiis primi mariti, à quo receperat per dispositionem *l. fœmina in princip. C. de secund. nupt.* ut per *D. Reg. Salernitanum. decis.* 7. in qua *decis. D. Salernit.* duo habemus, nempè si bona donata non extent, sed extet pecunia perventa ex illorum venditione, vel bona empta ex pretio illorum, tunc dictam pecuniam, vel bona empta deberi, & succedere loco rei donatæ, ac etiam deciditur bona donata à primo viro uxori deberi filiis ipsius primi viri. Sed an hæc decisio sit contraria doctrinæ *Bart.* & *Bald.* supra relatæ videant, & considerent alii; nàm *Bart.* & *Bald.* loquuntur quando res donata non extat, nec ejus pretium, decisio verò *D. Salernitan.* loquitur quando non extat ipsa res donata, sed extat illius pretium, seù pecunia perventa ex illius venditione, vel extant bona empta ex ejus pretio, & pecunia.

7 Sed quid dicendum sit de jocalibus, & aliis ut suprà donatis tempore nuptiarum sponsæ, seù uxori ab aliis, quam à sponso, seu marito, nempe à consanguineis utriusque, & *Bart. in l. sed si plures*, §. *in arrogato, in fine, ff. de vulg. & pupill. substit.* ità distinguit, quod aut res donatæ fuerunt à consanguineis viri, & tunc viro acquiruntur, quia illius contemplatione censetur facta donatio, & in illis mulier habet tantùm usumfructum sua vita durante, proprietas verò spectat ad virum, & post mulieris mortem restituendæ sunt viro, vel ejus hæredibus; Aut res hujusmodi, donatæ fuerunt à consanguineis ipsius mulieris, & tunc cum ejus contemplatione donatæ sint, ipsimet mulieri acquiruntur tàm in usufructu, quàm in proprietate, vel ejus hæredibus, & de illis disponere potest, & ità dicit *Bart.* se consuluisse in quæstione cujusdam Dominæ,

8 & idem consulit *cons.* 30. *lib.* 2. ubi *n.* 1. dicit, quod si donatio fieret uxori, seù sponsæ à Principe, vel Augusta, vel ab eo, qui eos repræsentat, indubitanter tales res donatas remanere penes uxorem, ex *text. in l. cum multa, C. de bon. quæ liber.* & hanc distinctionem *Bartoli*, & dictam ipsius opinionem esse magis communiter à DD. receptam, dixit *Jas. in l. ut liberis, nu.* 17. *C. de collat. Cagnol. in l. contractus, num.* 38. *de regul. jur. Rol. à Vall. cons.* 10. *nu.* 10. & 11. *vol.* 1. hanc opinionem *Bartol.* in judicando dicit esse sequendam, & idem *Jas. in d. l. sed si plures*, §. *ad substitutas, num.* 8. & 9. dicit durum esse in practica discedere à dicta opinione, & distinctione *Bartol.* & in fine ait ità etiam consuluisse *Anton. Butr. in cons.* 39. *incip. Quia major pars quæsitorum*, in 2. *dub.* idem etiam tenet *Paul. de Castr. consil.* 428. *tom.* 2. *D. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 10. *de decret. Collater. Consil.* §. 1. *nu.* 9. *fol.* 500. *Mantic. de tacit. & ambig. convent. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 21. *num.* 27. *Molfes. ad consuetud. Neap. to.* 1. *par.* 3. *quæst.* 1. *nu.* 4. *Gaspar. Thesaur. quæst. forens. tom.* 3. *quæst.* 15. *nu.* 4. & 7. *Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 189. *num.* 3. & 8. *Clar. in* §. *donatio, quæst.* 10. *nu.* 2. *Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 1. *claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 6. *nu.* 92. qui sic decisum in Senatu Catalan. refert, & *Castill. decis.* 93. *nu.* 5. *D. Hodiern. ad decis.* 188. *Surd. nu.* 2. & 3. & secundum hanc distinctionem *Bartol.* fuit decisum in S.C. ut dicam infrà *n.* 14. & per *Capell. Tholos. decis.* 337. Nec desunt, qui contrarium, & contrà *Bartol.* tenent, ut per *d. D. Hodiern. in d. decis.* 188. *Surd. nu.* 8. & contrà *Bart.* decisum refert *Anna sing.* 157. & *Seraphin. decis.* 1108. *nu.* 6. *tom.* 2.

Sed si aliqua sumi posset conjectura, donatorem voluisse donare uxori, & ipsius contemplatione, maximè si id exprimat in traditione talium rerum, nempè quod rem illam donat uxori, ut liberalitatem, & munificentiam exerceat, & vult eam perpetuò ad ipsam manere, & quod nullo casu ad donatorem revertatur, tunc donatio uxori, & non marito acquiritur, ità *D. Hodiern. ibidem num.* 4. *per text. in l.* 8. *in princip. ff. de donat.* & ex *Palaz.* & *Gutier. ab ipso citat.* quod etiam voluit *Bart. in d. consil.* 10. *nu.* 1. *vers. si certum est, lib.* 2.

10 Item quando uxor, cui donatur à consanguineis viri, esset æquè consanguinea, vel propinquior ipsis donatoribus, secundum *dict. D. Hodiern. ibid. nu.* 5. & addit *nu.* 7. usque ad finem alios casus.

11 Et jocalia, vel alia, quæ donantur per Compatres uxori tempore baptismi pertinere ad ipsam uxorem, licet donentur contemplatione viri, tenet idem *Gasp. Thesaur. d. quæst.* 15. *nu.* 8. & ità sensisse *Thesaur. Patrem.*

12 Omnes tamen supra citati DD. concedunt, quod ubi adest consuetudo tales res donatas acquiri uxori servanda sit, *Surd. d. decis.* 166. *nu.* 31. *cum seq.* ubi *D. Hodiern. nu.* 5. & *in decis. ejusdem Surdi* 118. *vers. & hoc absque controversia*, cæterique DD. sup. cit.

13 Item si maritus in testamento reliquit jocalia uxori, non solum uxor habebit jocalia sibi à viro tradita, sed etiam à fortiori, quæ à consanguineis ejusdem mariti sibi donata fuerunt, & ità decisum congregatis classibus in illo Senatu, dicit idem *Gasp. Thesaur. in d. quæst.* 15. *num.* 6.

14 Et quod secundum distinctionem *Bar. in d. l. sed si plures sup. cit. nu.* 7. quod donat uxori per matrem, seù consanguineos ipsius sponsæ, seù uxoris acquirantur eidem uxori, & debeantur ipsimet uxori, illiusque hæredibus, fuit decisum in Sacro Consilio in causa Baldasaris Gambacurtæ filii Francisci Gambacurtæ; nàm cum mater Topatiæ Angliacæ uxoris dicti Francisci donasset eidem Topatiæ suæ filiæ gemmas, aliaque bona valoris scutorum auri 550. fuit mediante decreto Sacr. R.C. lato sub die 22. Februarii 1596. fol. 197. referente tunc D. Consiliario Fulvio de Constantio, postea Regente Regiam Cancellariam meritissimo; declaratum eidem Baldaxari Gambacurtæ licere retinere scutos 550. pro pretio gemmarum, seù jocalium quondam Topatiæ Angliacæ ejus matris.

15 Et cum posteà dubitatum fuisset, an deberetur interesse dictorum ducatorum 550. pro pretio dictarum gemmarum, & per idem S. C. referente eodem D. de Constantio sub die 20 Octob. 1597. fol. 262. fuit declaratum non deberi interesse scutorum 550. pro pretio gemmarum, seù jocalium quondam Topatiæ de Angliaca matris dicti Baldaxaris, quæ scuta 550. liquidata sunt in ducatis 605. in banca de Felice. ita etiam observari in Senatu Pedemont. ait *Gasp. Thesaur. qq. forens. tom.* 3. *quæst.* 15. *num.* 7.

16 De bonis autem donatis uxori, seù sponsæ à consanguineis viri, cum in illis uxor habeat solum usumfructum, ut supra cum *Bart.* & aliis diximus *num.* 7. si mortuo marito, ipsa mulier transeat ad secundas nuptias, non potest de illis rebus disponere ad favorem filiorum secundi matrimonii, sed in illis post ejus mortem succedunt filii primi matrimonii in usufructu, & proprietate, & sic hæredes primi mariti, contemplatione cujus fuerunt donatæ, *Molfes. ubi supra tom.* 1. *ad consuetud. Neapol. part.* 3. *quæst.* 1. *nu.* 4. & *quæst.* 22. *num.* 1. & ita decisum fuit in S.C. ut per *D. Salernit. decis.* 8.

D.

D. de Franch. idem tenet *decis.* 595. obi *num.* 5. mentionem facit de *d. decis. Dom. Salernit.* ità etiam decisum refert *Gasp. Thesaur. in sup. cit. quæst.* 15. *in fine.* Sed vide, quæ supra dixi in *Observ. in decis.* 131. *nu.* 8. *cum seqq. fol.* 35. ubi contrarium Ego tenui.

De hac materia latè, & omnium latiùs, ac latissime tractat *Sanchez. tom.* 1. *de matrim. lib.* 6. *à disp.* 18. *usq; ad* 26. in quibus disputationibus amplissimam habes educendi materiam circa donationem sponsalitiæ largitatis inter sponsos, de arrhis, de jocalibus, de vestibus, & aliis, quæ donantur à sponso sponsæ, vel à consanguineis utriusque.

17 De annulo benedictionis, cum quo fuit desponsata mulier, de quo *D. Reg. n.* 8. quod censetur donatus *Bald. in auth. ex testamento, n.* 31. *in fine. C. de collat. Surd. decis.* 166. *n.* 1. ubi *D. Hodiern. nu.* 5. *Gasp. Thesaur. lib.* 3. *qq. forens. quæst.* 15. *num.* 2. ubi sic in illo Senatu decisum testatur, qui annulus de consuetudine hodiè necessarius est pro matrimonio contrahendo, ad servandum ritum Ecclesiæ; & ideò vel propter mutuæ fidei signum, vel ut eorum corda eodem pignore jungantur, propterea quarto digito infertur, quia in eo vena quædam est sanguinis quæ usque ad cor pervenit, *can. fœmina* 30. *quæst.* 5. quod ampliatur etiam quoad annulum alienū, cum quo fuit uxor desponsata, si enim facto matrimonio maritus illius loco alium daret, ille annulus noviter datus, & subrogatus esset uxoris, ut etiam *Surd. ibidem d. nu.* 1. *Gratian. decis.* 118. *num.* 9. *vers. addo quod isti annuli*, & ideò talis annulus non spectat ad maritum, neque ad ejus hæredes, quamvis sit pretiosus, & magni valoris, quia datur pro impensa debita, & quasi necessaria ad contrahendum matrimonium potius, quam ex liberalitate, *Surd. & Gratian. loc. cit.* ità etiam voluit *Natt. cons.* 317. *nu.* 3. *vol.* 2.

18 Item observo, quod valet consuetudo, ubi sponsus post primum concubitum mane solemni nuptiarum die torquem auream donet uxori, quæ donatio vocatur donum matutinale, sed talis donatio non transmittitur à muliere ad ejus hæredes, si ipsa decederet antè virum, cum debeat confirmari morte prædicti mariti, ut judicetur valida, *Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 189. *nu.* 27. & 28.

19 Ad *dict. num.* 2. etiam observo, quod viduis debetur lectus vidualis, ut per eundem *D. Regent. in decis.* 94. *nu.* 1. *tom.* 1. ubi *Ego in observ. etiam nu.* 1. Nunc addo, quod ità quoque per Sacrum Consilium fuit decisum in causa D. Catarinæ de Medecis Principissæ Turris novæ, cum hæredibus, & creditoribus quondam D. Trojani Caraccioli ejus viri, nam sub die 11. Julii 1646. fuerunt condemnati hæredes prædicti D. Trojani Principis ad pretium Lecti vidualis liquidandum, fol. 595. & postea mediante alio decreto ejusdem S. C. sub die 19. Februarii 1652. ad relationem D. Consiliarii Aloysii Gambeæ fuit provisum, quòd liquidetur pretium dicti lecti vidualis in ducatis mille, fol. 969. à tergo, in processu prædicto quondam D. Trojani. Caraccioli in banca de Scacciavento. De Christofaro Scriba.

20 Sed an vidua debeat habere ab hæredibus defuncti sui viri vestes lugubres, seù viduales, & *Aretin. in l. quod in uxorem, in fine, C. de negot. gest.* dixit (quod quando dos tota sit restituenda patri uxoris, quod tunc in morte mariti, vestes lugubres non sunt fiendæ uxori per hæredes mariti, licèt aliter dicat *glos. & Angel. in l. si ex re, §. fin ff. de stipul. servor.*) Hæc sunt verba *Aretin.* Sed dicendum est, quod ubi adest consuetudo, quod uxores viduæ vestiri soleant ab hæredibus mariti vestibus vidualibus, certum est ei illas deberi, ut per DD. mox citandos; Sed an ipsi viduæ incumbat onus probandi talem consuetudinem adesse, vel hæredibus mariti dictam consuetudinem non adesse, sed contrariam, & per Sacrum Consilium teste *Capyc. d.* 26. *in fine*, fuit decisum pro vidua, ipsam nempè non debere dictam consuetudinem probare, quod ab hæredibus mariti soleant vestiri uxores viduæ, sed solum, quod viduæ in illo loco ita vestitæ consueverunt ire. Attamen *Barbos. in l. qua dote* 34. *n.* 81. & 82. *ff. sol. mat.* tenet cum *Aretin. sup. cit.* contrà dictam decisionem *Capyc.* quod scilicèt non debeantur dictæ vestes viduales, nisi in duobus casibus, nempè si adest consuetudo patriæ, quod hæredes mariti, ipsius uxorem vestiri soleant vestibus lugubribus, aliàs non tenentur, ut etiam tenuit *Addit. ad Capell. Tholos. decis.* 337. *lit. A num.* 3. *in fine.* Vel etiam quando prædicti hæredes illam alere tenentur, ut mox dicetur, quem sequitur *Sanch. tom.* 2. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 87. *num.* 31. ubi latè, qui ibidem tenet cum eodem *Barbos.* quod si vidua, quæ in casibus jàm dictis vestita fuerit ab hæredibus sui viri, posteà iterum nubat, tenetur dictas vestes indistinctè, sivè sint vestes viles quotidianæ, & modici pretii, sivè magni valoris, & festivæ, hæredibus ipsis restituere licèt (aliqui DD. citati ab ipsismet *Barbos. & Sanch.* distinguant, quod quando sunt quotidianæ, & modici pretii non teneatur restituere, secus verò si sint festivæ, & magni valoris) & solummodò ajunt *Barbos. & Sanch.* illas non debere restituere, sed lucrari viduam transeuntem ad secundas nuptias, & apud se illas remanere in supradictis duobus casibus, quando scilicèt hæredes ex consuetudine vestes lugubres prædictas facere debebant; Vel quando ei alimenta præstare tenebantur, quia alimentorum nomine veniunt, ac continentur vestes, *l. verbo victus* 43. *ff. de verbor. signific.* Nàm cum hæredes illas prestantes satisfecerint propriæ obligationi, nihil repetere possunt, ad *tex. in l. si quis pro uxore* 22. *ff. de donat. inter vir. & uxorem, l. penult. ff. de impens. in reb. dotal.* Verumtamen *D. de Franch. d.* 413. *num.* 2. testatur, quod in hac Civit. Neap. indistinctè

21 uxoribus viduis dantur vestes lugubres, imo magnis dominis dantur etiam panni lugubres scilicèt paramenta pro parandis cameris, ac etiam lectum viduale, & hæredes renitentes, S. C. illos dare cogit. De hac materia videndi sunt etiam *Amendol. & D. Reg. Addentes ad d. ded. Franch.* ac etiam *Masull. & Petr. in addit. ad d. d.* 26. *Capyc. Guid. Pap. singul.* 111. & 398. ac *d.* 296. *nu.* 1. *in fine, & decis.* 541. *nu.* 5. & alii DD. ab ipsis citat.

22 *Num.* 18. dixit *D. Reg.* quænam veniant appellatione ornamentorum muliebrium, ex *Vulpian. in l. argumenta, §. ornamenta, ff. de aur. & argent. legat.* quid verò sit mundus muliebris, & in quo differat à dicto ornatu muliebri, idem *Vulpian. ibidem in §. mundus muliebris*, ait, quod mundus muliebris est, quo mulier mundior fit, & in eo continentur specula, matulæ, unguenta, vasa unguentaria, & si qua similia dici possunt, Unde fit, quod mulier potest esse munda, non tamen ornata, ut solet contingere in iis, quæ lotæ in balneo se emundaverint, & tamen non se ornaverint, vel è contrà aliqua mulier, quæ ex somno evigilans, & lecto surgens, statim se ornet, non tamen lota, nec adhuc emundata, ut prosequitur idem *Vulpian. in eadem l. in paragrapho ornamentorum*; De quo quidem ornatu, & cultu, ac mundo muliebri loquitur etiam Sacra Scriptura in *lib. Esther cap.* 2. *vers.* 3. & 9. *cum seqq.* ubi Rex Assuerus præcepit Egeo Eunucho Præposito mulierum Regiarum, ut acciperet, & accelleraret mundum muliebrem, & traderet Esther, quæ erat una ex cæteris puellis speciosissimis de domo Regis, quæ custodiebantur à dicto Eunucho, & ipsam ornaret, atque excoleret quæ tamen, ut *vers.* 15. cum deberet ad Regem intrare, non quæsivit cultum muliebrem; sed quæcumque voluit Egeus Eunuchus custos Virginum prædictarum, hæc ei adornatum dedit, erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, & propterea non utebatur cultu, & mundo muliebri,

prout

prodit & luxu immoderato otuntur mulieres nostri temporis, immò cum scapulis sive humeris denudatis, non sine maximo scandalo, atque dedecore.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Agitatur de Legato, qui mittitur ad Supremum Principem per Civitatem [illegible]. Quæ sollemnitates intervenire debeant, ad hoc ut canonice dicatur electus; Et an, & quando ei debeatur salarium, Et quid quando quamvis non fuerit sollemniter electus, attamen ad beneficium ipsius Civitatis aliqua pertractavit, vel obtinuit.

SUMMARIUM.

1 *Legatus non potest mitti ad Principem, nisi voluntate Concilii publici Civitatis, & interveniente auctoritate Magistratus Superioris, qui præesse debet.*

2 *Legationis necessitas, & sumptuum ratio est perpendenda ante missionem Legati.*

3 *Concilio convocato pro mittendo Legato, id, quod major pars decreverit, a Præfecto, vel Principe est approbandum, nec in eo [illegible] expectandi infirmi, absentes, vel aliter [illegible].*

4 *Legatus à Civitate Neapol. non potest mitti ad nostrum Regem sine Proregis licentia, quam si non adiverit, non solum à Rege est ei audientia deneganda, sed extraordinarie erit Legatus puniendus, una cum mandantibus, & nu. seq.*

5 *Legatus admissus à Principe non potest sine licentia discedere.*

7 *Licentia pro mittendo ad Regem Legatum, si fuerit à Prorege pro justa causa petita, & denegata, an possit Civitas mittere, licet ea non obtenta, & quid practicetur.*

9 *Civitas Neap. regitur per sex Plateas, quinque Nobilet, & unam Popularium, & ad concludendum sufficit cum ursus quatuor Platearum.*

10 *Civitas Neap. pro se congreganda, ad finem mittendi Legatum un habent opus Proregis licentia.*

11 *Universitates Civitatum, & Oppidorum hujus Regni non possunt se congregare, si licentia Magistratus, vel Capitanei, qui ea illis justitiam reddit, non intervenerit.*

12 *Legati electio qualiter fieri debeat, traditur remissive, & num. 18.20. & 21.*

13 *Legati, sive Ambasciatores debent portare literas, per quas appareat de licentia, & mandato suæ Civitatis, & capitula, sive instructiones debent ordinari in Concilio communi Civitatis, ibique communiter tractari.*

14 *Salarium à quo tempore debeatur Legatis; & an debeat habere via, & itineris dispendium, numer. 15. & 25.*

16 *Legatus, sive Ambasciator, quomodo, & ordine debeat præsentare instructiones, cum ad Regem devenerit, ad hoc ut salarium consequi possit. Et quid fuit practicatum ab Authore, tempore, quo fuit ab hac Fidelissima Civitate pro Legato, sive Ambasciatore missus, nu. 17.*

19 *Actus sollemnes in negotiis gravibus debeat fieri in loco solito, ad hoc destinato.*

22 *Testis approbatus à Parte adversa plene probat.*

23 *Electio, qua non est facta collegialiter, dicitur nulla.*

24 *Civitas non tenetur de eo, quod est factum à Baronibus ad detrimentum ipsius.*

26 *Impeditus legitime excusatur, si actus non sit gestus, prout fieri incumbebat.*

27 *Legatis, sive Ambasciatoribus Neap. in Hispania assignatur locus in [illegible], & habent etiam Harionem, sive, ut vulgo dicitur Dispensa.*

28 *Sollemnitas in contractibus [illegible] suppletur auctoritate Magistratus, quod maxime procedit in Principe, numer. 29.*

30 *Principis confirmatio actus accedens, omnem defectum sollemnitatis superat.*

31 *Sollemnitatis defectus suppletur per effectum subsequentum.*

32 *Actio negotiorum gestorum quando competat.*

33 *Actio negotiorum gestorum competit etiam, quando alicui quid est factum nomine, sive mandato tertii in beneficium principalis.*

34 *Actio mandati quando competat.*

35 *Actus idem respectu diversarum personarum potest parere actionem diversi generis.*

36 *Decima fructuum an debeatur Tutori, vel Curatori administranti, post tempus tutelæ, vel curæ finitum.*

37 *Salarium, sive merces debetur etiam laboranti in re aliena.*

38 *Mandatum sponte suscipiens, licet nihil fuerit dictum de expensis, potest postmodum expensas repetere, quas fecit pro negotio sibi injuncto, quod habet etiam locum, si negotium effectum non habuit, si tamen utiliter cœptum, numer. 39.*

DECISIO CLXXXV.

Pyrrhus Joannes Capycius Galeota Princeps Montis Leonis instituit judicium in Collaterali Consilio contra hanc Fidelissimam Civitatem Neapolis, prætendendo, satisfieri debere de salario eidem competenti, tanquam Legato misso ad Suam Catholicam Majestatem pro aliquibus ejusdem Civitatis necessitatibus.

Cui judicio se opposuit Civitas, negando, non quam fuisse per eam legitime electum, nec missum, quia & si ab aliquibus Baronibus, & aliis Particularibus fuerat missus: tamen non licet Civitatibus Legatos ad Principem mittere, nisi voluntate Concilii publici Civitatis, & auctoritate interveniente Magistratus superioris, qui ei præesse debet, ut est text. in *l. fin. C. de legationib. l. 10.* & Magistratus, qui de eo consuluit, perpendere debet, & legationis necessitatem, & sumptuum rationem, ut dixit *Plcatus Secund.* apud Bizantinos in Legatis, qui maximo sumptu quolibet anno ad Imperatorem, & ad Mysiæ Præsidem salutandum mittebant, ut in *lib. 10. Epistolar. de Bizant.* impendendus apud Trajanum, *epist. 42. & 43.* de quo meminit *Petr. Greg. syntag. jur. univers. lib. 35. cap. 4. num. 21.* ita probat quod etiam probat *text. in l. si quis Decurio*, ubi *Bart. Jean de Plat. Andr. de Barul.* & cæteri, *C. de decurionib. lib. 10.* Licentius *Garz. Tolet.* super *trib. lib. Codic. d. tit. de legationib. lib. 10. nu. 4.* ubi convocato Concilio id, quod major pars decreverit, à Præfecto, vel Principe approbandum est, in quo Concilio non sunt expectandi infirmi absentes, vel alites impediti, *d. l. fin. C. de legat. lib. 10.*

Et in hoc Regno sic practicatur, quia non potest Civitas Legatum ad nostrum Regem mittere sine Proregis licentia, ut dixit *Minad. in Constit. In aliquibus, in verb. Comitum, & Baronum, De Pont. de potest. Proreg. tit. 2. de mandatis. Civitat. §. 7. numer. 1.* Ita ut si Proregem pro licentia non adiverit, non solum à Rege est ei audientia deneganda, sed extraordinarie erit Legatus puniendus una cum mandantibus, juxta dispositionem *tex. in paragrapho si tibi quoque cura, in auth. de mandat. Princip.* ibi: *committimus eam enim omni correctione, & responsionem non dabimus.* Eoque admisso similiter

6 similiter discedere non debet absque licentia, aliàs indignationem competentem sortiatur, ut in *d. l. si quis decurio*, & *Rebuff. ibid.* notat, pœnam esse arbitrariam, *Capiblanc. de Baronib. prag. 3. num. 138. Bald. in Auth. Statuimus, C. de Episc. & Cler.* qui dixit, extra ordinem esse puniendos, *Mur. Gurrb. consil. 69. numer. 3.* 7 sed quando licentia pro justa causa fuit petita, licet denegata, tunc licita erit judicanda missio, seu legatio, & in hoc casu fuisse personas ad hoc destinatas benigne 8 receptas, eisdemque fuisse solutum salarium, & sic fuisse practicatum cum nonnullis Legatis, refert *De Pont. in loco* supra cit. *num 3. & 7 cum seqq.* ubi etiam meminit *numer. 13.* de sententia Regis Federici de anno 1649. pluries confirmata, quod cum Fidelissima Civitas regatur per sex Plateas, quinque Nobiles, & unam 9 Popularium, sufficit concursus quatuor Platearum, juxta dispositionem *tex. in l. quod major. ff. ad municip.* & idem practicari testatur quotidie in Tribunali Sancti Laurentii hujus Civitatis, late etiam *Reg. Sanfel. decis. 135. 1. vol.* & præsertim à *numero 14.* & in *fi.* ponit literas Suæ Majestatis circa hanc materiam legationis mittendæ.

10 Est tamen verum, quod dicta Fidelissima Civitas pro se congreganda, ad finem mittendi Legatum non habet opus Proregis licentia, & hoc ex particulari 11 Civitatis prærogativa, quod non permittitur aliis Civitatibus, & Oppidis hujus Regni, quia hoc facere non possunt, si licentia Magistratus, vel Capitanei, qui in illis justitiam reddit, non intervenit. *Franch. dec. 446. Surgen. de Neapol. illustr. lib. 1. cap. 25. num. 22.* qui, 12 qualiter electio dicti Legati fieri debeat, tradidit, & videndus etiam *Reg. Tap. dec. 10. Supr. Ital. Cons.* ubi late de materia *numer. 5.* refert post *d. Surgen.* literas Suæ Majestatis, in quibus disponit, esse pro licentia adeundum D. Proregem qui tamen eam negare minime debet, & nonnulla ad materiam practicata, & decisa affert.

Et sic dicebatur, dictum Pyrrhum Joannem, qui absque licentia Proregis, nec etiam petita fuit missus, non poterat salarium obtinere.

Insuper dicebatur, quod neque de ipsius electione facta per majorem partem Platearum, prout moris est, constabat, & ut dixit *Bar. in d. l. fin. C. de legation.* & idem *Bart. Bald. Ang. & Ioan. de Plat. in d. l. si quis decurio*, & idem *Ioan. de Plat. in l. Palatinos, C. de col-* 13 *lat. fund. fiscal. lib. 11.* quod Legati, sive Ambasiatores debent portare literas, per quas appareat de licentia, & mandato suæ Civitatis, & capitula ambasiiatæ, quæ nos vocamus Instructiones, debent ordinari in Concilio communi Civitatis, & ibi tractari communiter, *Bald. in l. si quid extra ordinem, C. de legationib. Avil. in capit. Prætor. 54. in glossa da hazer, sub an. 1. & in verb.* 14 *Partiere, nu. 1.* & salarium eis debetur à tempore, quo fit præceptum de eundo, quousque fuerint licentiati, *Bal. in d. l. si quis decurio, Avil.* ubi supra, *Petr. Gre-* 15 *gor. syntag. iur. univers. lib. 35. c. 4. num. 13* & debent etiam habere viæ, & itineris dispendium, *Cajac. in l. filius 7. de legat. lib. 2. Respons. Pap. Gothofred. in l. Tutt. ff. ad municip. Am-ya in 10. lib. Cod. tit. de muner. & honor. l. 3. numer. 33.* quod etiam ex *l. 39. tit. 6. lib. 3. recopilat.* 16 cautum fuisse apparet, ubi disponitur, quod in scriptis adducant suam Instructionem, Tabellionis Curiæ manu subscriptam, qui in libris Concilii tenetur scribere, quo die iter facit, & à Civitate proficiscitur, & cum talis Legatus ad Regem devenerit, debet coram persona ad id destinata suam Instructionem præsentare, & diem scribere, quo id fecerit, aliàs salarium non lu-17 crabitur. Quod quidem Ego practicavi, quia cum fuissem ab hac Fidelissima Civitate in anno 1640. & 1641. ad Suam Majestatem pro Legato, sive Ambasiatore missus, Instructiones, quas firmatas habebam à Civitate, statim præsentavi in Supremo Italiæ Consilio, & à Curia non discessi, nisi obtentis Regiis literis, & expeditionibus; & quod debeat portare lite-18 ras, & scripturas suæ legationis, ex pluribus Doctor. authoritatibus hoc firmat *Amaya in d. l. 3. nu. 3. cum seqq.*

Item, quod nullibi constabat, d. Ill. Principem Montis Leonis fuisse per Civitatem pro dicta legatione electum, nec missum, quod nedum probatur con-19 trario non prolato; sed ad saturitatem fuit productum id, quod fieri consuetum est in aliis similibus electionibus in loco solito, ad hoc destinato, & prævia solemni convocatione, prout fieri debet in omnibus negotiis gravibus, *l. actuarios, C. de numerar. actuarios, lib. 12. l. 2. C. de decurionib. lib. 10.* aliàs actus esset nullus, *Ioann. de Plat. in d. l. 2. num. 2. Bovad. lib. 3. Polit. c. 7. nu. 10. Azeved. li. 3. non. recopil. tit. 6. l. 1. nu. 7. Garz. in rubr. eod. tit. de decurion. num. 2. cum seqq.* Et propterea non fuit admissus tanquam Legatus, sive Ambasiator Civitatis per Invictissimum Regem Nostrum, ejusque Supremum Italiæ Consilium, ut ipse idem fatetur in primo memoriali, ubi petit salarium, non tanquam Le-20 gatus, sed in remunerationem ejus quod pro Civitate operatus fuit. Insuper communis stylus, & observantia est, ut conclusio facta per Civitatem mittendi ad Regem nostrum Legatum, registretur in libris publicis, qui conservantur in Ædibus Divi Laurentii, & quando redit cum expeditionibus, & literis Suæ Majestatis, similiter solemniter recipitur, & omnia prædicta notantur in dictis libris, seu registris, ut apparet ex aliis legationibus, de quibus etiam mentionem facit 21 *Reg. Tap. d. dec. 10. Suprem. Ital. Consil.* & de observantia in eligendo Legatum, testatur etiam *Surd. de Neap. illustr. d. capit. 25. numer. 19* ubi dicit, stylum prædictum esse de forma, & de Instructionibus, & literis à Legatis, sive Ambasiatoribus ferendis plene *Gasp. Bragacc. in lib. intitulato l'Ambasciatore, lib. 1. capit. 7.* multa etiam per *Buleng. de Imper. Roman. lib. 4. capit. 21. Gutterius de offic. Dom. Aug. lib. 1. capit. 4. Azeved. lib. 6. tit. 8. numer. 3. in rubr. Corset. sing. 15. Conrad. Brun. de legat. lib. 1. c. 10. in princ. Bovad. polit. d. c. 7. nu. 25 lib. 3.*

Quibus adstipulabantur ea, quæ fuerunt per ipsam Civitatem probata, quod re vera fuit missus à Baronibus, & aliquibus Particularibus, à quibus etiam habuit quandam pecuniarum quantitatem: qui testes exa-22 minati pro Civitate erant omni exceptione majores, & unus ipsorum fuit etiam approbatus per dictum Illust. Principem, & proinde plene probat, *Bursat. consil. 235. numer. 71. Cornaz. dec. Lucens. 83. numer. 3. Amat. dec. March. 61. numer. 41. Gabriel. comm. concl. tit. de testib. conclus. 1. num. 13. Farinac. de testib. quæst. 63. numer. 242.*

23 Et demum dicebatur, quod dicto actori omnia deficiebant, nam non erat collegialiter electus, & sic nulliter, ut post alios per *Alfons. Villagut. in tract. de reb. Eccles. male alienat. restituend. cap. 12. ex num. 7. cum* 24 *seqq.* Et quamvis aliqui Particulares, & Barones eum elegissent, tamen non ex hoc Civitas condemnari poterat, *Anna alleg. 21. num. 6. vers. non obstat.* Non adfuit 25 licentia Proregis, quæ requirebatur, & propterea non deberi salarium, quamvis legitime fuisset electus, sed tantum ex æquitate expensas itineris, decisum refert *Gurrb. d. consil. 69. in fin.* & sic omni jure à prætensa salarii solutione esse excludendum concludebatur.

Pro parte vero ipsius Principis dicebatur, ipsum rei veritate fuisse missum pro occurrentiis totius Civitatis, quæ tamen fuit impedita se congregare pro facienda electione Legati in personam ipsius, mediantibus prohibitionibus factis, tam Plateis, quam Gubernatoribus ipsarum Platearum, quos *quinque, & sex* vocant, ut non se congregassent, quod ex plu-26 rium testium depositionibus constabat: & sic sufficit probare, quod actus gestus fuisset, nisi adfuisset impedimentum faciendi id, quod fieri incumbebat, *l. qui commeatus, ff. de re milit.* ubi etiam *Bart.* & hunc *text.*

text. singularem esse: ad hoc dixit *Angel. in l. 2. §. si judicium, ff. si quis caution. Carn. cons. 109. nu. 11. li. 2. C. aza. cons. 151. num. 12. Menoch. cons. 469 n. 110. Felin. in c. plerumque de rescript.*

27 Insuper asserebant, quod de hoc dubitari amplius non poterat, cum Rex Noster eum uti Nuncium, & Legatum hujus Civitatis receperit, ac tractaverit, assignando ei in festivitatibus locum, prout aliis Neapolitanæ Civitatis Legatis assignari solitum est: Habuit etiam stationem, sive, ut vulgo dicunt in Hispania, *Dispensa*, Rex, & Consilium eum admiserunt, ut nomine Civitatis negotia proponerete, & habuit etiam literas Suæ Majestatis, ubi apparebat, quod nomine publico multa proposuit, & responsum, & provisiones pro publico beneficio obtinuit, ex quo fit, quod quamvis sollemnitates circa electionem ejus personæ defecerint, quia ob impedimentum adimpleri non po-
28 tuerunt, tamen defectus suppletur authoritate, & confirmatione Summi Magistratus, sicut dicimus de contractu minorum, absque sollemnitatibus, *Bart. in l. si curatorem, numer. 6 C. de in integr. restit. minor. l. si infanti 18. in fin. C. de jure deliber. Bal. in l. quicunque, C. de bon. quæ liber.* quod maxime procedit in Princi-
29 pe, immo in summo Principe, prout est Rex Noster Invictissimus, *Alber. in l. 2. & in l. magis, paragrapho non passim ff. de reb. cor. Ioan. Andr. in add. ad Specul. de instrum. edit. §. porro, vers. donatio. Vuessembec. cons.*
30 *3. de contract. nu. 67. Paris. cons. 47. num. 61. vol. 1.* Et est ratio, quia Principis confirmatio actui accedens, om-
31 nem defectum sollemnitates superat, *l. omnium, C. de testa. l. 2. C. quand. decret. non est op.* Et cum ipsa legatio, sive ambasiata suum habuerit effectum, non est amplius de sollemnitate curandum, quia sollemnitatis defectus nocere non debet, *l. 1. & 2. & l. si veritas, C. de fideic. Bald. consil. 402. in fi. lib. 5. Rom. consil. 222. Cravet. consil. 274. num. 7. Felin. in cap. sicut, sub nu. 42. vers. quoniam expresse, de sent. & re judic. Ioan. Cephal. cons. 608. num. 55.* Et demum producebatur chirographum, seu litera Domini Ducis Medinæ de las Torres tunc Protegia, in qua apparebat, qualiter dictus Pyrrhus Joannes cum omni munificentia, & liberalitate, & cum multo suæ domus incommodo repræsentavit, esse Legatum Civitatis.

Quibus tamen non obstantibus facta relatione per Regentem Ferdinandum Brancia Ducem Belvederii, tunc causæ Commissarium, fuit habitum pro vero nunquam fuisse Legatum Civitatis nec uti talem reputatum, & ideo Fidelissima Civitas fuit ab impetitis absoluta.

Verum cum obtinuisset, iterum per viam reclamationis deberi de justitia hujus causæ tractari, fuit in reclamatione consideratum, quod quamvis non fuisset Civitatis Legatus, sive Ambasiator, tamen negari non poterat, quod negotia ad beneficium Civitatis tra-
32 ctaverat, & aliqua in ejusdem commodum à Sua Majestate obtinuerat, ex quo sequitur, quod gerens negotium alicujus, habet adversus eum actionem negotiorum gestorum pro impensis factis, *l. 2. in princ. ff. de negot. gest.* quod procedit, etiam si bene inceperit,
33 sed non perfecerit, *l. sed an ultro, §. hoc autem, ff. eod. tit. Capyc. dec. 18. nu. 5.* & etiam si id faceret, non de ordine, seu mandato principalis, sed alterius, qui principalis nomine hoc illi injunxerit, *Rot. Genuens. dec.*
34 *154.* ob quod actio mandati competit ei, qui rem utilem gessit de ordine alterius, ad beneficium tamen interesse habentis, nedum contra tertium mandantem, sed etiam contra eum, cujus contemplatione, & rei veritate negotium esset gestum, & hoc, quia pro eo utile negotium gessit, *l. quæ utiliter, paragrapho Titius, & l. si pupillus, paragrapho si Titii, & glos. in l. 3. para-*
35 *grapho apud Marcellum, ubi Doctor. ff. de negot. gest.* nam idem actus respectu diversarum personarum, potest parere actionem diversi generis, videlicet contra man-

dantem actionem mandati, contra vero eum, ad quem negotium spectat actionem negotiorum gestorum, *l. si mandato, & ibi Bal. C. de neg. gest.* Sicuti etiam dici-
36 mus de Tutore, vel Curatore, cui decima fructuum debetur, quia si finita tutela administraverit, quamvis decima non deberetur, tamen debet habere justam mercedem, vel salarium condignum sui laboris, *Gutierr. de tutel. par. 3 cap. 19. numer. 10.* quia etiam labo-
37 ranti in re aliena merces, sive salarium debetur, *l. idemque, paragrapho idem Labeo, mandat.* Hoc etiam habetur ex *Avil. in d. c. Prætor. 54. in verb. ha de hazer, nu.*
38 *3.* ubi ait, quod si quis sponte suscipiat mandatum, licet nihil fuerit dictum de expensis, potest postmodum repetere expensas, quas fecit pro negotio sibi injuncto, quod optime etiam probat *text. in l. ff. de negot. gest.* ubi si quis absentis negotia gesserit, licet ignorantis, tamen quicquid utiliter in rem ejus impenderit, vel etiam ipse se alicui obligaverit, habet eo nomine actionem,
39 quod procedit, quamvis effectum non habuerit negotium, quod gessit, quia sufficit, si utiliter cœpit, licet effectum non habuerit, *l. sed an ultro, §. 1. eod. tit. de negot. gest.*

Et proinde cum ex pluribus testibus fide dignis fuerit probatum, quod pro se substentando in Villa Madrid, & negotia pro beneficio ipsius Civitatis tractando multum impendit, & aliqua etiam obtinuit pro ejusdem beneficio, æquum visum fuit aliquid reficere pro dictis expensis de proprio factis. Unde de mense Septembris 1642. referente eodem Ill. Duce Belvederii Reg. Brancia causæ Commissario, fuit dictum, bene fuisse reclamatum, & sic ex causis discussis fuit condemnata Fidelissima Civitas ad solvendum dicto Ill. Principi pro omnibus per ipsum prætensis ducatos tres mille. Cumque fuisset petita in integrum restitutio pro parte dictæ Civitatis. Die 6. Februarii 1643. fuit dictum, non esse deferendum. Penes Barrilem Regium à mandatis Scribam.

OBSERVATIO IN DECISIONE CLXXXV.

SUMMARIUM.

1 *Salarium, sive merces debetur ratione laboris, & quia solvitur in remunerationem laboris videtur debeti de jure naturæ, & etiam de jure Divino, numer. 3. & 4.*

2 *Mercedem, & remunerationem dat Deus iis, qui ipsum diligunt, ejus mandata custodiunt, operantur justitiam, vel opera misericordiæ faciunt, & probatur ex multis locis Sacræ Scripturæ.*

3 *Merces, & salarium debetur operariis, & laborantibus pro alio de Iure Divino, & probatur ex multis locis Sacræ Scripturæ, & nu. 4.*

5 *Salarium dicitur solatium laboris.*

6 *Merces famulorum de Iure Saxonico præferuntur omnibus aliis creditoribus, quod declaratur, ibidem, & quid de Iure communi, num. 7.*

7 *Mercedes famulorum de Iure communi æquiparantur creditis posterioribus hypotecariis, sicque non præferuntur creditis anterioribus, nec etiam doti mulieris, & aliis privilegiatis.*

Famuli, & ministri in bonis Dominorum tacitam tantum habent hypotecam, ideò non præferuntur creditoribus anterioribus, ibid.

8 *Salarium famulorum, & familiarium Dominorum Cardinalium, Patriarcharum, Episcoporum, Referendariorum, Auditorum, Clericorum Cameræ Apostolicæ, Præsidentium, Abbreviatorum, &c. per motum proprium, seu Bullam Pauli PP. III. non debetur, nisi pro duobus annis, & infrà annum à die obitus Patroni peti debet, alias elapso anno peti non potest, quia præsumitur fuisse satisfactos in vita illorum.*

Qui motus proprius locum habet solum in servitoribus, quibus mensatim solvitur salarium, non autem in Medico, qui petere potest salarium ab haredibus dictorum Prælatorum, etiam ultra biennium ante illorum obitum, ibid.

Bulla, sive motus proprius Pauli PP. III. circa salaria famulorum DD. Cardinalium, aliorumque Prælatorum refertur, & quomodo intelligatur, ibid. num. 8. 9. & 10.

10 Salarium Procuratorum ad lites, an comprehendatur in Bulla Pauli PP. III. circa salaria famulorum Dominorum Cardinalium, & Prælatorum, adducitur decisio.

11 Salarium non conventum non debetur etiam secundum stylum Curiæ Romanæ illi, qui retinetur in domo Prælati cum expensis tantum sub spe remunerationis.

12 Salarium non conventum non debetur, nisi duo extrema copulativè probentur, quod scilicet unus sit solitus locare, alter verò conducere.

Fallit in Vicario Episcopi, numer. 13.

Fallit etiam in Advocato, num. 28.

13 Vicario Episcopi an debeatur salarium, etiam si non sit conventum, & nu. 14. 15. & 16.

Episcopus tenetur salarium constituere, & dare suo Vicario, ibid.

14 Vicarius Episcopi an petere possit salarium à successore.

Episcopus an teneatur habere Vicarium, vel possit illo carere, ibid.

16 Episcopus successor non tenetur ad debita voluntaria, sed tantùm necessaria prædecessoris, ibidem & numer. 16.

Episcopus successor non tenetur solvere salarium Vicario Episcopi prædecessoris.

17 Salarium non conventum, an debeatur ei, qui inservierit Episcopo in officio Camerariatus.

18 Vicario Episcopi an debeatur salarium integrum totius anni, si infra annum culpa sua cessavit ab officio, & quid si culpa ipsius Episcopi.

19 Salarium integrum an debeatur officialibus, & lectoribus publicis, si moriantur intra annum, vel si fuerint impediti, non potuerunt inservire, & num. 20. & 32.

20 Labor, & pecunia recipiunt divisionem.

Salarium debetur Lectori infirmo, ibidem in fine.

21 Salarium an debeatur famulo infirmo pro eo tempore infirmitatis.

Cappellanus infirmus an teneatur per alium celebrare facere, ibid.

22 Episcopus, qui non solvit salarium Vicario, an possit illius emolumenta sibi appropriare, & capere, & nu. 23. 24. 25. & 26.

Emolumenta Vicariatus, an possit Episcopus capere, & sibi appropriare absque simoniæ labe, ibid.

Simoniam an committat Episcopus percipiens emolumenta Vicariatus, ibid.

Episcopus vices suas, scilicet suam Iurisdictionem spiritualem, & Vicariatum non potest alteri concedere sub pretio, & percipiendo emolumenta Vicariatus, ibid. & num. 23. 24. 25. & 26.

Simoniam an committat Episcopus concedendo vices suas, & Vicariatum sub pretio, vel emolumentis Vicariatus, ibid.

Militare nemo debet sumptibus propriis, ibidem.

23 Episcopus non potest creare Vicarium cum pacto de participando de emolumentis Vicariatus, quia esset simonia.

Capitulum sede vacante non potest eligere Vicarium cum pacto, quod singuli de Capitulo participent de salario, & emolumentis Vicariatus, ibid.

24 Episcopo non licet dicere Vicario, da mihi tantum, puta centum, & totum lucrum Vicariatus tuum sit, neque dicere, da mihi partem emolumentorum, & eorum, quæ lucratus fueris, quia esset simonia, ibidem.

Episcopus potest constituere Vicario congruum salarium, & omne lucrum Vicariatus ipse Episcopus percipere, ibid.

Simoniam committit Episcopus participans de emolumentis Vicariatus, ibid.

25 Vicarius non potest emere, vel conducere pretio Vicariatum, quia id tendit in gravamen subditorum, & subversionem iudiciorum, nam sæpe talis inducitur ad extorquendum pecuniam à subditis per fas, & nefas, & puniuntur res, bona, & bursa, quando esset punienda persona.

26 Episcopus recipiens pecuniam pro Vicariatu, & pro concedenda Iurisdictione spirituali, & pro decidendis causis Ecclesiasticis, an teneatur ad restitutionem.

27 Vicarius, qui dat pecuniam Episcopo pro Vicariatu, an teneatur resignare.

28 Advocato debetur salarium, etiam si non sit conventum.

Salarium Advocati potest ascendere ad scuta centum, ibid.

29 Advocatus, qui gratis servivit, an possit nihilominus salarium petere, remissivè.

Advocatus litigans cum alio, an possit petere expensas, quas fecisset, si non esset Advocatus, ibid. remissivè.

30 Advocato debetur integrum salarium pro toto anno, infra quem moritur, & transmittit illud ad hæredes, & num. 31.

Salarium Advocati est privilegiatum, quia ipsi debetur integrum, licèt infra annum moriatur, ibidem.

32 Salarium integrum debetur non solum Advocato, sed etiam Potestati, Præsidi, Assessoribus, & Doctoribus legentibus, si infra annum moriuntur, & num. 19. & 20.

33 Salarium, quod datur Advocatis, & Doctoribus, est privilegiatum, sicuti pecunia dotalis, & sicuti mulier præfertur pro dote, ita & Doctor pro suo salario.

34 Assessori locanti operas suas ad tempus, debetur merces pro toto tempore, quamvis eas non præstiterit ob mortem conductoris.

35 Salarium tutori, vel curatori non debetur si à principio administrationis non fuerit petitum, & à Iudice constitutum.

Tutori, vel curatori non debetur salarium, nisi à die petitionis, ibid.

36 Tutor si fuerit Advocatus, & patrocinavit in causa pupilli debet habere salarium, etiam si a principio ei non fuerit constitutum.

Balio, qui datur pupillo pro bonis feudalibus debetur salarium, ibid.

37 Executoribus testamenti an debeatur salarium.

38 Advocati dicuntur militare, & ideò sunt necessarii Reipublicæ sicuti milites armorum.

Advocati lapsa erigunt, fatigata reparant, & humano generi provident, non minus, quam si præliis, atque vulneribus patriam, & parentes salvarent, atque laborantium spem, vitam, & posteros defendunt, ibid.

39 Advocatus eligi debet, qui habet vocem gloriosam, quia vox gloriosa auditur, avidè, faciliter imprimit, quod intendit, & aures audientium demulget.

40 Advocatus debet in dictis, factis, ac gestibus corporis decore fulgere.

Advocatus non debet esse verbosus, sed breviloquus, gravis, cautus, irreprehensibilis, maturus, pavidus, & alias qualitates habere debet.

Advocato

Advocatorum requisita, quæ sint, ibid.

41 *Episcopus, qui habet Vicarium Generalem, non potest constituere Vicarium specialem, ut de sola dispensatione directa a Papa Vicario Generali, cognoscat, posset tamen olim Vicarium Generalem deposito priori constituere.*

Dispensationes, & causæ commissæ à Papa Vicario Generali, non possunt expediri ab illo, quem Vicarium specialem in illa causa, vel dispensatione tantum Episcopus constituerit, ibid.

42 *Episcopus, qui tenet Provicarium, si à Papa committatur aliqua dispensatio, vel alia causa Vicario Generali, non potest dictum Provicarium in illa causa tantum constituere Vicarium Generalem, ut de illa sola causa, vel dispensatione cognoscat.*

43 *Commissio, dispensatio, vel alia causa commissa Vicario, non potest expediri per Episcopum.*

44 *Episcopi, & ejus Vicarii idem est Tribunal in causis, scilicet, quæ jure ordinario competunt Vicario, non autem in causis delegatis.*

45 *Dispensationes commissæ à Papa Vicario Generali Episcopi, vel ipsi Episcopo non possunt expediri à Vicario Capituli, sede vacante.*

Quid de dispensationibus commissis Vicario, an possint expediri per Episcopum, nu. 46.

46 *Capitulum non succedit Episcopo in Iurisdictione delegata, sed tantum in ordinaria.*

47 *Vicarii Iurisdictio finitur non solùm morte naturali Episcopi, sed etiam morte civili, ut puta si Episcopus fuerit excommunicatus, vel captus ab hostibus, vel ingressus fuerit Religionem, sic etiam per renunciationem, depositionem, cessionem, translationem, relegationem, permutationem, vel aliam similem abdicationem, & tunc administrat capitulum.*

48 *Vicarius, si efficiatur Episcopus ejusdem diœcesis, vel aliàs desinat esse Vicarius, an possit cognoscere de dispensatione, vel causa commissa tempore, quo erat Vicarius, & nu. 49. 50. & 51.*

Vicario mortuo, vel remoto ab officio, an dispensationes, & causæ sibi commissæ possint expediri à successore, ibidem & nu. 49. 50. & 51.

Dispensandi commissio, & quæcumque alia potestas delegata an expiret morte, vel cessatione officii personæ, cui commissa est, ibid. & 42. 43. & 44.

Delegata potestas an expiret morte, vel cessatione, & officii personæ, cui delegata est, ibid. & numer. 49. 50. & 51.

49 *Delegata potestas tribus modis alicui committitur, scilicet vel expresso solo nomine ipsius, vel expresso solo nomine dignitatis, vel expresso utroque nomine personæ, & dignitatis.*

50 *Commissio, & delegatio quando est personalis, cum scilicet facta est Petro soli, solo ipsius nomine expresso, an cesset morte, vel cessatione ab officio, seu dignitate ipsius delegati, & transeat ad successorem, & numer. 45.*

Commissio, & delegatio, quando est realis, cum scilicet facta est sub solo nomine dignitatis non extinguitur, ipsius morte, vel cessatione à dignitate, sed transit ad successorem, ibidem.

51 *Commissio, vel dispensatio alicui facta sub utroque nomine personæ, & dignitatis, an censeatur realis, vel personalis, & extinguatur morte, vel cessatione ab officio, vel dignitate, an verò transeat ad successorem, & num. 45.*

52 *Commissio facta alicui expressis simul nominibus personæ, & dignitatis, si illam resignaverit, & desinat esse in illa dignitate, vel officio, an possit adhuc de illa causa cognoscere, an verò successor in ea, & num. 53. & 54.*

Iudex Synodalis electus sub nomine proprio personæ, & etiam dignitatis, si illam resignet, & desinat esse in dignitate, adhuc remanet Iudex, & potest de causis cognoscere, ibidem.

53 *Canonicus, cui fuit commissa aliqua causa, vel dispensatio expresso proprio nomine personæ, & dignitatis, si resignet Canonicatum, & desinat esse Canonicus, adhuc potest de illa causa, vel dispensatione cognoscere, & nu. 52. & 54.*

Idem dicendum si tempore impetrationis rescripti erat Canonicus, quamvis tempore præsentationis illius desierit esse Canonicus, ibidem.

54 *Examinator Synodalis si sit electus, & deputatus expresso simul nomine personæ, & dignitatis, vel officii, & renunciaverit illam dignitatem, vel officium, adhuc remanet examinator.*

Dom. Abbas Joannes Jacobus Gizzius *frater laudatur, ibid.*

SAlarium, de quo in hac decisione, seu merces debetur ratione laboris, ad text. in l. salarium 7. ff. mandat. l. item functo 4. ff. de offic. assess. l. 1. ff. de var. & extraord. cognit. & quia solvitur in remunerationem laboris, videtur deberi de jure naturæ, & debetur etiam de jure Divino, ut mox infrà dicemus.

2 Et in Sacra Scriptura habemus non solùm à Deo dari mercedem, & remunerationem Justis, & iis, qui diligunt se, & operantur Justitiam, ac ejus mandata custodiunt, vel aliqua opera misericordiæ faciunt, ut in Psalm. 118. vers. 12. *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem.* Item *Proverb. capit. 11. vers. 18. Seminanti autem justitiam, merces fidelis.* Et *Sapient. capit. 5. vers. 16. Iusti autem in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum.* Et *capit. 10. versic. 17. Et reddet Iustis mercedem laborum suorum.* Item *Ecclesiastic. capit. 2 vers. 8. Et non evacuabitur merces vestra.* Et *capit. 11. vers. 24. Benedictio Dei in mercedem Iusti festinat.* Et *capit. 36. vers. 18. Da mercedem sustinentibus te.* Et *capit. 51. vers. 38. Operamini opus vestrum antè tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.* Item *Ierem. capit. 31. vers. 16. Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operi tuo.* Atque *Matth. capit. 10. vers. 41. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, & qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet, & quicumque potum dederit uni ex minimis, &c. non perdet mercedem suam.* Item *Apocal. capit. 22. vers. 12. Ecce venio cito, & merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua.* Et *Div. Paul. ad Roman. capit. 4. vers. 4. Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* Hæc de mercede æterna, quæ datur Animæ.

3 Sed etiam in eadem Sacra Scriptura habemus, quod debetur merces, & salarium temporale operariis, & laborantibus pro aliquo, ut *Matth. capit. 10. numer. 10. Dignus est operarius cibo suo.* Et *capit. 20. versic. 8. Voca operarios, & redde illis mercedem.* Et *Luca capit. 10. vers. 6. Dignus est operarius mercede sua.* Et *Ioann. capit. 4. vers. 36. Et qui metit mercedem accipit.* Item *Div. Paul. epist. 1. ad Corinth. capit. 3. vers. 8. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Et in *epistol. ad Timoth. capit. 5. vers. 18. Non alligabis os bovi trituranti, & dignus est operarius mercede sua.* Prout etiam *Deuteronom. capit. 25. vers. 4. Non ligabis os bovis terentis in area fruges tuas.*

Itaque merces debetur non solum laboranti, & operanti pro Deo, & pro anima sua, sed etiam laboranti pro altero, non tantùm per leges humanas, ut in juribus, & ll. supra citatis *numero primo* sed quoque de Jure Divino per loca sup. narrata in Sacra Scriptura.

5 Undè salarium dicitur solatium laboris, ut apertè habetur in *l. jubemus 16. C. de erogation. milit. annon. lib. 12. Renat. Choppin. in tract. de privileg. rustic. lib. 2 cap. 8. Lexicon juridicum in verbo salarium.*

6 Sed observandum est, quòd de Jure Saxonico per constitutionem illius Serenissimi Ducis, mercedes famulorum præferuntur omnibus aliis creditoribus cujuscumque conditionis sint, ut per *Berlich. practicab. conclus. tom. 2. conclus. 64. numer. 65.* sed ut ibi famuli, vel alii mercenarii ratione suæ mercedis omnibus omninò creditoribus præferantur, requiritur in dicta Constitutione. Primò, ut certa merces ipsis sit promissa. Secundò, ut tempore mortis defuncti, vel eo tempore, quo Dominus ad paupertatem redactus est, & creditores de prioritate certant, in ædibus, & servitio ejus reperiantur, ut idem *Berlich. ibid. nu. 67.*

7 De Jure verò communi non gaudent ejusmodi mercedes famulorum tanta prærogativa, sed tantum posterioribus creditis hypothecatis æquiparantur, sicque priori ius creditis, prout etiam doti mulieris, & aliis magis privilegiatis non præferuntur, quia famuli, & ministri in bonis Dominorum tacitam tantùm habent hypothecam, qui autem tacitam habent hypothecam, tantùm posterioribus creditoribus præferuntur, ut idem *Berlich. ibid. nu. 66.*

8 Per Bullam, seu motum proprium, & constitutionem Papæ Pauli III. editam die 11. Aprilis 1545. quæ est 43. in ordine, ut in Bullar. impresso Romæ 1586. fol. 445. statuitur, quod hæredes Dominorum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Referendariorum, Auditorum Apostolici Palatii, Clericorum Cameræ Apostolicæ, Præsidentium, Abbreviatorum, non molestentur pro salario famulorum, familiarium, & eorum, qui illis inservierunt pluſquam pro integro biennio, & sic nisi tantummodò pro duobus annis, & hoc intra annum à die obitus ejus patroni. Ideò tales famuli, servitores, & familiares non possunt petere, exigere, ac molestare illorumque hæredes, nisi pro salario biennii, & hoc infra annum à die obitus, quia elapso anno, nihil petere, & prætendere possunt, quia præsumitur fuisse satisfactos in vita illorum; quod procedere solum in foro exteriori, ut non possint tales famuli in dicto foro agere, & petere dictum salarium, non autem in foro interiori, in quo nullo tempore possunt Domini præscribere mercedem famulorum, tenet *Nald. in summ. verbo, famulus, & famulus, numer. 3. cum Sanch. tom. 2. de matrimon. lib. 7. disput. 27. num. 7.*

9 Ideò observandum, Sacram Rotam decrevisse, quod dictus motus proprius Pauli Papæ III. loquitur ad excludendas fraudes, & de servitoribus, quibus salarium solvitur mensatim, & ideò non habere locum in mercede debita Medico, qui per decem annos inservierat, & quia quantitas non erat probata concludenter, fuit dictum deberi mercedem, sed quod D. Ponens consuleret duos Medicos, ad hoc ut sciretur, quænam quantitas posset taxari, ut habetur in Bissacana Mercedis 19. Novembris 1563. coram Dom. Sarmiento in manuscript. & iterum coram eodem sub die nonu Aprilis 1585. fuit dictum, dictum motum proprium Pauli III. loqui de familiaribus percipientibus menstrua salaria, ut etiam habeo in d. manuscript. vol. 4. decis. Rotæ.

10 Iisdem eadem ratione opinor dictam Bullam non comprehendere Procuratores ad lites, cum loquatur de famulis, & familiaribus, (salva tamen declaratione Summi Pontificis super hoc,) & cum in hoc S. C. Neapolitano fuisset disceptatum, an Bulla prædicta comprehendat dictos Procuratores ad lites, fuit decisum deberi salarium Procuratori ejusmodi ad lites quondam Domini Archiepiscopi, non solutum in ejus vita, nam cum Joannes Antonius de .... qui fuerat Procurator ad lites quondam Illustrissimi Domini Annibalis de Capua Archiepiscopi hujus Civitatis Neapolis petiisset à D. Octavio de Capua cessionario spolii dicti D. Archiepiscopi salarium sibi debitum à dicto Domino Archiepiscopo, & fuisset condemnatus dictus D. Octavius ad illud solvendum, & liquidandum; fuit per dictum D. Octavium oppositum extare dictam Bullam Pauli III. & per Sacrum Consilium sub die 12. Februarii 1598. fuit liquidatum dictum salarium à die mandati procurationis usque ad diem obitus dicti Domini Archiepiscopi, ad relationem Domini Consiliarii Joannis Sanchez de Luna. In banca de Chiavica, nunc de Fisco, & sic dictam Bullam, seù motum proprium non comprehendere Procuratores ad lites.

11 Observandum est etiam, quod salarium non conventum non debetur, etiam secundum Stylum Curiæ Romanæ, ei, qui in domo Prælati retinetur cum expensis, & maximè si apparere possit, quod talis potius sub spe alicujus remunerationis, quam alicujus salarii inservierit, quod quidem in Curia Romana est frequentissimum simul, & fallacissimum, *Seraphin. decis. 65. tom. 1.*

12 Salarium non conventum non debetur, nisi duo extrema copulativè probentur, nempè quod unus sit solitus locare, & alter conducere, juxta *cons. Federic. de Sens. 8. numer. 3.* quem sequuti sunt posteà cæteri Doctores, præsertim *Alexand. cons. 109. lib. 0. Dec. cons. 152. in fine*, & juxtà *decis. Puteo 6. de offic. Vicar. & decis. 45. lib. 2. & decis. 1. lib. 3.* atque in una Romana mercedis 19. Junii 1570. quæ est *decisio 559. tom. 1. divers. Rot. Roman.* neque sufficit, quod alter tantùm probet consensum ex parte sua, ut sæpè censuit Rota, *Farinac. in tom. decis. noviter novissimarum decis. 120. num. 6. fol. mihi 51. Per tex. in l. salarium, C. mandat. & in l. 1. ff. de var. & extraordin. cognition.* In qua enumerantur personæ; quibus debetur salarium etiam non conventum; ergò cæteris ibi non expressis non debetur, quia inclusio unius est exclusio alterius.

Sed ad istam materiam vide etiam *D. Ricc. decis. 85. tom. 1. D. Regens. de Marinis tom. 1. resolut. quotid. cap. 313. Thor. tom. 2. compend. decis. in verbo salarium debitum famulo, folio 589. & D. Andreol. part. 3. contr. 245.*

In eadem *Observ. numer. 28. in fine.* Adde, Sed id procedere antiquitùs, juxtà *l. 1. §. licitu, ff de variar. & extraordin. cognit.* nostris verò temporibus posse dictam summam centum scutorum excedere, & ad arbitrium Judicis justà causæ, & laborum qualitatem, ac locorum consuetudinem dixi *Gratian. tom. 1. discept. foren. capit. 51. numer. 15. Ursell. tom. 1. exam. Apuin conclus. 6. in verbo Advocatus. numer. 8. & 13. Vin. decis. 123. num. 2. Rota in recens. decis. 221. numer. 1.* & alii apud *d. Ursell. loc. cit.*

In eadem *Observat. 185. post num. 32. fol. 260. column. 2.* Adde. Eandem conclusionem extende ad Medicos, qui conducti sunt per communitatem ad medendum pro uno anno, ut integrum salarium eis debeatur, quamvis moriantur infrà annum, & proindè illud ad hæredes transmittere, ità *D. Regens de Marinis d. tom. 1. cap. 313.*

13 Attamen Vicario Episcopi debetur salarium, etiam si non sit conventum, quia Episcopus tenetur Vicario salarium constituere, *glos. in capit. 1. in verbo quantitate ne Prælat. vices suas*, & dicemus infrà *numer. 14. 15. & 16.* tenuit Rota in Turritana mercedis 20. Maii 1569 apud *Seraphin. decis. 74. part. 1.* ubi *num. 6.* subjungit non obstare *dd. decis. Put. 6. de offic. Vicar. & 45. in extensis lib. 2. & decis. ejusdem prim. lib. tert.* ubi Rota tenuit non deberi salarium Vicario Episcopi non conventum, quia oportebat illa duo extrema supra enarrata

enarrata copulativè probare, nempè quod Episcopus esset solitus conducere, & Vicarius locare operas suas, juxtà d. *Consil. Feder. de Senis* 218. *nu.* 3. *cons. Alexand.* 109. *lib.* 6. & *cons. Dec.* 132. *in fin.* quia ea procedunt in famulis, & vilibus personis, quæ sæpè pro solo victu serviunt, non autem in iis, qui honestioribus muneribus, & disciplinis vacant, quibus constituendum est salarium ad *text. in l.* 1. *ff. de var. & extraordin. cognit.* & in *dd. decisionibus Puteï* agebatur, an Vicarius posset petere salarium non ab ipso Episcopo, sed à successore illius, cui inservierat; Nam cum constitutio Vicarii sit voluntaria, cum possit Episcopus carere opera Vicarii, ut etiam multis relatis probat *Meroll. tom.* 3. *disp.* 7. *de Iurisdict. cap.* 6. *nu* 73. *Barbos. de potest. Episcop. allegat.* 54. *num.* 125. *Nald. in summ. verbo Vicarius. num.* 6. *D. Ricc. in prax. part.* 1. *resol.* 484. *num.* 4. ubi refert aliam decisionem Rotæ. *D. Genuens. in praxi in* 1. *impress. Neap. cap.* 88. *nu.* 3. & *in* 2. *impress. Rom. cap.* 80. *eodem num.* 3. Ideò dictum fuit à Rota successorem non teneri ad debita voluntaria, sed ad necessaria tantùm, maximè, quia successor non erat immediatus, sed mediatus, & sic potius *dd. decisiones Puteï* faciunt pro hac parte, cum præsumatur deberi salarium Vicario, licet à successore exigi non possit, ut ait idem *Seraph. d. num.* 6. *in fine*, ubi testatur, quod ità fuit in aliis causis postea perpetuò observatum deberi, scilicet salarium Vicario Episcopi, etiam quod non sit conventum. Et in *d. decision. Put.* 6. *de offic. Vicar.* quæ fuit eadem causa *dict. decis.* 45. *lib.* 2. & *decis.* 1. *lib.* 3. Pro Episcopo Zamoren. contrà Gondisalvum de Monte Vicarium, fuit consideratum, quod dictus Vicarius perceperat ex Juribus, & emolumentis Vicariatus summam 300. ducatorum, & ità etiam tenet *Meroll. tom.* 3. *disput.* 7. *cap.* 6. *de Iurisdiction. dub.* 44. *num.* 426. & *Sbrozz. de offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 55. *per totam.*

25 Quando verò ex circumstantiis, motivis, & considerationibus aliter induci potest non deberi salarium persolvi ab Episcopo ejus Vicario, tunc Rota tenuit non esse molestandos hæredes Episcopi ad illud solvendum, prout in Nolana mercedis 12. Junii 1596. apud *Farinac. in sup. cit. decis.* 120. *in dict. tom. decis. Rot. Roman. noviter noviss.* ubi fuit dictum Bartholomæum Averna, seù Avenia (prout habetur in manuscript. & apud *Rubeum tom.* 1. *singular. ex sacr. Rot. Roman. decis. part.* 1. *circa decis. Seraphin. fol. mihi* 46. *column.* 2.) qui spatio annorum octo inservierat in officio Vicarii bon. memor. Eminentissimo Domino Cardinali Spinolæ, dum esset Episcopus Nolanus, & illo mortuo petierat ab ejus hæredibus salarium, & ab Auditore Cameræ Apostolicæ sententiam favorabilem reportaverat, & condemnati hæredes ad scuta annua 150. sed in gradu appellationis per Rotam dicta sententia fuit revocata, tum ex capite nullitatis ex defectu mandati, cum causa agitata esset cum eo, qui non habebat mandatum procurationis ad lites, tùm etiam ex capite injustitiæ, quia Bartholomæus non probaverat illa duo extrema, sc. de certo salario cum Domin. Cardinali convenisse, & Dominum Cardinalem fuisse solitum salario Vicarium conducere, ac etiam à Rota considerata fuerunt alia motiva, quod scilicet dictus Bartholomæus habuerat à dicto Domino Cardinale Episcopo habitationem congruam, victum pro se, ejusque famulo, nec non emolumenta, redditus, & Jura Audientiæ Vicariatus, & ab eodem ipsi collata fuerant Ecclesiastica beneficia. Item quia dictus Bartholomæus erat Diœcesanus, cum similes personæ sæpè in practica soleant hujusmodi munera honorifica quærere, desiderare, ambire, atque subire. Itidemque quia dictus Dominus Cardinalis non fuerat solitus aliis Vicariis salarium solvere, sed tantùm dicta emolumenta Vicariatus ipsis concedere; Accedebat postremò fama publica, quod dictus Bartholomæus inservierat absque salario, & quod vivente dicto Domino Cardinale nunquam petierat salarium, ex quibus omnibus inducebatur, absque aliquo salario illum inservire voluisse in dicto officio Vicarii, sed contentum emolumentis Vicariatus. Et sic hæc decisio non est contraria *dec.* 74. *Seraph. supra cit. n.* 13. cum in illa non concurrerant istæ circumstantiæ, & considerationes, prout eadem Rota dixit in *d. decis.* 100. *num.* 8. in qua potius illam confirmavit, ut ex ejus lectura clarè patet, illis verbis: *Dixerunt enim Domini casum illum non convenire huic themati*, & quod Episcopus successor non teneatur

26 salarium solvere Vicario pro servitio præstito Episcopo antecessori. probat *Meroll. d. tom.* 3. *disput.* 7. *cap.* 6. *dub.* 44. *num.* 419.

Et idem tenuit Rota in casu simili apud eundem *Se-*

17 *raphin. decis.* 849. *eodem tom.* 1. in una Romana 13. Januarii 1589. ubi fuit dictum, non deberi salarium cuidam Nicolao, qui Archiepiscopo Senensi in officio Camerariatus circa administrationem bonorum Archiepiscopatus inservierat, quia etsi aliàs in dicta Turritana 20. Maii 1569. tenuerit Rota deberi Vicario Episcopi salarium etiam non conventum; Attamen in hac facti specie multa concurrunt, quæ contrarium suadent, nempè, quod non solùm nullum fuerat conventum salarium, sed neque Archiepiscopus, neque alii Camerarii soliti fuerant dare, & accipere respectivè salarium, & quod dictus Nicolaus habuerat victum, & expensas, ac habitationem pro se, & famulo, & quod dictum officium erat valdè honoratum, & à multis desideratum sine aliquo alio præmio, ac etiam quod cum per multos annos in hoc officio inservierat, nihil unquam petiit ab Archiepiscopo. Aliaque motiva fuerunt considerata, ex quibus inducta fuit Rota ad excludendum illum à prætensione dicti salarii, in qua decisione *num.* 1. 2. & 3. fuit etiam confirmata supradicta decisio in *Turritana* 74. *ejusdem Seraph.* Tandem de hac materia salarii non conventi agit Eminentiss. Cardin. *Cava tr. decis.* 400.

Sed an salarium integrum totius anni debeatur Vica-

18 rio Episcopi, qui ob culpam suam infrà annum cessavit ab officio. Et negativè respondet *D. Ricc. resolut.* 559. *tom.* 2. Secus si fuisset amotus ab officio culpa ipsius Episcopi, tunc enim ei deberetur salarium integrum, quod etiam procedit in aliis officialibus, & Lectori-

19 bus publicis, etiam si impediti ob tumultum Civitatis, vel si morerentur ante finem officii idem *D. Ricc. ibidem num.* 2. & dicemus infrà *nu.* 32.

Undè observabis, quod licet regulariter salarium non

20 debeatur officiali, nisi pro tempore, quo servivit, quoniam labor, & pecunia recipiunt divisionem, *l. Seia Anteo* 10. *ff. de ann. legat. in princip.* ibi: *Cum tam labor, quam pecunia divisionem recipiant*, & ibi *glos.* & sic officialis, qui non potuit officium exercere pro toto tempore præter casum infirmitatis, non potest salarium petere pro eo tempore, quo non servivit. Tamen id fallit in officiali mortuo intrà tempus officii, quia tunc ad hæredes transmittit salarium, etiam pro tempore, quo non potuit servire, ut dicemus infrà *num.* 32. & probat *Masull. mox citand. nu.* 7. *in fine.* Quod etiam fallit si officialis fuerit amotus, vel staret detentus sine culpa sua. *Capyc. decis.* 125. ubi *Masull. in addit. num.* 2. Ità decisum refert in causa Dominici Lopez de Pasimo Gubernatoris Civitatis Nolæ, qui

* fuerat querelatus de nonnullis per Civitatem prædictam, & particulares, & fuerat detentus carceratus per menses sex, deindè liberatus, & per Sacrum Consilium fuit decretum, deberi dicto Dominico integrum salarium totius anni, licèt per dictos sex menses non servierit, quia carceratus ob injustas causas, & Lectori infirmo deberi salarium, tenet *D. Ricc. tom.* 1. *resolut.* 340. *nu.* 2.

21 Famulo autem infirmo non deberi salarium pro eo tempore infirmitatis, tradit *Viu. comm opin. tom.* 1. *opin.*

275. *Masuil. ubi supra dec. numer. 7. Capell. Tholos. dec. 269. num 2. & 3. Sylu. in sum. verb. famulus, qu. 2. num. 4.*

Sed Capellanus infirmus an teneatur per alium celebrari facere, & supplere. Aliqui tenent, quod si per octo, vel decem dies ægrotet in anno, non tenetur, ità *D. Genuens. in prax. Archiepiscop. in prima impress. Neap. capit. 54. fol. 295.* & in *secunda impress. Rom. capit. 47.* atque idem in *manual. Pastor. capit. 92. num. 13. D. Ricc. in prax. tom. 1. resol. 340. num. 5. D. Barbos.* (qui postrà fuit Episcopus) *in tr. de potest. Episcop. allegat. 24. numer. 38.* Alii tenent, quod si per mensem ægrotet non tenetur per alium supplere, ità *Hurtad. de Sacram. disput. 4. de sacrific. miss. difficult. 1.* quem citat *Dian. par. 4. tract. 4. resolut. 238.* Alii extendunt non solùm ad mensem, sed etiam ad duos menses, ità *Petr. Navarra de restitut. lib. 2. cap. 2. num. 21.* quem sequitur *Nald. in sum. verbo missa, numer. 11.* ità etiam tenent *Petrin. Bartol. Ioann. de Lugo*, & alii, quos citat *Dian. part. 5. tract. 13. resol. 51. vers. dota etiam*, qui tamen *part. 5. tract. 14. resolut. 27. in fine*, sic ait. Ego verò si Capellani infirmitas perduraverit usque ad quindecim dies, non obligarem illum ad missas celebrandas.

22 An autem Episcopus, qui salarium non solvit suo Vicario, possit sibi appropriare, & capere emolumenta Vicariatus, ita ut non solùm Vicarius salarium non habeat, sed neque emolumenta sui officii percipiat; & respondeo negativè cum communi Doctorum sententia, & nemine dissentiente, quia hoc esset simonia, esset namque concedere, vendere, seù locare vices suas, idest suam Jurisdictionem spiritualem, ut ait *glos. & DD.* infrà citandi, ut claré habetur in rubrica, & titulo in *decretal. Ne Prelati vices suas sub annuo censu concedant*, qui titulus continuatur cum titulo præcedenti de simonia, & ita summatur communiter à *glos. Abb. Ioann. Andr. Goffred.* & cæteris Canonistis in *d. tit.* (visum est supra de simonia in genere, nunc subjicitur de simonia in specie, scilicét, nè Prælati vices suas sub annuo censu concedant) & habetur expressè in *capit. 1.* ubi *glos. in verbo quantitate*, & in *capit. 2.* ubi etiam *glos. in verbo pretio, eodem tit* & cum Episcopus teneatur Vicario salarium solvere, ut ait *d. glos. in d. verbo quantitate*, & probavi supra *numer 13.* ac etiam probant *D. Barbos. de offic. Episcop. allegat. 54. numer. 178. Caroc. de locat. & conduct. par. 1. quæst. 7. de mercede Iudic. numer. 84.* quia nemo debet propriis sumptibus, & stipendiis militare, & emolumenta Vicariatus, illiusque officii spectent ad ipsum Vicarium. Cum igitur nec salarium Vicarius ab Episcopo habeat, nec emolumenta officii, quæ sua sunt percipiat, sed illa capiat Episcopus, videtur Episcopus vices suas, idest Jurisdictionem suam spiritualem Vicario vendere, locare, seù concedere pretio nempè dictorum emolumentorum spectantium ad Vicarium, non autem ad Episcopum, & cum pecunia perveniens ex emolumentis prædictis sit ipsius Vicarii, ergò Episcopus recipit dictam pecuniam à Vicario pro Jurisdictione spirituali, quam illi concedit, & ad agendas vices suas in spiritualibus, & Vicarius emit, seù conducit talem Jurisdictionem spiritualem, & vices Episcopi pro pretio dictæ pecuniæ, quæ provenit ex emolumentis, & dirictibus suis, suique officii Vicariatus, ità Doctores omnes, præcipuè *glos. ubi supra, Goffred. in summa eodem titul. ne Prælati vic. suas, numer. 1. 2. & 3. Panormit. in d. capit. 1. & 2.* ubi etiam *Innocent. Hostiens. Ioann. Andr. & Cardin. Zabarell.* ac etiam *Sylu. in summa, in verbo simonia, quæst. 14. numer. 14. vers. tertium nec Episcopi, Sanch. in oper. mor. consil. lib. 2. capit. 3. dub. 17. num. 7. & 9. Bonacin. tom. 1. de simon. disput. 1. quæst. 5. paragrapho 17. numer. 1. Diaz. in pract. can. crimin. capit. 4. tit. ego N. presbyter, numer. 2.* & ibi *Salzed. in addit. lit. B. Piasec. in pract. Episcop. capit. quart. numero sexto vers. locare autem, Nau. in summ. capit. 23. numer. 111. vers. ad decimum tertium*, & clariùs *consil. 1. & 2. eodem tit. ne Prelati vic. suas, tom. 2. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 1. quæst. 60. in fine, & lib. 3. quæst. 54. per tot.* præcipuè *numer. 5.* & est expressè sancitum, atque prohibitum id fieri à *Sacr. Concil. Trident. sess. 25. de reform. capit. 11.* ibi: *Non liceat etiam Iurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominandi aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare, nec conductoribus per se, aut alios ea exercere.*

23 Et quod non possit Episcopus eadem ratione constituere, & creare sibi Vicarium cum pacto de participando de sportulis, propinis, dirictibus, cæterisque emolumentis Vicariatus. Prout neque Capitulum, seù Canonici sede vacante possint absque simoniæ labe eligere Vicarium cum pacto, quod singuli de capitulo participent de salario, seù emolumentis supradictis Vicariatus, firmant *Nau. d. consil. 2. Sbrozz. ubi supra, Garz. de benefic. tom. 1. part. 5. capit. septimo numer. 15. & 16. D. Episcop. Genuens. in manual. Pastor. capit. 42. num. 5. D. Squillant.* postea *Episc. Tean. de oblig. & privileg. Episcop. cap. 14. nu. 8.*

24 Posset tamen Episcopus salarium assignando Vicario, dicere, constituo tibi tot ducatos pro tuo salario, & laboribus, & quicquid lucratus fueris ex dicto officio computa, & redde mihi, & tunc diligenter debet conscribi quicquid percipitur, ut sciatur quis, à quo, qualiter, quare, quando, & quantum receptum sit, & expensum. Non autem licebit Episcopo dicere Vicario, da mihi tantum, putà centum, & totum lucrum sit tuum; Vel, da mihi partem emolumentorum, & eorum, quæ lucratus fueris, quia hoc esset simonia; ità *Innocent. in d. capit. 2. nè Prælat. vic. suas*, & ibi *Hostiens. numer. 1. Ioann. Andr. numer. 4. D. Genuens. d. capit. 42. numer. 5. D. Squillant. d. capit. 24. numer. 8.* & quamvis *Cardin. Zabarell. in d. capit. 2. numer. 1.* dicat, posse Episcopum assignare certam partem emolumentorum Vicario pro salario, ità tamen, ut determinetur quantitas, putà centum ducatorum, & tunc debet conscribi diligenter quicquid percipitur. Alii attamen præcitati DD. simpliciter loquuntur, ut possint Episcopus assignare Vicario tot ducatos, putà centum pro salario, & quicquid lucratus fuerit computet, & reddat ipsi Episcopo, & non dicunt, quod dictum salarium assignetur ex certa parte emolumentorum. Immò contrarium tenent, & dicunt, non posse, scilicét, Episcopum dicere Vicario, da mihi partem emolumentorum, ut supra dixi, præcipuè *D. Genuens. & D. Squillant.*

De his omnibus, quæ hucusque dixi à *num. 22.* non invenio Doctorem aliquem contrarium tenentem. Ideò dicta sententia à *d. numer. 22.* usque huc firmata, est certissima, & firmissima non habens contradictorem, cum sit fundata in Juribus expressis, nempè in *d. rubr. & capit. 1. & 2. ne Prelat. vic. suas, & ind. S. C. Trid. sup. cit.* & in auctoritate omnium Doctorum nemine contradicente, cum Jura sint expressa prohibentia Episcopis pecuniam recipere pro concedenda Jurisdictione spirituali, ad agendas vices suas, & ad determinandas causas Ecclesiasticas; Ideò caveant Episcopi, eorumque Vicarii contrarium practicare, quia aliter incidunt in pœnas contentas in eodem *cap. 1. & 2.*

25 Rationem hujus prohibitionis dat idem *text. in d. capit. 2.* quia scilicet Episcopus accipiens pecuniam à Vicario, seù officiali ad suas vices agendas, & ad causas Ecclesiasticas determinandas, redundat in gravamen subditorum, & subversionem Judiciorum. In gravamen æquidem, nam tales officiales, & Vicarii, ut aliquid lucrentur ultrà pecuniam datam Episcopo per fas, & nefas inducuntur ad extorquendum pecuniam à subditis,

ſubditis, pœnam modicam faciendo gravem, & graviorem, & majores faciendo condemnationes; Subvertuntur judicia, quia ſæpè puniunt res, & bona, atque burſa, quando eſſet punienda perſona, & ſæpè feruntur ſententiæ contrà Juſtitiam eis corruptis datione pecuniæ, ità *Abb. in d. capit. 1. numer. 4. & in d. capit. ſecund. in princip. notab. 1. Hoſt. Ioann. Andr. & Zabarell. in eodem capit. 2. numero 1.* & idem *Hoſt. in ſumm. eodem tit. ne Prelati vic. ſuas, etiam numero 1.*

26 Sed an teneatur Epiſcopus reſtituere pretium, ſivè pecuniam, quam recepit ſic ſimoniacè ex Vicariato in caſibus ſupra enarratis; & circa hoc multi Doctores aiunt teneri ad reſtitutionem, ità *Cajetan. in ſumma, verbo reſtitutio, capit. 4. Petr. Navarr. de reſtitutio. capit. 2. numer. 405. Covarr.* & alii, quorum opinio eſt probabilis, alii verò dicunt non teneri ante Judicis ſententiam reſtituere pretium ſimoniacè receptum contrà ſimoniam in beneficio, ordine, & ingreſſu Religionis. Quam opinionem probabiliorem putat *Sanch. tom. 1. conſil. lib. 2. cap. 3. dub. 113. numer. 3.* quem ſequitur *Dian. par. 4. tract. 4. miſcell. reſol. 167.*

27 Et an Vicarius, qui ut ſupra dedit pecuniam Epiſcopo pro Vicariatu teneatur reſignare, & *Navarr. in ſumm. capit. 23. numer. 112. verſ. ad decimum tertium, & Lopez citatus à Dian.* affirmativam ſententiam tenent; ſed *Sanch. loc. cit. d. dub. 113. numer. 6.* tenet contrarium, ſcilicèt non teneri reſignare, quia Vicariatus non eſt beneficium Eccleſiaſticum, cui opinioni tanquam probabiliori adhæret *Dian. d. reſol. 167. in princip».*

28 Concluſio tamen ſupra firmata *numer. 12.* quod ſcilicèt ſalarium non conventum, non debeatur, niſi illa duo extrema copulativè probentur, fallit in Advocato, cui debetur ſalarium, etiam ſi non ſit conventum, *l. 1. paragrapho Advocates, ff. de var. & extraordin. cognit. Put. decis. 11. libro tertio Seraphin. decis. 63. tom. 1. Farinac. decis. 302. numer. 1. poſt tom. 1. Conſil. Caroc. de locat. & conduct. par. 1. quaeſt. 8. de fructibus, & litium expenſ. numero ſecundo & ſeqq.* & propriè *numer. 8.* & poteſt aſcendere ad ſcuta centum, *Bartol. in d. l. 1. §. Advocatos, & Farinac. ibid. numer. 3. Caroc. loc. cit. num. 46. per tex. in l. 1. §. penult. ff. de var. & extraord. cognit.*

29 An autem Advocatus, qui gratis ſervivit, poſſit nihilominus ſalarium petere, vide *Farinac. in repert. Iudic. quaeſt. 31. num. 33.* ubi *num. 35.* etiam tradit, ad Advocatus litigans cum alio poſſit repetere expenſas, quas feciſſet ſi non eſſet Advocatus.

30 Quinimmò obſervandum eſt notabile privilegium à Jure concedi Advocatis, nempe, quod ſi Advocatus moriatur, adhuc ei debetur integrum ſalarium pro toto anno, infrà quem moritur, & proindè illud tranſmittere ad ejus hæredes. *text.* eſt expreſſus in *l. poſt duos 15. C. de Advoc. diverſ. Iudiciorum*, quæ licèt loquatur ſecundum literam de Advocato Fiſci. Attamen in ejus ſummario ſimpliciter de quolibet Advocato ſumatur, prout etiam omnes DD. de quolibet Advocato tàm ſi conſtituatur à publico, quàm ſi conſtituatur à privatis, & ſingularibus perſonis *d. text.* intelligunt atque exponunt, & ſi dictum ſalarium fuiſſet ſolutum integrum antequam moreretur Advocatus, non poteſt ab ipſius hæredibus repeti à Cliente, qui ſolvit, ad *tex. expreſſum in l. 1. paragrapho divus, ff. de variis & extraordin. cognit.* ubi *glo. in verbo repeti*, ità *Bartol. ibidem numer. 1. 8. & 10. Odofr. & Bald. in d. l. poſt duos*, ubi etiam *Salyc. numero primo* & pleniùs *numero tertio & 4. Peregr. de jur. fiſci lib. 7. tit. 2. num. 14.*

Unde ſi Advocatus conducitur reſpectu certæ cauſæ non terminato tempore, & interim moritur adhùc debet habere integrum ſalarium, quod ad ejus hæredes tranſmittitur, ſi verò conductus ſit pro omnibus cauſis, quæ contingunt in uno anno, vel biennio, vel ei conſtituatur ſalarium tot ducatorum pro quolibet anno, tunc pro illo anno, quo incepit, debetur ei integrum ſalarium illius anni, quod tranſmittit ad ejus hæredes; Sic etiam ſi una præſtatio facienda erat, ſimiliter totum ſalarium debetur; Ac ſi annua præſtatio, tunc pro eo anno, quo incepit ſalarium integrum habere debet, ex dicta deciſione *Bart. in d. l. 1. §. divus, nu. 1. 2. 7. & 10.* quem ſequuti ſunt ſupracitati Doctores, & cæteri, atque *Capic. d. decis. 125. num. 8.*

32 Quam concluſionem etiam locum habere in Poteſtate, ſeù Præſide, Aſſeſſoribus, atque etiam Doctoribus legentibus, ut ſcilicet debeant habere integrum ſalarium illius anni, infra quem moriuntur; tenent iidem *Bartol. Odofr. Salycet. loc. ſup. cit.* & etiam in *l. diem functo, ff. de aſſeſſor.* per illum *tex.* & per *tex.* in *l. legatus antè 10. ff. de legation. Capic. d. decis. 125.* cæterique DD. & diximus ſupra *nu. 20.*

33 Immò, ſalarium, quod datur Doctoribus eſt privilegiatum, ſicuti pecunia dotalis; Undè ſi appareant duo inſtrumenta eodem die confecta, & in uno ſit ſalarii taxatio facta Doctori, & in alio ſit contractum aliud debitum, tunc præfertur Doctor in ſuo ſalario, ſicut mulier in ſua dote, ex ſingulari deciſione *Bald. in l. 1. numer. 23. ff. ſolut. matrim.* quem ſequitur *Iaſ. in d. l. diem functo, numer. 2. ff. de aſſeſſor.* idem tenet *Caroc. de locat. & conduct. par. 1. quaeſt. 8. num. 21. verſ. ampliatur quintò.*

34 Atque Aſſeſſori locanti operas ſuas ad tempus, debetur merces pro toto tempore, quamvis eas non præſtiterit propter mortem conductoris, ità *Iaſ. ibid. numer. 22.*

35 Itidem obſervandum, quod ſalarium Tutori, vel Curatori non debetur, ſi à principio adminiſtrationis tutelæ, vel curæ non fuerit ab ipſo petitum, & à Judice conſtitutum, *l. à tutoribus, §. fin. ff. de admin. tut. Guid. Pap. dec. 256.* & ità etiam deciſum teſtatur *D. de Franch. decis. 122. numer. 1. & 4. Vin. dec. 40. numer. 4.* Sed ſi Tutor, vel Curator adminiſtravit tutelam, vel curam aliquo tempore, & non petiit ſalarium ſibi conſtitui, ſed poſteà reſtu temporis petiit, quamvis pro præteritis adminiſtratione ſalarium ſibi non debetur, quia nil petendo quodammodò remittere, & donare videtur. Attamen pro futura adminiſtratione ſibi debetur ſalarium conſtitui, & ſic non à die ſuſceptæ tutelæ, vel curæ, ſed à die petitionis eis debetur conſtitui ſalarium, ità conſulti *Menoch. & Tiber. Decian.* reſponderunt, immò decl[...]unt, ut in *conſ. 228. dict. Menoch. tom. 3. num. 37. 58. & 60. verſ. quinta d. bitationi reſpondemus*, ubi latè de hac materia à principio *d. conſ.* ad finem diſcurrit cum dicto *Tiberio Deciano* pleniùs, quam alii DD.

36 Sed ſi Tutor fuerit Advocatus, & patrocinavit in cauſa pupilli, etiam ſi à principio non fuerit ſalarium conſtitutum, tamen pro dicto patrocinio præſtito, ut Advocato debetur ſalarium, quod etiam debetur Balio qui datur pupillo pro bonis feudalibus, idem *D. de Franch. dict. decis. 122. numer. 5. Vin. dict. decis. 40. numer. 7.*

37 Executoribus autem teſtamenti deberi ſalarium conſtitui, tenet *Ferrer. ad d. decis. Guid. Pap. 256.* ſed per Sacrum Conſilium Neap. fuit deciſum minimè deberi, ut in *d. dec. de Franch. 122. nu. 6.*

38 Obſervabis quoque, quod Advocati dicuntur militare, & ideo ſunt neceſſarii Reipublicæ, ſicuti milites armorum, nam Advocati, qui dirimunt ambigua facta cauſarum, ſuæque defenſionis viribus ſæpè publicis in rebus, ac privatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non minus provident humano generi, quam ſi prælijs, atque vulneribus patriam, parenteſque ſalvarent. Nec enim ſolos Imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & toracibus nituntur, militare dicuntur, ſed etiam cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi

confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt; sunt verba tex. in l. Advocati 14. C. de Advoc. divers. Iudicior. ubi Salycet. per illa verba tex. Gloriosa vocis, notabiliter dicit esse corde tenus 39 addiscendum, quod quis debet sibi eligere Advocatum gloriosam vocem habentem, ea ratione, quia vox gloriosa auditur avidè, & faciliter imprimit, quod intendit, & aures demulcet audientium; Sed Advocatum in dictis, & factis, ac gestibus debere corporis decore fulgere, dixit Muscat. infrà citandus in dictis, scillicèt non debere esse verbosum, allegando multa inutilia, ac debere esse breviloquum, & non superfluum, secundò debere esse graviter, tertiò, ut sit cautus, ut non proferat tacenda, & dicenda taceat, quartò, ut seipsum, & ipsius verba secundum audientium capacitatem, & ingenium aptet, quintò, ut sit irreprehensibilis, maturus, paviduss timens errare; sextò nihil debet ore proferre, cujus probabilem rationem reddere non possit. In factis verò, & gestibus debet servare decorem, ut scilicèt status, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, manus, omnisque demum corporis actio suum servet decorem, In quibus duo sunt præcisè fugienda; Primum nè quid effeminatum, aut molle, secundum nè quid durum, aut rusticum sit, neque se submissum, & abjectum. Ut hæc, & alia requisita Advocatorum perbellè narrat, & probat Muscatell. in tract. de doctorat. quidditat. decor. & dignit. p. 3. à n. 14. cum seq.

41 Supra num. 13. cum segq. de Vicario Generali Episcopi locuti sumus; Ideò observandum est, quod quando à Papa committitur aliqua dispensatio Vicario Generali Episcopi, ut putà in impedimentis matrimonii, vel alia causa, non posset Episcopus, qui habet Vicarium Generalem, vel si non habeat, sed teneat Provicarium, tunc alium Vicarium specialem generalem in illa causa tantùm, ut de illa sola delegatione cognoscat constituere, quia talis non dicitur Vicarius Generalis sed specialis, nec ordinariam Vicarii Jurisdictionem sortitur, & uti specialis delegatus ad eam causam expediendam, quam nequit Episcopus delegare; quia suæ Jurisdictionis non est. Posset tamen, alium Vicarium Generalem, deposito priori, constituere, & tunc ille posset eam exequi dispensationem, ut concludit Sanch. tom. 2. de matrimon. lib. 8. disp. 27. in conclus. ult. num. 42. & Meroll. tom. 2. disput. 4. cap. 6. dub. 23. nu. 687. Bonacin. tom. 2. de legibus, disp. 1. quæst. 3. punct. 8. §. 1. num. 11. Undè ego infero, quod quando Episcopus non tenet Vicarium Generalem, sed Provicarium, & cum à Papa committitur aliqua dispensatio, vel alia causa à Sede Apostolica, ut putà in assensu præstando alienationi rei Ecclesiasticæ, si in evidentem utilitatem Ecclesiæ tendat, vel alia causa Vicario Generali, non potest tunc Episcopus dictum Provicarium Generalem in illa causa, seù dispensatione tantùm constituere Vicarium Generalem, & in cæteris omnibus Provicarium, quia non est verè Vicarius Generalis, sed specialis ad illam solummodò causam, ut ego vidi sæpè hoc fieri à quodam Episcopo, qui quando veniebant tales commissiones, & dispensationes à Sede Apostolica, semper suum Provicarium in illa causa tantùm constituebat Vicarium Generalem, quod non puto ritè, & rectè fecisse.

43 Infertur ex dictis, commissiones factas Vicario, non posse expediri per Episcopum, & sic si committatur Vicario Generali dispensatio in impedimentis matrimonii, vel alia causa à Sede Apostolica, ut supra, non posset Episcopus illam expedire, nam cum aperta sit differentia inter Episcopum, & ejus Vicarium, seù officialem, ad text. in cap. venerabilis, in princ. de sentent. excomm. lib. 6. ibi: Archiepiscope, vel ejus officialis, & commissio soli officiali fiat, nullatenus posset ad Episcopum pertinere, & quamvis idem sit Episcopi, & 44 ejus Vicarii Tribunal, id tamen solum locum habet in causis, quæ iure Ordinario competunt Vicario, non autem in causis delegatis, ità Sanch. aliis relatis d. disp. 27. lib 8. num. 30. Meroll. dict. tom. 2 disput. 4. cap. 4. dub. 23. num. 594. & 602. & Bonac. ubi sup. n. 12. D. Episcop. Ricc. in prax. in 1. impress. decis. 6. 7. & in 2. impress. resol. 415. to. 1. Gemian. tom. 1. cap. 92. nu. 6. dist. s. vers.

45 An autem dispensationes commissæ à Pontifice maximo Vicario Generali Episcopi, vel talis diœcesis, possint exequi à Vicario Capituli Sede vacante, & negativè respondeo cum Meroll. tom. 3. disput. 7. cap. 7. dub. 29. nu. 296. contrà Sanch. loc. cit. lib. 8. de matrim. disp. 27. nu. 31. & ità se habet stylus Cancillariæ, quod sede Episcopali vacante, non diriguntur hujusmodi commissiones Vicario Capituli, seu Capitulari, sed Episcopo viciniori, seù ejus Vicario. Idem dicendum de commissionibus dispensandi directis Episcopo, quæ non possunt sede vacante expediri per Capitulum, seu ejus Vicarium Capitularem; ea ratione, 46 quia Capitulum non succedit Episcopo in Jurisdictione delegata, sed tantùm in ordinariâ. Idem Meroll. ibidem, nu. 297. Bonac. tom. 2. de legibus, disput. 1. quæst. 3. punct. d. §. 8. 1. nu. 7. vers ego verò, & num. 8. Barbos. de potest. Episcop. allegat. 54. num. 142. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 1. quæst. 16. num. 1.

47 Episcopi morte non solùm naturali, sed etiam civili, Vicarii Jurisdictio cessat, & finitur. Undè si Episcopus fuerit excommunicatus, vel ad manus hostium perveniat, & in captivitate detineatur, cessat Vicarii Jurisdictio, & tunc Capitulum administrat, prout etiam per ingressum Religionis, renunciationem, depositionem, cessionem, translationem, relegationem, permutationem, vel per aliam similem Episcopi abdicationem, Vicarii jurisdictio extinguitur, & administrat Capitulum; Barbos. de potest. Episc. allegat. 54. nu. 146. & 154. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 3. quæst. 42. à num. 1. usque ad 5. Piasec. in prax. Episcop. part. 2. cap. 4. num. 3. vers. ecce autem, & nu. 5.

48 Sed quid si Vicarius creetur, & efficiatur Episcopus ejusdem diœcesis, vel alias desinat esse Vicarius, an possit de causa illa, vel dispensatione sibi commissa, tempore quo erat Vicarius, cognoscere, vel dispensationem exequi, & an mortuo Vicario, vel ipso remoto ab officio, possint commissiones, & dispensationes sibi commissæ exequi à successore, quod est quærere, an potestas, vel commissio dispensandi, & quæcumque alia potestas delegata expiret morte, vel cessatione officii personæ, cui commissa est; & respondeo pro resolutione hujus quæstionis cum Meroll. disput. moral. tom. 2. disp. 4. de legib. & constit. cap. 6. dub. 23. nu. 564. Bonacin. tom. 2. de legib. disput. 1. quæst. 3. puncto 8. §. 1. nu. 3. Sanch. tom. 2. de matr. lib. 8. disp. 27. nu. 1. & aliis ab ipsis citatis tripliciter posse committi ali- 49 cui potestatem delegatam; Primò modo expresso solo nomine ipsius: Ut committimus Petro tali, Secundo modo expresso solo nomine dignitatis, ut committimus Episcopo, vel Vicario Botantensi, Tertio modo expresso utroque. Ut committimus Antonio tali Episcopo Nolano, vel Iacobo tali Vicario Capuano. His positis communiter DD. dicunt, quod quando dele- 50 gatio, seù commissio est primo modo personalis tantùm, idest specialiter facta personæ, v. g. Petro tali, cessare talem delegationem morte, vel cessatione ab officio, seù dignitate ipsius delegati; Quando verò commissio est, secundo modo realis, idest dignitati, vel officio facta, non extinguitur ejus morte, sed transit in personam succedentem in officio, vel dignitate, Sanch. tom. 2. de matrim. lib. 8. disput. 27. numer. 6. Grattan. discept. forens. tom. 2. capit. 92. numer. 3. & 23 Meroll. tom. 2. disp. moral. disp. 4. capit. 6. dub. 23. numer. 564. ubi numer. seq. aliquas limitationes adducit, & Bonac. tom. 2. de legib. disput. 2. quæst. 3. puncto 8. §. 1. numer. 3.

Undè commissiones, & dispensationes commissæ

Vicario

Vicario Generali Episcopi Bosinensis, vel Archiepiscopi Neapolitani sub nomine dignitatis, eo mortuo, vel remoto ab officio possunt exequi a Vicario successore, & ità tenuit *Rota in Syracusana illegitimitatis* die 10. Decembris 1575. ut habetur *tom. 2. divers. noviss. decis. 12. per totam*, ubi habetur, quod quamvis contraria sententia sit communis, tamen contra communem, est communis observantia, & sic se habet praxis, & consuetudo, quæ fundatur in præsumpta voluntate Pontificia ad vitanda inconvenientia, & ut consultatur expeditioni causarum, quia aliàs multæ expeditiones subverterentur, & magnæ expensæ fierent in impetrandis novis rescriptis. *Puteus decis. 487. numer. 1. lib. 2.* ità Rotam sensisse testatur, ità etiam tenent *Sanch. tom. 2. de matrim. lib. 8. disp. 27. num. 10. Gratian. discept. forens. tom. 1. capit. 92. numer. 15. D. Genuens. in prax. capit. 69. in edit. Rom. num. 1. Garz. de benefic. 1. p. 6. cap. 2. num. 34. D. Ricc. in praxi in prima impress. decis. 615.* & in ejus *decis. tom. 2. decis. 11. Meroll.* latè *disput. moral. tom. 2. disp. 4. capit. 6. dub. 23. numer. 569. & 570. Bonac. loc. cit. num. 5. vers. nihilominus tenseo.*

51 Si verò commissio fiat tertio modo supra *numer. 49.* explicato, nempè expresso utroque nomine personæ, scilicèt & dignitatis, v. grat. committimus Petro tali Archiepiscopo Beneventano, vel Jacobo tali Vicario Neapolitano, tunc si res est dubia, nec ex aliis conjecturis veritas colligi potest, sunt diversæ opiniones; Nàm aliqui tenent tali casu censeri commissionem realem dignitati factam, & sic transire ad successorem; Alii tenent spectandum esse, quem ex illis nominibus præcedat; nam si præcedat nomen proprium, censeri personalem, & ad successorem non transire, ut si dicat Jacobo tali Vicario Neapolitano; si verò præcedat nomen dignitatis, v. grat. Archiepiscopo, vel Vicario Neapolitano Jacobo tali, tunc censeri commissionem realem, & ad successorem transire, quam opinionem limitant aliqui, nisi delegans, seù committens non habeat notitiam personæ, cui committit; tunc enim censeri commissionem factam dignitati, seù officio, etiam si nomen proprium præcedat. Attamen quamvis hæ duæ opiniones sint probabiles; Probabiliùs tamen est semper hujusmodi commissionem esse personalem, sivè præponatur nomen proprium, sivè nomen dignitatis, vel officii, & proinde non transire ad successorem, *Sanch. d. disp. 27. à numer. 17. ad numer. 20. Gratian. tom. 1. discept. forens. capit. 92. num. 2. & seqq.* dicens esse communem opinionem *Bonacin. loc. cit. numer. 3. vers. respondeo tertio, Meroll. d. disp. 4. capit. 6. numer. 582. 583.* & propriè *num. 584. cum seq.*

52 Sed quid si, ut supra dictum est, commissio facta sit expressis simul nominibus personæ, & dignitatis delegati; an expiret talis commissio, quando delegatus amiserit officium suæ dignitatis, sivè desinat esse in illa dignitate, vel officio, ut v. g. si commissio fiat Petro tali Archidiacono, qui resignet Archidiaconatum, & dicendum est non expirare finita ejus dignitate, sed posse adhuc de illa causa, vel dispensatione cognoscere, quia commissio non est facta dignitati, sed personæ, ideò sequitur personam, & sufficit, ut tempore commissionis fuerit in illa dignitate, *glos. in capit. in autem 21. distinct. & in clem. 2. de rescript. in verbo principalis*, & ibi *Imola num. 11. Gutier. de matrim. capit. 125. num. 12. Sanch. ubi supra eadem disp. 27. num. 22.* quia cum expressum sit nomen proprium, & dignitatis videtur delegatio personalis, ut supra diximus *numer. 49. & 51.* & ità judicavit Sacra Congregatio, his verbis: *Dubium propositum fuit hoc. An si quis tempore commissionis reperiatur constitutus in dignitate, & designatus inter Iudices synodales, si eam dignitatem resignaverit, possit de eadem causa cognoscere, vel potius qui eam dignitatem obtinuit, vel neuter; Congregatio censuit resignantem posse cognoscere etiam post renunciationem.* Ità testatur, & tenet *D. Ricc. in prax. in secunda impress. resol. 414. numer. 2. tom. Paris. de resign. benefic. lib. 1. quæst. 11. numer. 14. in fin. Cevall. in comm. contra comm. quæst. 617. numer. 10. in fin. Gratian. in sup. cit. cap. 92. num. 1. 2. 3. & 4. Meroll. ead. disp. 4. capit. 6. numer. 589.* quod etiam procedit, etiam si res sit integra, ut putà, quia delegatus dum esset in illa dignitate, vel officio non cœpit de ea causa, seù dispensatione cognoscere, ut benè inquit *Sanch. ibid. numer. 25.* & sequitur *Meroll. d. numer. 589. in fine.*

53 Itaque si Petrus talis, v. grat. sit Canonicus, & Judex Synodalis, cui commissa fuit causa à Sede Apostolica; si resignaverit Canonicatum, potest de ea cognoscere, etiam post dictam resignationem, & cum desierit esse Canonicus, quia delegatio fuit personalis, & sequitur personam, ac sufficit, ut tempore commissionis fuerit Canonicus, *D. Ricc. in praxi in prima impress. decis. 616. & in 2. edit. resol. 414. numer. 2. tom. 1. D. Episcop. Barbos. de potest. Episcop. allegat. 14. num. 15. Meroll. ubi supra disp. 4. numer. 589* qui *numer. 590.* dicit, idem dicendum esse, si tempore impetrationis rescripti erat Canonicus, quamvis tempore præsentationis illius, jàm cessaverit esse Canonicus, adducens ex *Paris. de resign. benefic. lib. 3. quæst. 11. numer. 14.* ità declarasse Sacram Congregationem, & *numer. 592. cum seq.* idem *Meroll.* affert aliquas limitationes.

54 Eadem ratione, Ego infero, quod si aliquis Canonicus, vel Archipresbyter deputetur Examinator in Synodo Diœcesana, expresso simul nomine proprio, & dignitatis, vel officii, si resignet posteà Canonicatum, vel Archipresbyteratum; adhuc remanet Examinator; prout contigit in personam mei fratris (de quo supra in *observ. in decis. 162. num. 21. fol. 123.*) qui cum esset Archidiaconus (prima dignitas post Pontificalem,) fuit deputatus in Synodo Diœcesana Examinator synodalis expresso nomine proprio personæ, ac etiam dignitatis, videlicèt, *Abbas Ioannes Iacobus Gizzius Archidiaconus nostra Cathedralis*; qui cum posteà resignasset Archidiaconatum in manibus Sanctissimi ad favorem certæ personæ, qui erat Archipresbyter, & pariter Examinator synodalis; Adhùc tamen dictus meus frater remansit Examinator, & uti talis exercuit dictum officium Examinatoris, quando desierat esse Archidiaconus, & actu non erat, ex doctrina supra tradita *numer. 49. & 51.* Prout etiam ille, qui resignaverat Archipresbyteratum, remansit itidem Examinator, non equidem uti Archidiaconus posteà factus, quia commissio non erat realis, & per consequens non transibat ad successorem in illa dignitate, sed personalis, & sic ambo remanserunt Examinatores, cum ambo electi fuerint nomine proprio personæ, & posteà dignitatis, & officii, & sic electio, & commissio amborum erat personalis; Undè ille, qui obtinuerat etiam per resignationem Archipresbyteratum, nullo modo successit in officio Examinatoris, quod habebat resignans, eademmet ratione, quia cum esset commissio personalis, non transivit ad successorem in illo officio Archipresbyteratus.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Agitur de causis, in quibus Regius Fiscus habet interesse, an & quando debeant remitti ad Judices Fiscales; & sic ad Regiam Cameram Summariæ, & quando in illis Regius Fiscus debeat assistere tantum, & multa ad interpretationem *Prag. 62. de offic. Prætor. Cæsar.*

SUMMARIUM.

1 *Fiscus habet suos proprios Iudices.*

2 *Reg.*

2 *Reg. Cam. Summ. in causis inter privatos non se intromittit. Limita ut na. seq.*

4 *Causa, in quibus Fiscus est actor, reus, vel author laudatus spectant ad Regiam Cameram ex variis Regiarum Sanctionum dispositionibus.*

5 *Fiscus ultra tres casus, quod sit actor vel reus, vel author laudatus vigore* Reg. Pragm. 62. §. 3. de offic. Procurat. Cæsar. *habet quartum, quando habet præsentaneum & considerabile interesse, quo casu ea instante deciditur in Collaterali consilio, si causa est remittenda ad regiam Cameram.*

6 *Regius Fiscus ad hoc ut obtinere possit remissionem ad Regiam Cameram in dicto quarto casu, duo debent copulative concurrere.*

7 *Fiscus an possit prætendere, quod causa remittatur ad Reg. Cam. quando tractatur de interesse futuro ratione adhoa vel relevii, ubi referuntur decision. S.C.*

8 *Fiscus non potest trahere causam ad Regiam Cameram, si unus ex litigantibus est debitor Regii Fisci, sed tantum potest assistere, si vult.*

9 *Feudum cujus qualitatis sit, ad Regiam Cameram judicandum remittitur, ubi referuntur decisiones pro utraque sententia, numer. 10.13.15.16.17. & 18. & de ratione nu. 14.*

11 *Remissiones causarum ad Regiam Cameram, ut plurimum procurant Rei ad impediendos litium exitus.*

12 *Compilato processu non debet impediri causa expeditio, quamvis in ea compareat tertius privilegiatus pro suo interesse.*

19 *Causa, in quibus dubitari contingit in Sacro Consil. de qualitate fundi, quia Regius Fiscus habet semper interesse præsentaneum, licet in futurum protrahatur exequutio, indistincte remittitur articulus ad Regiam Cameram.*

20 *Rem esse feudalem probatur ex solutione relevii, vel saltim oritur præsumptio, & quasi possessio qualitatis feudalis.*

21 *Relevii unica solutio acquirit jus domino directo, quod non tollitur, etiam si continuata deinde non sit.*

22 *Ecclesia nunquam moritur.*

23 *Relevium debetur ob mortem feudatarii propter renovationem investituræ.*

24 *Feudum ut non deveniat ad manus mortuas, maxime interest Regii Fisci.*

25 *Collusionem inter partes arguit ne Sacrum Consilium in causa, in qua habet interesse Regius Fiscus, ex officio eam remittit ad Reg. Cam. ubi refertur decisio.*

DECISIO CLXXXVI.

VErtente lite in S.C. inter Episcopum Abelini cum Barone Terræ Prata super reivendicatione, quem petebat Episcopus cujusdam nemoris, seu partis ipsius, sit in territorio d. Terræ Pratæ, tanquam de sua mensa Episcopali. Dicebat Baro conventus, causam esse remittendam ad Regiam Cameram, quia tractabatur de diminutione unius ex corporibus dicti sui feudi, & propterea tam in causa devolutionis, quam in solutione adohæ, & relevii Regius Fiscus habebat interesse, 1 qui proprios habet Judices, ut in toto *tit. C. ubi caus. fiscal. l. fin. C. si advers. fisc. l. 2. C. de fid. instrument. & jur. hast. fisc. lib. 10. l. cum eorum 5. C. de finien. & interlocut. omn. Iudic.* cum concordantibus, *Reg. Revit. in prag. 61. de offic. Procurat. Cæsar. Cancer. var. resol. par. 2. capit. 16. numer. 44. Carleval. de Iudic. lib. 1. disput 2. numer. 703. Ego in consul. 65. numer. 11. & in* 2 *decisio. 175. numer. 1. & 23.* Et in hoc Regno est Regia Camera Summariæ, quæ in causis inter privatos non 3 se debet intromittere, *l. procurator, eod. tit. ubi caus. fisc.* nisi privatus, privatum conveniat ex causa, quæ à Fisco pendet *l. cum vendente, C. eod. tit. l. minori, C. de jure fisc. lib. 10. Peregr. de jure fisc. lib. 7. tit. 1. nu-* 4 *mer. 3.* Verum quia circa interpretationem dicto. u m

ju... plures fuerunt ortæ controversiæ, ideo nonnullæ fuerunt editæ *Regia Pragm.* ut in *Pragm. 12. & 13.* de anno 1533. editis tempore D. Petri de Toledo, & de anno 1584. & 1585. tempore Ducis Olunæ, quæ sunt *Pragm. 61. & 62. de offic. Procurat. Cæsar.* summa quarum in eo residet, quod causæ decidendæ in Regia Camera sunt, in quibus Regius Fiscus est actor, 5 vel reus, vel author laudatus, & ultra hos tres casus adest etiam quartus, quando scilicet Fiscus haberet aliquod præsentaneum interesse considerabile, quo casu ad instantiam Regii Fisci Patroni judicandum est in Collaterali Consilio, si habeat tale interesse considerabile, ut sit causa sufficiens ad eam remittendam ad Regiam Cameram, ut etiam advertit *Reg. Capyc. Galeot. controvers. 24. numer. 21. lib. 1.* Et ex his dicebat Episcopus, quod cum in hoc casu Fiscus non erat actor, nec reus author laudatus, poterat dicta causa tractari in Regia Camera.

6 Neque quartus casus, de quo in dicta *Pragm. 62. de offic. Procur. Cæsar.* erat adaptabilis, quia duo copulative desiderantur, ut illi sit locus. Primo Regii Fisci præsentaneum, & considerabile interesse; Secundo, ut adsit ejus instantia, & sic semper fuit practicatum, ut in causa Dominici Spinulæ cum Victoria Pudeco, ut testatur *Reg. Revit. d. prag. 62.* in causa Philippi Spinolæ cum Joanne Baptista Cataneo, de qua *Consil. Marcian. cons. 5. in fin.* Dominorum de Sabellis, *Don. Ant. de Marin. quotidianar. resol. capit. 146. lib. 1. num. 1. Reg. Galeot. contron. 4. lib. 2.* ubi in fin. refert decisionem in causa Ill. Ducissæ Neritoni cum Universitate prædicta, de qua per *Me consultat. 65.*

7 Dicebatur etiam pro parte Episcopi, quod respectu interesse Regii Fisci ratione adhoæ, & relevii, quia tractatur de interesse futuro, non potest causa remitti ad Regiam Cameram, ut habetur ex dispositione *d. Prag. 62. paragrapho 3.* ubi in terminis cavetur, *che si debbiano rimettere dette cause de parti al Sacro Conseglio, eccetto si in alcuna di dette cause vertenti, è che in futurum verteranno trà parti vi fusse alcuna pretiso, & apparente interesse del Fisco, e di molta consideratione, nel qual caso riserva... o la dichiaratione à Noi, quale si farà presente il Magnifico Avocato Fiscale della predetta Regia Camera summariamente*, prout etiam fuisse decisum in S.C. habetur per *Franch. decisi. 117. post numer. 2.* quia cum Fiscus non habeat interesse formatum, sed dubitatur, ne ex hac lite aliquod patiatur detrimentum, causa non est remittenda ad Regiam Cameram, sed tantum potest Fiscus assistere, si vult, quod fuit etiam judicatum in causa dictæ Victoriæ Puderico, ubi Regius Fiscus prætendebat, quod sua interesat defendere suum debitorem, & facta relatione in Collat. Consilio, fuit dictum, quod liceat assistere in eodem S. C. & sic à remissione ad Regiam Cameram fuit exclusus, ut refert *Reg. Revit. d. prag. 62.* ubi etiam addit, quod propositio nullitatibus, fuerunt rejectæ, 8 & subdit, idem procedere, quando Regius Fiscus vult convenire debitorem debitoris, sequitur *Novar.* in eadem *prag. 62. Paul. de Castr. in l. 1. C. de Fisc.* ubi tangit hanc quæstionem, quando unus ex litigantibus est Fisci debitor, an ille possit trahere pro suo interesse causam ad suos Judices, ad hoc ut facilius exigere possit à suo debitore, & dicit, quod tantum potest assistere, si volt, sequitur *Peregr. de jure Fisci libro 4. tit. 6. in fin. ex text. in l. si cui, C. de non numerat. pecun. & Ego in d. consul. 65. num. 28. Novar. in prax. elect. for. fect. 2. quæst 11. numer. 3.* ubi refert decisionem in causa Astorgii Agnesii Administratoris patrimonii Ducissæ Cerzæ Majoris cum hæredibus Portiæ Carafæ, ut in dicta mea *dec. 115.* & de ea fecit etiam mentionem *Reg. Sanfelic. in addit. ad dec. 70.* quas posuit in 2. vol. suarum *decisionum.*

Sic etiam quamvis cognitio, an sit feudum, vel allodium ob interesse Regii Fisci remittatur ad Regiam Cameram,

Cameram, ut practica hujus Regni testatur *Reg. Galeot. d. controverſ. 24. in princ.* ubi etiam refert decisionem in causa Cardinalis Aldobrandini cum Duce Andriæ, in qua dubitatum fuit, an feudum Trocini esset feudum quaternatum simpliciter, vel secundum quid, an planum, *Reg. Tap. decis.* S. C. 58. Et in feudo Antedochii, an in eo vivatur iure Francorum, vel jure Longobardorum inter Principes Sabellos, & Marchionem Bandini, quam etiam refert *Reg. Galeot. d. controverſ. 24. vol. 1.* quæ causa fuit ad relationem Regiæ Cameræ determinata in Collaterali Consilio, & de ea facit quoque mentionem *Fulv. Constans.* Marchio Corleti ad 12. *lib. C. in l. 1. de Consul. num. 38. in fi. & 39.* & *Ego in consult. 3.* ubi *in fine* decisionem refero. Tamen multoties secundum facti contingen-

10 tiam fuit contrarium judicatum, ut in causa Marchionis Trivici cum Creditoribus, ubi tractabatur de alteratione, & mutatione qualitatis feudi, & sic etiam in causa Principis Montis Caveosi cum D. Beatrice Ursina & in causa Marchionis Vallis cum Creditoribus, & magis in puncto in causa Fratrum de Visconte, non obstante oppositione, quod feudum erat de jure Longobardorum: fuit immissus primogenitus, salva provisione facienda super petita remissione ad Regiam Cameram, de quibus omnibus mentionem fecit idem *Reg. Galeot. d. controv. 24. num. 31. cum seqq.* & *in fi.* decisum refert in causa Martii Pinelli super successione Marchionis Paridis Pinelli, de qua etiam per *Reg. Sanfelic. d. decision. 70.* Et hoc ea ratione, quia ut

21 plurimum esset aperire viam fraudibus, nam rei ad impediendos litium exitus procurant remissiones causarum ad Regiam Cameram, quia in eo Tribunali non ita faciliter causæ possunt debito fine terminari, ob multitudinem negotiorum, ratione gubernii Regalis Patrimonii, quod non est in Sacro Consilio ubi solum tractatur de decisionibus causarum, & sunt quatuor Aulæ, cum in Regia Camera non adsit, nisi una pro decidendis causis; alia enim (quam vocant Aula parva) solum pro videndis computis fuit formata, & proinde non mirum, quod causæ inter Partes, quæ tractantur in Regia Camera, non ita de facili expediri possunt. Quod eo magis procedere debet in hac causa, ubi jam reperitur processus compilatus, & in limine expeditionis, ad cujus expeditionem impediendam instatum fuit pro causæ remissione ad dictam Regiam Cameram.

22 Et quod compilato processu non debeat impediri causæ expeditio, quamvis in ea compareat tertius privilegiatus pro suo interesse, decisum refert *Franch. in dec. 261.* ubi in *fine* dicit, idem fuisse decisum in Regia Camera in causa Catharinæ Pellegrinæ cum Alphonso Sauces super petitione tertiariæ ferri, in qua quamvis subintrasset Regius Fiscus, & petiisset, in judicio supersederi tamen facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Consilio, fuit decisum, esse procedendum ad expeditionem causæ inter Partes prædictas, salvis juribus Regii Fisci. Aliam decisionem refert *Reg. Galeot. d. controv. 24. tom. 1. num. 58. & seqq.* ubi respondet ad causam successionis Principis Bisiniani, quæ fuit remissa ad Regiam Cameram: & ex his concludebat Episcopus, non esse causam prædictam remittendam, sed decidendam in S.C. salutis juribus Regii Fisci, qui poterat assistere.

Pro parte vero Baronis dicebatur, quod judicium motum per dictum Episcopum erat reivendicationis partis cujusdam nemoris per ipsum possessi, uti Baronem dictæ Terræ Pratæ: & sic aut dubitatur, si dictum nemus sit feudale, vel burgensaticum; & tunc nulli dubium est, secundum ea, quæ pluries fuerunt

23 decisa in S. C. quod declaratio qualitatis prædictæ est remittenda ad Regiam Cameram, prout fuisse decisum in causa Marchionis Sancti Lucidi refert *Anna*

24 *alleg.* 121. & hoc ea ratione, quia circa qualitatem feudalem, vel allodialem Fiscus habet interesse, & ideo sententia in referenda nocet Fisco, si sciebat, causam agi: *Andr. de Isern. in cap. 5. §. si vasallus, col. 2. verſ. si vero contra vassallum, si de feud. defunct. milit. fuer. controverſ.* quod inconcusse observatur, & *Ego*

25 etiam dixi in *dec. 33. num. 13.* & fuisse etiam decisum per S.C. in causa Eminentissimi Cardinalis Aldobrandini cum Illustr. Duce Andriæ, refert *Reg. Galeot. controv. 8. sub num. 15. tom. 1.* ubi etiam dicit, quod cum fuisset declaratum per Regiam Cameram, feudum Torcini, de quo agebatur, esse feudale, fuit iterum instatum, remitti ad Regiam Cameram, an esset feudum quaternatum, vel planum, & de tabula, in qua etiam causa fuit dubitatum, utrum pendente reclamatione à decreto declarationis dicti articuli, poterat ad ulterio-

26 ra procedi in causa principali, & fuisse decisum negative, refert *Reg. Revit. in pragm. 37. de offic. Procur. Cæsar.* ubi etiam affert aliam decisionem inter Baronem Tusi, & Marchionem Montis Falconis, ac eundem Baronem Terræ Pratæ super qualitate feudali, vel allodiali, & deciso articulo per Regiam Cameram, Territorium dictum *Ischa Vellana* esse feudale, cum fuisset reclamatum sub die 9. Decembris 1601. fuit determinatum quod expectetur exitus causæ reclamationis, & ideo dicebat Baro Terræ Pratæ, quod in hac causa specifice erat providendum, si erat dictum nemus feudale, vel burgensaticum; & quod erat dictus articulus remittendus ad Regiam Cameram. Immo in dicta causa feudi Torcini declarata qualitate feudali, iterum fuit dubitatum, si erat feudum quaternatum

27 simpliciter, vel secundum quid, & pendente decisione dicti articuli, fuit in causa in S.C. vertente supersessum, ut refert *Reg. Galeot. d. controv. 8. lib. 1. in loco supra cit. verſ. & per Sacrum Consilium aliis etiam factis decretis*, de qua causa meminit etiam *Reg. Tap. in jura Regn. lib. 1. in d. pragm. 37. de offic. Procur. Cæsar. & dec.*

28 *Sacr. Consil. 18.* sic quoque fuit decisum in dicta causa inter Principem, & Fratres de Sabellis cum Marchione Introdochi super qualitate feudi prædicti, si erat de jure Francorum, vel Longobardorum, de qua supra mentionem fecimus, ut est videre apud *Consil. Marcian. conſ. 5. vol. 1. & Donat. Ant. de Marin. reso-*

29 *lut. quotid. c. 146. num. 4.* ubi etiam tradit, quod in causis feudalibus, in quibus in S.C. dubitari contingit de qualitate feudi, quia Regius Fiscus habet semper interesse præsentaneum, licet in futurum protrahatur executio, indistincte remittitur articulus ad Regiam Cameram, & hoc sive instet, sive non, Procurator Regii Fisci pro remissione, & sic semper articulus præjudicialis Regio Fisco, remittitur ad Regiam Cameram, ut novissime fuit decisum in causa successionis Marchionis Gruptulæ, ubi fuit dictum, tractari in Sacro Consilio, verum quod si contigerit tractari de articulo successionis fratris uterini, quia in hoc habebat Regius Fiscus interesse, quod ejus decisio remittatur ad Regiam Cameram, de quo decreto mentionem fecit *Reg. Sanfelic. in prax. Iudic. fol. 57. in fi.*

Aut vero Pars non dubitat de qualitate feudi, prout

30 cum effectu prætendebat, dubitari non posse, cum de dicto corpore appareat, fuisse solutum relevium Regiæ Curiæ, per quam solutionem probatur, rem esse feudalem, vel saltem oritur præsumptio, & quasi possessio qualitatis feudalis. *Afflict. in c. 1. numer. 297. ex quib. cauſ. feud. amitt.* qui sic decisum refert, *Fab. de Anna. conſ. 129. num. 12. De Pont. conſ. 72. vol. 2. n. 2.* quæ solutio est tantæ efficaciæ, quod etiam per unicam acquiritur jus Domino directo, quod non tollitur, quamvis solutio prædicta continuata non fuerit, ut *Ego* fundavi in *dec. 93. n. 5. & 2. Rosental. de feudis c. 12. concl. 14. num. 66. Bambacar. in c. si quis per triginta, nu. 6. si de feud. defunct. milit. fuer. controverſ. Capan. de jur. relev. par. 3. quæstion. 17. numer. 4.* & ea pluribus hoc fundat

fundat in *tract. de jur. adhoa, q. 11. per totam*. Et tunc tanto magis causa erit remittenda, quia adest evidens interesse Regii Fisci, ne hoc feudum perveniat ad manus mortuas, sive perpetuas: Ecclesia enim nunquam moritur. *can. liberis 63. 12. q. 2. cap. si gratiosa §. de rescriptis in 6. Pereg. de fideicomm. art. 11. num. 63. & 64.* Et interesse est certum, nedum quia nunquam haberet relevium, quod Regiæ Curiæ debetur per mortem feudatarii ob renovationem investituræ, ut habemus in *Constit. Regni Post mortem, & in c. Regni incip. Apud Fogiam, Petr. de Greger. de concess. feud. par. 8. quæst. 16. Afflict. dec. 112. vol. 1. Capan. de jur. relev. par. 1. q. 1. per tot.* Item adest maximum interesse Regii Fisci, quia nunquam devolvitur ad Dominum ob deficientiam successorum, ut dixi *Paris de Put. de reintegr. feud. f. 81. num. 10. Luc. de Penn. in l. si quis, C. de divers. prad. Vrban. lib. 10. Anna in d. allegat. 121.* ubi alios allegat, & sic decisum testatur.

25 Ex quibus interminis adducebatur decisio in causa Vniversitatis Præsenserit, prætendentis, defensam quandam sitam in territorio dictæ Terræ spectare ad Vniversitatem, quem cum convenisset quosdam Particulares, quibus Baro concesserat ad meliorandum partem defensæ prædictæ, & illi laudaverint authorem dictum Baronem ratione promissæ evictionis, quamvis Baro non comparuisset pro defensione, nec instituisset pro causæ remissione ad Regiam Cameram, tamen quia dubitatum fuit de collusione, & tractabatur de magno Regii Fisci interesse, si defensa prædicta perveniret ad Vniversitatem, quæ nunquam moritur fuit per S. C. remissa causa ad Regiam Cameram, ut testatur *Franch. dec. 131.* ex quo S. C. in causis, ubi Fiscus habet formatum interesse, est Judex pœnitus incompetens, & hanc decisionem refert, & sequitur *Caball. resolut. crim. centur. 2. casu 168. n. 9.* Et quamvis aliqua fuisset in decisione illius causæ inter Nos difficultas, tamen superveniente instantia Regii Fisci petentis causæ remissionem ad Regiam Cameram, & proinde practicando quartum caput *Regiæ Pragm.* visum fuit interesse Regii Fisci esse considerabile, & fuit dictum die 17. Junii 1647. visa instantia Regii Fisci, causa remittatur ad Regiam Cameram. Penes Franciscum Anastasium Regium à mandatis Scribam.

OBSERVATIO IN DECIS. CLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus si laudatur in authorem non potest molestari, si adsunt bona debitoris, & Fisci causa prius debet expediri, quam causa privati.*
2 *Fiscus si est principalis debitor, an possit deveniri contra tertios possessores, nulla facta discussione.*
3 *Fiscus dicitur quasi fixus, idest firmus.*
Fiscus semper est dives, & solvendo, ibid.
Fiscus non tenetur satisdare, ibid.
Fiscus non est idoneus fidejussor, ibid.
4 *Fiscus dicitur fixus, & stabilis, quia perpetuus, & nunquam moritur.*
5 *Fiscus dicitur saccus, in quo Imperii, & Principis pecunia reponitur.*
Fiscus est saccus sine conscientia, quia imbursat ab aliis male quæsita, ibid.
Fiscus est iniqui lucri justus ablator, ibid.
Fiscus est calamitas subditorum, ibid.
6 *Castrum, sive Terra quando sit feudalis, vel allodialis, remissive.*
7 *Relevium quid sit.*
Relevium debetur solum quando succeditur defuncto, non autem si feudum habetur alio titulo quam hæreditario, vel ex contractu, ibid. & n. 8. & 9.
8 *Relevium debetur ex consuetudine introducta, ibid.*
Relevium debetur per mortem naturalem, non autem fictam, vel civilem, ibid.
Relevium non debetur si feudatarius ingrediatur Religionem, vel fiat forjudicatus, ibidem.
10 *Relevium an debeatur ob donationem, vel refutationem feudi per mortem refutantis, etiam si sit omnium feudorum in proximè successurum, an verò per mortem refutatarii, & n. 11. & 12.*
Quid si refutatio fiat contemplatione matrimonii, ibid. & num. 12.
Relevium an debeatur ob mortem refutantis feudum filio, cum reservatione disponendi de certa quantitate pro anima sua, ibid. & n. 12.
11 *Relevium an debeatur si fiat donatio, vel refutatio cum clausula simpliciter ex nunc, vel cum clausula ex nunc pro tunc sequuta morte, & nu. 2.*
12 *Relevium an debeatur per mortem patris, qui refutavit feudum filio contemplatione matrimonii, reservans sibi certos fructus feudi pro suis alimentis, & numero 10.*

1 OBservo in hac decisione ad *num. 5.* ubi fit mentio de Fisco, quando est author laudatus, quod ubi Fiscus laudatur in authorem, non potest molestari si adsunt bona debitoris, ad *text. in l. apud Iulianum. ff. de jur. fisci*, ubi prius expediri debet causa fisci, quam privati, *Peregrin. de jure fisci, lib. 7. tit. 33. n. 35. in fine, vers. aut verò agitur de fisci interesse, & num. 36.* & ità fuit decisum per Regiam Cameram Summar. sub die 2. Iunii 1628. in banca de Sparano, in causa Ioannis Baptistæ, & Francisci de Rio Aldo, cum hæredibus Fabii Brancati, & Francisci Preite; Fuit enim ordinatum, quod procedatur ad venditionem territorii possessi per Franciscum Preite debitorem & pro Fisco instantiam fecerat D. Fabius Capycius Galeota tunc Fisci Patronus, postcà Regens dignissimus, fol. 101. à ter. in process.

2 Et si Fiscus est principalis debitor, an possit deveniri contra tertios possessores bonorum, nulla facta discussione, tradit *Vrsill. in decis. 4. fol. 88. infr. citand. num. 1. 3. 4.*

3 Item observo, quod Fiscus dicitur quasi fixus, idest firmus ex duplici respectu.

Primò, quia semper est dives, & solvendo, *l. 1. ff. de fund. dotal. glos. & Bartol. in rubr. C. de jure fisc. lib. 10. Ruin. cons. 44. num. 8. tom. 1. Vrsill. ubi sup. num. 4.* & ideò prædicta ratione relevatur ab onere satisdandi, & proindè usufructu Fisco legato, non tenetur Fiscus satisdare de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, *glos. in l. 4. verbo boni viri, C. de usufr. Sard. decision. 183. numer. 8.* Sed quamvis Fiscus dives sit, & solvendo est, non tamen idoneus fidejussor, vel depositarius ob difficultatem illum conveniendi, *gl. in d. l. 1. ff. de fund. dot.* & sic obligatus dare fidejussores, non potest dare Fiscum, quia non est habilis ad conveniendum, & ità decisum, ut per *Afflict. dec. 88.* & ibi *Vrsill. n. 1.* quod non procederet quando est jam obligatus, dixit *Sard. loc. cit. n. 10. D. Galeota respons. fisc. 26. n. 17.*

4 Secundò, quia Fiscus est fixus, & stabilis, quia perpetuus, & nunquam moritur, ut ait *Peregr. de jure fisci lib. ... tit. 1. num. 34. D. Reg. Galeota respon. fisc. 1. in differt. num. 17.*

5 Item Fiscus dicitur quasi saccus, in quo Imperii, & Principis pecunia reponitur, *glos. in l. in Provinciis, verbo fiscalis, C. de numerar. lib. 12. D. Galeot. loc. cit. num. 11. & Bald. in cap. 1. §. ad hac, num. ... in titulo de pace firm.* dixit, quod est saccus sine conscientia, quia imbursat ab aliis malè quæsita, ad *text. in l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoff. testam.* & ex *Bald.* tradit *Lupus in rubr. de donat. inter virum, & uxorem*, quod Fiscus est iniqui lucri justus ablator, ità *Peregrin. ubi supra numer. 38.* & quod Fiscus nihil aliud sit, quam subditorum calamitas, dixit *Bald. in cap. 1. numer. 15. extra de jure jurand.*

6 De qualitate feudi fit mentio *numer.*20. Ideò si scire velis quando nam Castrum, sivè Terra præsumatur feudalis, vel allodialis, vide quæ diai suprà in *observ. in decis.*13. *tom.*1. *à n.*2. *usque ad* 14.

7 Relevium, de quo hic 20. *&* 21. ità definitur, & scribitur à *Gallupp. in method. Univers. jur. feud. par.*4. *cap.* 4. *de renov invest. & solut. relev. num.*11. (quod est lus quodam more introductum in Regno, & debetur Regi, aliove Domino directo post mortem feudatarii vassalli à quocumque successore in feudo titulo hæreditario, & possidente illud pro confirmatione investituræ, & assecurationc vassallorum infrà annum, & diem, petita, & concessa juxtà stylum Curiæ consistens in medietate fructuum illius anni,) cujus descriptionis explicatio habetur per eundem ibidem à *num.* 11. *cum seq.* & eandem descriptionem licet breviorem habes apud *D. de Ponte in prælud.* post ejus decisiones *lect.* 2. *num.* 50. *& in tract. de potest. Proreg. tit. de refut. feud. num.* 5. Quod quidem relevium

8 introductum fuit ex consuetudine, ut solvatur solummodò ab hæredibus, quando succeditur defuncto (ut supra in definitione,) & idem *Gallupp. num.*16. ac *D. de Ponte ubi sup.* & per mortem naturalem, non autem per mortem civilem, ut putà si feudatarius ingrediatur Religionem, vel efficiatur forjudicatus, successor non tenebitur solvere relevium. Idem *Gallupp. ibid. num.*25, *vers. post mortem.*

9 Item non debetur relevium, si feudum non habeatur titulo hæreditario, sed habeatur feudum alio titulo, & ex contractu inter vivos, *D. de Ponte loc. cit. de potest. Proreg. tit. de refut. feud.* §.4. *num.*52. & per plures casus exemplificat *d. Gallupp. à n.*39. *cum seq. loc. cit.*

10 Undè ob refutationem factam à patre filio, vel in alium proximè successurum, etiam si esset omnium feudorum contemplatione matrimonii, vel ea alia justa causa, & ex conjectura non posset dubitari fuisse factam in fraudem pro non solvendo relevio, tunc non debetur relevium ob mortem refutantis, sed per mortem refutatarii, & ità pluries fuisse decisum per R.C.S. referunt idem *Gallupp. ibidem num.*45. *&* 46. *D. de Ponte in prælud. feud. lect.*2. *num.* 53. *&* 54. *& de potest. Proreg. tit. de refut. feud. sub num.*7. *& ibidem in* §.4. *num.*16. *Anna singul.*568. *& allegat.*23. *num.* 7. *tom.*1. *D. Reg. Moles decis. manuscript.* 108. *tit. de relev. seu in tract. manuscript. eodem, titul. de jur. relev. quæstion.*7. *feudo refut. qualiter, & quando debeatur relevium*, quamvis in causa prætensi relevii per Regium Fiscum ob mortem Ducis Magdaloni, qui per prius refutaverat omnia feudalia ejus filio, reservata sibi facultate disponendi de ducatis centum mille pro anima sua, prout illos reliquit Hospitali Sanctissimæ Annunciatæ hujus Civitatis Neapolis, Iudicavit eadem Reg. Cam. solvendam esse medietatem relevii, ut refert idem *Reg. de Ponte ubi supra de potest. Proreg. d.* §.4. *n.*16. *in fine.*

11 Sed quid si fiat donatio, sivè refutatio cum clausula simpliciter ex nunc, vel si fiat cum clausula, ex nunc pro tunc sequuta morte, an debeatur relevium ob mortem refutantis, tradit idem *D. de Ponte loc. cit. de potest. Proreg. d. tit. de refut. feud. à num.*1. *usque ad* 7. *& in d. prælud. feud. d. lect.*2. *nu.*53. *&* 54.

12 An autem debeatur relevium ob mortem patris refutantis, si refutet filio feudum contemplatione matrimonii in vita, & sic cum clausula ex nunc, reservans tamen sibi certos annuos introitus consequendos ex fructibus ipsius feudi, pro suis alimentis, & respondetur negativè, quia filius non successit in feudo per mortem patris, sed ex contractu inter vivos illud acquisivit, & ità decisum refert *Thor. tom.* 2. *verbo relevium duplicatum, fol.* 549. in causa Baronis Rofrani Michaelis Faravi.

Michael Angelus Ginzius.

ARGUMENTUM.

In causis criminalibus, in quibus Mag. Cur. Vicar. procedit uti delegato, si contigerit tractari incidens civile, veluti repositionis ad Ecclesiam, vel remissionis, an detur appellatio, ita ut causa sit comminenda in Sacro Consilio Judice ordinario appellationis à sententiis, & decretis Mag. Cur. Vicar. An vero sit recurrendum ad Delegantem, ad finem obtinendi reclamationem: Et quid quando petitur remissio à Barone, vel Episcopo.

SUMMARIUM.

1 *Regentes Collateralis Consilii, cui præest D. Prorex, sunt pars corporis Principis.*
2 *Appellatio à Delegato fit ad Delegantem.*
3 *Delegationes fieri non debent, nisi in causis exemplaribus, & ob bonum publicum.*
4 *Appellatio est species defensionis.*
5 *Appellatio sicuti non competit à sententia Principis, ita neque à sententia Iudicis dati à Principe, cum clausula* apellatione remota: *quod tamen intelligitur de sententia diffinitiva, secus vero de interlocutoria, seu incidendi.*
6 *Appellatione sententia intelligitur de diffinitiva non autem de interlocutoria.*
7 *Iudicium repositionis ad Ecclesiam, quamvis incidat in causa criminali, dicitur tamen articulus civilis.*
8 *Fiscus licet non possit appellare à sententia contra ipsum lata in causa criminali, tamen in articulo remissionis, seu repositionis ad Ecclesiam, ei competit appellatio.*
9 *Statutum prohibens appellationem in criminalibus, non habet locum in causa civili incidenti, & occasionata ex causa criminali: quod etiam procedit in casu mixto, n.*19. *& debet intelligi quoad sententiam diffinitivam, non vero ab interlocutoria, n.*11.
12 *Iudex criminalis quamvis possit cognoscere de incidenti civili, quod emergit in causa criminali: non tamen per hoc est denegandum Partibus, quæ judiciis, & negotiis civilibus conceduntur.*
13 *Accessorium debet habere eandem naturam sui principalis, & num.*38. *Intellige, ut num.*14. *Limita, ut n.*16. *& n.*19.
15 *Iudicium repositionis ad Ecclesiam, vel remissionis causæ ad Baronem, vel ad Iudicem competentem est penitus separatum à criminalitate.*
17 *Delegationes, vel statuta, per quæ denegatur appellatio, uti odiosa sunt strictè intelligenda.*
18 *Appellatio ab interlocutoria non admittitur, quoties gravamen, quod infertur in incidenti, potest reparari in diffinitiva.*
20 *Fori privilegio regulariter quisque renunciare potest, quatenus ejus favorem concernit, declara, ut numero* 22.
21 *Clericus non potest renunciare foro clericali.*
23 *Clausula* appellatione semota *Tertio non præjudicat.*
24 *Statutum prohibens appellationem, non tamen prohibet tertio pro suo interesse appellare, & n.*12.
25 *Appellatio à sententia interlocutoria lata in possessorio non admittitur, quando Iudex pronunciat, Tertium comparentem non esse legitimum contradictorem. Limitatur, ut nu.*26.
27 *Iurisdictionis defectus, & impedimentum, cæteros omnes excedit.*
28 *Remissio causæ petita ab inquisito, vel repositio ad Ecclesiam, tractatur in S.C. ad relationem M.C.V. absque novo termino, & quid practicetur, Barone, vel Episcopo petente remissionem, vel repositionem, n.*29.

30 *Iudex in una, eademque causa potest procedere uti Delegatus, & uti Ordinarius: intellige, ut num. seq.*

33 *Appellationis admissio est multum favorabilis. Ubi referuntur casus exemplares.*

34 *Appellatio, & reclamatio multum differunt, quia illa competit de jure, ista autem ex Principis delegantis benignitate, & arbitrio.*

35 *Impossibile reputatur id, quod à voluntate Principis dependet.*

36 *Iudices M.C.V. difficiliter sententiam mutant, quando eis remittitur causa loco reclamationis.*

37 Tex. in c. super eo, de offic. deleg. *expenditur.*

39 *Appellatio an sit prohibita ab interlocutoria, ut cognoscatur, sunt consideranda verba rescripti, sive statuti. Ubi commendatur Praes. S.C.* Merlious.

40 *Verbum* causa *appositum in delegatione non magis convenit sententia diffinitiva, quam interlocutoria, ubi eadem ratio viget.*

41 *Interlocutoria super competentia, vel incompetentia Iudicis multum differunt.*

42 Anton. de Gamma in dec. Lusit. 159. *declaratur, ob majorem intelligentiam distinctionis traditae per Praes.* S. C. Merlio, controv. forens. c. 13. num. 16. tom. 1.

43 *Articulus istius decisionis habet suas amariendiaes. Ubi erabitur distinctio* Authoris, *n.* 44. & 45.

46 Reg. Sanfelic. *in causis criminalibus fuit magnus practicus.*

DECISIO CLXXXVII.

PLenies fuit in Collaterali Consilio disceptatum, an in causis criminalibus, in quibus Magn. Cur. Vicar. procedit uti delegata, si contigerit tractari aliquod incidens civile, veluti quando petitur repositio ad Ecclesiam, vel remissio ad Judicem Ecclesiasticum, vel Baronem, vel aliud simile, si in illo incidenti debeat procedere ut delegata, an vero ordinarie, ita ut detur appellatio ad Sacrum Consilium, 1 Judicem in causa appellationis, an vero solum possit reclamari ad Collaterale Consilium, cui praeest Excellentissim. Dom. Prorex, ut dixit *Reg. Tap. dec. Suprem. Ital. Senat. 3. numer. 90. De Pont. de potest. Proreg. tit. delegat. causar. numer. 12.* cum Collaterale Consilium sit pars corporis Principis, *l. quisquis, C. ad leg. Iul. Majestat. humanum, C. de legib. Boer. in addit. ad Ioann. de Montaygn. de author. magn. Consil. in princip. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. c. 1. nu. 4. Reg. Sanfelic. in prax. Iudiciar. sect. 26. nu. 5. & 6.* & sentiens 2 se gravatum à Delegato, recurrere debet ad Delegantem, *Specul. in tit. de appellat. §. nunc tractemus, vers. si vero à delegato, num. 5. lib. 2. Frec. de subfend. lib. 2. auth. 13. num. 4.* & alii per *Scacc. de appellat. quaest. 8. artic. 2. num. 14.*

3 Quae tamen delegationes fieri non debent, nisi in causis exemplaribus, & ob bonum publicum, ut habetur ex *Gamm. vot. 28. in fin.* & per *Avendan. de exequ. mandat. Reg. lib. 1. cap. 19.* quos refert, & sequitur *De Pont. in d. tit. de delegat. caus. num. 2. & num. 5.* quia 4 procedendo in dictis causis nomine Regio, tollitur appellatio, quae defensionis est species, *l. 1. ff. de appell.*

Et proinde cum casus accidisset, quod fuissent inquisiti quidam de gravissimis delictis, & petiisset Episcopus Acerrarum repositionem eorum ad Ecclesiam, à qua cum per decretum M.C. fuisset exclusus praetendebat, causam esse remittendam Sacro Con-5 silio, quia quamvis causa esset delegata dictae M.C.V. quae procedit appellatione remota, nam sicut non potest appellari à sententia Principis *l. 1. ff. à quibus appell. non l. c.* ita etiam neque à sententia judicis dati à Principe cum clausula *appellatione remota,* ut in *d. l. 1. §. interdum, cap. pastoralis 53.* ubi Canonistae, *de appellat.* & alii per *Scacc. de appellat. q. 16. limit. 1. n. 20.* Hoc tamen est intelligendum in sententia diffinitiva, secus vero interlocutoria, seu incidenti, *Felin. in cap. causam, quaest. 18. sub numer. 26. vers. & dum, de rescript. Rota divers. dec. 100. nu. 30. in fi. Broder. de a. . . tat. par. 1. tit. 11. col. 13. in fi. Scacc. de appellat. quaest. 17. limit. 6. membr. 6. num. 31. Alex. Ias.* & caeteri in *rub. ff. de re judic. Baiard. ad Clar. in q. 94. nu. 45. Bossius de appellat. nu. 11. Farinac. in q. 101. nu. 97. Praes. S.C. Reg. Merlin. 6 controv. c. 15. lib. 1. num. 8.* Et ea potest esse ratio quia appellatione sententiae, de diffinitiva, & non interlocutoria intelligitur, *Imol. in rub. ff. de re judic. Felin. in rubr. eod. tit. de sent. & re judic. n. 7.*

Insuper dicebatur, quod M. C. erat tantum delegata in causa criminali contra dictos inquisitos, secus autem in hoc judicio repositionis ad Ecclesiam 7 ad instantiam Episcopi, quod est judicium civile, ut dixit *Reg. Sanfelic. dec. 4. 1. vol. nu. 7.* ubi ex hoc infert, quod licet Fiscus non appellet à sententia contra ipsum lata in causa criminali, tamen in articulo remissionis, seu repositionis competit ei appellatio, *Franc. dec. 148. 460. & 470.* & sic quamvis in causa inquisitionis, & condemnationis contra ipsos non posse appellare, ex quo delegatio semper intelligitur, *appellatione remota* tamen in hac causa repositionis intentata ad instantiam ipsius Episcopi, articulus est civilis, & statutum prohibens appellationem in criminalibus, non habet locum in causa civili incidenti, & occasionata ex causa criminali *Riminal. cons. 529. vol. 5. Baiard. ad Clar. d. q. 94. num. 44.* neque etiam habet locum in casu mixto, *Alciat. cons. 12. numer. 6. lib. 7.* post *Bart.* & alios in *l. Titia, ff. de acc. . . sat. Bald. in l. unica. ff. de offic. Praef. Praet. Abb. in c. pastoralis, de appellat.* & 11 Statutum debet intelligi quoad sententiam diffinitivam, secus vero ab interlocutoria, *Alex. Ias.* & alii in *d. rubr. ff. de sent. & re judic. Bened. de Plumb. in l. etiam. §. absens, ff. de manumiss. vindict. Farinac. d. q. 101. nu. 97. Gnaz. ad defens. reor. defens. 36. c. 4. n. 17.* & quam-12 vis de incidenti civili, quod emergit in causa criminali cognoscat Idemmet Iudex criminalis, ob connexitatem, ut dixit *Egid. Boss. de for. compet. nu. 121. Men. de arbitr. lib. 1. q. 82. num. 10. & q. 91. num. 8.* ac *retin. poss. remed. 3. nu. 552. Farinac. de inquisit. q. 1. n. 63.* tamen non per hoc possunt Partibus denegari, quae judiciis, & negotiis civilibus conceduntur, & inter alia appellatio, & supplicatio, cum non admittat propriam naturam, ex eo, quod inciderit in causa criminali *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. par. 9. numero 54.*

13 Nec obstabat, quod dicebat Fiscus, nempe, quod incidens cum sit accessorium ad principale, eandem debet habere naturam, ea regula *text. in l. cum principalis, ff. de reg. jur. Bar. in l. solent, ff. de alimen. & cibar. legat. Franc. dec. 63. num. 3.* Quia hoc dicebatur procede-14 dere; quando accessorium ita est principali connexum, ut non possit stare de per se: secus vero in causa petitionis repositionis ad Ecclesiam, vel remissionis 15 causae ad Baronem, vel ad Iudicem competentem, quod est judicium penitus separatum à criminalitate, ut judicatum refert idem *Franch.* per S. C. junctis Consiliariis duarum aularum in *decision. 518.* Limitatur enim dicta regula, ubi adest diversa ratio accessorii à 16 principale, quia tunc non sequitur ejus naturam, ut refert idem *Fran. in dec. 506. n. 13. & dec. 613. n. 23. & dec. 637. in fi.* ubi etiam judicatum refert in casu magis arduo, quod fuit admissa appellatio ab incidendo, ex eo quod continebat damnum irreparabile in diffinitiva.

17 Dicebatur tertio, quod illae delegationes, vel statuta, per quae denegatur appellatio, sunt satis iniqua, & odiosa, *Federic. de Sen. consil. 66. Praes. S.C. Merlin. d. cap. 15. numer. 10. controvers. for.* quia appellatio est species defensionis, *l. 1. ff. de appell. c. cum speciali 61*

§. porr.

§. porro de appellat. Scacc. de appellat. lib.3.c.5. qu.16. num.5. & proinde sunt stricte intelligenda, nec in incidentibus procedunt, prout in casu a principali, *Alciat. in l.si quis in conscribendo, in verb.compromissariet, C. de pact.Franch.d.dec.637. n.10.* odia enim in hac materia sunt restringenda, *Rimin.jun cons.1 9.lib.3.& 829. in fi.lib.7.Rugiell.* qui alios refert *de appellat. §.12. gl. 2.c.5. coll. vers quid ergo dicendum.*

18 Quarto, dicebatur, quod quoties gravamen, quod infertur in incidenti, potest reparari in diffinitiva, tunc appellatio non admittitur, & potest practicari, ut prohibitus appellare à sententia diffinitiva, neque possit ab interlocutoria: secus vero ubi non potest in diffinitiva reparari, ut habetur ex *Bald. in l. post sententiam. col.2. vers.pono ego, C.de sent. & interloqut. omn.jud. Aug cons.36 num.5.jas.cons 60 n 5.lib.1.Steph. Aufrer in add. ad Capell Tholos.q.ult.colum.2. vers.idem si Iudex, Cacher.dec 25.num.14 vers.contrarium tamen,* & decisum refert *Franc.dec.408.* Et certe in hac causa hoc gravamen respectu repositionis ad Ecclesiam nullo modo posset reparari, quatenus inquisiti venirent condemnandi, non enim ad aliud finem Fiscus instat, à repositione, vel à remissione inquisitos excludi, nisi eos condemnandi causa ad pœnam delicti, vel interim, ut etiam ex informativo possit tormentis subjicere.

19 Quinto, observabatur, quod accessorium non est idem cum principale, quando militat diversa ratio, *Bart.in l.sitia stipulatus, ta 18.oppos.ff.de verb. obligat. Bald.in l.non dubium,C.de legib Luc.de Penn.in l.agros, C.de fund.limitroph.lib.11.* At diversa est ratio, quando proceditur criminaliter contra inquisitum, &

20 quando Episcopus remissionem petit ad ejus forum, quia ille tractat de pœna delicti evadenda, Episcopus autem de non amittenda jurisdictione. Hinc dicimus regulariter, quod unusquisque fori sibi competentis privilegio renunciare potest, *l. si quis in conscribendo, C.de pactis. l.1. ff. si quis in jus vocat. l.si convenerit, ff. de jurisd. omn. Judic.* non loquendo tamen de clericis,

21 qui foro clericali renunciare non possunt, *c. significasti, & c.si diligenti, de for compet. Gayll.lib.1 observ.40. nu.7.Gutierr.de juram.confirmat.c.15.nu.37.* Tamen dicta

22 renunciatio debet intelligi, quatenus ejus favorem concernat, secus vero quo ad Baronem, vel alium jurisdictionis Dominum, *l.1.& 2.ff.de iudic. l.1. §. & post operis,* ubi *Ias.ff.de nov.oper.nunciat. Fab de Ann. cons 107.num.10.Greger.Lopez in l.2.glos.per privilegia, tit.1. p.2.* & alii per *Genrb.cons.95.num.6. & 14.* & per *Octav.Caracciol.in tract.de for.privileg.q.12. per totam.* Ratio autem est, quia diversa est causa inquisiti à causa Episcopi vel Baronis, qui propriam jurisdictionem defendit, & ideo quamvis à remissione inquisitus esset exclusus, potest Episcopus tanquam nova causa remissionem petere, & clausula in delegatio-

23 ne apposita, *appellatione remota,* non extendi debet ad Episcopum, vel Baronem, quia dicta clausula tertio non præjudicat, *Gayll observ.72.num.9.& observat.70. n.12.* & est *tex.in c.super, de offic.deleg.* ubi *glos.in verbo intentionis.*

24 Ex quibus concludunt *DD.* quod quamvis per Statutum appellatio esset prohibita, non tamen erit prohibitum tertio pro suo interesse appellare, ut post *Dec.Felin. Hipolyt. Afflict. Ozasch. & Cavalc.* tenuit *Lancellot.de attent.c.12.ampliat.14.nu.4.Franc.Milanens. dec.Sicil.12.numer.9.lib.1. Ioan.Vincent. Honded.*

25 *cons.25.num.3.volum.1.Greva ad Gayl.lib.1. observ 122. nu.5.* Quod & alia ratione corroboratur, quia quamvis à sententia interlocutoria, lata in possessorio non appelletur, veluti quando quis compareret uti legitimus contradictor, ad finem impediendi immissionem in possessione, à scripto hærede petitam, & Iudex pronunciet, eum non esse legitimum contradictorem, licet non possit reparari damnum in diffinitiva possessorii, poterit tamen in sententia diffinitiva judicii petitorii, ut dixit *Menoch. de adipiscend. possess. remed.4. numer.818. & 820. Bald.in l. unic.C.si de momeat.possess.fuer.appell.Ang.in l si §. peto ff.de appel-*

26 *lat.* Hoc tamen limitatur in eo casu, in quo fuit prolata interlocutoria super iudicis incompetentia, vel competentia, quia in hoc appellatio est admittenda, nec censetur rejecta, ut sentit idem *Menoch.d. remed.*

27 *4.numer.8.21. & seq.* Et ea est ratio, quia jurisdictionis defectus, & impedimentum, cæteros omnes excedit, *Vant. in tract.de nullit. sentent. tit. de nullit. ex defect. jurisd.ordin. numer.14. Corset. in singul. in verbo statutum,* incip *Statuto cavetur, Dec.cons.8.nu.7.& cons. 38.num.7.Paris.cons.45.num.28.lib.1. & cons.24.nu.102. lib.2.*

Quod si procedit in sententia interlocutoria super repositione ad Ecclesiam, remissionis ad Baronem,

28 vel Iudicem Ecclesiasticum, quando petitur ab inquisito, quo casu in appellationis causa non datur novus terminus; neque committitur causa in Sacr. Cons. quando Magna Curia procedit ordinarie, & non uti delegata, sed ad relationem ejusdem M. C. determinatur in S. C. si bene, vel male per Mag. Cur. Vicar. fuerit judicatum, ut habetur in *Pragm.77. de.*

29 *offi.Sacr. Reg. Consil.* Quanto magis, quando petitur remissio, vel repositio Barone, vel Episcopo petente, quo in casu, appellationis causa committitur in Sacro Consilio, in quo datur terminus ad non posita ponendum, de qua observantia testatur *Reg. Sa felic. dec.4.num.18. in fi.& n.19.* licet *Prag.* prædictam, onde fuit dicta prædicta sumpta, non alleget. Et in effectu in dicto casu est nova causa, & novum judicium, distinctum à judicio vertente inter Reum. & Regium Fiscum, & propterea delegatio facta respectu inquisiti, non extenditur, dato, quod à decreto excludente remissionem, vel repositionem non posset appellari, sed reclamari ad Delegantem tamen quando petitur ad instantiam Baronis, vel Episcopi, non debet procedi ex delegatione, sed tanquam ordinaria appellatio est committenda in Sacro Consilio, ibique dari debet novus terminus in causa appellationis.

30 Nec est inconveniens, ut in una, eademque causa Mag Cur. Vicar. cum inquisito procedat vel delegata, & cum Barone, vel Episcopo uti ordinaria, quia stante diversitate judicii, & personarum, hoc bene procedit, ut dixit *Innoc. in cap. cum ex officiis, num.3. de præscript.* ibi; *item posset eligere, quod in una parte causa uteretur ordinaria, in alia delegata.* Hoc

31 tamen intelligitur in eo judice, qui duas habet authoritates, ut sunt Iudices Mag. Cur. Vicar. qui sunt Iudices ordinarii & ex delegatione in aliquibus causis procedunt uti delegati, quod quidem optime fundat *Ang.cons.195 num.3.* in casu, quo stante statuto, ut à sententia Consulum non possit appellari, neque de nullitate dici, tamen hoc non procedit, quando nullitas est ex defectu jurisdictionis, aliàs enim omnes causas Mundi ad se trahere possent, quod satis esset iniquum, quia per hanc viam absorpta esset jurisdictio omnium aliorum Iudicum, ad quod allegat *glos.* quam dicit singularem in *clem.1.de sequest.possess. & fruct.* & hanc *Angel.* doctrinam secuti fuerunt *Dec. cons. 49. vol.2. vers. tertio facit, & cons.360. Curt.jun. consil.124. num.13.Rol.à Vall.cons 33.num.6. volum.4. Caball.resolut. crimin. casu 208.numer.7.cent.3. Scacc.de Iudic.libro 2. cap.101. numer.18. Guaz. ad defens. reor.defens. 36. cap.4.num.12.Gratian.discept.forens.cap.76.Capiblanc. de authorit. Baron. pragmat.8. tom.2.cap.50. numer. 7.* qui ita in praxi servari testatur, & idem respectu Baronum, suas jurisdictiones defendendum practicari in Cathalonia, habetur ex *Michael. Ferrer.in cap.25. incip. appellari privatus,* sequitur *Fontanell. de pact. nuptial. claus.7. gloss.2. par.9. numer. 56.* quia delega-

tio Episcopum, aut Baronem in eodem judicio criminali non subditum comprehendere nequit, *Serap. 1221. n.4.*

Nec prædictis obstare dicebatur, ea, quæ tradit novissime *Reg. Sanfelic. in decisio. 321. volu* 1. ubi inserit ea, quæ docte scripsit in hoc puncto Regius Consiliarius *D. Ioan. de Burgos*, qui innumeros *DD.* pro hac opinione recenset, quos non transcribo, placet tamen referre locum *Petr. Gregor. partit. Iur. Canon. lib. 1. tit. 15. cap. 2. in schol. lit. C. ad medium*, ubi dicit: ad o esse favorabilem appellationis admissionem, 33 quod tres latrunculatores, quos Præpositos Mareschallorum vocabant, fuerunt capite truncati, eo quod non obstante exceptione fori à reo opposita, & post appellationem ad Senatum emissam, exequuti fuerunt sententiam suam: qui tamen *num. 12.* in d. *decis. 321.* videtur sentire, quod loco appellationis conceditur 34 à Principe reclamatio, quæ est loco appellationis, quia satis differt appellatio à reclamatione: nam reclamatio non competit de jure, prout appellatio, sed ex Principis delegantis benignitate, & arbitrio, cum voto Collateralis Consilii, prout observari testatur *Reg. Sanfelic. d. decision. 4. num.* 10. qui poterit illam ne-35 gare, sibi videbatur: & id, quod à voluntate Principis dependet, impossibile reputatur, *l. apud Iulianum, §. fin. ff. de legat. 1. l. qui cum maior, in princip. ff. de bon. libert. Surd.* in terminis in *d. decis. 36. numer. 23.* ubi, quod non dicitur reparari gravamen, quod non nisi cum difficultate reparatur, *Iaf. in d. l. apud* 36 *Iulianum, §. constat, num. 1.* tanto magis, quia aliquando solet causa reclamationis eisdem Iudicibus Mag. Cur. Vicar. committi, qui certo modo sunt suspecti, quia difficiliter sententiam mutant, *Felin. in cap. ad hæc, il primo, numer. 1. de appellat. Isern. & Addent. in præam. Constitut. col. 5. vers. quod legatus à latere*: quando vero committitur appellatio ad Sacrum Consilium, sunt novi, & diversi Judices, & proinde appellantibus magis proficui.

Vnde causam appellationis ad instantiam Episcopi esse committendam in Sacro Consilio, concludebatur, ad quod etiam adducebatur *text. in cap. super* 37 *eo, de offic. deleg.* ubi orta lite inter Partes circa præsentationem, & institutionem Rectoris cujusdam Ecclesiæ, & commissa causa *appellatione remota*, cum comparuisset Episcopus cum Archidiacono, & Archipresbitero, prætendentibus, ad ipsos, & non ad dictas Partes spectare institutionem, dixit Summus Pontifex, quod ipsis competebat appellatio à decreto per Iudicem interposito, quia illa clausula *appellatione remota* non fuit apposita respectu ipsorum, sed inter alias Partes, respectu quarum remedium appellationis fuit sublatum, ex quo *text.* infert *gloss. in verb. sed partibus*, quod omnes, qui ad judicium pro interesse veniunt, appellare valeant, *can. non solent. 2. quæst. 6.*

38 Adducebatur tamen pro Regio Fisco communis regula super relata, quod §. 3. accessorium, incidentia, & emergentia debent sequi naturam principalis causæ, *l. cum principalis, ff. de regul. jur. cap. accessorium, eod. tit. Bart. in extravag. ad reprimendum. in verb. summarie, num. 22. Iaf. in l. 2. num. 5. C. de edict. Div. Hadr. Præf. Sacr. Cons. Merlin. d. cap. 15. numer. 2. Rota divers. decis. 145. num. 5. par. 1.* & est decisio *Bart. in d. l. solent, num. 16. ff. de alim. & cibar. legat. Vincent. de Franch. dec. 513. & 252.* & quod debeat esse idem Judex, *Amend. ad Franch. d. dec. 513. nu. 1.* ex doctrina *Bart. in l. 35. ff. solut. matrim.*

Et propterea *Præf. Merlin. d. cap. 15. num. 12.* Ingeniosissime, quidem, articulum tractat, & ait, hanc decisionem pendere ex tenore rescripti, seu statuti, 39 quia aut Princeps exprimit Judicem, sive causam, & tunc ista fori declinatoria, vel aliud simile, non comprehenditur in dicta delegatione, quæ magis videtur comprehendere sententiam diffinitivam, quam interlocutoriam, & isto casu procedere possunt, quæ dixit *Egid. Boss. de for. comp. num. 121. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 82. numer. 10. & quæst. 91. nu. 8. & de retinend. possess. remed. 3. num. 552. Farinac. de inquisit. quæstio 1. nume. 63. Rimnald. cons. 529. vol. 3. Baiard. ad Clar. d. quæstio. 94. Franch.* & alii supra allegati: Aut vero dicit, quod procedatur in tali causa appellatione remota, & tunc subdit, quod absurdum esset, posse ab interlocutoria appellari, quia illud verbum *causa* non magis 40 convenit diffinitivæ, quam interlocutoriæ incidenti, & emergenti, ubi eadem ratio viget, quod causa celerem expeditionem desideret, ut etiam advertit *Scacc. de appell. quæst. 17. lim. 6. membr. 7. nu. 37.* quia cum celeritas ita impediatur per appellationem a diffinitiva, sicut per appellationem ab interlocutoria, appellatio ita intelligitur prohibita à diffinitiva, sicut ab interlocutoria. *Menoch. de adipisc. poss. ff. remed. 4. quæst. 29. numer. 813.* & hoc, ne leges calliditate hominum reddantur vanæ: & quamvis dictæ considerationes visæ fuerint ejus Collegis magis subtiles, & sophisticæ, quam solidæ, & substantes, propterea eas comprobat ex *Francho. Felin. Dec. Socin. Menoch.* 41 & aliis, licet ipse idem sub *numer. 15.* de hoc dubitet, in casu quo tractaretur de interlocutoria super competentia, vel incompetentia Judicis, per ea, quæ dixerunt *Menoch.* & alii supra allegati, & ideo sentiens difficultatem, ad aliam convolavit distinctionem, quando scilicet Iudex affirmative, vel negative pronunciat: & sic appellationem denegari, quando se competentem declarat; & hoc ea ratione, quia quando se incompetentem declarat, judicium est finitum, nec potest amplius reparare gravamen in diffinitiva, quia amplius non est Judex, secus vero quando se declarat competentem, quia potest gravamen in diffinitiva reparare, ad quam distinctionem probandam adducit *Gramm. dec. Lusit. 159* qui ponit casum de 42 lege municipali Regni Lusitaniæ, quæ est *lib. 3. tit. 53. in princip. & tit. 48. §. 1. eod. lib. 3.* per quam disponitur, tunc ab interlocutoria appellari posse, quando finem processui imponit, & Iudex amplius judicare non potest, exemplificat inter alia, & quando pronunciat, eum non esse judicem: verum quia alia lex municipalis novior supervenit, quæ est ordine judicii §. 22. & § 6. per quam generaliter deponitur, non esse supplicandum per instrumentum gravaminis ab interlocutoriis, nisi in casibus ibidem expressis, inter quos enumerat casum de incompetentia Iudicis, quærit, an per dictam legem novam corrigatur lex antiquior, per quam admittitur dicto casu appellatio: & quamvis aliqui senserint, esse distinguendum, an de competentem, vel incompetentem pronunciet Judex, ut primo casu procedat lex nova in secundo vero lex antiqua, tamen cum suis Collegis, ut idem *Gamm.* ait judicatum refert, in casu, quo quis se incompetentem pronunciat, non competere appellationem ex generalitate *d. §. 6.* & sic illo jure municipali attento, tam in casu incompetentiæ, quam competentiæ non datur appellatio, secus tamen, dicit, esse de jure communi quia in utroque casu appellatio admitti debet, ut probat *gloss. in Auth. habita, C. ne fil. pro patr.* quæ loquitur, quando se competentem declarat, quando vero incompetentem, probatur per *Bart. in l. quod jussit 2. colum. ff. de re judic.* quod tamen locum habebit de Iudice delegato, non autem in ordinario. *Bald. in l. si præses 1. col. C. quomod. & quand. Iud. Felin. in cap. significantibus, & Dec. in cap. cum cessante, de appellat.* & sic de jure illo municipali tenet, non posse interlocutoriam sententiam per appellationem revocari, secus vero de jure communi, quia secundum communiorem opinionem in utroque casu competit appellatio. Vnde videtur, dictam responsionem in casu, quo Iudex se competentem, vel incompetentem

petentem declarat, non esse undique tutam, cum *Gumma* loquatur secundum terminos legis municipalis, secus tamen tenet de jure communi, prout advertit, *D.P. d. Merlin. in d. cap. 15. num. 17.* qui tamen residet in ea opinione, ut in Iudice delegato sublata per Principem, vel statutum appellatione, ejusdem naturæ est sententia diffinitiva, & interlocutoria, præsertim si lata sit sententia affirmativa super ejus competentia, & militet eadem ratio prohibitionis in diffinitiva, prout in interloquutoria.

43 Ex quibus videtur, quod articuli decisio habet suas amaritudines, & pro opinione affirmativa, quod detur appellatio, videtur concludi in dicta *Allegatione* inserta per *Reg. Sanfelic. in d. decis. 321.* ubi quadraginta enumerat *Doctores* Ego autem cogitabam, quod fasi dicet declinatoria fori, pro qua instat Inquisitus ab ea, pro qua instat Baro, vel Episcopus; nam primo casu bene potest procedere opinio, quod non detur appellatio, sed poterit reclamare a sententia interlocutoria, per quam fuit exclusus, & in hoc casu procedere possunt omnia ponderata, & quod eadem est ratio in diffinitiva, prout de interlocutoria ne celeritas expeditionis causæ dilatetur, & delicta impunita remaneant, sic etiam quod diximus de accessoriis, & incidentibus. Aut vero causa remissionis 45 vel repositionis tractatur ad instantiam Episcopi, vel Baronis, & in hoc casu non credo, posse dubitari, decretum super remissione esse diffinitivum, & declinatoria non potest vere dici accessoria, seu incidens, sed causa principalis, nec potest procedi in dicto casu, appellatione remota, ut in terminis dixit *Reg. Sanfelic. in d. decis. 321. numero* 8. qui quidem in causis criminalibus erat magnus practicus, cùm per plu46 res annos fuerit in Magn. Cur. Vic. nedum uti Iudex, sed uti Advocatus Fiscalis, & demum uti unus ex Regis Consiliariis in dicta M.C. continuavit.

At in hac causa inter Episcopum Civitatis Acerrarum cum Regio Fisco super repositione ad Ecclesiam quorundam Inquisitorum die 9 Septembris 1643. fuit concorditer decisum, esse procedendum scilicet in causa reclamationis per eandem Magn. Cur. Vicar. cum eadem delegatione: licet vere non fuerit decisus articulus generalis, quia in hac causa concurrebat factum; nam per novem testes erat bene probatum, Inquisitos fuisse captos in loco satis distanti ab Ecclesia, & se vera dicto pretio repositionis erat magis proposita ad dilatandum expeditionem: nam quamvis tres testes producti pro parte Vicarii dicti Episcopi, seu potius ab eisdem inquisitis sub nomine ipsius dicebant, fuisse captos in Ecclesia; tamen duo ex eis convincebantur de falso: Immo ipsemet Vicarius pro exoneratione ejus conscientiæ accessit ad domum Regii Fisci Patroni, se protestando, ut fieret justitia; asserendo, ipsum fuisse deceptum, prout testatus fuit idem Fisci Patronus in Collaterali Consilio, ubi idem ipse Vicarius fuit coactus etiam comparere ad instantiam Inquisitorum pro repositione. Penes Meulam Scribam Fiscalem ejusdem Magn. Cur. Vicar. Sed licet in hac causa non fuerit articulus generalis decisus, tamen plures hoc idem vidi observatum in Collaterali Consilio in nonnullis aliis causis remissionis, quæ per viam reclamationis fuerunt tractatæ; & hoc credo, quia ut plurimum reclamationes interponuntur ad dilatandum causarum expeditiones, quas inquisiti procurant, quantum fieri potest, ne luant pœnam eorum delictorum: licet in alia causa Felicis Silvestriello inquisiti de pluribus enormissimis delictis, vidimus, ad instantiam Episcopi Nolani fuisse appellationem commissam in Sacr. Consil. de qua ego quando Regii Consiliarii officio fungebar, fui Commissarius.

OBSERVAT. IN DECIS. CLXXXVII.

SUMMARIUM.

1 *Collaterale Consilium est Tribunal supremum erectum cum certo numero Regentium, cujus Tribunalis caput est D. Prorex.*

Regentes Regiam Cancellariam interveniunt in omnibus negotiis tangentibus tam Iustitiam, quam gubernium, patrimonium, statum & bellum, ibid.

2 *Regentes in concernentibus justitiam habent votum decisivum in concernentibus gubernium habent votum consultivum.*

Consiliarii Collaterales Status, seu belli habent solum votum consultivum, & assistunt in Collaterali Consilio dum res bellica tractatur, qua finita recedunt, ibid. & n. 15. & 16.

3 *Cancellaria potestas æqualis est cum ipso Rege.*

Rex de plenitudine potestatis an possit tollere, qua jussit Cancellaria, ibid.

Provisiones, quæ diriguntur à Rege Proregibus semper dicunt omnia fieri, consuli, & explicari cum voto Regentium ibid.

4 *Præses, qui omisso Consilio personarum a Rege sibi statutarum, & capiens alienum Consilium, nulliter procedit.*

5 *Regentes in Regno Neapolitano successerunt in locum Magni Cancellarii in cunctis, quæ ad Cancellarium pertinebant circa justitiam, & Regimen Regni, præterquam circa facultatem doctorandi, quæ remansit ipsi Magno Cancellario.*

Regentibus competunt omnes prærogativæ, quæ prius competebant Magno Cancellario, ibid.

6 *Rex Catholicus Ferdinandus Primus instituit Regentes Regiam Cancellariam ex peritioribus Regni, & n. 10. & 11.*

Regentes Regiam Cancellariam ortum habuerunt à Rege Catholico, qui illos primo instituit ad instar Regni Aragoniæ, ibidem & n. 9. & 10.

7 *Regentes Regiam Cancellariam sunt etiam Collaterales Consiliarii apud Proreges assistentes pro negotiorum optima directione.*

8 *Reges Aragoniæ, qui præcesserunt Regem Catholicum consueverunt habere aliquem apud ipsos, qui potestatem deferebant, quam hodie Regentes Cancellariam habeat.*

Ioannes Olzins *fuit Consiliarius à latere Regis Alphonsi Primi, ibid.*

Antonius Petruccius *fuit Consiliarius à latere Regis Ferdinandi Primi ibid.*

Franciscus Pontanus *fuit Consiliarius à latere Regis Alphonsi, & Ferdinandi Secundi ibid.*

Antonius de Raho *Jurisconsultus, fuit Auditor generalis, & Consiliarius Regis Federici, ibid. & numer. 21.*

9 *S.R.C. ex antiqua Regni consuetudine ejusque Consiliarii habent cognitionem ordinariam.*

Cognitio ordinaria residet penes S.R.C. ejusque Consiliarios, ibid.

Numerus trium Regentium sumptus est ex Regno Aragonum ibid. & n. 6.

Regnum hoc Neap. annexum est Regno Aragonum, ibidem.

Regentes successerunt in locum Auditorum Regiæ Majestatis ibid. & n. 10.

10 *Regentes an habeant Jurisdictionem ordinariam cum administratione, & n. 12.*

Consiliarii Collaterales Status, seu belli non habent Jurisdictionem, ibid.

Regentes, qui fuerunt creati à Rege Catholico fuerunt duo, non autem tres. ibid.

Nicolaus Topius *laudatur, ibid. & n. 20.*

11 *R gentes quare vocentur hoc nomine.*

Regentis nomen est tam magnum, ut etiam Regina Matres pro filiis minoribus gubernantes, hoc nomine intitulantur, ibid.

12 *Collaterale Consilium dicitur illud, quod residet apud Proregem, & dicitur interrex absente, vel mortuo Prorege.*

Consilium supremum dicitur illud, quod residet apud Regem, & absente, vel mortuo Rege, dicitur Inter-Rex.

Regentes debent esse tres viri eximii, & ex peritioribus Regni, & n.6.

Sacrum Collegium Cardinalium sede vacante Jurisdictionem non habens, ibid.

13 *Prorege absente infirmo, vel mortuo, quis administret, & n.15.16.& 17.*

Prorex an loco sui possit alium subrogare, & Locumtenentem facere in absentia, vel infirmitate sua, ibid. & n.18.

14 *Locumtenenti, seu substituto Proregis, non debetur idem honor, seu titulus Excellentiæ, sed Illustrissime, secus si fuerit substitutus à Rege.*

15 *Prorex si in sua infirmitate constituat sibi locumtenentem, si moriatur, dictus substitutus administrabit post mortem ipsius, & n.13.& 16.*

Prorege mortuo, si sibi in infirmitate non substituit aliquem loco sui, quis administrabit, ibid & numer. 16 & 17.

16 *Prorege mortuo quando congregatur Collaterale Concilium tam Togatorum, quam non Togatorum, & quis loco Proregis firmet provisiones & privilegia, quæ à Regia Cancellaria emanant.*

Collaterale Consilium quomodo administret, mortuo Prorege, ibid. & n.17.

17 *Decanus Collateralis Consilii status, seu belli mortuo Prorege erit Locumtenens Regni, & n.16. Dummodo non adsit aliquis ex septem officiis Regni, n.17.*

Magnus Comestabulus Regni est primus ex septem officiis Regni, & si esset præsens mortuo, vel absente Prorege, ipse erit Locumtenens Regni, & ipso Comestabulo deficiente, erit alter subsequens ex dictis officiis ibid.

18 *Regentes Regiam Cancellariam multa facere possunt etiam inconsulto Rege, vel Prorege.*

Memorialia, quæ exhibentur Proregi, providentur per Regentes illo inconsulto, & dicitur, provisum per S E ibid.

In decretis, & sententiis prolatis à Regentibus in Regia Cancellaria, dicitur Illustrissimus, & Excellentissimus D. Prorex decernit, & etiam nulla data Proregi notitia, ibid.

10 *Doctores, qui tractant de necessitate, authoritate, prærogativa, & potestate Regiæ Cancellariæ recensentur.*

D. Carolus de Tapia Regens *laudatur, ibid.*

21 *Tertiaria, vulgo Bizzocha, an, & quando gaudeant privilegiis, & exemptionibus Religiosorum, quorum habitum gestant.*

22 Angelus de Raho *Regius Consiliarius laudatur.*

Familia de Raho *nobilis, & antiqua adducitur, & de ea disseritur, ibid.*

Alphonsus de Raho *Baro Casalium Cipranorum laudatur, ibid.*

DE Collaterali Concilio fit mentio in principio hujus decisionis, & quod DD. Regentes Regiam Cancellariam, & Collaterales Consiliarii sint [1] pars corporis Regis dixit D. Regens noster hic *num. 1.* quod etiam tenet *Tasson. ad pragm. de antephat. versicul. 7. observat. 3. num. 10. fol. 385.* ac *D. de Ponte de potest. Proreg. tit. 12. de delegat. caus. num. 10. fol. 538.* qui *num. 12. 14. 16. & 18.* ait, Collaterale Consilium esse Tribunal supremum, erectum cum certo numero Regentium, cujus Consilii, & Tribunalis caput esse D. Proregem, & quod Regentes interveniunt in omnibus negotiis tàm tangentibus justitiam, gubernationem, & patrimonium, quàm statum, & bellum, [2] & quod in concernentibus justitiam Regentes habent votum decisivum; In concernentibus verò gubernium eorum vota sunt consultiva; prout etiam Consiliarii Collaterales status, seu guerræ habent solum votum consultivum, & ideò in Collaterali assistunt, dum res bellica tractatur, qua finita à Collaterali recedunt, idem *D. de Ponte eodem tract. tit. 7. de assens. Reg. super alien. feud. §. 7. num. 25. fol. 342. & num. 35.* & dixit *D. Regens noster decis. 254. num. 1. & 2.* Atque idem *D. de Ponte d. tit. 12. num. 18.* quem sequitur *D. Tapia fol. 44. num. 3. in tract. infra citand.* dicit, Tantam latam esse plenitudine potestatis Cancellariæ, quod æqualis cum ipso Rege videatur, adeò, quod Rex non possit de plenitudine potestatis tollere, quæ jussit Cancellaria, & ideò in omnibus provisionibus à nostro Serenissimo D. Rege DD. Proregibus directis semper in ipsis mandatur omnia fieri consuli, & explicari cum voto Regentium Regiam Cancellariam, & [4] proinde *dictus D. de Ponte d. tit. 12. num. 25.* tenet, quod Præses, qui omisso Consilio personatum à Rege sibi statutarum, & capiens alienum Consilium, nulliter procedit, omnesque provisiones irritæ, & nullæ declarari debent, & ex *Luc. de Penna in l. omnes Judices, C. de decurion. lib. 10.* ait, omnia esse nulla, adducens verba *text. in cap. novit. de his, quæ fiunt à Præl. sine cons. Capitul.* quæ sunt hæc: *Navis tua discretionis prudentia, qualiter tu, & fratres tui unum corpus sites, ità, quod tu caput & illi membra esse probantur. Unde non decet te omissis membris aliorum consilio in Ecclesia tua negotiis uti, cum id non sit dubium & honestati tuæ, & Sanctorum Patrum constitutionibus contraire.* Et in fine sic dicitur: *Nos enim tales institutiones, & destitutiones carere decernimus robore firmitatis.* Et idem statuitur in *capit. sequent. quanto, eodem tit.*

[5] Observo etiam, quod DD. Regentes Neap. successerunt in locum Magni Cancellarii, cui solum relicta est authoritas conferendi Doctoratus insignia, & Regentibus commissa est cura; ut per ipsos cuncta, quæ ad Cancellarium pertinebant circa justitiam, atque regimen Regni administrarentur, *Tasson. loc. cit. dict. vers. 7 observ. 3. num. 6.* ipsisque Regentibus competunt omnes prærogativæ, quæ competebant Magno Cancellario, in cujus locum ipsos præfecit Rex Catholicus. *D. Regens Tapia Marchio Belmontis in tract. de præstant. Reg. Cancell. num. 19. & 20 fol. 52. & 53. & numer. 26. fol. 59.* & proinde Serenissimus Catholicus ille Magnus Rex Ferdinandus non uni Cancellario, [6] sed tribus viris ex peritioribus Regni Curam Cancellariæ commisit, qui vocantur Regentes Regiam Cancellariam, sicque Regentes hujusmodi originem habuerunt à dicto Domino Rege Catholico Ferdinando, qui primus illos instituit, & ab illo tempore Regentes prædicti Regiam Cancellariam regere cœperunt; Itaque Regentes jam dicti primum creati fuerunt à dicto Domino Rege Ferdinando in hoc Regno Neap. ad instar Regni Aragoniæ, ità *d. D. Tapia cit. tract. tit. de antiquit. Reg. Cancell. num. 29. fol. 34.* & officio Regentis addidit idem Rex officium Col- [7] lateralis Consiliarii, ut penes Proregem assisteret pro negotiorum optima directione. Idem *D. Tapia ibidem tit. de potest. Reg. Cancell. num. 83. fol. 138. & Tasson. ubi sup. vers. 7. obser. 3. num. 2. 3. & 14. fol. 383. & seq. c. de Collaterale Cons.* ubi ait in anno 1507. seù 1506. à dicto Rege Catholico fuisse Regentes introductos, & quamvis forsan videri etiam tempore Regis Alphonsi primi, ac Ferdinandi Primi, & aliorum Regum Aragonensium, qui præcesserunt dictum Regem Catholicum, extitisse Regentes, tamen *dict. D. Tapia d. num.*

num. 19. fol. 35. negat, quia etsi tempore illorum Regum extitit Cancellaria, non tamen probatur extitisse tres 8 Regentes, quos primum instituit dictus Rex Catholicus immortalis memoriæ; cum inde Gallos expulisset, ut dixit quidam Advocatus in suis Iurium allegationibus pro Duce Suessæ, contra Marchionem Turris Majoris, quas ego habeo manuscriptas absque subscriptione sui nominis, & est *alleg. 44. tom. 4. allegat. diversarum*, ubi subdit, quod consueverant Reges domus Aragoniæ, qui præcesserunt dictum Regem Catholicum, vel eorum ab Epistolis, & Secretariis deferre potestatem, quam hi Regentes obtinent, ut tempore Regis Alphonsi primi fuit Ioannes Olzina, & tempore Regis Ferdinandi Primi fuit Antonellus Petruccius, tempore Alphonsi, & Ferdinandi Secundi, fuit Iovianus Pontanus; Vel alicui Regio Auditori, ut tempore Regis Federici fuit Antonius de Raho Iurisconsultus doctissimus, & Generalis Auditor, ut etiam ait *Topius part. 2. de origin. Tribunal. fol. 243. numero 70.* qui *eadem par. 2. lib. 2. cap. 6. numero 5. fol. 116.* ait Regentes successisse in locum Auditorum Regiæ Majestatis, cognitione ordinaria penes Sacrum Regium Consilium, eiusque Senatores 9 de Iure, & antiqua Regni consuetudine Iure meritò residente, qui Regentium numerus mutuo sumptum est ex Regno Aragonum, cui Regno annexum est hoc nostrum Neap. subdens etiam idem Advocatus in *dict. alleg.* dictos DD. Regentes nullam Iurisdictionem ordinariam habere, sed tantummodo Principi eorum 10 consilium exquirenti, prout & quando libuerit, assidere, & citat *Scipionem Capyc.* in quodam libello, sed contrarium tenet *D. de Ponte ubi supra tit. 12. in summario numero 11. & numero 14. 16. & 17. fol. 516. & titulo septimo de assens. Reg. super alienat. feud. §. 7. numero trigesimo fol. 343.* nempe DD. Regentes habere Iurisdictionem cum administratione, quam non habeat alii Consiliarii Collaterales status, seu belli, quem sequitur *Tasson. ubi supra num. 21. fol. 385.* & tenet *D. Tapia d. tract. tit. de prærogat. Reg. Cancell. num. 19. fol. 53.* dicens, esse Iudices ordinarios, & justitiam unicuique ministrare. Idem *D. Tapia ubi supra num. 26. cum seqq. Tasson. in d. vers. 7. observ. 3. num. 56. & 57. fol. 388. Muscatell. in pract. tract. de doctorat. quad. dot. & dignit. par. 3. fol. 47.*

Sed *Nicolaus Topius*, post hæc scripta visus *part. 3. de origin. Tribunal. in Cathalogo Regiam Cancellariam Regentium, fol. 144. & 145.* dicit, & probat, ex monumentis, & cedulis originalibus in *magno Archivo Regiæ Cameræ asservatis* Regem Catholicum Ferdinandum de Aragonia, quamvis tres Supremi Aragonum Consilii Regentes secum Neapolim duxisset, & alterum jurisconsultum, quem postea Regium Consiliarium Sanctæ Claræ creavit; Attamen Neapoli, (ubi mensibus octo commoratus fuit à die prima Novembris 1506. usque ad ultimum diem Iunii 1507.) duos tantùm Regentes Regiam Cancellariam effecit, non autem tres, ut *D. Tapia Tassonus*, & alii scripserunt, qui supracitata volumina, cedulas originales, & monumenta nunquam viderunt, prout ipse *Topius* vidit, & oculis propriis perspexit, cum ipse sit dicti Regii Archivii Præfectus, vulgò Archivarius, summis equidem laudibus extollendus tàm eruditissimus vir, & Iureconsultus, qui etiam in *supracit. par. 1. lib. 2. cap. 6. n. 5. in fine*, probat dictos Regentes successisse in locum Auditorum Regiæ Majestatis, ut dixi.

Vocantur autem Regentes, ex eo quia regunt 11 Regiam Cancellariam, *Tasson. ubi supra vers. 7. observ. 3. n. 66. fol. 389.* ex *Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de offic. Magn. Cancell. numer. 29. fol. 53.* & est adeò magnum hoc nomen Regentis, ut etiam Reginæ Matres pro filiis minoribus gubernantes, Regentis nomine titulentur prout Regina Franciæ, etiam Regens fuit vocata, dum pro filio regebat; sic etiam Ducissa Margarita de Austria, quando in anno 1560. Status Flandriæ regere, & gubernare incepit nomine illius Magni Philippi Secundi, *Tasson. ibid. numero sexagesimo septimo eod. fol. 389.*

12 Et Collaterale Consilium dicitur illud, quod residet apud Proregem, illud verò, quod residet apud Regem, dicitur Consilium Supremum; & absente Rege, vel Prorege, hoc Collaterale Consilium potest dici Inter-Rex, & quamvis Sacrum Cardinalium Collegium, Sede vacante, Jurisdictionem non habeat, nisi in quantum permittit Concilium Lugdunense in *cap. ubi periculum, 3. de elect. in 6.* ut ait *glos. in extravag. 1. ad onus Ioan. XXII. de elect. in verb. moram,* per *text. in clem. ne Romana, eodem tit. de elect. & electi potest.* Tamen hoc Consilium Jurisdictionem ordinariam tenet, & in unum virorum eximiorum numero consistit, ita idem *Tasson loc. cit. num. 11. 22. & 23. eodem 385.* & idem *D. de Ponte eodem tract. de potest. Proreg. tit. 7. de assens. Regis super alien. feud. §. 5. numer. 4. §. 5. fol. 325. & in §. 6. numero 1. fol. 329.* 13 dicit practicatum fuisse tempore Excellentissimi Domini Proregis Comitis de Lemos senioris, qui non solùm in casu absentiæ, dum Romam profectus esset pro obedientia præstanda Summo Pontifici Clementi VIII. nomine Regis, qui in Regno noviter successerat, reliquit loco sui cum sua particulari commissione D. Don Franciscum de Castro ejus filium secundogenitum; qui ut talis durante Patris absentia administravit; sed etiam tempore infirmitatis idem Comes illum fecit suum Locumtenentem, & Gubernatorem, & ut talis admissus, & receptus, quo Comite demum mortuo, fuit ille à Catholica Majestate confirmatus. Ac etiam idem practicatum fuisse in Regno Siciliæ, ubi Dux Matthea Prorex, in infirmitate loco sui subrogavit suum filium, qui gubernavit non solùm dicta sui Patris infirmitate durante, sed etiam post ejus mortem usque ad provisionem successoris, & *num. 14. fol. 331.* ait, quod in tali casu 14 non debetur idem honor, & idem titulus dicto substituto, sicut Patri, seu Proregi substituenti, secus verò si talis Locumtenens constituatur, à Rege, quia tunc illi debetur idem honor in omnibus; & quod propterea dicto Domino D. Francisco de Castro Locumtenenti constituto à Patre Prorege non, fuit datus titulus Excellentiæ, ut Proregi datur, sed tantum Illustrissimi, sed mortuo Patre, & habita postea commissione Locumtenentis, & Capitanei Generalis à Rege, fuit ei datus titulus Excellentiæ, & in omnibus tractatus ut Prorex, quia à Rege deputatus, & constitutus. Itaque concludendum est, quod si Prorex in sua infirmitate constituat sibi Locumtenentem, Ipso mortuo 15 talis Locumtenens administrabit, si verò non sibi subroget loco sui alium; tunc Ipso mortuo Collaterale Consilium administrat, ut idem *D. de Ponte dict. §. 5. num. 4. fol. 325.* dicens, quod mortuo Prorege, totum 16 Collaterale Consilium congregari integrum singulis & solitis diebus statutis horis, quod Consilium consistere ex Regentibus viris togatis, & aliis Consiliariis non togatis, sed hos non togatos votum non habere, nec intervenire in negotiis Iustitiam tangentibus, aut generalem, & ordinariam Regni Gubernationem, sed quod solum Regentes congregantur propter hæc negotia singulis diebus de mane, & posteà de sero congregantur omnes tàm Regentes, quam alii Consiliarii Collaterales non togati pro negotiis status, & belli. Verùm quod expeditiones provisionum omnium, & privilegiorum, quæ à Regia Cancellaria emanant firmantur à Regentibus, & loco Proregis firmantur à Decano ex dictis Consiliariis Collateralibus non togatis, qui præsidet in Collaterali, dum ibi assistit de sero tantum, & dicti Consiliarii Collaterales dicti Consilii bellici assistunt in Collaterali dum

res

res bellica tractatur, qua finita recedunt, nec ullam habere aliam authoritatem, aut Iurisdictionem. Hæc omnia *D. de Ponte d.fol.385.n.4.& fol.342.n.35.*

17 Et sic Decanus dicti Collateralis Consilii belli, seù status in casu deficientiæ D. Proregis erit Locumtenens Regni; Verum si præsens esset primus ex septem officiis Regni, idest Magnus Comestabulus, sive Comestabilis, qui est primus de dicto Consilio status, ipse erit Locumtenens, *Frecc. de subfeud. lib.2. de offic. Magn. Comestab. numero 23. in fine, fol. mihi 30.* ibi: *Quando Illustrissimus Vicerex non esset in Regno alio non deputato a Rege Domino nostro, Comestabulus cum belli calamitas evenire posset, sua in commissis Jurisdictione utatur. Tasson. in d. pragmat. de antephat. vers.2. observat. 4. num. 38. fol.78. D. Reg. Constantius in leg. unica, num. 4. C. ut armorum usus, lib.11. fol.233.* & ipso Magno Comestabulo deficiente. Alter subsequens secundum ordinem præcedentiæ, & dignitatis erit Locumtenens, & deficientibus omnibus ex dictis septem officiis Regni, tunc erit Decanus ex dictis Collateralibus Consiliariis status. Idem *Tasson. ubi sup. vers.3. observ.1. num.38. fol.105.*

18 Et posse Proregem sibi constituere alium loco sui tempore infirmitatis, vel absentiæ firmat, & comprobat multis rationibus, idem *D. de Ponte ibidem d.§.6. n.1.& seq fol.330.*

19 Item sciendum est Regiam Cancellariam multa de per se facere posse, etiam Rege, vel Prorege inconsulto; Unde in memorialibus, quæ exhibentur D. Proregi, fit provisio, & decretum per DD. Regentes hic Neap. & dicitur: *Provisum per Suam Excellentiam*, sicuti etiam in decretis, atque sententiis dicitur: *Illustriss. & Excellentiss. Dom. Prorex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis providet, decernit, atque mandat*, & hæc subscribuntur à DD. Regentibus tantum, non a Prorege, nulla ei data de necessitate notitia, sicuti in multis aliis negotiis *D. Tapia dict. tract. in tit. de potestat. Reg. Cancell. num.1. versicul. bine etiam, & num.3. fol. 81. & num. 6. fol. 82.* qui *ibidem in titul. de pragmat. Reg. Cancell. numero 24. fol.57.* dicit, hoc officium Cancellariæ esse excelsum Iustitiæ Tribunal, ex *Jo. Montaing.* quem ibi citat.

20 Denique de necessitate, authoritate, prærogativa & potestate Regiæ Cancellariæ & Dominorum Regentium, plene scripsit, *dictus D. Regens Carolus de Tapia Decanus hic Neap. Marchio Belmontis*, vir æquidem sua tempestate legalis scientiæ culminis, ac nemini secundus in *d. suo aureo tract.* [licet parvulo] *de præstant. Regia Cancellar. per totum*, ubi poteris studiosè Lector, plenissimè de hac materia edoceri, & *dictum Tasson in cit. observ. ad pragm. de antephato* ubi in multis locis de his tractat, prout in Indice materiarum dicti operis videre poteris in *verbo Consilium*, in *verbo Prorex & verbo Regens*, post *dict. D. Regentem de Ponte ubi supra, de potest. Prorex.* etiam in multis locis, ut in Indice in *verbo Consilium Collaterale*, & in *verbo Prorex*, & alios DD. ad quos te remitto, ut brevitati consulam in tali materia tàm magna, & Cathalogum omnium, & singulorum Regentium Regiam Cancellariam, qui fuerunt ab anno 1508. usque ad annum 1666. peribllè describit, & notat *D. Topius in d. part. 3. de origin. Tribunal. à fol.145. usque ad 186.* non sine maximo suo labore descriptum & ab antiquis monumentis asservatis in Archivio magno Regiæ Cameræ Summariæ, in quo ipse, ut Præfectus vigilantissimus præest.

21 *Num.20.* de fori privilegio fit mentio; Ideò observari posset. An mulieres Tertiariæ, quas Bizzocas vocant gaudeant, & quando immunitatibus & exemptionibus, quibus gaudent Religiosi, & Regulares illorum ordinum, quorum habitum ipsæ mulieres gestant; At quia meus frater germanus super hoc Iuris responsum dedit cuidam D. Baroni anno 1642. id sibi poscenti illud per extensum in fine hujus observationis apponam, & ex eo patebit responsio huic quæstioni, ubique multa erudite conspicies.

22 Et cum supra *num. 8.* de Antonio de Raho sit facta mentio, qui fuit Regius Cancellarius, & antea Generalis Auditor Regiæ Majestatis Federici, in quorum Auditorum locum successerunt Regentes Regiam Cancellariam, ut supra *num. 9.* cum *Topio* dixi. Observandum est in gratiam talis nobilis familiæ de Raho ipsum Antonium (cujus meminit *Afflict. decis. 371.*) fuisse filium Angeli de Raho similiter Regii Consiliarii, de quo mentionem facit etiam *Afflict. in Constitut. Regni, In locis demaniis titul. de Iudicibus annal. numero 14. & Topius parte secunda de origin. Tribunal. lib. 4. capit.1. numero 29. fol.216.* qui *num. 70. fol. 246.* dicit, dictum Antonium de Raho ex pervetusta, & nobili familia de Raho fuisse filium prædicti Angeli de Raho Advocati prius celeberrimi, postcà Regii Consiliarii, & Miliez Caruniæ etiam nobilis Neap. suæ conjugis, qui Antonius uxorem duxit Dianam Piscicellam nobilem Neapolitanam Sedilis Capuanæ, ex qua genuit Alphonsum de Raho, cujus Antonii laudes innumeras, vide apud dictum *Topium ibid.* Alphonsus verò duxit uxorem Lauram Carrafam filiam Bartholomæi Carrafæ filii Domini Terræ de Forlì, & D. Thomasinæ de Afflicto, à quo Bartholomæo, & eorum filiis, emerat prius idem Alphonsus, (divitiis paternis affluens) diversas Terras feudales, inter quas Petrabbundante in Provincia Aprutii Citrà, & Caccabonum in Provincia Comitatus Molisii hujus Regni in anno 1521. In qua Terra Petrabbundante, restauravit fortissimum Castrum [licet hodie quasi dirutum videatur cum hac sequenti inscriptione.

> Hospes Alphonsus Rahus Patricius Neapolitanus,
> ut suæ in Carol. V. Romanorum Imperator.
> fidei monumentum ostenderet, ac sibi, & suis
> tutum hospitium pararet, hoc à fundo propugnaculum extruxit, & Arcem in meliorem usum redintegravit. Anno salutis MDXXXII.

Idem Alphonsus, etiam emerat anteà à Duce Termulatum Castellum Montorii, & Casale de Fonte Sambuno in anno 1512. genuitque inter alios filios cum dicta Laura Carrafa Dianam de Raho, quæ nupsit Fabritio de Ianuario, de qua mentionem facit *Ioann. Vincent. de Anna alleg. 97. tom.2.* atque Ioannem Baptistam de Raho, qui uxorem habuit Beatricem della Castagna ex nobilibus Baronibus Sessani; Ex dictis Ioanne Baptista, & Beatrice procreatus fuit alter Alphonsus, & ex dicto Alphonso natus est Ioannes Baptista de Raho junior, meus Compater & amicissimus jam ex hac vita functus, ex quo orti sunt Alphonsus, Ferdinandus, Antonius, Hieronymus, & Carolus jam hodie viventes; Carolus est effectus Clericus Regularis Theatinus jam Professus Neap.

Alphonsus primogenitus Iureconsultus, & Baro Casalium Cipitanorum, & Rocchettæ Aspromontis in Provincia Comitatus Molisii; Cæterique prædicti sui fratres nobiliter vivunt, prout semper vixerunt antecessores supra enumerati.

Ex eadem nobili familia de Raho ante dictum Angelum Regium Consiliarium, extiterunt Jacobus, & Melchior de Raho, qui cum nobilitate, & divitiis abundarent, emerunt à Serenissimo Rege Ladislao Terras Casalis Novi, Casale Sanctæ Mariæ de Vetrana in Provincia Hydruntina, ac Terras Spinazzolæ, & Gensani in Provincia Basilicatæ in anno 1410. & erexerunt, fundaverunt, & dotaverunt Capellam in titulum Beneficii Ecclesiastici sub nomine Sanctæ Mariæ del Soccorso intus Majorem Ecclesiam Civitatis

vitatis Bitetti in Provincia Barensi sub die 7 Octobris 1412. cum reservatione Iurispatronatus, quod æquidem jus per lineam directam successit supradicto hodierno Alphonso V. I. D. Baroni Casalium Cipranorum, & est in possessione præsentandi Rectorem, sive Beneficiatum, quotiescumque vacare contigerit, prout in anno 1661. præsentavit in dicto Beneficio vacante Reverend. D. Hieronymum Muscatellum.

Hæc omnia supradicta patent ex instrumentis publicis, & monumentis, scripturisque antiquis authenticis ex quibus clarissimè apparet, quam vetusta sit hæc familia nobilis de Raho, quæ semper cum familiis nobilibus, & Sedilium matrimonia contraxit, & quæ à Serenissimis Regibus honoribus, & favoribus prosequuta fuit, atque nobilis appellata ab iisdem; Vt in instrumento venditionis dictarum Terrarum a D. Rege Ladislao in anno 1410. sic dicitur: *Dictus D. Rex noster Ladislaus asseruit coram nobis, ac nobili, & Magnifico viro Iacobo de Raho de Neap. ibidem præsente, & audiente, &c.* & in quodam privilegio Reginæ Ioannis Secundæ sororis dicti Regis Ladislai in anno 1414. sic dicitur: *Sane pro parte virorum nobilium Jacobi, & Melchioris de Raho de Neap. fratrum familiarium, & fidelium nostrorum, &c.*

Hæc dicta esse volo per transennam, & in medium attuli duxi in gratiam dictorum Dominorum de Raho meorum amicorum, & cætera supplebunt longiori calamo Chronistæ, & Historici, qui de hac familia sunt plenè instructi, cum non sit meum in hoc opere legali (à quo digressus sum) de talibus rebus, & similibus verba facere.

M.A.Gizzius.

Sequitur Responsum mei fratris circa Tertiarias, de quo supra num. 21.

SUMMARIUM.

1 *Tertiariæ, vulgo Bizzoche, an, & quandò gaudeant exemptionibus, & privilegiis Religiosorum, quorum habitum gestant, scilicet fori, canonis, & non solvendi gabellas, & n. 3. 4. 5. 6. 7. & usque ad n. 27. & 36.*

2 *Dominium temporale habens, si interdicat suis subditis, ne personis Ecclesiasticis aliquid vendant, vel emant ab eis, &c. Excommunicationem contrahunt nemini reservatam, & num. 28. 29. 30. 31. cum sequent. & 35. & 37.*

3 *Tertiarii, sive viri, sive mulieres quando gaudent privilegiis, quibus gaudent personæ Ecclesiasticæ, & numero 4. usque ad 10. & num. 21. usque ad 27. & num. 36.*

7 *Bulla Leon. X. circa Tertiarios, & Bizzochas, an sit moderata per Bullas Pii V. & Gregor. XIII. & n. 8. 9. 10. 21. & 27.*

8 *Moniales tertii Ordinis, quæ subduntur Ordinariis, etiam si in Congregatione vivant, an gaudeant privilegiis Religiosorum.*

11 *Declarationes Sacræ Congregationis quando non sunt Authenticæ, seu Iuridicæ, an habeant vim legis, & n. 12. usque ad n. 20.*

Declarationes Sacræ Congregationis quando dicuntur Authenticæ, seù Juridicæ, ibid. & n. 12. 13. 14. 15. 16. 17. cum seq.

Declarationes Sacræ Congregationis, quando non sunt Authenticæ, probant solùm tanquam opiniones Sapientissimorum Virorum, ibidem.

14 *Declarationes Sacræ Congregationis, ut vim legis habeant quæ requiruntur, & num. 17. & 20.*

16 *Declarationes Sacræ Congregationis, quando sunt inter se contrariæ, cui earum standum sit.*

18 *Declarationes Sacræ Congregationis factæ in aliquo casu particulari, non habent vim legis, & n. 20.*

Responsa Pontificum in singularibus negotiis data, an habeant vim legis universalis, ibidem.

Responsa Principum sæcularium in causa particulari, an habeant vim legis universalis, ibidem.

19 *Canones, qui continentur in* Decreto Gratiani, *an, & quando vim legis habeant, & præceptum contineant.*

Decretum Gratiani, *seu Canones in eo contenti, an vim legis habeant, ibid.*

Leges civiles inserta in Decreto Gratiani, *an vim Iuris Canonici habeant, ibid.*

21 *Bulla Leon. X. circa mulieres Tertiarias, quæ requirat ut illæ gaudeant privilegiis personarum Ecclesiasticarum.*

Declarationes, sive decreta Sacræ Congregationis pro Mulieribus Tertiariis, quæ requirant, ut illæ gaudeant privilegiis, ibid.

23 *Dictio,* Si *inducit conditionem, & formam.*

Dictio, Non autem, *inducit conditionem, & formam, ibid.*

Dictio, Non aliter, *inducit conditionem, & formam, ibid.*

Dictio Nisi, *inducit conditionem, & formam.*

Dictio Non autem, & non aliter, & nisi, *sunt annullativæ, vim habent irritativæ & ponuntur privativè, & adversativè ad præcedentia, ibid. & n. 24.*

24 *Clausula,* Nisi prævio examine constiterit, *importat conditionem, & formam, & ut præmittatur causæ cognitio, & informatio, testibus examinatis.*

Licentia danda ab Episcopo, cum clausula, Nisi prævio examine, *si concedatur, non præmissa causæ cognitione, & informatione, etiam si preces essent vera, est invalida, ibid.*

25 *Tertiariæ mulieres, ut gaudeant privilegiis, &c. debent esse in ætate 40. annorum, probata vita, & alia requisita habere debent, & n. 6.*

26 *Tertiariæ domi viventes, an consequi possint legatum relictum pro Monachatu.*

Legatum relictum pro Monachatu, an competat Mulieribus Tertiariis domi viventibus, ibidem & numer. 27.

28 *Domini temporales, prohibendo subditis, nè aliquid vendant personis Ecclesiasticis, vel obsequia præstent vel ab eis emant, an incidant in excommunicationem & cui sit reservata.*

Quid si per statutum id prohibeatur, n. 37.

Baro prohibens suis subditis, ne personis, Ecclesiasticis aliquid vendant, vel obsequia præstent, vel emant ab eis, in excommunicationem incidit, ibidem num. 28.

29 *Ignorantia invincibilis tàm Juris, quàm facti excusat ab incurrenda censura, & pœna censuræ, & num. 30. & 31.*

30 *Ignorans, aliquod delictum prohibitum esse, sub censura, quamvis prohibitum sit de Iure naturæ, vel divino, committens illud, licet peccet, non tamen incurrit censuram, ibidem & n. 31.*

31 *Laici frequenter possunt excusari ab excommunicatione Iuris, propter ignorantiam invincibilem.*

Ignorantia crassa, aut supina non excusat, ibidem, & num. 37.

32 *Ignorantia invincibilis est illa, quæ vinci non potuit, scilicet quando nulla notitia, nulla dubitatio, aut scrupulus de præcepto, de obligatione & de censura venit in mentem.*

Ignorantiam probabilem, & invincibilem censura, habet ille qui nihil unquam audivit, vel cogitavit, vel dubitavit de censura, ibidem.

33 *Absolvere ab excommunicatione nemini reservata, potest quilibet Confessarius.*

34 *Excommunicatio contenta in* cap. qui de immunit. Ecclesiæ in 6. *nemini est reservata.*

35 *Statutum facientes, per quod prohibeatur subditis, ne*

nè quicquam vendant personis Ecclesiasticis, vel emant ab eis, nec alia obsequia illis præstent, incidunt in excommunicationem 15. Bulla Cœna Domini.

Adsit Christus Iesus illuminatio mea.

DUo fuerunt mihi proposita dubia à Dom. N. ut quid de Iure sentirem, responderem pro quiete, & tranquillitate suæ conscientiæ.

1 Primò, an mulieres, vulgo Bizzochæ, seu Bizzocheræ, quæ sub simplici expresso voto virginalem, seu cœlibem, aut vidualem castam domi vitam ducunt, debeant gaudere privilegiis, & immunitatibus concessis religiosis, cujus ordinis habitum gestant, præcipue fori, & canonis.

2 Secundò, an excommunicationem contraxerit ipse D. Baro N. dominium temporale habens, cum interdixerit, & præceperit suis subditis, nè cuidam Presbytero, seu alteri personæ Ecclesiasticæ quicquam vendant, emant aliquid ab eo, nec ipsi bladum molant, panem coquant, aut alia obsequia præstent, & exhibeant.

Casus autem talis est; Quædam mulier vidua existens in domo, & famulatu cujusdam Presbyteri, illi inserviens mercede, seu salario annuo conducta assumpsit habitum Tertiariæ Sancti Francisci à Rever. Ministro Provinciali Ordinis Conventualium ejusdem Sancti, emisso simplici expresso voto, castam vidualem vitam ducendi, remanens tamen, & perseverans in famulatu, & domo dicti Sacerdotis fuit carceribus laicalibus mancipata de ordine dicti D. Baronis, cujus jussu per vim, & metum dicto habitu exuta nec amplius illum gestare permissa: Petit à me, an dicta mulier gauderet ut talis Tertiaria, seu Bizzocha privilegio fori, & Canonis, & propterea, an ipse Baro incidisset in excommunicationem propter tale factum.

Deinde ipsemet Baro interdixit, & præcepit suis subditis, ne dicto Presbytero quicquam venderent, panem coquerent, &c. quærit etiam à me, an aliam excommunicationem contraxerit talia interdicendo, & prohibendo.

3 Quoad primum, pro veritate articuli, & hujus dubii mihi propositi, sic respondeo.

Non mihi latet, quod multi Doctores, quos longa serie citat *Carol. de Grass. de effect. cleric. eff. n. 92.* tenent Tertiarios Sancti Francisci, vel alterius Religionis, esse personas Ecclesiasticas, & propterea gaudere privilegiis fori, canonis, & exemptionis à gabellis.

Sed *n. 93. d. effect.* 1. etiam alios Doctores cumulat pro negativa opinione, cui ipse adhæret, ex eo, quia tales Tertiarii non sunt personæ Ecclesiasticæ, nisi gregatim, & collegialiter, seu claustraliter vivant, & hanc esse communem opinionem ait, quam sententiam sequuntur etiam *V. decis. 49. num. 10. lib. 1. Flores de Mena pract. quæst. lib. 1. capit. 21. num. 197. Barbos. de potest. Episcop. allegat. 12. numer. 41. Novar. in prax. elect. fori sect. 1. quæst. 66. à num. 1. cum seq. Gutier. de gabell. quæstion. 95. numer. 5. Paschal. de patr. potest. par. 3. cap. 2. num. 27. Gruff. tom. 1. decis. aur. lib. 2. cap. 49. Joann. Sancius disp. 49. num. 16. D. Ricc. decis. 88. tom. 1. numero 8. Navar. in summ. cap. 27. numero 79. vers. octava declaratio, Bonacin. tom. 1. de excommun. disput. 2. quæst. 4. punct. 3. num. 10. & tom. 3. de censur. in Bull. Cœna, disput. 11. quæst. 16. sect. 1. punct. 3. num. 17. ac disput. 2. de excommunic. in partic. qu. 3. punct. 6. sect. 3. n. 10.* ubi ex d. *Nav.* citat *decis. Rotæ in antiq. 331.* & ex *Fellinc.* declarationem Sacræ Congregationis, & alii ab his citati.

4 Sed omnes præcitati Doctores tam pro affirmativa quàm pro negativa opinione loquuntur de viris Tertiariis in terminis Iuris communis, non autem in terminis Constitutionis Leon. X. in Concil. Lateranens. editæ infra citandæ tàm circa viros, quam circa mulieres Tertiarias domi viventes sub voto simplici, expressoque virginalis, aut vidualis castitatis habitum Tertii Ordinis gestantes, ut mox dicam; Immò etiam vigore dictæ Constitutionis Leonis X. etiam viri si non vivunt cum claustralibus, sive collegialiter, neque gaudent, ut patet ex eadem Constitutionem, ibi: *Collegialiter autem viventes, seu cum claustralibus habitantes,* & idem habetur in declarationibus Sacrarum Congregationum S. C. Trid. & Episcoporum, ac Regularium infrà citandis.

5 Ideò, quoad quæstionem, de qua agitur in præsentiarum; Respondeo, multos Doctores affirmare, hujusmodi mulieres gaudere Immunitatibus, & privilegiis prædictis, *canon. si quis suadente diabolo 17. qu. 4.* ac etiam fori, & non solvendi gabellas, collectas aliasque laicales solutiones, & impositiones, ita *Ugolin. de potestat. Episcop. par. 1. cap. 20. §. 11. num. 1. in fin. vers. tertio eorum, qui castitatis voto, & num. 4. in fin.* Ibi: *De secunda specie, quæ de Regularibus diximus, eadem esse dicta concludimus sicut de tertia D. Canonic. Squillant. de privil. cleric. c. 7. n. 33. c. 7. n. 42. & c. 8. n. 15. D. Ricc. in supracit. decis. 88. in fine vers. adverto, tom. 1. Dian. p. 1. tract. 2. resol. 84. vers. sed quid ego sentiam, & par. 6. tract. 8. resol. 30. in fine, vers. & nota, quod loquitur, Cordub. in annot. ad compend. privileg. Fratr. Minor. Alphons. de Casarubios in verbo Tertiarii, vers. quoad, §. 20. fol. mihi 528. Novar. de elect. fori sect. 1. quæst. 66. num. 13. usque ad 17. & de Marin. resol. quotidian. lib. 1. cap. 117. num. 11. 12. & 13.* & alii apud ipsos, & moventur ex dispositione dictæ Bullæ, seù Constitutionis Leon. X. incip. Sacro approbante Concilio sub die 19. Decembris 1516. Alteriusque ejusdem Summi Pontificis sub die primo Martii 1518. Incip. Nuper in sacro, quas referunt *Quarant. in summ. Bull. in verb. privilegia Regularium, & Confect. in compend. sive collect. privileg. Regular. fol. mihi 105. & 109.*

6 In quibus conceditur viris, si collegialiter vivant, seu cum claustralibus habitent, & mulieribus habitum Tertii Ordinis gestantibus, quæ in propriis, vel consanguineorum, seu affinium domibus virginalem, seù cœlibem, aut vidualem castam vitam sub expresso voto simpliciter ducentes, ut gaudeant dictis privilegiis, quibus gaudent Fratres illius Ordinis cujus habitum gestant.

Moventur etiam citati Doctores, aliique, qui eandem opinionem substinent, ex declaratione Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium Sacr. Concil. Trident. interpretum facta in ordine ad dictam Constitutionem Leon. X. in anno 1608. quam referunt idem *Dian. d. resolut. 84. vers. sed quid ego sentiam, par. 1. tract. 2. Joan. Mar. Novar. in tract. seu prax. elect. & variar. fori, sect. 1. quæst. 66. num. 14. fol. 122. in impress. Venet. 1656. & in Lucern. Regular. verbo Tertiarii, numero tertio fol. mihi 281.* cujus tenor talis est.

Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini interpretum consulta respondet Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, aliosque similes ita demum Ordinis, cujus tertia Regula habitum assumpserunt privilegiis potiri, ut ab Ordinarii Jurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter vivant, seu cum claustralibus habitent, & mulieres virginalem, seu cœlibem, aut castam vitam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cavetur Constitutione Concilii Lateranensis sub Leone X. qua habetur sess. 11. in fine. Hoc autem voto mulierum, alia duo scilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi: Quinimmò hujusmodi mulieres si vitam virginalem, aut cœlibem simpliciter, expresseque voverint, etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut

aut propriis domibus, vel seorsum habitantes supradictis privilegiis, Ordinis cujus Tertia Regula habitum deferunt, exemptionemque ab Ordinarii Iurisdictione frui debent, quemadmodum idem Leo posteà declaravit Constitutione edita die 2. Martii 1518. quod si fratres sororesque Tertii Ordinis quid amplius prætendant vigore consuetudinis, posse jus suum prosequi in judicio ordinario.

Hieronymus Cardinalis Pamphillus.

Sed adest alia declaratio magis clara pro casu nostro Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium super statu mulierum Tertii Ordinis in privatis domibus degentium, illarumque ad habitum admissione sub die 20. Decembris 1616. quam referunt de verbo ad verbum idem *Ioan. Mar. Novar. loc. supra citat. tàm in d. prax. electi, & variat. fori, quam in d. lucern. Regul. & Nald. in sum verb. clausura, numero 8.* ac *D. Episcop. Campanile in divers. jur. can. rubr. 12. cap 13. num. 164. fol. 774. & Ioan. Ant. Novar. in summ. Bull. tom. 1. tit. de tertiariis, num 4.* In qua declaratione habetur.

Tertiarios hujusmodi ità demum privilegiis potiri ordinis, cujus Tertia Regula habitum assumpserunt, & ab Ordinarii Iurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter vivant, seu cum claustralibus habitent, & mulieres virginalem, seù cœlibem aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cavetur dicta Constitutione Concilii Lateranensis sub Leone X. Hæc autem voto mulierum, alia duo, scil. paupertatis, & obedientia nequaquam includi.

Quinimmò hujusmodi mulieres, si vitam virginalem, aut cœlibem simpliciter, expresseque voverint, etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut propriis domibus, vel seorsum habitantes supradictis privilegiis Ordinis, cujus Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptionemque ab Ordinarii Iurisdictione frui debere, ut idem Leo posteà declaravit Constitutione edita die 2. Martii 1518.

An autem dictæ qualitates in hujusmodi Tertiariis concurrant Ordinarii loci esse Iudicium, &c.

Superioribus autem Regularibus sufficienti facultate ad id à Sede Apostolica suffultis (Capuccinis exceptis) licere mulieres ad hujusmodi habitum recipere, atque ad ipsos vestiendi eas officium pertinere.

Non autem ad habitum admittendas, & recipiendas esse, nisi probata vita, ac bonis moribus præditas, atque in ætate saltem 40 annorum constitutas, quæ de proprio habeant unde sufficienter vivere possint, & non cum aliis viris, quam cum consanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu sibi conjunctis cohabitent; & ab Ordinario loci licentia priùs impetrata, qui non aliter eam concedat, nisi de prædictis prævio examine diligenti sibi constiterit, &c. Datum Romæ 20. Decembris 1616

Antonius Card. Saulius.

Et fundantur dictæ declarationes super dicta Constitutione Leon. X.

7 Sed negativam sententiam, nempè hujusmodi mulieres tertiarias minimè hodiè gaudere præfatis privilegiis, etiam vigore dictæ constitutionis Leon. X. tenent *Sorb. in annot. ad d. compend. privileg. Minor. Alphonsi de Casarub. in verbo Tertiariæ*, ibi: *Capuccini annotatio, versicul. secundò notandum, fol. mihi 519. & Meroll. tom 3. disp. theol. moral. disp. 6. de privil. cap. 3. numero 170. fol. 99.* citans *Rodriq. quæst. regul. tom. 3. quæstion 73. art. 1.* & moventur ex eo, quia posteà per Pium V. in sua constit. incip. Ea est officii nostri, edita anno 1568. quæ est reformativa dicti Tertii Ordinis; & per Gregorium XIII. in constitut. 35. quæ incipit: Ex benigna edita die primo Martii 1571. quæ est confirmativa privilegiorum dicti Ordinis Sancti Francisci, Decernitur, solum illos posse privilegiis Fratrum Minorum potiri, & gaudere, qui sunt Tertii Ordinis Sancti Francisci de Pœnitentia nuncupati in Congregatione viventes, ac tribus votis substantialibus astricti, ac professi sub obedientia Superiorum Ordinis Minorum de Observantia degentes. Et sic non solùm viri, sed etiam mulieres, quæ non vivunt claustraliter, & tria vota essentialia non emiserunt, ac professionem non fecerunt, non gaudent hodiè privilegiis Regularibus concessis, quia ita habetur in dictis constitutionibus Pii V. & Gregor. XIII. & à *Sorb. Rodriq. & Meroll. loc. jam citatis*, qui Doctores expressè loquuntur de dictis mulieribus, carentibus qualitatibus, & conditionibus contentis in dictis Bullis Pii V & Gregor. XIII. non obstante dicta Bulla, seù constitutione Leonis Decimi.

8 Immò neque Moniales Tertii Ordinis, quæ subduntur Ordinariis, etiam si in Congregatione vivant, gaudent dictis privilegiis, quia non sunt sub obedientia Superiorum Fratrum Minorum. Cum dictæ constitutiones Pij V. & Gregor. XIII. tria requirant copulativè; Primò, quod vivant claustraliter; Secundò quod tria vota essentialia emiserint; Tertiò, quod sint sub obedientia Superiorum Fratrum Minorum, & sic dicta privilegia non conceduntur absolutè omnibus Monialibus professis in Congregatione viventibus, sed solummodò iis, quæ sunt sub obedientia Fratrum Minorum, ut patet ex dictis constitutionibus, ità *Rodriq. & Meroll. loc. sup. cit.*

9 Vndè, si sequi velimus sententiam horum Doctorum *Sorbi, Rodriquez, & Meroll.* quamvis tales mulieres habeant qualitates requisitas in dicta Bulla Leon. X. hodiè non gaudent præfatis privilegiis vigore dictarum constitutionum posteà à successoribus suis emanatarum, nempè à Pio V. & Gregorio XIII. & proindè neque obstat sententia illorum Doctorum supra adductorum, scilicèt *Vgolin. Squillant. Ricc. Dian. Cordub.* & aliorum, qui substinent affirmativam sententiam, moventur namque omnes ex dicta Bulla Leon. X.

10 Neque in sententia *Sorb. Rodriq. & Meroll.* obstant dictæ declarationes Sacræ Congregationis, quas supra retulimus, quia etiam fundantur ex eadem Bulla, seù Constitutione Leon. X. dum diximus per successores Pontifices aliter fuit dispositum. Concesserunt enim prædicti Summi Pontifices Pius V. & Gregor. XIII. talia privilegia illis tantùm, qui in Congregatione vivunt & tria vota essentialia emittunt, atque subsunt obedientiæ Superiorum Fratrum Minorum, ut ait *Meroll. cum Rodriquez ubi sup.*

Secundo, non obstant dictæ declarationes, quia non sunt authenticæ, seù juridicæ.

11 Responsiones namque, seù declarationes hujusmodi Sacræ Congregationis quando non sunt authenticæ, seù juridicæ non habent vim legis, sed tantùm sunt interpretationes doctrinales, & consequenter non obligant, neque in foro exteriori, neque interiori, cum non sint solemniter promulgatæ ad hoc, ut habeant vim legis, & cum nulla sit promulgata lex, quæ jubeat dictas declarationes suscipiendas esse tanquam regulas, seù leges certas, & infallibiles, & sic prædictæ omnesque aliæ consimiles declarationes probant solum tanquam opiniones sapientissimorum Patrum, & Doctorum, *Sanchez lib. 8. de matrimon. disp. 2. numer. 10. circa finem, Villaleb. in summa tom. 1. tract. 2. dub. 7. num. 5. Benacin. tom. 1. de Sacram. Ordin. disput. 8. quæstion. unica, puncto 5. num. 21. versic. ad secundam respondeo, & tom. 2. de legibus, disp. 1. quæstion. 1. puncto 8. num. 4. Ioan. Sanc. disp. 48. num. 1. Dian. part. 1. tract. 10. resol. 29. Merolla tom. 2. disp. 4. cap. 4. à num. 170. ad 175. fol. 237.* aliaque Neoterici, & graves Doctores ab ipsis relati, quamvis non desint alii Doctores relati à *d. Meroll. ibidem num. 168.* contrarium tenentes.

12 Quando verò dictæ declarationes sunt authenticæ, seù juridicæ, habent utique vim legis, & tunc dicuntur authenticæ, seu juridicæ, quando Sacra Congregatio facit eas consulto Summo Pontifice; nam cum hac limitatione accepit ab eo potestatem interpretandi, ut patet ex constitutione Sixti V. quæ est 74. & habetur *tom.2.Bullar.Cherubini fol.*614. quare si inconsulto Pontifice maximo aliquam declarationem, & interpretationem faceret illa non esset authentica, & juridica, sed doctrinalis tantùm, ità *Merolla dict.disp.4.cap.4.num.*173. *&* 175.

13 Et ex tenore ipsarum declarationum dignoscitur, quando sint factæ consulto Summo Pontifice, & consequenter esse authenticas, seù juridicas, & vim legis habere, nempè cum in fine illarum adduntur hæc, vel similia verba; Quam Congregationis sententiam Sanctissimus Dominus Noster ad se relatam approbavit, vel Ità Sanctissimus Dominus Noster Papa N. audita relatione Congregationis declaravit, aut relato demum Sanctitati Suæ ejusmodi decreto, benignè illud approbavit, vel alio simili modo, *Merolla d. cap.4.nu.*275. *in fine.*

14 Vndè *Thom.Hurtad. var. tom.2. tract.11. cap.1. resol.4. num.47. cum seq.* quem refert *Dian. par.11. tract.6. resol.33. circa finem*, dicit, quod declarationes Eminentissimorum Cardinalium nisi sint in forma authentica inducta ab Vrbano VIII. non habent vim, ad quarum authenticam formam inter alia, ut vim obligandi habeant, duo requiruntur. Primum, quod Auditor Cameræ sub censura mandet eas observari, quia sic observat stylus Curiæ, & citat *Valer. di differ. verbo absolutio, distinct. 1. num.* 19. Secundum quod dicatur, eas factas consultò Summo Pontifice, & citat *Coriolan. de casibus reserv. part.1. sect. 1. art. 21. numer.5. & Peirin.tom.1. de subdit. quæstion.1. cap.25. conclus. 1. pag. sibi* 291. Et quod consulto Vrbano VIII. die 2. Augusti 1631. omnes declarationes Dominorum Cardinalium impressæ, vel imprimendæ prohibentur, tanquam non authenticæ, nisi illæ, quæ in authentica forma solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti. & Secretarii ejusdem Congregationis munitæ fuerint, & ex *Salas de legib. disput.2. sect.9. numer.* 53. dicit, quod Congregatio non semper, sed in raro casu, & in gravioribus, & difficilioribus duobus Summum Pontificem consulere soleat, & quamvis *Dian. ibidem in fine*, non omnia hæc approbet propter reverentiam debitam Purpuratorum Patrum responsis, attamen in *supracit. par.1. tract.10. resolut. 29. per totam*, ubi particularem resolutionem, ac disputationem facit. An declarationes Eminentissimorum Cardinalium habeant vim legis, & postquam pro utraque affirmativa, & negativa sententia multos Doctores affert, posteà in fine sic ait:

15 *Ideò nisi aliter per Sedem Apostolicam declaretur, censeo cum supradictis Doctoribus declarationes Cardinalium, maximi quidem ponderis esse, & ab iis nulla ratione recedendum sine firmissimo fundamento. Attamen vim legis non habere existimo, neque standum illis necessariò.* Ità ait *Diana*, ac etiam ita dixit *Bonacin. ubi supra tom.1. de legibus, disput.1. quæst.1. punct.8. numer.4. vers. ego verò.*

16 Eo vel magis, quia multoties reperiuntur aliquæ declarationes inter se pugnantes circa eandem rem, ut per *d. Ioan. Sanch. disp.48. num.1. versic. cum igitur*, & per *Thom. Sanch. tom.2. summ. lib.7. cap.5. num.3. & 4.* ubi circa eandem materiam declarationes Sacræ Congregationis ad invicem contrarias refert, & tunc cui earum standum sit. Respondet *Meroll. ubi supra tom.1. cap 4. num.172.* & propriè *numer. 175. fol.* 238. quod si reperiantur duæ declarationes, seù interpretationes Sacræ Congregationis de eodem articulo contrariæ, tunc si utraque est authentica, seù juridica, utpotè facta consulto Pontifice, potius secundæ, quam primæ standum est, quia quando reperiuntur duæ leges Pontificiæ contrariæ, standum est secundæ, quoniam per editionem secundæ, censetur Pontifex abrogare primam; si verò altera tantùm est facta consulto Pontifice, tunc illi standum est, Quod si neutra facta est consulto Pontifice, tunc quia sunt tantummodo interpretationes doctrinales, poterit quilibet amplecti, ac sequi quam maluerit sicut ex communi Doctorum sententia, quando sunt duæ opiniones probabiles contrariæ, quilibet poterit sequi, quam maluerit, ità etiam *Ioan. Sanch. loc. cit.*

17 Concludendum itaq; quod hujusmodi declarationes si fiant consulto Pontifice, tunc sunt juridicæ, & habent vim legis, secus verò si fiant inconsulto Pontifice, remittendo me tamen semper judicio, & declarationi Sanctæ Sedis Apostolicæ, cui omnia supradicta, & infrà dicenda submitto humiliter.

18 Quinimmò responsiones, seù declarationes Sacræ Congregationis factæ in aliquo casu particulari, vel dubio, etiam consulto Summo Pontifice, non habent rationem legis generalis ob defectum solemnis promulgationis, quia à fortiori, neque responsa Pontificum in singularibus negotiis data, habent vim legis universalis, nisi sufficienter aliquo modo promulgentur, ac proponantur tanquam communis regula operandi, vel inserantur in corpore juris communis; Idemque dicendum de responsis Principum sæcularium. Ratio autem est, quia Princeps dans responsum, ac ferens sententiam in aliqua particulari causa, non fungitur munere Principis dicentis jus toti Reipublicæ, sed potius munus privati Iudicis in causa particulari, de qua potest judicare secundum propriam opinionem; ergò non statim legem generalem constituit; ergò idem dicendum est de præfatis declarationibus, & responsis Sacræ Congregationis in aliquo casu particulari factis, ità idem *Meroll. loco proximè citato n.*174.

19 Neque (etiam à fortiori) canones, qui continentur in decreto *Gratiani*, omnes vim legis habent, sed solum illi, qui ex Pontificis, aut Concilii generalis decreto desumpti sunt, quia tunc vim canonum habent, & præceptum continent, ac robur statuti Canonici obtinent; non autem illi, qui desumpti sunt ex Sanctorum dictis, ac testimonio, *Sanch. lib.9. de matrim. disp. 12. nu.5. Suar. lib.4. de legibus, cap.5. num.5. Meroll.* & alii apud ipsum *d. tom.2. disp.4. numer.*166. qui de communi opinione testatur, & videtur expressè colligi ex *cap. de libellis, distinct.*20. ubi Summus Pontifex Leo IV. Sanctorum dicta non numeravit inter canones, quibus causa decidenda est, sed inter ea, quæ diligunt, & magnificanda sunt, & etiam leges civiles insertæ in dicto decreto *Gratiani* vim Iuris Canonici non habent, nisi à Pontifice canonizatæ, & approbatæ sint, *Sanch. n.3. & Meroll. n.165. loc. cit.*

20 Et sic videmus in praxi, quod quando Sacra Congregatio vult suas declarationes vim legis universalis habere, facit illas à Sanctissimo approbari, quando verò hæ declarationes talem approbationem minimè habent, non sunt ut lex universalis retinendæ, sed tanquam opiniones probabiles sapientissimorum Doctorum, ut dixi. Vndè meritò fuit prohibitum Sac. Concil. Tridentinum impressum declarationibus Sacræ Congregationis; & remission. Doctorum, quia quod aliquando Sacra Congregatio declaravit in uno negotio, & casu particulari, ut occurreret alicui incidenti, vel inconvenienti, non debet pro lege universali recipi, & propterea sæpè videmus Doctores graves aliquam quæstionem disputantes, & pro una opinione referentes aliquam declarationem Sacræ Congregationis; Et nihilominus contrarium tenentes, & docentes, ut præ aliis Doctoribus, est videre apud *Sanch. d. lib.8. de matrim. disp.2. num.10. circa finem, versic. nec obstat*, ubi per hæc verba loquitur:

Nec

Nec obstat declaratio Cardinalium in contrarium adducta, quia de ea non constat authenticè, neque in illa necessariò standum est, quamvis magnam auctoritatem habeat, &c. hæc sunt verba *Sanchez*, qui etiam in aliis locis contra hujusmodi declarationes suam sententiam firmat multoties. quod & alii Doctores, ut dixi graves etiam faciunt, & etiam *Bonac. tom. 1. de Sacram. Ordin. disp. 8. quæst. unica, puncto 3. num. 21. vers. ad secundam respondeo primò*, ubi sic ait, *Ad secundam respondeo primò, declarationes Sacræ Congregationis non facere jus, & non semper omnibus casibus accommodari posse*, & *Merall. tom. 3. disp. 5. de privileg. cap. 2. numero 75. & cap. 6. numero 874.* tenet probabilius contrà opinionem probabilem munitam declaratione Sacræ Congregationis in dubiis ibi ab eo disputatis. Quòd si declarationes prædictæ vim legis universalis haberent, non possent, *Sanchez*, *Bonacina Merolla*, (qui sunt magnæ auctoritatis) neque alius Doctor ab illis recedere, sed necessariò adhærere haberent ipsis declarationibus, quod utique valdè notandum, maximè cum non appareat suprà citatas declarationes ad favorem mulierum Tertiariarum esse authenticas, seu juridicas, & à Summo Pontifice approbatas, & eo consulto factas, ut patet ex earum supra relatarum lectura. Ad corroborationem eorum, quæ jam dixi hoc *nu. 20. & sup. num. 14. cum seqq.* Post hæc scripta reperi decretum Sacræ Congregationis Rituum, sub datum Romæ die 11. Augusti 163 . impressum *in libello* nuncupato, *Bulla, & Decreta recentiora, fol. mihi 235.* emanatum circa Decreta, Declarationes, & Decisiones Sacræ Rituum Congregationis; Ideo hic illud opponere putavi per extensum, & est tenoris sequentis.

Cum ad notitiam Sacræ Rituum Congregationis pervenerint quamplures Declarationes, Decreta seu Decisiones sub nomine ejusdem Sacræ Congregationis absque illius auctoritate impressas in libris, seu aliis operibus circumferri, & allegari, Multasque ex Declarationibus, Decretis, seu Decisionibus, juxtà contingentiam casuum, illorumque qualitates, & circumstantias a se diversis temporibus factis, secundum ea, quæ proponebantur, fuisse alteratas, immutatas, diminutas, ac forsan, aliquas mentito Sacræ Congregationis nomine confectas, nulloque propterea authentico sigillo munitas, illasque per Tribunalia tàm in Urbe, quam per Orbem circumferri, & allegari, Considerans eadem Sacra Rituum Congregatio, quantum detrimenti recipi possit, si aliqua fides illis adhibeatur, ex speciali Sanctissimi Domini Nostri Urbani Divina Providentia Papæ VIII. Iussu mandat, & præcipit, hujusmodi Declarationibus, Decretis seu Decisionibus, tàm impressis, quam imprimendis, ac etiam manuscriptis nullam fidem in judicio, vel extra esse adhibendam, sed tantùm illis, quæ in authentica forma, solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarii ejusdem Congregationis pro tempore existentium, munita fuerint. In quorum fidem has propria manu subscripsimus, & sigilli proprii Sacræ Rituum Congregationis impressione communiri, ac Typis mandari jussimus. Datum Romæ die 11. Augusti 1632.

C. EPISCOPUS PORTUEN. CARD. PIUS.

Locus † Sigilli.

Iulius Rospigliosius Secret.

Romæ, ex Typographia Rev. Cam. Apost. & Neap. apud Neap. apud Lazarum Scorrigium 1631.

Quod æquidem Decretum, puto esse illudmetipsum, quod refert *Dian. ex Thom. Hurtad.* de quo supra *num. 14. circa medium*, ibi: *Et quod consulto Urbano VIII.* quamvis sub diverso Anno, quia ille refert dictum Decretum fuisse latum in mense Augusti 1631. Hoc verò suprà jam relatum in mense Augusti 1632 quod facilè credo per errorem Typographi, in uno ex his erratum esse. Et post hæc scripta vidi eundem *Dian. eadem par. 11. tract. 8. resol. 53.* ubi refert idem decretum latum sub die 11. Augusti anno 1632. non autem in anno 1631. & sic erratum fuit à Typographo in illa *Resol. 23. tract. 6. eadem par. 10.* ubi dicitur 1631. & voluit dicere 1632. Itaque illud decretum citatum à *Dian. ex Thom. Hurtad.* in illa *resol. 23* est idem, quod Ego supra retuli, *fol. 350.* & quod denuò refert idemmet *Dian. in d. resol. 53.* ubi denuò hanc quæstionem proponit, quando, scilicèt declarationes Sacræ Congregationis vim legis habeant, ipsum adi, & perlege diligenter pro corroboratione eorum, quæ dixi suprà in casu hujus Responsi post *observat. 187. fol. 275.* ac etiam vide eundem *Dian. eadem part. 11. tractat. 2. resol. 41.* de eadem materia tractantem, etiam post hæc scripta visum, in qua *resol.* facit mentionem quoque de eodem decreto Sacræ Congregationis de mense Augusti anni 1631. & ut credo vult dicere 1632. sed parum refert, in quo anno sit latum, sufficit enim, ut verè sit latum, & adsit decretum ipsum, facto de ordine Urbani VIII. sivè de anno 1631. sivè in an. 1632.

Advertatur etiam, quod quamvis hoc Decretum loquatur solum de Declarationibus, Decretis, seù Decisionibus Sacræ Congregationis Rituum. Non autem de Decretis, & Declarationibus aliarum Sacrarum Congregationum: Attamen eadem viget ratio in omnibus; Immò adest etiam aliud Decretum simile Sacræ Congregationis Concil. Trident. Interpretum subscriptum à Domino Cardinale Bonifacio Bevilaqua sub die 6. Junii 1621. in quo fuerunt prohibitæ omnes Collectiones, Declarationes, Decisiones, & Interpretationes dictæ Sacræ Congregationis Concilii Trident. impressæ & imprimendæ, quæ quidem fuerunt impressæ post quodlibet caput ejusdem Sacr. Concil. Trident. ac proindè puto esse prohibitum taliter impressum, scilicèt cum dictis declarationibus, ut jam supra dixi.

Sed ad quid defatigamur ad supradicta probandum, 21 & ut gladium ad radicem ponamus in casu, de quo agitur, si dato millies, sed non concesso, & esto, quod dictæ declarationes sint authenticæ, seù juridicæ, & quod habeant vim legis; Neque eædem declarationes, neque constitutio, seù constitutiones Leonis X. super quibus fundantur, etiam si dicere licebit ipsam constitutionem attendendam esse, & quod sit hodie in usu, & quod minimè fuerit moderata per subsequentes Bullas Pii V. Gregor. XIII. adhùc non possunt allegari ad favorem dictæ mulieris, de qua quæstionem facimus, neque ei opitulantur, sed sibi contrariæ sunt, & adversantur, & contrà ipsam loquuntur: Etenim ipsa quippè mulier nunquam habuit, nec habet omnia requisita, sed nec unum ex illis, quæ continentur tum in dicta constitutione Leon. X. tùm in declarationibus Sacrarum Congregationum.

22 In dicta namque constitutione Leon. X. In Concilio Lateranensi sub die 19. Decembris 1516. Sacro approbante Concilio, & in altera sub die primo Martii 1518. Nuper in Sacro, ac in dicta declaratione Sacr. Congregat. Concil. Trident. 1608 habetur, ut præfatæ mulieres nunc gaudeant privilegiis Regularium, quorum Tertii Ordinis habitum gestant, si virginalem, seù cœlibem, aut vidualem castam vitam sub simplici, expressoque voto in domibus propriis, vel fœminum, aut in consanguineorum, vel affinium suorum traduxerint; Notetur quæso illa dictio, *Si.*

Et in altera supradicta declaratione Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium sub die 20. Decembris 1616. adjungitur, quod ultra supradictas

qualitates, & requisita, non aliter hujusmodi mulieres ad habitum recipiantur, & gaudeant, nisi sint probatæ vitæ, & bonis moribus præditæ, ac in ætate quadraginta annorum; Item quod habeant de proprio, unde sufficienter vivere possint, Item, quod non cum aliis viris, quam cum consanguineis, vel affinibus in primo tantùm gradu sibi conjunctis cohabitent; Item, quod ab Ordinario loci licentiam prius obtineant, qui non aliter eam concedat, nisi de prædictis prævio examine diligenti sibi constiterit, &c. Notetur etiam illa dictio, *Non aliter*, & alia dictio, *Nisi*.

Ergò cùm dicta mulier pauperrima, non habuerit, nec habeat undè vivat, & non cohabitaverit, neque cohabitet cum consanguineis, vel affinibus in primo tantùm gradu sibi conjunctis, nec in domibus propriis, vel sentium, de proprio vivat, sed locans operas suas quotidiè, & existens in domo, & famulatu dicti Presbyteri, mercede, seù salario conducta; Neque ab Ordinario loci prius, quàm habitum assumpsisset, licentiam obtinuerit, Nescio, quomodo prætendere possit, & gaudere valeat exemptionibus, & privilegiis concessis Regularibus, & personis Ecclesiasticis, carens omnibus, & singulis requisitis præscriptis, tàm in dictis constitutionibus Pontificiis, quam in dictis declarationibus Sacrarum Congregationum, & ideò tales mulieres Bizzochas non habentes talia requisita non gaudere immunitatibus, decisum fuit in Sac. Consilio Neapolitano. ut refert idem *de Marinis resol. quotidian. d. cap. 117. n. 10. & 14.*

Et dictio, *Si*, apposita in dicta constitutione Leon. 23 X. & in utraque declaratione Sacr. Congregat. ibi: *Si vitam virginalem, &c. in domibus consanguineorum, &c.* inducit conditionem, & formam, *D. de Franch. decis. 231. nu. 2. Menoch. cons. 15. n. 14. tom. 1.*

Prout dictio, *Non autem*, & *non aliter*, ac etiam dictio, *Nisi*, quæ sunt appositæ in dicta ultima declaratione Sacr. Congregat. Episcop. & Regular. ibi: *Non autem ad habitum, &c. nisi probata vita, &c. & non cum aliis viris, &c.* & ibi: *Non aliter eam concedat, nisi de prædictis prævio examine, &c.* omnes enim dictæ dictiones, & clausulæ important, & inducunt conditionem, & formam, & sunt annullativæ, & vim habent taxativæ, atque ponuntur privativè & adversativè ad præcedentia, *Cacheran. dec. 174. n. 1. Maceraten. var. resol. lib. 1. resol. fin. casu 42. versic. pro Episcopo Surd. decision. 164. num. 17. Barbos. in remiss. Doctor. de diction. in dict. 184. nisi, & in dict. 186. Non aliter, Sanch. infrà citand.*

24 Neque Episcopus loci Ordinarius dictam licentiam concedere poterat, nisi prævio examine diligenti, sibi constiterit talem mulierem dictas qualitates habuisse, ut sibi injungitur in d. ultima declaratione Sac. Congr. quæ clausula *Non aliter eam concedat, nisi prævio examine diligenti sibi constiterit*, certum est importare conditionem, & formam, ut supra jam dixi, & ut præmittatur causæ cognitio, & informatio in testibus examinatis, quia aliter non esset valida licentia obtenta non præmissa causæ cognitione, ac informatione, atq; testibus non examinatis, etiam si preces, & qualitates essent veræ, (prout non sunt, nec esse possunt in casu dictæ mulieris,) ità *Sanch tom. 2. lib. 8. de matrimon. disp. 34. numer. 26. & disp. 35. num. 16. in fine, & tom. 1. lib. 3. disp. 33. num. 4. Maria de clausul. par. 6. claus. 40. si inveneris, numero 2. & clausul. 141. si ità est, num. 4. Barbos. ubi supra clausul. 87. si constiterit. Cavalc. decision. Fraiz. 2. 22. num. 6. par. 1.* Igitur cum dictam licentiam non obtinuit, nec obtinere potuit, dum verè, realiter notoriè, ac publicè, atque evidentissimè palam constet nullam de dictis qualitatibus habere. Ac etiam si per fallaciam illam obtinuisset, neque esset valida, & ipsi non suffragaretur, ut dixi. Ideò tanquam persona merè laicalis, non gaudet dictis privilegiis.

25 Et non solum prædictas mulieres Tertiarias habentes requisita suprà enumerata, & expressa in dicto responso, & declaratione Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, scilicèt, quando sunt in ætate saltim quadraginta annorum, probatæ vitæ, ac bonis moribus præditæ, quæ de proprio habeant unde vivant, & in propriis domibus, vel seorsum, aut cum consanguineis, seù affinibus in primò tantùm gradu sibi conjunctis cohabitant, habitum Tertii Ordinis gestantes cum voto expressè emisso simplici coram Superiore Regulari virginalem, seù cœlibem, aut vidualem castam vitam ducendi, habita prius licentia ab Ordinario loci, gaudere jam dictis privilegiis fori, canonis, & exemptionis à gabellis, sed 26 etiam posse consequi legatum relictum pro Monachatu, docuit probabiliter, & decisum refert idem *Dian. par. 1. tract. 2. d. resol. 84. in fine, & par. 4. tract. 1. resol. 31. vers. notandum est, & par. 6. tract. 8. resol. 30. in fine, & D. Rioc. collect. 1051. vers. ego consultus respondi, ac Novar. de elect. fori, sect. 2. quæst. 66. num. 16.* quamvis *Castill. decis. 88. tom. 1. & Paschal. de patr. potest. par. 3. c. 2. num. 27.* contrarium decisum referant, mulieres, scilicèt Tertiarias domi viventes non posse consequi tale legatum pro Monachatu relictum tanquam non sint personæ Ecclesiasticæ; sed mihi videtur, quod *Castill. & Paschal.* loquuntur in terminis Iuris communis, secundum opinionem supra relatam illorum Doctorum tenentium dictas mulieres Bizzochas non claustraliter, sed domi viventes non esse personas Ecclesiasticas, & proinde non gaudere privilegiis Ecclesiasticis, & personis Religiosis concessis; Non autem ipsos loqui de mulieribus Tertiariis, etiam domi viventibus in terminis dict. constitution. Leon. X. & declarationis dictæ Sacræ Congregationis, habentibus supradicta requisita.

27 Vel et velimus dicere, ut supra cum *Sorbo, Meroll. & Rodriq. ab eo citato*, quod hodie attentis dictis constitutionibus Pii V. & Gregor. XIII. dictæ mulieres domi viventes, etiam si habeant supradictas qualitates, dum non vivunt in congregatione claustraliter, & tria vota essentialia non emittunt, non gaudent dictis privilegiis, & exemptionibus Religiosorum, & Ecclesiasticarum personarum, quia non reputantur personæ Religiosæ, & propterea non posse consequi tale legatum relictum Monachatu.

28 Quoad secundum dubium, An scilicèt excommunicationem contraxerit idem D. Baro temporale dominium habens, qui interdixit, & prohibuit suis subditis, nè dicto Presbytero quicquam vendant, emant aliquid ab eo. Nec ipsi bladum molant, panem coquant, aut alia obsequia præstent, & exhibeant.

Brevissimè respondeo; Nulli dubium esse adesse textum clarum in *cap. eos, qui fin. de immun. Eccles. in 6.* ubi excommunicantur ipso facto tales Domini prædicta interdicentes Ecclesiasticis personis, & sic incidisse in hujusmodi excommunicationem præfatum D. Baronem fatendum est tàm in foro interno conscientiæ, quàm in foro fori externo.

29 Attamen quoad forum conscientiæ, & Animæ, si prædictus Dominus Baro invincibiliter talem canonem, ac prohibitionem ignoravit; immò etiam sciens, id interdicere, ut præstetur Ecclesiasticis personis, prohibitum esse; sed ignorans invincibiliter vetitum esse sub anathemate; Non incurrisse fateor. Quia ignorantia invincibilis, tàm juris, quàm facti, aut qualitatis facti excusat ab incurrendis censuris; Quinimmò ignorantia pœnæ, idest censuræ excusat ab incurrenda pœna censuræ. Undè, qui scit delictum vetitum esse ab Ecclesia, sed nesciens prohibitum fuisse sub censura, non incurrit censuram committendo illud delictum. Prout neque incurrit censuram committens aliquid, quod scit prohibitum esse Iure naturæ, vel

vel Divino, sed nesciens prohibitum fuisse sub censura ab Ecclesia, ità *Sylv. verbo excommunicatio 2. num. 6. & excommunicatio ult. qu. 3. r. 4. Nav. cap. 23. nu. 47. & c. 27. num. 16. & 274. in 2. edit. Rodriq. par. 1. summ. cap. 195. num. 3. Sanch. lib. 9 de matrim. disp. 32. nu 9. 13. 24. & 29. Graff. tom. 1. decis. aur. lib. 4. cap. 9. numer. 10. 15. & 16. usque ad 21. Bonacin. tom. 1. de censur. in comm. disp. 1. quaestion. 2. punct. 1. num. 6. 7. 8. & 13. Meroll. disp. moral. tom. 1. disp. 1. cap. 2. num 34. 39. 47. 64. 76. 77. 78. 83. & seq.* Et *numer.* 81. dicit, frequenter laicos posse ab excommunicatione joris excusari, quoniam saepè illam invincibiliter ignorant. Hanc eandem suprà firmatam opinionem tenet *Azor. tom. 1. lib. 1. capit. 15. quaestion. 3. & per tot. caput.* Ac alii ab his citati; Et videtur expresse decisum in *cap. ut animarum de constitut. in 6.* ibi: *Vt animarum periculis obvietur, sententia per statuta quorumcumque Ordinariorum prolatis nolumus ligari ignorantes, dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina.* Qui textus loqui videtur de sententiis latis pro facto, jure naturali damnato, Nempè furto, ut patet ex verbis sequentibus ipsius textus; Et intelligitur non solùm de poena imposita per legem positivam Episcopi, sed etiam Summi Pontificis; Cum eadem ratio in textu apposita, militet in utraque lege, tàm Episcopi, quàm Summi Pontificis, ità *Sylvest. Nav. Azor. & Sanch. cit.* atque *Meroll. d. disp. 1. cap. 2. num. 40. & 45.* facit etiam *tex. in c. si verò, el secondo, de sent. excom.*

32 Ignorantia vero invincibilis tunc dicitur, quando vinci non potuit, idest, quando nulla notitia, nulla dubitatio, aut scrupulus de praecepto, de obligatione, & de censura venit in mentem; Vel si habuerit aliquod dubium, fecit moralem diligentiam, *Bonac. d. tom. 1. tract. de censur. in comm. disp. 1. quaest. 2. punct. 1. num. 3. Meroll. d. disp. 1. cap. 2. num. 105.* & alii; Vndè qui nihil unquam audivit de censura, vel nihil unquam cogitavit, vel dubitavit de censura, dicitur habere ignorantiam invincibilem, & probabilem censurae. Haec equidem in medium afferre volui, ad hoc, ut ipse D. Baro dignoscere possit ex sua conscientia, & synderesi; an habuerit talem ignorantiam, ut discernere possit in animae judicio, & in foro poli interno, an contraxerit dictam excommunicationem. Quia si non habuit talem invincibilem ignorantiam; certum est, ut supra dixi incurrisse in excommunicationem contentam in *d. c. fin. de immun. Eccles. in 6.*

33 A qua tamen excommunicatione, cum nemini sit reservata, potest absolvi à quocumque Confessario approbato ad absolvendum peccata mortalia. *Nav. cap. 27. sum. num. 39. in secunda edit. Bonacin. d. tom. 1. de censur. disp. 1. quaest. 3. punct. 1. num. 10. Graff. part. 1. decis. aur. lib. 4. cap. 1. num.* 53. & alii ab his relati, estque communis opinio modernorum; & patet ex *cap. nuper, de sentent. excomm.* & firmat *Tolet. lib. 1. sum. cap. 17. num. 4. in impress. Venet.* 1617. qui de communi sententia testatur.

34 Quod verò haec excommunicatio contenta in *d. cap. eos, qui fin. de immun. Eccles. in* 6. Nemini sit reservata, patet evidenter ex lectura ipsius textus, & nullam habet difficultatem, & apertè probant *Sylv. verbo excommunicatio 9. de excommun. nemini reservatis, numero 50. vers. vigesima tertia est. Tolet. d. lib. 1. cap. 39. num. 14. Nav. d. cap. 27. num.* 130. Cum de excommunicationibus in *6.* decretalium contentis nemini reservatis tractant, ut est videre apud eundem *Tolet. in rubr. d. cap. 39.* & apud *dict. Nav. in rubr. unic num. 31. d. capit.* 27. ibi: *De excommunication. in libro sexto decretal. nulli reservat,* ac etiam *Bonacin. tom. 3. de censur. in particul. disp. 1. quaestion. 6. sect. 2. puncto 4. num. 1. vers. observa tertio.* Quia nulla reservationis verba in *tex. d. cap. eos, qui,* habentur & quamvis *Memorial. sciend. à Cleric.* editum jussu Alexand. Cardinal. Ludovisii Archiepiscop. Bononiens. qui posteà fuit Papa Gregor. XV. in *Cathal. excommun. extrà Bullam Caenae, c. 7. num. 3. folio mihi* 55. dicat dictam excommunicationem *dict. cap. eos,* qui, reservatam esse Papae, *citans d. l. Sylv. & Nav. in locis supra adduct.* qui dictam excommunicationem inter eas nemini reservatas referunt, non autem inter eas Papae reservatas, Ideò debet corrigi, & credo fuisse errorem Typographi, & cum dixit Papae reservatur voluit dicere, nemini reservatur, prout erravit etiam *D. Barbos. de potest. Episcop. alleg. 50. num.* 93. ubi etiam dictam excommunicationem annumerat inter reservatas Summo Pontifici, allegans eosdem *Sylv. & Nav. ubi supra,* qui tamen contrarium, ut dixi, dicunt, & citans etiam dictum *Memorial. sciend. à Cleric.* & ex lectura *d. tex.* liquidò apparet, cujus haec sunt omnia verba, *Eos, qui temporale dominium obtinentes, suis subditis, nè Praelatis, aut Clericis, seu personis Ecclesiasticis quicquam vendant, aut emant, aliquid ab eisdem, neque ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere praesumant, aliquando interdicunt (cum talia in derogationem libertatis Ecclesiasticae praesumantur) eo ipso excommunicationis sententiae decernimus subjacere.* Haec sunt verba textus, & nullum reservationis verbum inibi habetur.

35 Fateor tamen in talem excommunicationem nulli reservatam incidere tales Dominos temporales talia interdicentes suis subditis, non promulgato statuto; quia si facerent statutum, per quod prohiberent, & interdicerent praedicta praestari obsequia personis Ecclesiasticis, utique inciderent in excommunicationem reservatam Papae contentam in Bulla Coenae Domini *cap.* 15. Contrà facientes statuta, quibus Ecclesiastica libertas laeditur, ità optimè *Bonacin. d. tom. 3. de censur. in partic. disput. 1. quaestion. 16. sect. 2. punct. 2. num. 4. & punct. 4. num. 1. vers. circa hanc excommunicationem.*

36 Concludimus ergò ad primum dubium hanc mulierem non habentem neque omnia requisita, & qualitates praescriptas non solum à Pio V. & Gregor. XIII. sed etiam tùm à Leone X. tùm quoque à decretis, responsis, & declarationibus Eminentissimorum Dominorum Cardinalium tàm Sacr. Congregat. Sacr. Concil. Trident. quàm Sacr. Congreg. Episc. & Regular. minimè gaudere privilegiis, & exemptionibus, quae competunt Religiosis, caeterisque Ecclesiasticis personis.

Ac proindè nullam excommunicationem incurrisse ipsum D. Baronem, qui dictam mulierem in carceribus immitti praecepit, ac habitu Tertiariae exui fecit, cum esset persona merè laicalis.

37 Neque aliam excommunicationem contraxisse contentam in *d. cap. eos, qui,* quod est *fin. de immun. Eccles. in 6.* in quo interdixit suis subditis, nè obsequia supradicta praestarent dicto Presbytero; Dummodo tamen invincibiliter (ut facilè puto) talem excommunicationem ignoraverit, quod suae conscientiae relinquo, sed si forsan in illam incidit, quia sciebat, vel ignorabat vincibiliter, idest, affectata, seù crassa, supina, & vincibili ignorantia dictam excommunicationem, tali casu, cum non sit reservata, posse ab ea absolvi à quocumque Confessario approbato ad absolvendum peccata mortalia; Nisi tamen ab Episcopo ordinario loci, non sit sibi specialiter reservata. Prout est reservata Mediolani, ut ait *Bonac. d. tom. 1. de censur. in commun. disp. 1. q. 3. punct. 1. n. 10.*

Et haec dixisse sufficiant, pro nunc, pro responsione ad petita à me per D. Baronem N. Caetera suppleant Doctiores.

Abbas Ioannes Iacobus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Princeps, qui cum subditis contrahit, etiam cum juramento an possit contractus prædictos, si fuerint cum ejus notabili detrimento gesti, ad limites justitiæ moderare alagia, cum quibus fuit contractum tollendo, & omnia ad æqualitatem reducendo. Et quando possit jus alteri quæsitum tollere, & an, & quando requiratur citatio, vel processus, & quid quando sit ob bonum publicum generaliter per viam legis condendæ.

Iustum pretium annui reditus redimibilis quale sit, & quod tempus attendi debeat, & an qui justo pretio illum emit, possit alteri pro viliori pretio vendere.

SUMMARIUM.

1 *Annui reditus redimibilis debiti à Rege Curia per* Prag.5. de censib. *solvi debent ad rationem septem pro centenario.*

2 *Princeps quamvis sit legibus solutus, tamen secundum leges vivere debet.*

3 *Princeps dicitur lex animata in terris.*

4 *Contractus cum Principe celebratus est irrevocabilis, & habet vim legis.*

5 *Contractus quando habet justitiam naturalem, nedum ipse Princeps contrahens, sed ejus successor obligatur.*

6 *Princeps Superiorem non recognoscens, ex contractu cum subditis inito, firmius, arctiusque obligatur, & de ratione, n.7.& 8.*

9 *Papa, & Imperator efficaciter ex contractu obligantur, & hoc sive contractus sit celebratus cum subdito, sive cum alio, n.seq.*

11 *Princeps non potest à contractu discedere, neque ejus successor, sive sit per electionem, sive per successionem.*

12 *Princeps obligatur ex fide data, & ad ejus observantiam tenetur ipse, & omnes ejus successores.*

13 *Res tantum valet quantum vendi potest.*

14 *Pretium justum sumitur ex communi æstimatione, & quando res tantum venditur, quantum communiter reputatur.*

15 *Pretium justum dicitur, quod quis habiturus est sine deceptione.*

16 *Rerum pretia variantur ex varietate temporum, in quibus debet attendi pretium non ex præterita emptione, sed ex præsenti æstimatione.*

17 *Pretium rei retractæ secundum* Consuet. Neapolit. *est æstimandum, habito respectu ad tempus appretii facti pro exequutione sententiæ, & non tempore petitionis retractus. Ubi refertur decisio Sacri Consilii.*

18 *Pretia rerum variantur secundum varietatem gentis terrarum, & temporum, & secundum copiam, & inopiam pecuniæ ementium, & vendentium, & num. 21.*

19 *Pretium potest etiam variari ob majorem, vel minorem securitatem ementis.*

20 *Pretium justum, & certum est illud, quod à loci consuetudine fuit receptum.*

22 *Quod rarius est, difficilius haberi potest.*

23 *Pecuniæ abundantia in Hispania, facit, ut res vilius vendantur, secus in orbe novo.*

24 *Communis necessitas, & raritas emptorum, permittit, ut res viliori pretio vendantur.*

25 *Remedium* l. 2. C. de rescinden. vendit. *quando competat, & n. 85.*

26 *Fiscus utitur jure privati, exceptis casibus, in quibus privilegiatus reperitur.*

27 *Læsio ultra dimidiam debet etiam considerari in venditione facta à Fisco, prout in quolibet contractu privati.*

28 *Venditio sub hasta, sive cum Iudicis decreto, differt à venditione voluntaria, ad obtinendum remedium, d.* l. 2. C. de rescind. vend.

29 *Fisco in contractibus rerum suarum, ad illorum rescissionem sub prætextu læsionis, parce subvenitur.*

30 *Venditiones per Fiscum de re sua facta, non rescinduntur ad Fisci gravamen, nisi læsio fuerit ultra dimidiam justi pretii, remoto dolo, vel fraude. Traditur ratio num. seq.*

32 *Fiscus prætendens pro bono publico auferre jus quæsitum tertio ex proprio contractu, ex quavis alia causa, tenetur ad pretii restitutionem.*

33 *Princeps revocando contractum, in quo tractatur de magno tertii præjudicio, non debet facere absque causæ cognitione, citando illum, de cujus præjudicio agitur.*

34 *Pontifex, vel Princeps non potest nec de plenitudine potestatis supplere defectum citationis, quia esset auferre defensionem, quæ est de jure naturali, quod procedit nedum in causis criminalibus, sed etiam in causis civilibus gravibus.*

35 *Citatio est de jure Divino, & n.37.*

36 *Papa, vel Imperator non dispensat contra præceptum negativum, quod possit procedi, parte non citata, quia nunquam reperitur in lege Divina tali præcepto dispensatum.*

38 *Defensio est de jure Divino, naturali, gentium, & civili.*

39 *Citatio de jure civili requiritur in uno quoque actu, in quo quis læditur.*

40 *Citationi non potest per partes renunciari, & debent omnes, quorum interest, citari.*

41 *Litis consortes omnes citari debent, & non sufficit unum vel alterum citare.*

42 *Censualis contractus ex ejus particulari, & peculiari natura requirit effectivam numerationem, & quod pecunia numeretur coram Notario, & testibus, ex* Motu proprio Pii V. *per quem nihil aliud fuit additum ad* Extravag. Martini V. *Quod etiam procedit in ipsius census extinctione, quæ fit per pactum de retrovendendo, quod expresse cavetur per* Bull. Gregor. XIII. *num. seq.*

44 *Census extinctio requirit actum retrosimilem ejus constitutionis, qui fit per solutionem realem, seu restitutionem capitalis.*

45 *Contractus venditionis annuorum introituum, per solutionem pretii intelligitur statim resolutus absque alia retrovenditione.*

46 *Debitor solvendo sortem principalem pro extinctione contractus redimibilis non liberatur, nisi depenantur etiam census decursi, usque ad diem facti depositi, vel solutionis.*

47 *Debitor census, in quibus nummis illum redimere debeat, remissive.*

48 *Census redimibiles empti à Regia Curia, vel ab Universitatibus per* Prag. 5. sub tit. de censib. *fuerunt taxati ad rationem septem pro centenario.*

49 *Annui census redimibiles possunt emi ad rationem decem pro centenario, juxta* Bullam Nicolai V. *& aliorum Summorum Pontificum.*

50 Pragm. 5. *sub* tit. de Censib. *in quo casu procedat.*

51 *In re sua quilibet est moderator, & arbiter.*

52 *Casus omissus remanet in dispositione juris communis.*

53 *Pretia rerum variantur pluribus ex causis, & signanter ratione loci, temporis, & modi vendendi.*

54 *Emptores justo pretio à Regia Curia ementes, si pro suis necessitatibus quærant secundum emptorem, nec alium inveniant in illo foro, qui emere intendat, nisi pretio viliori ejus, quod constitutum fuit, cum non contradicat dispositioni d.* Pragm. 5. de censib. *quæ tantum loquitur, quando Fiscus vendit, non possunt prohiberi vendere illo pretio, quo possunt, maxime cessante fraude.*

55 *Iustum pretium non consideratur respectu temporis, quo res empta fuit, quia esset insania, sed tantum est habenda ratio, quanti communiter res illa aestimatur, tempore, quo evincitur, & n.83.*

56 *Consuetudo legitima interpretatur leges humanas, eisque derogare potest.*

57 *Annui census possunt viliori pretio emi, & vendi ob causam difficilis exactionis.*

58 *Princeps quamvis ex suo contractu efficaciter obligetur, ita ut tanquam privatus non possit jus quaesitum suo subdito tollere, tamen limitatur, quando id faceret per legem generalem, ratione publicae utilitatis.*

59 *Jus publicum semper praevalet privato.*

60 *Episcopo est licitum pro bono publico statuta condere contra Canones.*

61 *Princeps potest, lege generali contractum à se factum ob bonum publicum reformare, & detrahere juri tertio quaesito:*

Ampliatur num. seq.

63 *Iuramentum semper intelligitur praestitum, rebus in eodem statu permanentibus.*

64 *Rebus notabiliter mutatis non obligat promissio.*

65 *Princeps secularis ad evitandum lites, potest juramentum infirmare.*

66 *Sumptus praecisi, & necessarii ubi desunt, magna sequuntur incommoda rebus publicis, & privatis.*

67 *Reipublicae maximus nodus, est inopia rei pecuniariae.*

68 *Bellum multoties fuit exortum, cum stipendii penuria milites abegit.*

69 *Bona provincialia tempore necessitatis sunt ad usum Principis, & Provincia tota, quasi Arca Principis est, & ipsi Provinciales, quoties necessitas id exigit, rerum suarum non sunt domini, sed custodes.*

70 *Vasallorum, & subditorum bona sunt Principis quoad jurisdictionem, & protectionem, non quoad dominium & proprietatem: secus data necessitate.*

71 *Princeps ad conservationem Regni potest capere bona subditorum, subditosque cogere ad necessariam contributionem.*

72 *Princeps potest accipere bona subditorum ad usus Reipublicae, absque pretio, & ulla compensatione, si tamen non habeat, unde in totum, vel in partem solvat, quia cessat obligatio solvendi, donec perveniat ad pinguiorem fortunam, & potest hoc casu vasallis collectas & justum subsidium imponere.*

73 *Princeps tempore necessitatis pro defendenda, & protegenda Republica potest petere subventiones à vasallis, & nova vectigalia, & gabellas imponere:*

74 *Populi salus, suprema lex est.*

75 *Reipublicae conservatio continet legem necessitatis.*

76 *Necessitas conservationis Reipublicae est lex superior, & praecisa, quae omnes alias leges abrogat.*

77 *Conductori ob nova superindicta imposita competit remissio mercedis. Refertur decisio contra Civitat. Neapol. de anno 1615. n.79.*

78 *Fraudes multiplicantur propter nova onera mercibus imposita.*

80 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*

Ampliatur, at num.81. & 82.

84 *Donatio in solutum transfert dominium ad instar venditionis.*

86 *Non entis nullae sunt qualitates.*

87 *Justum pretium dicitur, quod à lege est diffinitum.*

Amplia, at n.seq.

89 *Contractuum modificatio, limitatio, vel ampliatio subjacet arbitrio legislatoris.*

90 *Annui introitus an possint à Rege minorari, non obstante, quod Regia Carta, & universitates non faciant depositum, neque agant ad rescissionem contractus, ubi de praxi in beneficium Civitatum Sedis Apost. à n. seq.*

92 *Regni caput ob bonum commune potest praejudicare particularibus subditis.*

93 *Contractus ad aequitatem reducere, spectat principaliter ad Principem.*

94 *Annui census redimibiles ad modum justae exactionis reduci debeat, inspecto tempore solutionis, & numero 119.*

95 *Contractus quando ex sui natura habet tractum successivum, quamvis tempore celebrationis ipsius non fuisset iniquus, tamen quocunque tempore ex eo resultet iniquitas, ad aequalitatem, & aequitatem reduci debet.*

96 *Contractus censualis ultra summam à lege praefinitam gestus, an debeat annullari, vel ad legitimum modum moderandus sit.*

97 *Pretium, quod à lege praefinitum est, justum dicitur, etiam in foro conscientiae.*

98 Constit. Clem. VIII. *Sum. Pont. respectu moderationis census in terris, Dominio Sedis Apost. subjectis commemoratur.*

99 *Rex an licite possit contractus, quos cum laesione gravi, vel enormi aliquo, vel alio modo cum aliquibus fecit, ad limites justitiae reducere, ut sua, & Regiae subveniat necessitati.*

100 *Rex in contractibus, in quibus fuit laesus, potest habere in integrum restitutionem.*

101 *Reipublicae competit in integrum restitutio, & ideo etiam & Regi, tanquam ipsius capiti.*

102 *Regi, vel Principi, qui quamvis scienter fuerit laesus, tamen quia necessitate cogente fuit ductus ad tales contractus cum tanta sui Patrimonii jactura celebrandum, ut subveniret bono publico, stante inopia pecuniae, ut illam non posset alio modo habere, succurrendum est, sicuti & etiam majoribus.*

103 *Restitutio, quae majori conceditur, differt ab ea quae Minori, Ecclesiae, aut Reipublicae competit.*

104 *Restitutio facilius conceditur minoribus, quàm majoribus.*

105 *Emptores, vel aliter contrahentes, qui exorbitans lucrum fecerunt in illo excessu non faciunt fructus suos.*

106 *Principem ligari suis contractibus, intelligendum est de justis, & non de iniquis, & contra legem factis.*

107 *Princeps quamvis teneatur ad observantiam contractus, tamen pro bono publico potest illum reformare, & ab ipso recedere.*

108 *Pretium si excedit taxam à lege, vel Principe praefinitam, dicitur injustum, secus verò in pretio arbitrario.*

109 *Remedium* leg. 2. Codic. de rescind. vendit. *non habet locum in pretio à lege praefinito, sed in arbitrario.*

110 *Princeps per legem generalem potest tollere jus tertio quaesitum, ac etiam ex contractu à se facto cum juramento, absque ulla refectione.*

111 *Princeps quando tollit pro bono publico, jus tertio quaesitum, non est opus judicio, neque Partium citatione.*

112 *Princeps quamvis jus tertio quaesitum absque causa tollere non possit, imò nec etiam cum causa, nisi dato aequivalenti excambio, tamen hoc fallit quando id facit per legem generalem, ratione publicae utilitatis.*

113 *Princeps non potest jus tertio quaesitum tollere, intelligitur respectu unius, vel aliquorum, fallit, quando omnes comprehenduntur per legem generalem, quod maximè procedit quando id facit ex causa de novo superveniente, n.114.*

115 *Iudices contractum, quem ex tractu temporis cognoscitur fuisse iniquum, & injustum, possunt ad aequitatem, & justitiam reducere.*

116 *Contractus à Principe gesti, intelliguntur gesti, rebus in eadem statu permanentibus.*
117 *Excellentissimus Prorex Comes de Onnate laudatur.*
118 *Contractus, & Privilegia facta à Principe, quotiescunque appareant injusta, & nociva, debent irritari.*
120 *Annui reditus empti justo, aequivalenti pretio, an possint ab alio emi pretio viliori, referuntur opiniones, & pro parte negativa affertur decisio Regii Consistoris Regni Siciliae.*
121 *Paritas facta in Collaterali Consilio refertur, & rationes dictae paritatis.*
122 *Partialitas terrarum, captura, & obsessio est casus fortuitus.*
123 *Vis major inter casus fortuitos connumeratur.*
124 *Bellum casus fortuitus dicitur.*
125 *Casum fortuitum esse probatum, vel non, Judicis arbitrio relinquitur.*
126 *Rei emptae periculum, non ad venditorem, sed ad emptorem spectat.*
127 *Interitus rei emptae, ad Dominum pertinet.*
128 *Articuli decisio refertur.*

DECISIO CLXXXVIII.

PRo subveniendis Regis nostri necessitatibus (qui in tam diuturnis bellis, ab inimicis, & praedatoribus suae Monarchiae fuit vexatus, ejus inexhausta Regnorum aeraria exinanire fuit coactus) à Civitate Neapolitana, & toto Regno, ob maximum erga tam Clementissimum Regem amorem, obsequium, & fidelitatem, successivis temporibus nonnullae fuerunt Gabellae, & gravamina imposita, & eo deventum est ut satis minori pretio justi valoris Assentistis assignabantur, & per eos postea diversis Particularibus venditae fuerunt: quapropter Civitas reperiebatur nimium gravata, & ex hoc evenit, quod occasione novae impositionis super Fructibus, Populo Neapolitano excessimae, in anno 1647. tumultuavit, incipiendo ab infima plebe, comburendo loca, ubi Gabellae exigebantur, ac etiam Domos Arrendatorum, unde Dom. Dux de Arcos tunc Regni Prorex fuit coactus, nedum dictam Gabellam super Fructibus tollere: verum quia adhuc plebs illa furens, & armata non acquieverat, etiam ad ejus instantiam omnes alias, tàm veteres, quam de novo impositas extinguere; quod quidem fatale fuit, quia idem evenit eodem fere tempore in Civitate Panormi in Regno Siciliae. Et quia furor Populi non quiescit, quamvis omnia petita sibi concedantur, alia deteriora fecit, obedientiam suo Principi negando, ita ut per multos menses Civitas divisa inter se fuerit. Tandem cum adventu prudentissimi, ac vigilantissimi Proregis Comitis de Onnate, & Villamediana, atque cum existentia Serenissimi D. Ioannis ab Austria Regis nostri filii optimae indolis, ac satis supra aetatem cauti, & prudentis, facie, & moribus amabilissimi, ac sui Patris Plenipotentiarii, sequuta fuit cum omnium applausu, & laetitia quies in die 6. Aprilis 1648. Pro qua tamen conservanda, quamplurimos virtute dictae Plenipotentiae elargitus fuit Populo praedicto gratias.

Et quia visum fuit, quod vivere absque Gabellis erat impossibile, deficientibus introitibus pro Regni ipsius sustentamento necessario, fuerunt functiones Fiscales in toto Regno diminutae ad rationem carolenorum quadraginta duorum pro quolibet foculari, sed voluit, quod tollerentur omnes impositiones super rebus comestibilibus, excepto Sale, cujus pretium fuit taxatum ad carolenos decem pro quolibet tumulo, exceptis etiam juribus prohibendi, & aliis, quae in gratiis concessis per dictum Serenis. Principem, sub die 11. Apr. 1648. continentur.

Quibus stantibus, quia verè omnes fere Cives erant ex dictarum gabellarum, & impositionum extinctione depauperati: nam quamplurimum vivebant ex annuis introitibus, quibus ex fructibus ipsarum correspondebatur: & alii quamvis nihil haberent super dictis gabellis, tamen eorum debitores ex extinctione earum erant effecti inhabiles ad solvendum: & ipsimet Artifices, & Operarii, qui diariim ex eorum laboribus substentabantur, ex inopia illorum, qui eorum artificiis uti solebant, neque vivere poterant: & etiam nec poterat Rex, & Regnum substentari, deficientibus redditibus Regiae Thesaurariae & Arcae Militaris. Ideo idem Populus supplicavit S. E. ut dignaretur imponere medietatem ejus, quod antea exigebatur ex omnibus gabellis, & impositionibus, excepta tamen impositione super fructibus. Quibus petitionibus annuit prudentissimus Dominus Prorex: verum quia medietas dictarum impositionum non erat de per se sufficiens ad supplendum necessaria pro Regis Aerario, & ad solvendum creditoribus annuos introitus, ipsis super dictis Arrendamentis debitos: fuit inter alia consideratum, quod non erat justum, neque conveniens, ut de dictis gabellis participarent eodem modo illi, qui emerant justo pretio, cum illis, qui emerant vilissimo, & injustissimo pretio, & cum alagiis immoderatis. Et proposito negotio in Collaterali Consilio, fuit inter Nos discussum, si debebant omnia reduci ad aequalitatem, ita ut unusquisque participaret de introitibus dictarum gabellarum pro quantitate vere soluta, vel justa formam instrumentorum: & quatenus si fructus perveniendi ex dictis gabellis sufficerent pro solvendo totum debitum, tunc non possent creditores, qui justum pretium solverant, conqueri, quia eis sufficere debebat, quod juxta formam contractus exigerent ad rationem septem pro centenario, prout isti annui reditus redimibiles debiti à Reg. Cur. per *Reg. Pragm.* 5. *de censibus* solvi debent. Verum quia arrendamenta per prius erant satis ultra effalcum gravata & hodie non exigebantur integre, sed pro medietate, ex qua erat etiam supplendum Regium Aerarium, non poterant ullo modo percipere, nisi satis minus dictorum annuorum septem pro centenario, immò forsan nec quatuor, non videbatur aliquibus justum, ut tantum exigeret, qui solvit centum quantum ille, qui solvit quinquaginta, vel triginta, & forsan minus viginti ducatorum.

Sed in contrarium plura considerabantur. Et primò, quod isti contractus erant gesti cum Principe sive ejus Vicario, & quamvis Princeps sit legibus solutus, *l. Princeps, ff. de legib.* tamen secundum leges vivere debet, *l. digna vox, C. de legib.* & dicitur lex animata in terris, *§. fin. in auth. de consulib. collat. 4.* & propterea contractus cum Principe celebratus, est irrevocabilis, & habet vim legis *l. donationes, C. de donat. inter vir. & uxor. l. Caesar, ff. de publican.* & quando contractus habet justitiam naturalem, nedum ipse Princeps contrahens, sed ejus successor obligatur, *cap. 1. de probat. DD. in l. in summa, ff. de condit. indebit. Bald. in d. l. digna vox, Bellug. in specul. Princip. rubr. 2 num. 2. & 3. & Rubr. 11. n. 12. Innoc. in cap. novit. de Judic. Ant. de Butr. in cap. cum M. de constitut. Ludov. Rom. in cons. 252. num. 3. & cons. 352. num. 22. Ias. in cons. 10. volum. 3.* ubi quod contractus celebratus cum Principe, ligat ipsum, & suum successorem, & communis opinio, ut per *Villalob. in tract. opin. comm. §. Princeps, num. 291. Bald.* post *Nicol. de Mattarell. in l. quae se patru, C. unde liber. n. 10. Lancell. in Templ. Iudic. §. 3. lib. 1. capit. 1. de Imperat. nu. 4. fol. 76. à ter. Reg. Galeot. respons. fisc. 23. n. 14. Corn. cons. 70. vol. 2. Afflict. in Constit. Regn. Ea, quae ad decus, Rov. Thom. del Bene de parlam. dub. 4. sect. 26.* Et ex hoc fit, ut Princeps superiorem non recognoscens ex contractu cum subditis inito, firmius,

arctiusque

arctiusque obligentur, quam alii, *Menchac. lib. 3. controvers. illustr. cap. 3. & 26. num. 16. & cap. 45. n. 13. Osuald. ad Donell. lib. 12. commentar. cap. 2. lit. Q. D. Gregor. Lopez. Madera lib. singular. animadvers. iur. civil. cap. 35.* qui alios refert, *Larrea allegat. 3. in princip.*

7 Quod quidem consideratur etiam pro ipsius Fisci beneficio, quia si ad contractus à se gesti observantiam non teneretur, esset pejoris conditionis, quam quilibet privatus; quia esset extra omne commercium, *Bald. in d. l. Princeps in 1. lectura, ff. de legib. Ias. in l. 1. C. de pact. Rom. d. cons. 352. num. 24. Peregr. de jure fisc. lib. 1. tit. 3. num. 44 in fin. Pascal. de virib. patr. potest. part. 1. cap. 1. n. 51.* Et est ratio, quia Princeps contrahendo consideratur uti privatus, non uti Princeps, *Car-* 8 *din. in cons. 147. col. penult.* & utitur jure communi, non privilegio, *Bald. in l. ex imperfecto, C. de testam. Dec. cons. 186. num. 7. & 292. num. 9. Franc. Becc. cons. 45. num. 25.* Immò etiam Papa, & Imperator efficaciter 9 ex contractu obligantur, ut notant *Canonistæ in cap. 1. extr. de probat. Bar.* & alii *in l. Civitas, ff. si cert. petat. Bald. & Ias. in l. 1. ff. de pact. & in d. l. digna vox C. de legib.* & hoc sive contractus sit celebratus cum subdi- 10 to, sive cum alio, *Gramm. decis. 65 n. 26. Ias. cons. 86. num. 8. lib. 3.* & non solum ipse Princeps non potest à contractu recedere, sed neque ejus successor, sive per 11 electionem, sive per successionem, *Oldr. cons. 94.* innumeros refert *Peregr. de jur. fisc. d. lib. 1. tit. 3. n. 45. Tap. decis. Supre Senat. Ital. 23. nu. 103.* Princeps enim obligatus ex fide data, & ad ejus observantiam tene- 12 tur ipse, & omnes ejus successores, *Afflict. in cap. si quis fecerit, num. 5. quo tempor. miles, Paschal. de virib. patr. potest. d. part. cap. 1. num. 46. & num. 30.* ubi alios allegat, *Georg. alleg. 15. num. 13.*

Secundò dicebatur, quod neque posset Princeps dictas venditiones revocare ex injustitia pretii, quia ex difficultate exactionis, & ex augmento novarum impositionum gabellarum tunc temporis fuerunt Assentistis assignati annui redditus, & ab eis venditi ad pretium commune, & tunc currens, nec inveniebatur emptor, qui majori pretio emere voluisset, & 13 res tantum valet, quantum vendi potest, *l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid. Bart. in l. septem, C. de erog. milit. ann. lib. 11. Butr. in cap. cum causam, de empt. & vend. Pat. Molfes. in ejus summ. moral. part. 1. tract. 12. cap. 5. num. 141.* & Ego dixi in *consult. 35. nu. 71.* pretium enim justum sumitur ex communi æstimatione, *Covarr. resolut. cap. 2. num. 4. Salas de contract. in tract. de empt.* 14 *& vendit. dub. 25. num. 5. in fin.* & dicitur justum, quando res tantum venditur, quantum communiter reputatur, *l. si quis servum furtivum, ff. de condict. furt. l. 3. ff. de in diem adject. cap. in Civitate,* ubi *glos. de usur. l. 1. §. hæres, ff. ad Trebell. Cajet. in summula, in verbo emere, & in verbo emptio,* de communi testatur *Cagnol. in l. 2. C. de rescind. vendit. num. 51. Petr. Nicol. Moz. de contract. tit. de empt. & vendit. col. 3. num. 112. cum seqq.* & justum dicitur pretium, quod quis habiturus est sine deceptione, post *Addit. ad tractatum Marc. Man-* 15 *tuæ de jure prothomis. Reg. Sanfelic. decis. 111. tom. 1. numer. 6.* Et quia quandoque variantur tempora, & etiam 16 pretia rerum: debet attendi pretium tempore solutionis, sive traditionis, *l. 3. §. Divi fratres ff. de Iur. Fisc.* ubi, quod attendi debet tempus, non ex præterita emptione, sed ex præsenti æstimatione, *glos. in l. fin. C. de patrib. qui fil. distrax. in verbo potest valere, Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 4. num. 8. Muscard. de probat. conclus. 551. n. 6. Reg. Sanfelic. decis. 108. num. 23. tom. 1.* Ex quo inferebatur, quod non debebat fieri differentia inter illos, qui emerunt justo pretio, solvendo ducatos centum pro annuis ducat. septem, & eos, qui emerunt cum alagiis) quia habito respectu ad tempus contractus emptores solverunt ducatos centum, quia hoc erat pretium illius temporis: & habito respectu ad tempus illorum, qui de novo emerunt, valebat pretium tunc temporis currens. Et sic secundum distinctionem temporum omnes solverunt 17 justum pretium; & propterea fuit decisum per S. C. debere attendi in jure retractus secundum *Consuetud. Neapolit.* circa pretii solutionem tempus appretii facti pro executione sententiæ, & non tempus petitio- 18 nis retractus, ut notat idem *Reg. Sanfelic. dict. decis. 108. in fin.* Nam pretia rerum variantur secundum varietatem gentis terrarum, & temporum, vel secundum copiam, & inopiam pecuniæ ementium, & vendentium, *Navar. in tract. de usur. num. 104.* ita intelligendo *text. in d. l. pretia rerum,* sequitur *Conc.* 19 *de consib. quæst. 47. num. 19. & 22.* ubi quod potest etiam variari ob majorem, vel minorem securitatem ementis, & in *fine vers. nec aliquid,* ante *num. 22.* concludit, quod circa justitiam, vel injustitiam pretii census non potest aliqua certa, & determinata regula constitui, sed servandum esse consuetudinem Regio- 20 nis, & justum & certum pretium esse illud, quod à loci consuetudine fuit receptum. Et quidem ex pe- 21 nuria, & raritate pecuniæ, vel abundantia ipsius augetur, vel minuitur pretium, ut habetur ex *Divo* 22 *Hieron. in Epist. 85. ad Evagrium,* & ex *can. legitimus, distinct. 93.* ubi quod rarius est, difficilius haberi potest: sic etiam multitudo emptorum pretium auget, & raritas ipsorum pretium minuit, *Salas de contractibus tit. de empt. & vendit. quæst. 15. in princip.* 23 ubi quod in Orbe novo res carius venduntur, quam in Hispania, quia ibi est pecuniæ abundantia. Et propterea dicebatur, quod ex raritate emptorum, & deficientia pecuniæ, prædicti annui introitus super arrendamentis, ultra difficilem exactionem ipsorum, 24 fuerunt pretio diminuti, & etiam ex communi necessitate, ut per *Less. Rebell.* & alios cum *Div. Thom. 2. quæstion. 77. articul. 1.* fundat idem *Salas loc. cit. numer. 6.*

Tertiò pro emptoribus cum alagio considerabatur, quod dato, absque veri præjudicio, quod in 25 istis contractibus adesset læsio, adhuc debet Fiscus venditor agere remedio, *l. 2. C. de rescin. vendit.* ad supplendum justum pretium, vel ipsis emptoribus exbursare pretium solutum, cum Fiscus utatur jure pri- 26 vati, & ut communi, exceptis casibus, in quibus privilegiatus reperitur, *l. item, ff. de compensat. l. cum vitiose, ff. de pignorib. l. de contractu, C. de rescind. vendit. d. l. 1.* ubi *Bart. C. de conduct. lib. 11. Cyn. in l. 1. C. de pet. heredit. Ancbar. cons. 10. Fulgos. cons. 216. Guid. Pap. quæst. 36. Vas. cons. 500. num. 6 Peregrin. de jur. Fisc. lib.* 27 *6. tit. 1. num. 1. de Pont. de potest. Proreg. tit. de Regal. imposit. §. 4. nu. 17.* & propterea *gloss. in l. 1. §. vel magni pretii ff. de jure fisc.* tradit, in venditione facta à Fisco requiri læsionem ultra dimidiam, prout in quolibet contractu privati, juxta dispositionem *text. in d. l. 2. C. de rescind. vend.* & eum sequitur *Bart. in d. l. 2.* & hoc etiam tenent *Canonistæ in cap. cum causam, de empt. & vend.* ex quo *text.* placuit, quod idem procedit in venditione bonorum Ecclesiasticorum, & *DD.* dicunt, quod eodem modo procedit in Fisco, nisi tamen in venditione incidisset fraus, *De Pont. eod. d.* 28 *Regal. de imposit. §. 5. in princip.* licet aliud sit in venditione sub hasta, sive cum Iudicis decreto; *text. enim in d. l. 1.* procedit in venditione voluntaria, non autem in ea, quæ fit in ordine Iudicis, ut fundat *n. 5. cum seqq.* & ideo dixit *Peregr. de jur. fisc. lib. 6. tit. 1. nu. 13.* quod Fiscum contractibus rerum suarum, ad illorum rescissio- 29 nem sub prætextu læsionis parce subvenitur, ex *text. in l. 3. & in l. rata, C. de rescind. vend.* & hoc notat *Bart. in l. 1. col. 2. C. de jure fisc. lib. 10. Alciat. consil. 136. numero 9. lib. 5.* quod etiam latius tradidit *Peregr. lib. 5. & 6. tit. 4. nu. 8.* ubi dicit, quod venditiones per Fiscum de re sua factæ, non rescinduntur ad Fisci gravamen nisi læsus fuerit ultra dimidiam justi pretii, remoto dolo vel fraude, ex doctrina *gl. & Bart. in d. l. 1. ff. de*

31 *de jure fisc. & l.3. &* l. *ratas, C. de rescind. vendit.* Dat ratione n, quia ex legis illius temperamento, ne subditorum commoda tantopere aspernantur, moderatae consueverunt magis communiter *Doctores*, ut per *Roman. & Alex. in l. si quis cum aliter, ff. de verbor. obligat. Crem. in repet. d. l. a. num. 102. & ibidem Cagnol. nu. 161. Arias Pinell. in 2. par. sec. par. princip. nu. 25. Egid. Boss. in titul. de Princip. n. 131.*

32 Et quatenus praetenderet Regius Fiscus, pro bono publico auferre jus quaesitum tertio ex proprio contractu, vel ex quavis alia causa, etiam teneretur ad pretii restitutionem, *l. venditor, §. constat. ff. comm. prador. l. 2. C. de ex quib. caus. servit. amitt. Innoc. in cap. nisi cum pridem, in fin. de renunc. Reg. Galeot. respons. fiscal. 23. conclus. 4.* Et hoc casu, quando Princeps revocando privilegium à se suo subdito factum, & tanto magis contractum onerosum, in quo tractatur de magno tertii praejudicio, non debet hoc facere absque causae cognitione, citando illum de cujus praejudicio agitur, *Socin. consil. 120. col. fin. volum. 3* sub *numer. 13.* & ita concludunt *Anton de Butr. & Jo. de Imol. in clement. pastoralis. §. in secundo, ext. de re judic.* nam
33
34 Pontifex, vel Princeps non potest nec de plenitudine potestatis supplere defectum citationis, quia esset auferre defensionem, quae est de jure naturali, quod *Ant. & Io. de Imol.* dicunt procedere, nedum in causis criminalibus, sed etiam in civilibus gravibus, in quibus agitur de jure quaesito, de jure gentium auferendo, sequitur hanc opinionem *Abb. in cap. 1. de cans. poss. & propriet.* & idem *Ab. in cap. cum olim, de re judic.* ibi, quod citatio est de jure divino, *can. Dominus 1. quaestione. 5.* contra praeceptum negativum,
35
36 quod possit procedi parte non citata Papa, vel Imperator non dispensat, quia nunquam reperitur in lege Divina tali praecepto dispensatum, *Bart. Soc. d. cons. 520. volum. 3.* sub *numero 13.* ubi multa ad propositum recolset: & quod sit de jure Divino, probatur etiam ex *Deuteron. cap. 1.* ibi, *audite illos, & quod*
37 *justum est judicate*, & *Joan. cap. 7.* adversus Phariseos Nicodemus exclamabat. *Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit, quid faciat?* Et ipse Deus eum judicare deberet Adam ex pomo, quod contra prohibitionem Domini comedit, dixit, *Adam ubi es? Genes. capit. 3. & cap. 4.* dixit ad Caim, *ubi est Abel frater tuus?* facit etiam *Clement. Pastoralis, de re jud. can. omnipotens Deus 2. q. 1.* quod fecit Dominus noster, ut daret nobis exemplum, ne praecipites in discutiendis, & judicandis negotiis essemus, *Gutier. Canon quaest. lib. 2. cap. 16. Calvol. in prax. §. citatio, conclus. 1 num. 2.* tollere enim citationem, est tollere defensionem, quae est de jure Divino naturali, gentium, & civili, *can. non in-*
38 *ferendo 23. qu. 3. l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. 1. C. unde vi, Carol. de Grass de except. except. 25. numer. 8. Peregr. cons. 26.* sub *numero septimo, libro primo*, & alii longo serie allegati per *Franc. Baren. in tract. tit. de cit. quaest. 1. per totam.* Et ideo de jure civili in unoquoque actu, in quo quis laeditur, est citan-
39 dus, *l. de unoquoque, ff. de re judic. Gutier. d. cap. 56. numero 8.* Et quod non possint Partes illi renunciare,
40 *Card. Tusc. conclus. 268. verb. citatio, num. 17. & in verbo renunciatio, conclus. 171.* & citati debent omnes, quorum interest. *Minsyng. cent. 6 observat. 6. incip. regulare numero primo DD.* & praecipue *Paul. de Castren. in dict. leg. de unoquoque, Matth. Berlich. in suis practicab. conclusionibus concl. 10. numero 34.*
41 *& seqq.* ubi quod ex pluribus litis consortibus, unum, vel aliquem citare non sufficit, sed omnes citari debent *l. 1. & 2. C. de consortibus ejusd. lit. l. plane 3. ff. famil. erc. Alex. consil. 125. lib. 7.* & decisum in Camera Imperiali dixit *Minsyng.* de anno 1552. *cent. 5. observ. 50. Anton. Fab.* qui etiam ita decisum refert in Senatu Saband. in suo *Codic. libro secundo tit. de in jus voc. defin. 8. numero 3. versicul. sed in contrarium.*

In uno tamen casu posset Fiscus annuos introitus super dictis Arrendamentis, nullo facto judicio cum possessoribus, recuperare, & esset, quia fuerunt venditi cum pacto de retrovendendo, posset exbursare pretium vere solutum, exercendo dictum jus luendi, & illos recuperare: sed certum est, quod ante om-
42 nia teneretur exbursare pretium solutum; Nam in contractu censuali ex ejus particulari, & peculiari natura requiritur effectiva numeratio, & exbursatio pretii, ut habetur per *Felic. de Solis de censib. tom. 1. lib. 1. capit. 8. numero duodecimo versicul ex quo infero, & tom. 2. lib. 3. capit. ultim. num. 5.* ut apparet ex *Extravagant. Martini V.* quae obique locorum est recepta; nec aliud addidit *Pius V.* nisi quod pecunia numeretur coram Notario, & testibus, & ideo nullus, & illicitus censetur, quando in ejus constitutione pecunia praesenti non fuit solutum pretium, tam in foro interiori, quam exteriori, *Caranz. ad Extravag. Martini, & Calisti, Pizzaro in Extravag. Calisti III. de emp. & vendit. glos. 1. Michael de Palat. lib. 4. cap. 6. versic. itaque quod pecunia sit numerata, Boccac.* in suo *tract. de censib. par. 1. num. 44. Gratian. decis. Marcb. 224. & disceptat. forens. cap. 588. Mastrill. dec. 94. libro primo numero septimo Mar. Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 44.* & plures *Rot. Roman. decisiones* refert *Cenc. de censib. quaestione 50. num. 5. & quaestion. 48. num. 5. Anton. de Ball. de censib. num. 13.* Sicuti ergo in contracto census, sive annui reditus requiritur, quod pretium statim solvatur: Ita etiam in ipsius extinctione quae fit per pactum de retrovendendo, quod expresse dicit *Bulla Gregor. XIII.* requirit enim
43 ista extinctio census actum retrosimilem constitutionis ipsius, & sicuti in ejus constitutione requiritur ultra consensum pecunia, sic in ipsius extinctione, *Tepat. variar. jur. sent. tit. 407. cap. 12. in princ. Reg. Cons. Staib jun. resol. forens. 20. num. 71. Seraph. decis. 890. numer. 1. lib. 1. in fin. C. quand. lic. ab empt. disced. §. hoc amplius l. fin. quibus mod. tollit. obligat. Cenc dec. 274. num. 2.* post *tractat. de censibus* & melius *quaestion. 273.* ubi refert decisum in *Rota Rom. Salviani interdi-*
44 *cti*: Et quod ex solutione reali, seu restitutione capitalis, superque constet de actu retrosimili, absque alia expressa retrovenditione *decision. 528. numer. 9. Bocc. de censib. p. 2. nu. 94. & 130. Felic. de censib. tom. 2. lib. 4. cap. 1. numero 22. Velasque de Avendan. de censib. Hisp. cap. 102. numero secundo Rot. Rom. decis 60. part. 1. in re-*
45 *cent. Ego in decis. 16. numero decimo* ubi statim, quod solvitur pretium, contractus intelligitur resolutus, absque alia retrovenditione, *Paul. de Castr. in leg si cum venditor, num. 6. ff. de pignor. act. Cuman. in leg. 1. in fin. ff de donat. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. titul. 31. numero 17. Boer. decision. 182. numero 39.*
46 *Decision. cons. 614. n. 14. vol. 2.* Est tamen verum, quod non sufficit solvere, vel deponere sortem principalem, nisi deponantur census decursi, usque ad diem facti depositi, *Peregr. conf. 99. lib. 1. Reg. Rovit. in pragmat. 1. de censibus* sub *numero tertio Ro-*
47 *deric. de ann. redit. libro secundo quaestione 15.* ubi de quibus nummis solvere debeat debitor census *numero 93.*

Sit demum considerabatur, quia inter creditores istorum annuorum introituum adsunt, nedum illi, quibus immediate fuit facta per Fiscum venditio super dictis gabellis, sed maxima pars ipsorum emit post illos creatos, respectu quorum magna constitui potest differentia, quia isti annui census redimibiles
48 per *Pragmat. 5.* sub *tit. de censibus* respectu illorum qui venduntur à Regia Curia, vel ab Universitatibus, fuerunt taxati ad rationem ducat. septem pro quolibet centenario, ad similitudinem alterius *Pragmatica* editae Madritii sub die 25. Octobris de anno 1563. quam

1567. quam inseruit *Matienz. in lib. 5. nov. recopilat. tit. 15. leg. fin. & Azeved. ibid.* quæ leges loquuntur, nedum in contractibus celebrandis, sed etiam in jam celebratis, & consimilem etiam editam fuisse in Germania tempore *Caroli V.* Imperatoris recolendæ mem. refert *Gayl. lib. 2. observ. 5. numer. 11.* de quibus mentionem etiam fecit *Reg. Rovit. in dict. pragmat. 5. in princip.*

49 Et proinde dicebatur, quod cum annui census redimibiles possint emi ad rationem decem pro centenario, juxta formam *Bull. Pontif. Nicolai V.* insertæ in *Pragmat. 1. eodem titul. de censibus*, & aliorum Summorum Pontificum, quando per legem novam respe-
50 ctu Fisci, & Universitatum fuerunt taxati ad pretium septem pro centenario, debet intelligi hæc lex nova in illo casu, quando Fiscus, vel universitas vendit, vel constituit annuum censum: Sed postquam est constitutus, & non vendit Fiscus, vel Universitas, sed Particularis velit, justis de causis illos vendere, vel in alium transferre, quia indiget pecunia numerata pro suis necessitatibus; tunc non videtur posse procedere dictam taxam ad rationem septem, sed prout melius cum futuro emptore conveniri potuit, dummodo non excedat summam ducatorum decem pro centenario, juxta *Bullas* Summor. Pontificum: Et est ratio, quia in re sua quilibet est moderator, &
51 arbiter, *l. in re mandata*, cum similibus, *C. mandat.* & cum lex loquatur solùm in casu, quo Fiscus, vel Universitas vendit, iste secundus casus, quando Particularis post censum acquisitum vendit, vel alio modo distrahit, est casus omissus, & proinde remanet in
52 dispositione juris communis, argumento *l. commodissime, ff. de liber. & posthum.*

Considerabatur etiam pro hac opinione, quod pretia rerum variantur pluribus ex causis, & signanter
53 ratione loci, temporis, & modi vendendi, ut dixit *Covar. var. resolut. lib. 2. cap. 3. num. 4.* & ideo cum emptores justo pretio à Regia Curia emerunt, si pro
54 suis necessitatibus quærunt secundum emptorem; nec alium inveniant in illo foro, qui emere intendat, nisi pretio viliori ejus, quod constitutum fuit, cum non contradicat legi, quæ tantùm loquitur, quando Fiscus vendit, non possunt prohiberi vendere illo pretio, quo possunt, ut post alios voluit *Mercad. de tratos, y contratas, cap. de vender, y comprar de contado, in princip.* maxime cessante fraude: & in isto casu
55 non debet considerari, quanti illa res empta fuit, quia esset insania, sed tantum est habenda consideratio, quanti communiter res illa æstimatur tempore, quo emitur, *Conrad. de contract. quæst. 56. Covar. d. capit. 3. lib. 2. var. Gutier. pract. qq. lib. 2. quæst. 17. num. 6.* ubi ex professo articulum tractat, qui etiam *versic. tertio non modicum urget pro hac eadem parte*, considerat frequentiam horum contractuum in Republica, & tolerantiam Principis, ejusque Supremi Senatus, quod etiam consideravit ante ipsum *Cordub. in loc.* supra cit. qui dicit, quod si in quibusdam locis communiter & manifeste non servatur dicta taxa, de jure municipali facta, sed communiter inter omnes viliori pretio venditur, non essent condemnandi taliter contrahentes, quia consuetudo legitima interpretatur leges humanas, eisque derogare potest, *cap. cum dilectus, de consuet.* cum similib. Quod tanto magis procedit, quia nedum Particulares, sed idem Princeps
56 satis viliori pretio vendidit ejus, quod taxatum fuit in dicta *Pragm.* & hoc ea ratione, quia rei veritate exa-
57 ctio non erat secuta, & admodum difficilis, ita ut ob tumultus sequutos fuerunt deperdita etiam capitalia, & proinde potuerunt viliori pretio emi, & vendi *Sylvest.* in sua *summa, in verbo usura, Palat. lib. 4. de contract. q. 14* & hanc etiam sententiam probavit *Olan.* in sua *concord. jur. lit. A, n. 113. Sarmient. select. interpret. lib. 7. cap. 2. num. 4. Salaz. in tract. de usur. & consuet. & styl. Cancell. capite undecimo num. 36.*

58 In contrarium vero plura dicebatur. Et primo, quod Princeps quamvis ex suo contractu efficaciter obligetur, *d. l. digna vox, C. de legib.* cum aliis supra cumulatis, & proinde ut quilibet privatus non poterat jus quæsitum, etiam suo subdito tollere. Tamen hoc communiter limitatur, quando ratione publicæ
59 utilitatis id faceret per legem generalem; semper enim jus publicum prævalet privato, *l. jus publicum ff. de pact.* argumento *text. in l. item si verberatum, ff. de rei vendic. l. venditor, §. si constat, ff. comm. præd.* cum aliis concordantibus, per quæ jura ita tenuerunt *Paul. de Cast. in d. l. digna vox, Crav. consil. 176. numer. 7. vol. 2. Alc. consil. 165. numer. 5. lib. 6. Ferdinand. Loazez in allegat. pro Marchione de los Velez, dubit. 1. in respons. ad 5. & 6. fundamentum Oppidi, num. 2. & seqq. do. Anton. de Nigr. ad cap. Regni Cum nihil. tit. de portulan. num. 18. Ludovic. Messia ad Pragm. Taxæ conclus. 6. num. 80.* Hoc etiam tenuerunt *Alex.* quando adest causa justa, quæ publicum bonum respiciat *consil. 136. num. 12. lib. 1. Jacob. Mandell. de Alba consil. 185. num. 17. Cephal. consil. 302. num. 136. & 138. volum. 2. Fulgos. consil. 20. num. 7. Aldobrand. consil. 1. num. 1... vol. 2. Honded. consil. 86. num. 3. volum. Bar. in l. quæcunque in fin. C. de fid. instrum. & jur. hast. fiscal. lib. 10. Dec. consil. 361. n. 8. & 588. num. 14. Cravet. consil. num. 4. 5. lib. 1. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum, col. 10. versic. causa autem, Roman. sing. consil. 74. numer. 43. lib. 1. Jas. in l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 82. ff. de liber. & posth. Larrea* late *dict. allegat. fiscal. 3. numer. 9. & 10. p. 1.* & alii longa serie congesti per *Gabriel. comm. conclus. lib. 3. de jur. quæsit. non tollend. conclus. 2. num. 1.* Et non solum Princeps superior, ut Summus Pontifex, vel alius non habens
60 superiorem, sed etiam Episcopus potest pro bono publico statuta condere contra Canones, *Panorm. in c. at si Clerici, §. de adulteriis, numer. 9. de judic. Bart. in l. omnes populi, numer. 8. ff. de just. & jur. Gutier. Canon. quæst. lib. 1. cap. 23. numer. 18. Ludovic. Messia ad l. Toleti 3. par. 2. fundam. in 3. quæst. princip. numer. 8. Rom. consil. 62. num. 9. vol. 5. ex text. in d. l. venditor, §. si constat, ff. comm. præd. Bart. in l. Antiochensium, ff. de privileg. credit. & in l. uxores, ff. de polic. Paul. de Cast. consil. 146. col. 1. versic. nec obstat.*

61 Et quod Princeps possit lege generali contractum, à se factum, ob bonum publicum reformare, & detrahere jure tertii, etiam si damnum non relaxciat, nec dato bono excambio, tenuit *Bartol. in leg. fin. numero secundo Cod. si contra jus, vel utilit. publicam, & in leg. toties, §. si cui, ff. de polic. & consil. 172. numero primo Cravet. consil. 135. numero trigesimo Alex. consil. 190. numero decimo septimo libro secundo Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, numero vigesimoquinto de constitut. Matienz. in dialogo relatoris 4. par.*
62 *capite 12. numero secundo & tertio & in libr. 5. recopilat. tit. 7. l. 7. glos. 5. num. 4. Gozad. consil. 5. num. 21. Larrea dict. allegat. 3. numer. 11.* qui *numer. 12.* hoc ampliat, ut habeat locum, etiam si contractus sit juratus, quia in omni juramento censetur excepta authoritas legis non solum Canonicæ, sed etiam Civilis quando adest publica utilitas, *Alex. consil. 48. numer. 11. vol. 3. Jas. in leg. fin. numer. 25. ff. qui satisd. cogant. Gutierr. in auth. sacramenta puberum, numer. 46. Caranisia in cap. cum non deceat, de elect. in 6. Seraph. de privileg. juramen. privileg. 22. num. vigesimo septimo Anton. Gabri. comm. conclus. tit. de jur. jur. conclus. 5. numero trigesimo Jas. in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 82. ff. de lib. & posth. Petr. de potest. princip. 7. quæst. princip. §. superest modo*
63 *videre, num. 26. cum seqq. Menoch. consil. 224. nu. 34.* quia juramentum semper intelligitur præstitum, rebus in eodem statu permanentibus, *cap. quemadmodum, de jurejur.* ubi *August. Barbos. Doctor.* colligit, *Grat. discept. forens. c. 534. num. 51. Seraphin. d. tract. de privileg. juram. privileg. 74. nu. 137. Cravet. consil. 176. Capyc. dec. 51. num. 13. Valer. Reginald. in prax. fori pœnitentia. lib.*

16 num.

unius super Arrendamento farinæ in anno 1615. & est punctualis doctrina *Angel. in l. at ubi, nu.2. ff. de petit. hered. Alberic. in rubr. C. de vectigal.& commiss.& in tract. statutor. lib.1. quæst.123. Bar. in l. sinum, §. item cum quidam, ff. locat. & in l. si quis, & in l. cum satis, §. caveant, colum.2. C. de agric. & censit. lib.10.* late etiam *Roland. à Vall. consil.09. numer.22. lib.4. Ioseph. Ludov. conclus.14. illat.37. Gratian. discept. forens. 315. numer.48. Surd. decision.94. numer.4. Manent. decision.83. Leo decision. Valent.174. Mastrill. decis.229. numer.1. volum.3. Magon. decis. Lucens.8. Bojer. decis. 380. numer.8. Reg. Galeot. respons. Fiscal.17. numero 51.*

Et quidem plura dicebantur per Consignatarios novarum impositionum; & primo, ultra ea, quæ superius fuerunt ponderata, quia habebant contractus juratos cum Regia Curia, & emerant illo pretio, quod tunc temporis currebat, quæ militant respectu Regii Fisci, tamen respectu creditorum, qui antea contraxerunt, solvendo pretium ducatorum centum pro singulis ducat. septem, dicebatur, quod tempore, quo dictæ gabellæ fuerunt sublatæ, erant ejusdem conditionis illi, qui absque alagiis contraxerunt, cum illis, qui habuerunt beneficium, solvendo minorem quantitatem ducatorum centum, & æqualitas, quam Sua Majestas mandavit servari in solutione, locum habebat inter omnes, tam antiquos, quam modernos creditores, cumque hodie sit imposita medietas dictarum gabellarum, debent restitui in eo statu, in quo erant

80 ante revolutiones; cum spoliatus ante omnia sit restituendus in eo statu, in quo erat antequam fuisset spoliatus, *l.1. ff. de vi armat. l. si quis ad se fundum, C. unde vi, can. reintegranda 3. qu.1.* & habetur per *DD. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. Me-*

81 *noch. de recuper. possess. remed.1. nu.13. & consil.107. n.63.* quod etiam procedit, quando quis fuit spoliatus, & dejectus à possessione percipiendi annuam præstationem, sive pensionem, ut dixit *Innoc. in cap. pervenit,* ubi etiam *Abb. de censib. Bald. in l. jubemus, nullam, in 1. notab. C. de Sacros. Eccles.* cum aliis adductis per *Menoch. de recuper. possess. d. remed.1. n.87.* Et etiam in

82 spoliato Principis authoritate, ut habetur per *Bald. consil.135. volum.2. in dict. decis.361. num.35. vers. non obstat quarta ratio, Iason. consil.38. versus finem. lib.3. Menoch. de recuper. possess. remed.1. numer.50.* Et ipsi Consignatarii fuerunt spoliati, Populo petente, sed Principis authoritate, & proinde hodie, cum de novo fuerint impositæ gabellæ pro medietate, restitui debent in eo statu in quo reperiebantur, saltem pro medietate.

Neque potest haberi aliqua consideratio, quod antiqui Consignatarii emerunt dictos annuos introitus satis majori pretio, quam ipsi novi, quia pretium justum dicitur, quanti res illa æstimatur tempore, quo

83 res fuit empta, ut supra *num.55.* fuit probatum: & sic omnes, tam antiqui, quam novi emptores, justo pretio emerunt: nam antiqui emerunt illo pretio, quo tunc valebant, novi autem emerunt pretio, quo tempore emptionis communiter æstimabantur, & si attendamus tempus, quo gabellæ sunt sublatæ, unicum fere erat pretium, ita ut illi Consignatarii antiqui vendiderunt, non pretio ab ipsis empto, sed pretio, quod tempore venditionis currebat, quod etiam roboratur ex æqualitate ordinata per Suam Majest. in qua nulla fuit habita ratio de majori, vel minori pretio, quo fuerunt empti dicti annui introitus super Arrendamentis, sed unusquisque participabat pro rata ipsorum, de qua reperiebatur descriptus in libris Regii Patrimonii.

Dicebatur etiam pro illis, qui dictas novas subventiones, & impositiones habuerunt à Reg. Cur. in solutum; & pro soluto, quod respectu ipsorum nulla poterat esse dubitatio, quia ipsi non emerunt tot annuos introitus super dictis novis impositionibus,

84 sed habuerunt à principio dominium dictarum novarum impositionum; cum per insolutum dationem transferatur dominium, ad instar venditionis, *l. si prædium, C. de evict. l. elegantes. in princ. ff. de pignor. act. l. si pupilli, §.1. ff. de solut. Afflict. dec.368. Gratian. discept. foren. c.544. Trentacinq. var. resol. lib.3. tit. de solut. Costa de fact. scient. &c. dist.137. nu.19. Novar. de donation. insolut. q.11. sect.1. Reg. de Pont. consil.71. nu.6. vol.1. Reg. cons. Paul. Stailban. jun. resol.77. num.2. & 3.* & propterea cum ipsis non poterat practicari alagium, quia non emerunt cum alagio, sed quatenus Regia Curia prætendit

85 fuisse in alienatione totius impositionis læsam, poterit solum agere remedio *d. l.2. C. de rescindend. vendit.* non

86 non autem de tollendo alagio, quia non entis nullæ sunt qualitates, *l. ejus, qui in provincia, ver. quoniam ff. si cert. pet. l.4. §. condemnatum ff. de re jud. Surd. decision. 316. num.5. Tasc. pract. conclus. tom.6. lit. Q. concl.6. Cavall. comm. contra comm. tom.4. q.905. Ant. Gomez. var. resol. tom.1. c.1. n.9. & c.10. n.43.* & alii per *Barbos. axiom.162. n.1. & per tot.*

Verum in contrarium fuit consideratum, quod isti annui introitus empti cum alagio, fuerunt à principio injusti, quia satis ultra summam à lege præfinitam per *Reg. Pragm.* quæ noluit, posse exigi à Reg. Cur. & ab Universitatibus ultra summam ducatorum septem pro quolibet centenario, & justum pretium

87 dicitur, quod à lege est diffinitum, juxta regulam *tex. in d. l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid.* & notata *in l.2. C. de rescind. vendit. Covar. lib.3. variar. c.9. nu.6. vers. ex quibus colligitur,* & in propriis terminis annuorum redituum *Roder. lib.1. quæst.6. Mexia in pragm. taxæ panis, conclus.1. n.4. & concl.4. nu.11. Bar. in l.1. §. cura*

88 *carnis, n.1. ff. de offic. Præfect. Vrb.* quod etiam procedit in foro conscientiæ, ut per *Ioan. Gerson. de contract. lib. consider.5.* & melius *consider.9.* ubi tradit, contra-

89 ctuum modificationem, limitationem, vel ampliationem subjacere arbitrio Legislatoris, & propterea licitus est contractus, lege, & authoritate boni, & prudentis Principis concessus, *Roder.* ubi supra *numer.2. Avendan. de censib. c.32. Conc. eod. tract. de censib. q.47.* ubi plene de materia. Hinc *D. Raphael Rastellius* Episcop. Castricen. *in opusculo de regim. Princip. lib.3. num.*

90 11. quærit, num potuit Rex ordinare, quod annui introitus venditi, tam à Regia Curia quam ab Universitatibus Regni cum pacto de retrovendendo, minorentur, ut solvantur minori pretio ejus, quod fuit mediante publico instrumento conventum, ipsis emptoribus contradicentibus, non obstante, quod Reg. Cur. & Universitates non faciant depositum, neque agant ad rescissionem contractus; & concludit affirmative, allegando *Div. Thom.2.2. qu.57. art.2. in fine corporis, & Covar. in cap. peccatum, par.2. §.8. nu.10,*

91 & testatur, ita in praxi fuisse receptum à Summ. Pontif. recol. mem. *Clemente VIII.* in beneficium Ci-

92 vitatum Sedis Apostolicæ: & est ratio, quia potest caput Regni ob bonum commune præjudicare particularibus subditis, *Less. de iust. & jur. lib.2. c.5. dub.7. in 2. dicto, Dec.* post Innoc. *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. & in l. fi. C. si contra jus, vel utilit. publ.*

Nec dicatur, quod isti emptores cum alagio ob difficultatem exactionis, vere computatis omnibus annis, non perceperunt fructus, sive annuos introitus ad majorem summam ducatorum septem pro centenario; quia in contrarium est veritas, siquidem emptores prædicti, ut plurimum fuerunt personæ potentiores, & qui habebant facultatem exigendi, prout experientia docuit, & apparet ex libris Regii Patrimonii: solum ab eo tempore, quo fuit ordinatum per S. M. debere exigi per æs, & libram secundum quantitatem crediti, non potuerunt antelationem, etiam pauperibus creditoribus antiquis habere; sed tamen aliam prærogativam, quia tantum exegerunt isti no-

vi Consignatarii pro ducatis viginti, vel triginta, quos solverunt; quantum illi antiqui, qui solverunt centum: & pro illo tempore quo duraverunt tumultus, & seditiones, nec antiqui, nec moderni exigere potuerunt, & sic est satis conveniens, & justum, ut hodie omnia ad æqualitatem reducantur, ita ut unusquisque ex 93 Consignatariis participet pro quantitate vere soluta, sublatis alagiis: ad Principem enim principaliter spectat contractus ad æquitatem reducere, *l. cum quidam 17. in princip. ff. de usur.* ubi disponitur, Præsidem Provinciæ esse adeundum, qui stipulationem, de cujus iniquitate conquestum est, debeat ad modum justæ exactionis reducere, præcise in annuis re-94 ditibus redimibilibus, quod reduci debeant ad legitimum modum, inspecto tempore solutionis, *Apostilla ad Alex. in cons. 187. lib. 7. lit. C. Gaspar. Roderic. de ann. redit. lib. 1. quæstion. 52. numer. 9. Avendan. de censib. cap. 49. numer. 6. Larrea alleg. 3. num. 23. & decis. Granat. 11. numer. 66. par. 1.* ad quod concordat *tex. in cap. in civitate, de usur. l. ponuit. in si ff. commun. dividun. l. & si contra, ff. de vulg l. eos, & l. debit, C. de usur. Thesaur. decision. 226. nu. 1. & 2.* & ita concludit *Bald. in lectura antiqua* post *glos. Odoffr. & Cyn. in d. l. cum quidam.* idem *Roder. de ann. redit. lib. 2. quæst. 14. numero 17. Larrea alleg. 31. numer. 32.* quod etiam procedit, 95 quando contractus ex sui natura habet tractum successivum, quia quamvis a tempore celebrationis ipsius non fuisset iniquus, tamen quocunque tempore ex eo resultet iniquitas, ad æqualitatem, & æquitatem reduci debet, *Cuiac. lib. 9. observat. cap. 8. Alb. consil. 34. num. 16. Thesaur. d. decision. 226. Larrea alleg. 31. num.* 96 *5.* solum fuit inter *Doctores* controversia, an contractus censualis ultra summam a lege præfinitam gestus, sit nullus, an vero moderandus ad justitiam pretii, firmo remanente contractu, de qua quæstione late per *Felician. de censib. cap. 9. num. 15. lib. 1. & cap. 1. numero 23. lib. 2. Socin. jun. cons. 60. lib. 3. Menoch. consil. 137. num. 14. & cons. 156. numer. 9. Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 44. numer. 22. Rebuff. de pacif. possessor. num. 141. Larrea d. alleg. 3. numer. 24. Emanuel Rodrig. in explicat. motus proprii Pii V. super forma creandi consil. in 3. requis. dubit. 4. Gasp. Roder. de ann. redit. lib. 1. quæstion. 7. per tot. Gayll. & ibi Greva. observat. lib. 2. conclus. 5. Reg. Rovit. in pragm. 1. numer. 15. de censib. & Ego dixi decision. 116. numer. 22. cum seq.* quando autem pretium census sit justum latissime *Cenc. de censib. quæstion. 47. per tot.* Sed in proposito, quando à lege repetitur ta-97 xatum, tunc illud, quod à lege præfinitum est, justum dicitur, ut supra diximus, & probat *Cenc. loco* suprà citato, *numer. 3.* ubi quod justum dicitur, etiam in foro conscientiæ. Cumque per *Reg. Pragmat.* sint taxati isti annui reditus cum Reg. a Curia ad rationem septem 98 pro singulis centum, & similem *Constitutionem* edidit *Clemens* VIII. Pontifex maximus in terris Sedis Apostolicæ Dominio subjectis, de qua per eundem *Cenc. d. quæst. 47. nu. 24. cum pluribus seqq.* & prædictæ venditiones fuerunt factæ satis excessivæ ad majorem rationem, in isto casu non potest probabiliter dubitari, quin possint ad legitimam metam reduci, ad quod comprobandum adduci potest id, quod tradit Rever. *D. Thomas del Bene*, Theatinæ Religionis Theologus, admodum doctus, qui in suo *tractatu*, quem edidit *de Parlamentis* ad novarum impositionum exclusionem nonnulla congerit, tamen in casu præsenti *dubit. 4. sect.* 99 *1. numer. 3.* quærit, an licite possit Rex contractus, quos cum læsione gravi, vel cum alagiis, vel alio modo cum aliquibus fecit, ad limites justitiæ reducere, ut suæ, & Regni subveniat necessitati, loquendo in specie de istis contractibus mixtis cum alagiis, & cum tam exorbitanti ipsius læsione, de quibus valde erat informatus, & tenet, quod sic, ea ratione, 100 quia cum sit læsus in istis contractibus notabiliter potest in illis habere in integrum restitutionem, *l. 4.* 101 *C. quib. ex caus. major.* quia cum Reipublicæ competat restitutio, ita & Regi, ipsius Reipublicæ capiti, *Tholos. de Republ. lib. 3. cap. 8. Layman. lib. 3. tract. 4. cap.* 102 *11. numer. 5.* tradit & secundo aliam rationem, quia quamvis scienter fuerit læsus, tamen necessitate cogente fuit ductus ad tales contractus, cum tanta sui patrimonii jactura, celebrandum, ut subveniret bono publico, & inopia pecuniæ, qua tunc indigebat, neque illam poterat alio modo habere, quo casu non solum Principi, sed etiam majoribus dicto remedio restitutionis in integrum succurritur, ut habetur ex toto *tit. ff. & Cod. quibus ex caus. major.* licet inter restitutio-103 nem, quæ majori conceditur, & eam, quæ minori, Ecclesiæ, aut Reipublicæ sit differentia, tamen facilius conceditur minoribus, quam majoribus *Molin. disput. 572. §. militibus, Lessius de just. & jur. lib. 2. c. 17. num. 63.* neque illa tolerantia Principis, ut dicti annui introitus venderentur ad majorem summam ejus, quod fuerit per *Reg. Pragmat.* taxatum, est in consideratione, quia totum fuit gestum, necessitate 104 cogente, & Princeps quamvis sciat, suas leges non servari, nec etiam puniri transgressores, tamen hæc negligentia non est sufficiens argumentum, quod ipse eam consuetudinem approbet, *Io. Gutier. de gabellis, q. 3. num. 15.* & cum contrahentes tam exorbi-105 tans lucrum fecerunt neque fecerunt fructus suos in illo excessu, quod probat ex *Covarruv. cap. 3. num. 1.* 106 *variar.* & propterea quod traditur, Principem ligari suis contractibus, intelligendum est de justis, non iniquis, & contra legem factis, *Petra de potest. princip. cap. 32. dubit. 2. princip. Larrea d. alleg. 3. num. 17.*

Ex quibus resolvuntur argumenta pro contraria parte adducta, quamvis enim verissimum sit teneri Principem ad observationem contractus à se etiam 107 cum subdito gesti; tamen communis & approbata est conclusio, quod pro bono publico possit illum reformare, & ab ipso recedere, ut supra fundavimus, & probat *Bart. in l. socios, §. sicut. ff. de pollic. Ias. in l. Barbarius Filippus, num. 44. ff. de offic prætor. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 346. & 351.* secundo est intelligendum de contractibus justis, non iniquis, *Larrea d. alleg. 3. numer. 16. & 27. Del Bened. dubit. 4. sect. 1.*

Neque obstat secunda oppositio, quod non potest dici, pretium fuisse injustum, cum tunc temporis erat pretium commune, & quod illa diminutio pretii fuit causata ex difficultate exigendi ex tam novis impositionibus, & superindictis, quia emptores, ut plurimum, qui erant personæ potentes, vel quod habebant modum exigendi, prout cum effectu exegerunt satis ultra taxam ducatorum septem; sed ad viginti, vel quindecim pro centenario, quia ubi pretium est à 108 lege præfinitum, illud dicitur justum, & quotiescunque excedit pretium taxatum, dicitur injustum. & ideo hoc posse procedere in pretio arbitrario, non autem certo, *Covarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 54. num. 3. Felician. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 3. numer. 15. Avendan. de censibus quæstion. 36. num. 4. Cenc. de censib. dict. c. 47. num. 21. & 22. Michael Salon de contract. titul. de censib. art. 3 controvers. 10. num. 3. & 6. Roderic. de annu. redit. lib. 1. quæst. 8.* idem *Felician. de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 45.*

Tertia autem oppositio, quod etiam data læsione debet agi remedio *l. 2. C. de rescind. vendit.* neq; obstat, nam dicitur primo, quod supra citati *Doctor.* tenent, 109 quod remedium *dict. l. 2.* non habeat locum, quando certum est pretium, sed quando est arbitrarium, secundo responderetur, quod quamvis vera sit re-110 gula supra tradita *numer. 30. cum seqq.* tamen fallit, quando ratione publicæ utilitatis hoc facit Princeps per legem generalem, ut fuit fundatum *num. 58. cum seqq.* & dixit *Larrea dict. alleg. 3. num. 9. & 10.*

par-

par.1. & alii allegati per *Gabriel. de jure quæsito non toll. conclus.2. numer.1.* & post jus tertio quæsitum etiam ex contractu à se facto, in contractu jurato, & etiam absque ulla refectione; *Larrea* dict. *alleg.3. numero 11.* & alii supra allegati, *Reg. Galeota respons. Fiscal. conclus. 4* & sic cessat etiam motivum præcu-
111 sæ citationis, qui eum fiat per viam legis cundendæ pro bono publico, non est opus judicio, & per consequens citatione, neque hoc casu debet Princeps solvere pretium, quia non extinguitur, sed moderatur venditio ad pretium justum, quamvis regulariter
112 non possit Princeps jus quæsitum auferre alicui, ubique causa, *l. Lucius ff. de evict. & d. l. item si verberatum, §.1. ff. de rei vendic. l. quod semel, ff. de decret. ab ord. faciend.* immo nec cum causa, nisi dato æquivalente excambio, *l.1. C. ex quib. caus. serv. pro præm. libert. accip. l. venditor, §. si constat, ff. commun. prædior. Ias. in l. Barbarius, in glos. in verb. multo magis, ff. de offic. Prætor.* late etiam *Felin. in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num.33.* cum *seqq. de constitut.* tamen hoc fallit, quando id faceret Princeps per legem generalem, pro publica utilitate, *Bart. ad l. omnes, §. fient, ff. de pollic. Cravett. consil.135. num.2. & de antiquit. tempor. sect. 4. num.210.237. &* 349 & hoc etiam, si damnum non resarciatur, *Alex. cons.190. lib.1. num.17. Dec. in d. cap. quæ in Ecclesiarum, nu 21. de constit. Matienzo in d. lib. 5. tit. 7. l. glos.3. num.3. Larrea d. alleg.3. num.11.* & propte-
113 rea quod dicitur, Principem non posse jus tertio quæsitum tollere, est verum respectu unius, vel aliquorum, *l. si ff. ad l. Iul. de annon. l. si ff. ad municip. l. decuriones, ff. de administr. rer. ad Civit. pertin.* sed per legem generalem, in qua omnes comprehenduntur, hoc facere posset, *d. l. venditor, §. si constat, ff. commun. prædior. & l. Antiochensium, ff. de privil. creditor.* cum aliis supra allegatis.

114 Quod maxime procedit, quando causæ, quæ movere potuerunt Principem, ut contractum reformaret, vel juri tertio detraheret, de novo emerserunt, quia ex causa superveniente potest Princeps, quod iniquum in contractu apparebit, reformare, *Bart. in l. si hominem, ff. mandat. & l. si ambitiosa, ff. de decret. ab ord. faciend. Cephal. cons.302. numer.158. vol.3. Cacheran. decision.90. numer.15. Ias. consil.1.* post *Bart. Bal. Abb.* & alios per ipsum allegatos, & alii per *Larream d. alleg.*
115 *3. num.14.* cum *seqq.* ubi ex *text. in d. l. cum quidam. in princip. ff. de usur.* infert, quod nedum Princeps, sed etiam Judices possunt contractum, quem ex tractu temporis cognoscitur fuisse iniquum, & injustum, ad æquitatem, & justitiam reducere, *Ias. in l. quo-*
116 *minus, num.144. ff. de flumin. Thesaur. d. decision.120. & 226.* alios *Ego* cumulavi *decision. 18. numer. 5.* nam contractus à Principe gestus procedit, & valet, rebus in eodem statu permanentibus. *l. quod servus, de condic. caus. dat.* ubi *Doctor.* & in *l. quaero, §. inter locatorem, ff. locati,* & ideo cum propter urgentes Curiæ necessitates illo tempore sic inordinate procedebatur, pote-
117 rant dicti contractus aliquo modo substineri, hodie vero, quod sub directione, & gubernio Prudentissimi, & Vigilantissimi Proregis Comitis de Onnate post revolutiones, & tumultus populares, ex quibus omnes depauperati fuerant, hoc Regnum reordinatur, & quasi de novo, ut ita dicam, in esse producitur, & tractatur de refectione Regii Ærarii, & Arcæ militaris, & quod omnia ad æqualitatem, & justitiam reducantur, non debent contractus cum tanta injustitia, & iniquitate substineri, non solum in damnum Regii Patrimonii, sed eorum, qui justo pretio, & absque alagio
118 emerunt, & quotiescunque enim contractus, vel privilegia apparent injusta, & nociva, debent irritari, *cap. suggestum. de decim. cap. quanto, de censib. Iacob. Mandell. de Alba consilio 14. num 16 Roland. à Vall. cons.13. num.19. vol.3. Natta cons.548. num.19.* & alii per *Larr. d.*
119 *alleg.3. num.22.* qui in terminis annui reditus redimibilis, quod reduci debeat ad legitimum modum, inspecto tempore solutionis, ultra *Apost. ad Alex. Roderic. & Avendan.* adducit *Socin. jun. cons.60. numer.58. lib.3. & Menoch. cons.137. num.24.* ut supra fundavimus *num.94.* & multa alia ad hoc propositum, affert, quæ non transcribo.

Et demum respectu illorum, qui non emerunt à Reg. Cur. sed ab aliis Particularibus, qui dictos an-
120 nuos introitus ante acquisiverunt, nonnulli fuerunt in opinione, quod venditio, quæ fit à Domino, qui ab alio annuum censum emit, possit fieri minori pretio, ut tenuerunt *Sylvest. in verb. usura 2. §.12. Azeved. in l. fi. n.1. tit.15. nu.15. lib.5. recopil. Gutier. pract. quæstion. lib. 2. quæst.173.* & alii allegati à *Giurb. decision. Sicil. 117. num.8. Rebell. in tract. de oblig. just. lib.10. qu 6. num.13. Leonard. Less. de just. & iur. lib.2. c.22. dub.7. num.45. & dubitat.12. numer.95. Azor. lib 10. c.8. qu. 5. Cancer. var. resol. par.3. c.1. de action. & obligat. num.162.* & alii relati à *Giurba d. decis.117. num.11.* tamen contrarium defendit *Michael Salon. de contract. in tit. de censib. art.3. controv.11. num.3. & 6. Felician. de Solis de censib. tom.1. lib. 2. c.1. num.43. vers. contrarium vero, & tom.2. lib.2. c.1. nu. 9. Gasp. Roderic. de ann. reditib. lib.1. qu.8. nu.8. Ludov. de Avendanno d. c.34. num.19 Conc. de censib. qu.72. n.19. Michael Palac. in praxi Theolog. lib.4. c.7. pag.318. ver. habuit aliquis, Vgolin. de usur. 4.6. §.1. in fi. Molin. disput.395. num.3. Medin. in summa lib.1. §.26. Corduba de Cas. Conscient. qu.79. Albernoz de arte contract. lib. 3. tit. 4. de los cambios*: sed prima opinio omnino corruit per *Bullam Pii V.* ubi idem jus statuitur in censu creando quod in creato vendendo, & ideo in Regni Siciliæ Constitutio in anno 1612. fuit judicatum, quod rescindatur venditio census pro rata census venditi minori, quam fuerit ille constitutus.

Discusso plene hoc negotio in Collaterali Consilio, in quo intervenerunt Regentes Didacus Bernaldus Zufia Decanus, Matthias Casanate, Antonius Caracciolus Marchio Sancti Sebastiani, Ego, D. Hieronymus Garzia de Benavarro, ac D. Didacus de Vzeda Locumtenens Regiæ Cameræ Summariæ, qui ordine Excellentissimi Proregis fuit adjunctus die 15. Octobris 1649. fuit communi voto resolutum, annuos introitus super gabellis antiquis esse reducendos ad qualitatem pro rata pretii vere soluti, & sic absque alagiis, respectu vero illorum, qui erant
121 creditores super novis impositionibus fuit inter nos facta paritas, dicebant enim tres ex Dominis Votantibus, quod constitui debebat differentia inter novas & antiquas impositiones; nam respectu istarum considerabatur magna injustitia pretii: aliqui enim emerant justo pretio, solvendo centum pro annuis duc. septem, alii vero satis viliori pretio, cum magna pretii injustitia, & proinde erant æqualandi, ita ut unusquisque in illis Arrendamentis antiquis esset particeps pro quantitate vera soluta demptis alagiis, emptores vero super novis impositionibus omnes emerunt cum alagio, parum plus, vel minus, cumque alagia non erant diminuenda ad beneficium Regii Fisci, sed ipsorummet creditorum super dictis novis impositionibus non aderat ratio, cur debebat fieri hæc revolutio inter Consignatarios; sed unusquisque debebat participare super illis juxta formam contractus celebrati, tanto magis, quia ut plurimum in venditione prædictarum novarum impositionum fuerant apposita pacta, ut non possit ullo casu fieri aliqua diminutio, vel retineri tertium, & in respectu aliquarum fuerunt etiam in solutum datæ, in quibus non intrat disputatio, si annui census fuerunt justo pretio empti, quia venditio fuit facta totius impositionis, quæ fuit postea per Partitarios diversis personis vendita, & propterea ad quamcumque summam eorum fructus ascendant, debent ad commodum, & damnum Consignatariorum

cedere pro ea summa, pro qua unusquisque participet.

Alii vero tres dicebant, quod respectu illorum qui annuos introitus super novis impositionibus emerunt, nulla probabilis poterat constitui differentia cum antiquis, quia si Consignatarii pati debebant totum introituum diminutionem pro ea parte, pro qua pecuniam effectivam exbursarunt, ratione injustitiæ pretii, & pro bono publico, illa etiam, & major cadebat in emptione harum novarum impositionum, quia viliori, & minus justo pretio fuerunt venditæ, & nedum aderat consideratio publicæ utilitatis; sed satis major, cum ex venditione illarum tam vili pretio, Regis Patrimonium exinanitum fuit, & in ultimam perniciem venit, & ipsi locupletes inter paucum temporis spatium cum istis emptionibus devenerunt, cum maximo damno, & detrimento, nedum Regiæ Curiæ, sed etiam aliorum, qui justo pretio emerant super antiquis gabellis, & certe si ipsi emptores absque alagii se manerent, antiqui vero illud perderent; insolabiles equidem essent, & etiam injustum esset, quia non posset dici, hoc fieri pro bono publico per legem omnibus communem; sed solum respectu creditorum super Antiquis Artendamentis, quod fieri non potest, ut supra diximus, & eadem, immo major considerabatur ratio respectu illorum, qui insolutum novas impositiones habuerunt, quia nedum cum majori injustitia pretii, sed etiam quia celebrare voluerunt cum Regio Fisco alium contractum ejus, qui solitus erat negotiari, qui nunquam antiquitus fuit practicatus, nisi ut Fiscus venderet super Artendamentis tot annuos introitus, isti vero non contenti, voluerunt aliam formam invenire, & impositionum dominium, & proprietatem habere, & sic casus fortuiti eorum periculo cedere debent, & ideo, cum propter tumultus omnes gabellæ fuerunt sublatæ, & extinctæ, earum domi-
122 nium, & proprietatem amiserunt, partialitas enim terrarum, ipsarum captura, & obsessio casus fortuitus dicitur *Bart. in l. sed & si, ff. solut. matrim.* & quam-
123 vis sublatæ fuerunt ad instantiam Populi, vis major inter casus fortuitos connumeratur, *l. 1. & 4. C. loca-*
124 *ti, Sebast. Medic. de fortuit. casib. quæst. 13. numer. 7.* & bellum casus fortuitus etiam dicitur *Socin. conf. 123. volum. 4. Iacob. Mandell. de Alba conf. 1. Port. Imol. conf. 143. Boss. de remiss. merced. n. 95.* & quidem quis Judex judicare posset, quod hoc, quod evenit nostris temporibus in hac Civitate, non sit casus fortuitus, &
125 quod arbitrio Judicis sit judicare casum fortuitum, *Sebast. Medic. in d. tract. de fortuit. casib quæst. 13. nu-*
126 *mer. 15.* & rei emptæ periculum non ad venditorem, sed emptorem spectare, *Doctor.* communiter *in §. cum autem, Instit. de empt. & vendit. Angel. in l. cum inter, num. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. Angel. in l. cum inter, num 1. ff. de peric. & commod. rei vend. Falgos. in l.*
127 *emptor, numer. 5. ff. de evict. Cora. conf. 38. vol. 2.* interitus enim rei emptæ ad Dominum pertinet, *Alex. in l. rogasti, num. 1. ff. si cert. petat. Salycet. in l. quod sæpe. numer. 4 ff. de contrah. empt.* & probat *tex. in l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.* ubi *Bald. Salyc.* & alii, *Sebast. Medic. in d. tract. q. 16. n. 10.*

Et ideo cum hodie fuissent ad instantiam ejusdem Populi per Excellentissimum Protegem impositæ gabellæ prædictæ pro medietate, pro succurrendis necessitatibus Civitatis, & Regni, ac etiam pro reficiendo id, quod deficiebat Arcæ militari pro ejusdem Regni substentatione, & sublevamento, datis per eundem Dom. Protegem quinque Adjunctis, hoc est Consiliariis D. Gaspare de Soto, y Acuna, Jo. Francisco Marciano, & D. Joanne de Burgos. à Regiæ Cameræ Præsidentibus Jo. Baptista Pisanello, & Vincentio de Andrea, die 22. ejusdem mensis Octobris fuit dirempta paritas & communi omnium prædictorum Adjunctorum voto fuit resolutum; quod omnes creditores, tam antiquarum gabellarum, quam novarum impositionum, etiam hi, qui insolutum dictas novas impositiones habuerunt, satis deberent esse contenti, quod ipsi, qui totum amiserant, participare deberent uti omnes alii pro quantitate vere soluta. Penes Illustr. Ducem Caivani Suæ Majestatis in hoc Regno Secretarium.

OBSERVATIO IN DECIS. CLXXXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Cessionario, qui emit minori pretio à creditore alicujus id, quod illi debetur, vel annuum censum, an possit opponi de injustitia cessionis ab ipso debitore, vel teneatur integram debitum solvere, non autem illam minorem quantitatem, quam cessionarius solvit creditori cedenti, & n. 2. 3. & 4.*

2 *Cessio jurium, & actionum magnæ quantitatis facta pro minori quantitate, an dicatur simulata: & noceat cessionario, & n 3. & 4.*

3 *Debitor cessus à suo creditore alicui pro minori quantitate, quam debet, an teneatur integrum debitum cessionario solvere, licèt ipse pro viliori pretio emerit, & nu. 4.*

4 *Emi an possit aliquod debitum, jus, actio, vel census pro minori pretio, quam illud sit, & n. 1. 2. 3. & 5.*

Debitor an possit cogere cessionarium, qui minori pretio emit à suo creditore debitum, ad recipiendum solum illam minorem summam, quæ emit, vel teneatur illi solvere totum debitum, vel censum, ibid. & numer. 3.

5 *An liceat alicui emere aliquod debitum minori pretio, quam illud sit, & n. seq.*

Debitum, quod debetur ab hinc uno anno, an liceat alicui emere pecunia numerata, minori pretio absque usura, ibid. & n. seq.

6 *Debitum quando est liquidum, certum, & quod solvitur sine labore, impensis, & molestia, & sine periculo, an possit emi minori pretio, quam illud sit absque usura, & è contrà, si non esset certum, &c. & versaretur in periculo.*

7 *Ius, & actio ad rem minus valet, quam ipsa res.*

Minus est jus recipiendi, v. g. mille post annum, quam mille numeratos hodie, ibid.

8 *Res venalis inutilis per annum minus valet re ipsa utili ab hodiè.*

Terra fertilis plus valet Terra per annum sterili, ibid.

Ius ad pecuniam per annum inutile est, pecunia verò præsens ex nunc est utilis, ibid.

9 *An liceat tertio minori pretio emere debitum alicujus ratione temporis expectati ad solutionem, & an id liceat ratione oneris, vel periculi, laboris, molestia, &c. & an id liceat ipsi debitori, n. 10.*

Debita pecuniaria an possint à tertio minoris, emi absque usura, ibid. & n. 4. 5. 6. 7. & 8. & an id liceat ipsi debitori, n. 10.

10 *Debitori an liceat emere debitum à suo creditore, quod illi debet post annum, minori pretio, quam sit ipsum debitum pecunia anticipata.*

11 *An liceat emere Chirographa ex actionis Regia vulgò* Polise d'arrendamento, di Corte, *pro parva quantitate, & deinde integrum debitum à Gabellariis exigere per favorem, & amicitiam.*

12 *Pretium bonorum hæreditariorum, an attendatur tempore mortis debitoris, an verò tempore quo creditores satisfieri petunt, affertur decisio.*

13 *Contractus non rescinditur pro capitali, & tertiis cum principali debitore, quando fuit ordinata, & facta graduatio, sed præstatur assistentia ad instantiam creditoris pro capitali, & tertiis.*

14 *Creditor, an teneatur recipere sortem principalem non*

non solutis tertiis, & censibus decursis.

Depositum quando non est integrum pro toto capitale; adhuc currunt, & debentur tertia, ibidem.

15 *Restitutio in integrum an competat mulieri nuptæ, etiam si agatur de amissione dotis, affertur decisio.*

AD ornatum hujus decisionis offertur quæstio, quam facit *Salgad. in labyrint. credit. par. 1. cap. 27. num. 78.* An cessionario in judicio concursus credi-
1 torum per debitorem cessum formato, possit opponi de injustitia cessionis sibi factæ per creditorem, eo quod pro viliori, & minori pretio, nomen debitoris, vel annuum censum, quam à lege sit taxatum, emit, ità ut ipse cessionarius, vel excludi debeat à concursu, vel saltem nec consequi, nec exigere valeat ultrà quantitatem solutam, qua nomen debitoris, vel censum emit. Et ipsemet *Salgad. num. 79.* adducit pro negativa opinione doctrinam, *Gratian. tom. 5. discept. forens. cap. 816. à num. 1. & 2.* qui tenet cessionem Ju-
2 rium, & actionum magnæ quantitatis factam pro modica quantitate, dici simulatam; & proindè posse debitorem cessum opponere talem exceptionem contrà cessionarium, & allegat *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. num. 78. in fino, vers. quod dicit, & Rot. decis. 303. n. 11. par. 1. in recentior.*

3 Sed contrarium tenet ipse *Salgad. ibid. num. 80.* dicens esse communem opinionem receptam, ut debitor cessus à creditore suo, non possit opponere emptori injustitiam cessionis, sed potius integrum debitum cessionario solvere, licèt iste viliori pretio emerit, atque si debitor cessus velit capitale redimere, tunc integram sortem principalem restituere teneatur, non illam quantitatem, quam cessionarius solvit in minori summa, & allegat pro hac sua sententia *Azor. par. 3. l. 10. tit. de censibus, cap. 8. quæst. 5. vers. si roges, Bonac. tom. 2. de contract. disp. 3. quæst. 4. punct. unic. num. 44. versical. verumtamen est, Sanch. in opuscul. moral. Consil. lib. 1.*
4 *capit. 7. dub. 20.* & alios, qui tenent debitorem cessus non posse cogere creditorem, neque cessionarium ad illum reducendum minori pretio, quo ipse debitor vendidit; licitum tamen esse alicui tertio censum emere ab emptore minori pretio, quo illum emit, & tunc debitor dicti census debet integrum annuum censum solvere cessionario, at si velit illum redimere, debet etiam integrum pretium, quod in venditione recepit, solvere dicto cessionario, quem cogere nequit ad recipiendam solum illam minorem summam, qua emit à creditore.

5 Hinc observo, An liceat alicui tertio emere debitum aliquod, minori pretio, quam illud sit, v. g. si Petrus debet mille Titio ab hinc uno anno solvendum; An liceat mihi emere absque usuræ labe hoc debitum numerata pecunia minori pretio, v. gra. octingentum, & in hoc dubio, duæ sunt opiniones, quarum negativam id non posse fieri absque usura esse communem, ait *Azor. par. 3. lib. 8. de empto, & vendito, cap. 10. quæst. 5. & eadem part. 3. lib. 10. de cambiis, cap. 7. quæst. 2.* & hanc opinionem substinent *Sylv. verbo usura 2. quæstion. 14. Tabiena eodem verb. usura 5. quæst. 10. Sot. lib. 6 de just. & jur. quæstion. 4. artic. 1. ad 3.* & alii permulti DD. quos citat *d. Azor. ibidem, & Sanch. in oper. moral. consil. d. lib. 1. cap. 7. dub. 17. num. 3.* quando scilicèt debitum est certum, liquidum, & suo tempore solvitur absque periculo, labore, impensis, & molestia, quia si nun esset certum, & liquidatum, vel versarentur in periculo, tunc omnes Doctores unanimiter concedunt ad fieri posse. Alteram opinionem affirmativam, quàm valdè probabilem esse ajunt, idem
6 *Azor.* & idem *Sanch. loc. cit.* substinent *Innocent. in cap. in Civita e de usur. Nav. in summ. capit. 17. numero 231. & 232. Cajet. in summ. verbo usura in cap. pagas acerbas, Armill. eodem verbo usura, numero 34. 50. & 51.* aliique quos referunt iidem *Azor. & Sanch. ubi supra:* & hanc sententiam tanquam satis probabilem & multorum gravium Doctorum testimonio, & auctoritate suffultam posse tuta conscientia sequi, & eos qui illam sequuntur, non esse condemnandos ait *d. Azor. d. cap. 10. quæst. 5. vers. in hac controversia,* licet ipse ab opinione negativa tanquam communi putat non esse recedendum, sed *Sanch. loc. cit. d. dub. 17. num 5.* tenet utramque opinionem esse satis probabilem, sed affirmativam esse probabiliorem, & inter alias rationes,
7 quæ afferuntur pro hac sententia, una est, quia jus, & actio ad rem minus valet, quam ipsa res, & minus est jus recipiendi, v. grat. mille aureos ab hinc uno, vel duobus annis, quam mille aureos numeratos ho-
8 die. Item, quia res venalis inutilis per annum, minus valet, re ipsa utili ab hodierna die; sicuti terra fertilis statim, plus valet terra per annum sterili, & jus illud ad pecuniam per annum inutile est, pecunia vero præsens ex nunc est utilis, ergò &c. Ità *Sanch. d. dub. 17. num. 4. & Azor. d. lib. 10. de cambiis d. cap. 7. quæst. 5. vers. cæterum meo judicio,* videtur conciliare has opiniones dicit enim negativam opinionem convenire cum affirmativa, quia, & si non licet alicui rem minoris eme-
9 re pretii ratione temporis expectati ad solutionem, quia esset usuræ peccatum, & hoc est, quod dicunt DD. qui negativam sententiam tenent. At verò licet unicuique minoris emere ratione ejus, quod emptoris interest, ut v. g. ratione oneris, & periculi; quod suscipit: quoniam potest debitor ipsi emptori deesse multis de causis, vel quia nollt, vel quia non possit debitum solvere, quia non invenitur debitum ullum, in quo exigendo, non possit esse aliquid oneris, periculi, laboris, ac molestiæ, vel impensæ, & propterèa subjungit *Azor.* passim debita pecuniaria minoris emuntur, & quod hæc consideravit, & voluit sententia Doctorum affirmantium, quæ prima negantium non negat, immò concedit, & sic DD. pro affirmativa conveniunt cum DD. pro negativa, ità *Azor. d. vers. cæterum.*

10 Item observo cum eodem *Sanchez. d. cap. 7. dub. 18.* An licitum sit ipsimet debitori emere debitum, quod ab hinc uno anno debet, minori pretio, quam sit ipsum debitum, sicuti licet tertio illud emere, & idem *Sanch.* etiam duas affert opiniones, una affirmativam id licere, & affert DD. qui eam tuentur, altera negativam, pro qua etiam citat DD. illam tenentes, non posse fieri, quia esset usura, utramque tamen probabilem ipse putat, sed negativam multò probabiliorem judicat.

11 Sed quid dicendum ad eam quæstionem, An licitum sit emere Chirographa exactionis Regiæ, quæ volgò dicuntur *Polise d'arrendamento di Corte*, solvendo v. g. vigioti aureos, plus, minusvè pro singulis centenis, seù centenariis, deindè integrum debitum in chirographo contentum per *Favorem, seù amicitiam* à Gabellariis exigere? Hanc quæstionem ponit, & de ea fusè discurrit *Ioseph de Iannar. resolut. moral. par. 1. resol. 43. fol. 201. per totam,* ubi in fine concludit, non licere, quia sunt palliata usura, & nè transcribere videar, ad illum te remitto, prout etiam infrà in *observ. in decis. 194. n. 2.*

12 Ad *num. 14. cum seq.* quæritur, An pretium bonorum hæreditariorum attendatur illud, quod erat tempore mortis debitoris, an verò illud, quod est tempore, quo creditores satisfieri petunt contra hæredem cum beneficio inventarii, & in causa Prosperi Gallucii hæredis Joannæ Galluccia, cum Cæsare Galluccio, fuit per Sacrum Consilium provisum sub die 30. Octobris 1628. referente Dom. Consiliario Camillo de Petio per hæc verba inter alia existentia in dicto decreto:

* *Et nihilominus fiat appretium tertia partis Castri Thoræ habito respectu ad præsens tempus,* fol. 415. à ter. in banca Figliolæ.

Ex quo apparet attendi debere tempus, quo credi-

tores satisfieri petunt, non autem tempus mortis testatoris.

13 Ad *num*.45. observari potest, quod contractus non rescinditur pro capitali, & tertiis cum principali debitore, quando fuit ordinata, ac facta graduatio debitoris, sed præstatur assistentia ad instantiam creditoris, si illam petat. Undè cum D.Bernardinus Caputus, & D. Lucretia Caracciola conjuges petiissent in anno 1648. rescisso contractu annuurum ducatorum 318.2.0. pro capitali ducatorum 3977.2.10. condemnari Claudium Albertinum ad solvendum quantitates prædictas cum tertiis, sivè interesse decurrendis, & pro dictis quantitatibus præstari assistentiam super Terra Cercæ parvæ, seù Cercæ piccolæ in Provincia Comitatus Molisii possessa per V.I.D.Hyacintū Morsillum, tum quia dictus Claudius dederat omnes contractus pro rescissis, ac erat ordinata graduatio creditorum prædicti Claudii in anno 1646. in banca Figliolæ, & compilato processu pro dicta assistentia, mediante sententia S.C.lata sub die 3. Decembris 1649. referente D. Consiliario Joan. Baptista Musceptula cum interventu Dominorum Consiliariorum de Aquino. Soto, Miroballo, & Staibano, fuit præstita assistentia super dicta Terra Cercæ piccolæ pro dicto capitali ducat. 3977.2.10. una cum aliis tertiis, & interesse usque ad effectualem satisfactionem liquidandis. In dicta banca Figliolæ.

14 Ad *num*.46. etiam observari potest, quod non solùm non sufficit solvere, & deponere sortem principalem, nisi solvantur etiam census decursi, sed etiam quando depositum non est integrum pro toto capitali, quod debetur, adhuc debentur tertiæ, seù interesse, & sic fuit decisum in Sacro Consilio in causa Principis Sanctæ Agatæ, qui cum deberet solvere Elenæ Falangolæ ducat. 10. m. pro tertiis decursis pro toto mense Decembris 1623. infrà majorem summam ducatorum 80. m. vinculatorum pro illis convertendis in emptionem, &c. solvit in mense Aprilis 1623. ducat.10.m. posteà sub die 30. Iunii 1627. depositavit ducat. 9.m.cum aliis ducat. 10. m. pro tertiis decursis infrà majorem summam, & per Sacrum Consilium ordinatum fuit illos in emptionem convertendos esse. Deindè per idem Sacrum Consilium junctis Aulis sub die 20. Maii 1631. fuit condemnatus dictus Princeps ad solvendum interesse dictorum ducatorum 9. m.capitalis, ad rationem septem pro quolibet centenario usque ad dictum diem 30. Iunii 1627. quo die fecit depositum integrum Intervenientibus Dominis Consiliariis Angelo causæ Commissario, Marcello, Marcisno seniore, Andrea de Januario, Caleval, Ioanne Baptista Apicella, de Ocampo, D.Flaminio de Constantio, de Franchis, & Dom. Ursino Præside S. C. In processu Isabellæ Piscatæ, & cum Principe Sanctæ Agatæ, fol.349. In banca Cioffi.

15 Dum *num*. 60. fit mentio de restitutione in integrum. Ideò observandum est, an dicta restitutio competat mulieri maritatæ, etiam si agatur de amissione dotis, & per Sacrum Consilium fuit decretum non competere in causa D. Juliæ de Capua Ducissæ Termulsrum, ac Principissæ Rocchæ Romanæ; Nam cum hæredes Sylvestri Imbreæ essent creditores dictæ Ducissæ in annuis ducat.400. virtute instrumentorum initorū cum Ducibus Termularum ejus Proavo, Avo, & Patre, & liquidato ultimo instrumento in M.C.V. fuit ad instantiam dictorum hæredum exequuta Terra Sancti Martini ejusdem Ducissæ, ac liquidato eorum credito per Sacrum Consilium pro ducatis 17577. Posteà devenerunt ad concordiam, & tàm dicta Ducissa, quàm Princeps Rocchæ Romanæ ejus vir insolidum se obligaverunt ad solvendum dictis hæredibus ducat. 14. m. scilicèt singulis annis ratam ducat. 1500. usque ad illorum extinctionem, quia reliqui ducat. 16177. ad complementum dictorum ducatorum 17577. fuerunt eidem Ducissæ suoque viro relaxati, stante dicta concordia à prædictis hæredibus, qui cum deindè institissent in Sacro Consilio pro solutione duc. 55. m. pro ratis maturatis vigore pacti executivi in instrumento appositi, tandem fuerunt exequuta nonnulla eorum bona, & expeditum mandatum ad seluendum, & dum procedendum erat ad venditionem bonorum exequutorum, & ad interpositionem alterius decreti pro solutione restantis summæ fuit per dictam Ducissam, & Principissam petita restitutio in integrum, ex clausula generali, adversus omnia decreta S. C. ex quo remaneret in dotata, & cum obtinuisset Regiam decretationem fieri verbum in S. C. fuit facto verbo provisum, non esse locum petitæ in integrum restitutioni per hæc verba.

Die 24. mensis Maii 1649. Neap.

Facto de prædictis verbo in S. R. C. per Militem V.I. D. Ioannem Baptistam Iovinum Regium Consiliarium, & causæ Commissarium, junctis Magnificis Consiliariis duarum Aularum.

Decreto Sacri Regii Consilii provisum est, Non esse locum, neque etiam esse deferendum in integrum restitutioni petita pro parte Illus. Ducissa Termularum, hoc suum, &c. Joannes Baptista Jovinus, Franciscus Antonius de Mercati Secretar. Avitabilis pro Felice.

Et sic fuit exclusa dicta Ducissa, & Principissa conjugata petita in integrum restitutione, etiam quod remaneret indotata, ut ipsa aiebat.

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Delegatus in causis literarum cambii an sit Judex competens contra illum, qui non habuit nomen in societate, nec in literis cambii se subscripsit, sed tantum ex præcepto testatoris negotiationem continuavit, & an dicatur continuatio, vel renovatio, & nova societas: Et an sit hæreditario, vel proprio nomine obligatus.

SUMMARIUM.

1 *Literæ exequutoriales servata forma* Reg. Pragm. 3. de lit.r. cambii *quando possint expediri.*

2 *Terminus in causa tunc est dandus, quando adest controversia facti: potest tamen excusari, quando adest controversia juris, num.seq. Ac etiam in causis prælationis, ibid.*

4 *Terminus de jure non est de substantia processus, & ideo probationes recepta absque termino, sunt valida. Sed hodie indistinctè terminus datur in causa.*

5 *Delegatio non potest habere locum in causis ordinariis, & in concursu creditorum.*

6 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non impedit exequutionem.*

7 *Probatio incontinenti quando procedat, & offerens probare incontinenti non est in dolo, vel fraude, ibid.*

8 *Actor quando debet probare suam intentionem in judicio ordinario, non in exequutivo.*

9 *Societas in specie est probanda.*

10 *Societas licet in hæredes non transeat, potest tamen ex testatoris dispositione continuari.*

11 *Societas non dicitur renovata per actum ab hærede gestum jussu testatoris, & propterea nomine proprio non est obligatus: sicut etiam dicitur de hærede, qui fecit compromissum, vel ad finem obtinendi sequestrum bonorum hæreditariorum, se proprio nomine obligavit, n.12. & 13.*

14 *Contractus ex conventione partium legem accipiunt.*

15 Con-

15 *Contrahens cum aliqua societate, tenetur investigare conditionem illius, alias sibi debet imputari.*
16 *Contrahens cum herede, habet tantum respectum ad bona heredis, & non defuncti.*
17 *Societas extinguitur per mortem unius ex sociis.*
18 *Societas ut continuetur in heredem, neque per pactum fieri potest, sed cum herede alia nova societas inchoatur, & numero 22. & ratio affertur, dict. numer. 18. & quid in societate publica vectigalium, ibidem.*
19 *Societas non intelligitur continuata, sed renovata, si patre mortuo filius iisdem Institoribus utatur, quibus pater in vita usus fuit.*
20 *Societas continuata jussu, & precepto testatoris dicitur nova societas, & non antiqua, & n. 23.*
21 *Heres tenetur voluntati defuncti obtemperare.*
24 *Societas solo consensu contrahitur, nec requiritur scriptura ad obligationis substantiam, & sufficit, eos qui negotia gerunt, consentire, ut alius pro alio exerceat.*
25 *Societas contrahitur per actus, qui tacite societatem inferunt.*
26 *Societas tunc proprie intelligitur, cum actus, qui geritur, non potest fieri citra jus, & nomen societatis.*
27 *Socii omnes obligantur in solidum ex contractu illius, qui est prepositus negotiationi, & administrationi.*
28 *Socius censetur habere consensum, & mandatum ab altero socio.*
29 *Societas tacita tunc contrahi videtur, quando actus sunt tales, qui non possint alio jure, vel nomine fieri quam societatis.*
30 *Socius ut obligetur, requiritur mandatum, saltem tacitum, & quod socius contrahat nomine societatis.*
31 *Nomen non attenditur, quando quis in veritate est particeps negotii.*
32 *Socius potest conveniri, quando apparet, pecuniam esse versam in utilitatem societatis.*
33 *Mercatorum stylus, & observantia est attendendus.*
34 *Delegatus cambiorum an S.C. sit Judex competens in decisione articuli continuata, vel renovata societatis in casu proposito.*

DECISIO CLXXXIX.

INita societate in anno 1634. inter Franciscum de Rinaldo, & Fabium Spartanum, cum pacto, ut unusquisque ex Sociis posset firmare nomen alterius tanquam socii complementarius: dictus Franciscus de mense Februarii 1646. in ultimis constitutus, heredem universalem instituit Iosephum de Rinaldo ejus nepotem, & in eodem testamento ordinavit, societatem factam cum dicto Spartano esse continuandam sub eodem nomine *Francisci de Rinaldo, & Fabii Spartani* pro illo tempore, quo suo heredi videbitur.

Ioseph acceptando prædictam hereditatem, comparuit in M.C.V. asserendo, velle secundum testatoris præceptum continuare societatem prædictam, exigere à debitoribus illius, & solvere creditoribus, & fuit super dicta instantia interpositum decretum dict. M.C. juxta petitionem, & incontinenti ad instantiam ejusdem Iosephi fuerunt expeditæ provisiones & mandata, directa omnibus Bancis, ut quantitates perventæ, & perveniendæ ex affectibus dictæ societatis, solvi deberent cum firma solummodo dicti Fabii, dictante tamen *Francisco de Rinaldo, & Fabio Spartano*, & ita societas prædicta fuit continuata.

Quibus stantibus die 4. Aprilis 1646. dicta societas in diversis vicibus cœpit ad cambium à D. Aloysio Freytas Pinto ducatos bis mille, & apocæ cambii fuerunt firmatæ per dictum Fabium Spartanum tantum sub nomine tamen dictæ societatis, cantantis, *Francisco de Rinaldo, & Fabio Spartano*: verum quia dictæ literæ non fuerunt aliter completæ, ipse Don Aloysius creditor se protestavit coram Spectabili Regente Matthia Casanate, Delegato in causis literarum cambii, & instituit pro expeditione literarum exequutorialium, servata forma *Regia Pragmatica* 3. *de lit. camb.* realiter, & personaliter contra dictum Iosephum.

1 Excipiebat dict. Ioseph ad nihilum teneri, quia *d. Pragm. 3. num. 10. & 12.* loquitur contra scribentes dictas literas cambii, & sic etiam *Pragmat. 5. num. 4. & 6.* cumque ipse nunquam dictas literas subscripsisset, sed tantum dictus Fabius Spartanus, non poterat molestari illa via exequotiva, & rigorosa, secundum dictarum *Pragm.* dispositionem; immò neque judicio ordinario erat obligatus, sed quatenus aliquid prætenderet creditor, cessante dicta via exequotiva erat dandus terminus in causa, quia non-
2 nulla probare intendebat in facto; & proinde dum aderat dicta controversia facti, non poterat terminus excusari, juxta tradita per *Præsid. de Franch decisio.*
3 *221. num. 12. & dec. 262.* qui excusari potest, quando adest controversia juris tantum, ex doctrina *Innoc. in capit. cum inter R. col. 2. vers. sed dic, extra de elect. Bal. in cap. constitutis, versicul. nota, quòd qui petit, codem tit. Ann. Pater, & Filius singul. 470. Reg. de Pont. cons. 59. volum. 1. Franch. dict. decis. 221. num. 15.* ubi *Addentes, & dict. decis. 262. in fine, Cern. in l. scriniarios, in fin. C. de testam. Ricc. collect. decis. 2457.* novissime per *Reg. Capycium Galeotam lib. 2. controvers. 44. num. 17. & Reg. Sanfelic. decis. 17. numer. 3. lib. 1.* qui loquuntur in prælatione petita in venditione feudi, & ita decisum referunt. Et quod adsit quæstio facti, dicebatur, esse satis clarum, quia actor prætendebat, societatem initam inter dictum Josephum, & Fabium fuisse factam nomine proprio, non hæreditario è contra verò reus dicebat etiam hæreditario nomine fecisse, quod ex variis facti circumstantiis probare intendebat, & præcipue, quod dictus Freytas Pinto creditor tempore, quo negotiabatur, notitiam habebat, ipsum Josephum in dicta societate hæreditario tantum nomine esse obligatum, & sic omnino erat dandus terminus in causa, prout hodie
4 ordinarie dari debet in omnibus causis, ut dixit *Franch. decis. 628. numero secundo* licet de jure non sit de substantia processus, & ideo probationes receptæ absque termino, esse validas, habetur ex *Vant. de nullitat. titul. de nullitat. ex defect. process. & Reg. Rovito in pragmatic. 7. numer. 4. de ordin. judic.* ubi *jura*, & DD. cumulat.

Excipiebat secundo de Iudice, quia cessante via exequutiva, quæ contra ipsum practicari non poterat, dum prætendebat, non nomine proprio, sed hæreditario esse obligatum, prout expresse se protestatus fuerat in M.V.C. quod ipse intendebat pro adimplenda testatoris voluntate societatem continuare, & quod omnia bona hæreditaris dicti quondam Francisci erant deducta in Sacr. Consil. & ad instantiam creditorum sequestrata, ubi etiam aderat concursus creditorum & ordinatum, esse procedendum ad graduationem, & datus curator patrimonio
5 prædicto, quo casu cessare debebat delegatio, quæ non potest habere locum in causis ordinariis, & in concursu creditorum, ut apparet ex Rescripto Suæ Excellentiæ, etiam pro exequutione ordinis Suæ Majestatis, de quo per *Reg. Sanfelic. decis. 318. numer. 28. volum. 2.* & probatur etiam ex *Rot. Genu. decis. 14. numer. 99.* simile dicimus, quod exceptio, quæ altiorem indaginem requirit, non impedit exequutionem, ut per *DD. in l. fin. C. de ordin. cognit. Trivisan.*

san.decis.Venet.2.Ricc.collect. decis. 1519, nam ad merita causæ reservari debet, *Francisc. Maria Pratus libr. 1. discept. forens.cap. 19. numer.* 26. & tamen quando 7 incontinenti offertur probari, & per testes non rejicitur. ut decisum fuit per *Rot. Lucens.* penes *Ludovic. decision. 14. Capyc. decis.* 167. quia offerens probare incontinenti non est in dolo, aut fraude, ut probat *Pratus ubi supra numero vigesimo tertio*: nam quæ in continenti fiunt, censentur inesse, *l. lecta, vers. dicebam ff si cert. petat.* cum simil. *Cacheran.decis.76.numer.tertio.*

Insuper negabatur per Josephum, fuisse Fabium Spattanum ejus complementarium, ita ut posset ex sua subscriptione, in apocis cambii factis ad beneficium ipsius Don Aloysii, ipsum obligare nomine proprio: aut enim loquimur de instrumento societatis inito in anno 1634. inter Franciscum testatorem, & Fabium, & ex illo non potuit obligari, quia in eo non intervenit, neque aliquid promisit: aut verò ex continuatione societatis jussu testatoris, & ex provisionibus Mag. Cur. Vicar. quod banca solverent cum firma dicti Spartani, & fuit restricta solum ad effectus dictæ olim societatis: nec unquam animum habuit se obligandi nomine proprio, & si aliquid 8 ultra ea, quæ per scripturas apparet prætendit actor, debet illud probare in judicio ordinario, non in executivo, *l.1.§. si quis dicatur, ff. de probat. Cacheran. decis.79.numero 42. Mascard. de probat. conclus.* 79. 9 & in specie, quod sit probanda societas, *Ancharan. consil.3,2. numer. 6.* alias enim actore non probante, reus est absolvendus, *Bald. in capit. licet causam, de probat.*

10 Dicebatur etiam, quod societas, licet in hæredes non transeat, quia morte unius ex sociis finitur, *Trombetta de societ. cap. 6.num.15. & 21.* & diximus infra num 17. tamen potest ex testatoris dispositione continuari, & illa non dicitur nova societas, sed continuata, & potest tutor qui erat socius testatoris defuncti pecunias mutuo accipere pro conservatione societatis, & petere interesse lucri cessantis, *Dec. consil.* 441. 11 nec per aliquem actum ab hærede gestum jussu testatoris potest dici, fuisse renovatam societatem, & propterea fuisse hæredem nomine proprio obligatum, prout in hærede, qui fecit compromissum di- 12 xit *Menadous decis.* 35. & habetur per *Franc. decis.* 13 323. qui etiam ita decisum refert in hærede, qui ad finem obtinendi dissequestrum bonorum hæreditariorum, se proprio nomine obligavit *decis.* 648. faciunt tradita per *Paschal. de virib. patr. potestat. part.1.cap.2.num.77. Pellec. ad Consuetudin. Aversan. cap.9. numero 117.* & alios per me allegatos in *consultat.31.* & sic fuisse decisum junctis omnibus Regiis Consiliariis quatuor Aularum refert *Thor. in 1. part. compend.in verbo exceptio discussionis inventarii, Stephan. Gratian. disceptat.forens.cap.553. & Farinac. in posthum.lib.1.dec.300.*

Et si prædicta procedunt, quamvis hæres nomine proprio, pro debito tamen hæreditario se obligavit, quanto magis quando expressè dixit, velle societa- 14 tem continuare, uti hæredem, nam contractus ex conventione partium legem accipiunt, *l. in conventionibus, ff.depos. l.contractus ff.de verb.obl.l.1.§. si quis conveniat, ff.de reg. jur.* Nec dici potest, quod actor hoc nesciebat, & bona fide contraxit, quia tenetur 15 contrahens cum aliqua societate investigare conditiones illius, alias sibi debet imputari; *l. institoria, C.de instit. act. Paris.cons.93. num.54. lib. 1. Cacheran. decis.150.numero octavo in fin.Stracc.de mercatur. tit. de contract.mercat.numero* 15. nec dictus D.Aloysius sequutus fuit fidem ipsius Iosephi, quia contraxit cum societate cantante *Francisco de Rinaldo, & Fabio Spartano*, & sic eorum tantum fidem fuit sequutus, & non ipsius, qui quatenus esset obligatus tanquam hæres, non autem nomine proprio obliga- 16 tus remaneret, & qui contraxit cum hærede, habuit respectum ad bona hæredis, qui verò contraxit cum defuncto, ad bona defuncti, ut dixit de *Pont. de potest.proreg.tit.8.de refutation.feud.§.8.num.23.Rot Gen. decis.14 n.98.*

Quibus tamen replicabatur per dictum D. Aloysium actorem, quod ipse non contraxit cum Francisco, qui jam de mense Februarii 1646. diem clauserat extremum, sed cum ista nova societate inita inter Fabium Spattanum, & dictum Iosephum, licet sub nomine 17 ejusdem Francisci, secundum ipsius testatoris præceptum, & sequutus fuit fidem istius novæ societatis, nam prima per mortem Francisci erat jam extincta, *l. actione, §.morte, ff. pro soc. §. solutur. Institut. de* 18 *societ. Bald. cons. 448. num. 1. in fin. lib. 4. Alex. cons.136.lib* 5. nec etiam per pactum fieri potest, ut societas in hæredem continuetur, *l. adeo morte, in princ. & d. l. actione, §. respondit, el primo, ff.* eodem *titul. pro soc. Thess.dec.141. nu.1.Trombett. d. c.6. nu.* 25. ubi aliorum authoritate rationem assignat, quia in societate est electa industria personæ, quæ non ita transit ad hæredes, neque quis potest scire, an hæres sit futurus bonus, diligens, & industrius, sicut erat ipse pater, & *num.* 38. limitat in societate publica vectigalium, quam limitationem sequitur *Thesaur. ubi supra*, & ideo cum hærede alia nova societas inchoatur, *Mantic. de tacit.& ambig.lib.7.tit.26.num.* 32. respondendo ad ea, quæ dixit *Menoch.cons.*321. qui ex dimissione capitalis, asserit, societatem continuari, quia vere non dicitur continuatio, sed reintegratio, *l.fin.ad quod §.si servus ff.* eodem *tit.pro soc. Hect. Felic.de societ.c.32.Thes.dec.*sub *num. 4. Duard. de societ.* 19 *lib.3.c.2.q.3.num.3.* & propterea mortuo patre, si filius iisdem institoribus utatur, quibus pater in vita usus fuerit, non intelligitur societas continuata, sed renovata *Gomes.Leo in dec.divers.dec.5.n.10.* quod maxime procedit, quando exercetur eadem mercantia, & negotiatio, ut *num.*11. & quod ista societas continuari jussa ex præcepto testatoris, dicatur nova societas, 20 & non antiqua per *text. in l. in his, ff. pro soc.* tradiderunt *Molin. de contract. disput. 414. num. 5. Paris. cons.84.lib.1.num.6.Grat.cons.66. numer.22. lib.2. Felic. de societ.d.c.32.num.38.Thes.d. dec.142.numero 5.in fin. Mantic.de tacit.& ambig lib.6.tit.24.n.19.* ubi tradit, quod quamvis morte unius ex sociis intelligatur soluta societas, hoc tamen fallit in casu, quo in testamento socius mandavit, cum hæredibus continuari debere, *l. in hoc judicium, §. si conveniat, ff.commun. divid. Bald. in l.4. in princ. in 2. notab ff de cond. &* 21 *demonstr.* tenentur enim hæredes voluntati defuncti obtemperare, *§. disponat, in auth. de nupt.* nec ob- 22 stat, quod non possit à principio paciscì, ut hæres succedat societati, *l.adeo, in princ. & l. nemo potest, ff. pro soc.* quia vere non dicitur continuatio societatis, sed renovatio, ut consuluit *Dec. in d. cons. 441. num.3.cum seq.Rusn.consil.91.num.7.lib 1.Decian.* 23 *consil.21.numer.51.lib.3.Corn.cons* 54 *numero 1.lib.1.* & hæc societas renovata præcepto testatoris, re vera dicitur alia nova societas, cum illa antiqua dicatur per mortem soluta, argumento *leg. si id, quod §. penult.* ibi, *alia societas inchoatur, ff. pro soc. Thess.dict.decis. 341.num 4.Ant.Gomez. lib.2.resol tit. de societ. Ozasc. decis.76.numero quarto Minado* latè *decision. 30. Magon.decis.Florens.106.numero quinto Rota Genuens. decision.*35.

Vlterius considerabatur, quod quamvis ad instantiam Iosephi fuerint expeditæ provisiones per M. C. V. directæ Bancis, ut liceret prædicto Spartano exigere omnes pecuniarum quantitates, & effectus perventos, & perveniendos ex dicta olim societate: tamen ipse Spartanus pecuniam dedit, & accepit ad cambium, nomen subscribens, & omnia peragens, vidente

vidente, & consentiente ipso Iosepho, qui ratum habuit quidquid ipse Spartanus negotiabatur, immo ipse idem in negotiatione se debitorem in libris constituit, in proprios usus expendendo pecuniam, 24 ex dicta nova negotiatione, & societate perveniam, ex quo fit, quod quamvis à principio non fuisset inita nova societas, tamen quia illa solo consensu contrahitur, neque verba, neque scripturam requirit ad obligationis substantiam, sed sufficit eos, qui negotia gerunt, consentire, ut pro tali exerceat, eo, quod 25 inter Mercatores de bono, & æquo præstari potest *l.2.ff. de actio. & oblig.* & contrahitur societas per actus, qui tacite societatem inferunt, *Abb.cons.87. libro secundo Tepat. var. jur. sent.tit.365. pro soc.* & tunc 26 proprie intelligitur societas continuata, cum actus, qui geritur, non potest fieri citra jus, & nomen societatis, *l cum, ff. pro soc. l. pro harede, §. Papinianus, ff. de acquirend. haredit. Roman. cons.29 numero primo Decian.cons.97.num.14. lib. 2. Gratian. discept. forens. c.350.numero* 18. & ideo tacite negociationi, & admi- 27 nistrationi præpositus per Institorem, ex ejus contractu omnes socios obligat, *l.1 in fin.cum l seq.ff.de instit.act* cum aliis adductis per *Felic de societ. c. 30. nu. 15.Dec.213. Abb. cons. 87. volum. 2.* & omnes socii tenentur insolidum, quando ipsi gerunt actus sociales per Institores, *l. si tamen plures, ff. de exercit. ad Gratian.discept.forens.c.967.numero 36. cum seq.* & socius censetur habere consensum, & mandatum ab 28 altero socio, *Bart.in l.nemo ex sociis ff pro soc.num.7. Alexan. cons 186.num.3 volum 5.Dec.in l.si socius. ff.si cert.petat. Surd.dec.213 num.5.* quod tamen est intelligendum, quando actus sunt tales, quod non pos- 29 sint alio jure, vel nomine fieri, quam societatis, quia tunc tacita societas contrahi videtur, ut dixi nua supra *num 56. Anton. de Butr. consil. 21. Ancharan. cons. 302.col.5. Alex.cons.37.lib 4.* & alii per *Surd.decis.267. num.6.* sufficit enim ad socium obligandum mandatum 30 sive tacitum & quod contrahat nomine societatis, *Gratian.decis.178. Ricc.collect. 360.in fin. Thesaur. dec. 26. Milanen. decis.Sicil 15.Costa de port.rat.q 99. & de remed.subsid.remed.77.num.7 Rot.Gen.dec.14.Marta cons.129.n.17.*

Nec aliquid facit, quod nomen non habuit neque 31 se subscripsit literis, quia nomen attenditur, quando alius in veritate est particeps negotii, *Grat discept.* 32 *foren.cap.768.in princip.* & ideo cum appareat, pecuniam Freytas Pinto fuisse versam in utilitatem societatis, potest socius conveniri, *l.as que in fin ff. pro soc.l.jure societatis*, secundum commonem intellectum, *ff.pro soc.*

Et demum pro hac opinione, quod sit nomine proprio, & insolidum obligatus, adducebatur Mercatorum judicium, & quod ita de stylo semper practicatum fuit; & quod stylus, & observantia Mercato- 33 rum sit attendendus, *Rot. Gen decisione 6.* & in causis ipsorum consuetudo, & mos attendi debet, ut habetur ex eadem *Rot.Gen decis.7.num* 11.

In hac causa principaliter veniebat decidendus articulus, coram quo Judice erat tractandus, an coram Delegato literarum cambii, an vero in S. C. ubi aderat concursus creditorum dicti q. Francisci patrui, & 34 visum fuit, quod articulus prædictus dependebat ab alio articulo, an scilicet ex dictis apocis cambii Ioseph, cujus nomen non erat in subscriptione literarum cambii, erat obligatus nomine proprio, vel hæreditario, & quia punctus non erat plene discussus, de mense Novembris 1619. cum interventu etiam Illustr. Regentis D. Francisci Merlini Marchionis Ramontis, & ejusdem S.C. Præsidis, fuit resolutum, esse procedendum ad decisionem prædicti articuli, si erat proprio, vel hæreditario nomine obligatus. Penes Cancellarium Antonium Figliolam.

OBSERVATIO IN DECIS. CLXXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Terminus an dari debeat quando articulus & controversia est Iuris & non facti, & n.3. & 4.*

Terminus in causa prælationis affictus alicujus Terra feudalis, an debeat dari cum sit articulus juris non facti, ibid. & num.3. & 4. affertur decisio geminata.

2 *Procurator an possit præjudicare suo principali petens dari terminum in causa, cum dandus non sit.*

Principalis an possit revocare actum factum à suo Procuratore ex errore, ibid.

5 *Electio examinatoris est facienda, etiam si procedatur in causa in contumaciam, & affertur decisio.*

1 AN debeat dari terminus quando adest controversia, seu articulus Iuris ita cum agitur hic *num.3.* Propterea observandum. An in causa prælationis petitæ affictus alicujus Terræ feudalis dari debeat, cum sit articulus Iuris, & non facti, & invenio hanc quæstionem agitatam fuisse in S. C. ubi instantibus creditoribus quondam Aloysii de Leiva Principis Ascoli, fuit locata Civitas prædicta Ascoli Paolo Cardillo, pro persona nominanda, qui nominavit Alvarum Vaes, & Blasium Vaes in anno 1624. In quo affictu petiit præferri D. Aloysius Antonius de Leiva filius, & Princeps Ascoli, fol. 29. In qua causa fuit datus terminus, & facta nominatione in partibus per dictos Affictatores Vaes, tamen per Sacrum Consilium sub die 9. septembris 1624. fuit provisum non esse deferendum nominationi in partibus respectu articuli prælationis, ut ex decreto fol 34. confirmato in gradu reclamationis sub die 26. dicti mensis Septembris 1624. fol.36. à ter. Instituit dictus Aloysius Antonius Princeps procedi ad expeditionem articuli prælationis absque termino, cum sit articulus Iuris, 2 quia terminus de errore Procuratoris fuit datus, qui non poterat præjudicare suo principali; Ideoque quatenus opus est, revocavit ipsum actum fol.38. & decreto Sacr. Consilii ad relationem D Consiliarii D. Francisci de Ocampo sub die 8. Octobris 1624. provisum fuit, quod procedatur ad expeditionem articuli prælationis, non obstante termino dato, ut fol.43. quod decretum fuit confirmatum in gradu reclamationis sub die 10. dicti mensis Octobris 1624. fol.45. à ter. & 3 proinde decreto ejusdem S.C. sub die 17. ejusdem mensis Octobris, fuit absque termino data prælatio dicto Principi, his verbis.

Decreto S.C. provisum est, quod liceat Illustr. Principi Ascoli frui fructibus, & Jurisdictione dicta Terra Ascoli, præstita cautione de solvendo creditoribus duc. 6000. quolibet anno, servata forma affictus facti per Blasium, & Alvarum Vaes. nec non depositando omne id, quod per Sacrum Consilium fuerit judicatum circa pacta expensarum, & meliorationum, & super verificatione, & liquidatione terminus aliàs datus currat, fol.57. ut in process. origin. creditorum Illustriss. Principis Asculi Actitato In banca Vincentii Borrelli, remisso per Sacrum Consilium ad R. Cam. Sum. in banca Caroli de Maria.

4 Prout etiam aliàs per idem S.C. fuit decisum junctis Aulis sub die 10. Decembris 1619. præferendum esse D Alexandrum Pignonum in affictu Terræ Orioli pro eodem pretio in banca de Ferrariis, referente D. Consiliario Pomponio Salvo, fol.31.

5 Immò electio examinatoris, quæ fit dato termino, est facienda, etiam si procedatur in contumaciam in causa, prout fuit decisum per Sacrum Consilium ad relationem

relationem ejusdem D. Regentis Capycii Latro tunc Regii Consiliarii sub die 21. Junii 1639. in causa Ducis Limatulæ, cum Marchione Calentiæ, nunc Principis Macchiæ, M. Marchione patrocinante, dùm pro parte ejusdem fuerat dictum de nullitate actorum, quia non erat facta electio examinatoris, etiam quod antea procederetur in contumaciam, & per Sacrum Consilium fuit ordinatum, quòd infrà decem dies partes deducant eorum incumbentia, quo termino elapso, procedatur ad expeditionem causæ, & fuit deinde compilatus terminus, & facta electio examinatoris. In banca de Felice.

M. A Gizzius.

ARGUMENTUM.

Interdictum retinendæ possessionis an, & quando possit cumulari cum interdicto recuperandæ. & an competat illi, qui Iudicis authoritate, & mandato Principis, sive ejus Vicarii reperitur à sua possessione naturali ejectus, & quid quando non expressit causam, vel si expressit, eam non probavit, quando tractabatur de notabili tertii præjudicio, & an Iudex debeat retardare injustam Principis jussionem, & expectare secundam.

SVMMARIVM.

1 *Possidenti rem justo titulo competit remedium retinendæ sive manutenendæ possessionis, quod datur ei, qui possidet tempore turbationis, & datur, non solum ei, qui justo titulo possidet, sed etiam detentori, n. 2.*

3 *Interdictum retinendæ ut quis obtineat, nedum sufficit probatio turbationis tempore litis motæ, sed etiam si probetur paulo ante litem motam.*

4 *Manutentio facilius est concedenda, quando constat de titulo.*

5 *Interdictum retinendæ, sive mandatum de manutenendo non habet locum, quando quis asseruit, fuisse spoliatum, & petiit restitutionem, & reintegrationem possessionis.*

6 *Possidens authoritate Judicis, juste dicitur possidere, & proinde manutenendus.*

7 *Spoliatus Principis authoritate, non restituitur.*

8 *Spolii vitium potest per Principem tolli.*

9 *Princeps non tenetur servare ordinem judiciarium.*

10 *Proreges funguntur vicibus sui Principalis, & reputantur pro tempore, quo administrant, uti ipsimet Principes.*

11 *Proreges habent majorem authoritatem, quam habebant Proconsules Romani.*

12 *Prorex omnia potest facere, quæ ipse Rex facere posset, quia repræsentat illius personam.*

13 *Emens bona fide, non potest cogi ad restitutionem, nisi fuerit pretium ipsi emptori exbursatum. Declara, ut num. 38. & 39.*

14 *Fundus emptus bona fide, potest etiam ob chirographarium debitum retineri.*

15 *Agens contra eum, qui rem habuit per dationem in solutum, tenetur debitum offerre.*

16 *Creditori, cui res est vendita, habet illam quasi obligatam, & proinde datur retentio, donec sibi pretium solvatur & procedit, etiam si nulliter sit vendita vel in solutum data, n. 17.*

18 *Manutentio competit etiam ei, qui animo retinet possessionem civilem, licet reperiatur spoliatus à naturali: Intellige, ut num. seq.*

20 *Interdictum retinendæ est mixtum cum remedio recuperandæ respectu naturalis possessionis occupatæ.*

21 *Possessio civilis animo retenta trahit ad se naturalem, & per occupationem possessionis naturalis, civilis turbatur.*

22 *Supplicatio potest reformari ante litem contestatam & partis acceptationem.*

23 *Manutentionis remedium habet etiam locum in feudalibus.*

24 *Causa per Principem expressa, justa præsumitur.*

25 *Principi non est credendum in eo quod respicit propriam utilitatem, secundum magis communem opinionem, quamvis agat per viam legis condendæ.*

26 *Princeps aliquid rescribens, non præsumitur hoc facere ex justa causa, quando tractatur de auferendo alicui dominio, sed erit probanda, & verificanda.*

27 *Princeps quoties non potest aliquid facere sine causa, non statur ejus assertioni, quando in sui favorem loquitur, & juri tertio quæsito præjudicat, quia debet causa probari.*

28 *Princeps potestate ordinaria non potest aliquem privare dominio rei suæ sine justa causa.*

29 *Princeps quamvis aliquid mandet Iudici exequendum, quando tractatur de magno partis præjudicio requiritur citatio, & causa cognitio.*

30 *Possessor etiam injustus, antequam amoveatur est citandus, & debet audiri.*

31 *Præcepto injusto non debet obediri, sed erit supersedendum, & rescribendum Principi, & secunda jussio expectari.*

32 *Princeps non præsumitur velle, quod valeat suum præceptum injustum, quando in eo non est apposita clausula derogatoria.*

33 *Iudex debet retardare exequutionem, quando Princeps iratus præcipitanter procedit.*

34 *Princeps non præsumitur in dubio velle uti plenitudine potestatis, sed ordinaria.*

35 *Princeps non præsumitur velle aliquid contra jus.*

36 *Principes, qui absque causæ cognitione, & consilio Magistratuum ad rescripta procedunt, male agunt.*

37 *Rescriptum cessat, cessante causa, per quam fuit expeditum.*

40 *Dominium rei feudalis non transit sine Regio assensu.*

41 *Restitutio in integrum non admittitur adversus sententiam summarissimæ possessionis, ad finem impediendi exequutionem.*

DECISIO CXC.

POssidente Henrico Vrsio Casalia Rosciani, Cugnoli, Vacri, Filetti, & Sancti Martini in Provincia Aprutii Citra; Ill. Dux de Medina de las Torres tunc Regni Prorex, indignatus tam contra ipsum, quam contra Abbatem Io. Dominicum de Vrsio, Serenissimi Regis Poloniæ tunc in Romana Curia Internuncium ejus fratrem, quia ipsi non reperiebantur in Regno; misit ad dicta Casalia suam Equitum Lancearioorum turmam, castigandi causa dictos de Vrsio, scribendo Regiæ Audientiæ Civitatis Theatinæ his verbis *He resuelto, que vaya toda mi Compania de lancas ad castigo de Cunolo, Fileto, y S. Martin, que son tierras del Abad Vrsio*, & voluit, ut dicta comitiva substentaretur, non ex bonis dictarum Vniversitatum, sed expensis dictorum Fratrum, sic scribendo dictæ Regiæ Audientiæ. *Aunque por otra carta mia tengo dado orden a esse Tribunal que las Lancas, que he mandado, vayan a las Tierras del Abad Vrsio, y su Hermano, las haga pagar de la hazienda de entrambos*, & inferius: *Encargamos como lo hago, que por el dicho efeto apremia los Erarios de las haziendas del dicho Abad, y su Hermano, y que della paguen el alojamiento, y soccorros de las dichas Lancas.* Cumque universitas Theatina conquereretur de destructione dictorum Casalium ex causa dictæ Comitivæ, & propterea scripsisset dicto Domino Proregi, quod non erant propria dictorum de Vrsio, sed tantum pignorata eorum jurisdictio multis annis

annis retro pro duc. 3600. una cum Castro Vacri, cum pacto de retrovendendo, & ideo exercendo dicta Universitas dictum jus luendi, ex pretio solvendo pro eorum redemptione poterat militibus satisfieri: Responsum dedit dictæ Regiæ Audientiæ, quod si non aderat alius modus dictis Militibus satisfaciendi, exequeretur, quod Universitas Theatina proponebat; pro quarum literarum exequutione facta cessione juris luendi fuerunt vendita dicta Casalia, mediante decreto ejusdem Regiæ Audientiæ Ill. Marchionissæ Piscariæ, in beneficium cujus fuit facta cessio pro dicto pretio duc. 3600 de quibus tamen non fuerunt soluti, nisi duc. 2412.1.0. pro quibus dicti Milites apparuerunt creditores, & revera dicta summa non fuit exbursata per dictam Illust. Marchionissam, sed ex venditione Casalis Cugnoli facta Valerio Valignano, quia Marchionissa habuit tantum nudum nomen, & Casalia prædicta præter dictam alienationem remanserunt in posse ejusdem Civitatis Theatinæ.

Quibus stantibus institerunt dicti Fratres de Ursio, esse manutenendos in possessione dictorum Casalium prætendendo, ab ipsa Universitate fuisse turbatos;
1 cum remedium retinendæ, quod idem importat, quod manutenendæ possessionis competat ei, qui possidet tempore turbationis, juxta dispositionem tex. in *§. hodie, Instit. de interdict. & in l. 1. §. hujus in-*
2 *terdict. ff. uti possid.* nec tantum datur ei, qui justo titulo possidet, sed etiam detentori, ut laté fundat, *Covarruv. pract. quæst. c. 17. num. 3.* latissime *Portol. ad Mol. in verb. appellatio, num. 38.* cum *seq. Cancer. variar. resolut. par. 3. c. 34. n. 34. & 69.* cum *seqq.* cum aliis per *Postium de manuten. observ. 17. per tot.* & nedum sufficit ad obtinendum in dicto interdicto probatio
3 tempore litis motæ, sed etiam si probaretur possessio paulo ante litem motam, *Covar. dict. capit. 17 num. 5. Menoch. de retin poss. remed. ult. numero 18. Gasp. Roder. de ann. red quæst. 18. numero 25. lib. 2. Cancer. d. par. 3. capit. 4. de servitut. to num. 94. Fontanell. de pact. nupt. clauf. 7. gloss. 3 par. 10. num. 50. & 53* qui plures decisiones ejusdem sui Senatus Cathaloniæ cumulat, *Card. Tusc. in verb. mandatum de manutenendo, conclus. 69. num. 1. Postius in loco* proxime citato, *num. 5.* quod tanto
4 magis procedit, quando constat de titulo, quia in isto casu facilius manutentio est concedenda, ut ex *cap. licet causam, de prob.* probat *ibid. Felin. n. 9.* & sic decisum fuit per *Rot. Rom. in decis. 14.* in impressis per *Postium* post *tract. de manuten.*

Probaverunt titulum dicti de Ursio, præsentando cautelas venditionis dictorum Castrorum factæ ab universitate urgentibus illius necessitatibus in anno 1559. Laurentio Grua, mediantibus bannis, & accensione candelæ, cui fuit extincta pro pretio duc. 3600. cum pacto tamen de retrovendendo: qui fuerunt soluti creditoribus Universitatis, à quo postea in anno 1614. fuerunt vendita Vincentio, & Joanni de Capite, à quibus in anno 1621. fuerunt alienata pro eodemmet pretio Antonio Rocco, & per eum vendita in anno 1624. Vincentio Velluti pro persona nominanda per Abbatem Io. Dominicum de Ursio, Seren. Regis Poloniæ Internuncium, qui nominavit Henricum ejus fratrem, qui prævio instrumento emptionis prædictæ, & decreto M.C.V. fuit immissus in possessionem dictorum Casalium in anno 1619.

De turbatione autem tempore litis motæ non poterat dubitari, quia stante ordine Domini Proregia facto Regiæ Audientiæ, ut ex pretio perveniendo ex redemptione dictorum Castrorum solveretur Militibus LancearIis ejus turmæ, Civitas cessit jus luendi Illustr. Marchionissæ Piscatiæ, quæ solutis tantum duc. 2260. obtinuit illorum possessionem.

Pro parte autem Universitatis, & dictæ Ill. Marchionissæ Piscariæ plura dicebantur, & primo, non posse tractari de manutentione, ex quo dicti Fratres de Ursio petierunt restitutionem dictorum Castrorum, & reintegrationem possessionis illorum, cum damnis, fructibus, & interesse; & sic præsupponebant, fuisse in possessione dictorum Castrorum spoliatos, quo casu non habet locum interdictum reti-
5 nendæ, sive mandatum de manutenendo, cum confiteantur cecidisse à possessione, ut probat *Covarruv. in d. c. 17 pract. quæst. Canc. in 3. par. variar. capit. 4. de servitut. num. 28.* plenissime per *Philipp. Massin. dict. 43. per tot. Fontanell. de clauf. 7. gloss. 3. par. 10 num. 52. & 63.* & decisum fuit per *Rotam Rom.* apud *Pur. dec. 419. lib. 2.* quæ est in novissima *dec. 409.* & in recollect. per *Fariaac. c. 704.*

Secundò dicebatur, quod neque potest habere locum remedium reintegrationis sive restituendæ possessionis, quia non fuerunt dicti Fratres spoliati, sed ordine Regiæ Audientiæ pro exequutione ordinis Domini Proregis fuerunt Casalia vendita Illustr. Marchionissæ Piscariæ, & juste dicitur possidere, qui authoritate Judicis possidet, & proinde est manutenendus, *In-*
6 *noc. in cap. ex parte* circa *fin. de restitut. spoliat. Imol. in clem. 1. de cauf. possess. & propriet. Franch. in capit. ad decimas, numero octavo de restitut. spoliat. in 6.* & est *text. in l. juste 6. ff de aquirend. possess.* ubi *gloss.* quamvis sit contra jus litigatoris, *l. qui auctore, ff. de regul. jur. l. meminerat, C. unde vi, l. fin. C. si per vim. vel alio mod.* Ego dixi in *decis. 108. numero 1. & consult. 68. num. 24.* quod tanto magis procedere debet, quia Regia Au-
7 dientia processit de ordine Proregis, in quo casu spoliatus Principis authoritate non restituitur; ut habetur per *DD. in cap. conquerente, de restit. de spoliat. Beroius cons. 60 num. 21. lib. 3. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 52. num. 9. Menoch. de recuper. possess. remed. 8. numer. 56. versic contrarium, Reg. Valenz. cons. 71. num. 7. Gramm. consil. crimi. 169.* immo hoc vitium spolii potest
8 per Principem tolli, *Rusa. cons. 48.* sub *n. 5. lib. 4. Lancellot. de attent. d. par. 2. cap. 15. n. 51.* nec tenetur Princeps ser-
9 vare ordinem judiciarium, *Bald. in l. ult. C. de leg.* quod procedit, nedum in Principe, sed respectu ejus, qui ab eo causam habet, idem *Lancellot. dict. part. 2. cap. 20. limitat. 26. numero quinto.* Et quamvis non fuerit ipsius Principis, sed ejus Vicarii, seu Proregis,
10 tamen idem erit dicendum, quia Proreges funguntur vicibus eorum Principalis, & reputantur pro tempore, quo administrant, uti ipsimet Principes, *Mastrill. de Magistrat. lib. 5. capit. 6. num. 14.* & melius *numer. 80.*
11 majorem enim habent authoritatem, quam habebant Proconsules Romani, *De Pont. titul. de assens. Reg. §. 5. numero trigesimo tertio Surgen. de Neap. illustrata lib. 1. cap. 25. numero 11.* Ego in *consult. 47. numer. 24.* &
12 omnia possunt facere, quæ ipse Rex facere posset, cum illius personam repræsentent, *Tapia dec. 3. vol. 1. Tasson. Pragm de antephat. vers. 2. observ. 2. fol. 41. Alexand. in rubr. de offic. ejus, qui vic. alter. ger. de Pont. in loco* proxime citato, *num. 3.* ad *text. in l. 1. & 2. ff. de offic. ejus, l. si Augusta, ff. de leg. 2. l. 2. & l. si in aliquam, ff. de offic. Procons. Franch. decis 455. num. 2. Maur. Burg.* qui loquitur de Prorege Siciliæ *de mod. proced. ex abrupta q. 51. num. 9.* & quod reputentur uti Principes, eorumque vicibus fungantur, *Marsil. in l. si quis ob repertit. aut 1. ff. de fals. Ant. Scapp. de jure non script. tit. de Princip. cap. 1. Joan. Grand. de bell. exul. q. 1. n. 9.*, multa ego cumulavi *d. consult. 47. n. 20.* cum *seqq.*

Et quamvis prædicta procedere dicebatur respectu omnium prædictorum Castrorum, tamen respectu Castri Cugnoli venditi Valerio Valignano, quia ipse bona fide emit, non poterat tractari de dicta Ca-
13 stri restitutione, nisi fuisset pretium solutum, ipsi exbursatum, ut habetur per *DD. in l. si non sortem, §. si certum ff de cond. indeb. Bald in l. si fundum, qui Lucii Titii, in lect. antiq. ff de rescind. vend. Negus. de pignor. 2 membr. 3. par. qu. 10. num. 20. Ann. in alleg. 22. n. 4.* ubi, quod fundus teneri possit, etiam ob chirographarium debitum

dubium, Dec. cons. 449. num. 22. Gallef. ad form. oblig. Camerar. par. 3. in fin. in quaest. post p. o. essum incid. num. 31. Bart. in l. 3. §. fin. in fin. ff. de acquir. possess. Surd. dec. f. 46. num. 14. & ibi Addent. qui respondit ad Salyc. & alios in auth. qui curat. q. 12. C. de bon. aut. Iudic. possid. redditur ratio, quia ea datione in solutum, sive ex in- 15 strumento, sive per sententiam, aliquod jus videtur quaesitum ei, qui eam accepit, & ideo agens tenetur debitum offerre, l. 1. ubi DD. C. de fid. instrument. & jur. hast. fiscal. lib. 10. Nevisan. cons. 77. numero 12. & creditori dicitur quasi obligata res vendita, & proin- 16 de illi datur redemtio, donec sibi pretium solvatur, l. hereditatis, ff. de hered. vel act. vend. l. Iulianus, ff offerre ubi gloss. Bart. & alii, ff. de act. empt. Negusant de pignor. 4. membr. part. 5. num. 4. Christophor. Martis examinat. 56. 17 numero octavo quod procedit, etiam si nulliter sit vendita, vel insolutum data, l. eleganter. §. qui reprobos, ff. de pignor. Salyc. in l. fin. C. commod. & alii per Mart. loc. cit. num. 11.

Quibus tamen pro parte dictorum de Ursio replicabatur; 18 quoad primum, quod bene ipsi manutentionem possessionis petierunt, quia quamvis naturalis possessio reperiretur occupata per ipsam Civitatem vigore praedictorum allatorum decretorum, tamen civilis semper remansit poenes ipsos, qui eam animo retinuerunt, vigore cujus competebat manutentio, & in consequentiam restitutio naturalis, & ne habet hoc judicium aliquid mixti, quia restitutio naturalis possessionis venit in necessariam consequentiam, ut post Bart. Salycet. Alexand. & alios probat Menoch. de retin. possess. remed. 3. ex numero vigesimo secundo cum seqq. Put. M. dec. 419. lib. 2. quae in novissimis est dec. 409. Card. Mantic. dec. 185. numer. 4. Rot. apud Statilium Pacific. post tract. de salv. interd. decis. 169. num. 6. Eadem Rot. penes Cenetum post tract. de censib. dec. 212. nu. 9. & dec. 211. n. 1. Cavaler. dec. 2. n. 10. & dec. 48. & 86. nu. 3. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 8. tit. 4. diffin. 9. Monach. decis. Bonon. 30. num. 14. 21 & 39. Ludovis. decis. 307. sub num. 14. Coccin. decis. 139. num. 3. & 417. num. 4. Caesar. Barz. decis. 47. num. 9. & 10. Postius, qui alios refert de manuten. observ. 6. ex num. 25. usque ad finem, 19 quod tamen erit intelligendum, quando qui asserit, se spoliatum, ea facti circumstantiis apparet, quod intellexerit de perturbationibus, & molestationibus de facto illatis, & quod animo civilem retinuit, ut post Rot. Rom. in novissimis ea recollect. per Farin. dec. 704. volum. 2. tradit Fontan. de pact. nupt. d. claus. 7. gl. 5. part. 20 10. num. 52 & ideo dicit Postb. loco supra citato nu. 40. quod hoc remedium sit mixtum cum remedio recuperandae respectu naturalis possessionis occupatae, & hoc procedere, etiam si naturalis possessio violenter fuerit occupata, & spoliatus civilem retineret, Menoch. 21 d. remed. 3. num. 35. cum seqq. Post. ubi supra num. 31. qui plures allegat, & hoc, quia civilis possessio animo retenta, trahit ad se naturalem, & Ursill. ad Afflict. decisio. 304. num. 3. Rot. apud Statilium Pacific. in allegata decis. 139. num. 3. & per occupationem naturalis possessionis civilis turbatur, Menoch. loc. citat. n. 27. & ideo naturalem recuperando, dicitur actorem removere turbationem, Ludovis. decis. Rot. Rom. 203. numer. 3. ubi Beltramin. additionator ad num. 6.

22 Dicebatur etiam, quod illa prima supplicatio fuit reformata, & proinde bene procedere interdictum retinendae, quod posse fieri ante partis acceptationem immò ante litem contestatam, probaverunt Ant. Gabr. titul. de confess. conclus. 4. n. 9. & 18. Ias. cons. 21. col. 2. vers. 2. respondetur vol. 3. Paris. cons. 115. num. 31. volum. 1. Socin. in l. edita, n. 58. C. de edend. Mascard. conclus. 328. Sesse decis. Aragon. 138. num. 11. tom. 2. quae remedia procedere etiam in feudalibus, habetur ea Menoch. de 23 retinend. possess. remed. 3. num. 81. Postius in allegata observ. 16. n. 6. qui alios recenset.

Respondebatur etiam ad id, quod secundo loco pro parte conventi dicebatur, videlicet de rescripto Illustriss. tunc Proregis, quod motus fuit ad ita ordinandum, nulla praecedente legitima causa: nam quamvis in Principe semper praesumi debet justa causa, quia ei, quam Princeps expressit, justa est praesumenda, 24 Abb. in cap. se, nisi specialis, de offic. deleg. Felin. in cap. quae in Ecclesiarum, num. 6. de constitut. cum aliis, quae notavi in alleg. consult. 47. num. 90. cum pluribus seqq. Tamen hoc non erit intelligendum, quando tractatur de gravi praejudicio alterius, Paul. de Castr. in cons. 46 colum. final. vol. 8 Anchar. cons. 398. colum. final. Grammat. decis. 65. cum aliis allegatis per Gabriel. conclus. 2. lib. 1. titul. de probat. num. 28. qui num. 29. infert, quod si Princeps vellet aliquem feudo, vel aliis ejus bonis privare attestando, quod sibi constet delicto, non debet in hoc casu stari ejus assertioni, Abb. in cap. quae in Ecclesiarum, col. penult. & ibidem Felin. col. 23. de constitut. Aretin. cons. 165. col. 3. Ias. cons. 34. col. 6. vol. 1. & cons. 86. col. 5. vol. 3. Dec. cons. 544. col. 2. & cons. 445. num. 6. Rum. cons. 7. colum. 7. volum. 1. Et traditur ratio à Dec. d. cons. 445 num. 61. quia non est 25 credendum Principi in eo, quod respicit propriam utilitatem, & quamvis aliqui contrarium teneant, tamen hanc esse magis communem opinionem, testatur Gabriel d. conclus. 2. num. 31. in fin. quo casu ei non creditur, quamvis agat per viam legis condendae, Afflict. super Constitut. Regni, in rubr. de Magistr. Procur. num. 1. Dec. in allegato cons. 445. numero 61. Rum. cons. 3. num. 5. vol. 5. Aym. Cravet. de antiquit. tempor. in 1. part. numero quinto Gabriel. in loco supra citat. num. 26 48. Marcian. cons. 19. num. 6. tom. 2. nec praesumitur in rescribente justa causa, quando tractatur de auferendo alicui dominio, sed erit probanda, & verificanda, Abb. in d. cap. quae in Ecclesiarum, col. 5. vers. hoc dictum videtur satis durum, & ibi etiam Dec. n. 27. de constit. Affl. dec. 166. cum aliis conjectis per Gabr. d. lib. 3. titul. de jure quaesit. non toll. conclusion. 3. numero 1. Dec. cons. 602. num. 15. & 576. num. 13. Grat. consil. 27 col. fin. vol. 2. quoties enim Princeps non potest aliquid facere sine causa, non statur ejus assertioni, quando in suum favorem loquitur, & juri tertio quaesito praejudicat quia debet causa probari, Cravet. cons. 5. numer. 5. Oldrad. cons. 170. Anchar. cons. 198. ubi dicit, clementinam unicam, de probationibus, non procedere, quando Princeps aliquid asserit in tertii praejudicium, aut contra jura, Gemin. consil. 52. Mohed. decis. 278. alias 3. de feud. Isern. in cap. 1. in princ. quo tempor. miles, Mascard. de probat. conclus. 1217. cum aliis adductis per Cancer. var. resolut. par. 3. cap. 3. de privileg. num. 75. cum seqq. & num. 79. hic decisum refert in Senatu Catholoniae.

28 Et vera est conclusio, quod Princeps potestate ordinaria non potest aliquem sine justa causa suae rei dominio privare, Ann. allegat. 44. num. 6. licet aliter forsan esset dicendum, quando per eum fuisset facta aliqua concessio in officium, Loffred. cons. 21. sub nu. 7. Barbos. in l. quia tale, ff. solut. matrim. verum quando tractatur de juribus tertii, praejudicare Princeps minime potest, neque hoc facere absque justa causa, ad text. in l. 2. C. de precib. Imper. offerend. Bart. in l. 2. post gloss. in l. fin. num. 4. C. si contra jus, vel utilit. public. Cancer. d. cap. 3. num. 29. Cyriac. controvers. 33 num. 14. Phoebus decis. 94. num. 5 Et ideo Regia Audientia injuste, & 29 nulliter processit absque partis citatione, quia quamvis Princeps aliquid mandet Iudici exequendum, quando tractatus de tam magno partis praejudicio, requiritur citatio, & causae cognitio, prout est text. & ibi Paul. de Castr. & alii in l. & si non cognitio, C. si contra jus, vel utilit. public. Afflict. decis. 361. numero 16. 30 nam etiam injustus possessor antequam amoveatur est citandus, & debet audiri, Bald. in l. fin. C. de edict. Div. Hadrian. Innoc. in cap. cum olim de privileg. Alex. 31 cons. 1. vol. 2. & propterea non potuit dicta Regia

Audientia

Audientia sic ex abrupto procedere, & præcepto tam injusto obedire, *can. si domin. & can. quis cessit 2. quæst. Gramm. vot. 32. num. 10. Viv. comm. opin. 618.* & alii citati per *Fortun. de pæn. semper. quæst. 97. cas. 2. inspect. 1. num 25. & 27.* sed erit supersedendum, & rescribendum eidem Principi, *Dec. in cap. si quando, de rescript. num. 22. Farinacius loco* proximè cit. *numer. 39.* & expectare secundam jussionem, ad *text. in l. sicut, C. de pagan. & in l. si quando, de rescript. Cyriac. controvers. 39. num. 13. De Pont. de potest. Proreg. titul. 2. de abundant. Civit. §. 3. numer. 14. & seq.* immo nec ipsummet Principem, præsumendum est, velle, quod valeat, quando in dicta jussione non adest clausula derogatoria, *l. rescripta, C. de precib. imperat. offerend. Natta cons. 402. num. 41. Cyriac. loco* proxime cit. *num. 15.* & ideo ex *text. in l. si vendicari, C. de pœn.* dicit *De Pont. de potest Proreg. in princip. num. 33.* quod quando Princeps videtur iratus præcipitanter procedere, Iudex debet retinere exequutionem. Nec præsumendum est, Principem voluisse uti plenitudine potestatis, sed in dubio jure communi, & potestate ordinaria, *Innoc. in cap. innotuit, num. 5 de elect. Decian. cons. 56. num. 65. volum. 2. Bald Paul. de Castr. & Dec. in l. testamentum, de testament. Angel. in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscr.* quod etiam procedit, quamvis actus esset nullus, *Bess. in tit. de Princip. num. 193. Cephal. cons. 342. Bal. in cap. 1. §. item sacram, de pac. jur. firm. Surd. decis. 2. n. 20.*

32 (margin)
33 (margin)
34 (margin)

Quod tanto magis procedit, quando Princeps aliquid mandat male informatus, prout in casu, de quo agebatur, qui a dicto rescripto causam dederunt literæ Civitatis Theatinæ, in quibus certiorabatur Prorex, dictos de Vrsio Castra prædicta possedisse ex venditione facta cum pacto de retrovendendo, tacendo, quod quamvis à principio dicta feuda fuissent empta cum pacto de retrovendendo, tamen cum esset creditor Regius Fiscus dictæ Civitatis, dictum jus luendi ei competens ad instantiam Perceptoris Provincialis fuit expositum venale, & accensa candela, demum fuit extincta oblationi factæ per dictum Henricum de Vrsio pro pretio ducatorum trium mille, qui statim solvit dictam pecuniæ quantitatem dicto Regio Perceptori, & fuit dictum jus luendi, quod Vniversitas habebat extinctum, & dominium dictorum Castrorum remansit ad beneficium dictorum de Vrsio absque pacto de retrovendendo; quod nedum non fuit expressum Principi, sed fuit assertum dictum pactum de retrovendendo adhuc esse Vniversitatis, & sic non mirum, si dictus Prorex mandavit procedi ad illius venditionem, prout cum effectu Vniversitas cessit dictum ius luendi, quod non habebat, Illust. Marchionissæ Piscariæ, quæ solvit partem dicti pretii. Et proinde de dicto rescripto facto à Principe tanquam male ab eadem Civitate informato nullam esse habendam rationem, quia quod agit Princeps ad partis postulationem, differt ab eo, quod agit motu proprio, & eo casu dicitur spoliatus à parte, quæ Principem precibus ad hoc impulit, *l. 2. Cod. de bonor. petit. subl. lib. 10. Rom. cons. 436 colum. 7. numer. 19. Gramm. decis. 65. numer. 31.* & alii, quos refert *Marcian. cons. 47. num 17. volum 2.* & nunquam præsumitur, Principem velle aliquid contra jus, *Iason in dict. l. rescripta, numero 1. Bardell. consil. 111. numero 49.* Hinc male agunt Principes, qui ad prædicta rescripta procedunt absque causæ cognitione, & absque consilio Magistratuum, ut dicit *Paris de Put. in tract. de syndic. cap. 1. numer. 18. De Pont. de potest. Proreg. tit. de deleg. caus. numer. 11. cum seqq.* ad quod *num. 25.* affert verba *text. in cap. novit, de his, quæ fiunt à Prælat. absque consens. capit.* ex quo *text.* dicit *Luc. de Pen. in l. omnes Iudices, C. de decur. lib. 10.* quod omnia, quæ fiunt absque consilio eorum, qui intervenire debent, sunt nulla. Cumque in proposito, causa, ex qua motus fuit Prorex ad prædicta mandandum Regiæ Audientiæ, cessaret, cessare etiam debebat dictum rescriptum, *Tiraq. in tract. cessa. n. caus. part. 1. num. 50. & 51. Cyriac. contro. 53. n. 15.*

35 (margin)
36 (margin)
37 (margin)

Nec tandem dicebant; obstare oppositionem respectu Castri Cugnoli empti à Valerio Valignano, quia illa conclusio, quod non restituto pretio possit emptor rem emptam retinere, donec sibi pretium solvatur, ex *text. in dict. l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indeb. & ibi DD.* procedit in eo casu, quando ex nulla venditione res pervenisset ad emptorem pro ejus credito; quia tunc locum habere posset retentio, per ea, quæ dixit *Ann. dict. alleg. 22.* qui ad hoc citat *gloss. in dict. l. fundum, qui Lucit ff. de rescind. vend.* quæ loquitur in retentione competente emptori pro pecunia debita, vel quia fuit res in solutum data pro ejus credito, vel quia pretium exbursatum pervenit in posse venditoris, & ita etiam loquitur *text. in l. emptor, ff. de act. vendit. & text. in l. si non sortem, §. si centum,* ubi *DD. ff. de condict. indeb.* ibi: *ager autem detinebitur, donec debita pecunia solvatur* & ita declarat *Surd. in dict. decis. 46.* cum aliis allegatis: secus autem, quando ipsi de Vrsio non erant debitores, nec pecunia soluta per Valignanum pervenit ad ipsos: immo ipsemet idem emptor, qui erat naturalis Civitatis Theatinæ sciebat, vel scire debebat, pactum de retrovendendo non esse amplius penes dictam Vniversitatem, sed fuisse ad instantiam Regii Fisci venditum eisdem de Vrsio.

38 (margin)
39 (margin)

Quibus discussis in Collaterali Consilio die 8. Octobris 1646. fuit dictum, infra quatuor dies audiantur partes respectu omnium interesse habentium, & interim restituatur Henrico de Vrsio tenuta Casalium Vacri, Filetti, & Sancti Martini detentorum per dictam Vniversitatem, salva provisione facienda respectu Castri Cugnoli venditi dicto Valerio Valignano in qualibet parte judicii. Et fuit dictum, quod restituatur tenuta, quia non apparebat; super venditione fuisse adhuc interpositum Regium assensum, sine quo non transit dominium rei feudalis, *cap. 1. de prohib. feud. alienat. per Federic.* ubi *DD.* Cumque pro parte Universitatis Theatinæ fuisset petita restitutio in integrum, die 9. Maii 1647. fuit dictum, non esse deferendum. Penes Lombardum Regium à mandatis Scribam. Et fuit etiam in dicta restitutione in integrum per aliquos ex Votantibus consideratum quod adversus summarissimam possessionem non est admittenda in integrum restitutio, ad finem impediendi exequutionem sententiæ *Menoch. de retin. possess. rem. ult. nu. 54. & 55. Boccac. de interd. c. 17. in fin. Contard. de moment. possess. limit. 8. num. 21. vers. intellige, & limit. 6. memb. 2. num. 8 Scacc. de appell. c. 2. qu. 17. Grattan. discept. forens. c. 74. num. 19. cap. 310. num. 7. & c. 384. nu. 22. Ricc. collect. dec. 34. Capyc. dec. fiev. 13.* qui loquitur etiam in minore, vel alia persona privilegiata, *Affl. & ibi Vrsil. in dec. 169. Capel. Tholos. & ibi Addentes q. 106. Valasc. dec. 74. n. 13 tom. 1. Beninten. dec. 79. nu. 9. Seraphin. decis. 897. n. 2. Covar. pract. quæst d. c. 17. sub nu. 4. Christoph. Paz de tenuta c. 2. nu. 28.* & cæteri per *Postium de manuten. observ. 506. ampl. 7. n. 75. vers. amplia 7.*

40 (margin)
41 (margin)

Michael Angelus Grizius.

OBSERVATIO IN DECIS. CXC.

SVMMARIVM.

1 *Princeps id, quod agit, debet agere sine injuria alicujus.*

2 *Princeps an possit suo arbitrio, & voluntate tollere rem à subdito, cujus dominium habet, seu jus in re acquisitum.*

Princeps tenetur justitiam facere, & non auferre rem invito Domino rationabiliter.

3 *Princeps an possit privare vassallum feudo, etiam gratis concesso.*

4 *Princeps propter publicam utilitatem, an possit tollere jus quæsitum tertio, & alicui privato in re sua præjudicare, & illi rem propriam auferre.*
Et an si tollat per viam legis generalis, ibid.
5 *Princeps an possit alteri tollere jus quæsitum per contractum.*
6 *Princeps dicitur lex animata in Terris.*
7 *Princeps uti videtur jure communi, & non plenitudine potestatis, si id non constat.*
8 *Verba generalia Principis non sunt tenaciter secundum eorum corticem intelligenda, sed secundum juris intellectum.*
6 *In Principe militat ratio, quæ militat in lege.*
Mens Principis talis præsumitur, qualis legis scriptæ, & præsumitur velle, quod jura volunt, ibid.
Principis dispositio intelligenda est, quæ eadem cum lege videtur, ibid.
10 *Princeps debet habere unum calamum, unam linguam, & debet esse immobilis, ibid.*
Principi conveniunt verba: Semel loquutus est Deus, & Quæ scripsi, *ibid.*
In Principe debet esse constans voluntas, ibid.
11 *Principibus gravissimum est fidem fallere, quia non essent boni, si fidem non servarent.*
12 *Princeps non utitur plenitudine potestatis, nisi ex maxima causa, & ratione, aliàs esset plenitudo tempestatis, & iniquitatis.*

AD corroborationem hujus decisionis, infrascripta breviter observabo.

1 Primò id, quod Princeps agit, debet agere sine injuria alicujus, *l. nec avus, C. de emancip. liber. l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ. Afflict. decis. 286. num. 3.*

2 Secundò, Princeps non potest suo arbitrio, & voluntate rem à subdito tollere, cujus dominium habet, seù jus in re acquisitum, quia etiam Princeps tenetur justitiam servare, & non auferre rem invito Domino rationabiliter, *Meroll. tom. 3. de privileg. disput. 16. cap. 7. nu. 142. in fine. fol. 176.* Hinc fit, ut non possit Princeps

3 privare vassallum feodo, etiam gratis concessu, quia transit in vassallum utile dominium feudi, *Meroll. ibidem num. 143.* & de hac quæstione vide, quæ latè dixit *D. Ioann. Baptista Confalonus in responso pro statu Amalphiæ*, quod supra adduxi in calce *observat. ad dec. 174. fol. 181. & seqq.*

4 Sed an Princeps propter publicam utilitatem possit tollere Ius quæsitum tertio, & alicui privato in re sua præjudicare, ac illi rem propriam auferre; de quo *D. Reg. hic num. 28.* & de hac quæstione latissimè tractat *Dian. part. 11. tract. 7. resolut. 5. per totam*, discurrens pro utraque opinione, & adducens innumeros Doctores, tandem determinat, quod Princeps id facere potest, propter publicam utilitatem auferens rem, vel dominium alicui privato specialiter & particulari personæ, ad *text. in l. opus, C. de oper. public.* sed tenetur recompensare, & restituere pretium, æstimationem, vel excambium, cui ablata est, & damnum passo reficere, prout tenuit etiam *D. Regens noster consult. 41. n. 3. 21. & 69. tom. 1.* ubi in fine *num. 80.* ità fuisse judicatum refert ad favorem Principissæ Hostiliani, quæ cum haberet scapham in quodam flumine: & in eodem

5 constructus fuisset Pons; fuit ordinatum reficiendum esse damnum dictæ Principissæ. Secus verò si tollatur per viam legis generalis pro bono publico, quia tunc nulla restitutio fieri debet, prout idem etiam dixit *D. Regens in d. consult. num. 4.* quod probat *d. Dian.* rationibus, & auctoritatibus DD. tùm Theologorum, tùm Legistarum, & citat etiam *d. consult. 41. d. D. Reg. nostri.*

5 An autem Princeps possit tollere jus quæsitum alteri ex contractu, multi negant, ut per *Cephal. consil. 502. num. 116. & seq. Surd. decision. 174. num. 7.* Et de hac quæstione etiam latissimè *D. Confalonus in supracit. responso pro statu Amalphiæ, ut sup. fol. 181. post obser. 174.*

6 Tertiò, Princeps dicitur lex animata in terris, *§. penult.* ubi *glos. auth. de consul. Affl. decis. 299. num. 14. Surd. dec. 2. n. 23.*

7 Quarto, Princeps Iure communi uti videtur *Innocent. in cap. innotuit, de elect. num. 5.* citatus à *D. Regente num 34.* & in dubio non censetur uti plenitudine potestatis, etiam si actus sit nullus, ut dixit idem *D. Regens*, quia debet constare, quod voluit uti potestate Regia, *Surd. d. decis. 2. nu. 19. & 20.*

8 Quintò, verba generalia Principis non sunt tenaciter secundum eorum corticem interpretanda, secundum juris intellectum, *glo. in cap. allegans, in verbo taxare 26. q. 7.*

9 Sexto, in Principe militat ratio, quæ militat in lege, *Bart. in l. 1. num. 16. in fin ff. de condict. indeb.* & talis præsumitur Principis mens, qualis est legis scriptæ, & præsumitur velle, quod iura volunt, ac Principis intelligenda est, quæ eadem cum lege videtur, *Surd. d. decis. 2. n. 24. & 25. & cons. 333. n. 20.*

10 Septimo, Princeps debet habere unum calamum, unam linguam, & debet esse immobilis sicut lapis angularis, cui conveniunt verba, *Semel loquutus est Deus*, & *Quod scripsi scripsi. Dec. cons. 689. num. 19. tom. 2. Vrsill. ad Afflict. decis. 282. num. 5.* & in Principe debet esse constans voluntas tanquam in fonte justitiæ *Dec. ibid. num. 17.*

11 Octavò, Principibus gravissimum est fidem fallere, quia non essent boni si fidem non servarent, *Surd. cons. 419. n. 48.*

12 Nonò, Princeps non utitur plenitudine potestatis, nisi ex maxima causa, & summa cum ratione, aliàs esset plenitudo tempestatis, & iniquitatis, *Cardin. in clem. pastoralis, de re judic. Surd. ibid.*

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Immunitas Nundinarum an comprehendat impositiones de novo indictas, & quid quando dictæ impositiones sunt impositæ pro bono publico. Et an, & quando per alienationem, sive insolutum dationem dictæ novæ impositionis factam in beneficium tertii, intelligatur privilegium prædictum Nundinarum revocatum.

Ius Fundaci in quibus differat à jure Dohanæ, vel alterius impositionis indictæ ratione contractationis: & an observantia in una, vendicet sibi locum in alia.

SUMMARIUM.

1 *Nundinantes tempore nundinarum sunt liberi pro accessu, recessu, & mora.*
2 *Nundinarum privilegia quando per Principem tolli possunt.*
3 *Princeps non præsumitur quod faciat aliquid in tertii præjudicium.*
4 *Privilegii verba, quando tractatur de tertii præjudicio debent strictissime interpretari, etiam verba improprianda, & quod taliter impropriata viderentur otiosa, & superflua.*
5 *Privilegium non tollit jus tertio quæsitum, nisi de primo loco concesso mentionem faciat.*
6 *Nundinæ non conceduntur Civitatibus, nisi cum causa cognitione.*
7 *Nundinæ non possunt concedi, nisi à Principe.*
8 *Titulus resultat etiam ex probatione continuata possessionis.*
9 *Privilegium declaratur ex observantia, & possessione subsequuta.*

10 *Possessio*

10 *Possessio antiqua'a vim legis obtinet.*

11 *Consuetudo, & Privilegium aquiparantur.*

12 *Proreges male, & nulliter procedunt in rebus concernentibus justitiam, sine consilio eorum, qui à Rege sunt destinati.*

13 *Immunis à gabellis si semel, aut pluries solvat, non sibi prajudicat quoad futuras solutiones, & n.16.*

14 *Privilegium immunitatis non tollitur per unum actum solutionis immunitati contrarium, nisi quando continet effectum momentaneam.*

15 *Privilegium immunitatis quanto tempore prascribatur, remissive.*

17 *Bona fides cessat, & apparet mala, qua prascriptionem impedit, quando constat de titulo invalido, & injusto.*

18 *Protestatio conservat jus protestantis, & juvat etiam absente adversario, num. seq.*

20 *Illatio non potest fieri ex diversis.*

21 *Argumentum à simili quando habeat locum.*

22 *Ius Fundaci, & Dohana sive Platea in quibus differant, & n.26.*

23 *Commodum, & onus sunt correlativa.*

24 *Ius Platea sive Dohana tempore Romanorum erat octava pars,*

25 *Ius Dohana solvitur ratione contractationis.*

27 *Gabella, seu vectigal inspecto jure communi non solvitur, nisi quantum verba impositionis sonant.*

28 *Edictum prohibitorium non tenet, quando aliquid asportatur per transitum.*

29 *Statuto prohibente extractionem frumenti à Regno sub pœna, non potest exigi dicta pœna ab eo, qui illud emit extra Regnum per quod transit perveniendi causâ ad locum destinatum.*

30 *Dictio* etiam *extendit dispositionem statuti ad alium casum, prater expressum.*

31 *Mercatores virtute schala franche quod tempus habeant ad extrahendum merces immissas.*

32 *Nullitatis proposita adversus decreta, si sint rejecta, non prohibetur succumbentibus uti remedio ordinario reclamationis.*

33 *Cessante causa; debet etiam cessare juris dispositio.*

34 *Princeps potest derogare privilegio immunitatis ex causa publica utilitatis.*

35 *Princeps si aliquid concessit, vel donavit, potest donationem, vel concessionem revocare, & justa causa revocationis est, quia ipse concessit.*

Intellige, ut n.50. & 51.

36 *Princeps potest revocare privilegium gratuito concessum, etiam inaudito privilegiato.*

37 *Nundinarum exemptio non servatur in hoc Regno.*

38 *Fiscus si lædatur ex concessione exemptionis, nullatenus debet attendi privilegium.*

39 *Privilegium non solvendi gabellas, dicitur privilegium arganvum, quod nunquam potest dici exequutoriatum.*

40 *Qui omnia dicit, nihil excludit.*

41 *Privilegia in corpore juris clausa, censentur abrogata per legem posteriorem.*

42 *Res alienari prohibita semel effecta alienabilis, semper alienabilis fit.*

43 *Observantia, & stylus posterior, derogat priori.*

44 *Consuetudo nova est servanda in materia vectigalium; veteri consuetudine non obstante.*

45 *Schala franca quid importet.*

46 *Immunis vendenti non immuni, emptor tenetur solvere gabellam, non obstante, quod immunis ex ista solutione facienda ab emptore vilius cogatur vendere.*

47 *Immunitas venditoris est intelligenda quoad fructus propriorum Territoriorum, quia non tenetur solvere gabellas interpositas mercatoribus.*

48 *Negotiatio non dicitur, quando quis vendit triticum, vinum, vel oleum, ex propriis Territoriis recollectum.*

49 *Prascriptio immemorialis habet vim privilegii, & inducit prasumptionem juris, & de jure pro titulo, & concessione privilegii.*

51 *Principis voluntas, quando ipse velit concessionem factam revocare, debet clare constare, nec sufficit per subauditam intellectum.*

DECISIO CXCI.

PRætendebant Gaspar de Romer, & Joannes Vandeymne Mercatores Belgi (quibus fuerunt datæ in solutum duæ impositiones granorum 25. pro qualibet uncia super mercimoniis, quæ immittebantur in Regia Dohana, & majori Fundaco Civitatis Neapolis, & aliis Fundacis jurisdictionis ejusdem Dohanæ, & ab ipsis extraherentur, solum exceptuando pisces salitos, oleum, caseum, & alias res similes, super quibus solvere debebatur granum unum pro quolibet rotulo pro ducatis 41142S. 2.15.) exigere dictam impositionem, etiam in Nundinis, quæ celebrantur in Civitate Salerni, in festo Divi Matthæi Apostoli.

Dictæ exactioni se opposuerunt eadem Civitas, & Mercatores, à quibus erat facienda exactio, prætendendo, non posse fieri durante tempore Nundinarum, quia eis obstabat, & jus commune, per quod eo ipso, quod concessæ sunt alicui Civitati Nundinæ, 1 Negociatores immunes sunt ab omnibus datiis, & pedagiis, Nundinantes enim liberi sunt tempore Nundinarum pro accessu, recessu, & motu, ut habe- 2 tur in *l. unica, & ibi Bald. C. de nundin.* & etiam privilegia concessa pro Nundinis, quæ quamvis tolli possint per Principem, ut per *Natt. cons. 511. & 512.* tamen hoc est intelligendum, quando expresse Nundi- 3 nas revocaverit, nunquam enim præsumitur, aliquid fecisse Principem in tertii præjudicium, *l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. l. nec avus, C. de emancip. liber. cap. quamvis, de rescript. in 6.* & hoc procedit, quamvis verba privilegii essent ampla, *Ruin. cons. 68. vol. 4. Rovit. in peagm. 1. nu. 12. & 13. ubi de* 4 *delict. agi oport.* ubi quod verba privilegii, quando tractatur de tertii præjudicio debent strictissime interpretari, etiam verba impropriando, & quod taliter impropriata videremur otiosa, & superflua, *cap. super eodem extra de offic. deleg.* ubi *Dec. in prima limit. vers. & hoc intelligendum, Clapper. caus. 8. q. 2. num 1.* & pri- 5 vilegium nunquam intelligitur tollere jus tertio quæsitum, *Gomes. ad regul. Cancell. de jur. quæsit. non tollen. Menoch. cons. 36. num. 58.* nisi de privilegio primo loco concesso mentionem faciat, *cap. caterum, de rescript. Federic. de Sen. cons. 133. in princip.* & quod requiratur specifica, & individua mentio, nec sufficiant clausulæ generalis derogationis, *Calderin. cons. 126.* alias 11. *de privileg. Coen. cons. 140. num. 14. lib. 1. Covar. in 2. par. relect. in cap. possessor, de regul. jur. num. 4.* Ego dixi in *consultat. 66. num. 20.* cum *seq.* quod tamen est intelligendum de jure jam tertio quæsito, licet aliter esset dicendum de jure quærendo, *Marc. Anton. Cucch. de merat. prascript. vers. consuetudo. n. 166.*

Quod tanto magis erit intelligendum in privile- 6 gio Nundinarum, quæ nunquam consueverunt Civitatibus concedi, nisi cum causæ cognitione, & prius Civitatibus, & Pagis vicinis adjacentibus, quorum interesse posset, auditis, *Ias. in l. fin. num. 13. & 20. ff. de constit. Princip. Afflict. in cap. Si quis investierit, n. 19. de feud. dat. in vic. leg. commiss.* & de hac practica testatur 7 *Gayl. practic. observat. lib. 1. cap. 66. num. 25.* nec Nundinæ concedi possunt, nisi à Principe, *Thesaur. decision. 264.* ubi *num. 5.* dicit, quod Civitates convicinæ ad decem milliaria possunt impedire, novas Nundinas, vel Mercatum fieri, ubi etiam *Thesaur. filius*, & tra-

ctant etiam *Azevod.lib.8.tit.14 num 33.& lib.9.tit.20.l.1.num 1.Gratian discept forens.cap.564.num.6*. Et cum antiqua, & satis clara sint privilegia concessa à retro Regibus, ut in Nundinis Salerni omnes Negotiatores sint immunes à qualibet solutione, & impositione, & Dohana, de quibus sunt in possessione, vigore etiam diversarum provisionum, tam Collateralis Consilii, 8 quam Regiæ Cameræ, ea iliis nedum resultat probatio continuatæ possessionis, verum etiam ostenditur titulus, ut fundat *Reg.Lanarius cons.27. num.27. versic. ulterius veritas*, cum *seqq.*

Nec videtur dictis privilegiis derogatum, nec tacite, nec expresse per dictas novas impositiones venditas ab Excellentissimo Duce de Medina de las Torres, tunc Prorege cum tantum exigi debeant in Regia Dohana Civitatis Neapolis, & in omnibus locis, ubi dicta jurisdictio extenditur: & sic est intelligendum, quatenus exactio esset facienda in Civitate Salerni, non tamen tempore Nundinarum, cum nulla sit facta mentio de tempore, quo in dicta Civitate Nundinæ celebrantur, etiam in honorem Divi Matthæi Apostoli, cujus venerandum Corpus in Majori Ecclesia dictæ Civitatis conservatur, & proinde in die celebrationis ejus festi incipiendæ.

9 Quibus addiciabatur, quod ex observantia, & possessione subsequuta privilegium declaratur, *cap. cum dilectus, de consuetudine*, cum aliis concordantibus: & ideo cum à tempore immemorabili semper ementes, & vendentes in Nundinis prædictis Salerni fuerunt immunes à quibusvis gabellis, & impositionibus, debebant in ipsa possessione conservari: & nedum hæc immunitas fuit observata in Nundinis Salerni, sed etiam in Nundinis Aversæ, & aliarum Civitatum & Terrarum hujus Regni, ad beneficium quarum fuerunt expeditæ provisiones, præcedentibus 10 decretis Regiæ Cameræ: quæ antiquata possessio vim legis obtinet, *l.1 §.fin.ff.de aqu.pluv.arc.*ibi, *vetustatem vicem legis obtinere*, & habetur etiam in *l.2. in verbo* 11 *vetustas, ff. eod.tit.* & consuetudo, & privilegium æquiparantur *gloss.*magistralis, in *l.3. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiv.* & in terminis concessionis pedagii, guidagii, salinarii, vel similium adest *text. in capit. super quibusdam 26. §. præterea, de verbor. signif.* De *Pont.d cons.2.nu.8. Castill.decis.66.nu.20. Barbos.de jure Ecclesiast. lib.3.c.26.§.1.nu.52.Valenz. cons.114.n.40 lib.2.* ubi alios allegat.

Nec prædictis obstare dicebatur, quod in Nundinis Foggiæ, & in eisdem Nundinis Salerni fuerit facta exactio dictorum dirictuum; quia fuit hoc de facto attentatum, & contra formam decretorum quondam Regentis Ferdinandi Branciæ Ducis Belvederi, & decretorum Regiæ Cameræ, nam exactio fuit facta violenter, cum Chirografo, sive Viglietto Suæ Excellentiæ per Scriptorium, de negotio, & de 12 decretis Regiæ Cameræ, & dicti Regentis Branciæ, non informatæ, & male, & nulliter proceditur per Proreges, quando absque consilio eorum, qui à Rege sunt sibi destinati procedunt, & aliquid mandant in rebus concernentibus justitiam, ut dixit *Reg. de Pont. de potest.Proreg. in tit.de delegat.causar.n.21.*cum *seqq. Paris de Put in tract.de sindic. capit.1. num.18.* & diximus supra *dec.190.num.56.in fin.* Nec ipsi Civitati Sa- 13 lerni, & Mercatoribus præjudicare potest, quia immunis à gabellis, si semel, aut pluries solvat, non sibi præjudicat quoad futuras solutiones, *Alex. cons 33.* 14 *num.5.vol.5.* ubi in specie loquitur de privilegio Nundinarum, & quod privilegium immunitatis non tollitur per unum actum contrarium solutionis, nisi quando continet effectum momentaneum: secus si actus est reiterabilis, & habet tractum successivum, *Abb.* & alii *Canonistæ in cap. cum accessissent, num.7 de* 15 *constitut. Lanar.cons.41 in fin.* ubi dicit, quod privilegium immunitatis non præscribitur, nisi spatio quadraginta annorum, & ultra, & solutio facta per ali- 16 quos Particulares, immunitatem non tollit, & immunis à datiis, & gabellis, si semel, vel pluries solverit, sibi in illo actu præjudicat, sed non in futuris, *Camill. de Medic.cons.63. num.5. Lanar cons.27.n.49.* 17 diximus in *consultat 67.num.30. & 31.* quia quando constat de titulo invalido, & injusto, cessat bona fides, & apparet mala, quæ præscriptionem impedit, *cap. fin. de præscript. Ozasc.decis.101.num.36. Io.Franc.del.Castell. decis 12.n.16.*

Quibus etiam accedit, quod exactio prædicta fuit facta cum maxima repugnantia, & per vim, & violentiam vigore dicti Chirografi, seu Viglietti per Scriptorium, & ideo pluries protestati fuerunt, quæ protestatio conservat jus protestantis, *l.si debitor, §.1.ff.quibus mod. pign.vel hypoth solvat.Dec.cons.42.in fin.Surd. de alim.tit.9.q 25.num.135.Gratian. discept.forens. c.515. num.7.* ex ea enim probatur, non adfuisse in dicta solutione consensum; *Boer.decision.100.num.10.* quæ prote- 19 statio juvat etiam absente adversario, *gloss. in l. qui aliena, §.Celsus. ff.de acquir.hæred.Bald.cons.265.nu.6. vol.5.*

Rursus, nec prædictis dicebatur obstare aliud Partis motivum, nempe quod exigitur in dictis Nundinis Salerni jus Fundaci ad rationem granorum viginitiquinque, & sic grana decem ultra jus Fundaci, quod antea exigebatur ad rationem gran. 15. pro uncia, & hoc vigore novæ impositionis super dicto jure Fundaci: ex quibus inferebatur, non esse verum, quod in dictis Nundinis immunes sint Mercatores à novis impositionibus, quia sicut exiguntur novæ impositiones super jure Fundaci, ita etiam in dictis novis duabus impositionibus grano- 20 rum vigintiquinque. Quia respondebatur, quod ex diversis non potest fieri illatio, *l. Papinianus exulta,* 21 *ff.de minoribus*, & argumentum à simili non potest dari, quando aliqua potest esse dissimilitudo, sive diversitatis ratio, *Frederic.de Sen.cons.67. num.30.* quod procedit, quamvis dissimilitudo esset parva, post *Anton.de Butr.* & alios tradit *Everard.in loco à simili, in 4.fallent.num.11.in fin.*& sufficit quælibet dissimilitudo, *Dec. in cap. translato in 2. notab de constitut. Menoch. cons.208.num.130 Surd cons.393. num.36. lib.3. & cons.* 22 *50.num.55.lib.1.* Et maxima constituitur differentia inter dictas duas impositiones: nam jus Fondaci est quoddam onus, quod exigitur pro salario Alberghi, sed istæ duæ impositiones exiguntur ratione contractationis, tanquam augmentum Dohanæ, sicut etiam alia annis retro imposita ducatorum quinque pro singulis centum, & magna est differentia, & diversitatis ratio inter jus Fundaci, & jus Dohanæ, sive Plateæ quia jus Fundaci, sive Alberghi fuit introductum ab Imperatore Federico, & exigitur ad rationem ducatorum duorum cum dimidio pro centenario, ut habetur etiam ex *Rit.Reg. Camer.in tit.de jur.Fundaci, §. si poneremur merces,* & in *Constitut. Regni* incipiente *Magistros Fundacarios*, & dicitur jus reale, quia exi- 23 gitur ratione rei, quæ in Fundaco, sive Albergho detinetur, & conservatur, nam qui habet commodum, debet habere onus, ut notant *Dec. Salyc. & Bal. in rubr.C.de reb credit.*& idem *Bald.in l.si prædium,C.de ædilit.action.*& solvitur semel tantum, ita ut semel soluto hoc jure Fundaci, non potest illud amplius pro 24 dicto Albergho in alio Fundaco exigi: Ius vero Plateæ, sive Dohanæ solvitur ad rationem granorum 18. pro uncia; & sic ad rationem ducator. trium pro centenario, quod tamen tempore Romanorum Imperatorum erat octava pars, *l.ex præstatione, C. de vectigal.* & fuit introductum de jure communi, ut habetur ex *l.debet 27.§ quod ergo, qui forte, ff.de ædilit.edict.*ubi *gloss. in verbo sequeretur* declarat illud verbum, *quod solutum fuit ab emptore*, ut intelligatur ratione rei, & sic contractionis rei venditæ, quod etiam habetur

ex

ex *Rit. Reg. Camer. de jure Dohanæ, in principio.*

25 Ex qua solvitur ratione contractationis ideo quoties res contractatur, debet solvi jus Dohanæ; hinc dici solet *uno Fundaco, & cento Dohana*, ut dixit *Regens Moles* in suis *decisionibus manuscriptis in titul. de jure* 26 *Fundaci*, §. 2. qui amplius dat alteram differentiam, quod hoc jus Dohanæ non solvitur à Civibus in propria patria, sed ab Exteris, jus vero Fundaci ab omnibus exigitur.

Prætendebant etiam dicti Gaspar de Romer, & Ioannes Vandeymne exigere dictas duas impositiones, etiam ab iis, qui per transitum applicant in maritima Salerni in loco, ubi dictæ Nundinæ celebrantur, & etiam ex his bonis, quæ extrahuntur à Regia Dohana Neapolis pro dictis Nundinis Salerni, prout supra fuit fundatum.

27 Verum respectu dictæ prætensionis nonnulla dicebantur: & primò, quia jure communi inspecto gabella, seu vectigal non solvitur, nisi quantum verba impositionis sonant, & ideo imposita pro rebus, quæ à Regia Dohana extrahuntur, non solvitur pro his bonis, quæ conducuntur in eam, eo animo, ut ibi non permaneant, sed pro his tantum solvitur, quæ ibi permansura sunt, ita post alios fundat *Rnin. consil.* 12. *num.* 4. *lib.* 5. quem sequitur *Surd. cons.* 313. *in fine, lib.* 3. & de communi opinione testatur *Farinac. in prax. criminn. quæst.* 28. *num.* 69. quod fundari potest ex *text. in l. si quis post hanc, C. de ædific. privat.* ubi stante prohibitione, quod columnæ marmoreæ non possint de Civitate ad Rura transportari, & hoc, ne Civitas deformetur, non procedit, quando de una Civitate ad aliam transferuntur, vel de una possessione ad aliam, quia idem decus publicum est, & hoc, etiam si per muros, vel per Civitatem transferantur: & est 28 ratio, quia per transitum edictum prohibitorium non tenet, & ideo *gloss. Accursii in verbo solummodo* hanc *legem* intelligit, etiam in mercibus aliunde delatis, nam non continentur sub banno de extrahi prohibitis, ex quo *text. DD. in l. cætera, §. sed & si quis ff. de leg.* 29 1. inferunt; ut stante statuto, quod non possit frumentum extrahi à Regno sub pœna, illa non potest exigi ab eo, qui illud emit extra Regnum, sed transit per Regnum, perveniendi causa ad locum destinatum, quod etiam sequitur *Ruin. dict. consil.* 112. *numer.* 5. & hanc opinionem tenuerunt *Cyn. Faber, Alberic. & Angel. in dict. l. si quis post hanc, C. de ædific. privat. l. fer. in rubric. quæ sint regal. in ultim. colum.* ubi, quod si quis veniret ultra mare cum equis, & armis, & transiret per Regnum Siciliæ, posset ea conducere extra Regnum, sine Regis licentia, non obstante prohibitione extrahendi à Regno, sequitur *Boer. decis.* 178. *n.* 12. *Afflict. in cap. 1. dict. tit. quæ sint regal. in verbo vectigalia, n.* 115. *Farinac. dict. q.* 28. *n.* 69. *& Peregrin. de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 30.

Et demum dicebatur, quod id, quod est de jure communi statutum, tanto magis observari debet ex concessione schalæ franchæ, præsertim *in cap.* 8. ubi in specie dicitur, quod si merces immissæ in Nundinis non venderentur durante tempore Nundinarum, quod extrahi possunt per mare absque solutione diricttuum, etiam extra Regnum, quæ dictio 30 *etiam* includit exactionem, quæ fit per Regnum, & extendit dispositionem statuti ad alium casum, præter expressum, *clem.* 1. *§. fin. de sent. & re jud. Menoch. cons.* 901. *num.* 36. & semper stat argumentative & ampliative, *l.* 3. *C. de testib. Surd. decision.* 8. *numer.* 18. *Barbos. de action. usufr. eq. dict.* 112. *num.* 9. 10. Cumque Mercatores virtute dictæ schalæ franchæ habeant tempus 31 anni ad extrahendum merces immissas, & etiam alterius anni, soluta tertia parte diricttuum, & pro tertio anno duabus partibus illorum pro rebus in Nundinis non venditis, nullo modo possunt inquietari, sed debet expectari tempus præfixum in dicta schala franca, & postea exigere ratam diricttuum, juxta formam ipsorum.

Ex quibus motus Ill. q. Regens Ferdinandus Brancia Dux Belvederii, & tunc Delegatus dictæ Civitatis Salerni, cui etiam mediante memoriale porrecto per dictam Civitatem fuerat per S. E. remissum, quod de justitia provideret, die 26. Septembr. 1643. domi interposuit decretum, quod servata forma decreti Collateralis Consilii lati in anno 1641. non exigatur impositio ratione ponderis impositi in Regia Dohana, & signanter gr. 25. pro uncia in Nundinis Salerni. Et eodem die sic etiam reperiebatur provisum per R. C. ad relationem Illust. Antonii Caraccioli Marchionis S. Sebastiani, tunc Præsentis dictæ R. C. nunc vero meritissimi Regentis, meique Collegæ, & Compatris dilectissimi, morum suavitate, doctrina, ac perspicacia ingenii nemini secundi, quod infra decem dies audiantur Partes, & interem bona, quæ expediuntur in Nundinis Civitatis Salerni tempore franchitiæ, expediantur absque solutione impositionum v. gr. 25. pro uncia, prævia annotatione dictorum bonorum expediendorum, pro quibus Cives Neapolitani se obligent, & Exteri præstent cautionem de solvendo dictas impositiones ad omnem ordinem R.C. seu Domini Præsidentis Commissarii; de quo decreto fuit per possessores dictarum impositionum dictum de nullitate, & de omnibus aliis cum esset facta relatio die 22. Septem. 1644. per Spectabilem Regen. Ferdinandum Arcon in Collaterali Consilio fuit interpositum aliud decretum, quod procedatur ad ea, quæ incumbunt, & interem decretum latum per R. C. sub die 26. Sept. 1643. debitæ exequutioni demandetur, juxta sui seriem, continentiam, & tenorem, citra præjudicium jurium Reg. Fisci, & Partium, & demum propositæ per eos nullitates mediante altero decreto Collateralis Consilii fuerunt rejectæ.

Quibus tamen non obstantibus dicti Gaspar de Romer, & Joannes Vandeymne reclamaverunt à dictis decretis, & dicebant, reclamationem ipsis compe- 32 tere; nam quamvis nullitates adversus decreta fuissent rejectæ, tamen quia illæ sunt remedium extraordinarium, non prohibentur succumbentes uti remedio ordinario reclamationis, vulgata *l.* 1. *§. unde quæritur, ff. de public. & vectig.* in qua reclamatione plura dicebantur, ex quibus prætendebatur, decreta prædicta debere contrario imperio revocari.

Et primò dicebant, dicta decreta esse fundata super asserto privilegio immunitatis, quod nunquam 33 fuit productum, & sic militat regula, cessante causa, debet cessare juris dispositio, *l. adigere, §. quamvis, ff. de jur. patr.* latissime *Tiraq. in tract. cessante causa, pag.* 1. *num.* 15.

Secundò, quatenus adesset privilegium immuni- 34 tatis, vel veniret ex concessione Nundinarum, adhuc potuit Princeps illi derogare, cum sit gratuito concessum, maxime quando fuit novum vectigal impositum ex causa publicæ utilitatis, prout prætendebatur in dicto casu, fuisse dictas impositiones in solutum datas in satisfactionem Naulorum, & venditionis Navium, & pro sumptibus erogatis in transfretatione Militum pro urgentibus bellis, *gl. in cap. decet, de reg. jur. in* 6. & alii relati à *Rol. cons.* 3. *num.* 3. *lib.* 3. subdens ex *Ang. in l. Antiochensium, ff. de privileg. cred.* 35 quod si Princeps aliquid concessit, vel donavit, potest concessionem, vel donationem revocare, & justa causa revocationis est, quia ipse concessit, *Socin. cons.* 87. *num.* 12. *vol.* 3. quod esse speciale in Principe, ut possit concessionem gratuito factam, etiam absque causa revocare firmat *Bal. in l. qui se patris, col.* 6. *vers. & secus, C. unde liber.* per *text. in l. qui fundum, C. de omn. agro desert. lib.* 11. latissime *Reg. Galeot. resp. fisc.* 23. *nu.* 11. *Anton. Gabr. commun. concl. lib.* 3. *tit. de jur. quæsit. non toll. conclus.*

clus. 7. latè Io. Bapt. Larrea alleg. fisc. 12. ubi n. 7. recenset plures Reges, qui continuatis temporibus concessiones ab ipsis factas revocaverunt, maxime ratione publicæ utilitatis, & in puncto, quod liceat Principi Nundinarum privilegium gratuito concessum revocare, probavit Rovit. de regal. c. 43. num. 38. ex Sixtino, 36 Dec. Rot. Bellin. & aliis, & quod possit fieri revocatio, etiam inaudito privilegiato, firmat Girond. de explic. privil. n. 585. quod maxime procedit in hoc Regno, in quo dixit Borrell. de præstan. Reg. Cathol. c. 36. num. 36. 37 quod exa npoo Nundinarum non servatur, & certe Regius Fiscus satis læderetur ex hac exceptione, si necesse esset reficere damnum ipsis possessoribus, & 38 quando ex concessione exemptionis Fiscus læderetur, nullatenus deberet attendi privilegium, ut probavit idem Larrea d. alleg. 12. num. 17. argum. text. in cap. suggestum, de decim. Pinell. in l. 2. C. de rescin. vend. 2. par. c. 2. nu. 7. Card. Tusc. lit. L. concl. 295. num. 18. Roderic. de annu. red. q. 12. nu. 2. Avend. de cens. c. 46. idem Larrea decis. Granat. 51. n. 7. 65. & 66. & alleg. 78. n. 31.

39 Quibus accedere potest, quod hoc privilegium non solvendi gabellas dicitur privilegium negativum, quod nunquam potest dici exequutum, quia Publicanus, qui neglexit exigere, non præjudicat successori, l. locatio, alias licitatio, §. cæterum ff. de publ. & vectig. quod ex pluribus probat Reg. Galeot. d. resp. fisc. 23. Bertachi. de gabel. 7. p. princip. numero 28.

Revocationem autem dicti privilegii exemptionis, dicebatur satis probari ex ipsa venditione, sive insolutum datione dictarum duarum impositionum ipsis facta, in qua leguntur verba admodum ampla: fuit enim concessa exactio dictarum impositionum ex omnibus bonis immissis in Reg. Dohana, & majori Fundaco Civitatis Neap. aliorumque locorum, in quibus extenditur illius jurisdictio, in qua non dubitatur, includi Civitatem Salerni, & hoc tanto da chi contratta, quanto da chi non contratta, & de omnibus bonis, quæ extrahuntur, & immittuntur in dictis locis, & qui omne 40 dicit, nihil excludit, Ias. in l. 1. num. 4. ff. de legat. 3. Grat. discept. for. c. 98. num. 10. Barbos. de diction. usufreq. d. cap. 241. n. 3.

Quod & alia ratione fulciri dicebatur, quia Civitas Salerni non ostendit privilegium, sed prætendit, illud esse in corpore juris clausum, scilicet ex concessione Nundinarum, & privilegia in corpore juris clausa censeri abrogata per legem posteriorem, affirmaverunt Barbos. in repet. l. 1. §. 1. numer. 5. ff. solut. matrim. sequitur Castil. de tert. debit. capit. 36. numer. 7. qui alios citat, & sic cum per generalem concessionem dictarum impositionum exigendarum soper omnibus bonis, concludi oporteat, dictum privilegium Nundinarum fuisse revocatum, non sufficit dicere, quod semper fuerunt Mercatores in dictis Nundinis Salerni immunes ab aliis novis impositionibus, quia contrarium fuit practicatum respectu caroleni unius impositi super aliis granis 15. pro Fundaco: & sic semel declarato privilegio circa istam immunitatem, non est amplius de eo dubitandum; sicuti in simili dici42 mus, quod res alienari prohibita, semel effecta alienabilis, semper alienabilis censetur, ut est tex. in l. 43 pater, §. quindecim, ff. de leg. 3. nam observantia, & stylus posterior derogatur priori, DD. in cap. fi. de consuetud. Ludovi. Roman. sing. 43. Anton. Gabr. commun. conclus. titul. de consuetud. conclus. 2. numero 74. Muscard. de statut. interpr. conclus. 8. numer. 9. & alii per Larre. alleg. fiscal. 5. numer. 24. & quod in mate44 ria vectigalium servetur consuetudo, habetur in l. si publicanus, §. in omnibus, & in d. l. locatio. §. cæterum, D. public. & vectig. & l. fi. C. eod. titul. immo quamvis aliter esset primo observatum, tamen quia Princeps aliud ordinavit per has novas impositiones, ipsis concessas, debet observari illud, quod Princeps mandavit, consuetudine in contrarium non obstante, glo. in d. l. si publicanus, §. in omnibus, in verb. consuetudo.

Respectu vero concessionis schalæ franchæ, dicebatur, quod ea fuit concessa in Nundinis, durante tamen tempore Nundinarum, & non ultra, ut dictant verba ibi, Per le robbe, & mercantie, che condurranno nelli porti, & marine delle Città di questo Regno, dove è solito farsile fiere, durante però il tempo di dette fiere, ancorche detti vascelli arrivassero nelli porti, & marine 45 con le robbe, & mercantie prima di dette fiere, & dicta schala franca nihil aliud importat, nisi, ut bona per transitum manifestata, & non vendita, possint extrahi absque ulla solutione, verum quoad bona, & mercimonia, quæ venduntur, debent solvi directus, prout in Reg. Dohana Neap. & hoc casu, quamvis Mercator vigore dictæ schalæ franchæ esset immunis, tamẽ emptor externus solvere debet. Simile est, quando immu46 nis vendit non immuni, tunc. n. debet emptor solvere gabellam, & hoc non obstante; quod immunis ex ista solutione facienda ab emptore vilius cogatur vendere, ut post Bal. consil. 31. lib. 1. & alios fundat Mexia in pragm. taxæ panis, concl. 5. num. 39. Bertach. de gabell. 7. par. princ. vers. sciat autem, num. 18. Laffart. de decim. c. 19. n. 10. Gutier. de Gabel. q. 83. num. 4. quæ 47 tamen immunitas venditoris est intelligenda quoad fructus propriorum territoriorum, quia non tenetur solvere gabellas impositas Mercatoribus, Rebuff. in Consl. Reg. tom. 2. in tract. de merc. art. fi. glos. unic. num. 23. ubi refert, ita pluries fuisse judicatum: & est ra48 tio, quia negotiatio non dicitur, quando quis vendit triticum, vinum, vel oleum, ex propriis territoriis recollectum Panor. cons. 6. in 2. dub. vol. 1. Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ, col. per. de constitut. Aym. Cravet. cons. 165. n. 3. Petr. de Avend. de exeq. mand. p. 1. c. 19. num. 34. Mexia in d. concl. 5. n. 39. in fi.

Verum prædictis replicabatur pro parte Civitatis Salerni, quod satis apparebat de ejus privilegio ex concessione Nundinarum & ex observantia, nedum 49 annorum centum, verum plusquam quatuor centum, quæ immemorialis præscriptio habet vim privilegii, & inducit præsumptionem juris, & de jure pro titulo, & concessione privilegii, Bar. in l. 1. C. de summ. Trinit. & fid. cathol. Butr. in c. pervenit extr. de censib. Oldr. consil. 172. Bal. consil. 439. col. 4. volum. 3. & in tit. de regal. n. 11. Caph. late cons. 468. nu. 61. Menoc. cons. 90. nu. 65. & alii per Peregr. de jure fisci, lib. 5. tit. 2. num. 65. cum seqq.

Ad secundum vero, quod fuit per dictas novas impositiones privilegium revocatum, dicebatur, 50 quod quamvis Princeps possit privilegia gratuita concessa revocare, Bal. in l. qui se patris, C. unde liberi. late Luc. de Penn. in l. si nu. 47. C. de locat. præd. civil. lib. 11. Petr. Bellug. in specu. princip. rubr. 26. in §. princeps, Natt. cons. 511. ubi nu. 4. ampliat, etiam si pollicitus fuerit, non revocare, ex text. & eo, quod ibi notat Bar. in l. cum precario, ff. de precar. Felin. in c. si diligenti, col. 10. in 9. fall. ext. de foro comp. Socin. in cons. 58. nu. 5. volum. 3. 51 Tamen debet constare, Principem voluisse revocare, nec sufficit, quod secundo concesserit, quod prius in alium contulerat, nam secunda concessio tanquam subreptitia non valet, ex. parte. text. di offic. deleg. immo, etiam si secunda concessio esset facta in ampliori forma, non tenet, si de prima non fuerit facta mentio, c. veniens, ext. de præscrip. ubi etiam Felin. n. 3. & in terminis notat: Bald. cons. 233. in 1. dub. lib. 3. & cons. 320. lib. 5. & in c. 1. de pace constant. in gl. possideant, & alii allegati per Peregr. de jur. fisc. lib. 1. tit. 3. numer. 22. ubi latè, debet enim clare constare de voluntate Principis, velle concessionem factam revocare, nec 52 sufficit per subauditum intellectum, Rosa in antiq. sub tit. de

titul. de rescript. concl. 32. Rum. cons. 21. col. penult. volum. 5. Peregr. in loco proxime citato sub *d. nu. 21.* & diximus *supra num. 5. & 6.*

Et demum quoad schalam francam nunquam fuit negatum, quod quando mercimonia in dictis Nundinis contractantur, quod debent solvi dirictus, qui in Nundinis solvi debent, & solent: solum fuit dictum, quod pro rebus, quæ non contractantur, non possit aliquid exigi.

Quibus omnibus discussis die 18. Septemb. 1645. facta relatione in Collaterali Consilio per Spectabilem Regentem Merlinum, nunc meritissimum Præsidem S.R.C. fuit determinatum, Decreta ejusdem Collateralis Consilii esse debitæ exequutioni demandanda: Penes Grimaldum pro Tagliavia Regio à Mandatis Scribam.

OBSERVATIO IN DECIS. CXCI.

SVMMARIVM.

1 D. Don Carolus Calà *Præsidens R. C. S. & Dux Diani laudatur.*

2 *Privilegia dicuntur privatæ legis, seu privata, & privatorum leges, quia privatam legem singulis generant.*

Privilegium solus ille potest concedere, qui potest legem condere ibid.

3 *Privilegium concedi potest non solum subditis, sed etiam non subditis.*

4 *Privilegium an possit concedi contrarium.*

5 *Imperatores multa privilegia concesserunt Clericis sibi non subditis, quæ sunt clausa in corpore juris.*

6 *Episcopus potest concedere privilegium Sacerdoti tàm sibi subdito, quàm non sibi subdito, & in aliena diœcesi existenti, absolvendi à casibus, & censuris sibi reservatis.*

7 *Summus Pontifex, vel alius supremus Princeps an possit sibi ipsi concedere privilegium.*

8 *Papa an possit secum dispensare in legibus Ecclesiasticis, vel in lege divina naturali, ibid.*

9 *Privilegium concessum viris, an includat fœminas.*

Privilegium concessum viris Religiosis, an extendatur ad Moniales, ibid.

Privilegium si concedatur per nomen commune, seu ambiguæ significationis, v. g. hominibus, filiis, &c. vel quibus adjectivè conjungi possit, v. g. Religiosus, Nobilis, nullus, omnis, quis, qui, &c. an extendatur tam ad masculos quàm ad fœminas, ibid.

Privilegium concessum Religiosis extenditur ad Moniales ibid.

10 *Scriptura an sit necessaria ad valorem privilegii.*

11 *Privilegium potest declarari verbo à Principe.*

Altare privilegiatum aliquando fuit concessum voce sine scriptura à Papa, ibid.

Indulgentia concessa Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Angelorum in Assisio die secundo Augusti, vulgò, La Portiuncula, *sufficit, ut ea notoriè præsumatur, licet non appareat privilegium in scriptis, ibid.*

12 *Privilegium an possit probari per testes, vel sit necessaria scriptura. & num. 14. 15. 16. & 17. Quicquid potest per scripturam probari, potest etiam probari per testes, exceptis casibus in jure expressis, ibid. n. 14.*

13 *Assensus Regius an requirat scripturam, & possit probari per testes.*

Andreas de Isernia *est magnæ authoritatis in decisionibus causarum, ibid.*

14 *Probatio per testes tantum valet, quantum probatio per scripturam, & num. 12.*

16 *Assensus Regius in hoc Regno habet formam privilegii.*

18 *Privilegium an amittatur per non usum, vel per contrarium usum, vel per ipsius abusum, vel ex delicto, & an extinguatur morte tàm concedentis, quam ejus, cui conceditur, & an semel concessum, revocari possit & quibus modis, remissivè.*

19 *Privilegium habens faciendi Nundinas, an si per decennium non utatur, illud amittat.*

20 *Servitutem habens ducendi aquam in feudo suo, si non utatur ex justo impedimento, ut puta, quia fons exaruit, non perdit eam.*

Privilegium an amittatur per non usum decennii, si in eo adsunt verba denotantia perpetuitatem, v. g. semper, vel perpetuo, ibid.

21 *Nundinarum origo, necessitas, & finis præcipuus, & nu. 22. & 28.*

22 *Nundinæ quare fiant, & earum privilegia, rationes, & utilitates, & n. 21. & 28.*

23 *Nundinæ dictæ sunt à nono die, quasi Novendinæ.*

Nundinæ feriæ Paganorum, idest, Rusticorum apud Romanos erant, ibid.

24 *Mercatus, in quo differat à Nundinis.*

25 *Nundinarum tempore non possunt accedentes ad illas, pro represaliis, & debitis ante contractis capi, & convenire ab his qui Nundinas impetrarunt, neque merces illorum arrestari.*

Nundinæ debent esse tutæ, & Nundinantes liberi sunt in accessu mora, & recessu.

26 *Mercatores, & alii ad Nundinas accedentes non possunt conveniri, & arrestari pro debitis antea contractis, neque eorum merces sequestrari ab his, qui Nundinas impetrarunt, sed possunt inter se eo tempore conveniri.*

27 *Nundinæ, & Mercatus, non possunt fieri cum immunitate, & franchitia absque Principis authoritate, & de ejus licentia.*

28 *Nundinæ quare adinventa sunt.*

Nundinarum locus, scilicet Terra, vel Civitas, ubi fiunt impinguatur propter illarum commoditatem, atque lucrum, ibid.

29 *Nundinæ, & Mercatus an possint fieri die festo de præcepto, & quid si adsit consuetudo, & num. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. & 39.*

30 *Mercatus, an possit fieri die festo de præcepto, & quid si adsit consuetudo, & num. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. & 39.*

34 *Episcopus an possit prohibere fieri Mercatum, & Nundinas die festo, etiam si adsit consuetudo illum, & illas faciendi, & quid si non prohibeat.*

36 *Mercatus & Nundinæ in Gallia per legem generalem non possunt fieri die festo.*

37 Sanctus Carolus Borromæus *prohibuit in sua Provincia Medielan. fieri Mercatus, & Nundinas die festo, ac etiam fieri apparatus pro illis in sequentem diem incidentibus sub pœna interdicti Ecclesiarum, & n. 38.*

39 *Episcopus potest licentiam dare faciendi Nundinas in die festo.*

40 *In Nundinis, & Mercatoribus, qui fiunt die festo, etiam ex consuetudine, vel licentia, debet audiri Missa.*

41 *Circa Nundinas publicas adest decretum Sacræ Congregationis.*

1 IN hac causa pro Civitate Salerni, & Mercatoribus patrocinavit D. Don Carolus Calà nunc Advocatus maximi nominis, nunc Præses R.C. S. dignissimus, & Dux Diani, & cum de privilegio in ea tractetur, ac de Nundinis, aliqua observabimus quàm brevissimè.

2 Privilegia dicuntur privatæ legis, seu privatæ leges & leges privatorum, quia in privatis feruntur, *can. 3. privilegia distinct. 4. Gratian. post can. fin. 25. quæst. 1. post med. vers. privilegia namque dicuntur tanquam* privatæ legis, eo quod privatam legem singulis generant, & habetur in *dict. can. privilegia, distinct. 2.* &

ideo solus ille potest privilegium dare, atque concedere, qui potest legem concedere, *gloss. in summ. 25. quaest. 2. Sylv. verbo privilegium, quaest. 2. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 12. quaest. 3. Meroll. tom. 3. de privil. cap. 3. dub. 1. nu. 1. & 2. fol. 69.*

3 Et privilegium concedi potest non solum subditis, sed etiam personis non subditis; Dixi subditis, quia sicut hi sunt capaces legis sibi impositae à superiori, ità quoque sunt capaces privilegii, & possunt eximi ab obligatione legis; Hinc fit, privilegium contra jus 4 non posse concedi, nisi illis, qui aliquo modo sunt subditi, ea ratione, quia illis conceduntur privilegia, qui possunt ab obligatione legis eximi, & nemo dicitur eximi à lege, nisi sit subjectus legi, & consequenter subditus legislatori. Dixi non subditis, & ex com- 5 muni usu id probatur; Nam videmus Imperatores multa privilegia Clericis concessisse, licet illi subditi non sint, ut constat ex multis legibus in *C. de Episcop. & Cleric.* & de *sacrosanct. Eccles.* & in *canon. quicumque 11. quaestion. 1.* ità *Meroll. loc. citat. dub. 2. numero 15.* & ideo etiam Episcopus potest concede- 6 re privilegium tàm Sacerdoti sibi subdito, quam alteri non subdito, & in alia Dioecesi existenti, absolvendi suos subditos à casibus, & censuris sibi reservatis, *Meroll. ibidem*, & omnes communiter.

7 Sed an Summus Pontifex, vel alius supremus Princeps possit sibi ipsi concedere privilegium. Et respondeo minimè sibi posse concedere privilegium, quod est praeter Ius, sed bene potest sibi ipsi dare, & concedere privilegium, quod est contra jus, sicuti v. grat. Papa potest secum dispensare in legibus Ecclesiasticis, 8 ut in lege jejunii, vel in lege divina naturali, ut in voto de jejunando, sicut potest cum suis subditis, & ideo sicuti potest concedere aliis, ita sibi ipsi potest concedere verum privilegium, quo ex rationabili causa eximatur ab obligatione talium legum, ità *Meroll. ibid. dub. 4. num. 20.*

9 An vero privilegium concessum viris, intelligatur esse concessum foeminis, si illius sunt capaces, & distinguendum est. Aut enim conceditur viris per nomen definitè, significans viros, seu masculos, ut si loquatur privilegium per haec verba, *Viros*, aut *Masculos*, & tunc non comprehenduntur foeminae. Vnde privilegium concessum viris Religiosis in *cap. pastoralis, de privil.* non extenditur ad Moniales; Aut vero conceditur per nomen communis, seu ambiguae significationis, ut est nomen *Homo*, vel *Filius*, vel alia quae cum illis adjectivè conjungi possunt, ut *Religiosus, Nobilis, Nullus, Omnis, Quis, Qui*, & similia, & tunc cum sit nomen commune duorum, privilegium concessum sub nomine masculino, comprehendit etiam sexum foemininum, *Bald. in cap. ad audientiam il primo, col. fin. n. . . . vers. quaero numquid, de rescript.* Vnde privilegium concessum Religiosis, seù Monachis alicujus ordinis, intelligitur etiam concessum foeminis, seu Monialibus illius ordinis, in his, scilicet, quae possunt ipsis adaptari, *Abb. in capit. fin. not. ult. n. . . .* per illum *textum de statu Monach.* ità *Suar. lib. 8. de legibus, cap. 10. num. 9. Meroll. ubi sup. dub. 6. num. 25. 26. & 27* qui *num. seqq.* aliquas limitationes, ac declarationes ponit, quas, ut brevitati consulam, omitto, adi illum.

10 Ad substantiam, & valorem privilegii non est necessaria scriptura, *Fel. in rubric. de constit. num. 5.* & ibi *Dec. number. 26. Nav. cons. 1. de privileg. Sylv. verbo privilegium, numero 14.* & colligitur ex *clement. dudum de sepultur.* ibi: *Gratias, aut privilegia verbo, aut scripto concessa.* Quia privilegium potest declarari 11 verbo; Prout aliquando Summi Pontifices concedere solent vivae vocis oraculo aliquod privilegium, vel Altare privilegiatum: prout adest tale Altare in Ecclesia S. Euphebii, vulgo S. Efrimo, scil. Altare majus, & in Ecclesia Sanctissimae Conceptionis Fratrum Capuccinorum hic Neap. in qua adest Capella, & ubiobique legitur, Altare privilegiatum concessum vivae vocis oraculo à Gregorio XIII. Prout de Indulgentia concessa Ecclesiae S. Mariae Angelorum, & Beato Francisco de Assisio in die secundo Augusti vulgò *La Portiuncula*, non autem die primo, ut ait *Afflict.* quae ita notorie proclamatur, sufficit, licet privilegium non appareat in scriptis, ità *Afflict. decis. 253. num. 5. in fine.*

12 Sed ad probationem privilegii in foro exteriori, an sit necessaria simpliciter scriptura, vel possit probari per testes; Aliqui tenent posse per testes probari ex regula generali, quod quicquid potest probari per scripturam, potest probari per testes, exceptis casibus in jure expressis, *l. in exercendis, C. de fid. instrum.* Alii vero probabilius tenent necessariam esse omninò scripturam ad probationem privilegii à Principe concessi, nec posse probari per testes, *Meroll. eod. tom. 3. de privil. disp. 6. cap. 1. dub. 3. num. 7. 8. & 9. fol. 40.*

13 Hinc quaeritur, An assensus Regius requirat scripturam, & consequenter, an possit probari per testes in hoc dubio *Andr. de Isern. in c. 1. de probib. feud. alien. per Loth. §. 4. vers. putamus tamen & vers. probabitur ergo*, tenet posse per testes probari, quia non requirit scripturam; nam per regulam generalem, quicquid potest probari per testes, potest etiam probari per scripturam, seù tantùm valet probatio per testes, quantum per scripturam; *l. in exercendis, C. de fid. instrumen.* exceptis casibus in jure expressis, quos enumerat *gloss. in cap. 1 de censibus in 6. in verbo in scriptis*, & habetur in *l. contrahitur, ff. de pign.* & ideo si consensus expressus Regis probetur per testes, sufficit, & secundum hanc sententiam *Isern.* fuit decisum in Sacro Consilio, ut per *Afflict. decis. 398. in fine*, licet ipse ibi *num. 4. cum seqq.* contrariae fuerit opinionis, & *num. 9. in fine*, dicit, se per silentium annuisse dictae decisioni, cum omnes Domini Consiliarii votaverunt pro opinione *Isern.* quia est magnae authoritatis in decisionibus causarum in hoc Regno, & ejus opiniones servantur prae ceteris Doctoribus in hoc eodem Regno, maximè in materia feudali, ita etiam decisum refert *Vinc. decis. 140. numer. 1. in fine.*

15 Alii contrarium tenuerunt, non sufficere per testes probari assensum Regium, sed requiri probationem per scripturam, ità tenuit *d. Afflict. in d. decis. 398. ut supr. dixi, & decis. 243. num. 3. in fine, & 4. & decision. 353. num. 4. & decis. 261. num. 17. Frecc. de subfeud. lib. 2. quaest. 28. num. 4. D. Rocc. è select. 240. in fine*; ea ratione, 16 quia assensus Regius in hoc Regno habet formam privilegii, fit enim cum appositione sigilli, & subscriptione Protegis, ac Regentium Cancellariae, & ideò non admittit probationem per testes, sicut diximus supra de probatione privilegii in foro externo requiri scripturam; Hanc eandem opinionem tenet *Ann. in repet. Constit. Divae memoriae, numero 55. cum seq.* licet posteà *n. 67.* distinguat, quod aut assensus conceditur solo verbo, & tunc probatur per testes, aut conceditur in forma privilegii, & requiritur scriptura, & ideo minime probari potest per testes.

17 At quamvis ambae hae opiniones sint probabiles, tamen prima opinio *Isern.* videtur probabilior *Meroll. d. tom. 3. de privil. cap. 1. dub. 3. num. 9. vers. caeterum, fol. 41.* & rationem assignat, quia quamvis assensus Regius habeat formam privilegii, nihilominus propriè, ac strictè loquendo, privilegium dici non potest, sed tantùm secundum latam significationem vocabuli, & cum simus in materia stricta, & exorbitante à jure communi, & per consequens odiosa jura quae requirunt ad privilegii probationem, scripturam, intelligenda sunt de privilegio propriè, ac strictè sumpto, & quod simus in materia exorbitanti, patet, quia regula juris communis est, ut supra diximus *numero 4.* quod probatio per scripturam, & per testes aequiva-

æquivalent, ut in *d. l. exercendis, C. de fid. instrum.* ità *d. Meroll. loc. cit.*

18 Sed an privilegium amittatur per non usum, vel per contrarium usum, tam in foro externo, quàm in foro conscientiæ, vel per ipsius abusum, aut ex delicto, Et an extinguatur morte, vel extincta persona, tùm concedentis, tùm ejus, cui concessum est; Item an privilegium semel concessum revocari possit, & revocatione extinguatur, Et quibus modis soleat revocari, latissimè de his omnibus, & singulis tractat idem *Meroll. d. tom. 3. disp. 6. cap. 7. à num. 1. fol. 157. usque ad num. 157 fol. 190.* & de omnimoda materia privilegiorum fusissime tractat in tota *d. disp. 6.*

De Nundinis aliqua etiam breviter observabo.

19 Et primò, qui habet privilegium faciendi Nundinas; si per decennium non utatur, illud amittit, *text.* est clarus in *l. 1. ff. de Nundinis. gl. in l. unic. C. eodem verbo licentiam, Odofred. in rubric. tit. eodem, C. de nundin.* quod intellige, nisi justa causa fuerit impeditus, ad

20 *text. in l. Attilicinus. ff. de servit. rustic. prædior.* ubi habetur, quod non per dosservitutem mihi debitam ducendi aquam in fundo meo, si non utor ex justo impedimento, *ut puta*, quia fons exaruit medio tempore, *Felin. in cap. cum accessissent, el secondo, n. . . de constit.* quem sequitur *Vrsil. ad Afflict. decis. 392. num. 2.* Neque perditur dictum privilegium per non usum decennii, si in eo apposita sint verba denotantia perpetuitatem, puta semper, vel perpetuo, ità ex *Rimnald. cons. 88. num. 20. vol. 1. & Joan. Garz. de H span Nobili. gloss. 1. num. 79. D. de Ponte de potest. Proreg. tit. 10. de divers. provis. rubr. de Mercat. & Nundin. num. 1; fol. mihi 470.*

21 Nundinarum origo, à quo emanavit, tradit *D. Archiep. Riccius. lucubrat. Ecclesiast. lib. 6. cap. 14. numer. 5. fol. mihi 184.* & Reipublicæ valdè necessarias esse ait *text. in l. 2. ff. de nundin.* & fuis præcipuus Nundinarum privilegiatarum, est utilitas societatis humanæ, cui facilius consulitur, data immunitate, & relevatis oneribus, vectigalium, quæ sæpe deterrent Mercatores à commercio. Item aliæ rationes sunt privilegiorum Nundinarum, & delectus locorum. Primò, quia in

22 de Barbatorum necessitudines (ubi tales confluunt) Regumque amicitias comparamus, moresque ritusque gentium addiscimus, hisque si meliores sunt nostros emendemus, si pejores, nostros, ut emendentur communicamus, subinde ex loci, & temporis Nundinarum certitudine, & ordine, qui adhibetur circa venalia in Nundinis, fraudes multæ extruduntur, & ne vetita vendantur, vel transferantur, prohibetur; Neve vagi sint Mercatores, & ne pecuniæ in conquirendis mercibus temere perdantur, prospicitur convenientibus unum in locum diebus decretis, & præfixis tum ementibus, tùm vendentibus; Has rationes, utilitates, & finem Nundinarum enumerat, *Petr. Gregor. Tholos. sintagm. jur. univers. par. 3. lib. 15. cap. 3. de mercat. & Nundin. num. 9. 10. & 11. & Foller. in addit. ad Marant. in specul. sen pract. par. 4. distinct. 9. verbo, ut judicium Mercatorum, numer. 55. fol. mihi 165.*

23 Et Nundinæ dictæ sunt à nono die, quasi Novendinæ, quia apud Romanos institutum erat, ut rustici octo diebus in agris essent, & opera facerent, nono autem die, intermisso Rure, ad Mercatum, legesque accipiendas, Romam venirent, ut festa, atque consulta frequentiore Populo referentur. Idem *Foller. ibidem num. 51.* Et ut ait *Petr. Gregor. Tholos. ubi supra nu. 8.* Nundinæ, feriæ Paganorum, ideft rusticorum apud Romanos erant, quibus conveniebant negotiis propriis, vel mercibus providuri, fiebant autem nono quoque die, unde etiam nomen habuerunt, ità *Tholos. cit.*

24 Differantia autem inter Mercatum, & Nundinas, hæc est, quia Mercatus est locus, & dies destinatus vendendis rebus, forum venale certis diebus deserviens cum modico privilegio. Nundinæ hodie dicuntur itati dies in locis, vel Terris, seu Civitatibus certis mercandi causa liberè concessi cum immunitate à Principe donata vectigalium, seu gabellarum & pedagiorum, *l. unica, C. de Nundin.* Et ideo non omnis Mercatus Nundinalis est, sed omnes Nundinæ Mercatum habent, *Petr. Gregor. Tholos. ibidem num. 5.* Sed quamvis stricto jure inter se differant, ut supra Nundinæ, & Mercatus, tamen pro eodem usurpantur, ut in *d. l. unica, C. de Nundin. & in l. 2. ff. eodem Petr. Foller. in addit. ad Marant. ubi sup. num. 52. fol. mihi 161.*

25 Et notandum ex *dict. l. unica, C. de Nundin.* quod tempore Nundinarum non potest quis pro represaliis capi, & conveniri ab eo, scilicet, qui est Dominus Nundinarum, seu ab his, qui Nundinas impetrarunt à Principe, quia Nundinæ debent esse tutæ pro negotiatoribus, & aliis ad Nundinas accurrentibus. Nundinantes enim liberi sunt in accessu, mora, & recessu, ita ut non possint ibi conveniri, & arrestari, neque merces eorum sequestrari à prædictis, qui Nundinas impetrarunt, ut habetur in *d. textu*, quod intellige in gestis, & debitis anteà contractis, secus verò de gestis, & debitis in ipso foto Nundinarum contractis, quia pro illis possunt conveniri, ita *glos. ibi in*

26 *verbo conveniunt, & ibidem Bald. num. 2. & Salycet. in fin. vers. & de natura Nundinarum*, unde Mercatores, & alii ad Nundinas accedentes possunt, ibi, eo tempore inter se conveniri, *Odofred. in eadem l. unica*, & colliguntur ex *l. hæres absens, §. proinde, ff. de Iudic.* & intellige de Nundinis, & Mercatibus affidatis, & in privilegium concessis à Principe, *Bald. ibid. num. 2.* quia Nundinæ, & Mercatus non possunt fieri

27 cum immunitate, & franchitia, nisi authoritate Principis, & de ejus licentia, *dict. l. unica*, ubi *Bald. Salyc. & Odofred. D. de Ponte de potest. Proreg. d. tit. 10. de divers. provis. rubr. de Mercatus, seu Nundinis, num. 1. Tasson. in prag. de antephat. vers. 3. observ. 4. numer. 259.*

28 *in casu 117. fol. 231.*

Item observo, quod Nundinæ (ultrà ea, quæ dixi supra *num 21.*) adinventæ sunt pro militate loci, ubi fiunt, cum propter forum Nundinarum, locus ille, scilicet Terra, vel Civitas, ubi fiunt, impinguetur, habet enim Terra illa, seu Civitas, in qua fiunt, grandem commodum, atque lucrum, *glos. in ead. l. unica, verbo locorum*, & ibi *Salyc. num. 1. C. de Nundin.*

29 An autem Mercatus, & Nundinæ possint fieri diebus festis de præcepto, & possint ab Episcopis prohiberi.

Et circa Nundinas generales, quæ fiunt alicubi semel, bis, vel ter in anno in festo alicujus Sancti, jàm consuetudine ubique introductum est videntibus, & non contradicentibus Prælatis, ut licitè fiant, prout passim ubique fiunt ex tali præscripta consuetudine, ità DD. infra citandi.

30 Circa verò Mercatus, qui dicuntur Nundinæ particulares, qui fiunt certis assignatis diebus intrà hebdomadam, etiam in multis locis consuetudine introductum est fieri in diebus festis, si in illis incidant; Prout hic Neap. ubi fiunt Mercatus ter in hebdomada, scilicet die Lunæ, & Veneris in foro magno, vulgò *Al mercato*, & die Mercurii extra portam regalem, quæ dicitur, *A lo Spirito Santo*, si dicti dies assignati incidant in diem festum, fiunt nihilominus Mercatus; Prout alibi quoque in hoc Regno Ego vidi observari, & practicari, scientibus, & etiam videntibus Episcopis.

31 Itaque tàm Nundinæ generales alicujus Sancti, ubique consuetudine id approbante, quam Nundinæ particulares, sive Mercatus, si dies assignati incidant in die festo, ubi adest talis præscripta consuetudo, etiam licitè fiunt; ità *Cajet. in summ. verbo violatio festorum*

festorum. ibi: *In festo licita*, *vers. ut autem singul.a. fol. mihi 258. Nav. in summ. cap. 13. num. 8. vers. tertio peccat*, *Azor par. 2. lib. 1. cap. 27. quæst. 10. Bonacin. tom. 2. de peccat. disp. 7. punct. 2. numero 10. Tol. lib. 4. cap. 24. de tertio præcept. Decal. num. 12. Armil. verbo festum, num. 35 Vgolin. de potest. Episcop. par. 1. cap. 8. num. 10. Nald. in summ. verbo festum, num. 9. vers. per quæ*, qui tamen dicit circa Mercatum, quod si incidat in diem festum expediret in anteriori die præveniri, & transferri, Nundinas verò consuetudine non impediri die festo, & *Sot. de just. & jur. lib. 2. quæst. 4. art. 4. prope finem*, dicit esse consuetudinem creberrimam, quod fiant Nundinæ diebus festis; Et quoad Nundinas privatas, sive Mercatus idem *Vgolin. loc. citat.* affert declarationem Sacræ Congregationis fieri posse die festo, si adsit consuetodo, licet contra ium teneat quoad dictos Mercatus, *Dom. Campanil. infra citand.* dicens, non vigere dictam declarationem Sacræ Congregationis allatam ab *Vgolin.*

32 Et quamvis *D. Archiepiscop. Riccinllus ubi supra in lucubr. Eccles. lib. 6. cap. 24. num. 9.* dicat, quod Mercatus, qui celebrantur certis assignatis diebus in hebdomada, si dicti dies incidant in die festo, tunc vel præveniuntur, vel transferuntur, & quod hoc jure utimur passim, & quod nec contraria consuetudo in his mercatibus inolevit. Tamen [parcat mihi tantus Præsul dignissimus] non est ità universaliter verum, dum, ut dixi, non solum in hac Civitate Neapoli, sed in multis quoque locis hujus Regni, adest consuetudo contraria, ut fiant die festo, & sic non utimur dicto Iure, & consuetudine præveniendi, vel transferendi ubique, ut ipse ait, passim fieri.

33 Benè verum est, quod in multis locis potest esse talis consuetudo præveniendi, vel transferendi, ut dixit *D. Ricciul.* ac etiam *Cajet. loc. cit.* & realiter vidisse observari, quod si fieret optimum esset, cum jàm de jure Canonico in *cap. 1. de feriis* nominatim, & expressè prohibeatur Mercatus in die festo, prout etiam in *Constitut. Pii V. incip. Cum primum*, & est quinta in ordine. & propterea cessante consuetudine scita, & tolerata à Prælatis, certum est non posse fieri Mercatus, neque Nundinas die festo, per *d. text. in d. cap. 1. de feriis*, & per *d. Constitut. Pii V.* sed tunc debent præveniri vel transferri.

34 Immò *Gratian. decis. 21. in princip. & num. 17.* decisum refert, quod etiam ubi adest talis consuetudo faciendi Mercatum die festo, adhuc posse Episcopum prohibere, quem sequitur idem *D. Ricciul. d. cap. 24. num. 14. D. Campanil. in divers. jur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 97. circa med. vers. verum his minime refragantibus, fol. 745. & Quarant. in summ. bull. in verbo dies festus, vers. an, & quando*, qui asserunt ita fuisse prohibitum etiam ab Archiepiscopo Neapolitano, nè fierent mercatus, qui de consuetudine antiqua fiebant in festivitatibus Annunciationis Beatæ Virginis, & Spiritus Sancti, & fuisse confirmatum à Sacra Congregatione, sed *D. de Ponte in d. tract. de potest. Prореg. tit. 10. rubric. de mercatis, seù Nundin. num. 10.* dicit sic fuisse determinatum à Sacra Congregatione, quia erant Mercatus, seu Nundinæ de recenti, & nulla aderat legitima præscriptio, aut consuetudo, quæ in his attenditur.

35 At ubi Episcopus non prohibet, excusantur observando consuetudinem, ut concedit idem *Gratian. ibid. num. 16. vers. ultimo.*

36 Et *Petr. Gregor. Tholos. ubi sup. par. 3. lib. 25. cap. 3. numer. 8.* testatur per legem generalem in Gallia prohibitum esse die festo fieri Mercatum, ac Nondinas; Prout etiam Sanctus Carolus Borromæus in

37 *Conc. Provinc. 3.* id prohibuit, immò etiam apparatum fieri die festo pro Nundinis, & Mercatibus, in sequentem diem incidentibus, ut habetur in *Actis Eccles. Mediolan par. 1. lib. 2. tit. 8. de feriis, cap. 3. fol. mihi 99. in parv. impress. Brixiæ 1603.* his verbis:

Nefis diebus (scilicet festis) Nundinæ, emptoria, Mercatusve agantur, Nè quidquam præterea fiat, exerceaturve, quod ad earum Nundinarum, vel Mercatus apparatum pertineat, etiam si in diem proximè sequentem illa incidant.

Et in instructionibus datis ab eodem Sancto Carolo Vicariis foraneis, id prohibuit sub pœna interdicti Ecclesiarum, ut habetur *par. 5. tit. instruttioni varie*, ibi: *Instruttione à i Vicarii foranei, fol. 559.* & proprè 606. ibi in rubrica marginali: *Non si faccia Mercato in giorno di festa*, per hæc verba.

Quando in qualche luogo del vostro Vicariato cadesse alcuna festa, che sia d'obligo, ò per precetto, ò per consuetudine in giorno solito di farsi il Mercato, fate, che quindeci giorni innanzi il Curato avisi il Popolo, che se non si lasciarrà stare di fare il Mercato in quel giorno di festa, voi di ordine nostro farete star serrate tutte le Chiese del luogo, e le vicine à un miglio per tutto quel giorno intiero, e non vi lasciarete dir messa, se non à Chiese serrate, e senza canto alcuno, ò suono di Campana, ne entrare alcun laico; Onde per evitare questo interdetto, & altre pene debite, il Consolo, & altri principali del luogo piglino cura particolare di non lasciar fare il Mercato, e voi, bisognando, dimandarete l'aiuto di cotesto Podestà, Et accioche quest'ordine si sappia ancora da quelli, massime che sono soliti frequentare quel Mercato, fate, che ne i luoghi di quei contorni, dove si faranno Mercati, si attachino tre, ò quattro polize che dicano.

Nel luogo di .... non si farà Mercato Venerdì à dì ...... del presente mese di .... per essere giorno di festa di Santo.

Et con altro modo ancor, come à voi parer à bene, farete, che quest'ordine nostro venghi, à notitia delle persone, che concorreranno à i Mercati.

E quando vedrate, che tutte queste provisioni non bastino à levar il Mercato per quel giorno di festa, esseguirete per ogni modo l'ordine sudetto.

Et accioche nelle Chiese de Frati si servi anco questo Interdetto, se pure ve ne saranno, gli avisarete di questo nostro ordine, perche oltre che per il Concilio di Trento sono obligati servare anco nelle loro Chiese gl'interdetti, che pongono li Vescovi, noi quì in Milano faremo ancora le provisioni necessarie con i loro Superiori; lasciando però, che detti Frati possino celebrare à beneplacito loro secretamente nella forma sudetta.

38 *Questo medemo ordine servarete per levare anco le Fiere, che si fanno in giorno di festa.*

Itaque Sanctus Carolus prohibuit fieri non solùm Mercatus, sed etiam Nundinas diebus festis, sub pœna interdicti Ecclesiarum.

Sed quamvis id sanctissimè ordinari, & præcipi posset ab Episcopis, quia, utinam omnes accedentes ad Mercatum, & Nundinas audiant missam in illo die festo, puto tamen, ut ubi introducta est talis consuetudo, ut fiant die festo, non posse de facili tolli, & impediri, ne fiant, durum enim esset id practicari, & prohiberi sine maximo scandalo Populorum, ut opinor, salvo tamen judicio melius sentientis, & Sanctæ Matris Ecclesiæ.

39 Et idem *D. Ricciull. d. cap. 24. num. 11.* concludit valere consuetudinem celebrandi Nundinas publicas in die festo, quia observantia festorum est de Iure Ecclesiastico, cui per contrariam consuetudinem ritè introductam potest derogari, & *num. 12* firmat, posse Episcopum ex justa causa concedere licentiam faciendi Nundinas in die festo, & *numero 13.* affert causas, quæ sunt publica necessitas, vel ad consulendum rusticis, & pauperibus, qui non possunt aliis diebus operas suas deterere sine dispendio, sed quod nec

40 consuetudo, nec licentia concludunt obligationem

audiendi sacrum, seu missam tali die festo, in quo fiunt Nundinæ, sive Mercatus; ita *D. Ricciull.*

41 In Nundinis denique publicis, quæ in die festo fiunt, quæ observanda sint adest decretum Sacræ Congregationis particulare, editum occasione Nundinarum, quæ in Civitate Recanatensi consueverunt fieri ex indultis, & concessione Summorum Pontificum, quod referunt ad literam iidem *Gratian. d. decis. 21. nu. 20. D. Ricciull. d. cap. 24. num. 15. Quarant. dict. verbo dies festus, Dom. Ricc. in prax. parv. decis. 559. & in 2. impress. par. 1. resol. 481. D. Campanil. d. rubric. 12. capit. 13. num. 98. Ugolin. de potest. Episcop. cap. 8. numer.* 10. apud quos videri poterit per extensum præfatum decretum Sacræ Congregationis.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Princeps pro conservatione Status Illustrium personarum an, & quando, & in quibus casibus tuta conscientia possit eis, nedum concedere dilationem ad solvendum, sed quod possint paulatim solvere, etiam contra formam contractuum.

Interesse tertiarum quando, & quomodo debeatur, & ad quam rationem; Et an solutio fieri possit prius in causam tertiarum decursarum, vel sortis postea vero in interesse ipsarum, & quid in extinctione annuorum redituum.

SUMMARIUM.

1 *Collaterale Consilium vacante officio Proregis: ejus personam in omnibus repræsentat.*
2 *Monarchia recipit firmamentum ab illustribus, & perspicuis familiis.*
3 *Regis honor augetur per dignitatem subditorum, & fit magis potens, magis honorabilis, & magis tremendus.*
4 *Domus illustrium personarum ne diminuantur, immò ut augeantur, ad Regiam spectat munificentiam, modis omnibus studere.*
5 *Barones appellantur milites, quia pro Rego militare coguntur, licet hodie pro dicto servitio militari solvant adhoam.*
6 *Familiarum illustrium conservatio probatur ex pluribus locis* Sacræ Scripturæ.
7 *Princeps debet ob bonum publicum, & pro bono Regni regimine, magnas familias sui Status conservare.*
8 *Debitorum inopia quibus mediis sublevetur, ne à rigorosis creditoribus plus debito vexentur.*
9 *Reipublicæ interest, Cives à creditorum nexibus liberare.*
19 *Principes, tanquam Regia munificentia necessarium, debent perquam maxime studere ad debitorum inopiam sublevandam.*
11 *Creditor non cogitur contra instrumentum accipere particulares solutiones.*
12 *Princeps debet jus suum unicuique tribuere, & pacta servare.*
13 *Debitori, qui non habet facultatem solvendi, cum sit effectus inhabilis, succurritur cum temporis dilatione, quo in casu Princeps non dicitur tollere jus tertii, sed differt tantum solutionem, & sic in modico lædit, quod & lege Divina, & Humana sancitum reperitur, & exempla recensentur.*
14 *Necessitas sæpe facit, ut ea legibus decernantur, quæ primo aspectu quandam injustitia speciem præ se ferunt.*
15 *Lex eadem non potest fieri, ut omnibus satis commoda sit.*
16 *Debitores pinret in certis casibus insolidum conveniri non possunt.*
17 *Debitori ad instantiam majoris partis creditorum est concedenda aliqua dilatio ad solvendum, quæ dilatio communiter appellatur quinquennalis.*
18 *Debitor, qui non potest solvere in pecunia, potest dare ejus bona insolutum.*
19 Auth. hoc nisi C de solut. *non habet locum, quando ei tum juramento est renunciatum, & n. 62.*
Intellige, ut n. 21. & 63.
20 *Principi est permissum concedere dilationem ad solvendum, quia in hoc creditores in modico læduntur, & potest extendi usque ad triginta annos.*
22 *Solutio quandoque cedere potest prius in causam sortis, & deinde in causam tertiarum sive interesse; & traduntur aliqua exempla.*
23 *Creditor posterior ex causa publica utilitatis, & contra juris ordinem quandoque præfertur anteriori.*
24 *Debitor solvens, licet sit ejus electione, in quam causam solvere velit: tamen creditor cogi non potest ad recipiendum sortem, absque quod sibi usura prius solvantur, & n. 53.*
25 *Solutio quamvis non exprimatur, in quam causam sit facta, tamen prius cedere debet in causam usurarum, & deinde in sortem.*
26 *Durior est causa, quæ parit usuras, sive interesse, quam ipsa usura, quæ alias usuras non pariunt.*
27 *Solutiones factæ favore Ecclesiæ prius computantur in sortem, & postea in usuras.*
28 *Creditores majoris summæ possunt cogere non concurrentes, nedum ad concedendam dilationem, sed etiam ad aliquam partem crediti remittendum atque circa modum, & tempus solutionis.*
29 *Filius familias liberatur à patria potestate per Principis authoritatem.*
30 *Exemplum quamvis desit, non per hoc potest dici, aliquid fieri non posse, quia esset absurdum.*
31 *Iudicis in potestate est molirè sententiam, & mitius judicare, quam leges, cum rerum, vel personarum merita postulant, aut instantia necessitatis expostit.*
32 *Princeps dicitur Pater communis.*
33 *Concessio facta à Principe, nunquam intelligitur facta in tertii præjudicium, & n. 36.*
34 *Principes debent ita Imperii curam gerere, ut singulorum status illæsus servetur.*
35 *Rex dicitur Pater, Tutor, & Administrator omnium subditorum.*
37 *Princeps potest remittere pœnam, sibi debitam, non autem interesse partis.*
38 *Principi est necessarium familias illustres conservare, non principaliter, sed secundario.*
39 *Reges, qui contra justitiam jus tertii lædere ausi sunt, lege Divina fuerunt puniti.*
40 *Principis proprium est, jus suum unicuique tribuere.*
41 Imperator Trajanus *fuit salvatus eo, quia vadens in bello, justitiam etiam contra quendam Principem administravit.*
42 *Auferre alicui jus suum repugnat jure Divino, & Humano.*
43 *Princeps non potest à suomet contractu recedere, nisi publica utilitas, & necessitas aliud suaderet, & num. 67.*
44 *Rescriptum Principis non est in notabilem tertii perniciem interpretandum.*
45 *Interesse tertiarum omni jure debetur: quod secus est, quando in non exigendo adesset dolus, & mora esset affectata à creditore, n. 46.*
47 *Dolus nemini debet prodesse.*

48 *Interesse*

48 *Interesse tertiarum solet liquidari ad rationem quinque pro centenario, & etiam ad septem, & ad decem.*

49 *Interesse tertiarum fundatur in mora debitoris non solventis.*

50 *Interesse à tertiis interesse de jure non debetur.*

51 *Tertia debentur, tanquam quid separatum à principali, & de per se, nam principale peti non potest, nisi in casu rescissionis contractus.*

52 *Interesse tertiarum etiam in stipulationem deducitur.*

53 *Creditor non tenetur recipere sortem principalem, quando debitor vult exercere pactum de retrovendendo, nisi etiam solvat omnes tertias decursas.*

54 *Annui redditus ad instar veterum usurarum fuerunt adinventi, & Summi Pontifices illos permiserunt, ad finem evitandi usuras.*

56 *Solutio debet cedere primo in causam usurarum, & deinde in extinctionem sortis.*

57 *Interesse, sive annualitates debentur tanquam quid separatum, & accessorium ad ipsas tertias, & ratione connexitatis unicum constituitur debitum, & creditor non potest cogi recipere, nisi satisfacto prius interesse ipsarum tertiarum.*

58 *Debitor a sponte dantibus tuta conscientia retinere potest.*

59 *Creditor volens relaxare, non potest cogi ad exemplum aliorum creditorum, qui relaxare contentantur.*

60 *Creditores concurrentes ad concedendam dilationem debent esse in majori numero, non personarum, sed quantitatis consequenda.*

61 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii non potest esse in lucro, neque in damno: tamen potest ei concedi dilatio à creditoribus in tribus tantum casibus.*

64 *Decisio Surd. 318. declaratur, in quo casu procedat.*

65 *Census constitutio sicuti requirit veram numerationem pecuniæ, ita etiam in ejus extinctione debet intervenire actus retrosimilis.*

66 *Census non potest extingui cum datione in solutum.*

68 *Fidei servandæ necessitas nulla major inter mortales reperitur.*

69 *Populus Romanus ideo ex parva origine ad tantam magnitudinem, & amplitudinem devenit, quia fidem coluit, & servavit.*

70 *Princeps gravius peccat, si fidem fallat, quam privatus.*

71 *Princeps potest partibus colluctantibus eas cogere ad compromittendum: quod etiam facere potest Prorex, maximè quando lis est inter Magnates, & Nobiles.*

72 *Princeps potest tuta conscientia pro conservatione illustrium Familiarum ordinare, quod solutio facienda per debitores, nedum differatur, sed etiam quod possint paulatim solvere, contra formam contractuum.*

73 *Iusta causa differendi solutionem, & paulatim solvendi, est, quando restituenti aliud res provenit, prta damnum gravioris æstimationis eventurum sit.*

74 *Restituere nemo tenetur cum suo notabili majori detrimento, quam sit creditoris commodum.*

75 *Solutio potest differri, quando vir Nobilis non potest statim solvere, nisi privet se omni obsequio famulorum, & equorum, & cogatur abstinere à consortio sibi similium.*

76 *Vendere rem vilius, quam valeat debitor non cogitur pro satisfaciendo minus.*

77 *Magn. Cur. Vicar. qualibet die Sabbati visitat pauperes debitores, ipsisque concedit, nedum dilationem ad solvendum, sed etiam, ut paulatim solvant.*

DECISIO CXCII.

INter Proceres, & Magnates hujus Regni est Illustr. Princeps Hostiliani, qui amplitudine status & possessione Civitatum, Oppidorum, ac aliorum bonorum feudalium, facile alios antecellit: nam ex Avorum, & Proavorum successionibus ob matrimonium contractum inter Aloysium Carafam D. Annæ Principissæ Avum, cum D. Isabella Gonsagha Vespesiani filia, Comitatus Fundorum, Ducatus Trajecti, & Sab'onetæ prædictæ Domui Hostiliani fuerunt adjuncti & incorporati; Cumque post ultimum diem dicti Principis Aloysii absque descendentibus masculis, sola superesset dicta D. Anna, ex D. Antonio Duce Mondragonis ejus filio unigenito præmortuo neptis suscepta in Constantia matrimonii cum D. Elena Aldobrandina, Clementis VIII. Pontificis Maximi similiter, nepte, quæ de consensu, & voluntate suæ Catholicæ Majestatis fuit nuptui tradita Illustr. Duci Medinæ de las Torres de Nobilissima Gaymanorum prosapia, ejusdemque Majestatis supremo Cubiculario, quamvis amplissimum haberet patrimonium, tamen ex negligentia eorum Antecessorum erat nimis alieno ære gravatum, ita ut solvendo annuos introitus, & interesse creditoribus, parum superesset pro substentatione tam decoratæ Domus, immo si cogeretur etiam tertias jam decursas cum ipsarum interesse solvere de pecunia præsenti, in his calamitosis temporibus, in quibus tantæ pecuniæ adest necessitas, totum patrimonium non esset sufficiens pro illis solvendis, & dicta moderna Principissa ad egestatem reduceretur. Cupiens tamen ipsa omni conatu dictam hæreditatem sublevare, & exonerare à mole tantorum creditorum; atque omni meliori modo, quo poterat illis satisfacere, prout cum effectu majorem partem concordavit, faciendo bonorum hæreditariorum assignamenta, ut ex redditibus illorum credita extinguerentur, ac etiam solvendo pecunia præsenti: quia aliqui nimis crudeles assignationes prædictas tenuerunt, adiit dictam Catholicam Majestatem, à qua obtinuit literas Excellentissimo tunc Proregi Comiti Montis Regii (prudentia, dexteritate & vigilantia nemini secundo, qui hodie in Supremo Italiæ Concilio magna humanitate, ac Monarchiæ sublevamento præsidet) ut dictam Principissam, attenta qualitate ejus Domus tam benemeritæ, ac præsertim obedientia ipsius in non recipiendo Statum sine consensu, & satisfactione ejusdem Majestatis, protegeret, & foveret quantum fieri posset, ut creditores renitentes cum ipsa se convenirent in assignationibus faciendis, cum verbis amplissimis, & prægnantibus.

Cumque fere cum omnibus se concordasset, solus Jo. Stephanus de Oria Genuensis, qui cum esset creditor in ducat. 11203. pro capitali, & in aliis ducat. 146305. pro tertiis decursis ex ejus negligentia à suis Majoribus, non exactis, ultra interesse tertiarum prætensum, admodum rigide prætendebat, sibi satisfieri de pecunia præsenti, & quod prius debebat recipere solutionem tertiarum una cum interesse ipsarum, & deinde capitale, renuendo assignamenta ei oblata; immò cum Illustr. Princeps Angri ejus consanguineus, & Procurator concessisset instrumentum concordiæ, cum conditione tamen, ut suum sortiretur effectum, facta prius per principalem ipsius ratificatione, noluit illud ullo modo ratificare: Cumque illo tempore non reperiebatur Prorex dictus Excell.

Comes

Comes Montis Regii cui literæ erant directæ, quie à Regno discesserat, sed idem Excell. Dux Medinæ de los Torres ejus Vir, ideo adiit dicta Principisse 1 Collaterale Consilium, quod vacante officio Proregis, prout in isto caso vacare dicebatur, quia eret suspectus, ejus personem in omnibus repræsentet, ut habetur per *De Pont. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. §. 5. Reg Tapia* Marchio Belmuntis in suo *tract. de præstant. Reg. Cancell.* & offerendo aliqua media pro satisfaciendo dicto suo tam rigoroso creditori, dicebat, esse cogendum, nedum observando juris tramites, sed etiam, quando in hoc alique edesset difficultas, lege politica, & morali, que fecere id posse, & debere Principem, ex pluribus probare intendebat.

Erat quidem ejus primum assumptum. Nedum utile, sed necessarium esse, Illustres Familias in Monarchie conservari, maxime quando Familia est benemerita, prout erat iste Principis Hostilieni, ut ex eis debitum servitium aptiori modo exigere valeat, quando Principi est necessarium, & ideo non debet 2 permitti, quod creditorum obstinata duritie opprimeotur: ab istis enim Illustribus, & perspicuis Familiis recipit Monarchia firmamentum, ut edvertit *Ann. Rober. rerum judicatarum lib. 2. c. 4.* ubi inquit. *Nos autem Monarchiæ vim, & robur, ac Regalis potentia firmamentum ex Illustrium, & nobilium familiarum dignitate reputamus*, quod etiam probavit *Ulpian. Jur. Consul. in l. 1. § sed & si servus, ff. de ventr. inspiciend.* ibi, *ut ordinum dignitas familiarumque salva sit*, ubi *glos. in verbo ordinum* dicit, quod sunt ordinea Procerum, Vasellorum, & similea, ex quo *text.* idem desumit *Tiber. Decian. cons 53. nu. 21. & cons. 1. nu. 289. & 290. lib. 1. Molin de primog. lib. 1. c. e. num. 3. & c. 18. Lara in l. si quis a liberis §. idem rescripsit, nu. 255. cum seq. ff. de liber. agnoscend. & Bald. in cap. intellecto, de* 3 *jure jur. vers. præterea* dixit, quod honor Regis augetur per dignitatem subditorum, & fit magis potens, magis honorabilis, & magis tremendus, sequitur *Hieron. Roman lib. 4. de Republic. gentil. c. 13. & Cassan. in Cathalogo glor. mundi par. 5. considerat. 15. & 19.* & 4 hac ratione in Regnie Hispaniarum declaratum fuit, ad Regiam spectare munificentiam, ut modis omnibus studeat, ne Domus Illustrium personarum diminuantur, immo augeantur, ut habetur *in l. 7. tit. 7. lib. 5.* quæ fuit edita tempore Invictissimi Imperatoris Caroli V. in Comitiis celebratis Madriti in anno 1534. quam etiam *legem* refert *Matienz. lib. 1. c. 9. Simanc. de primog. lib. 1. c. 29. & Molin. de primog. Hispan. d. lib. 1. c. 18. in fi & lib. e. c. 1. num. 3.* quod etiam advertit *in dict. lib. 1. cap. 13. num. 47. & 48. Cabed. dec. Lusit. 14. num. 4. par. 2. Hothom.* post *Zas. in cons. 1. in princip.* & ex nostris Regnicolis *Fab. de Anna cons. 3. nu. 29. Afflict. in Constitut. Regn Si quis post litem,* sub *num. 4.* ubi 5 quod Barones appellantur milites, quia pro Rege militere coguntur, licet hodie pro dicto servitio personali solvant adhoam.

6 Quæ Familiarum Illustrium conservatio probatur etiam ex *Episc. Tostat. in q. 11. fol. 292. col. 3. vers. ista tamen certitudo*, explicendo *tex. Sacra Scriptura in cap. 25. Levitic.* ubi ordinatur, quod unusquisque redeet ad Familiam pristinam, & dicit, quod iste modus conservandi certitudinem progenierum nunc etiam est apud alias Gentes, non quidem universaliter, sed in illis, quæ sunt de magno genere, quod clarius habetur ex eodem *Episcop. Tostat. in c. fi. nu. 17. in commentario ad lib. Judic.* in illis verbis *Magna nobistum, ingentique studio providendum est, ne una Tribus deleatur ex Israel.* subdit explicendo dicta verba *in q. 3e. fol. 225. col. 1. & 2.* quod toto ingenio, & sollicitudine curandum est ad inveniendum aliquem modum honestum, per quem provideatur, ne una Tribus deleatur ex Isreel, & ut non patiatur magnam diminutionem, quod tamen esse intelligendum respectu Illustrium personarum, habetur ex *Luc. de Penn. in l. quicunque 7. C. de omni agr. desert. lib. 11.* sub *num. 13.*

7 Debet ergo Princeps magnas Familias sui Status conservere, etiam ob bonum publicum, & pro bono Regni regimine, quia aliter debitum servitium non potest exigi à vasallis, deficientibus feudis, & divitiis, cum quibus magis honorifice, & decenter possint suo Regi inservire: ut de conservatione Majoratuum in Regnis Hispaniarum post *Covar.* & alios tradiderunt *Molin. d. lib. e. c. 1.* sub *n. 3.* ubi etiam *Gilmon. de la Mota additionator, Mieres. par. 1. q. 1. nu. 9. in tract. de majorat. Molin. Theolog. tom. 3. de justit. & jur. disputat. 576. & 578. Emman. Rodriq. in summ. c. 131. num. 6. Ann. Robert. rer. judicat. dict. lib. e. c. 4. Hothom. dict. consil. 1. col. 2. & 3.*

8 Hinc ad debitorum inopiam sublevandam, & ne à rigorosis creditoribus plus debito vexarentur, *Justinianus Imperator* leges promulgavit, ut habetur in *l. fi. C. qui bon. ceder poss. in auth. de fidejussorib. & in authen. ut determinat. sit nu. Cleric. in princ.* Reipublicæ 9 enim interest, Cives à creditorum nexibus liberari, *Paul. de Castr. consil. 144. lib. 2. numer. 3* & post ipsum *Caballin. Milleloq. 388. Monter. decis. Arag. 2.* 10 *numer. 42.* debent propterea Principes tanquam Regiæ munificentiæ necessario perquam maxime studere ad debitorum inopiam sublevandam, *Ann. Rober. rer judicat. d. lib. 2. c. 6. Petr. Gregor. Tholos. syntagm. jur. univers. lib. 2e. c. 14. Choppin. de morib. Paris. tit. 2. n. 9.*

Nec videtur, injustum esse, & contra regulas juris, 11 ut creditor cogatur accipere contra instrumentum particularia solutiones, ac cum dilatione temporis, non obstante dispositione *text. in l. plane ff. famil. erciscund. Escob. de ratiocin. comput. 14. num. 15. lib. 2.* Ego dixi in *dec. 25. num. 14.* nam debet Rex jus suum uni- 12 cuique tribuere, & pacta servere, *l. 1. ff. de just. & jur. l. 1. ff. de pact.* Quia prædicta procedunt, quando debitor habet facultatem solvendi, secus quando est 13 inhabilis, quia tunc potest ei succurri cum temporis dilatione, & eo casu Princeps non tollit jus tertii, sed differt tantum solutionem, & sic in modico læditur, quod & lege Divina, & Humana sancitum reperitur: nam lege Divine habemus, quod nedum concedebatur dilatio ad solvendum, verum septimo quoque anno debitum extinguebatur, ut habetur ex *Deuteronom. c. 15.* ubi ordinatur, quod is, cui deberet aliquid ab Amico, Proximo, vel Fratre, repetere non poterat, quia annus remissionis est Domini, ubi advertunt omnes, & præcipue *Episcop. Tostat. q. 3.* & ad *c. 22. Exod. q. 15.* adest aliud exemplum *Levit. c. 25.* ibi, *Sanctificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitantibus Terra*, quod in specie de remissione debiti pro explicatione Familiæ explicat idem *Tostat. q. 11. col 4. f. 292.*

Sic etiam jus Divinum sequitur jus Politicum, & Civile: legitur enim de magno illo legislatore Solone, hoc primum ab eo in Republica institutum fuisse decreto, debita rescindendo, & debitorum remissione fænoris mediocritate levatos pauperes satisfactum putavit, ut habetur ex *Plutarc. in Vita* ipsius *Solonis*, & ex nostris recenset *Anicb. de prav. instr. c. 1. nu. 11.* & de Julio Cæsare refert *Sueton. Tranquill. c. 42.* ipsum ordinasse, omne à creditoribus pro usuris exactum, in sortem esse imputandum, residuum vero exigi mandavit à debitoribus in tot bonis stabilibus, ut refert etiam *Ant. Aug. de legib. & Senat. Consult. ad c. de lege Julia, de fund. dotal.* ad quorum exemplum Caius Licinius, & Lucius Sextius unum de ære alieno deducto capitali, id, quod pro usuris solum esset, quod superesset, triennio æquis portionibus solveretur, ut habetur apud *Tit. Liv. decad. 1. lib. 6.* de quo meminit etiam

Choppin. de morib. Parisiorum tit. 2. num. 11. Hinc dixit Quintilian. declamat. 249. quem refert Ann. Rober. rer. judicatar. lib. 1. c. 10. adeo injustos tanquem imprudentes existimatos legumlatores fuisse, ut necessitate perstringerent ea, quæ præstari non possunt, quod perbelle explicat Imperator in auth. de fidejussor. §. quod autem de catero, ibi licet quibusdam creditoribus non forte sit gratum, à cauctis tamen propter clementiam sancitur, redditurque ratio in §. agnoscant, in d. auth. de fidejussor cum illis verbis: agnoscant autem creditores, quia & si hanc non scripsissemus legem, necessitatis ratio ad hoc produceretur. Intelligendo de illa necessitate, quando difficile esset, sive potius impossibile solvere creditori de pecunia præsenti, quod explicat Bolognin. in suo tract. de leg. & jur. cap. 19. nu.

14 11. facit sæpe, inquit, necessitas, ut ea legibus decernantur, qua primo aspecta quandam injustitia speciem pra se ferant: nec quia aliquod incommodum creditoribus afferant est considerandum, quando in quadam

15 naturali æquitate leges promulgantur, quia, ut dixit Livius lib. 34. Historiarum, nec fieri potest, ut eadem lex satis commoda omnibus sit, & sic etiam tradit Aristot. lib. 4. politic. cap. 1. in fi. quod nec fieri potest, ut eædem leges utiles sint nobilium potentiæ, & popularibus, omnibus; hinc plures fuerunt promulgatæ leges ad favorem debitorum, & contra debitores, ut

16 in §. fi. Instit. de act. per quem prohibitum reperitur in certis casibus debitores plures insolidum esse conveniendos, & ex toto tit. ff. & C. introductum est miserabile beneficium cessionis bonorum, & ex text. l. fi.

17 C. eod. tit. conceditur debitori ad instantiam majoris partis creditorum contra minorem aliqua dilatio ad solvendum, ad quod est etiam tex. in l. quoties, C. de precib. Imperat. offerend. & in Regno habemus Rit. M. C. V. 287. & Pragmat. 1. de cession. bonor. quæ dilatio communiter appellatur quinquennalis, Velazq. de provisl. pauper. q. 44. n. 15. part. 1. Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. resolut. 11. sub titul. de solut. Graff. de except. cap. 31. Reg. Revit. & Novar. in comment. ad d.

18 pragm. 1. de cessione bonor. & ex hoc etiam inolevit, quod debitor qui non potest solvere in pecunia possit dare ejus bona in solutum creditoribus, Auth. hoc nisi debitor. C. de solut. & in d. §. quod autem, in auth. de fidejussor.

Quod quidem debitum respectu tam magni crediti dicti de Oriæ, qui pro sorte principali, tertiæ, & interesse prætendebat esse creditor dictæ Domus Ill. Principis Hostiliani in ducat. tercentum, & quinquaginta mille, & plus, in his temporibus calamitosis, quibus bella vigebant in Italia, immo per totam fere Europam, erat nedum difficile, sed impossibile satisfieri; quamvis totum Statum vendi permitteretur vilissimo pretio, & sic dicebatur, non debere permitti cum destructione tam qualificatæ Domus.

Nec prædictis dicebatur obstare renunciatio facta

19 beneficio d. Auth. hoc nisi §. quod autem de cetero, etiam cum juramento, & propterea quod non possit hodie Ill. Principissa contra dictam juratam renunciationem venire, juxta communem, & receptam sententiam, de qua testatur Gutier. de jurament. confirmat. cap. 29. nu. 24. Trentacinq. variarum resolut. lib. 3. resolu. 36. Barz. dec. Bonon. 40. nu. 5. & dec. 105. nu. 16. Minol. dec. 2. in fi. Franch. dec. 81. Reg. Revit. consil. 18. num. 10. lib. 1. Paschal. de virib. patr. potest. part. 1. cap. 9. num. 77. Thesaur. dec. Pedem. 153. Ludovis. dec. 351. Quia prædicta bene procedunt regulariter, secus vero quando casus est ita inopinatus, ut prævideri non possit, quia enim excogitare potuit tam diuturna bella in Italia, ex quibus orta fuit tanta indigentia pecuniæ, quæ tanto magis crevit, quia ob bonum publicum, ac etiam Monarchiæ coactus fuit quondam Illustr. Princeps Hostiliani substentare præsidium, & Arcem Sablonetæ, & omnes fere fructus ejus patrimonii expendere, ejusque Statutum exinanire, & ex hoc non valuit ejus creditoribus satisfacere, ita ut tertiæ decursæ auctæ fuit ad tantam exorbitantem quanti-

20 tatem. Ex qua tamen justa, & non opinata causa, etiam non obstante renunciatione dict. Auth. hoc nisi cum juramento, creditori possunt dari bona in solutum, maxime in hærede, ex dispositione text. in l. fi. §. & prefatam, C. de jur. delib. Vincent. de Franch. dec. 81. in fi. Joseph. Ludovic. in decis. 64. Alex. Trentacinq. in dict. libr. 3. variar. resolut. titul. de solut. resolut. 36. num. 4. in fi. latissime Gizzar. dec. 7. sub num. 27. & 55. qui alias Sacr. Cons. affert decisiones, Fontanell. de pact. nuptial. clausul 6. glos. 3. part. 3. num. 39. Fachin. controvers. jur. lib. 4. capit. 39. quod etiam procedit, quando hæreditas esset solvendo, ut habetur ex Surd. dec. 318. num 4. Gratian. disceptat. forens. cap. 116. Cancer. var. resolut. lib. 3. tit. de inventar. cap. 2. num. 139. Alvar. Valasc. consultat. 51. Mart. de success. legali par. 4. quæst. 12. artic. 5. num. 10. Gizzar. dict. decis. 7. late etiam Hodiern. in addition. ad dec. Surd. 30. & 58. ubi refert decisionem factam per Sacr. Consil. in causa illorum de Caroprese junctis Consiliis duarum Aularum, Novar. in suo tract. de dation. in solut. quæst. 3. sect. 3. num. 4. & sic etiam decisum in Senatu Aragoniæ refert Sesse decis. 88. lib. 1. & in Rota Marchiæ Stephan. Gratian. dec. 141. numer. 14. & Marc. Anton. de Amat. dec. 91. n. 15.

Dicebatur etiam, quod creditores non poterant

21 conqueri de dilatione prædicta, quia in hoc in modico læduntur, & Principi hoc facere permittitur, l. si debitori 11. & l. destitisse ff. de judic. can. 2. in fin. 50. distinct. & aliqui ex Classicis Doctoribus dixerunt, posse extendi usque ad triginta annos, ut habetur ex Ægid. Bellemer. in c. qua in Ecclesiarum, de constitut. ea ratione, quia actio personalis usque ad triginta annos durat, Alber. in l. quoties. C. de precib. Imp. offerend.

Insuper prætendebatur per Illustr. Principissam,

22 nedum solvere cum assignatione tot annuorum introituum: verum etiam, quod dicti annui introitus assignati prius cedere debuissent causam sortis, & deinde in causam tertiarum sive interesse, prout alias ex eadem causa fuisse practicatum dicebatur in Hispania cum creditoribus Domus Castellæ Admirati, quibus fuerunt assignati annui introitus prius in satisfactionem sortis, & postea in causam usurarum; sic etiam cum creditoribus Marescalli de Alcele, & Comitis de Lemos, ad quorum Domus conservandas fuit considerata similiter publica utilitas, & beneficium Regiæ Monarchiæ: & eadem etiam causa

23 publicæ utilitatis contra juris ordinem fuit observatum, ut creditor posterior præferatur anterioribus, ut fuisse practicatum cum Religione Hierosolymitana refert Reg. Tap. in dec. Supremi Ital. Senat. 19. quod quidem quamvis videatur contra juris regulas, quia creditor non cogitur recipere particularem solutionem, nec recipere aliud pro alio, & quod prior in tempore, potior sit in jure. Tamen lex politica non est à jure communi destituta, quia respectu debitoris solventis, certum est, in ejus electione esse, in quam

24 causam solvere velit, ut probatur in l. 1. C. de sol. & in l. si usuras 21. C. de usur. respectu vero creditoris, cogi non potest ad recipiendum sortem absque quo sibi usuræ prius solvantur, l. tutor, §. Lucius, ff. de usur. immo quamvis non exprimatur, in quam causam sit facta solutio, prius tamen cedere debet in causam

25 usurarum, & deinde in sortem, l. ex his, §. apud Marcellum, ff. de solut. & dict. l. si usuras, C. de usur. quia circumscripto, si prædicta jure procedunt tantum in credito usurario, sive in aliis accessoriis, quod à dictis legibus non est consideratum, nec cognitum; & propterea cum sint contra juris regulas, quia aufertur debitori arbitrium, in quam causam solvere velit, quod consideravit Bar. in dict. l. 1. in fi. C. de solut. &

durior

26 durior est causa, quæ parit usuras, sive interesse, quam ipsæ usuræ, quæ alias usuras non patiunt, *gl. in dict. l. 1. in fin.* dicta jura ad alias accessiones à legibus non consideratas non sunt extendenda, *Imol. in dict. l. 1. n. 3. in fi.* reprobando *Cyn.* contrarium tenentem, sequitur *Ruin. consil. 49. n. 9. lib. 5. Rimanuld. senior. consil. 297. n. 7. lib. 2. Gratian. disceptat. forens. c. 224. n. 48. ex text. in l. stipulationes non dividuntur, §. Celsus, ff. de verbor. signific.* novissime *Felician.* qui acerrimè hanc opinionem tuetur *libr. 4. cumic.* post *num. 34. vers. præterea text. in dict. l. 1. tom. 2.* Nec est novum in jure, ut prius salvatur interesse accessorium, deinde vero 27 principale, quia favore Ecclesiæ solutiones factæ prius computantur in sortem, postea in usuras, *glos. in Auth. hoc jus porrectum, C. de Sacros. Eccles.* Quicquid tamen sit de prædicto articulo, quatenus in eo aliquid dubii esset, in hoc pro bono publico, & pro conservanda tam Illustri Domo, pullet practicari, prout fuit observatum eam dictis Domibus Admirati Castellæ, & aliorum supra relatorum, quod posse per Principem fieri, dicebatur, satis supra fuisse probatum.

Quibus etiam adstipulabatur, quod si major pars 28 creditorum concurrentium posset cogere non concurrentes, nedum ad concedendam dilationem; sed etiam ad aliquam partem crediti remittendam, & quod debeant cum ipsis creditoribus concurrere circa modum, & tempus solutionis, ut decisum refert *Afflict. dec. 288. & ibi Ursill. Matth. Brun. de cession. bonor. quæst. 16. in princip. Ricc. collect. dec. 66. Seraphi decis. Rot. Roman. 1233. Marches. de commiss. part. 2. cap. 61. n. 57. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 203. n. 15. Barz. dec. Bonon. 78. Gutier. de juram. confirmat. par. 1. c. 65. Molin. de justit. & jur. tract. 2. disputat. 572.* Tanto magis 29 hoc facere potest Princeps, argumento *text. in l. fi. C. de consulib. libr. 12.* ibi *quis enim patiatur, patrem quidem posse per emancipationis modum suis nexibus filium relaxare, Imperatoriam autem celsitudinem non valere,* & *Institut. quib. mod. jus patr. potest. solvit. §. filii familias,* ut advertit *Reg. Tap.* Marchio Belmontis in eleganti *decis. 19. number. 11.* in longe fortioribus terminis.

Quod eo magis procedere debet in hoc casu; in quo quamvis major pars creditorum non egerit, tamen in effectu se concordaverat, solusque inter omnes renitens fuerat dictus de Oria, quamvis ei satis uberiores fuerint oblatæ conditiones. Cumque hoc expediens pro tam benemerita Domu sit lege fundatum, & exemplis practicatum; quare non debebat hanc benignam gratiam, Rege jubente, ut omnibus modis illam Prorex adjuvare procuraret, in sui beneficium experiri; quod etiam habetur ex *Tacit. lib. 11. annal.* ibi *inveterasset hoc quoque, quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.* immo quamvis non adessent exempla, stante publica utilitate hoc fieri deberet, ut colligitur ex *Div. August. in lib. de Spirit. & Anim. c. 1.* dum inquit, *absurdum enim videtur dici, aliquid fieri non posse, cui deest exemplum,* & *Episcopus 31 Lexoviensis in Epistol. ad Alex. III Summum Pontificem, f. 43 & 46.* inquit, *in potestate Judicis est molire sententiam, & mitius judicare, quam leges, cum rerum, vel personarum merita postulant, aut instantia necessitatis extorqueat,* de quo meminit *Ann. Robert. lib. 1. rer. judicat. c. 11. fol.* mihi 177.

Pro parte autem Jo. Stephani de Oria non negabatur, propter interesse Reipublicæ Familias Illustres debere conservari, & præsertim Domum Illustr. Principissæ Hostiliani, & Ducissæ Sablonetæ, tanto magis, quia ipsa, ut Regi nostro pareret obsequium, noluit, nisi ex Regia voluntate matrimonio copulari. Tamen dicebat, hoc esse intelligendum, quando jus 32 tertii non læditur: cum Princeps dicatur Pater communis ut dixit *Imperator in l. si quis filium, C. de inoffic. testam.* ibi *sed nos, qui omnes subjectos nostros filios, & nepotes habere existimamus,* quem ad hoc allegat *Isern. 33 in c. 1. quæ sint regal. num. 3.* & ideo omnia jura exclamant, quod concessio facta à Principe, nunquam intelligitur facta in tertii præjudicium, *l. contra §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. public.* cum similibus: de-34 bent enim Principes ita Imperii eorum gerere, ut singulorum Status illæsus servetur, *l. nec avus, C. de 35 emancipat. liber.* dicitur. n. Rex pater, tutor, & administrator omnium subditorum, *De Pont. de potest. Proreg. titul. 4. §. 8. num. 40.* Cumque medium oblatum per Illustr. Principissam satisfaciendi ipsi Jo. Stephano 36 de Oria, ei valde damnosum sit, non præsumitur, voluisse Regem nostrum justissimum, & pijssimum per literas Excell. Comiti Montis Regii tunc Proregi directas ad favorem dict. Illustr. Principissæ, juri jam quæsito vigore plurimorum contractuum derogare, lædere, vel ei præjudicari facere, *Lanar. consil. 72. numer. 10. De Pont. de potest. Proreg. titul. 2. §. 4. numero 9. Reg. Tap. in repetit. rubric. de constitut. Princip. cap. 2. numero 23. & decis. 2. Suprem. Ital. Senat. numero 322. & decis. 5. numero 26. Reg. Sanfelic. decis. 62. numero 59. Reg. Valenz. consil. 166. numero 6. Reg. Galeot. controvers. illustr. capit. 32. lib. 1. numero 18. Ego decisio. 3. numero 21,* nam Prin-37 ceps pœnam sibi debitam remittere potest, non tamen interesse partis, *l. unic. §. cùm igitur, ff. de in jus voc. Rebuff. in repetit. l. unic. C. de sentent. quæ pro eo, quod inter. num. 3. Mierez de majorat. par. 4. qu. 11 num. 118.*

38 Et quamvis vera sit conclusio, necessarium esse Principi, Familias Illustres conservare: tamen hoc interesse Regis dicitur secundarium, non principaliter, ut voluerunt *DD.* & præcipue *Bar. in l. 1. ff. solut. matrim.* ubi etiam *Socin. nu. 60 & Rip. num. 114.* & propterea non potest Rex, nec velle præsumitur juri 39 tertii præjudicare: Immo Reges, qui contra justitiam jus tertii lædere ausi sunt, fuerunt lege Divina puniti, ut legitur in *3. Reg. c. 21.* ubi Achab Rex, quia Vineam Naboth extorsit, fuit à Deo pœnis afflictus, & ideo *Ezech. c. 46.* dicitur; quod nec adimit Princeps de suo patrimonio, sed de sua possessione suis dabit, & de Eliseo in *4. Reg. c. 4.* legitur, quod cùm mulier pauper clamasset ad eum, quia creditor venerat, ut ei duos filios suos tolleret, & ei inservirent in satisfactionem sui crediti, miraculose potius à Deo impetravit oleum augeri, ut de eo creditori satisfieri posset, quàm remissionem crediti impetrare; & *Matth.* 40 habetur, *reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo.* Proprium enim est Principis, jus 41 suum unicuique tribuere. Et de Trajano Imperatore legimus in *Vita Sancti Gregorii,* quod fuit salvatus ex eo, quia vadens in bello, justitiam etiam contra quendam Principem administravit, *Bellug. in Specul. Princip. de composit. gravam. rubr. 2. nu. 8.* & ideo *Div. August. in lib. 19. de Civitat. Dei, & Arius Pinell. de rescindend. vendit. in 1. part. rubric. cap. 2.* paulo ante 42 *num. 27. versicul. ex eisdem,* dixerunt, quod auferre alicui jus suum, repugnat juri Divino, & Humano. Quod si Princeps non potest à suomet contractu recedere *l. causam, Cod. de transaction. l. si donationem, C. de revoc. donat. Dec. cons. 468. num. 18. Covar. variar. resolut. lib. 3. cap. 6. nu. 5.* nisi tamen ubi publica necessitas, & utilitas aliud suaderet, *l. item si verberatum, §. si quis, ff. de rei vindic. l. Lucius, §. 1. ff. de evict. l. venditor, §. si constat, ff. comm. præd. & in l. 2. C. pro quib. comm. serv.* & Ego late dixi supra in *dec. 188. num. 4.* cum pluribus *seqq. Mastrill. de magistrat. lib. 3. c. 4. num. 339. Peregr. de jur. fisc. lib. 5. tit. 2. num. 49. Rodolfin. de absolut. Princip. potest. numer. 160. vers. 43 quæ limitatio:* Tanto magis non potest jus tertio quæsitum auferre in beneficium alicujus privati: & si hoc non potest facere pro suo primario interesse,

quanto minus pro interesse secundario, conservandi 44 causa Familias illustres: ex quibus dicebatur, nullo modo posse Collaterale Consilium, Regis nostri literas Excellentissimo Comiti Montis Regii directas in tam notabilem perniciem ipsius Jo. Stephani de Oria interpretari, *c. si quanto, de rescript. l. si vendicari, C. de pœn. Jason in l. si debitoribus, ff. de re jud.*

Et ultra damnum intolerabile, quod ipsi Jo. Stephano resultabat ex medio, cum quo intendebat Il- 45 lustr. Principissa ejus debitum solvere: prætendebat etiam remissionem interesse tertiarum, quod omni jure debetur, ut habetur ex *Franch. dec. 154. nu. 9. Lavar. cons. 79. n. 6. Ann. cons. 48. num. 17. Trentacin. lib. 1. var. resolut. titul. de interesse, c. 1. nume. 37. Reg. de Ponte consil. 64. num. 18. vol. 1. Rot. Genuens. dec. 78. numero 16. Felic. de societ. cap. 14. numero 58. Milanens. decis. 8. num. 352. Castill. decis. 21. num. 16 & dec. 29. nu. 6.* quam conclusionem in Regno inconcusse esse à Regiis Tribunalibus receptam, dixit, *Reg. Revis. decis. 73. in princip.* Et licet in casu prædictæ *dec. in fine* referat, per Sacr. Consil. judicatum, non deberi interesse dictarum tertiarum, & proinde cùm esset condemnatum Venerabile Monasterium S. Severi Ordinis Divi Dominici, ut hæres Ill. Marchionissæ Briatici, & adversus sententiam petiisset in integrum restitutionem in anno 1616. fuit dicta petita restitutio admissa, & declaratum, non deberi interesse tertiarum.

46 Tamen prædicta procedere possunt, quando in non exigendo adesset dolus, & mora fuisset affectata à 47 creditore, eo enim casu non debet ei prodesse, *l. de his 44. ff. mandat.* argum. *text. in l. jure civili, ff. de cond. & demonst. l. in executione, § fin. ff. de verb. obl. l. fi. in fi. & l. rem hæreditariam, C. deposit.* quod non potest applicari ipsi Joan. Stephano, qui stante, quod quondam Ill. Princeps senior non solvebat tertias & annatas decursas, adiit Sacr. Consil. petendo, ad solutionem annatarum decursarum esse cogendum, prout apparet ex voluminoso processu, ubi plura leguntur præcepta, quod solvat, & literæ executoriales fuerunt expeditæ, atque nonnulla calcula confectæ. Quinimmo ex actis constat, prædictum interesse tertiarum pro aliqua parte tunc decursa fuisse in stipulationem deductum in anno 1628. & fuit data dilatio ad solvendum, & interim interesse dictarum 48 tertiarum fuit promissum ad rationem sex pro quolibet centenario, quamvis liquidari soleat ad rationem quinque, prout dixit *Franch. d. decis. 154.* tamen ipse idem testatur, multoties fuisse liquidatum ad septem, immo etiam ad decem, *Ann. singul. 261.* quod tanto magis est observandum, quando fuit in stipu- 49 lationem deductum, *Theod. alleg. 40. nu. 36.* hoc enim interesse fundatur in mora debitoris non solventis, *l. si quis ab aliquo, §. fin. ff. de re jud. l. cum stipulatus sim mihi à Proculo, §. fin. ff. de verb. oblig. l. stipulationes non dividuntur, in princ. ff. eod. tit.* Nec potest di- 50 ci, interesse alterius interesse, quod de jure non debetur, *l. tutor, §. Lucius, ff. de usur.* cum aliis concor- 51 dantibus: quia tertiæ debentur, tanquam quid separatum à principali, & de per se: nam principale peti non potest, nisi in casu rescissionis contractus, *Franch. d. dec. 154. Cenc. de censib. par. 1. cap. 1. quæst. 3. art. 8. num. 9. Philipp. Testay alleg. 10. num. 9. Mastrill. ad Petr. Gregor. de censib. qu. 8. nu. 33. & 34.* qui alios alle- 52 gant, *Reg. Tap. Sacr. Consil. 85. num. 3.* Quod interesse tertiarum etiam ex primo contractu venditionis annuorum redituum in stipulationem deducitur: promittunt enim venditores solvere annualitates tertiatim, hoc est quolibet quarto mense, pro quarum observantia, una cum omnibus damnis, expensis, & interesse obligant se ipsos, ac omnia eorum bona, præsentia, & futura, & ex hac obligatione competit actio creditori, etiam pro dicto interesse.

Et licet verum sit, quod principale peti non possit, cùm pactum de retrovendendo apponatur ad favorem venditoris annuorum introituum, juxta forma 53 *Bullarum Summ. Pontificum.* Tamen quando debitor vult solvere sortem principalem, exercendo pactum de retrovendendo, non tenetur creditor recipere, nisi etiam solvat omnes tertias decursas, ex *text. in dict. l. tutor. §. Lucius, ff. de usur.* cum aliis supra allegatis, qui & si loquantur in usuris: tamen idem procedere in tertiis, sive annualitatibus debitis, affirmarunt *Paris.* in suo *tract. de commerc. nu. 143. & 585. Peregrin. consil. 99. num. 1 lib. 1. vers. & circa primum,* qui dat ra- 54 tionem, quod isti annui reditus ad instar veterum usurarum fuerunt adinventi, & Summi Pontifices illos permiserunt, ad finem evitandi usuras: & proin- 55 de eodem modo solutiones factæ cedere debent prius in causam usurarum, deinde in extinctionem sortis, ut decisum refert per Sacr. Consil. *Ann. alleg. 54.* sequitur *Ann. filius. cons. 30. n. 7. Peregr.* latè *d. cons. 99. Magon. decis. Florent. 66. n. 5. & dec. Lucens. 52. n. 16. Gratian. discept. forens. cap. 924. nu. 22. Avend. de censib. cap. 102. num. 3. Felic. eod. tract. de censib. cap. unic. lib. 4. tem. 2.* ubi *num. 7.* dicit, hanc conclusionem esse frequentissimam, & in praxi receptissimam, & quod 56 procedit in tertiis, idem procedere debet in interesse ipsarum tertiarum, quod deducitur ex eisdem juris 57 principiis, quia interesse, sive annualitates debentur tanquam quid separatum, & accessorium ad ipsas tertias, cùm principale è creditore peti non possit, & ratione connexitatis unicum constituitur debitum cum ipsis tertiis, & proinde non potest cogi creditor recipere, nisi satisfacto prius interesse ipsarum tertiarum, ut per *Surd. cons. 290. lib. 2. Medic. consil. 48. n. 7. Ego sudec. 21.*

Quo verò ad remissionem partis crediti, quam vigore dictæ oblationis prætendit Ill. Principissa: ad- 58 verti debet quod quamvis debitor à sponte dantibus tuta conscientia retinere possit, ut habetur ex *Cajetan. 5. restitut. capit. 7. Covarr. ad regulam peccatum part. 2. Navarr. in man. confess. cap. 17. numer. 45. Less. de just. & jur. lib. 2. c. 6. de excusat. à restitut. dub. 2. in princip.* Tamen non potest tuta conscientia invito 59 creditore retinere, ut declarat idem *Less.* ubi supra *n. 35.* Nec potest hoc facere Judex ad exemplum aliorum creditorum, qui relaxare contenti fuerunt, nam injustitia consistit in voluntate creditoris nolentis relaxare, *Div. Thom. 2. 2. qu. 49. artic. 3. in corpore, & quæst. 66. art. 3. in corpor.* & eadem quoque injustitia consideratur in prorogatione temporis ad solvendum invito creditore, *Sayro in claus. Reg. lib. 3. tract. 5. c. 4. num. 1. Bonacin.* in sua *Theolog. moral. tom. 2. tit. de restitut. in gen. disputat. 2. qu. 6. punct. unic. proposit. 1. num. 1.*

Et quamvis verum sit, quod creditores possunt cogi 60 facere per Judicem non concurrentes ad concurrendum, juxta dispositionem *text. in d. l. fi. C. qui bon. ced. poss.* Tamen hoc est intelligendum, quando sunt creditores in majori numero, non personarum, sed quantitatis consequendæ, *l. & suum hæredem, vers. hodie, ff. de pact. l. majorem, & l. rescriptum, ff. eod. titul. & d. l. fi. C. qui bon. ced. poss.* ubi *DD.* nec potest procedere in hærede, quia dilatio datur debitori, ad hoc ut dilatione pendente possit acquirere, & lucrari, & suis creditoribus satisfacere, quod non habet locum in hærede cum beneficio legis, & inventarii, quia sibi 61 acquireret, & non creditoribus hæreditariis, nam hæres cum dicto beneficio non potest esse neque in lucro, neque in damno, *Franch. dec. 179.* nec *decis. Afflict. 288.* his contradicit, cùm in tribus tantum casibus hæredi dilationem concedi concludat, primo, quando hæres nollet adire, nisi data ei dilatione ad solvendum: secundo, si debitor aufugerit extra Civitatem,

ratem, & redire recusat: tertio, si paratus est cedere bonis, nisi dilationem, & remissionem à creditoribus obtineat, sequitur *Franch. dec. 82.* Quod cessare dicebatur in casu prædicto: immo præfata jura esse intelligenda in actione personali tantum, secus verò in habentibus hypothecam, & bona hæreditaria obligata, post alios *Stracc. de decoctor. 6. part. num. 13. Franch. d. dec. 82. n. 5.*

Dicebatur etiam, quod non poterat Illustr. Princi-62 pissa juvari ex dispositione *text. in d. auth. hoc nisi:* tum quia fuit dicto beneficio renunciatum cum juramento, quo casu non potest creditor beneficio prædicto gaudere, juxta decisa per Sacr. Consil. ut per *Franch. dec. 81.* & in Senatu Pedemontano *Thesaur. dec. 153. num. 13.* & novissime *Reg. Sanfel. decis. 111.* Tum etiam, quia quatenus esset vera conclusio, quod 63 renunciatione non obstante in casibus valde insolitis posset hæres debitor dare bona insolutum, juxta ea, quæ fuerunt scripta in causa Comitis Loreti per *Franc. Viv. Hippol. Vann. Alex. Trentacinq.* & alios, quos refert, & sequitur *Paschal. de virib. patr. potest. part. 2. c. 9. in fi.* & post *d. c. 9.* ubi etiam consilia prædictorum eximiorum *DD.* inservit; quia contradictam conclusionem in eadem causa scripsit *Reg. Ruin. cons. 18 & 78. 1. vol.* sigillatim illis respondendo, & contra dicta consilia refert, fuisse judicatum per S.C. ut in *d. cons. 18. in fi.* fuerunt enim bona tam burgensatica, quam feudalia exposita venalia, & ideo quatenus opinio prædicta adveniente causa valde insolita esset practicanda, juxta doctrinam *Rip.* quam refert *Franch. d. dec. 81. in fi.* necesse esset antea exponere omnia bona dictæ Ill. Principissæ venalia, & tunc non reperto justo emptore, poterit prætendere debitor bona insolutum dare, quod cessat in casu nostro, immo possidet dict. Illustr. Principissa multa bona mobilia, aurum, argentum & margaritas, cum quibus posset forsan majorem partem hujus crediti satisfacere.

64 Nec est curandum de *dec. Surd. 318.* quia in illo casu non aderat renunciatio *dict. Auth. hoc nisi*, nec constabat, hæreditatem esse opulentam, & posse inveniri justum emptorem: immo ipse idem *Surd. in decis. 30.* dicit, in illo Senatu pluries fuisse decisum, quando hæreditas est opulenta esse procedendum ad venditionem, idem quoque habetur in decisione Aragoniæ per *Sese decis. 88.* & decisio relata per *Marc. Ant. de Amat. dec. March. 91.* loquitur, quando adest statutum de dandis per hæredem bona insolutum. Nec, dicebatur, obstare decisionem S. C. relatam per *Gizzar. decis. 7.* quia loquitur, quando subhastatis bonis nullus reperiatur emptor, & sic etiam alia decisio relata per *Novar. in tract. de dat. insolut. sect. 3 q. 3. n. 4.*

Dicebatur etiam, quod respectu sortis principalis nullo modo poterat tractari de dandis bonis inso-65 lutum, quia, ut diximus supra *dec. 188. nu. 43.* sicuti in constitutione census requiritur vera numeratio pecuniæ: ita etiam requiritur in ipsius extinctione actus retrosimilis, quod interveniat pecunia numerata, quod fundatur ex *Bulla Summi Pontific. Greg. XIII.* 66 *Ceac. dec. 274. num. 2. post tract. de censib. & qu. 273.* & ideo non potest census extingui cum datione insolutum; sed debet intervenire pecunia numerata, quod in puncto dixit *Cyriac. Niger. controv. forens. cap. 24. & Ant. Merend. controvers. jur. cap. 87.* licet contrarium dixerat *controvers. 14.* tamen in *dict. cap. 87.* sententiam mutavit, & hanc opinionem defendunt etiam *Gutier. practic. quæst. lib. 1. quæst. 146. ex nu. 25. Feller. in prax. censual. in verb. & quam, num. 29. Intrigl. de censib. qu. 98. nu. 2. Felic. de censib. tom. 2. lib. 3. cap. 3. numer. 15. Avend. in eod. tract. de censib. cap. 11. Roderic. de ann. redit. lib. 2. quæst. 9. numer. 68. Fontan. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 18. par. 5. num. 9. Cæsar Barz. dec. Bonon. 56. numer. 36. Novar. de dat. insolut. sect. 4. quæst. 4. num. 4. Niger controvers. forens. tom. 1. d. c. 24 num. 70. Merend. tom. 3. lib. 11. cap. 13. numer. 3.* Ratio est manifesta, quia cùm pactum de retrovendendo apponatur in beneficium debitoris, non potest creditor eum adstringere ad solvendum, cessat hoc beneficium *Auth. hoc nisi*, quia cessat etiam ratio dicti beneficii, ne cogatur debitor in carceris squallore contabescere, ut explicat *Thesaur. d. decis. 153.* Ex quibus satis apparere dicebatur, de jure non posse medium propositum per Illustriss. Principissam satisfaciendi cum assignamentis paulatim exigendis, fundari.

Nec quidem posse hoc fundari ex literis Regiis directis Domino tunc Proregi: tum quia Princeps non præsumitur, voluisse mandare, ut Prorex præciperet, quod ratione conservandi, Statum in hac Illustri 67 Familia, à contractu recedatur: cùm nec ei licitum sit, nisi ex causa publicæ utilitatis, *l. item si verberatum, §. si quis ff. de rei vend. c. l. Lucius, §. 1. ff. de evict. l. vendita § si constat ff. comm. præd.* & Ego latè dixi in *d. dec. 188. n. 6.* cum pluribus *seqq. Peregr. de jur. Fisc. li. 5. tit. 2. n. 49. Rodolfin. de absolut. Princip. potestat. nu. 16. vers. qua limitatio, Reg. Galeot. contr. 52. lib. 1. n. 21. Fragos. de regim. Republ. Christ. lib. 1. disputat. 2. §. 1. num. 104. & 111.* & esset Reipublicæ valde damnosum, si Princeps juberet inobservantiam contractuum, cùm 68 nulla major sit inter mortales necessitas, quam fidei servandæ, *Ann. Robert. rer. judicat. lib. 1. c. 10. Martin. Bart. de vit. & gestis Georg. Scander. lib. 3. Petr. Greg. de republ. lib 8. cap. 8. nu 9. & Cicer. de offic. lib. 2.* dicit, 69 Populum Romanum ex parva origine ad tantam magnitudinem, & amplitudinem devenisse, præcipue, quia fidem coluit, & servavit: idem etiam in *Orat. pro Roscio. & lib. 3. de offic.* inquit, jure gentium constitutum fuisse, & legibus populorum, ut non liceat sui commodi causa alteri nocere, & *Tit. Liv. decad. 1. lib. 6 f. 78.* increpando legem illam Tribunitiam editam à C. Licinio, & L. Sextio ad favorem debitorum, & in perniciem creditorum dixit: *tanta dulcedo est ex alienis fortunis prædandi, eoque fidem abrogari, cum qua omnis humana societas tollitur*, gra-70 vius enim peccat Princeps, si fidem fallat, quam privatus, *Bald. consil. 314. & 343. vol. 1. P. Baptista Fragos. de regim. Reipubl. Christian. lib. 1. disputat. 2. §. 1. nu. 97.* cum pluribus *seqq.*

Tum quia exempla Castellæ Admirati, Marescalli de Alcala, & aliorum, dicebantur gratis afferri, cùm verbo tantum referantur, nec in actis exempla prædicta fuerunt præsentata, & quatenus vera essent, quod tamen negabatur, forsan ad id motus fuit Rex noster invictissimus ex aliis causis, quæ in casu nostro non militare, facile ostenderetur, & ponderata *decis. Reg. Tap. 19.* Supr. Senat. Ital. fuit ea causa publica, ratione conservandæ Religionis Hierosolymitanæ, quæ tantum insudat contra communes Hostes, nec creditores in aliquo fuerunt præjudicati, cùm tantum sit concessum privilegium prælationis. Et si exemplis erit judicandum, videndum erat decretum factum per Collaterale Consilium in causa Illustr. Ducis Andriæ cum ejus creditoribus sub die 8. Julii 1617. ubi pro conservando Statu in tam Illustri Domo, & de eadem Familia Carafa, fuit dictum, quod concedatur dilatio hæredibus dicti Illustr. Ducis annorum sex pro introitibus, & tertiis decursis, usque ad illum diem, dummodo solvant annuos introitus decurrendos ab illo die in anea, juxta formam instrumentorum, & provisionum factarum; nec non anno quolibet solvant ratam tertiarum, & introituum decursarum una cum interesse ad rationem annuorum quinque pro centenario, & durante dicta dilatione annorum sex non exequatur pro capitalibus contra dictos hæredes.

Plene discussa hac causa fuit consideratum, quod in hoc negotio Collaterale Consilium non procedebat uti Judex ordinarius, sed tanquam repræsentans Principis personam, & proinde cum ex literis S. M. constabat, quod de ipsius mente erat, hanc tam Illustrem Domum sublevare omnibus modis: quibus tuta conscientia hoc facere poterat. Tanto magis, quia dicta Ill. Principissa D. Anna Carafa, quamvis ab omnibus ferè Magnatibus esset desiderata, & ab aliquibus ex Principibus Italiæ descendentibus postulata, non habenda consideratione de se nubendo in Familiæ, noluit Virum in ejus sponsum eligere, nisi cum satisfactione, & voluntate dictæ Catholicæ Majestatis, prout in effectu nupsit Excell. Duci Medinæ de las Torres, eidem Majestati in primis charo, ejusdemque Supremo Cubiculario, de nobilissima Familia de Guzman, ex qua ortum habuit Magnus Patriarcha Divus Dominicus, qui etiam fuerat Prorex in hoc Regno destinatus, sicuti cum effectu per sex annos maxime cum humanitate, & prudentia gubernavit. Et ideo fuit inter nos discussum, quod multa potest facere Princeps, etiam par-

71 tibus contradicentibus: Siquidem ipsis reluctantibus potest eas cogere ad compromittendum, ut dixit *Bellug. in specul. Princip. rubr. 11. de proposit. gravaminum, §. compendiose, n.* 10. quod etiam potest facere Prorex; maxime quando litigant inter Magnates, & Nobiles, ut dixit *De Pont. de potest. Proreg. tit. de provisionibus fieri solitis, n.* 10. & possa etiam fieri per Judices, habetur ex *gl.* notab. in *cap. placuit.* 90. *distinct.* & fuit practicatum in Sacr. Consil. ut per *Grammat. dec.* 9. & per *Reg. Revert. decis.* 95. *n.* 18.

72 Potest etiam Princeps tuta conscientia pro conservatione Illustrium Familiarum ordinare, quod solutio facienda per debitores, nedum differatur, sed etiam quod possint pauletim solvere, contra formam contractuum, quod perbelle tradit *Gregor. Sayr. in Clav. Reg. lib.* 10. *tract.* 5. *capit.* 6. ubi tractando quæstionem istam, quando debitor, qui absque notabili jactura sui patrimonii non potest suis creditoribus satisfacere, si possit solutionem differre, & paulatim solvere, & distinguit tres casus. Primo, quando bona sunt injuste acquisita, & eo casu ex *Jo. Andr. Medin. Rayner. Host.* & aliis tenet, statim esse restituenda, ut tradit *n.* 20. Secunda fuit opinio, non teneri debitorem cum ejus notabili damno, vel descendendo à decentia sui status restitutionem facere, quacunque ratione statum suum acquisiverit, & hoc ex *Navar. Gabriel. Tolet. Philiarc. D. Ant. Sylvestr.* & aliis ut *nu.* 21. Tertia fuit opinio media distinguens, si injuste, vel juste statum adeptus fuerit: nam primo casu tenetur statim solvere: secundo verò, si justè acquisivit, & absque ejus culpa factus est impotens, tunc non tenetur restituere statim, sed pauletim, & ut commodius poterit, quod ex *Cajet. Sot. Michael. Salon. Toleto,* & aliis fundat *nu.* 22. quod etiam procedere dixit in milite, qui non tenetur statim, sed paulatim solvere, ex *text. in l. miles, ff. de re jud.* & deinde subdit hæc propria verba: *Sic etiam solent Reges concedere Nobilibus quorum bona omnia obnoxia sunt restitutioni, facultatem, ut servatis sibi necessariis paulatim suis creditoribus satisfaciant, ne alioquin totum statum restituendo servire, mendicare, & à statu priori cadere cogantur.* Quæ tamen necessitas non est in simpliciter intelligenda, quod, si restituendo, vel solvendo fame pereat, vel cogatur mendicare: verum intelligitur quando difficulter vitam secundum ejus statum sustinebit, quia facultatem habebit tuta conscientia differendi, & paulatim debitum solvendi, quod etiam in foro externo observari esse solitum circa Illustres, & majoris authoritatis personas, docet *Div. Antonin. par.* 2. *tit.* 2. *cap.* 8. *Sylvest. in summ. in verb. restitutio* 5. *qu.* 1. & 3. *Navar. in manual. confess. c.* 17. *Less. de just. & jur. c.* 16. *dub.* 2. *n.* 14. *Bonac. tom.* 2. *de restitut. in gener. disput.* 1. *qu. ult. punct.* 1. *nu.* 25. quicquid teneant *Ricchard. in* 4. *dist.* 15. *n.* 5. *q.* 4. & *Medin. qu.* 5. *de reb. restituend.* quia nec est communis doctrina, ut refert *P. Paul. Layman.* de Societate Jesu in sua *Theol. moral. lib.* 3. *de just. & jur. tract.* 2. *cap.* 12. *in princip.* ubi etiam

73 tenet, quod justa causa differendi solutionem, & paulatim solvendi esset, quando restituenti aliud rei propriæ damnum gravioris æstimationis eventurum sit, & inter alia exemple dicit: *secundo si debitor solvere non possit, nisi domum, verbi gratia, vel prædium vendat multo minori pretio eo, quod valet*, ad quod adducit

74 *Navar.* & alios, & hæc communis regula fundatur ex duobus principiis, quia nemo tenetur restituere cum suo notabili majori detrimento, quàm sit creditoris commodum: aliud desumitur ex *Scot. in* 4. *dist.* 15. *q.* 2. *art.* 4. *Div. Ant. Gabriel.* & aliis allegatis ab eodem *Layman loco* supra citato, quod quotiescunque Dominus, sive creditor rationabiliter contentus esse debet, ut restitutio differetur, potest differri etiam ex invito, argum. *tex. in canone quis* 22. *q.* 2.

75 Idem etiam probavit *Less. de justit. & jur. lib.* 2. *c.* 16. *dub.* 1. *n.* 25. ubi, quod si vir Nobilis non possit statim solvere, nisi privet se omni obsequio famulorum, & equorum, & cogatur abstinere à consortio sibi similium, posset differre solutionem, & pauletim solvere, sequitur *Bonacin. tom.* 2. *de restit. in gener. disput.* 1. *quest. ult. punct.* 1. *in e. proposit num.* 22. ubi tenet, quod

76 quis non cogitur vendere rem vilius, quàm valeat pro satisfaciendo mutuo, *Velazq. de privil. pauper. qu.* 27. ubi *num* 27. innumeros *DD.* pro hac opinione refert, *Filiuc. tract.* 32. *cap.* 5. *num.* 177. Et hoc quotidie videmus observari cum pauperibus, & personis

77 miserabilibus in M.C.V. qualibet die Sabathi, in quo visitantur pauperes debitores, ipsisque conceditur, nedum dilatio ad solvendum, sed etiam, ut pauletim solvent. Et proinde his omnibus discussis die 17. Junii 1645. fuit interpositum decretum tenoris sequentis, v. 3.

Visis literis S. M. expeditis sub die 3. Octobris 1637. & decreto Collateralis Consilii lato die 4. Junii 1636. visis compositionibus, & transactionibus factis cum cæteris creditoribus Domus Hostiliani, & instrumento, & minutis in actis exhibitis, & auditis partibus cum eorum Advocatis.

Regium Collaterale Consilium providet, decernit, & declarat, licere Illustrissimæ, & Excellentissimæ Principissæ Hostiliani solvere, & satisfacere Jo. Staphano de Oria, & hæredibus quond. Augustini de Oria pro capitali, & tertiis suorum creditorum, deductorum in processo, & liquidandorum in ducat. viginti mille pro una vice tantum, solvendos infra viginti dies post intimationem præsentis decreti, quorum decem mille cedant, & computentur in extinctionem capitalis, & reliqui duc. 10. m. in extinctionem tertiarum decursarum, liceat quoque satisfacere eisdem cum ducatis viginti mille annuis impositis super Arrendamento quatuor Fundatorum Salis spectantibus ad dictam Excellentiss. Principissam, ex quibus primo solvantur tertiæ decurrendæ, & dimidium restantis quantitatis solvatur, & recipiatur in extinctionem capitalis, & aliud dimidium in extinctionem tertiarum decursarum, pro quarum quantitatum executione, & exactione Joannes Stephanus, & hæredes Augustini debeant constituere Procuratorem Neapoli residentem, qui teneatur recuperare, & exigere prædictos annuos reditus ducatorum viginti mille in censem prædictam, cum declaratione, quod si non exegerit supradictam quantitatem, vel aliquam ejus partem, teneatur intimare, & denunciare dictæ Illustrissimæ, & Excellentissimæ Principissæ quantitatem non exactam in Curia, vel domo Notarii Regiæ Curiæ, qui est, vel in futurum erit,

aris, quæ intimatio habeat eundem effectum, ac si eidem Illustrissimæ, & Excellentissimæ Principissæ facta fuisset, ut infra sex menses computandos à die intimationis dicta Excellentissima Principissa possit facere diligentiam pro recuperatione, & exactione quantitatis non exactæ, ut solvatur Procuratori dictorum Joannis Stephani, & hæredum Augustini, quod si infra dictos sex menses non fuerint dicti ducati viginti mille soluti dicto Procuratori, Illustrissima, & Excellentissima Principissa teneatur solvere Joanni Stephano, & hæredibus Augustini quantitatem non exactam, pro cujus consecutione sint salva, & reservata eisdem jura suorum creditorum anteriorum, salva provisione facienda super prætenso interesse tertiarum, hoc suum, &c. Tap. Reg. Brancia Reg. Zufia Reg. Casanate Reg. Azcon Reg. Sanfelicius Reg. Capyc. Latro Proreg. Petrus Danisius pro Illustr. Secretario Regni.

OBSERVATIO IN DECISIONE CXCII.

SUMMARIUM.

1 *Hæc decisio fuit revocata, seù suspensa à Supremo Italiæ Consilio in Hispania.*

2 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii an possit juvari beneficio* Auth. hoc nisi debitor, C. de solution. & dare bona insolutum creditoribus, *afferuntur decisiones.*

Debitor, qui renunciavit beneficio, auth. hoc nisi debitor, C. de solut. *an possit dare bona insolutum suo creditori, ibid.*

3 *Interesse tertiarum decursarum an debeantur post rescissum contractum, & post debitoris decoctionem, & graduationem creditorum, & afferuntur decisiones.*

D. Fabritius Villanus *laudatur, ibid.*

4 *Fides est servanda etiam hosti, & ideò cum eo non debet rumpi.*

Turca capti sub fide data, an sint libertati restituendi, & affertur decisio, ibid.

5 Dom. Joann. Paulus Poerius *Advocatus laudatur.*

6 *Hostem vincere vi, aut dolo, nihil interest.*

7 *Debitor an differre possit tuta conscientia restitutionem ablati, vel cujuscumque debiti suo creditori, & quando.*

8 *Debitor uti debet parsimonia in victu, vestitu, & in omnibus, non autem lautè, & splendidè, & pompesè vivere, & vestiri ad hoc ut possit suis creditoribus solvere, & nu. 11. 12 & 14.*

Confessores advertant in absolvendo debitores morosos. ibid.

10 *Debitor, qui distulit solutionem suis creditoribus absque causa est perjurus, ex juramento præstito in instrumento stipulato, & ideò peccat mortaliter, dum cum juramento promisit solvere tertiatim, vel per semestria, aut in fine anni, & non solvit.*

11 *Debitor, ut valeat solvere suo creditori, debet sibi, & familiæ diminuere victum, & vestitum, ac etiam dotes filiarum, & n. 8. 12. & 14.*

12 *Debitor, an possit differre solutionem tuta conscientia suis creditoribus; si eam præstare nequit sine suo damno æquali, vel majori, & de quo damno intelligi debeat nu. 13.*

14 *Debitores, etiam si sint nobiles, ut possint solvere, & satisfacere suis creditoribus, debent se reformare in victu, vestitu, familia, equis, canibus, venationibus, &c. & non petere relaxationem à creditoribus, & nu. 8. & 11.*

1 HÆc decisio refert *Dom. Petra in comment. super rit. M.C.V. in ritu 46. nu. 19. tom. 1. fol. 261.* fuit revocata, seù suspensa à Supremo Italiæ Consilio in Hispania; sed quia Procurator Jo. Stephani de Oria, qui Neap. existebat, non habuit de eo notitiam, transegit se nomine dicti sui principalis cum Excellentissimo Duce Medinæ viro dictæ Excellentissimæ D. Don Annæ pro ducatis centum septuaginta mille in pecunia numerata pro omnibus prætensis.

2 Ad *num. 19. & 61.* observo, quod hæres cum beneficio legis, & inventarii, an possit juvari beneficio *d. Auth. hoc nisi debitor, C. de solut.* & ultrà *decis. de Franch. 83.* & aliam relatam à *D. Rovit cons. 18. in fine,* invenio per Sacrum Consilium sub die 30. Octobris 1641. in causa Mutii Suardi cum Comitissa Gambatesiæ fuisse judicatum secundum dictam decisionem *de Franch.* contra hæredem cum beneficio legis, & inventarii; Nam cum fuisset exposita venalis Terra Gambatesiæ ad instantiam dictæ Comitissæ, & remansisset ad extinctum candelæ Marco Garofalo, & cum prædictus Mutius Suardus obtulisset dictam Terram adjudicari, & insolutum dari dictæ Comitissæ, ex quo non reperiebatur justus emptor, quamvis Vespasianus Suardus ejus pater renunciasset beneficio *dicta Auth. nisi debitor*, & ipse Mutius uti hæres cum beneficio legis, & inventarii prætenderet posse dictam Terram dictæ Comitissæ creditrici assignare, tamen per Sacrum Consilium fuit decisum: * *Quòd infrà dies octo procuret Mutius meliorem oblationem, aliàs consignetur possessio dictæ Marco Garofalo, oppositis non obstantibus; in banca Figliola.* Et pro hoc articulo vide etiam, quæ scripsit *Baldax. de Angelis in addit. ad decis. 7. Gizzarell.* quæ citatur à D. Regente.

3 Ad *num. 48.* observo, An interesse tertiarum decursarum post debitoris decoctionem, & facta graduatione, debeantur usque ad realem satisfactionem, & *D. Rovit. in pragm. 3. de ceß. bonorum à num 18. cum seq.* tenet creditori non deberi interesse tertiarum post decoctionem debitoris, sed contrà dictam doctrinam *Rovit* defendentis Jura Fabii de Falco contrà ejus creditores, fuit in ea causa decisum per Sacrum Consilium ad favorem dictorum creditorum, & fuit calculatum interesse decursum post graduationem, fol. 125. à tergo: & die 15. Martii 1589. fuit per * Sacrum Consilium liquidatum interesse prædictum ad rationem quinque pro centenario, fol. 225. adversùs quod decretum fuit oppositum, interesse non deberi alterius interesse post graduationem, fol. 227. à tergo, & per idem Sacr. Consil. sub die 2. Decembris 1602. fuit provisum, quod dictum * decretum latum sub die 15. Martii 1589. debitæ exequutioni demandetur, fol. 143. à tergo. Item per Sacrum Consilium fuit etiam decisum prædictum * interesse deberi in causa creditorum Illustr. Ducum Guardiæ, & Macchiæ, referente Domino Consiliario Joanne Baptista Meliora; In Banca Romani. * Et in causa Martialis Mincolellæ cum Alphonso Memolo, in banca Cusini, & de his omnibus de* cretis Sacr. Consil. testatur D. Fabritius Villanus Advocatus magni nominis, in quodam Juris responso Typis dato in causa sua propria, & D. Fœlicianæ Ruffæ suæ conjugis, contrà Franciscum Antonium Villanum Marchionem Pollæ in *vers. item quia facta graduatione*, quod Ego habeo in *tom. 43. mear. alleg. divers. fol. 153. alleg. 37.* & propriè *fol. 158.* ubi etiam adducit aliud decretum S. C. quod ubi facta graduatione, contractus remanet rescissus, & ampliùs tertiæ non debentur, sed interesse, fuit per idem Sacr. Consil. judicatum illius interesse deberi * aliud interesse in causa inter Tadeam de Marra, & creditores Prosperi de Arimine, in banca de Felice, in qua causa fuit calculatum interesse prædictum alterius interesse decursum post graduationem in ducat. 310. fol. 264. & 270. & à ter. & postmodum

decreto S C. sub die 6. Junii 1613. provisum deberi dictum interesse, & fuit liquidatum in dictis ducat. 320. fol. 271. ad relationem D. Consiliarii Frezzæ. Et similiter fuit decisum pluries per idem Sacr. Consil.
* Neap. ut in processu creditorum Francisci Antonii de Jordano, in banca de Martino. Prout suprà in *observat. 133. num. 27. cum seqq. fol. 39. & 40.* iterum hæc omnia dixi, & adduxi.

4 Dixit *D. Regens hic num* 68. fidem esse servandam. Ideò observo, quod fides, quæ promittitur Hosti, non debet rumpi, sed servari *can. innocens 22. quæst. 4.* & clariùs in *can. noli existimare 23. quæst. 1. circ. med.* ibi: *Fides enim quando promittitur, etiam hosti servanda est, contra quem bellum geritur*, ità etiam dixit *Isern. in titul. de his, qui feud. dar. poss. vers. hoc autem, numer. 18. in fine*; quod intellige verum esse, ut ait *glos. in d. can. noli existimare, in verbo hosti*, si ipse hostis nobis servat fidem, aliàs non tenemur ei servare; Hinc dum per Capitaneum Navis Illustr. Prioris Ungariæ fuissent capti Turcæ sub fide præstita per dictum Capitaneum, fuit in Regia Camera Summariæ dubitatum, an deberentur Turcæ prædicti libertati restitui, & in prima instantia fuit judicatum in beneficium Prioris in
5 anno 1582. in banca de Squillante, patrocinante pro eo I.C. eximio Joanne Paulo Poerio, & in secunda instantia R.C.S. fuit in paritate votorum, & cum dubitaretur si pro sententia prima in favorem Prioris, vel pro libertate Turcarum esset deindè judicandum, fuerunt DD. Præsidentes similiter in paritate votorum; Tandem renunciante dicto Priore, fuit lata
* sententia in favorem Regii Fisci, ut habeo in Apostilla dicti Poerii ad *Isern. loc. citat. fol. 6.* & forsan moti fuerunt DD. Præsidentes; ea ratione, quia, ut
6 dixit eidem *Isern. ibidem eodem num. 18. in fine.* Nihil interest, dolo, aut vi hostem vincamus, per *tex. in l. nihil interest, ff. de captiv. & postlim. revers. l. 1. §. non fuit, ff. de dolo malo.*

7 Tandem ad ea, quæ dixit *D. Regens noster num. 72. cum seqq.* observo, An debitor differre possit tuta conscientia restitutionem non solum ablati, sed etiam solutionem ejus, quod quomodocumque debet suo creditori, & de hac quæstione vide *Martam voto 18. per totum*, ubi latè distinguendo illam examinat, & præcipuè cum illo *num. 6.* observo multos debitores non excusari in foro animæ, non restituendo, ablata, vel non solvendo debita, si lautè vivant, & splendidè, ac pomposè vestiantur, sicut si
8 non essent obligati ad restituendum, & solvendum suis creditoribus, quia debent in victu, vestitu, & in omnibus moderatè procedere, & uti parsimonia in
9 vivendo, ità *Marta* quem omninò videas; Et ideò non est à Confessariis relaxanda habena faciliter absolvendo debitores morosos, qui non solvunt tertias, & annatas, seù census suis creditoribus, & differunt per annos, & aliquando ipsi creditores sunt egeni, & ipsi debitores non parcè vivunt, sed lautè, ac lautissimè, & prætendunt se excusari in conscientia, ex eo, quia non debent minuere eorum sta-
10 tum, non considerantes esse perjuros, & mortiferè peccare non solvendo debita, ad quæ cum juramento in instrumentis, & cautelis se obligaverunt tertiatim, vel per semestria, aut in fine anni solvere tertias, semestria, annatas, & census, de quo juramento nihili faciunt.

11 Et *Bonacin. tom. 2. de restitut. in gener. disp. 1. quæst. ult. punct. 1. num 25.* quam citat *D. Reg. d. numer. 72. in fin.* idem concludit his verbis (loquens de debitore, qui non debet à proprio statu cadere, & cogi mendicare) *Debitor tamen debet in hujusmodi casu diminuere victum, & vestitum sui, & familiæ, & minuere dotes filiarum, ut paulatim possit restituere, sic enim recta ratio dictare videtur, ne creditor tantùm detrimentum patiatur.* Et adducit *Salon. Less. Valent. Clav. Reg.* & alios, & idem dixit prius *num. 23. ibidem.*

12 Quinimmò, an debitor possit differre solutionem tuta conscientia, quando eam præstare non potest sine suo damno æquali, vel notabiliter majori, quam sit damnum creditoris, & idem *Bonacin.* qui alios Doctores affert, respondet *loc. cit. num. 19.* debitorem non posse differre solutionem; & restitutionem, quando damnum, quod ipse patitur, restituendo est æquale damno, quod patitur creditor ex dilatione restitutionis, & solutionis, quia in pari damno, potior est conditio creditoris, secus verò si damnum debitoris esset notabiliter majus, ideò notanda est illa particula, *Notabiliter majus*, quia si non esset notabiliter majus, non excusaretur debitor non solvendo, & non restituendo propter aliquod non notabile damnum majus, quod pateretur solvendo, & sic damnum quod patiatur debitor restituendo, debet esse longè majus damno, quod patitur creditor, ut idem *Bonacin. ibidem num. 11.* ubi etiam advertit, quod dictum damnum debet intelligi de damno distincto à re ipsa debita, vel restituenda, seù de damno in rebus non debitis, nam damnum, quod sentitur præcisè in restitutione rei debitæ, non est damnum pati in propriis bonis, sed est restituere, quod alteri debetur, (quod equidem est valdè notandum, & considerandum) & citat *Valent. Salon. Aragon. Less. Clav. Reg. Eman. Sà, Fillinc. Molin. Cajet.* & alios, & *numer. 23.* dicit, quod quamvis debitor, ut statim restituat, & solvat, non teneatur vendere instrumenta artis, qua se substentat, nec necessaria corporis, vel ornamenta lectuli, nec debeat se privare omni obsequio famulorum, & equorum, ut restitutionem faciat, & solvat creditoribus, quia potius pati debet creditor parvum damnum, nè debitor magnum subeat, tamen subjungit, magnum damnum hoc loco intelligi, quod est duplo majus, quam sit damnum creditoris, & ideò ipsum debitorem quamvis nobilem debere attenuare, & diminuere victum, vestitum, & alias expensas, ut paulatim restituat, & solvat, quod utinam adverterent debitores morosi, & di-
14 stulantes solutiones debitas creditoribus ex frivolis excusationibus, maximè debitores nobiles lautissimè viventes, qui nolunt se reformare in victu, vestitu, famulitia, equis, canibus, servitoribus, venationibus, &c. & miseri creditores, miserabiliter vivunt, patientes maximum damnum, non valentes exigere, & recuperare suos introitus, census, & credita, undè vivere parcissimè possint; & quod pejus deindè tales debitores petunt relaxari à creditoribus sibi non solùm tertias, & annatas, sed etiam partem capitalium, ut habetur in hac decisione, quæ ut supra dixi *nu. 1. ex D. Petra* fuit suspensa à Supremo Italiæ Senatu in Hispania.

Michael Angelus G.zzim.

ARGUMENTUM.

Bona primo Monasterio per Monachum quæsita, an eo translato in aliud propter actiorem vitam, acquirantur secundo, vel remanere debeant penes primum. Et num lite pendente Monialibus translatis in secundo Monasterio, debeant à primo alimenta præstari.

SUMMARIUM.

1 *Monasterium secundum in quo fit translatio, distingui non debet à primo, quando sub eadem Regula, & invocatione vivit, & propterea debet potiri omnibus privilegiis, exemptionibus,* &

& praerogativis, quibus primum Monasterium gaudet.

2 *Bona quaesita primo Monasterio sint, vel ne secundo applicanda arbitrio prudentis Praelati remittitur, ut inter primum, & secundum distribuat.*

3 *Bona primo Monasterio ratione ingressus tacite, vel expresse quaesita an in secundum, ad quod Monachus se transtulit, licet sit diversum à primo, transferantur, variae sunt DD. opiniones, quae limitantur in aliquibus casibus, ut num. 7. 8. 9. 11. 12. & 13.*

Et de veriori sententia, n. 30.

4 *Dos, quae datur per Monialem tempore professionis censetur data pro ea alimentanda, nec in alium usum converti debet, & praestita etiam ratione matrimonii spiritualis, quod Monialis contrahit cum Christo Domino Nostro, ad instar matrimonii carnalis, propter onera dicti matrimonii subeunda.*

5 *Pater cogitur solvere dotem filiae ingredienti Monasterium.*

6 *Dos data primo Monasterio, Moniali ad aliud transeundo, an acquiratur primo, vel secundo sit restituenda.*

9 *Ecclesia debet relinquere unde vivat illi, qui vendit bona sua pro solvenda decima.*

10 *Alimenta denegare, qui non habet unde se alat, idem est, quod necare.*

14 *Alimenta non sunt deneganda discussione pendente.*

15 *Religiosa, seu Monialis quotiescunque vult transmigrare ad arctiorem vitam, debet praecedere licentia Abbatissae, seu alterius Superioris.*

16 *Religiosus, qui sine licentia transit ad arctiorem vitam, cogitur redire.*

17 *Moniales dicuntur esse in potestate Monasterii, in quo sunt Professae, & sunt servae, & filiae dicti Monasterii.*

18 *Religioso est licitum transire de una Religione laxiori ad aliam strictiorem est tamen intelligendum cum consensu sui Superioris, & num. seq.*

Neque per licentiam à Summo Pontifice concessam censentur exclusae aliae sollemnitates à jure communi requisitae, n. 20.

21 *Conditionis natura ea est, ut prius adimpleatur, quam emolumentum consequatur: & sub contraria conditione censetur aliter dispositum, n. 22.*

23 *Conditione prius non adimpleta, nec justificata quicquid postea actum fuerit, irritum redditur.*

24 *Monialibus non potest denegari licentia, quando ex vera vocatione, & puro corde ad vitam strictiorem sunt ductae.*

25 *Moniales antequam transeant ad strictiorem vitam, est discutiendum de asserta reformatione.*

26 *Monialium translatio ad aliud Monasterium debet per ipsas justificari, cùm non sit standum earum assertioni.*

27 *Praecepto obedientiae spreta per Religiosos nihil boni fieri potest.*

28 *Uxoris bona praesumuntur acquisita ex bonis viri.*

29 *Monialium numerus auget Monasterii gloriam: dismembrationes autem non desunt habere aliquid scandali.*

31 *Monachus Episcopus legitime creatur, & omnia, quae prius existens in Monasterio acquisivit, dicto Monasterio acquirit, post verò Episcopatum Ecclesiae suae acquirit, & n. 32.*

33 *Ususfructus Domino acquisitus ex persona servi, non transit penes secundum Dominum.*

34 *Pater quamvis ex lege naturali teneatur alere filium, tamen eo in adoptionem dato cessat onus alimentandi à patre, & transit in adoptantem.*

35 *Alere quis tenetur eum, cujus operibus utitur.*

36 *Ali debet is ab illo Altari, in quo servit.*

37 *Alimenta praestari debent in domo praestare debentis.*

38 *Episcopus prohibetur visitare Collegia, quae sunt de Regia protectione, sine ejus licentia.*

39 *Alimenta ex fructibus, & non ex proprietate sunt inspicienda.*

40 *Alimenta debentur pauperi, & egeno, non autem ei, qui ex suis substantiis vivere potest.*

41 *Vir quamvis teneatur alere uxorem, etiam divitem, tamen fallit, quando non est in illius servitio, & obsequio.*

42 *Alimenta lite pendente non sunt filio praestanda, si non est pauper, ita ut non habeat unde se alat.*

43 *Impia probatio ad obtinendum alimenta remittitur Judicis arbitrio.*

44 *Alimenta, quae debentur miserationis gratia, sufficit si praestentur pro necessario vitae subsidio.*

45 *Alimentare qui cogitur, si commode non potest alimenta praestare, non tenetur arctare victum suum propter alium.*

46 *Charitas ordinata incipit à se ipso.*

47 *Alimenta non sunt praestanda, nisi constet de bono jure petentis.*

48 *Alimentorum taxationi nunquam est locus, quando urgentiores sunt praesumptiones pro reo, quam pro altero.*

DECISIO CXCIII.

QUatuordecim Moniales professae Venerab. Monasterii S. Mariae Ægyptiacae Ord. D. Augustini, asserendo Summo Pontifici, velle strictiorem vitam ducere, obtinuerunt licentiam se transferendi ad aliud Monasterium per ipsas formandum sub eadem Invocatione, & Regula: ibique translatis, praetendebant, ipsis à primo Monasterio debita dotes restitui ad beneficium secundi, & interim ab eodem primo alimenta praestari. Et quia praedictum Monasterium erat de Regia fundatione, & protectione, preces porrexerunt Excell. Proregi, ejusque Collaterali Consilio, ut non permitteret, ipsas fame esse perituras, sed quod decernerentur alimenta, saltim ad rationem annuorum duc. quinquaginta pro qualibet Moniali à primo Monasterio, juxta declarationem factam per Sacram Congregationem Eminentiss. Cardinalium, & per Illustrissimum Nuntium, qui ex Delegatione Summi Pontificis est Judex competens istorum Monasteriorum, & sunt sub Regia Protectione.

1 Ad quod probandum dicebant primo, quod hoc secundum Monasterium non debebat distingui à primo, cùm sub eadem Regula, & Invocatione vivant, ideoque nec nova professio fuit necessaria, sed tantum intendunt vitam aliquantulum strictiorem ducere, & propterea debent potiri omnibus privilegiis, exemptionibus, & praerogativis, quibus primum Monasterium gaudet, quia incorporatae dicuntur cum primo, ut tradit *P. Suarez de Relig. tom. 4. lib. 3. c. 15. n. 14.* & proinde dicebatur, in hoc casu non esse 2 decidendam quaestionem, si bona acquisita primo Monasterio sint, vel ne isto secundo applicanda, vel communicanda, cum arbitrio prudentis Praelati sint inter primum, & secundum distribuenda, juxta tradita per eund. *P. Suarez d. c. 13. n. 16.*

Dicebatur secundo, quod quatenus non esset idem Monasterium, sed diversum, & sub alia Regula, adhuc 3 variae sunt *Doctorum* opiniones, si bona primo Monasterio ratione ingressus tacite, vel expressa quaesita, in secundum, ad quod Monachus se transtulit, transferantur; nam alii affirmativam, alii negativam, alii mediam verò substinuerunt opinionem, quod scilicet proprietas primo, & ususfructus secundo Monasterio

tio acquiratur. Quæ diversæ opiniones contra habent suos Classicos, & approbatos *Doctores*, qui eas optimis mediis substinent, ut est videre per *Regentem Carolum de Tapia Marchionem Belmontis in auth. ingressi, c. 6. n. 7. C. de sacros. eccles. Covarr. in c. 1. num. 31. de testam. Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 15. qu. 3. P. Suarez dicto lib. 3. c. 13. & 14. Bonacc. tom. 1. oper. tract. de clausur. monial. q. 2. punct. 11. §. 4. disp. 2. num. 6. Sanch. in summ. tom. 2. lib. 7. c. 32. Ferdin. à Castr. in summ. to. 3. tract. 15. disp. 3. punct. 17. §. 1. & 2. Tambur. de jur. Abb. tom. 3. disp. 7. q. 6.* & ad satietatem recenset alios *Doct. August. Barb. in collectan. ad cap. quod à te, de cler. conjug. & in cap. licet, num. 20. de regular. Alvarad. de conject. ment. defuncti lib. 2. c. 3. in princ. num. 7.* opinionem verò, quod transeant in secundum Monasterium, tenuerunt *Hostien. Joan. Andr. Ant. de Butr. Anchar. Imol. & Abb. in d. cap. quod à te, de cler. conjug. Socin. sen. cons. 52. num. 18. lib. 4. Nicol. de Ubald. in tract. de success. ab intest. cler. regul. part. 2. num. 15. in volum. tract. diversevolum. 8 part. 2. fol. 332. à ter.*

Verùm respectu dotis, quæ datur per Monialem tempore professionis, licet ea postmodum ad aliud Monasterium cum ordine Superioris transeat, dicebatur, cessare amaritudines, quia dicta dos datur pro alimentanda Moniali, & sic validè transit ad secundum Monasterium, nec in alium usum converti debet, *Bonacin. in tom. 1. oper. tract. de alienat. bon. Ecclesiar. disp. 2. quæst. unic. punct. 2. num. 3. vers. secundo de dote, P. Lezano in summa qu. reg. tom. 2. cap. 19. num. 57.* & datur ratione matrimonii spiritualis, quod Monialis contrahit cum Christo Domino nostro, ad instar matrimonii carnalis. In quo datur dos ad onera matrimonii substinenda, *Bald. in l. fin. num. 12. C. de sent. quæ sin. cert. quo tit. & in rubr. Cod. de peric. dot. Socin. sen. in l. 2. in prin. nu. 9. ff. solut. matrim.* ubi etiam *Aretin. Rip. Hercul. Pantan.* & cæteri, sic etiam datur dos Monasterio, ut ab eo dentur alimenta Moniali, & pater cogitur filiæ Monasterium ingredienti solvere dotem, sicut in matrimonio carnali. *Sanch. de matr. lib. 9. disp. 26. q. 1. nu. 7. Layman. in theolog. moral. cap. 13. lib. 3. tract. 4.* sub *num. 4. vers. quartò extenditur.* Quod spirituale matrimonium contrahitur cum Christo, & non cum Monasterio, & proinde Ecclesia Dei cantat, *Veni sponsa Christi*, & videtur, quod quando dos solvitur Monasterio, fiat cum illa conditione. *Quatenus in eo Monialis permanserit.* Et propterea quando transfertur ad aliud Monasterium, non est conveniens, ut primum lucretur dotem, secundum verò cogatur Monialem alere: & ex his dotem datam primo Monasterio, Moniali ad aliud transeunte, non acquiri primo, sed secundo esse restituendam, tenuerunt *Socinus senior cons. 222. num. 3. vers. sed in casu nostro, lib. 2. Bald. Novell. de dot. part. 1. n. 10. Benedict. Capr. cons. 96. n. 6. Redoan. de spol. eccles. q. 8. in prin. n. 80. Reg. Tap. in auth. ingressi, d. cap. 6. num. 10. Ascan. Tamburin. de jure Abb. d. disp. 7. quæst. 6. num. 9. Rot. in recent. decis. 115. nu. 2. tom. 1. part. 2. in recollect. per Farinac. Dec. cons. 52. lib. 4. Calderin. cons. 23. in tit. de regular. Menoch. de arb. casu 436. num. 25.* & alii pro hac opinione allegati per *Barbosam collect. ad d. cap. quod à te, de cler. conjug. & d. cap. licet, de regularib.* Et quamvis *Sacra Congregatio Trid. Concil.* contrarium declaraverit, ut refert *P. Suarez in d. cap. 14. num. 15.* quam declarationem etiam referunt *Farinac.* in impressis per eum ex *Biblioth. Eminentiss. Card. Bellarm. sess. 25. cap. 5. de regular. & Armendar. in ll. Navarr. lib. 2. tit. 18 nu. 10. & Barb. de potest. episc. part. 3. alleg. 102. num. 26.* Tamen dicebatur, de dicta declaratione non esse curandum, quia diversimodè dicta declaratio legitur in aliis Authoribus, prout est videre in aliis declarationibus impressis Lugduni in anno 1631. sumptibus Cardon. in ead. *sess. 25. cap. 5. de regular. num. 9. vers. quando verò, & Barbos.* in suis *remission. in d. loco, num. 130.* ubi nihil legitur de dote, & sic optima ratione lectura dictarum declarationum, & remissionum fuit prohibita, quia illæ non sunt autheoticæ.

Tertiò dicebatur, quòd quatenus in hoc adesset aliqua difficultas ex doctrina eorum, qui generaliter tenent, bona Monaci acquiri primo, & non secundo Monasterio; adhuc eam limitant in duobus casibus. Primò, quando transitus de uno ad aliud Monasterium fit ob necessitatem publicam. Secundò, si Summus Pontifex juberet, secundo, & non primo Monasterio bona acquiri, ut dixerunt *Navarr tom. 1. oper. de regular. comm. 4. num. 24. vers. 11. Rodriq. quæst. regul. tom. 2. q. 89. art. 2.* & eandem opinionem sequuti fuerunt *P. Miranda in Manual. Prælator. tom. 1. qu. 34. art. 24. in 2. concl. Sanch. d. c. 31. numer. 12. Suar. in d. c. 14. Bonacin. in dicto tom. 1. oper. in tract. de alienat. bonor. ecclesiast. disp. 2. quæst. unic. Ferdin. à Castr. d. tom. 3 tract. 15. disp. 3. punct. 27. §. 1. P. Faust. in tom. 1. theologiæ moral. tit. de Religios. stat. qu. 344. vers. bonæ Moniales*, & etiam Prælatus potest dare licentiam, ut bona transeant ad secundum Monasterium, secundùm *Sylvest. in sum. tom. 2. in ver. Religio. 4. nu. 10. Anchar. in d. cap. quod à te, num. 9.* ubi etiam *Anton. de Butr. nu. 9.* quod eo magis hoc facere potest Summus Pontifex, & ejus authoritate Sacra Congregatio, *Suarez d. cap. 14. nu. 18. Burat. decis. Rota Rom. 576. nu. 2. tom. 2.*

Et has limitationes prætendebatur, procedere in dicto casu, quia cùm primum Monasterium egeret reformatione, vigeret causa publicæ utilitatis, & etiam privatæ magnæ utilitatis, scilicet strictioris vitæ, & observantiæ. Aderat quoque secunda limitatio licentiæ, & ordinis Summi Pontificis, quia fuit à principio tradita licentia Sacra Congregatione faciendi transitum ad aliud Monasterium una cum alimentis eisdem Monialibus præstandis à primo Monasterio.

Dicebatur etiam, quòd quatenus respectu proprietatis bonorum aliquo adesset difficultas, non poterat dubitari respectu ususfructus, vel alimentorum, saltim lite pendente; ad quod adducebatur *gloss. in canon. quicunque 4. 16. q. 7.* ubi quærit, utrum si debens solvere decimas prætensas, non possit hoc facere, nisi vendat bona sua, an teneatur illa vendere & dicit, quòd sic, sed Ecclesia debet ei relinquere, unde vivat, cum hoc idem esset ei datura; res enim Ecclesiæ omnibus sunt communicandæ, negare enim alimenta istis Monialibus, cùm non habeant unde se alant, esset eas necare, *l. necare, ff. de liber. agnosc. can. qui abstulerit 12. qu. 2. can. non satis 86. dist. can. inter cætera 22. quæst. 5.* Et propterea teneri primum Monasterium ad alimenta, affirmarunt *Specul. par. 4. de stat. Monach. qu. 6. num. 10. Zabar. in d. cap. quod à te, num. 8. vers. tamen si monasterium, & cons. 28. col. fin. vers. si verò expressè, Anchar. in d. cap. quod à te, num. 9.* ubi etiam *Abb. Panorm. num. 8. vers. hoc tamen intellige, Anton. de Butr. cons. 75.* incip. *Moniales quædam, Covarr. in cap. 1. num. 31. vers. hactenus verò, de testament. Menoch. cons. 193. nu. 12. Cardin. Tusc. tom. 5. pract. qu. lit. M. concl. 322. num. 10.* & quoad fructus durante vita Monaci non adesse controversiam, quòd debeantur, dixit *Menoch. de arbitr. cas. 436. num. 29.* & sic etiam *Rodriq. de regular. tom. 2. quæst. 79 art. 2.* qui quamvis teneat pro primo Monasterio, tamen dicit, quòd opinio contraria posset salvari in eo, qui coactè ob necessitatem, vel utilitatem publicam, aut valde magnam privatam authoritate legitima transiret ad aliud Monasterium, quoad fructus vita ejus durante tantùm.

Nec prædictis obstare dicebant, exceptionem propositam per primum Monasterium, quòd non sunt

reddita

reddita computa administrationis per Abbatissam de Tocco, & quòd sunt restituenda aliqua mobilia, & quòd denegatur licentia à Superiore recipiendi alias Moniales, & similia, quia ultra quòd in facto non constare asserebatur immò totum contrarium, 14 adhuc interim discussione pendente alimenta non sunt deneganda, arg. *text. in cap. ex parte, de accus. l. si constituta, §. penult. ff. de inoff. testament. Afflict. dec. 20. n. 2. Coler. de aliment. lib. 1. cap. 13. num. 30 & cap. 14. num. 53.*

Sed pro primo Monasterio nonnulla considerabantur ad exclusionem, nedum bonorum, seu dotium datarum, verùm etiam quoad alimenta. Et pri-15 mò dicebatur, quòd de jure quotiescunque aliqua Religiosa vult transmigrare ad arctiorem vitam, debet præcedere licentia Abbatissæ, seu alterius Superioris, quia regulariter debet manere in ea vocatione, in qua vocata fuit; benè verum est, quòd petita licentia, & injustè denegata posset ad arctiorem vitam transire, tamen requiritur, quòd licentia antea petatur ut est *text. in cap. licet quibusdam 18. de regular. gl. in cap. intelleximus, in verb. curam in fin. de atat.* 16 *& qual.* quod in tantum est verum, quia si non petitur licentia, cogitur redire, etiam quòd transeat ad strictiorem vitam, ut tenet *gl. in can. mandamus, in verb. Monachus 9. q. 3.* sequitur *Panor. cons. 95. lib. 1. Hostien. in d. cap. licet, Azor. instit. moral. tom. 1. lib 12. c. 14. q. 6.* ubi de veriori, & communi testatur sententia. Cumque nulla fuerit petita licentia Abbatissæ, dicebatur, nedum eis esse deneganda alimenta, sed 17 redire debere. Moniales enim dicuntur esse in potestate Monasterii, in quo sunt professæ *cap. non dicas 12. q. 1. cap. cùm ad Monasterium, de statu monach.* & dicuntur servæ, & filiæ Monasterii, in quo sunt ingressæ, ut notatur in *auth. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. Bombin. cons. 12. n. 13. Carol. de Graff. de effect. cleric. in prælud. num. 99. & 100.* & ideò quamvis licitum sit 18 transire de una Religione laxiori ad aliam strictiorem, *cap. unic. de excess. prælator. Reg. Carol. de Tap. in d. auth. ingressi, in verb. ingressi, cap. 9. n. 18.* cum pluribus seqq. Tamen hoc erit intelligendum cum consensu suorum Superiorum, idem *Carol. de Graff. de effect. cler. effect. 1. num 106.*

19 Nec eis suffragari dicebatur licentia Summi Pontificis, quia utriusque licentia requiritur, Abbatissæ scilicet, & Summi Pontificis, quod probatur ex *text. in d. cap. licet,* ubi Summus Pontifex mandat, requiri licentiam sui Prælati tanquam immediatè Superioris. *gl. in cap. Joannes, eod. tit. Lapus alleg. 62.* & habetur ex pluribus rescriptis Sacræ Congregationis Regularium, directis Episcopo Vicetino, & Barchinonensi de anno 1615. de quibus testatur *Barb. in collect. DD. in variis locis Concilii sess. 25. de regul. & monial. c. 5. num. 131.* & de decreto fel. mem. Pauli V. die 22. Decembris 1613. testatur *Diana resol. moral. tract. 2. de dub. regul. resol. 99.* & ideò per licentiam à Summo 20 Pontifice concessam non censentur exclusæ aliæ solemnitates à jure communi requisitæ, *Anch. in cap. gratum, de postul. prælat. Gratian.* in casu simili *discept. forens. c. 5. n. 42.* confert etiam *text. in l. si quando, C. de inoff. testam.* & *ibi* tradita per *Jas.*

Considerabatur etiam quòd quatenus, absque veri præjudicio sola licentia Summi Pontificis sufficeret, adhuc de illa tanquam conditionali, vel saltim modali conditione, vel forma non servata non possent se juvari: cùm in primis literis Sacræ Congregationis sub die 26. Augusti 1639. concedatur dicta translatio cum ista conditione, *Che la reforma di queste non sia causa di disturbo, ne prejudicio all'altre, che restano, & in modo, che li restino entrate sufficienti per il vitto, & mantenimento dell'altre, che rimangono nel primo.* Et sic debebat ante omnia justificari, quòd ex translatione prædicta non esse sequuturum in primo Monasterio scandalum, nec præjudicium, & quòd remanebant introitus sufficientes pro ipsius 21 substentatione: natura enim conditionis est, ut prius adimpleatur, quàm emolumentum consequatur; *l. Thais, §. Stichus, ff. de fideicommiss. libert. Ceph. cons.* 22 *269. num. 22.* & est etiam talis naturæ, ut sub contraria conditione censeatur aliter dispositum *Curt. jun. cons. 27. volum. 4. Roland. à Vall. cons. 63. num. 27. vol. 4.* 23 & propterea quicquid actum fuerit, non justificata, & adimpleta priùs dicta conditione irritum redditur, *Rot. Rom. dec. 701. num. 5. in recentioribus, & decis. 725. num. 10. part. 2.* Quæ quidem justificatio debebat fieri citato dicto primo Monasterio, de cujus interesse principaliter agebatur, ut in terminis *Brevis Apostolici* habetur per *Rotam decis. 134. n. 2. part. 3. & decis. 28.* coram Domino Litta, *Buratt. decis. 41. numero 2.*

Rursus considerabatur, quòd translatio facta per dictas Moniales fortè non fuit ex puro corde & ex Spiritus Sancti vocatione, sed potiùs ex quadam levitate, si enim ex vero spiritu ductæ essent, licen-24 tiam à Superiore Abbatissa petiissent, tanto magis quia non poterat eis denegari, quando ex vera vocatione, & puro corde ad vitam strictiorem fuissent 25 ductæ, ut habetur *in d. cap. licet, de regular.* & ante omnia erat discutiendum de asserta reformatione, ut post *Innocent.* tradit *Ioann. de Imol. in cap. dilecti filii,* 26 *de renunciat.* Et quamvis hæc justificatio debebat fieri per dictas Moniales translatas, cùm non sit standum earum assertioni, ut per *Ant. de Butr. in d. cap. licet, n. 5.* ubi etiam *Joann. Andr. & Anchar.* Tamen 27 eo ipso, quod translatio fuit facta absque licentia Prælati, statim ortum fuit peccatum contra præceptum obedientiæ, quo spreto nihil boni esse potuit, ut punctualiter advertit *Abb. in d. cap. licet quibusdam, n. 10. de regular.*

His etiam accedebat, quòd nedum translatio fuit facta absque licentia, sed quoque sine licentia tot bona mobilia, argentea, & supellectilia dicti primi Monasterii transportaverunt, ac etiam una ex eis Monialibus, quæ forsan fuit causa principalis dictæ translationis, cùm fuerit Abbatissa dicti Monasterii, computa legitima non reddidit, quamplurimas pecuniarum quantitates retinendo, quod manifestè elicitur ex impensis illico per eas factas in constructione dicti secundi Monasterii, nam primò ædificaverunt illud in loco *detto le mortelle,* ubi maximæ pecuniarum quantitates fuerunt impensæ, & postea se pœnituerunt, & ad locum, ubi hodie reperitur fundatum dictum secundum Monasterium se transtulerunt, in quo solùm pro emptione Domus in loco *detto Pizzofalcone* impenderunt ducatos decem, & septemmille; unde sequitur vehementissima præsumptio, quòd omnia impensa fuerunt ex bonis dicti pri-28 mi Monasterii, per ipsam tunc Abbatissam administratis, argumento *text. in l. Quintus Mutius, ff. de donat.* & quod pejus, hodie dicunt, non habere unde se alant, & prætendunt, à dicto primo Monasterio esse alendas.

Detrimentum autem, quod ex dicta translatione habuit, & habet antiquum Monasterium, dicebatur, esse satis clarum, tum quia ipsi deficiunt mobilia, suppellectilia, & argentum, quod secum tulerunt, tum etiam, quia cùm sint numero sexdecim, & validiores, multæ ex illis, quæ remanserunt, sunt ita senectute, & mala valetudine affectæ, quòd non adest numerus sufficiens pro choro, & aliis Monasterii officiis, & oneribus subeundis. Insuper Monasterio antiquo plurimum dignitatis, & famæ detrahitur, quasi quod remansurum vita fuisset à primis Regulis relaxata, quod falsissimum est, cùm semper in eadem observantia permanserit, cum qua institutum fuit. Et 29 etiam, quia numerus Monialium auget Monasterii gloriam,

gloriam, dismembrationes eutem hujusmodi non desunt habere aliqoid scandali, & ex ea Cives, & Populi scandalizantur, Jo. Andr. & Anch. in d. cap. licet de regul. Azor. inst. moral. in loca sæpius citato.

Dicebatur etinm, quòd quamvis controversia fuerit opinio, si bona acqu sita per Monachum, eo translato ad aliud Monasterium, utrum primo, vel secundo sint acquisita, & præsertim dotes solutæ Monialibus. Tamen magis vera, & magis communis est opinio, quòd primò Monasterio acquisita remaneant, quam sententiam probaverunt Bart. in tract. minoricar. lib. 4. cap. 2. ex argumnnto text. in l. 1. & l. inter, C. de serviat. pass. & fuit opinio Petr. de Perus. quam disputato articulo tenuit Rodriq. de regul. tom. 2. d. quæst. 79. art. 2. reprobata opinione Socin. consil. 52. lib. 4. ubi etiam testatur, quòd hæc sit magis communis, allegat Jason. in auth. ingressi, n. 13. C. de Sacros. Eccles. & fundatur ex text. in can. unic. 18. qu. 1. ubi Monachus Episcopus legitimè creatur, & omnia, quæ prius existens in Monasterio acquisivit, dicto Monasterio acquirit, post verò Episcopatum Ecclesiæ suæ acquirit. Hanc etiam opinionem pro primo Monasterio tenuerunt etiam Navarr. consil. 55. n. 9. de regular. Alvarad. de conject. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. in princ. num. 7. Azor. institut. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 15. in 3. qu. post Covar. in cap. 1. num. 20. de testament. Sylvest. in summ. in verbo Religio, qu. 4. nu. 10. vers. ego autem dico, Lapus allegat. 61. n. 6. Sanchez in præcept. decal. lib. 7. cap. 37. & omnes ferè DD. pro utraque parte referendo, hanc etiam opinionem tanquam probabiliorem tenuit Barb. in d. collect. ad cap quod à te, de cleric. conjugat. & in d. cap. licet, de regul. & secundum hanc opinionem censuit Sacra Congregatio in una Parisiensi 20. Januarii 1634. & in una Neapolitana Monasterii Sanctæ Crucis de anno 1639. & de anno 1640. 3. Augusti in una Monasterii Sancti Joannis Baptistæ.

32 Quod etiam probatur ex text. in auth. si qua autem fortè, in vers. si vero relinquens, vel secondo, de Monac. ubi sunt propria verba, videlicet si vero relinquens Monasterium, in quo conversationem habuerit, ad aliud transeat Monasterium, etiam si quidem ejus substantia remaneat, & vindicetur à priori Monasterio, ubi abrenuncians hanc reliquit, ubi gl. in verbo à priori hoc declarat procedere in acquisitis ante exitum, aliàs 33 contra, quod etiam desumitur ex juris civilis principiis, nam usufructus Domino acquisitos ex persona servi, non transit pœnes secundum Dominum, sed pœnes primum remanet, l. inter antiquum, C. de usur. & quod Moniales sint servæ Monasterii, ubi professionem emiserunt, diximus supra ex Grass. de effect. Clericat. effect. 1. n. 100. Franc. Marc. dec. 104. nu. 1. dec. 374. n. 2. & dec. 527. n. 7.

34 Et quamvis pater ex lege naturali teneatur alere filium, tamen eo in adoptionem dato cessat onus alimentandi à patre, & transit in adoptantem, l. penult. ff. de adopt. Sic ergo cessare debet onus primi Monasterii, & secundum Monasterium, in quo translatæ fuerunt ad alimenta eis præstanda cogebitur, sicuti 35 enim primum Monasterium jus superioritatis amittit, ita etiam liberari debet ab onere alimentandi, cùm alere quis teneatur eum, cujus operibus utitur, l. in rebus § possunt. ff. commod. Cordub. in l. si quis à liberis §. si mater, nu. 9. ff. de liber. agnosc. Gratian. discept. forens. cap. 374. n. 21. Sanchez in præcept. decal. cap. 36 32. n. 8. & quis ali debet ab illo Altari, in quo servit, cap. cùm secundum, de præbend. & alimenta præstari 37 debent in domo præstare debentis, Gratian. discept. forens. cap. 551. nu. 42. qui de communi testatur, Boer. dec. 195. Molfes. ad Consuetud. Neapol. part. 5. tit. de aliment. q. 2. n. 2.

Insuper considerabatur, quòd alimenta petita aut prætendi possunt ex fructibus bonorum ex Regia munificentia ipsi Monasterio in ejus fundatione, & donatione elargitorum, & cùm Monasterium prædictum sit de Regia protectione, non est præsumendum, Summum Pontificem voluisse Regiæ fundationi derogare, ut apparet ex Conc. Trident. sess. 22. cap. 8. 38 ubi in specie prohibetur Episcopo visitare Collegia quæcunque Confraternitates laicorum, etiam quas Scholas, &c. quæ sunt de Regia protectione immediata juxte text. d. Concil. Trid. sess. 22. c. 8. Aut verò de dotibus per ipsasmet Moniales tempore earum ingressus datis, & major pars ipsarum non extat, nec fructus reddunt, ex quibus possint dictæ Moniales 39 ali, ut considerat Rot. Rom. in una alimentorum die 28. Junii 1613. coram bon. memor. D. Damasceno, ex fructibus enim, & non ex proprietate sunt inspicienda alimenta, l. qui bonis ff. de cess. bonor. Aym. Crav. cons. 199. Alex. cons. 100. Giurb. dec. 6. Barz. dec. 69.

Et demum non obstabit, quod Monacho litiganti cum Monasterio sint alimenta præstanda, tum ex 40 supradictis, tum etiam, quia alimenta debentur pauperi, & egeno, non autem ei, qui ex suis substantiis vivere potest, ut dixit Bald. cons. 126. vol. 2. Soc. cons. 121. n. 45. vol. 5. & communem dixit Curt. jun. cons. 148. in princip. Gabriel. comm. opin. lib. 6. tit. de aliment. concl. 7. num. 23. & ideò petenti alimenta necessarium est requisitum, quòd sit inops, maximè quando non 41 est in obsequio ejus, qui alere tenetur: quod videmus in uxore, quia quamvis teneatur vir alere uxorem etiam divitem, ut per Surd. de aliment. titul. 1. qu. 32. Molfes. ad Consuetud. Neapolit. part. 5. de aliment. præstand. qu. 11. num. 25. Id tamen fallit, quando non est in illius servitio, & obsequio, quia necessario debet esse in ea, inopia ut per Alex. post Cyn. Bartol. Salyc. & Paul. de Castr. in l. quod in uxorem, num. 7. in fin. C. de negot. gest. Natt. cons. 547. num. 13. Rot. Rom. apud Cæsar. de Grass. decis. 115. num. 5. Fontanell. de pact. nuptial. clausa 16. gl. 2. part. 5. num. 22. qui num. 23. di- 42 cit, idem procedere in filio, quia si non est pauper, ita ut non habeat unde se alet, alimenta lite pendente non sunt ei præstanda, l. extraneo, ff. de vent. in possess. mittend. Abb. in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matr. quam poll. per adult. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 16. num. 46. Surd. de aliment. titul. 1. qu. 112. num. 30. Gratian. disceptat. forens. cap. 336. num. 30. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 83. nu. 19. Cumque istæ Moniales non sint pauperes, nam habent 43 ann. ducat. 1800. vitelitios, & plus: & tantum expenderunt pro emenda domo fundandi causa Monasterium, & hæc probatio inopiæ ad obtinendum alimenta remittatur Judicis arbitrio, ut per Menoch. de arbitr. Judic. casu 65. Surd. de aliment. tit. 7. q. 9. num. 19. & qu. 37. tit. 9. Molin. de primog Hispan. lib. 2. cap. 16. nu. 46. Joan. del Castill. controvers. jur. lib. 2. c. 37. Barz. decis. 129. num. 5. nemo determinare poterit, quòd istæ Moniales non possint vivere cum ann. duc. mille, & 44 octingentum, nam alimenta, quæ debentur miserationis gratia, sufficit si præstentur pro necessario vitæ subsidio, Cordub. in repetit. d. l. si quis à liberis, in §. sed si filius num. 69 ff. de liber. agnosc. Alciat. consil. 252. alias cons. 18. n. 3. lib. 9. Gabriel. cons. 142. num. 26. vol. 1. Barz. dict. dec. 129. & sic pluries decisum in suo Senatu dixit Fontan. de pact. nuptial. claus. 5. gl. 8. part. 45 9. sub num. 17. & erit etiam considerandum, quòd qui alimenta præstare cogitur, si commodè non possit alimentare, non tenetur arctare victum suum propter alium, l. § præterea, ubi Bald. notat ff. de tutel. & 46 ration. distrah. omnis enim ordinata charitas incipit à se ipso, Benintend. dec. 89. n. 8. Natt. cons. 387. num. 8. Gratian. discept. forens. cap. 552. Barbat. cons. 63. lib. 2. Surd. de alim. tit. 7. q. 8. Franch. dec. 605. optimè Pet. Imol. cons. 60. n. 17.

47 Et demùm debet constare de bono jure alimenta petentis, & saltim bonum fumum: justitiæ demonstrare.

ftare.

ctate, *Molin. d. cap. 16. num. 36. lib. 2. de primog. Surd. de aliment. dict. tit. 1. quæst. 112. num. 27. Castill. dict. cap. 37. lib. 3. controvers. jur. numer. 13. Fontanell. della clausf. 6. gl. 2. part. 5. num. 25. & 27. Covar. practic. quæstion. cap. 6. num. 6. vers. nec tamen aggravarem, Menoch. de præsumpt. quo l. 35. numer. 6. lib. 1. & Castill. loco al-*38legato dixit, quòd quando urgentiores sunt præsumptiones pro reo, quàm pro actore, nunquam erit locus taxationi alimentorum, sequitur *Fontanell. loco* proxime citato, *numer.* 27. Quibus plene discussis die 5. Junii 1642. in Collaterali Consilio cum Juncta Regiæ jurisdictionis visum fuit, alimenta prædicta non deberi, verùm quia causa erat inter duo Monasteria, noluit interponere decretum; nec providere super instantia dicti secundi Monasterii, & ex hoc evenit, quod major pars dictarum Monialium reversa fuit ad antiquum Monasterium, & in novo remanserunt solum quinque. Acta sunt penes Jordanum Cancellarium Regiæ Jurisdictionis.

OBSERVATIO IN DECISIONE CXCIII.

SUMMARIUM.

1 *Alloquentes cum Monialibus in Monasteriis exemptis sine licentia Episcopi, an incidant in excommunicationem contentam in edicto, vel statuto Episcopi, & nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*

2 *Episcopus ex decreto S. C. Trid. est delegatus Apostolicus ad conservandam clausuram Monialium etiam exemptarum.*

3 *Accedentes ad loquendum cum Monialibus in Monasteriis exemptis, absque licentia Episcopi, an dicantur delinquere in via, & nu. 4. 5. 6. & 7.*

4 *Episcopus an prohibere possit, nè aliquis accedat ad locum exemptum, & nu. 7. & 8.*

Civitas an possit statuto prohibere suis civibus, nè eant ad certum oppidum, ibid.

5 *Episcopus non potest excommunicare Moniales exemptas, si cum aliis colloquantur.*

6 *Statutum Episcopi, quo prohibetur accessus ad loquendum cum Monialibus, etiam exemptis est favorabile, non odiosum, & nu. 10.*

9 *Alloquens cum Moniali existente intrà clausuram, de domo propinqua Monasterio, an incidat in excommunicationem latam contra accedentes ad loquendum cum Monialibus.*

10 *Alloquens cum Moniali, si ipse existat in platea propè portam Monasterii, an incidat in excommunicationem latam contra accedentes ad colloquendum cum Monialibus.*

11 *Monialibus ob quas causas dari potest licentia exeundi è Monasterio, & nu. 11. & 12. usque ad 22.*

Causa, ob quas licitum est Monialibus exire à Monasterio recensentur, ibid. & nu. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 21. & 22.

Licentiam exeundi à Monasterio Monialibus in casibus permissis, qui dare debent, ibid. & num. 12. & 1.

13 *Abbatissa, ob quas causas potest exire à Monasterio, & an ut visitet ædificia Ecclesiæ, vel Monasteria sibi subjecta.*

14 *Monialis non potest exire à Monasterio, ut curam suorum nepotum gerat, neque ad visitandos parentes, vel consanguineos infirmos, vel alio ex prætextu præter casus enumeratos in Bulla Pii V. & numer. 11. 12. & 17.*

15 *Moniali an liceat exire à monasterio ob alios casus ultrà enumeratos in Bulla Pii V. similes, & urgentiores.*

16 *Exhæredari an possit filius ex aliis causis, quam ex quatuordecim expressis in Iure.*

Monialis an possit exire à Monasterio tempore belli, vel incursus Turcarum, aquæductus, aut ruina domus, & similium, ibid. & numer. 16. 17. & 18.

Donatio an possit revocari ob alias causas, ultrà illas quinque expressas in jure, ibid. nu. 16.

Dictio Tantùm excludit omnes casus, præter expressos, sed non excludit similes, ibid.

17 *Monialis, quæ potest mederi in Monasterio absque periculo contagionis aliarum monialium etiam in casibus expressis in Bulla Pii V. non potest ex eo exire.*

19 *Nomine incendii magni, quid intelligatur, ut eo casu monialis possit à monasterio exire.*

20 *Nomine infirmitatis lepræ, vel epidemiæ, quid intelligatur, ut moniales possit exire à monasterio, remissive.*

21 *Monialis, quæ urgente necessitate in casibus permissis exit à monasterio non obtenta licentia, an excusetur à peccato, & a censura, si periculum sit in mora, & non possit consuli superior.*

22 *Monialis habens morbum periculosum, propter quem esset moritura, nisi à monasterio exeat, & si aliis monialibus nocivus non sit, nec contagiosus esse, an possit ab illo exire, & possit ei licitè licentia exeundi concedi.*

23 *Alimenta petens debet esse inops, & ideò ratio finalis petendi alimenta, est paupertas.*

Pater ex lege naturali tenetur alimentare filium si non habeat unde vivere possit, ibid.

Filius tenetur alimentare patrem, si non habeat undè aliundè vivere possit, ibid.

Filia tenetur alimentare matrem pauperem, ibidem.

24 *Pœnitens, cui imponitur à Confessario, ut v. g. det decem pauperibus, an possit illa dare suo patri pauperi.*

Eleemosyna, quæ debet dari ex pœnitentia à Confessario injuncta, pauperibus, an licitè detur patri pauperi, ibid.

25 *Episcopus ordinans aliquem sine titulo, quem tenetur alere de suo, donec ei de convenienti beneficio provideat, si talis ordinatus habeat patrem divitem, à quo de jure possit alimenta petere, an teneatur illum alere.*

26 *Alimenta, ut debeantur, duæ requiruntur qualitates in petente, nempè paupertas, & justitia, & sic constare debet de paupertate, & de bene jure petentis.*

27 *Maritus quando teneatur alere uxorem, & quid si uxor absque causa, & sine culpa viri se ab eo separet.*

28 *De mulieribus rixosis, & iracundis afferuntur plures sententiæ Sacræ Scripturæ & aliorum, & exempla, & nu. 9. 30. 31. & 32.*

30 *Mulier non est digna conjugio, quæ est digna jurgio.*

31 *Socrates habuit uxorem rixosam, & iracundam, & quomodo cum ea se gessit.*

32 *Maritus quomodo se gerere debeat cum uxore rixosa, & iracunda, & numer. 28. cum seqq. & num. 33. 34. & 35.*

33 *Conjuges se debent mutuo amare, & mutuos defectus patienter ferre, & nu. 34. & 35.*

34 *Mulier subjecta esse debet suo viro, & non dominari in illum, & nu. 36.*

35 *Vir caput est mulieris, & nu. 36. & 37.*

37 *Homo factus est ad imaginem Dei, non autem mulier; & in homine est imago Dei, non autem in muliere, & num. 38.*

Mulier non est facta ad imaginem Dei, ibid.

38 *Vir non debet velare caput suum, sicut debet mulier.*

Mulier non est gloria, & imago Dei, ibidem & numer. 37.

39 *Mulier debet caput suum velare, & in Ecclesia minimè loqui, & nu. 38.*

40 *Mulieres, quæ incedunt denudatis scapulis, vel mammillis, reprehenduntur.*

41 *Maritus quando possit verberare uxorem.*

IN hac eadem decisione compilavit etiam decisionem *D. Reg. Anfelic. tom. 2. decis. 523.* sed latiùs, & copiosius *D. Reg. noster hic.*

Et quia hoc Monasterium est sub Regia protectione, & exemptum à Jurisdictione Ordinarii Archiepiscopi; Ideo quæri posset, an alloquentes cum Monialibus ipsius Monasterii, vel aliorum similiter exemptorum sine licentia dicti Domini Archiepiscopi, incidant in excommunicationem contentam in edicto seù statuto, vel constitutione synodali contra accedentes ad Monasteria Monialium, etiam exempta, ut cum illis colloquantur, (de jure enim communi nulla adest pœna, ut ait *Quaranta in verbo monasteria monialium post recensitam Bullam Pii V. incip. Decori, fol. mihi 348. vers. advertendum*) & quia de hoc dubio loquuti sumus supra in *Observat. ad decis. 170. numer. 15. & 16. fol. 160.* illuc te remitto, & ad Doctores ibi à me citatos pro utraque opinione, quibus nunc addo pro affirmativa sententia eundem *Bonacin. tom. 1. de clausura, quæst. 2. puncto 4. sub numer. 1. Vgolin. de potest. Episcop. capit. 21. paragrapho 4. numer. 4. D. Squillant. de privil. Episcop. par. 1. capit. 13. numer. 46. D. Ricc. in prax. par. 2. resol. 181.* ac *Meroll. tom. 1. disp. 1. cap. 2. numer. 682. fol. 107.* Et pro negativa addo *Vidal.* quem citat *Dian. in ver. ibi resol. 48. tom. 10. tract. 14. & Alphons. de Leone* ibidem ab eodem adductum, *de censur. recoll. 3. numer. 385.* & alios ab his citatos, qui quidem *Dian. & Ioseph de Iannar. in d. resol. 37. tom. 1. resolut. moral. de casibus reseru. in d. Observ.* à me adducti, ut ibi dixi, tenent hanc negativam sententiam esse probabilem, & tuta conscientia sequi posse, licèt *d. de Iannar.* prius *resol. 24. num 28.* contrarium tenuerat, ni fallor.

2 Ratio autem, quam adducunt Doctores pro affirmativa ea est, quia Episcopus ea vi *Sacr. Concil. Trident. sess. 25. capit. 5. de regular.* est delegatus Apostolicus ad conservandam clausuram etiam exemptarum, & ad clausuræ conservationem spectat prohibitio alloquutionis cum Monialibus, ità *D. Genuens. in prax. capit. 38. in prima impress. Neap. 1602. fol. 224. & in ultima impress. Venetiis 1645. capit. 33. Vgolin. d. capit. 21. paragrapho 4. num. 4.* & *D. Ricc. d. resolut. 181. nu. 1.* Alii dicunt, rationem esse, quia excommunicatio prædicta non est imposita absolutè contra tales

3 alloquentes cum Monialibus exemptis, sed contra accedentes, seù euntes ad dicta Monasteria exempta, & sic delictum perpetratur in loco non exempto, licet consumatur in loco exempto; ità *Bonacin. Barbos. Campanil. Grasson.* quos adduxi in *d. observ. ad decis. 170. numer. 15. & 16. & Azor. tom. 1. lib. 5. capit. 25. quæst. 4.* ac *D. Ricc. in prax. part. 2. resolut. 181. vers. alia ratio*, dicunt posse Episcopum statuto jubere, ne aliquis accedat ad locum exemptum, prout ex *Bart. in l.*

4 *relegatorum ff. de interd. num...* potest Civitas statuto prohibere nè Cives eant ad certum oppidum; nam in *l. mercatores, C. de commerc. & mercator.* prohibentur Cives Romani habere commercium cum Persis, & in *l. ult ff. de decret. ab ordin. faciend.* decernitur, nè quis eat ad commercia extrà municipium, ità *Azor.* & post eum *Dom. Ricc. loc. cit.* ubi in fine ait, quod tales accedentes ad dicta Monasteria exempta contra prohibitionem delinquunt in via.

5 Sed *Meroll. loc. cit. tom. 1. disp. 1. capit. 2. numer. 682. fol. 107* aliam rationem adducit, & est, quod licet Episcopus Jurisdictionem non habeat in Monasteria Monialium exempta, nisi in casu illo speciali Sacr. Concil Trident. habito respectu ad violatores clausuræ, ut supra, & hac ratione, non posse excommunicare ipsas Moniales exemptas, si cum aliis colloquantur; Nihilominus potest excommunicare suos subditos, si absque ipsius licentia cum his Monialibus loquantur, quia in eos Jurisdictionem habet. & hoc potest facere Episcopus ex causa, scilicèt, ad tollendam suis subditis occasionem peccandi, & sic ob bonum subditorum. Nec hoc statutum Episcopi censen-

6 dum est odiosum ipsis Monialibus, sed potius favorabile, quia dictum statutum latum est principaliter in favorem animarum, ad tollendam, ut supra, occasionem delinquendi ipsis Monialibus, & ad removenda omnia, quæ sacrarum Virginum sanctum propositum, & acquisitionem perfectionis impedire possunt, & ad providendum illarum honestati, ac etiam in favorem Monasterii, quod Ecclesiæ æquiparatur, ità *Meroll. d. nu. 612. & etiam nu. 590.*

7 At rationem contrariæ opinionis negativæ, affert *d. de Iannar. loc. cit. resol. moral. de casibus reserv. tom. 1. resolut. 37. numer. 4.* dicens, rationem affirmativæ sententiæ, quæ probat, posse Episcopum excommunicare suos subditos accedentes ad colloquendum cum Monialibus in Monasterio exempto, uti delegatum Apostolicum, non habere omnimodam evidentiam; ità quod omninò improbabilis remaneat opinio negativa opposita; fundatur enim in delegatione Apostolica communicata Ordinariis in òrdine ad clausuram, & accessus ad loquendum cum Monialibus, ad clausuram spectare, secundum Doctores pro ea opinione, sed quod dictus accessus ad colloquendum spectet ad clausuram, adhuc evidens non est, sed est sub opinione probabili, quæ opinio secum admittit oppositam, etiam probabilem; ergò ratio illa non est omninò evidens; Nec ratio dicens, quod sit prohibitus accessus, est simpliciter vera, quia via non est locus peccati, nec suspicionis, propter quod peccatum, & suspicionem illius; tanquam propter terminum, feratur excommunicatio, ergò contraria opinio negativa est etiam probabilis non solùm per principia extrinseca, sed etiam per principia intrinseca; & ideò licitum esse talem negativam opinionem sequi; ità *Ioseph de Iannar. d. resol 37. per totam.*

8 Sed primam affirmativam sententiam cui Ego adhæreo servari hic Neap. testantur *D. Genuens. dict. capit. 32. seu 33. & D. Ricc. dict. resolut. 181. antè numer. secund.*

9 Sed quid si aliquis alloqueretur cum Moniali existente intrà clausuram de domo, quæ propinqua est illi Monasterio, An contraheret hanc excommunicationem, dùm non fit accessus ad illud, & *Iacob. Graff. lib. 2. de casibus reservat. capit. 5. numer. 44.* & expressiùs *tom. 1. cons. 28. numer. 23.* tenet negativam opinionem, ea quo prohibitio prædicta, & excommunicatio, de qua loquimur duo includit, scilicèt accessum ad Monasteria, & loquelam, sed ille, qui loquitur de domo, quæ est extrà Monasterium, non dicitur accessisse ad Monasterium, ergò, &c. Et verba legis pœnalia, cujusmodi est hæc, sunt strictè interpretanda, quoniam pœnæ sunt restringendæ. Attamen *Meroll. d. tom. 1. disp. 1. cap. 2. numer. 625.* contrarium tenet tanquam longè probabiliùs, ex eo, quia id, quod principaliter prohibetur, & pro se sub excommunicatione, est ipsa loquutio cum Monialibus, accessus verò ad Monasterium, prohibetur tantùm per accidens, seù tanquam accessorium, & medium ad colloquutionem, eo quod regulariter, nemo soleat alloqui Moniales existentes intrà Monasterium, nisi prius accedat ad illud, ergò deficiente hoc accessorio, non propter hoc desinit locum habere excommunicatio. Secundò, quia ratio finalis, ac mens Prælati ad hujusmodi prohibitionem inducendam, fuit ad tollendam occasionem peccandi, ut supra dixi *numer. 5.* & ad removenda omnia impedimenta, quæ possent à Divino servitio illas distrahere; & hæc ratio militat etiam in præsenti casu; Accedat, quod quando agitur de salute animæ, fit extentio legis, etiam in pœnalibus; ità *Meroll. dict. numer. 625. fol. 108. tom. 1.* qui *numer. 626.* tenet ex

10 eadem ratione, quod qui existens in platea propè portam Monasterii loqueretur cum Moniali, ligatur dicta excom-

excommunicatione, & proindè *numer. 617. in fine*, Respondet rationi adductæ per *Grassum*. quod scilicèt, hoc statutum est quidem pœnale, non tamen odiosum, sed favorabile, cum sit factum in favorem animarum, & Monasterii; & ideo potius ampliandum, quam restringendum; Immo quod hæc non est propriè extensio, sed vera, & germana sensus statuti, & Prælati mentis interpretatio.

11 Moniales autem ob quas causas possint exire à Monasterio, habetur in *Bulla Pii V. incip. Decori*, quam refert *Quarant. in verbo monasteria monialium, fol. mihi 346. & Azor. par. 1. lib. 13. capit. 8. quæst. 1. vers. deindè*, ubi solummodo ob tres causas nempè, magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ conceditur à Summo Pontifice, quæ causa infirmitatis, præter alios Superiores ordinum, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seù alium loci Ordinarium, etiam si prædicta Monasteria exempta sint ab Episcoporum, & Ordinariorum Jurisdictione, cognita, & expressè in scriptis approbata esse debet, ut in *d. constit.* habetur.

12 Itaque Moniales in tribus prædictis tantùm casibus possunt exire à Monasterio, qui debent probari per Superiorem Ordinis, cui cura incumbit Monasterii, & etiam per Episcopum copulativè, etiam si sit exemptum Monasterium; ità ut non potest Abbatissa extra

13 dictos tres casus exire, neque, ut visitet ædificia Ecclesiæ, vel alia Monasteria sibi subjecta, ut habetur in *dicta Bulla Pii V. Decori*; ità *Bonacin. tom. 1. de clausur. disput. 1. punct. 9. nu. 1. 2. & 3.*

14 Neque Monialis extrà dictos tres casus potest exire, ut curam suorum nepotum gerat, etiam si nepotes omnibus aliis propinquis destituti sunt, neque ad parentes, consanguineos, aut alios infirmitatis causa visitandos, vel ex alio prætextu, *Bonacin. ibid. & de legib. in genere, disp. 1. qu. 1. punct. 3. nu. 19. vers. extra clausuram perpetuam.*

15 Sed an possit Moniali concedi facultas exeundi non solum ob dictas tres causas, verum etiam ob alias causas similes, & urgentiores. Et respondeo affirmativè, quia videntur etiam excepti ex Epikeia, & Ecclesia non obligat cum tanto incommodo, exemp. grat. tempore belli, vel incursus Turcharum, & hostium, &

16 in locum tutum se recipere, & probatur hæc opinio à simili; Nàm quatuordecim in jure tantummodo exprimuntur causæ, ex quibus filii licitè exhæredari possunt à parentibus, ut habetur in *Auth. non licet, C. de liber. præter. & in Auth. ut cum, de appellat. cognosc. §. aliud quoque capitulum, coll. 8.* Et nihilominus multi Doctores tenent etiam ex aliis causis consimilibus posse exhæredari; similiter donationes ob solas quinque causas revocari possunt, *l. fin. C. de revoc. donat.* & tamen *glos. ibi communiter recepta in verbo volueris*, tenet etiam ob alias similes causas posse revocari, *Clar. in paragrapho donatio quæst. 11. numer. 2. & 3.* andem & si dictio *tantùm* apposita in dicta Bulla Pii V. excludat omnes casus, præter expressos, & contineat negationem quoad alios, non excludit tamen casus similes; Ità in casu dictæ Bullæ Pii V. dicendum est, extendi posse ad alios casus similes; Ità *Barbos. de potest. Episcop. allegat. 102. numer. 16. cum seqq. Azor. tom. 1. lib. 13. capit. 8. quæst. 1. in fine, vers. tertia quæra, Bonacin. ubi supra, Sanch. lib. 6. summ. capit. 15. numer. 37. & 44. tom. 2. & Diana par. 1. tract. 16. & miscell. 3. resolut. 31. vers. verùm*, licèt ipse neque pro affirmativa, neque pro negativa decidat, sed solum opiniones refert.

17 Advertit tamen *Sanch. ibidem numer. 32.* quod nec causæ expressæ in dicta Bulla Pii V. legitimæ erunt, si ità capax sit Monasterium, ac in eo sit medendi morbo commoditas, ut nullum esset contagionis aliarum monialium periculum, & alia via, ac ratione consuli possit, ità etiam *Bonacen. ubi supra de clausur. disput. 1. punct. 9. nu. 2. in fine.*

18 Ad hos casus ex similitudine rationis addi possent, secundum *Barbos. 4. alleg.* tria *numer. 22.* non solùm invasio hostium, sed etiam aquæductus, aut ruina domus, vel similes nocivi communitati Monialium.

19 Nomine incendii magni, intelligitur incendium ità magnum, & evidens, ut certum sit, aut saltem probabile multum esse videatur, quod nisi Moniales omnes statim è Monasterio exeant, omnes sint simul morituræ, atque consumendæ præ nimia exustione ignis, *Barbos. ibidem nu. 23.*

20 Sub nomine vero infirmitatis lepræ, vel epidemiæ, quid intelligatur, vide fuse per *dict. D. Barbos. ibid. nu. 24 Sanch. d. capit. 15. num. 33. 34. & 35.*

21 Et cum dicta Bulla Pii V. requirat ad dictum exitum è Monasterio licentiam in scriptis superioris, & Episcopi, ut supra dixi *numer. 11. & 12.* quorum est causam examinare, si sit justa, quæritur, an excusetur à peccato, & à censura, inibi contenta, Monialis si urgente necessitate exeat, non obtenta licentia prædicta. Et respondetur, quod si periculum sit in mora, & superior ob distantiam consuli nequeat, tunc excusari, quia hic casus per Epikeiam exceptus videtur, cum necessitas lege careat, nec præsumitur superior velle Monialem in tali eventu ad clausuram obligare; Verum tamen est, prædictam Monialem, quæ tali necessitate urgente exiit, non obtenta licentia, teneri post egressum admonere Superiorem, si potest, quamdiù extrà Monasterium extitit, sed si cessante causa egressus, ad Monasterium redit, tunc non tenetur dictum suum exitum Superiori significare; ità *Sanch. loc. cit. d. capit. 15 numer. 62. Bonac. d. tom. 1. de clausur. d. disp. 1 punct. 8. nu. 5.*

22 Aliqui voluerunt, quod sub nomine lepræ, vel epidemiæ, sivè pestis, comprehendatur etiam morbus Monialis periculosus, propter quem Medicorum judicio proculdubio esset moritura, nisi exierit, quamvis aliis Monialibus nociturus non sit, nec contagione obesse possit, ut tunc etiam possit ei licentia egrediendi impartiri, ità *Nau. comment. 4. num. 49. & 50. de regular. Azor ubi supra par. 1. lib. 13. capit. 8. quæst. 1. in fine, vers. tertio quæres*, & alii, sed hanc opinionem non admittunt *Barbos. ibid. numer. 20. & 21. Sanch. lo. cit. dict. capit. 15. numer. 39. Gutier. canon. quæst. lib. 1. capit. 14 a numer. 7. ad finem*, & alii ab his citati, qui contrarium tenent, scilicet non esse causam justam egrediendi, quia non respicit, nec tangit omnes Moniales, sicque communitatem ipsarum, sed tantùm salutem unius, & singularium Monialium, quia dictus motus proprius Pii V. respicit causam, & bonum communitatis, non autem particularis Monialis, & privatæ utilitatis, & proinde quando alius casus similis illis tribus expressis in dicto motu proprio, occurrit, qui respiciat bonum communem Monasterii, ut est casus aquæductus, invasionis hostium, & bellum, tunc ex Epikeia illi comprehenduntur, non autem iste casus, qui respicit privatam solum unius utilitatem, sic DD. cit.

23 Alimenta petens, ut ait *D. Author hic numer. 40.* debet esse inops, ac pauper, & *numer. 34.* ait, patrem ex lege naturali teneri alimentare filium; Ideo è converso, filius etiam ex Jure naturæ tenetur alimentare patrem, dummodo sit pauper tàm pater petens alimenta à filio, quàm filius petens alimentate à patre; secus si habeant undè vivere possint, & sic paupertas est ratio finalis petendi alimenta, *l. si quis a liberis, cum glos. ff. de liber. agn. l. fin. paragrapho ipsum autem. C. de bon. quæ liber.* at si ambo essent pauperes, & Inopes, unus alterum alere non tenetur, *l. 2. ff. de alend. liber.* & etiam in *l. plia, C. de patr. potest.* ità in rubrica habetur *Filia tenetur alere matrem pauperem*; ità *Ioseph de Ianuaria resolut. moral. part. 1. resolut. 19. num. 5* & de his alimentis, vide quæ dixi supra in *observ. in dec. 176 fol. 298. cum seqq.*

Plene discussa hac causa fuit consideratum, quod in hoc negotio Collaterale Consilium non procedebat uti Judex ordinarius, sed tanquam repræsentans Principis personam, & proinde cum ex literis S. M. constabat, quod de ipsius mente erat, hanc tam Illustrem Dominam sublevare omnibus mediis: quibus tuta conscientia hoc facere poterat. Tanto magis, quia dicta Ill. Principissa D. Anna Carafa, quamvis ab omnibus ferè Magnatibus esset desiderata, & ab aliquibus ex Principibus Italiæ descendentibus postulata, non habenda consideratione de se nubendo in Familia, noluit Virum in ejus sponsum eligere, nisi cum satisfactione, & voluntate dictæ Catholicæ Majestatis, prout in effectu nupsit Excell. Duci Medinæ de las Torres, eidem Majestati in primis charo, ejuidemque Supremo Cubiculario, de nobilissima Familia de Guzman, ex qua ortum habuit Magnus Patriarcha Divus Dominicus, qui etiam fuerat Prorex in hoc Regno destinatus, sicuti cum effectu per sex annos maxima cum humanitate, & prudentia gubernavit. Et ideo fuit inter nos discussum, quod multa potest facere Princeps, etiam partibus contradicentibus: Siquidem ipsis reluctanti-

71 bus potest eas cogere ad compromittendum, ut dixit *Belleg. in specul. Princip. rubr. 11. de proposit. gravaminum, §. compendiose, n. 10.* quod etiam potest facere Prorex; maxime quando lis est inter Magnates, & Nobiles, ut dixit *De Pont. de potest. Proreg. tit. de provisionibus fieri solitis, n. 10.* & posse etiam fieri per Judices, habetur ex *gl.* notab. in *cap. placuit. 90. distinct.* & fuit practicatum in Sacr. Consil. ut per *Grammat. dec. 9.* & per *Reg. Ravit. dec. 5. 95. n. 18.*

72 Potest etiam Princeps tuta conscientia pro conservatione Illustrium Familiarum ordinare, quod solutio facienda per debitores, nedum differatur, sed etiam quod possint paulatim solvere, contra formam contractuum, quod perbelle tradit *Gregor. Sayr. in Clav. Reg. lib. 10. tract. 5. capit. 6.* ubi tractando quæstionem istam, quando debitor, qui absque notabili jactura sui patrimonii non potest suis creditoribus satisfacere, si possit solutionem differre, & paulatim solvere, & distinguit tres casus. Primo, quando bona sunt injuste acquisita, & eo casu ex *Jo. Andr. Mean. Raynor. Host.* & aliis tenet, statim esse restituenda, ut tradit *n. 20.* Secunda fuit opinio, non teneri debitorem cum ejus notabili damno, vel descendendo à decentia sui status restitutionem facere, quacunque ratione statum suum acquisiverit, & hoc ex *Navar. Gabriel. Tolet. Philiarc. D. Ant. Sylvestr.* & aliis ut *nu. 21.* Tertia fuit opinio media distinguens, si injuste, vel juste statum adeptus fuerit: nam primo casu tenetur statim solvere: secundo verò, si justè acquisivit, & absque ejus culpa factus est impotens, tunc non tenetur restituere statim, sed paulatim, & ut commodius poterit, quod ex *Cajet. Sot. Michael. Salon. Toleto,* & aliis fundat *nu. 22.* quod etiam procedere dixit in milite, qui non tenetur statim, sed paulatim solvere, ex *text. in l. miles, ff. de re jud.* & deinde subdit hæc propria verba: *Sic etiam solent Reges concedere Nobilibus quorum bona omnia obnoxia sunt restitutioni, facultatem, ut servatis sibi necessariis paulatim suis creditoribus satisfaciant, ne alioquin totum statum restituendo servire, mendicare, & à statu priori cadere cogantur.* Quæ tamen necessitas non est in simpliciter intelligenda, quod, si restituendo, vel solvendo fame pereat, vel cogatur mendicare: verum intelligitur quando difficulter vitam secundum ejus statum sustinebit, quia facultatem habebit tuta conscientia differendi, & paulatim debitum solvendi, quod etiam in foro externo observari esse solitum circa Illustres, & magnæ authoritatis personas, docet *Div. Antonin. par. 2. tit. 2. cap. 8. Sylvest. in summ. in verb. restitutio 5. qu. 1. & 3. Navar. in manual. confess. c. 17. Less. de just. & jur. c. 16. dub. 1. n. 14. Bonac. tom. 2. de restitut. in gener. disput. 1. qu. ult. punct. 1. nu. 25.* quicquid teneret *Ricchard. in 4. dist. 15. qu. 5. q. 4. & Medin. qu. 5. de reb. restituend.* quia nec est communis doctrina, ut refert *P. Paul. Layman.* de Societate Jesu in sua *Theol. moral. lib. 3. de just. & jur. tract. 2. cap. 12. in princip.* ubi etiam

73 tenet, quod justa causa differendi solutionem, & paulatim solvendi esset, quando restituenti aliud rei propriæ damnum gravioris æstimationis eventurum sit, & inter alia exempla dicit: *secundo si debitor solvere non possit, nisi domum, verbi gratia, vel prædium vendat multa minori pretio ejus, quod valet,* ad quod adducit

74 *Navar.* & alios, & hæc communis regula fundatur ex duobus principiis, quia nemo tenetur restituere cum suo notabili majori detrimento, quàm sit creditoris commodum: aliud desumitur ex *Scot. in 4. dist. 15. q. 2. art. 4. Div. Ant. Gabriel.* & aliis allegatis ab eodem *Layman loco* supra citato, quod quotiescunque Dominus, sive creditor rationabiliter contentus esse debet, ut restitutio differatur, potest differri etiam ex invito, argum. *tex. in canone quis 22. q. 2.*

75 Idem etiam probavit *Less. de justit. & jur. lib. 2. c. 16. dub. 1. n. 25.* ubi, quod si vir Nobilis non possit statim solvere, nisi privet se omni obsequio famulorum, & equorum, & cogatur abstinere à consortio sibi similium, posset differre solutionem, & paulatim solvere, sequitur *Bonacin. tom. 2. de restit. in gener. disput. 1. quæst. ult. punct. 1. in 2. proposit. num. 28.* ubi tenet, quod

76 quis non cogitur vendere rem vilius, quam valeat pro satisfaciendo mutuo, *Velazq. de privil. pauper. qu. 27.* ubi *num. 27.* innumeros *DD.* probat opinione refert, *Filiuc. tract. 32. cap. 5. num. 177.* Et hoc quotidie videmus observari cum pauperibus, & personis

77 miserabilibus in M.C.V. qualibet die Sabathi, in quo visitantur pauperes debitores, ipsisque conceditur, nedum dilatio ad solvendum, sed etiam, ut paulatim solvant. Et proinde his omnibus discussis die 17. Junii 1645. fuit interpositum decretum tenoris sequentis, v. 3.

Visis literis S.M. expeditis sub die 3. Octobris 1637. & decreto Collateralis Consilii lato die 4. Junii 1636. visis compositionibus, & transactionibus factis cum cæteris creditoribus Domus Hostiliani, & instrumentis, & meritis in actis exhibitis, & auditis partibus cum eorum Advocatis.

Regium Collaterale Consilium providet, decernit, & declarat, licere Illustrissimæ, & Excellentissimæ Principissæ Hostiliani solvere, & satisfacere Jo. Stephano de Oria, & hæredibus quond. Augustini de Oria pro capitali, & tertiis suorum creditorum, deductorum in processu, & liquidandorum ducat. viginti mille pro una vice tantum, solvendos infra viginti dies post intimationem præsentis decreti, quorum decem mille cedant, & computentur in extinctionem capitalis, & reliqui duc. 10. m. in extinctionem tertiarum decursarum, liceat quoque satisfacere eisdem cum ducatis viginti mille annuis impositis super Arrendamento quatuor Fundatorum Salis spectantibus ad dictam Excellentiss. Principissam, ex quibus primo solvantur tertiæ decurrendæ, & dimidium restantis quantitatis solvatur, & recipiatur in extinctionem capitalis, & aliud dimidium in extinctionem tertiarum decursarum, pro quarum quantitatum executione, & exactione Joannes Stephanus, & hæredes Augustini debeant constituere Procuratorem Neapoli residentem, qui teneatur recuperare, & exigere prædictos annuos reditus ducatorum viginti mille in causam prædictam, cum declaratione, quod si non exegerit supradictam quantitatem, vel aliquam ejus partem, teneatur intimare, & denunciare dictæ Illustrissimæ, & Excellentissimæ Principissæ quantitatem non exactam in Curia, vel domo Notarii Regiæ Curiæ, qui est, vel in futurum erit,

erit, quæ intimatio habeat eundem effectum, ac si eidam Illustrissimæ, & Excellentissimæ Principissæ facta fuisset, ut infra sex menses computandos à die insinuationis dicta Excellentissima Principissa possit facere diligentiam pro recuperatione, & exactione quantitatis non exactæ, ut solvatur Procuratori dictorum Joannis Stephani, & hæredum Augustini, quod si infra dictos sex menses non fuerint dicti ducati viginti mille soluti dicto Procuratori, Illustrissima, & Excellentissima Principissa teneatur solvere Joanni Stephano, & hæredibus Augustini quantitatem non exactam, pro cujus consecutione sint salva, & reservata eisdem jura suorum creditorum anteriorum, salva provisione facienda super prætensu interesse tertiarum, hoc suum, &c. Tap. Reg. Brancia Reg. Zufia Reg. Casanate Reg. Azcon Reg. Sanfelicius Reg. Capyc. Latro Proreg. Petrus Danisius pro Illustr. Secretario Regni.

OBSERVATIO IN DECISIONE CXCII.

SUMMARIUM.

1 *Hæc decisio fuit revocata seù suspensa à Supremo Italiæ Consilio in Hispania.*

2 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii an possit juvari beneficio* Auth. hoc nisi debitur, C. de solution. & dare bona insolutum creditoribus, *afferuntur decisiones.*

Debitor, qui renunciavit beneficio, auth. hoc nisi debitur, C. de solut. *an possit dare bona insolutum suo creditori, ibid.*

3 *Interesse tertiarum decursarum an debeantur post rescissum contractum, & post debitoris decoctionem, & graduationem creditorum, & afferuntur decisiones.*

D. Fabritius Villanus *laudatur, ibid.*

4 *Fides est servanda etiam hosti, & ideò cum eo non debet rumpi.*

Turca captus sub fide data, an sint libertati restituendi, & affertur decisio, ibid.

5 Dom. Joann. Paulus Poerius *Advocatus laudatur.*

6 *Hostem vincere vi, aut dolo, nihil interest.*

7 *Debitor an differre possit tuta conscientia restitutionem ablati, vel cujuscumque debiti suo creditori, & quando.*

8 *Debitor uti debet parsimonia in victu, vestitu, & in omnibus, non autem lautè, & splendidè, & pomposè vivere, & vestiri ad hoc ut possit suis creditoribus solvere, & nu. 11. 12 & 14.*

Confessores advertunt in absolvendo debitores morosos. ibid.

10 *Debitor, qui distulit solutionem ejus creditoribus absque causa est perjurus, ex juramento præstito in instrumento stipulato, & ideò peccat mortaliter, dum cum juramento promisit solvere tertiatim, vel per semestria, aut in fine anni, & non solvit.*

11 *Debitor, ut valeat solvere suo creditori, debet sibi, & familiæ diminuere victum, & vestitum, ac etiam dotes filiarum, & n. 8. 12. & 14.*

12 *Debitor, an possit differre solutionem tuta conscientia suis creditoribus, si eam præstare nequit sine suo damno æquali, vel majori, & de quo damno intelligi debeat nu. 13.*

14 *Debitores etiam si sint nobiles, ut possint solvere, & satisfacere suis creditoribus, debent se reformare in victu, vestitu, familia, equis, canibus, venationibus, &c. & non petere relaxationem à creditoribus, & nu. 8. & 11.*

1 HÆc decisio refert *Dom. Petra in comment. super rit. M.C.V. in ritu 46. nu. 19. tom. 1. fol. 261.* fuit revocata, seù suspensa à Supremo Italiæ Consilio in Hispania; sed quia Procurator Jo. Stephani de Oria, qui Neap. existebat, non habuit de eo notitiam, transegit se nomine dicti sui principalis cum Excellentissimo Duce Medinæ viro dictæ Excellentissimæ D. Don Annæ pro ducatis centum septuaginta mille in pecunia numerata pro omnibus prætensis.

2 Ad *num. 19. & 61.* observo, quod hæres cum beneficio legis, & inventarii, an possit juvari beneficio *d. Auth. hoc nisi debitor, C. de solut.* & ultrà *decis. de Franch. 85.* & aliam relatam à *D. Rovit cons. 18. in fine*, invenio per Sacrum Consilium sub die 30. Octobris 1641. in causa Mutii Suardi cum Comitissa Gambatesiæ fuisse judicatum secundum dictam decisionem *de Franch.* contra hæredem cum beneficio legis, & inventarii; Nam cum fuisset exposita venalis Terra Gambatesiæ ad instantiam dictæ Comitissæ, & remansisset ad extinctum candelæ Marco Garofalo, & cum prædictus Mutius Suardus obtulisset dictam Terram adjudicari, & insolutum dari dictæ Comitissæ, ex quo non reperiebatur justus emptor, quamvis Vespasianus Suardus ejus pater renunciasset beneficio *dictæ Auth. nisi debitor*, & ipse Mutius uti hæres cum beneficio legis, & inventarii prætenderet posse dictam Terram dictæ Comitissæ creditrici assignare, tamen per Sacrum Consilium fuit decisum: * *Quòd infrà dies octo procuret Mutius meliorem oblationem, aliàs consignetur possessio dicto Marco Garofalo, oppositis non obstantibus; in banca Figliola.* Et pro hoc articulo vida etiam, quæ scripsit *Baldax. de Angelis in addit. ad decis. 7. Gizzarell.* quæ citatur à D. Regente.

3 Ad *num. 48.* observo, An interesse tertiarum decursarum post debitoris decoctionem, & facta graduatione, debeantur usque ad realem satisfactionem, & *D. Rovit. in pragm. 3. de cess. bonorum à num 18. cum seq.* tenet creditori non deberi interesse tertiarum post decoctionem debitoris, sed contrà dictam doctrinam *Rovitæ* defendentis Jura Fabii de Falco contrà ejus creditores, fuit in ea causa decisum per Sacrum Consilium ad favorem dictorum creditorum, & fuit calculatum interesse decursum post graduationem, fol. 225. à tergo: & die 15. Martii 1589. fuit per * Sacrum Consilium liquidatum interesse prædictum ad rationem quinque pro centenario, fol. 225. adversus quod decretum fuit oppositum, interesse non deberi alterius interesse post graduationem, fol. 27?. à tergo, & per idem Sacr. Consil. sub die 2. Decembris 1602. fuit provisum, quod dictum * decretum latum sub die 15. Martii 1589. debitæ exequutioni demandetur, fol. 245. à tergo. Item per Sacrum Consilium fuit etiam decisum prædictum * interesse deberi in causa creditorum Illustr. Ducum Guardiæ, & Macchiæ, referente Domino Consiliario Joanne Baptista Meliore; In Banca Romani. * Et in causa Martialis Mincolellæ cum Alphonso Memolo, in banca Cusini, & de his omnibus de- * cretis Sacr. Consil. testatur D. Fabritius Villanus Advocatus magni nominis, in quodam Juris responso Typis dato in causa sua propria, & D. Fœlicianæ Russæ suæ conjugis, contrà Franciscum Antonium Villanum Marchionem Pollæ in *vers. item quia facta graduatione*, quod Ego habeo in *tom. 45. mear. alleg. divers. fol. 153. alleg. 57.* & propriè *fol. 158.* ubi etiam adducit aliud decretum S. C. quod ubi facta graduatione, contractus remanet rescissus, & ampliùs tertiæ non debentur, sed interesse, fuit per idem Sacr. Consil. judicatum illius interesse deberi * aliud interesse in causa inter Tadeam de Marra, & creditores Prosperi de Arimine, in banca de Felice, in qua causa fuit calculatum interesse prædictum alterius interesse decursum post graduationem in ducat. 3an. fol. 264. & 270. & à ter. & postmodum

decreto S.C. sub die 6. Junii 1613. provisum deberi dictum interesse, & fuit liquidatum in dictis ducat. 320. fol. 171. ad relationem D. Consiliarii Frezzæ. Et similiter fuit decisum pluries per idem Sacr. Consi.
* Neap. ut in processu creditorum Francisci Antonii de Jordano, in banca de Martino. Prout suprà in *observat.* 133 *num.* 27. *cum seqq. fol.* 39. *&* 40. iterum hæc omnia dixi, & adduxi.

4 Dixit *D. Regens hic num* 68. fidem esse servandam. Ideò observo, quod fides, quæ promittitur Hosti, non debet rumpi, sed servari *can. innocens* 22. *quæst.* 4. & clarius in *can. noli existimare* 23. *quæst.* 1. *circ. med.* ibi: *Fides enim quando promittitur, etiam hosti servanda est, contra quem bellum geritur*, ità etiam dixit *Isern. in titul. de his, qui feud. dar. poss. vers. hoc autem, numer.* 18. *in fine*, quod intellige verum esse, ut sit *glos. in d. can. noli existimare, in verbo hosti*, si ipse hostis nobis servat fidem, aliàs non tenemur ei servare; Hinc dum per Capitaneum Navis Illustr. Prioris Ungariæ fuissent capti Turcæ sub fide præstita per dictum Capitaneum, fuit in Regia Camera Summariæ dubitatum, an deberentur Turcæ prædicti libertati restitui, & in prima instantia fuit judicatum in beneficium Prioris in
5 anno 1582. in banca de Squillante, patrocinante pro eo I.C. eximio Joanne Paulo Poetio, & in secunda instantia R.C.S. fuit in paritate votorum, & cum dubitarent si pro sententia prima in favorem Prioris, vel pro libertate Turcarum esset deindè judicandum, fuerunt DD. Præsidentes similiter in paritate votorum; Tandem renunciante dicto Priore, fuit lata
* sententia in favorem Regii Fisci, ut habeo in Apostilla dicti Poetii ad *Isern. loc. citat. fol.* 6. & forsan moti fuerunt DD. Præsidentes; ea ratione, quia, ut
6 dixit eidem *Isern. ibidem eodem num.* 18. *in fine*. Nihil interest, dolo, aut vi hostem vincamos, per *tex. in l. nihil interest, ff. de captiu. & postlim. reversl.* 1. *§. non fuit, ff. de dolo malo.*

7 Tandem ad ea, quæ dixit *D. Regens noster num.* 72. *cum seqq.* observo, An debitor differre possit tuta conscientia restitutionem non solum ablati, sed etiam solutionem ejus, quod quomodocumque debet suo creditori, & de hac quæstione vide *Martam vote* 18. *per totum*, ubi latè distinguendo illam examinat, & præcipuè cum illo *num.* 6. observo multos debitores non excusari in foro animæ, non restituendo, ablata, vel non solvendo debita, si lautè vivant, & splendidè, ac pomposè vestiantur, sicut si
8 non essent obligati ad restituendum, & solvendum suis creditoribus, quia debent in victu, vestitu, & in omnibus moderatè procedere, & uti parsimonia in
9 vivendo, ità *Marta* quem omninò videas; Et ideò non est à Confessariis relaxanda habena faciliter absolvendo debitores morosos, qui non solvunt tertias, & annatas, seù census suis creditoribus, & differunt per annos, & aliquando ipsi creditores sunt egeni, & ipsi debitores non parcè vivunt, sed lautè, ac lautissimè, & prætendunt se excusare in conscientia, ex eo, quia non debent minuere eorum sta-
10 tum, non considerantes esse perjuros, & mortiferè peccare non solvendo debita, ad quæ cum juramento in instrumentis, & cautelis se obligaverunt tertiatim, vel per semestria, aut in fine anni solvere tertias, semestria, annatas, & census, de quo juramento nihili faciunt.

11 Et *Bonacin. tom.* 2. *de restitut. in gener. disp.* 2. *quæst. ult. punct.* 1. *num* 25. quem citat *D. Reg. d. numer.* 72. *in fin.* idem concludit his verbis (loquens de debitore, qui non debet à proprio statu cadere, & cogi mendicare) *Debitor tamen debet in hujusmodi casu diminuere victum, & vestitum sui, & familiæ, & minuere dotes filiarum, ut paulatim possit restituere, sic enim recta ratio dictare videtur, nè creditor tantùm detrimentum patiatur.* Et addncit *Salon. Less. Valent. Clav. Reg.* & alios, & idem dixit prius *num.* 13. *ibidem.*

12 Quinimmò, an debitor possit differre solutionem tuta conscientia, quando eam præstare non potest sine suo damno æquali, vel notabiliter majori, quam sit damnum creditoris, & idem *Bonacin.* qui alios Doctores affert, respondet *loc. cit. num.* 19. debitorem non posse differre solutionem; & restitutionem, quando damnum, quod ipse patitur, restituendo est æquale damno, quod patitur creditor ex dilatione restitutionis, & solutionis, quia in pari damno, potior est conditio creditoris, secus verò si damnum debitoris esset notabiliter majus, ideò notanda est illa particula, *Notabiliter majus*, quia si non esset notabiliter majus, non excusaretur debitor non solvendo, & non restituendo propter aliquod non notabile damnum majus, quod pateretur solvendo, & sic damnum quod patiatur debitor restituendo, debet esse longè majus damno, quod patitur creditor, ut idem *Bonacin. ibidem num.* 11. ubi etiam advertit, quod dictum damnum debet intelligi de damno distincto à re ipsa debita, vel restituenda, seù de damno in rebus non debitis, nam damnum, quod sentitur præcisè in restitutione rei debitæ, non est damnum pars in propriis bonis, sed est restituere, quod alteri debetur, (quod equidem est valdè notandum, & considerandum) & citat *Valent Salon. Aragon. Less. Clav. Reg. Eman. Sà; Fillinck. Molin. Cajet.* & alios, & *numer.* 23. dicit, quod quamvis debitor, ut statim restituat, & solvat, non teneatur vendere instrumenta artis, quæ se substentat, nec necessaria corporis, vel operimenta lectuli, nec debeat se privare omni obsequio famulorum, & equorum, ut restitutionem faciat, & solvat creditoribus, quia potius pati debet creditor parvum damnum, nè debitor magnum subeat, tamen subjungit, magnum damnum hoc loco intelligi, quod est duplo majus, quam sit damnum creditoris, & ideò ipsum debitorem quamvis nobilem debere attenuare, & diminuere victum, vestitum, & alias expensas, ut paulatim restituat, & solvat, quod utinam advertterent debitores morosi, & di-
14 stulentes solutiones debitas creditoribus ex frivolis excusationibus, maximè debitores nobiles lautissimè viventes, qui nolunt se reformare in victu, vestitu, familia, equis, canibus, servitoribus, venationibus, &c. & miseri creditores, miserabiliter vivunt, patientes maximum damnum, non valentes exigere, & recuperare suos introitus, census, & credita, undè vivere parcissimè possint; & quod pejus deindè tales debitores petunt relaxari à creditoribus sibi non solùm tertias, & annatas, sed etiam partem capitalium, ut habetur in hac decisione, quæ ut supra dixi *ne* 1. *ex D. Petra* fuit suspensa à Supremo Italiæ Senatu in Hispania.

Michael Angelus G zzius.

ARGVMENTVM.

Bona primo Monasterio per Monachum quæsita, an eo translato in aliud propter actiorem vitam, acquirantur secundo, vel remanere debeant penes primum. Et num lite pendente Monialibus translatis in secundo Monasterio, debeant à primo alimenta præstari,

SVMMARIVM.

1 *Monasterium secundum in quo fit translatio, distingui non debet à primo, quando sub eadem Regula, & invocatione vivit, & propterea debet potiri omnibus privilegiis, exemptionibus,*

&

& prarogativis, quibus primum Monasterium gaudet.

2 *Bona quæsita primo Monasterio sint, vel ne secundo applicanda arbitrio prudentis Prælati remittitur, ut inter primum, & secundum distribuat.*

3 *Bona primo Monasterio ratione ingressus tacite, vel expresse quæsita an in secundum, ad quod Monachus se transtulit, licet sit diversum à primo, transferantur, varia sunt DD. opiniones, quæ limitantur in aliquibus casibus, ut num. 7. 8. 9. 11, 10. & 13.*

Et de veriori sententia, n. 30.

4 *Dos, quæ datur per Monialem tempore professionis censetur data pro ea alimentanda, nec in alium usum converti debet, & præstita etiam ratione matrimonii spiritualis, quod Monialis contrahit cum Christo Domino Nostro, ad instar matrimonii carnalis, propter onera dicti matrimonii subeunda.*

5 *Pater cogitur solvere dotem filia ingredienti Monasterium.*

6 *Dos data primo Monasterio, Moniali ad aliud transeundo, an acquiratur primo, vel secundo sit restituenda.*

9 *Ecclesia debet relinquere unde vivat illi, qui vendit bona sua pro solvenda decima.*

10 *Alimenta denegare, qui non habet unde se alat, idem est, quod necare.*

14 *Alimenta non sunt deneganda discussione pendente.*

15 *Religiosa, seu Monialis quotiescunque vult transmigrare ad arctiorem vitam, debet præcedere licentia Abbatissæ seu alterius Superioris.*

16 *Religiosus, qui sine licentia transit ad arctiorem vitam, cogitur redire.*

17 *Moniales dicuntur esse in potestate Monasterii, in quo sunt Professæ, & sunt servæ, & filiæ dicti Monasterii.*

18 *Religioso est licitum transire de una Religione laxiori ad aliam strictiorem est tamen intelligendum cum consensu sui Superioris, & num. seq.*

Neque per licentiam à Summo Pontifice concessam censentur exclusæ aliæ sollemnitates à jure communi requisita, n. 20.

21 *Conditionis natura ea est, ut prius adimpleatur, quam emolumentum consequatur: & sub contraria conditione censetur aliter dispositum, n. 22.*

23 *Conditione prius non adimpleta, nec justificata quicquid postea actum fuerit, irritum redditur,*

24 *Monialibus non potest denegari licentia, quando ex vera vocatione, & puro corde ad vitam strictiorem sunt ductæ.*

25 *Moniales antequam transeant ad strictiorem vitam, est discutiendum de asserta reformatione.*

26 *Monialium translatio ad aliud Monasterium debet per ipsas justificari, cùm non sit standum earum assertioni.*

27 *Præcepto obedientiæ spreto per Religiosos nihil boni fieri potest.*

28 *Uxoris bona præsumuntur acquisita ex bonis viri.*

29 *Monialium numerus auget Monasterii gloriam: dismembrationes autem non desunt habere aliquid scandali.*

31 *Monachus Episcopus legitime creatur, & omnia, quæ prius existens in Monasterio acquisivit, dicto Monasterio acquirit, post verò Episcopatum Ecclesiæ suæ acquirit, & n. 32.*

33 *Ususfructus Domino acquisitus ex persona servi, non transit penes secundum Dominum.*

34 *Pater quamvis ex lege naturali teneatur alere filium, tamen eo in adoptionem dato cessat onus alimentandi à patre, & transit in adoptantem.*

35 *Alere quis tenetur eum, cujus operibus utitur.*

36 *Ali debet is ab illo Altari, in quo servit.*

37 *Alimenta præstari debent in domo præstare debentis.*

38 *Episcopus prohibetur visitare Collegia, quæ sunt de Regia protectione, sine ejus licentia.*

39 *Alimenta ex fructibus, & non ex proprietate sunt inspicienda.*

40 *Alimenta debentur pauperi, & egeno, non autem ei, qui ex suis substantiis vivere potest.*

41 *Vir quamvis teneatur alere uxorem, etiam divitem, tamen fallit, quando non est in illius servitio, & obsequio.*

42 *Alimenta lite pendente non sunt filio præstanda si non est pauper, ita ut non habeat unde se alat.*

43 *Inopia probatio ad obtinendum alimenta remittitur Judicis arbitrio.*

44 *Alimenta, quæ debentur miserationis gratia, sufficit si præstentur pro necessario vitæ subsidio.*

45 *Alimentare qui cogetur, si commode non potest alimenta præstare, non tenetur arctare victum suum propter alium.*

46 *Charitas ordinata incipit à se ipso.*

47 *Alimenta non sunt præstanda, nisi constet de bono jure petentis.*

48 *Alimentorum taxationi nunquam est locus, quando urgentiores sunt præsumptiones pro reo, quam pro actore.*

DECISIO CXCIII.

QUatuordecim Moniales professæ Venerab. Monasterii S. Mariæ Ægyptiacæ Ord. D. Augustini, asserendo Summo Pontifici, velle strictiorem vitam ducere, obtinuerunt licentiam se transferendi ad aliud Monasterium per ipsas formandum sub eodem Invocatione, & Regula: ibique translatis, prætendebant, ipsis à primo Monasterio debere dotes restitui ad beneficium secundi, & interim ab eodem primo alimenta præstari. Et quia prædictum Monasterium erat de Regia fundatione, & protectione, preces porrexerunt Excell. Proregi, ejusque Collaterali Consilio, ut non permitteret, ipsas fame esse perituras, sed quod decernerentur alimenta, saltim ad rationem annuorum duc. quinquaginta pro qualibet Moniali à primo Monasterio, juxta declarationem factam per Sacram Congregationem Eminentiss. Cardinalium, & per Illustrissimum Nuntium, qui ex Delegatione Summi Pontificis est Judex competens istorum Monasteriorum, & sunt sub Regis Protectione.

1 Ad quod probandum dicebant primo, quod hoc secundum Monasterium non debebat distingui à primo, cùm sub eadem Regula, & Invocatione vivant, ideoque nec nova professio fuit necessaria, sed tantum intendunt vitam aliquantulum strictiorem ducere, & propterea debent potiri omnibus privilegiis, exemptionibus, & prærogativis, quibus primum Monasterium gaudet, quia incorporatæ dicuntur cum primo, ut tradit *P. Suarez de Relig. tom. 4. lib. 3. c. 15. n. 14.* & proinde dicebatur, in hoc casu non esse decidendam quæstionem, si bona acquisita primo Monasterio sint, vel ne isto secundo applicanda, vel communicanda, cum arbitrio prudentis Prælati sint inter primum, & secundum distribuenda, juxta tradita per eund. *P. Suarez d. c. 15. n. 16.*

2 Dicebatur secundo, quod quatenus non esset idem Monasterium, sed diversum, & sub alia Regula, adhuc variæ sunt *Doctorum* opiniones, si bona primo Monasterio ratione ingressus tacite, vel expresse quæsita, 3 in secundum, ad quod Monachus se transtulit, transferantur; nam alii affirmativam, alii negativam, alii mediam verò substinuerunt opinionem, quod scilicet proprietas primo, & ususfructus secundo Monaste-

rio

rio acquiratur. Quæ diversæ opiniones contra habent suos Classicos, & approbatos *Doctores*, qui eas optimis mediis substinent, ut est videre per *Regentem Carolum de Tapia Marchionem Belmontis in auth. ingressi, c. 6. n. 7. C. de sacros. eccles. Covarr. in c. 1. num. 31. de testam. Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 15. qu. 3. P. Suarez dicto lib. 3. c. 13. & 14. Bonaci. tom. 1. oper. tract. de clausur. monial. q. 2. punct. 11. §. 4. disp. 2. num. 6. Sanch. in summ. tom. 2. lib. 7. c. 32. Ferdin. à Castr. in summ. to. 3. tract. 15. disp. 3. punct. 17. §. 1. & 2. Tambur. de jur. Abb. tom. 3. disp. 7. q. 6.* & ad saturitatem recenset alios *Doct. August. Barb. in collectan. ad cap. quod à te, de cler. conjug. & in cap. licet, num. 20. de regular. Alvarad. de consolat. ment. defunct. lib. 2. c. 3. in princ. num. 7.* opinionem verò, quod transeant in secundum Monasterium, tenuerunt *Hostien. Joan. Andr. Ant. de Butr. Ancharan. Imol. & Abb. in d. cap. quod à te, de cler. conjug. Socin. sen. cons. 52. num. 18. lib. 4. Nicol. de Ubald. in tract. de success. ab intest. cler. regul. part. 2. num. 15. in volum. tract. divers. volum. 8 part. 2. fol. 352. à ter.*

Verùm respectu dotis, quæ datur per Monialem tempore professionis, licet ea postmodum ad aliud Monasterium cum ordine Superioris transeat, dicebatur, cessare amaritudines, quia dicta dos datur pro alimentanda Moniali, & sic validè transit ad secundum Monasterium, nec in alium usum converti debet. *Bonacin. in tom. 1. oper. tract. de alienat. bon. Ecclesiar. disp. 2. quæst. unic. punct. 1. num. 3. vers. secundo de dote, P. Lezano in summa qu. reg. tom. 2. cap. 19. num. 57.* & datur ratione matrimonii spiritualis, quod Monialis contrahit cum Christo Domino nostro, ad instar matrimonii carnalis, in quo datur dos ad onera matrimonii substinenda, *Bald. in l. fin. num. 12. C. de sent. quæ sin. cert. quo tit. & in rubr. Cod. de peric. dot. Socin. sen. in l. 2. in prin. nu. 9. ff. solut. matrim.* ubi etiam *Aretin. Rip. Hercul. Pontan.* & cæteri, sic etiam datur dos Monasterio, ut ab eo dentur alimenta Moniali, & pater cogitur filiæ Monasterium ingredienti solvere dotem, sicut in matrimonio carnali, *Sanch. de matr. lib. 9. disp. 26. q. 1. nu. 7. Layman. in theolog. moral. cap. 13. lib. 3. tract. 4.* sub *num. 4. vers. quartò extenditur.* Quod spirituale matrimonium contrahitur cum Christo, & non cum Monasterio, & proinde Ecclesia Dei cantat, *Veni sponsa Christi*, & videtur, quod quando dos solvitur Monasterio, fiat cum illa conditione. *Quatenus in eo Monialis permanserit.* Et propterea quando transfertur ad aliud Monasterium, non est conveniens, ut primum lucretur dotem, secundum verò cogatur Monialem alere: & ex his dotem datam primo Monasterio, Moniali ad aliud transeunte, non acquiri primo, sed secundo esse restituendam, tenuerunt *Socinus senior cons. 222. num. 3. vers. sed in casu nostro, lib. 2. Bald. Novell. de dot. part. 1. n. 10. Benedict. Capr. cons. 96. n. 61. Redoan. de spol. ecclesi. q. 8. in prin. n. 80. Reg. Tap. in auth. ingressi, d. cap. 6. num. 10. Ascan. Tamburin. de jure Abb. d. disp. 7. quæst. 6. num. 9. Rot. in recent. decis. 115. nu. 2. tom. 1. part. 2. in recollect. per Farinac. Dec. cons. 52. lib. 4. Calderin. cons. 23. in tit. de regular. Menoch. de arb. casu 436. num. 25.* & alii pro hac opinione allegati per *Barbosam collect. ad d. cap. quod à te, de cler. conjug. & d. cap. licet, de regularib.* Et quamvis *Sacra Congregatio Trid. Concil.* contrarium declaraverit, ut refert *P. Suarez in d. cap. 14. num. 15.* quam declarationem etiam referunt *Farinac.* in impressis per eum ex *Biblioth. Eminentiss. Card. Bellarm. sess. 25. cap. 5. de regular. & Armendar. in ll. Navarr. lib. 1. tit. 18. nu. 10. & Barb. de potest. episc. part. 3. alleg. 102. num. 26.* Tamen dicebatur, de dicta declaratione non esse curandum, quia diversimodè dicta declaratio legitur in aliis Authoribus, prout est videre in aliis declarationibus impressis Lugduni in anno 1631. sumptibus Cardon. in ead. *sess. 25. cap. 5. de regular. num. 9. vers. quando verò, & Barbos.* in suis *remission. in d. loco, num. 130.* ubi nihil legitur de dote, & sic optima ratione lectura dictarum declarationum, & remissionum fuit prohibita, quia illæ non sunt authenticæ.

Tertiò dicebatur, quòd quatenus in hoc adesset aliqua difficultas ex doctrina eorum, qui generaliter tenent, bona Monaci acquiri primo, & non secundo Monasterio; adhuc eam limitant in duobus casibus. Primò, quando transitus de uno ad aliud Monasterium fit ob necessitatem publicam. Secundò, si Summus Pontifex juberet, secundo, & non primo Monasterio bona acquiri, ut dixerunt *Navarr. tom. 1. oper. de regular. comm. 4. num. 24. vers. 11. Rodriq. quæst. regul. tom. 2. q. 89. art. 2.* & eandem opinionem sequuti fuerunt *P. Miranda in Manual. Prælator. tom. 1. qu. 34. art. 24. in 2. concl. Sanch. d. c. 31. numer. 12. Suar. in d. c. 14. Bonacin. in dicto tom. 1. oper. in tract. de alienat. bonor. ecclesiast. disp. 2. quæst. unic. Ferdin. à Castr. d. tom. 3. tract. 15. disp. 3. punct. 27. §. 1. P. Faust. in tom. 1. theologia moral. tit. de Religios. stat. qu. 344. vers. bina Moniales*, & etiam Prælatus potest dare licentiam, ut bona transeant ad secundum Monasterium, secundùm *Sylvest. in sum. tom. 2. in ver. Religio. 4. nu. 10. Anchar. in d. cap. quod à te, num. 9.* ubi etiam *Anton. de Butr. nu. 9.* quod eo magis hoc facere potest Summus Pontifex, & ejus authoritate Sacra Congregatio; *Suarez d. cap. 14. nu. 18. Burat. decis. Rotæ Rom. 576. nu. 2. tom. 2.*

Et has limitationes prætendebatur, procedere in dicto casu, quia cùm primum Monasterium egeret reformatione, vigere causæ publicæ utilitatis, & etiam privatæ magnæ utilitatis, scilicet strictioris vitæ, & observantiæ. Aderat quoque secunda limitatio licentiæ, & ordinis Summi Pontificis, quia fuit à principio tradita licentia Sacra Congregatione faciendi transitum ad aliud Monasterium una cum alimentis eisdem Monialibus præstandis à primo Monasterio.

Dicebatur etiam, quòd quatenus respectu proprietatis bonorum aliquo adesset difficultas, non poterat dubitari respectu usufructus, vel alimentorum, saltim lite pendente; ad quod adducebatur *gloss. in canon. quicunque 4. 16. q. 7.* ubi quærit, utrum si debens solvere decimas præteritas, non possit hoc facere, nisi vendat bona sua, an teneatur illa vendere? & dicit, quòd sic, sed Ecclesia debet ei relinquere, unde vivat, cum hoc idem esset ei dature; res enim Ecclesiæ omnibus sunt communicandæ, negare enim alimenta istis Monialibus, cùm non habeant unde se alant, esset eas necare, *l. necare, ff. de liber. agnosc. can. qui abstulerit 12. qu. 2. can. non satis 86. dist. can. inter cætera 25. quæst. 5.* Et propterea teneri primum Monasterium ad alimenta, affirmarunt *Specul. par. 4. de stat. Monach. qu. 6. num. 10. Zabar. in d. cap. quod à te, num. 8. vers. tamen si monasterium, & cons. 28. col. fin. vers. si verò expressè, Anchar. in d. cap. quod à te, num. 9.* ubi etiam *Abb. Panorm. num. 8. vers. hoc tamen intellige, Anton. de Butr. cons. 75.* incip. *Moniales quædam, Covarr. in cap. 1. num. 21. vers. hactenus verò, de testament. Menoch. cons. 193. nu. 12. Cardin. Tusc. tom. 5. pract. qu. lit. M. concl. 322. num. 10.* & quoad fructus durante vita Monaci non adesse controversiam, quòd debeantur, dixit *Menoch. de arbitr. cas. 436. num. 29.* & sic etiam *Rodriq. de regular. tom. 2. quæst. 79 art. 2.* qui quamvis teneat pro primo Monasterio, tamen dicit, quòd opinio contraria posset salvari in eo, qui coactè ob necessitatem, vel utilitatem publicam, aut valde magnam privatam authoritate legitima transiret ad aliud Monasterium, quoad fructus vita ejus durante tantùm.

Nec prædictis obstare dicebatur, exceptionem propositam per primum Monasterium, quòd non fuit

reddita

reddita computa administrationis per Abbatissam de Tocco, & quòd sunt restituenda aliqua mobilia, & quòd denegetur licentia à Superiore recipiendi alias Moniales, & similia, quia ultra quòd in facto non constare asserebatur immò totum contrarium, 14 adhuc interim discussione pendente alimenta non sunt denegenda, erg. *text. in cap. ex parte, de accus. l. si constituta, §. penult. ff. de inoff. testament. Afflict. dec. 10. n. 1. Gaier. de aliment. lib. 1. cap. 13. num. 30 & cap. 14. num. 53.*

Sed pro primo Monasterio nonnulle considerabantur ad exclusionem, nedum bonorum, seu dotium datarum, verùm etiam quoad alimenta. Et pri-15 mò dicabatur, quòd de jure quotiescunque aliqua Religiose vult transmigrare ad arctiorem vitam, debet præcedere licentia Abbatissæ, seu alterius Superioris, quia reguleriter debet manere in ea vocatione, in qua vocata fuit; bene verum est, quòd petita licentia, & injustè denegata posset ad arctiorem vitam transire, tamen requiritur, quòd licentia antea petatur ut est *text. in cap. licet quibusdam 18. de regular. gl. in cap. intelleximus, in verb. curam, in fin. de atat.* 16 *& qual.* 1. quod in tantum est verum, quia si non petitur licentia, cogitur redire, etiam quòd transeat ad strictiorem vitam, ut tenet *gl. in can. mandamus, in verb. Monachus 9. q. 3.* sequitur *Panor. cons. 95. lib. 1. Hostien. in d. cap. licet, Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 12. c. 14. q. 6.* ubi de veriori, & communi testatur sententie. Cumque nulla fuerit petite licentia Abbatissæ, dicebetur, nedum eis esse denegande alimenta, sed 17 redire debere. Moniales enim dicuntur esse in potestate Monasterii, in quo sunt professæ *cap. non dicat 12. q. 1. cap. cùm ad Monasterium, de statu monach.* & dicuntur servæ, & filiæ Monasterii, in quo sunt ingressæ, ut notatur in *auth. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. Bombin. cons. 12. n. 13. Carol. de Graff. de effect. cleric. in prelud. num. 99. & 100.* & ideò quamvis licitum sit 18 transire de una Religione laxiori ad aliam strictiorem, *cap. unic. de exces. prælator. Reg. Carol. de Tap. in d. auth. ingressi, in verb. ingressi, cap. 9. n. 18.* cum pluribus seqq. Tamen hoc erit intelligendum cum consensu suorum Superiorum, idem *Carol. de Graff. de effect. cler. effect. 1. num 106.*

19 Nec eis suffragari dicebetur licentia Summi Pontificis, quia utriusque licentie requiritur, Abbatissæ scilicet, & Summi Pontificis, quod probatur ex *text. in d. cap. licet*, ubi Summus Pontifex mandat, requiri licentiam sui Prælati tanquam immediatè Superioris. *gl. in cap. Joannes, eod. tit. Lapus alleg. 62.* & habetur ex pluribus rescriptis Sacræ Congregationis Regularium, directis Episcopo Vicētino, & Barchinonensi de anno 1615. de quibus testatur *Barb. in collect. DD. in variis locis Concilii sess. 25. de regul. & monial. c. 5. num. 131.* & de decreto fel. mem. Pauli V. die 21. Decembris 1613. testatur *Diana resol. moral. tract. 2. de dub. regal. resol. 99.* & ideò per licentiam à Summo 20 Pontifice concessam non censentur exclusæ aliæ solemnitates à jure communi requisitæ, *Anch. in cap. gratum, de postul. prælat. Gratian.* in casu simili *discept. forens. c. 5. n. 41.* confert etiam *text. in l. si quando, C. de inoff. testam.* & *ibi* tradita per *Jas.*

Considerabatur etiam quòd quatenus, absque veri præjudicio sola licentia Summi Pontificis sufficeret, adhuc de illa tanquam conditionali, vel saltem modali conditione, vel forma non servata non possent se juvari: cùm in primis literis Sacræ Congregationis sub die 26. Augusti 1639. concedatur dicta translatio cum ista conditione. *Che la reforma di queste non sia causa di disturbo, ne pregiudicio all'altre, che restano, & in modo, che li restino entrate sufficienti per il vitto. & mantenimento dell'altre, che rimangono nel primo.* Et sic debebat ante omnia justificari, quòd ex translatione prædicta non esse sequuturum in primo Monasterio scandalum, nec præjudicium, & quòd remanebant introitus sufficientes pro ipsius 21 substentatione: naturæ enim conditionis est, ut prius adimpleatur, quàm emolumentum consequatur, *l. Thais, §. Stichus, ff. de fideicommiss. libert. Ceph. cons.* 22 *269. num. 22.* & est etiam talis naturæ, ut sub contraria conditione censeatur aliter dispositum *Cort. jun. cons. 27. volum. 4. Roland. à Vall. cons. 63. num. 27. vol. 4.* 23 & propterea quicquid actum fuerit, non justificata, & adimplete priùs dicta conditione, irritum redditur, *Rot. Rom. dec. 701. num. 5. in recentioribus*, & *decis. 725. num. 10. part. 2.* Quæ quidem justificatio debebat fieri citato dicto primo Monasterio, de cujus interesse principaliter agebatur, ut in terminis *Brevis Apostolici* habetur per *Rotam decis. 134. nu. 2. part. 3. & decis. 28.* coram Domino Litta, *Buratt. decis. 41. numero 2.*

Rursus considerabatur, quòd translatio facta per dictas Moniales fortè non fuit ex puro corde & ex Spiritus Sancti vocatione, sed potiùs ex quadam levitate, si enim ex vero spiritu ductæ essent, licen-24 tiam à Superiore Abbatissa petiissent, tanto magis quia non poterat eis denegari, quando ex vera vocatione, & puro corde ad vitam strictiorem fuissent 25 ductæ, ut habetur *in d. cap. licet, de regular.* & ante omnia erat discutiendum de asserta reformatione, ut post *Innocent.* tradit *Ioann. de Imol. in cap. dilecti filii,* 26 *de renunciat.* Et quamvis hæc justificatio debebat fieri per dictas Moniales translatas, cùm non sit standum earum assertioni, ut per *Ant. de Butr. in d. cap. licet, n. 5.* ubi etiam *Joann. Andr. & Ancharan.* Tamen 27 eo ipso, quod translatio fuit facta absque licentia Prælati, statim ortum fuit peccatum contra præceptum obedientiæ, quo spreto nihil boni esse potuit. ut punctualiter advertit *Abb. in d. cap. licet quibusdam, n. 10. de regular.*

His etiam accedebat, quòd nedum translatio fuit facta absque licentia, sed quoque sine licentia tot bona mobilia, argentea, & supellectilia dicti primi Monasterii transportaverunt, ac etiam una ex eis Monialibus, quæ forsan fuit causa principalis dictæ translationis, cùm fuerit Abbatissa dicti Monasterii, computa legitime non reddidit, quamplurimas pecuniarum quantitates retinendo, quod manifestè elicitur ex impensis illico per eas factas in constructione dicti secundi Monasterii, nam primò ædificaverunt illud in loco *detto le mortelle*, ubi maximæ pecuniarum quantitates fuerunt impensæ, & postea se pœnituerunt, & ad locum, ubi hodie reperitur fundatum dictum secundum Monasterium se transtulerunt, in quo solùm pro emptione Domus in loco *detto Pizzofalcone* impenderunt ducatos decem, & septemmille; unde sequitur vehementissima præsumptio, quòd omnia impensa fuerunt ex bonis dicti pri-28 mi Monasterii, per ipsam tunc Abbatissam administratis, argumento *text. in l. Quintus Mutius, ff. de donat.* & quod pejus, hodie dicunt, non habere unde se alant, & prætendunt, à dicto primo Monasterio asse elendas.

Detrimentum autem, quod ex dicta translatione habuit, & habet antiquum Monasterium, dicebatur, esse satis clarum, tum quia ipsi deficiunt mobilia, supellectilia, & argentum, quod secum tulerunt, tum etiam, quia cùm sint numero sexdecim, & validiores, multæ ex illis, quæ remanserunt, sunt ita senectuta, & mala valetudine affectæ, quòd non adest numerus sufficiens pro choro, & aliis Monasterii officiis, & oneribus subeundis. Insuper Monasterio antiquo plurimum dignitatis, & famæ detrahitur, quasi quod remansurum vite fuisset à primis Regulis relaxata, quod falsissimum est, cùm semper in eadem observantia permanserit, cum qua institutum fuit. Et 29 etiam, quia numerus Monialium auget Monasterii gloriam,

gloriam, dismembrationes autem hujusmodi non desunt habere aliquid scandali, & ex ea Cives, & Populi scandalizantur, *Jo. Andr.* & *Anch. in d. cap. licet de regul. Azor. inst. moral. in loco* sæpius citato.

Dicebatur etiam, quòd quamvis controversa fuerit opinio, si bona acquisita per Monachum, eo translato ad aliud Monasterium, utrum primo, vel secundo sint acquisita, & præsertim dotes solutæ Monialibus. 30 Tamen magis vera, & magis communis est opinio, quòd primò Monasterio acquisita remaneant, quam sententiam probaverunt *Bart. in tract. minoricar. lib. 4. cap. 2.* ex argumento *text. in l. 1. & l. inter, C. de sentent. pass.* & fuit opinio *Petr. de Perus.* quam disputato articulo tenuit *Rodriq. de regul. tom. 2. d. quæst. 79. art. 2.* reprobata opinione *Socin. consil. 52. lib. 4.* ubi etiam testatur, quòd hæc sit magis communis, allegat *Jason. in auth. ingressi, n. 13. C. de Sacros. Eccles.* & fundatur ex *text. in can. unic. 18. qu. 1.* ubi Monachus 31 Episcopus legitimè creatur, & omnia, quæ prius existens in Monasterio acquisivit, dicto Monasterio acquirit, post verò Episcopatum Ecclesiæ suæ acquirit. Hanc etiam opinionem pro primo Monasterio tenuerunt etiam *Navarr. consil. 55. n. 9. de regular. Alvarad. de conject. mont. defunct. lib. 2. cap. 3. in princ. num. 7. Azor. institut. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 15. in 3. qu.* post *Covar. in cap. 1. num. 20. de testament. Sylvest. in summ. in verbo Religio, qu. 4. nu. 10. vers. ego autem dico, Lapus allegat. 61. n. 6. Sanchez in præcept. decal. lib. 7. cap. 37.* & omnes ferè *DD.* pro utraque parte referendo, hanc etiam opinionem tanquam probabiliorem tenuit *Barb. in d. collect. ad cap. quod à te, de cleric. conjugat. & in d. cap. licet, de regul.* & secundum hanc opinionem censuit Sacra Congregatio in una Parisiensi 20. Januarii 1634. & in una Neapolitana Monasterii Sanctæ Crucis de anno 1639. & de anno 1640. 3. Augusti in una Monasterii Sancti Joannis Baptistæ.

32 Quod etiam probatur ex *text. in auth. si quis autem forte, in vers. si vero relinquens, & secundo, de Monac.* ubi sunt propria verba, videlicet *si vero relinquens Monasterium, in quo conversationem habuerit, ad aliud transeat Monasterium, etiamsi quidem ejus substantia remaneat, & vindicatur à priori Monasterio, ubi abrenuncians hanc reliquit*, ubi *gl. in verbo à priori* hoc declarat procedere in acquisitis ante exitum, aliàs 33 contra, quod etiam desumitur ex juris civilis principiis, nam usufructus Domino acquisitus ex persona servi, non transit pœnes secundum Dominum, sed pœnes primum remanet, *l. inter antiquum, C. de usufr.* & quod Moniales sint servæ Monasterii, ubi professionem emiserunt, diximus supra ex *Graff. de effect. Clericat. effect. 1. n. 100. Franc. Marc. dec. 104. nu. 2. dec. 374. n. 2. & dec. 527. n. 7.*

34 Et quamvis pater ex lege naturali teneatur alere filium, tamen eo in adoptionem dato cessat onus alimentandi à patre, & transit in adoptantem, *l. penult. ff. de adopt.* Sic ergo cessare debet onus primi Monasterii, & secundum Monasterium, in quo translatæ fuerunt ad alimenta eis præstanda tenebitur, sicuti 35 enim primum Monasterium jus superioritatis amittit, ita etiam liberari debet ab onere alimentandi, cùm alere quis teneatur eum, cujus operibus utitur, *l. in rebus § possunt, ff. commod. Cordub. in l. si quis à liberis §. si mater, nu. 9. ff. de liber. agnosc. Gratian. disceptat. forens. cap. 374. n. 21. Sanchez in præcept. decal. cap.* 36 *32. n. 8.* & quis ali debet ab illo Altari, in quo servit, *cap. cùm secundum, de præbend.* & alimenta præstari 37 debent in domo præstare debentis, *Gratian. discept. forens. cap. 552. nu. 42.* qui de communi testatur, *Bovr. dec. 195. Molfes. ad Consuetud. Neapol. part. 5. tit. de aliment. q. 2. n. 2.*

Insuper considerabatur, quòd alimenta petita aut prætendi possunt ex fructibus bonorum ex Regia munificentia ipsi Monasterio in ejus fundatione, & donatione elargitorum, & cùm Monasterium prædictum sit de Regia protectione, non est præsumendum, Summum Pontificem voluisse Regiæ fundationi derogare, ut apparet ex *Conc. Trident. sess. 22. cap. 8.* 38 ubi in specie prohibetur Episcopo visitare Collegia quæcunque Confraternitates laicorum, etiam quas Scholas, &c. quæ sunt de Regia protectione immediata juxta *text. d. Concil. Trid. sess. 22. c. 8.* Aut verò de dotibus per ipsasmet Moniales tempore earum ingressus datis, & major pars ipsarum non extat, nec fructus reddunt, ex quibus possint dictæ Moniales 39 ali, ut considerat *Rot. Rom.* in une alimentorum die 28. Junii 1613. coram bon. memor. D. Damasceno, ex fructibus enim, & non ex proprietate sunt inspicienda alimenta, *l. qui bonis ff. de cess. bonor. Aym. Crav. cons. 199. Alex. cons. 100. Giurb. dec. 6. Barz. dec. 69.*

Et demum non obstabit, quod Monacho litiganti cum Monasterio sint alimenta præstanda, tum ex 40 supradictis, tum etiam, quia alimenta debentur pauperi, & egeno, non autem ei, qui ex sua substantia vivere potest, ut dixit *Bald. cons. 126. vol. 2. Soc. cons. 121. n. 45. vol. 5.* & communem dixit *Curt. jun. cons. 148. in princip. Gabriel. comm. opin. lib. 6. tit. de aliment. concl. 7. num. 23.* & ideò petenti alimenta necessarium est requisitum, quòd sit inops, maximè quando non 41 est in obsequio ejus, qui alere tenetur: quod videmus in uxore, quia quamvis teneatur vir alere uxorem etiam divitem, ut per *Surd. de aliment. titul. 1. qu. 32. Molfes. ad Consuetud. Neapolit. part. 5. de aliment. præstand. qu. 11. num. 25.* Id tamen fallit, quando non est in illius servitio, & obsequio, quia necessario debet esse in ea, inopia ut per *Alex.* post *Cyn. Bartol. Salyc. & Paul. de Castr. in l. quod in uxorem, num. 7. in fin. C. de negot. gest. Natt. cons. 547. num. 13. Rot. Rom.* apud *Cæsar. de Graff. decis. 115. num. 5. Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 6. gl. 2. part. 5. num. 22.* qui *num. 23.* di- 42 cit, idem procedere in filio, quia si non est pauper, ita ut non habeat unde se alat, alimenta lite pendente non sunt ei præstanda, *l. extraneo, ff. de vent. in possess. mittend. Abb. in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matr. quam poll. per adult. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 16. num. 46. Surd. de aliment. titul. 1. qu. 112. num. 30. Gratian. disceptat. forens. cap. 336. num. 30. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 83. nu. 19.* Cumque istæ Moniales non sint pauperes, nam habent 43 ann. ducat. 1800. vitalitios, & plus: & tantum expenderunt pro emenda domo fundandi causa Monasterium, & hæc probatio inopiæ ad obtinendum alimenta remittetur Judicis arbitrio, ut per *Menoch. de arbitr. Judic. casu 65. Surd. de alimen. tit. 7. q. 9. num. 19. & qu. 37. tit. 9. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 16. nu. 46. Joan. del Castill. controvers. jur. lib. 2. c. 37. Barz. decis. 129. num. 5.* nemo determinare poterit, quòd istæ Moniales non possint vivere cum ann. duc. mille, & 44 octingentum, nam alimenta, quæ debentur miserationis gratia, sufficit si præstentur pro necessario vitæ subsidio, *Cordub. in repetit. d. l. si quis à liberis, in §. sed si filius num. 69 ff de liber. agnosc. Alciat. consil. 252. alias cons. 18. to. 3. lib. 9. Gabriel. cons. 148. num. 26. vol. 1. Barz. dict. dec. 129.* & sic pluries decisum in suo Senatu dixit *Fontan. de pact. nuptial. claus. 5. gl. 8. part.* 45 *9.* sub *num. 17.* & erit etiam considerandum, quòd qui alimenta præstare cogitur, si commodè non possit alimentare, non tenetur arctare victum suum propter alium, *l. § præterea*, ubi *Bald.* notat, *ff. de tutel. &* 46 *ration. distrah.* omnis enim ordinata charitas incipit à se ipso, *Benintend. dec. 89. n. 8. Natt. cons. 387. num. 8. Gratian. discept. forens. cap. 552. Barbat. cons. 63. lib. 2. Surd. de alim. tit. 7. q. 8. Franch. dec. 605.* optimè *Port. Imol. cons. 60. n. 12.*

47 Et demùm debet constare de bono jure alimenta petentis, & saltim bonum fumum: justitiæ demonstrare,

state, Molin. d. cap. 16. num. 36. lib. 2. de primog. Surd. de aliment. dict. tit. 1. quæst. 112. num. 27. Castill. dict. cap. 37. lib. 3. controvers. jur. numer. 13. Fontanell. dicta claus. 6. gl. 2. part. 5. num. 25. & 27. Covar. practic. quæstion. cap. 6. num. 6. vers. nec tamen negaverim, Menoch. de præsumpt. quo. 5. numer. 6. lib. 1. & Castill. loco al-
48 legato dixit, quòd quando urgentiores sunt præsumptiones pro reo, quàm pro actore, nunquam erit locus institioni alimentorum, sequitur *Fontanell. loco* proxime citato, *numer.* 27. Quibus plene discussis die 5. Junii 1642. in Collaterali Consilio cum Juncta Regiæ jurisdictionis visum fuit, alimenta prædicta non deberi, verùm quia causa erat inter duo Monasteria, noluit interponere decretum; nec providere super instantia dicti secundi Monasterii, & ex hoc evenit, quod major pars dictarum Monialium reversa fuit ad antiquum Monasterium, & in novo remanserant solum quinque. Acta sunt penes Jordanum Cancellarium Regiæ Jurisdictionis.

OBSERVATIO IN DECISIONE CXCIII.

SUMMARIUM.

1 *Alloquentes cum Monialibus in Monasteriis exemptis sine licentia Episcopi, an incidant in excommunicationem contentam in edicto, vel statuto Episcopi, & nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*

2 *Episcopus ex decreto S.C. Trid. est delegatus Apostolicus ad conservandam clausuram Monialium etiam exemptarum.*

3 *Accedentes ad loquendum cum Monialibus in Monasteriis exemptis, absque licentia Episcopi, an dicantur delinquere in via, & nu. 4. 5. 6. & 7.*

4 *Episcopus an prohibere possit, nè aliquis accedat ad locum exemptum, & nu. 7. & 8.*

Civitas an possit statuto prohibere suis civibus, nè eant ad certum oppidum, ibid.

5 *Episcopus non potest excommunicare Moniales exemptas, si cum aliis colloquantur.*

6 *Statutum Episcopi, quo prohibetur accessus ad loquendum cum Monialibus, etiam exemptis est favorabile, non odiosum, & nu. 10.*

9 *Alloquens cum Moniali existente intrà clausuram, de domo propinqua Monasterio, an incidat in excommunicationem latam contra accedentes ad loquendum cum Monialibus.*

10 *Alloquens cum Moniali, si ipse existat in platea propè portam Monasterii, an incidat in excommunicationem latam contra accedentes ad colloquendum cum Monialibus.*

11 *Monialibus ob quas causas dari potest licentia exeundi è Monasterio, & nu. 11. & 12. usque ad 12.*

Causa, ob quas licitum est Monialibus exire à Monasterio recensentur, ibid. & nu. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 21. & 22.

Licentiam exeundi à Monasterio Monialibus in casibus permissis, qui dare debent, ibid. & num. 12. & 1.

13 *Abbatissa, ob quas causas potest exire à Monasterio, & an ut visitet ædificia Ecclesiæ, vel Monasteria sibi subjecta.*

14 *Monialis non potest exire à Monasterio, ut curam suorum nepotum gerat, neque ad visitandos parentes, vel consanguineos infirmos, vel alio ex prætextu præter casus enumeratos in Bulla Pii V. & numer. 11. 12. & 15.*

15 *Monialis an liceat exire à monasterio ob alios casus ultrà enumeratos in Bulla Pii V. similes, & urgentiores.*

16 *Exhæredari an possit filius ex aliis causis, quam ex quatuordecim expressis in Iure.*

Monialis an possit exire à Monasterio tempore belli, vel incursus Turcarum, aquæductus, aut ruina domus, & similium, ibid. & numer. 16. 17. & 18.

Donatio an possit revocari ob alias causas, ultrà illas quinque expressas in jure, ibid. nu. 16.

Dictio Taxativa excludit omnes casus, præter expressos, sed non excludit similes, ibid.

17 *Monialis, quæ potest mederi in Monasterio absque periculo contagionis aliarum monialium, etiam in casibus expressis in Bulla Pii V. non potest ex eo exire.*

19 *Nomine incendii magni, quid intelligatur, ut eo casu monialis possit à monasterio exire.*

20 *Nomine infirmitatis lepræ, vel epidemiæ, quid intelligatur, ut monialis possit exire à monasterio, remissive.*

21 *Monialis, quæ urgente necessitate in casibus permissis exit à monasterio non obtenta licentia, an excusetur à peccato, & à censura, si periculum sit in mora, & non possit consuli superior.*

22 *Monialis habens morbum periculosum, propter quem esset moritura, nisi à monasterio exeat, & si aliis monialibus nocivus non sit, nec contagione obesse, an possit ab illo exire, & possit ei licitè licentia exeundi concedi.*

23 *Alimenta petens debet esse inops, & ideò ratio finalis petendi alimenta, est paupertas.*

Pater ex lege naturali tenetur alimentare filium si non habeat unde vivere possit, ibid.

Filius tenetur alimentare patrem, si non habeat undè aliundè vivere possit, ibid.

Filia tenetur alimentare matrem pauperem, ibidem.

24 *Pœnitens, cui imponitur à Confessario, ut v. g. det decem pauperibus, an possit illa dare suo patri pauperi.*

Eleemosyna, quæ debet dari ex pœnitentia à Confessario injuncta, pauperibus, an licitè detur patri pauperi, ibid.

25 *Episcopus ordinans aliquem sine titulo, quem tenetur alere de suo, donec ei de convenienti beneficio provideat, si talis ordinatus habeat patrem divitem, à quo de jure possit alimenta petere, an teneatur illum alere.*

26 *Alimenta, ut debeantur, duæ requiruntur qualitates in petente, nempè paupertas, & justitia, & sic constare debet de paupertate, & de bono jure petentis.*

27 *Maritus quando teneatur alere uxorem, & quid si uxor absque causa, & sine culpa viri se ab eo separet.*

28 *De mulieribus rixosis, & iracundis afferuntur plures sententiæ Sacræ Scripturæ, & aliorum, & exempla, & nu. 9. 30. 31. & 32.*

30 *Mulier non est digna conjugio, quæ est digna jurgio.*

31 *Socrates habuit uxorem rixosam, & iracundam, & quomodo cum ea se gessit*

32 *Maritus quomodo se gerere debeat cum uxore rixosa, & iracunda, & numer. 28. cum seqq. & num. 33. 34. & 35.*

33 *Conjuges se debent mutuo amare, & mutuos defectus patienter ferre, & nu. 34. & 35.*

34 *Mulier subjecta esse debet suo viro, & non dominari in illum, & nu. 36.*

35 *Vir caput est mulieris, & nu. 36. & 37.*

37 *Homo factus est ad imaginem Dei, non autem mulier; & in homine est imago Dei, non autem in muliere, & num. 38.*

Mulier non est facta ad imaginem Dei, ibid.

38 *Vir non debet velare caput suum, sicut debet mulier.*

Mulier non est gloria, & imago Dei, ibidem & numer. 37.

39 *Mulier debet caput suum velare, & in Ecclesia minimè loqui, & nu. 38.*

40 *Mulieres, quæ incedunt denudatis scapulis, vel mamillis, reprehenduntur.*

41 *Maritus quando possit verberare uxorem.*

IN hac eadem decisione compilavit etiam decisionem *D. Reg. anfelic. tom. 2. decis. 583.* sed latiùs, & copiosius *D. Reg. noster hic.*

Et quia hoc Monasterium est sub Regis protectione, & exemptum à Jurisdictione Ordinarii Archiepiscopi; Ideo quæri posset, an alloquentes cum Monialibus ipsius Monasterii, vel aliorum similiter exemptorum sine licentia dicti Domini Archiepiscopi, incidant in excommunicationem contentam in edicto seù statuto, vel constitutione synodali contra accedentes ad Monasteria Monialium, etiam exempta, ut cum illis colloquantur, (de jure enim communi nulla adest pœna, ut ait *Quaranta in verbo monasteria monialium post recensitam Bullam Pii V. incip. Decori, fol. mihi 348. vers. advertendum*) & quia de hoc dubio loquuti sumus supra in *Observat. ad decis. 170. numer. 15. & 16. fol. 160.* illuc te remitto, & ad Doctores ibi à me citatos pro utraque opinione, quibus nunc addo pro affirmativa sententia eundem *Bonacin. tom. 1. de clausura, quæst. 2. puncto 4. sub numer. 1. Vgolin. de potest. Episcop. capit. 21. paragrapho 4. numer. 4. D. Squillant. de privil. Episcop. par. 2. capit. 13. numer. 46. D. Ricc. in prax. par. 2. resol. 181. ac Meroll. tom. 1. disp. 1. cap. 2. numer. 622. fol. 107.* Et pro negativa addo *Vidal.* quem citat *Dian. in cit. ibi resol. 48. tom. 10. tract. 14. & Alphons. de Leone* ibidem ab eodem adductum, *de censur. recoll. 2. numer. 385.* & alios ab his citatos, qui quidem *Dian. & Ioseph de Iannar. in d. resol. 37. tom. 3. resolut. moral. de casibus reserva. in d. Observa.* à me adducti, ut ibi dixi, tenent hanc negativam sententiam esse probabilem, & tuta conscientia sequi posse, licèt *d. de Iannar.* prius *resol. 34. num 22.* contrarium tenuerat, ni fallor.

2 Ratio autem, quam adducunt Doctores pro affirmativa ea est, quia Episcopus ex vi *Sacr. Concil. Trident. sess. 25. capit. 5. de regular.* est delegatus Apostolicus ad conservandam clausuram etiam exemptarum, & ad clausuræ conservationem spectat prohibitio alloquutionis cum Monialibus, ità *D. Genuens. in prax. capit. 32. in prima impress. Neap. 1602. fol. 224. & in ultima impress. Venetiis 1645. capit. 33. Vgolin. d. capit. 21. paragrapho 4. num. 4. & D. Ricc. d. resolut. 181. nu. 1.* Alii dixerunt, rationem esse, quia excommunicatio prædicta non est imposita absolutè contra tales alloquentes cum Monialibus exemptis, sed contra accedentes, seù euntes ad dicta Monasteria exempta, & sic

3 delictum perpetratur in loco non exempto, licet consumatur in loco exempto; ità *Bonacin. Barbos. Campanil. Gratian.* quos adduxi in *d. observa. ad decis. 170. numer. 15. & 16. & Azor. tom. 1. lib. 5. capit. 25. quæst. 4. ac D. Ricc. in prax. part. 2. resolut. 181. vers. altera ratio*, dicunt posse Episcopum statuto jubere, ne aliquis accedat ad locum exemptum, prout ex *Bart. in l.*

4 *relegatorum ff. de interd. num.*... potest Civitas statuto prohibere ne Cives eant ad certum oppidum; nam in *l. mercatores, C. de commerc. & mercator.* prohibentur Cives Romani habere commercium cum Persis, & in *l. ult. ff. de decret. ab ordin. faciend.* decernitur, nè quis eat ad commercia extrà municipium, ità *Azor.* & post eum *Dom. Ricc. loc. cit.* ubi in fine ait, quod tales accedentes ad dicta Monasteria exempta contra prohibitionem delinquunt in via.

5 Sed *Meroll. loc. cit. tom. 1. disp. 1. capit. 2. numer. 622. fol. 107* aliam rationem adducit, & est, quod licet Episcopus Jurisdictionem non habeat in Monasteriis Monialium exempta, nisi in casu illo speciali Sacr. Concil. Trident. habito respectu ad violatores clausuræ, ut supra, & hac ratione, non posse excommunicare ipsas Moniales exemptas, si cum aliis colloquuntur; Nihilominus potest excommunicare suos subditos, si absque ipsius licentia cum his Monialibus loquuntur, quia in eos Jurisdictionem habet, & hoc potest facere Episcopus ex causa, scilicèt, ad tollendam suis subditis occasionem peccandi, & sic ob bonum subditorum. Nec hoc statutum Episcopi censen-

6 dum est odiosum ipsis Monialibus, sed potius favorabile, quia dictum statutum latum est principaliter in favorem animarum, ad tollendam, ut supra, occasionem delinquendi ipsis Monialibus, & ad removenda omnia, quæ sacrarum Virginum sanctum propositum, & acquisitionem perfectionis impedire possunt, & ad providendum illarum honestati, ac etiam in favorem Monasterii, quod Ecclesiæ æquiparatur, ità *Meroll. n. 622. & etiam nu. 590.*

7 At rationem contrariæ opinionis negativæ, affert *d. de Iannar. loc. cit. resol. moral. de casibus reservat. tom. 1. resolut. 37. numer. 4.* dicens, rationem affirmativæ sententiæ, quæ probat, posse Episcopum excommunicare suos subditos accedentes ad colloquendum cum Monialibus in Monasterio exempto, ut delegatum Apostolicum, non habere omnimodam evidentiam; ità quod omninò improbabilis remaneat opinio negativa opposita; fundatur enim in delegatione Apostolica communicata Ordinariis in ordine ad clausuram, & accessus ad loquendum cum Monialibus, ad clausuram spectare, secundum Doctores pro ea opinione, sed quod dictus accessus ad colloquendum spectet ad clausuram, adhuc evidens non est, sed est sub opinione probabili, quæ opinio secum admittit oppositam, etiam probabilem; ergò ratio illa non est omninò evidens; Nec ratio dicens, quod sit prohibitus accessus, est simpliciter vera, quia via non est locus peccati, nec suspicionis, propter quod peccatum, & suspicionem illius; tanquam propter terminum, feratur excommunicatio, ergò contraria opinio negativa est etiam probabilis non solùm per principia extrinseca, sed etiam per principia intrinseca; & ideò licitum esse talem negativam opinionem sequi; ità *Ioseph de Iannar. d. resol. 37. per totam.*

8 Sed primam affirmativam sententiam cui Ego adhæreo servari hic Neap. testantur *D. Genuens. dict. capit. 32. seu 33. & D. Ricc. dict. resolut. 181. ante numer. secund.*

9 Sed quid si aliquis alloqueretur cum Moniali existente intrà clausuram de domo, quæ propinqua est illi Monasterio, An contraheret hanc excommunicationem, dùm non sit accessus ad illud, & *Iacob. Graff. lib. 2. de casibus reservat. capit. 5. numer. 44.* & expressiùs *tom. 1. cons. 21. numer. 23.* tenet negativam opinionem, ex quo prohibitio prædicta, & excommunicatio, de qua loquimur duo includit, scilicèt accessum ad Monasteria, & loquelam, sed ille, qui loquitur de domo, quæ est extrà Monasterium, non dicitur accessisse ad Monasterium, ergò, &c. Et verba legis pœnalia, cujusmodi est hæc, sunt strictè interpretanda, quoniam pœnæ sunt restringendæ. Attamen *Meroll. d. tom. 1. disp. 1. cap. 2. numer. 625.* contrarium tenet tanquam longè probabiliùs, ex eo, quia id, quod principaliter prohibetur, & pro se sub excommunicatione, est ipsa loquutio cum Monialibus, accessus verò ad Monasterium, prohibetur tantùm per accidens, seù tanquam accessorium, & medium ad colloquutionem, eo quod regulariter, nemo soleat alloqui Moniales existentes intrà Monasterium, nisi prius accedat ad illud, ergò deficiente hoc accessorio, non propter hoc desinit locum habere excommunicatio. Secundò, quia ratio finalis, ac mens Prælati ad hujusmodi prohibitionem inducendam, fuit ad tollendam occasionem peccandi, ut supra dixi *numer. 5.* & ad removenda omnia impedimenta, quæ possent à Divino servitio illas distrahere; & hæc ratio militat etiam in præsenti casu; Accedat, quod quando agitur de salute animæ, fit extensio legis, etiam in pœnalibus, ità *Meroll. dict. numer. 625. fol. 108. tom. 1.* qui *numer. 626.* tenet ex

10 eadem ratione, quod qui existens in platea propè portam Monasterii loqueretur cum Moniali, ligatur dicta excom-

excommunicatione, & proindè *numer. 617. in fine*, Respondet rationi adductæ per *Graffium*. quod scilicèt, hoc statutum est quidem pœnale, non tamen odiosum, sed favorabile, cum sit factum in favorem animarum, & Monasterii; & ideo potius ampliandum, quam restringendum; Immo quod hæc non est propriè extensio sed vera, & germana sensus statuti, & Prælati mentis interpretatio.

21 Moniales autem ob quas causas possint exire à Monasterio, habetur in *Bulla Pii V. incip. Decori*, quam refert *Quarant. in verba monasterium monialium, fol. mihi 346. & Azor. par. 1. lib. 13. capit. 8. quæst. 1. vers. deindè*, ubi solummodo ob tres causas nempè, magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ conceditur à Summo Pontifice, quæ causa infirmitatis, præter alios Superiores ordinum, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seù alium loci Ordinarium, etiam si prædicta Monasteria exempta sint ab Episcoporum, & Ordinariorum Jurisdictione, cognita, & expressè in scriptis approbata esse debet, ut in *d. constit.* habetur.

22 Itaque Moniales in tribus prædictis tantùm casibus possunt exire à Monasterio, qui debent probari per Superiorem Ordinis, cui cura incumbit Monasterii, & etiam per Episcopum copulativè etiam si sit exemptum Monasterium; ita ut non potest Abbatissa extra

23 dictos tres casus exire, neque, ut visitet ædificia Ecclesiæ, vel alia Monasteria sibi subjecta, ut habetur in *dicta Bulla Pii V. Decori*; ità *Bonacin. tom. 2. de clausur. disput. 1. punct. 9. nu. 1. 2. & 3.*

24 Neque Monialis extrà dictos tres casus potest exire, ut curam suorum nepotum gerat, etiam si nepotes omnibus aliis propinquis destituti sunt, neque ad parentes, consanguineos, aut alios infirmitatis causa visitandos, vel ex alio prætextu. *Bonacin. ibid. & de legib. in genere, disp. 1. qu. 1. punclo 3. nu. 19. vers. exire clausurum perpetuam.*

Sed an possit Monisli concedi facultas exeundi non
25 solùm ob dictas tres causas, verum etiam ob alias causas similes, & urgentiores. Et respondeo affirmativè, quia videntur etiam exceptæ ex Epikeia, & Ecclesia non obligat cum tanto incommodo, exemp. grat. tempore belli, vel incursus Turcharum, & hostium, &
26 in locum tutum se recipere; & probatur hæc opinio à simili; Nàm quatuordecim in jure tantummodo exprimuntur causæ, ex quibus filii licitè exhæredari possunt à parentibus, ut habetur in *Auth. non lice t, C. de liber. præter. & in Auth. ut cum, de appellat. cognosc. §. aliud quoque capitulum, coll. 8.* Et nihilominus multi Doctores tenent etiam ex aliis causis consimilibus posse exhæredari; similiter donationes ob solas quinque causas revocari possunt, *l. fin. C. de revoc. donat.* & tamen *glos. ibi communiter recepta in verba voluerit*, tenet etiam ob alias similes causas posse revocari, *Clar. in paragrapho donatio quæst. 21. numer. 2. & 3.* andem & si dictio *tantùm* apposita in dicta Bulla Pii V. excludat omnes casus, præter expressos, & contineat negationem quoad alios, non excludit tamen casus similes; Ità in casu dictæ Bullæ Pii V. dicendum est, extendi posse ad alios casus similes; Ità *Barbos. de potest. Episcop. allegat. 101. numer. 16. cum seqq. Azor. tom. 1. lib. 13. capit. 8. quæst. 1. in fine, vers. tertia quæres, Bonacin. ubi supra, Sanch. lib. 6. summ. capit. 15. numer. 37. & 44. tom. 2. & Diana par. 1. tract. 10. & miscell. 1. resolut. 31. vers. verum*, licèt ipse neque pro affirmativa, neque pro negativa decidat, sed solum opiniones refert.

Advertit tamen *Sanch. ibidem numer. 31.* quod nec
27 causæ expressæ in dicta Bulla Pii V. legitimæ erunt, si ità capax sit Monasterium, ac in eo sit medendi morbo commoditas, ut nullum esset contagionis aliarum monialium periculum, & alia via, ac ratione consuli possit, ità etiam *Bonacin. ubi supra de clausur. disput. 1. punct. 9. nu. 2. in fine.*

18 Ad hos casus ex similitudine rationis addi possent, secundum *Barbos. d. alleg. 102 numer. 22.* non solùm invasio hostium, sed etiam aquæductus, aut ruina domus, vel similes nocivi communitati Monialium.

19 Nomine incendii magni, intelligitur incendium ità magnum, & evidens, ut certum sit, aut saltem probabile multum esse videatur, quod nisi Moniales omnes statim è Monasterio exeant, omnes sint simul morituræ, atque consumendæ præ nimia exustione ignis, *Barbos. ibidem nu. 23.*

20 Sub nomine vero infirmitatis lepræ, vel epidemiæ, quid intelligatur, vide fusè per *dict. D. Barbos. ibid. nu. 24. Sanch. d. capit. 15. nu. 33. 34. & 35.*

21 Et cum dicta Bulla Pii V. requirat ad dictum exitum è Monasterio licentiam in scriptis superioris, & Episcopi, ut supra dixi *numer. 11. & 12.* quorum est causam examinare, si sit justa, quæritur, an excusetur à peccato, & à censura, inibi contenta, Monialis si urgente necessitate exeat, non obtenta licentia prædicta. Et respondetur, quod si periculum sit in mora, & superior ob distantiam consuli nequeat, tunc excusari, quia hic casus per Epikeiam exceptus videtur, cum necessitas lege careat, nec præsumitur superior velle Monialem in tali eventu ad clausuram obligare; Verum tamen est, prædictam Monialem, quæ tali necessitate urgente exiit, non obtenta licentia, teneri post egressum admonere Superiorem, si potest, quamdiù extrà Monasterium extitit, sed si cessante causa egressus, ad Monasterium redit, tunc non tenetur dictum suum exitum Superiori significare; ità *Sanch. loc. cit. d. capit. 15 numer. 62. Bonac. d. tom. 2. de clausur. d. disp. 1. punct. 8. nu. 5.*

22 Aliqui voluerunt, quod sub nomine lepræ, vel epidemiæ, sivè pestis, comprehendatur etiam morbus Monialis periculosus, propter quem Medicorum judicio proculdubio esset moritura, nisi exiret, quamvis aliis Monialibus nocivus non sit, nec contagione obesse possit, ut tunc etiam possit ei licentia egrediendi impartiri, ità *Nun. comment. 4. num. 49. & 50. de regular. Azor ubi supra par. 1. lib. 12. capit. 8. quæst. 1. in fine. vers. tertia quæres*, & alii, sed hanc opinionem non admittunt *Barbos. ibid. numer. 20. & 21. Sanch. loc. cit. dict. capit. 15. numer. 39. Gutier. canon. quæst. lib. 1. capit. 14. à numer. 7. ad finem*, & alii ab his citati, qui contrarium tenent, scilicet non esse causam justam egrediendi, quia non respicit, nec tangit omnes Moniales, sicque communitatem ipsarum, sed tantùm salutem unius, & singularum Monialium, quia dictus motus proprius Pii V. respicit causam, & bonum communitatis, non autem particularis Monialis, & privatæ utilitatis, & proinde quando alius casus similis illis tribus expressis in dicto motu proprio, occurrit, qui respiciat bonum commune Monasterii, ut est casus aquæductus, Invasionis hostium, & bellorum, tunc ex Epikeia illi comprehenduntur, non autem iste casus, qui respicit privatam solum unius utilitatem, sic DD. cit.

23 Alimenta petens, ut ait *D. Author hic numer. 40.* debet esse inops, ac pauper, & *numer. 34.* ait, patrem ex lege naturali teneri alimentare filium; Ideo è converso, filius etiam ex Jure naturæ tenetur alimentare patrem, dummodo sit pauper tàm pater petens alimenta à filio, quàm filius petens alimentare à patre; secus si habeant undè vivere possint, & sic paupertas est ratio finalis petendi alimenta, *l. si quis à liberis, cum gl. glos. ff. de liber. agn. l. fin. paragrapho ipsum autem. C. de bon. quæ liber.* at si ambo essent pauperes, & inopes, unus alterum alere non tenetur, *l. 2. ff. de alend. liber.* & etiam in *l. plin. C. de patr. potest.* ità in *rubric.* habetur: *Filius tenetur alere matrem pauperem*; ità *Ioseph de Ianuario resolut. moral. part. 1. resolut. 19. num. 3* & de his alimentis, vide quæ dixi supra in *observ. in dec. 176. fol. 598. cum seqq.*

24 Indè observo, an qui habuit pro pœnitentia à Confessario, ut det v. grat. decem pauperibus, an possit dare illa suo patri pauperi, cui tenetur ipse pœnitens alimenta præstare, & in hoc dubio tenet *Meroll. tom. 2. disp. 4. capit. 3. numer. 38. fol. 178.* quod si pater est pauper, cui pœnitens filius potest per Judicem compelli ad illi subveniendum, & tunc non satisfacit pœnitentiæ sibi injunctæ, talem eleemosynam patri elargiendo, quia ad id tenetur; si vero pœnitens sit pauper, & ideo non tenetur, nec posset cogi alere suum patrem, & tunc dando ei dictam eleemosynam sibi injunctam à Confessario, tanquam pauperi, satisfieri obligationi pœnitentiæ hujusmodi, quia primo casu, non satisfit per opus alias debitum; sed *d. Ioseph. de Iannar. d. resolut. 19. numer. 1. 4. cum seqq.* tenet contrarium, quod scilicet satisfit pœnitentiæ injunctæ, dando eleemosynam patri pauperi, & indigenti, & ea ratione, quia pater dicitur pauper respectu filii, & ex aliis rationibus, ibi, per ipsum adductis contra *Meroll.* sed quid Ego sentiam in hoc dubio nolo meam proferre sententiam, videas rationes, illasque perpendas ab ipsis pro utraque parte adductas, & Doctores citatos ab eisdem.

25 Ex his deducit *d. de Iannar. numer. 6. ex Surd.* (*citato a Meroll.*) *de aliment. tit. 7. quæst. 37. à numer. 1. usque ad* 11. quod Episcopus non tenetur alere Clericum pauperem, quem ipse Episcopus ordinavit sine titulo ad sacros ordines, si talis Clericus habeter patrem divitem, à quo possit alimenta petere de Jure, quia, qui Jus habet petendi alimenta, non dicitur pauper, per *tex. in capit. Episcopus 4. de præbend.* ubi statuitur, quod Episcopus ordinans ad sacros ordines aliquem sine titulo, tenetur ei de suo alimenta præstare, donec ei de convenienti beneficio provideat, nisi habeat talis ordinatus de sua, vel paterna hæreditate subsidium vitæ.

26 Ad *numer. 40. cum seqq. & num. 47. usque ad finem*, quod alimenta lite pendente non debentur, nisi adsint, & probentur duæ qualitates, in petente dicto alimenta, scilicèt paupertas, & justitia, & sic debet constare de paupertate, & de bono Jure ipsius petentis alimenta; Addo *Eminentiss. D. Seraphin. decis. 1098.* ac etiam *Eminentiss. D. Cavaler. dec. 467. & 154.* aliàs non debentur, prout decisum referunt sæpius in *Sacra Rota Roman.*, & est text. expressus in *l. si instituta, paragrapho de inofficioso. il secondo, ff. de inoffic. testamento*, & ità de stylo Sacræ Rotæ servari, ait *Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 4. limit. 11. num. 45.*

27 Et ad id, quod *numer. 41.* asserit, quod quamvis maritus teneatur alere uxorem, etiam si aliundè habeat, tamen id intelligendum esse, dummodo uxor sit in serviitiis, & obsequio mariti, ex DD. ibi allegatis. Addo dictum *Eminentiss. D. Cavaler. d. decis. 554. numer. 4. ex Gabr. cons. 25. numer. 16 lib.* . quod equidem notandum, & observandum est, nam potest evenire casus, ut aliqua mulier absque causa, & sine culpa viri, neque ob sævitiam illius, se ab eo separet, & in Monasterio se recipiat, tunc non debentur ipsi alimenta à viro, sed contenta esse debet fructibus dotis, nec, ut lautiùs, & splendidiùs vivat, potest aliud ultra dotes à marito petere; neque ad id maritus cogi de jure potest; dùm alimenta non debentur à marito uxori, quæ inopa non sit, & habeat fructus suæ dotis sufficientes, quando absque culpa viri, se separat, & ab eo divertit propria auctoritate, & ex solo suo pravo impetu, ac motu, & ut vulgo, (per solo suo capriccio) vel propter suam malam conditionem, & iracundiam, *Lancellot. de attentat. par. 2. capit. 4. limitat. 11. numer. 38.* qui ità per Rotam decisum refert, & sequitur *D. Genuens. in pract. in 1. impress. Neap. capit. 27. sub num. 2. fol. 1[illegible]4. & in impress. Romæ 1616. capit. 21. sub eod. nu. 2.*

[2]8 Et cum de mulieribus iracundis loquimur, notandi est sententia *Salomonis Proverb. capit. 5. vers. 19.* sic dicentis: *Melius est habitare in terra deserta, quàm cum muliere rixosa, & iracunda.* Ac etiam *Ecclesiast. capit. 25. vers. 23.* Ità *Sapiens* ait: *Non est ira super iram mulieris, commorari Leoni, & Draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam.* Et *vers. 26. Brevis omnis malitia super malitiam mulieris.* Et *vers. 27. Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto.* Et *vers. 31. Cor humile, & facies tristis, & plaga cordis, mulier nequam.* Ac *capit. 26. vers. 1. Mulieris bonæ, beatus vir: numerus enim annorum illius duplex.*

29 Sed adnotanda, & consideranda quoque sunt, quæ admonuit *Cato*, docuit, atque præcepit in suis carminibus *capit. 2. incip. Hoc quicumque velis carmen cognoscere lector*, ibi:

Uxorem fuge, ne ducas sub nomine dotis
Institiamque adhibe, si cœperit esse molesta.
Et infrà:
Conjugis iratæ noli tu verba timere,
Nam struit insidias lacrymis dum fœmina plorat.

30 Atque *D. Ambrosius epist. 82. ad Versell.* de uxoribus rixosis sic ait: *Mulier non est digna conjugio, quæ est digna jurgio.*

31 Sed circa uxorem rixosam, & iracundam observo, quod refert *Iacobus Corenus in clypeo patient. lib. 2. capit. 17. lit. C. folio mihi 522. in impress. Lugduni 1622.* Socratem habuisse uxorem rixosam, & iracundam, quæ semper jurgia excitabat, ut illo studente, mensam everteret; Aliquando post diuturna jurgia, ira commota, quòd ille taceret, aquæ poculum capiti ejus illa superfudit: At Socrates patienter ferens in hæc verba, sivè sententiam prorupit: *Non ignorabam post tonitrua pluviam secuturam.* Ad quem Alcibiades illius domus nobilis sic alloquutus fuit: *Quomodo* (inquit) *perfers hanc rixosam uxorem, nec domo ejicis?* Cui Socrates sic respondit: *Qui ovis vesci vult, glocitantium gallinarum strepitu offendi non debet; Equidem sic domi patienter disco, ut foris melius exercere queam.* Igitur propter ova ferimus importunos gallinarum cantus, &

3[2] maritus propter filios, aut potius propter Dominicum, & Apostolicum præceptum de diligendo, & toleranda uxore, ferre debet, si quid sit in ea imperfectionis, & *Divus Chrysostomus homil. 26. in 1. ad Corinth.* loquens de quodam Philosopho (& fortè de eodem Socrate) sic ait: *Fertur quendam externorum Philosophorum, cum haberet malam uxorem, pravam, & temulentam, & interrogaretur, qua gratia ejus mores toleraret, respondisse, ut gymnasium, & palestram Philosophiæ domi habeam, ero enim cum aliis mansuetior, cum in ea toleranda, quotidiè erudiar.* Qui igitur rixosam uxorem expertus, aut uxor, qui virum habet morosum, cogitet se habere apud se domesticum patientiæ exercitium, ut discat alia quævis faciliùs præferre, & superare.

33 Sed & vir etiam se benè gerere debet ergà uxorem, & illi non præbere causam rixarum, & dissidii; Immò eam diligere, sicut Christus dilexit Ecclesiam, ut ait *Divus Paul. ad Ephes. capit. 5. vers. 25. & vers. 28.* sic etiam ait: *Ità & viri debent diligere uxores suas, ut corpora sua, qui suam uxorem diligit, seipsum diligit; nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fovet eam, sicut & Christus Ecclesiam*, ut etiam habetur ex eodem *D. Paul. ad Colossens. capit. 3. vers. 18.* quia Christus Dominus, adeò delectatur conjugali concordia, ut licèt dixerit *Matth. capit. 10. vers. 35.* Veni separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum; Nihilominùs non dixit, veni separare virum adversus uxorem suam, sivè uxorem adversus virum, quia nihil voluit inter virum, & uxorem disseminare dissidium, & causam dare discordiæ, sed ut invicem pacificè manerent, mutuo se diligerent, atque mutuos defectus patienter ferrent, & propterea

dixit

dixit idem *Caren. ibidem*, quod vir debet esse uxori, sicut Cervus & uxor viro sicut Cerva, ambo deponentes omnem amaritudinem, ex *Salom. Proverb. cap. 5. vers. 19.* Ex quo dicunt Naturalistæ Cervum, & Cervam carere felle, & ut supra dictum est ex *D. Paul.* Vir debet diligere uxorem suam sicut Christus Ecclesiam, quia Christus Dominus Ecclesiam sponsam suam nunquam odio habuit, licèt in ea sint quamplurimi mali, & perversi filii; immo illos patienter fert, ut resipiscant, & pœnitentiam agant; ità vir nunquam debet uxori esse molestus, licèt in ea sint aliqui defectus, sed illam benignè monere, & ipsa uxor in silentio discat cum omni subjectione, neque dominetur in virum; idem *Apostolus 1. ad Timoth. capit. 2. vers. 11. & D. Petrus epistol. 1. cap. 3. vers. 1. Mulieres, ait, subditæ sint viris suis.*

34

Mitentur, & imitentur conjuges Boum illam singularem mansuetudinem, & concordiam in jugo ferendo, nulla inter eos lis, nullum jurgium, nulla rixa, nullus morsus, & sicut constringi oportet Boum jugum, non laxari, ut terram proscindere possint, sic conjugum jugum amoris, & pacis vinculo oportet obligari, ut res domestica, totaque familia rectè possit administrari; Non sit vir uxori Leo; non enim potest Bos cum Leone jugum ferre, Undè à *Sapiente Ecclesiastic. capit. 4. vers. 35.* sic monetur maritus: *Noli esse sicut Leo in domo tua*; Neque sit uxor viro importuna, & nequam, nam juxtà eundem *Sapientem d. Ecclesiast. capit. 26. vers. 10. Sicut Boum jugum, quod movetur, ità & mulier nequam*; Sed simul patienter ferant matrimonii jugum, & Deus, qui ipsos conjunxit, simul illud jugum ferre injunxit.

35 Consideret etiam vir suam dignitatem, & uxoris fert imbecillitatem, vir enim est caput mulieris; Consideret quoque debilem quidem esse mulierum genus, vir propterea Princeps factus est, & caput mulieris, ut subditæ ferat imbecillitatem.

Hæc omnia habentur apud *dict. Caren in d. clypea patient. d. lib. 2. capit. 17.* Et donum Dei est habere Uxorem prudentem, juxtà illud *Proverb. capit. 19. vers. 14.* Donum, & divitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè Uxor prudens; Et illud *Ecclesiastic. capit. 25. vers. 11.* Beatus, qui habitat cum Muliere sensata, Veritis Syrus, Beatus Vir Uxoris bonæ, quia non arat in Bove, & in Asino simul, juxtà legem *Deuteronom. capit. 22. vers. 10.* Non arabis in Bove simul, & Asino, idest, non impar, sed æquale ducit jugum Conjugii; Vir enim bonus, & Uxor bona, sunt quasi duo jugales pares, qui pari animo subeunt, facilèque portant onus Conjugii: Cum vero Vir bonus est, sed Uxor mala: aut Uxor bona, sed Vir malus, tunc Jugales sunt impares; undè imparitèr trahunt currum Conjugii, ejusque onus totum ferè illi, qui bonus est incumbit, qui plus æquo gravatur: Sicut cum Aratrum trahunt Bos, & Asinus, impares sunt Jugales, & plus æquo gravatur Asinus, utpotè, qui Viribus impar est Bovi. Rursum, utpotè salax, & luxoriosus, symbolum est libidinis, & adulterii, à cujus suspicione immunis, & liber est Vir Uxoris bonæ, & castæ. Ità *Cornel. à Lapide in comment. in Ecclesiast. super d. cap. 25. in d. vers. 11. fol. mihi 53.*

36 Sed recordatas esse mulieres, ait *Div. Augustinus*, & habetur *in cap. est ordo 33. quæst. 5.* quod ex ordine naturali fœminæ serviant viris, & filii parentibus, quia nulla justitia est, ut major serviat minori, & *Genes. capit. 3. vers. 16.* præcepit Deus mulieri his verbis: *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi*, & *in can. mulierem*, & *in can. satis eadem 33. quæst. 5.* habetur: *Subditas fœminas viris, & penè famulas lex voluit esse uxores.* Et *Div. Paul. in mat. loc. ad Ephes. capit. 5. vers. 22.* sic ait: *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ, & sicut Ecclesia subjecta est Christo, ità & mulieres viris suis in omnibus.*

37 Nàm vir est caput mulieris, & quasi Dominus, ut supra diximus; In homine enim est imago Dei, sed mulier non est facta ad imaginem Dei, prout habetur *Genes. capit. 1. vers. 26. & 27.* ibi: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum, & capit. 5. vers. 1. Hic est liber generationis Adam, in die qua creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum.* Et sic loquitur Sacra Scriptura in genere masculino *illum*, non autem in communi genere. *Afflict. in Constit. legum asperitate de adulter. & lenocin. numer. 8.* & secundum Apostolum *1. ad Corinth. capit. 11. vers. 7. Vir non debet velare*

38 *caput suum, quoniam imago, & gloria Dei est*, & ideo vir non debet celari, mulier autem ideo debet velare caput suum, quia non est gloria, & imago Dei, ità *S. Augustinus*, & habetur *in can. hæc imago, & in can. mulier 33. quæst. 5.* per hæc verba: *Mulier debet velare caput suum in Ecclesia, quia non est imago Dei, & ut ostendatur subjecta, & quia prævaricatio per illam inchoata est, & propter reverentiam Sacerdotum; Nec*

39 *in Ecclesia mulier loqui debet, quia Episcopus (seù Sacerdos, ut ait glos. ibi) personam habet Christi, & sic quasi antè Judicem, sic antè Episcopum, (seù Sacerdotem) qui Vicarius est Christi propter peccatum originale, subjecta debet videri, & se ostendere.* Et *1. Corinth. capit. 14. vers. 34. & 35. Mulieres in Ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia.*

40 Et si Apostolus Paulus ubi supra, & aliis in locis præcipit mulieribus velare capita sua in Ecclesiis, quid præciperet hisce temporibus, in quibus mulieres incedunt etiam in Ecclesiis, non solùm non velatis capitibus, sed denudatis scapulis, & quandoque mammillis, absque ulla erubescentia, atque pudore? Prout etiam Sanctus Linus, Summus Pontifex Primus post Divum Petrum sancivit: Nè qua mulier, nisi velato capite in Ecclesiam introiret, ut habetur in *lectione ejus festi in Breviario die 23. Septembris*, quod utinam hodie observare, quia evitarentur multa peccata.

41 Sed an maritus possit verberare uxorem, & respondetur negativè, *l. consensu, in fine, cum Auth. seq. sed novo jure, C. de repud.* ubi *glo.* Sed id intelligitur si immoderatè, vel enormiter, vel sine causa illam verberet, *glos. in can. satis 33. quæst. 5.* quia potest vir suam uxorem verberare ex magna causa, ut in exemplo *cap. quemadmodum 25. de jurejur.* Aut etiam leviter, ità *Felin. in capit. cum contingat, numer. 7. de jurejurand.* ubi etiam *Abb. numer. 20. Joann. Andr. in d. capit. quemadmodum, numer. 16. & Thes. decis. 130. sub num. 3.* Ubi tamen ipse consulit maritis, ut à verberibus penitùs abstineant, nisi adesset urgentissima causa; nam (ait ipse) *Nulla pestis domus perniciosior, quam cum ira mulieris verberate in se excitat maritus.* Et ex *Ancharan. cons. 407.* ait, quod ex verberibus resultat capitale odium inter conjuges. Et *Sanctus Chrysost. in homil. in Decollatione S. Joannis Baptistæ*, ubi occasione Herodiadis mirè fœminas exagitat, subdens posteà, & docens (ut refert *Cornel. à Lapid. in sup. cit. capit. 25. Ecclesi. vers. 17. fol. mihi 59.*) tribus modis Uxorem malè moratam castigandam esse. Primo docendo secundum Deum, si autem timorem Dei non sentit, improperando, vel ut homines erubescat, si nec pudorem sentit frequenter confusa, faciat, quod præcipit Salomon: Duram baculo percute; Ergo primum admone, quia multum proficit doctrina Justitiæ; Secundo, confunde, quia frequenter pudor frænum est vitiorum; Tertio, justum est, ut castigetur quasi Ancilla, quæ erubescere nescit, ut libera; Et hic ultimus modus confert ad id, quod docuit *Casa*, *ut supra numer. 29.* ibi: *Instituamque adhibe, si ceperis esse molesta.*

Sed quantum malum sit mala mulier, audi *Tertull. lib. de habitu muliebri, post princip.* qui mulierem alloquens, sic ait: Tu es Diaboli ianua. Tu es arboris illius resignatrix. Tu es divinæ legis desertrix. Tu es, qui ei persoasisti, quem Diabolus aggredi non valuit. Et *Origen. in homil. in Evangel. Cananea* sic dixit: Mulier Caput peccati, Arma Diaboli, Expulsio Paradisi, Delicti mater, Corruptio legis. Et *S. Ioan. Chrysost. in Matthaeum capit. 19. homil. 32.* in enarratione illius loci, *Non expedit nubere*, ait: Quid aliud est Mulier, quam Amicitiæ inimica; Ineffugabilis pœna; Necessarium malum; Naturalis tentatio; Desiderabilis calamitas; Domesticum periculum; Delectabile detrimentum, aut (ut alii legunt) Detestabile mali natura boni colore depicta; Et quidam Philosophus interrogatus quid esset Mulier, sic respondit. Viri naufragium; Domus tempestas; Quietis impedimentum; Vitæ captivitas; Quotidianum damnum; Voluntaria pugna; Sumptuosum Bellum; Convivа fera; Solicitudo considens; Leæna complectens; Exornata Scylla; Animal malitiosum; Necessarium malum. Ità refert *Cornel. a Lapid. loc. cit. in vers. 17.*

Et *Sanctus Antonius Archiepiscopus Florentinus in summ. tom. 2. tit. 1. capit. 25. de diversis vitiis Mulierum per Alphabetum* sic Mulierem appellavit, quod scilicèt sit.

Avidum Animal
Bestiale Baratrum.
Concupiscentia Carnis.
Damnosum Duellum.
Æstuans Æstus.
Falsa Fides.
Garriens Guttur.
Herinis Harmata.
Invidiosus Ignis.
Kalumniatum Kaos.
Lepida Lues.
Monstruosum Mendacium.
Naufragii Nutrix.
Opifex Odii.
Prima Peccatrix.
Quietis Quassatio.
Ruina Regnorum.
Sylva Superbiæ.
Truculenta Tyrannis.
Vanitas Vanitatum.
Xantis Xersis.
Imago Idolorum.
Zelus Zelotipus.

Quæ quidem verba idem S. Antoninus ibidem latissimè singillatim explicat.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Stante impositione nova super antiquos an possit conductor à contractu conductionis antiqui vectigalis recedere, vel ei competat mercedis remissio: Et quid quando nova impositio esset facta ob publicam utilitatem.

Gabellarios, sive Publicanos si merces per eum debita non sit sufficiens pro satisfaciendis omnibus creditoribus super dicta gabella, an possit aliquibus solvere, & gratificare. Et an solvens partem, & obtinens cessiones pro integro credito, possit sibi in mercede debenda totum retinere, an verò debeat cum aliis concurrere.

SVMMARIVM.

1 *Contractus locationis resolvitur per novum superindictum factum à locatore super antiquum Arrendamentum.*

2 *Merces propter nova onera non tot deferuntur, & extrahuntur, & fraudes multiplicantur.*

3 *Gabella ex novis impositionibus non augentur, sed decrescunt.*

4 *Annona copia minuitur propter novas impositiones.*

5 *Conductor quando impeditur uti re conducta facto locatoris injusto, potest nedum consequi omne interesse, sed etiam à conductione recedere, & nu. 9.*

6 *Actus quilibet, & omnis dispositio debet intelligi, rebus in eodem statu permanentibus.*

7 *Obligatio cessat, mutato statu rerum.*

8 *Vectigal novum non potest super antiquum imponi, absque consensu conductoris.*

9 *Conductor quando est impeditus uti re conducta facto locatoris, potest petere omne interesse, etiam lucri cessionis.*

10 *Vectigal post locationem factam conductoribus non annuentibus, non potest augeri, neque minui, alias locator tenetur ad refectionem omnium damnorum.*

11 *Locator prohibens intrare farinam in Civitate, damnum conductoribus infert, quia amittunt illum lucri quantitatem, quæ ex farinis intrare debentibus exactum esset.*

12 *Locator tenetur curare, ut conductor non privetur commodo rei conductæ, præcipuè facto suo, etiamsi id, quod fieret, non esset culposum, immò esset necessarium.*

13 *Venditor in contractu venditionis tenetur solùm ad rem venditam tradendam, sed in contractu locationis tenetur locator præstare patientiam per tempus successivum.*

14 *Pacto tolli, aut renunciari non potest, quod est de substantia contractus locationis.*

15 *Exceptioni patientiæ si sit renuntiatum per conductorem, non potest intelligi de impedimento facto locatoris.*

16 *Mercedis remissio non debetur in locatione incerti pedagii, quia tunc non conducitur, nisi quædam spes transeuntium, & videtur vendita alea, seu fortuna, num. 18.*

17 *Cessio habetur pro traditione in incorporalibus.*

19 *Remissio mercedis tunc debetur, quando facto Principis locatoris in totum commercium est sublatum, ita ut nec spes existat.*

20 *Vectigalium augmentum respicit publicam utilitatem, quia ad Regni communem statum pertinere dicitur.*

21 *Tributa sunt omnino necessaria Reipublicæ, nam neque ejus quies sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis esse possunt.*

22 *Publicæ utilitatis causa multa conceduntur, quæ alias non concederentur.*

23 *Remissio mercedis non habet locum, quando per conductorem est renunciatum patientiæ non præstitæ, & etiam quando ille fortuitos casus in se recepit.*

24 *Remissio mercedis non debet fieri, quando per conductorem ante locationem potest prævideri, casum fortuitum imminere.*

25 *Protestatio tollitur per contrarium actum.*

26 *Protestatio licet sit contraria facto, sustinetur tamen, stante causa metus.*

27 *Utilitas publica est præferenda privatæ.*

28 *Conductor si protestetur de nova superindicta impositione, licet postea faciat actum contrarium exigendo, & solvendo, est præsumendum, fecisse in exequutionem ipsiusmet protestationis.*

29 *Conductori est resarciendum damnum, quando rarus transitus solventium pedagium evenit culpa locatoris.*

30 *Factum justè caret culpa.*

31 *Locator quando ex causa justa impedit conductorem, licet teneatur ad emendam, & remissionem mercedis, non tamen tenetur ad interesse.*

32 *Locator*

32 *Locator si necesse habet domo conducta, quia uxorem duxit, non tenetur, nisi ad remittendam pensionem.*
33 *Stipulari alteri nemo potest, nec principali contradicenti prajudicium inferre.*
34 *Interesse habens aliquis in aliquo actu, est audiendus, alias illi per alterum prejudicium non infertur.*
35 *Universitates non possunt alienare, neque alios prajudiciales actus facere, nisi interposito decreto Collateralis Consilii, & previa informatione, quòd expediat.*
36 *Cessio non potest operari, nisi pro quantitate cessa.*
37 *Subrogatus debet justificare jus illius, in cujus locum fuit subrogatus.*
38 *Cessio prasumitur simulata, quando non constat, de quantitate pretii verè soluti.*
39 *Solvere alteri quàm illi, cui debet fieri solutio, est non solvere.*
40 *Consuetum plus est, quàm solitum.*
41 *Conqueri nemo potest de eo, quod consuetum est fieri.*
42 *Restitutio in integrum potest denegari Universitati, quando gerit rem utilem cum consilio Advocatorum.*
43 *Solvere creditori creditoris quis potest, etiam eo invito.*
44 *Vigilantibus, & non dormientibus jura subveniunt.*
45 *Creditor diligens prafertur negligenti.*
46 *Solvens authore Pratore, bene solvit.*
47 *Debitore solvente propter gratificationem, debet revocari solutio ad eandem portionem, quam cateri creditores essent consequuturi, & ita decisum.*

DECISIO CXCIV.

SOlent, ut plurimum Artendatores vectigalium, & gabellarum tam Regiæ Curiæ, quàm hujus Fidelissimæ Civitatis statim stipulato contractu locationis investigare causas petendi restaurum, quæ quamvis aliquando fuerint justæ, & obtinuerint, multoties tamen fuerunt injustæ, & propterea succubuerunt; & licet non deserviant ad obtinendum, tamen sub colore excomputi petiti, & processus compilati, prætendunt dilatare debitam solutionem, & ideò aliquando capita juridica cum injustis miscent, ut saltim majorem possint debiti partem dilatare ad solvendum.

Evenit itaque quòd cùm Fidelissima Civitas in anno 1618. locasset Arrendamentum granorum 35. pro quolibet modio farinæ Petro Antonio de Neapoli producat. 386. mil. singulis annis solvendis, ante stipulationem dicti contractus, & obligationem Arrendatorum in beneficium Civitatis, exurgentibus necessitatibus fuerunt imposita alia grana decem pro quolibet modio. Conductores tenuebant se obligare: sed tandem præcedente decreto Domini Delegati, ut citra præjudicium prætensi excomputi obligationem facerent, cum effectu se obligarunt ad solvendum dictum extaleum.

Verùm compilato processu, nedum super restauro, sed etiam super resolutione contractus, ipsos non teneri ad solutionem, nisi pro rata fructuum perceptorum, deductis expensis prætendebant, ex præcipite ratione, quia novum superindictum non potest 1 locator super antiquum imponere, cùm sit satis conductoribus damnosum, & ideò resolutum esse contractum locationis, dixit *Bart. in l. si uno. paragrapho item cum quadam, ff. loc. & in l. si quis, & in l. cum satis, paragrapho caveant, col. 2. de agric. & censit. lib.* 10. & post *Anan. Bero. Ruin.* & alios hoc firmat *Roland. à Vall. consil. 69. numer. 22. lib. 4. Cravet. cons.* 95. *numer.* 8. *Menoch. cons. 27. numer. 53. & cons.* 110. *Bal. cons. 315. lib. Ang. in l. ut ubi, numer. 2. ff. de petit. hered. Alber. in rubr. C. de vectigal. & in tract. statut. lib. 1. quæst.* 123. ubi ponit quæstionem, an commune Bononiense poterat imponere duos alios denarios pro quolibet Corbo vini, dum conductores conduxerant gabellam pro uno denario tantùm, & concludit, quod non, argum. *text. in l. in concedendo, ff. de* 2 *agn. pluv. arcend.* iatè etiam *Eugen.* omnino videndus *cons.* 50. & communem dixit *Ludov. concl.* 14. & damnum conductoris est intolerabile, quia propter nova onera mercibus imposita, non tot merces deferuntur, & extrahuntur, & fraudes multiplicantur, *Carroc. de locat. & conduct. tit. de remiss. merced. capit. 8. numer.* 83. *Ruin. cons. 77. vol. 1. Eugen. d. consil. 50. Barbat. in capit. relatum, col. 3. vers. & refert. de testam. &* *Ego* dixi supra *dec.* 188. *numer.* 77. & quod ex novis 3 impositionibus decrescant potius, quàm augeantur gabellæ, *Larrea alleg. Fisc. 31. numer.* 10. allegans *Ang. in d. l. ut ubi, numer. 2. in fine, vers. si tamen, Albr. Brun. in tract. de augm. monet. quæst. 19. numer. 6. Ioan. de Plat. in l. medios, in princip. . de suscept. & arcar. lib.* 10. ubi quod ex novis impositionibus minuitur 4 annonæ copia, *Bovad. polit. lib. 3. capit. 4. numer.* 65. 5 & conductor, qui impeditur uti re conducta facto locatoris injusto, potest nedum consequi omne interesse, secundum *Bart. in dict. l. si uno, paragrapho item cum quidam, numer. 2. ff. locat. Menoch. cons. 27. num.* 34. verùm etiam à conductione recedere, *Roland. à Valle* 6 *dict. cons. 69. numer. 22. vol. 4. Bocc. in cons. 45. numer.* 20 *Surd. decis. 253. numer. 19. Leo decis. Valent.* 174. *Thor. vol.* 47. quilibet enim actus, & omnis dispositio intelligi debet, rebus in eodem statu permanentibus, *l. quod Servius, ubi gl. ff. de condict. ob caus. l. cum quis, in princip. ff. de solut. Tiraq. in l. si unquam, in 4. præfat. numer. 165. Surd. decis. 326. numer.* 31. qui 7 alios allegat; & ideo mutato statu rerum, obligatio cessat, 8 *dict. l. quod Servius*, & propterea novum vectigal non posse super antiquum imponi, absque consensu conductoris, tenuetuor *Menoch. cons. 34. & 201. num.* 168. *Afflict. in tit. quæ sint regal. part. 7. incip. vectigalia, numer.* 110. & ex pluribus *DD.* authoritatibus firmat *Eugen. dict. cons. 50. & Boer. dec. 180. numer. octavo.*

Rursus dicebatur, quod quatenus dicta conclusio, quod conductores non teneantur ad extaleum, sed pro ratione fructuum, aliquam haberet difficultatem, ex eo, quod in aliis similibus casibus fuit Fidelissima Civitas condemnata ad mercedis remissionem solùm, prout in anno 1613. ex causa alterius impositionis granorum decem pro quolibet tumulo farinæ, in qua causa fuit condemnata ad excomputum duc. 50. mil. quam etiam sententiam amplexus fuit quondam bonor memor. *Reg. Galeot.* in suis *respons. Fisc. respons.* 17. *numer.* 51. Adhuc difficultati non posse, dicebatur, esse reficiendum conductoribus, nedum damnum passum ea causa prædictæ novæ impositionis: verùm etiam interesse lucri cessantis, quia damnum evenit facto Fidelissimæ Civitatis locatricis, quæ novam alterius caroleni impositionem superindixit: cùm satis clara, & ab omnibus recepta sit conclusio, quod quando conductores impediti fuerunt uti re conducta facto locatoris, tenetur ad omne interesse, etiam lucri cessantis, *l. si fundus, & l. si in lege, paragrapho colonus, l. si uno, paragrapho ubicumque l. hac distinctio, & l. si merces, paragrapho culpa, & l. si quis domum, ff. locat.* adest etiam *Ritus Regiæ Cameræ* sub *tit. de excomput. cap. de omnibus*, ubi sunt hæc propria verba, videlicet. *Item si damnum detur per factum Curiæ Gabellotæ, vel fiat per Curiam, ut non possit Gabellotus exercere gabellam, aut jus seu directum exigere, non tantum tenetur ad exonerationem mercedis, verum ad omne interesse, in quo*

venit etiam lucrum, & *quod lucrari potuisset conductor, si impeditus non fuisset exigere directum*; quam sententiam, ut in dicto casu teneatur locator ad omne interesse, etiam lucri cessantis, affirmarunt *Bero. conf.* 140. *Mant. dec.* 209 *Surd. dec.* 326. *n.* 65. & 66. *Camil. de Med. conf.* 23. & *conf.* 141. *Carroc. de locat. & conduct. tit. de remiss. merced. q.* 8. *num.* 99. ubi quòd conductor liberatus etiam à conductione, *l. si in lege*, §. *colonus*, *ff. locat. Bald. conf.* 315. *li.* 3. *Roland. à Vall. dict. conf.* 69. *num.* 27. *lib. Ruin. conf.* 77. *vol.* 1. *Eugen. d. conf.* 0. *Gabed. dec. Lusit.* 80. *n.* 9. *part.* 2. *Anton. Faber in Cod. tit. de locat. diffinit.* 54. *Rot. dec.* 223. *n.* 1. *tom.* 1. *in posthum. per Farinac.* quod adeò est verùm, ut in dicto casu nulla requiratur, denunciatio, *Sosin. jun. conf.* 120. *lib.* 3. *Ioseph. Ludovic. comm. concl.* 22. *declarat.* 5. *Cotta* in suis *memorabil. in verb. conductor*, ubi pluries pro dicta opinione obtinuisse refert; & quod hoc jure utimur in nostro Regno, declarant *Isern. & Goffred. de Gajet. in dict. Rot. Reg. Camer.* sub *tit. de excomputis*, *vers. de omnibus*, & sic etiam fuisse decisum per Collaterale Consilium ad relationem Regiæ Cameræ, refert *Reverter. in dec.* 84. *vol.* 1. *in manuscriptis*.

Nec posse dubitari dicebatur, impedimentum fuisse datum à Civitate locatrice, cùm per ipsam fuerit novum vectigal granorum decem superadditum pro quolibet modio post locationem factam ipsis conductoribus, nedum non assentientibus, verùm etiam

10 repugnantibus conficere cautelas pro extaleo Arrendamenti, quas tamen fecerunt postea ordine D. Delegati, citra præjudicium excomputi, & post locationem factam non potuit aliquid fieri, augendo, vel diminuendo vectigal, ipsis conductoribus non annuentibus, *l. si quis*, *C. de vectigal. & commiss.* & ex his concludebant, teneri Fidelissimam Civitatem locatricem ad refectionem omnium damnorum, *Bero. conf.* 143. *n.* 4. & 34. *vol.* 1. *Angel. in d. l. at ubi*, *n.* 2. *ff. de petit. haredit. Boer. dec.* 180. *n.* 8. & alii supra allegati.

11 Et ultra dictum novum superindictum prætendebatur etiam, dictam Civitatem alias præbuisse causas, ex quibus ipsi conductores damnum passi fuerunt, prohibuit enim Civibus intrare farinam; de quo casu loquitur *Franc. Marc. dec.* 62. *part.* 1. *Roland. à Vall. d. conf.* 69. *n.* 14. *in fine*, aliasque fecit prohibitiones, quod quamvis fuerit factum ampliandi causa lucrum ipsius Civitatis, ut major quantitas frumenti ipsiusmet Civitatis consumeretur, attamen ex eo damnum conductoribus evenit, quia amiserunt illam lucri quantitatem, quæ ex farinis intrare debentibus capturi erant, quo casu locatorem teneri, probatur ex *l. qui insulam*. & *in l. habitatores*, *ff. locat. Menoch. conf.* 147. *n.* 22. *Camill. de Medic. conf.* 25. *n.* 4. qui ex *Salyc. & Paul. de Castr. in dict. l. habitatores*, *ff. locat.* procedere dixit, quamvis leve fuerit damnum. *Rip. de provil. contra pest. n.* 26. *Menoch. conf.* 246. *n.* 23. *Carroc. de locat. & conduct. tit. de remiss. merced. qu.*

12 8. *n.* 154. tenetur enim locator curare, ut conductor non privetur commodo rei conductæ, præcipuè facto suo, etiam si id, quod fieret, non esset culposum, immò esset necessarium, *Corn. consil.* 38. *n.* 10 & 24. *vol.* 2. *Bursat. cons.* 309. *n.* 10. *vers.* 2. & *facilius*, *volum.* 3. *Camill. de Medic. conf.* 141. *n.* 3. *Rot. de provil. contra*

13 *pest. n.* 95. & tenetur etiam præstare patientiam, ut conductor possit uti frui re conducta, nam & si in contractu venditionis tenetur solùm venditor ad rem venditam tradendam, *l.* 1. *ff. de action. empt.* in contractu locationis requiritur patientia locatoris per tempus successivum, *l. si merces*, §. 1. & §. *qui fundum*, *l. si quis domum*, & *l. ex conducto*, *ff. locat. l. habitatores* 27. *l. insulam*, *ff. eod. tit. Larrea alleg.* 17. *n.* 2. & cùm

14 hoc sit de substantia contractus locationis, pacto tolli, aut renunciari non potest, *l. cum precario* 2. *ff. de precar. Bald. in l.* 1. *num.* 14. *C. de usufruct. Larrea* ubi supra *num.* 3. *Surd.* allegata *dec.* 126. *num.* 17. & ideò etiam

15 si in contractu locationis fuerit exceptioni patientiæ non præstitæ renunciatum, non potest intelligi de impedimento facto locatoris, *Anchar. conf.* 414. alios refert *Tusc. lit. L. concl.* 441. quia illud pactum adversaretur substantialibus contractus locationis, ut ex pluribus probat *Castill. controvers. lib.* 5. *cap.* 3. *nu.* 65. *Eugen. dict. conf.* 50. *num.* 19. *Petr. Peck. in regul. contractus*, *nu.* 5. *de regul. jur. in* 6. *Covarr. practicar. quæst. c.* 30.

16 Quibus tamen per Fidelissimam Civitatem opponebatur, prædicta non procedere in locatione incerti pedagii, quia tunc non conducitur, nisi quædam spes transeuntium, seu farinam intrantium in Civitate, quo casu si pauci intrent, remissio mercedis non debetur, *l. si quis potest*, §. *hic subjungi potest ff. locat. Bald. in l. si ea lege*, *num.* 10. *C. de usur.* & in vectigalium conductione sola spes, & dubius eventus conducitur, *Bald. in l. li-*

17 *cet*, *C. locat.* & *in d. l. si ea lege n.* 9. *C. de usur.* & ideò Civitas locatrix eo ipso, quod cedit conductori jus percipiendi pedagium, ad aliud non tenetur; quia in incorporalibus cessio habetur pro traditione, ut notant *DD. in l. penult. & l. fin. Cod. quand. Fisc. vel privat.* sequitur *Paul. de Castr. in l. decem*, §. *qui maximos*, *n.* 5. *ff. de*

18 *publican. & vectigal.* nam videtur vendita alea, seu fortuna, *l. quod si in venditione*, *ff. de hered. vel action. vendit. Rip. in tract. de pest. in princip. num.* 53. ubi quòd etiam si omnes fructus intereant, debeat hoc conductori, & non locatori imputari, *Imol. in dict. l. decem*, *n.* 4. *Ludov. Rom. in d.* §. *qui maximos Mutienzo in l.* 1. *tit.* 11. *gl.* 8. *n.* 9. *lib.* 5. *recopil.* quod etiam latè fundat *Larrea d. alleg.* 17. *n.* 7. cum pluribus *seqq.*

Secundò dicebatur per Civitatem, in facto non esse verum, nec verè probatum, ex hac nova impositione, & prohibitione fuisse aliquod damnum passum in Arrendamento, siquidem, quod spectat ad novam impositionem, quòd ex illa diminuantur exactiones dirictuum Arrendamenti, hoc benè posset procedere in Arrendamentis Olei, Serici, vel similium; sed quoad Arrendamentum farinæ, quæ est tam necessaria pro victu humano, sive plus, sive minus illius pretium augeatur, non per hoc detineri possunt Gentes comedere, quod sufficiens est pro necessario vitæ substentamento, ut experientia docet quod similiter locum sibi vendicat in prohibitione, ne intret farina, quia ideò fuit facta, ut consumeretur farina jam introducta in Civitate.

Insuper dicebatur, quòd quando aliquod damnum ex dicta impositione, vel prohibitione evenisset, adhuc non esset in consideratione. Ad quod observandum erat id, quod tradit idem *Larrea in d. allegat.* 17. *num.*

19 22. In casu simili, ubi facto Principis locatoris fuerat commercium sublatum: quia remissio mercedis tunc fieri debet, quando in totum commercium est sublatum, ita ut nec spes existat; ad quam posset referri locatio vectigalium, arg. *text. in l. ex conducto*, §. 1. *ff. locat.* ibi, *sed & si ager terræmotu ita corruerit*, *ut nunquam sit*, *Bald. in l. licet*, *num.* 4. *C. de locat. & conduct. Cephal. Ripa*, *Redoan.* & alii per ipsum allegati. Et hoc in terminis videtur probasse *Menoch. conf.* 671. loquens de conductione vectigalium Lanarum Hispan. ubi prohibito earum commercio cum Germania, Anglia, & in Insulis rebellibus, quia remanebant aliæ multæ Provinciæ, cum quibus contractari posset, ideò fundat non deberi restaurum.

Tertiò considerabatur per Civitatem, quòd nova impositio granorum decem fuit facta ob publicam

20 utilitatem: omne enim, quod respicit vectigalium augmentum, ad Regni communem statum pertinere dicitur, *l.* 1. *ff. de loco public. fruend.* §. *publicorum. collat.* 3. *in auth. de mandat. Princip. Parlador. rer. quotidianar. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 14. *Larrea* ubi supra *n.* 18. ubi affert *Cornel. Tacit. in lib.* 4. *Histor.* qui dixit,

21 quòd tributa sunt omnino necessaria Reipublicæ, nam neque ejus quies sine armis, neque arma sine stipendiis,

neque

neque stipendia sine tributis esse possunt. Et satis omnibus est aperta utilitas publica; nam, ut subveniretur nostro humanissimo Regi in continuis bellis, & præsertim in Statu Mediolani, hujus Regni propugnaculo, coacta fuit dicta Fidelissima Civitas alia grana decem farinæ superaddere, quia alium 22 modum non habebat, unde pecuniam habere potuisset, & multa conceduntur, quando publicè interest, quæ alias non concederentur, *Luc. de Pen. in l. 1. C. de pasc. public. & in l. si quando, C. de bon. vacantib. lib. 10. Afflict. dec. 140. n. 5.* Quod tantò 23 magis procedit, quia dicti conductores, nedum renunciaverunt patientiæ non præstitæ, sed etiam fortuitos casus in se receperunt, ut in puncto probat *Meno. cons. 55* ubi loquitur de statuto Civitatis Montis Regalis, quo cavebatur, ut etiam si Communitas, quæ locaverat vectigalia aliqualiter impediret, exigi, non peterent pensionis remissionem, quia sibi debet imputare Gabellatius, qui remissionem talium casuum fortuitorum in se recepit, ut post infinitos DD. quos allegat sequitur *Castill. controv. lib. 3. c. 3. num. 43. Larrea alleg. 88. num. 9.*

Quartò dicebatur quòd quamvis candela pro dicta conductione fuit accensa, & extincta, antequam nova fieret impositio: tamen satis ante accensionem candelæ fuit de dicta nova impositione loquutum, 24 & ideò prævideri poterat ab ipsis conductoribus, & quando conductores sciunt, casum imminere, non fit eis remissio mercedis, *Roman. cons. 33. n. 10. & 11. Neviz. cons. 82. num. 10. & 13. Afflict. decis. 365. Riminal. jun. cons. 49. num. 6. & cons. 92. n. 5. lib. 1. Rol. à Val. cons. 58. num. 29. lib. 1.* & est communis opinio, prout de ea testatur *Ioseph. Ludov. concl. 12. declarat 6. Curtoo. de locat. & conduct. titul. de remiss. merced. qu. 8. nu. 3.*

Quintò dicebatur, quòd non poterat tractari de resolutione contractus, siquidem post dictam novam impositionem fuit contractus conductionis celebratus, & sic videtur, fuisse recessum à dicta prætensione, quia licet protestati fuerunt, tamen postea con-25 tinuaverunt, per quem contrarium actum à protestatione recesserunt, ad tradita per *Bal. in l. Nesennius. ff. de negot. gest. Marsil. in rub. de fidejussor. Bero. cons. 140.* & dum post dictam novam impositionem se obligaverunt, ipsis est imputandum, *Cott. in suis memoralibus, in verbo, guerra.* Insuper, quatenus aliquod interesse esset eis resarciendum, quod negabatur, adhuc esset satis tenue, neque poterant prætendere contractus rescissionem, nec protestatio in hoc casu potest aliquid operari, cùm sit contraria facto, *l. non solum, §. morte* ubi *Bar. Bald.* & cæteri, *ff. de nov. oper. nunc. Canonist. in cap. cum M. Ferrarien-* 26 *sis, de con. st.* Nec habita fuit pro vera responsio, quod substinere debet protestatio, quamvis contraria facto, stante causa metus, *l. quæ in aliena, §. fin. ff. de acquir. hered.* ubi *DD. Bologn. in d. §. morte num. 47. cum seqq. Reg. Galeot. controv. illustr. lib. 2. cap. 60. num. 17. cum seqq. Muscard. conclus. 45. num. 10.* quia nullum metum fuisse illatum fuit probatum, neque probari poterat, cùm in effectu ipsimet procuraverunt decretum Domini Delegati, ut se obligare possent, citra præjudicium prætensorum per eos.

Ex quibus dicebatur, quòd quatenus esset facienda aliqua mercedis remissio, non erat in considera-27 tione lucrum, quod spectabat, sed solùm esse habendam rationem ad minores fructus perceptos, nam utilitas publica est præferenda privatæ, *l. 1. in fin. C. de caduc. tollend. §. quia verò, in fin. in Authent. de non alien.* Nec prædictum damnum tam ex nova impositione, quam ex prohibitione farinæ fuisset plenè probatum, & proindè ex regula, actore non probante dicebatur, Civitatem esse absolvendam.

Replicabatur tamen per conductores ipsos, quod exigendo dirictus post dictam novam impositionem, 28 non fecerunt actum contrarium protestationi, cum in eadem protestatione dixerunt, se exacturos, & administraturos nomine ejusdem Civitatis: & proinde quando exegerunt, & solverunt creditoribus, præsumendum est, hoc fecisse in exequutionem ipsius met protestationis, *Put. dec. 115. lib. 2. Grattan. discept. forens. 244. num. 38.* & sic per illam protestationem fuit conservatum jus protestantis, *l. si acti or, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solvat. Dec. cons. 42. in fin. Surd. de alim. tit. 19. q. 26. n. 35.*

Nec etiam dicebatur obstare, quòd fuit spes tantùm vendita, & proindè locatorem non teneri, *Bald.* 29 *in d. l. si ea lege*, cum aliis supra allegatis, quia procedit, quando rares transitus solventium pedagium non evenisset culpa locatoris, quo in casu conductori est resarciendum damnum, dixerunt idem *Bald. in l. unic. col. penult. C. de his, qui pœn. nomin. Anan. cons. 74. num. 3. Franc. Marc. d. dec. 62. part. 1. Curtoo. in d. tract. de locat. & conduct. in tit. de casib. q. 6.* ubi quærit, si causa pervenit sine culpa locatoris, quia justè bellum movet, vel ei movetur, & quamvis videatur, 30 locatorem non teneri, quia justè factam sibi imputari non debet, juxta notat. in *l. Gracchus, ff. de adulter.* tamen contrarium tenet *Bart. in d. l. cotem, §. qui maximos, num. 7. ff. de publican.* & clariùs *in qu. incip. publicamus, num. 3.* ubi notanda sunt illa verba *sive juste, sive injuste*, sequitur *Anchar. cons. 414. Paul. de Castr. in l. si merces, §. culpa, ff. locat. Rip. de privil. contra pest. n. 83.*

31 Est tamen verum, quòd quamvis ad emendam, & remissionem mercedis teneretur locator, quando ex causa justa conductorem impedit, non tamen tenetur ad interesse, ut voluit *Bar. in l. si uno, §. item cum quidam, ff. locat. l. qui insulam, 33. ff. locat. l. hac distinctio 17. ff. eod. tit.* quod procedit, nedum quando ex jure publico, sed etiam privato necessitate cogente 32 conductor à locatore impeditur, exemplum est in *l. æde, C. locat.* ubi qui domum locavit, si aliqua causa superveniente, veluti quia uxorem duxit, & propterea domo conducta necesse habet, non tenetur, nisi ad remittendam pensionem, ut ex pluribus probat *Nata. cons. 25. num. 1.* quod tantò magis procedere debet, quando ex causa publica impedimentum locator præbuit, ut post alios, quos allegat, tenet *Castill. controvers. tom. 3. cap. 3. num. 60. Larrea allegat. Fiscal. 20. per totam*, sic intelligendo *cons. Eugen. 50.*

Et tandem dicebatur, casum fuisse decisum ad favorem conductoris in causa Nicolai Anelli Imperaticum eadem Fidelissima Civitate in anno 1560. ut per *Ann. allegat. 21. & singul. 167.* nam ex bannis per Civitatem, ne intret farina, præjudicium conductori inferebatur, & sic etiam in puncto fuisse decisum in Senatu Delfinali refert *Franc. Marc. d. decisio. 62. par. 1.*

Hæc causa non fuit judicialiter terminata, sed ad instantiam conductorum remissa judicio trium Advocatorum ejusdem Fidelissimæ Civitatis, per quos fuit die 30. Augusti 1642. resolutum, posse fieri remissionem pro ducatis 60. mil. & quod reliquam quantitatem solverent, eam deponendo in publico Banco.

De qua tamen transactione valde conquæsti fuerunt Consignatarii super dicto Arrendamento interessati, verùm quia dicti conductores etiam bonificatis ducatis 60. mil adhuc erant debitores pro extaleo in notabili quantitate, procuraverunt se concordare cum dictis Consignatariis super Arrendamento prædicto, eisque solvendo satis parvam quantitatem obtinuerant cessiones pro toto eorum credito, quod libenter dicti Consignatarii faciebant, quia non poterant

terant integre de eorum credito satisfieri ex quantitate estalei, quæ remanebat solvenda, & ideo per quond. tunc Regentem Ferdinandum Brancia Ducem Belvederii, & Delegatum in Tribunali Revisionis ejusdem Fidelissimæ Civitatis fuit die 11. & 16. Januarii 1643. ordinatum Rationali Patrimonii creditorum super dicto Arrendamento, ut nullo modo scriberet dictas cessiones in libro.

Dicebant itaque dicti Consignatarii quod de dicto escomputo facto per Civitatem pro dictis duc. 60. mil. non erat habenda ratio. Primo, quia fuit factum, ipsis interessatis non auditis, neque cum eorum consensu, nam quamvis Fidelissima Civitas fecerit locationem, tamen solutio erat facienda Deputatis per ipsos Consignatarios, qui debebant deinde quantitates exactas distribuere per æs, & libram inter eos; & sic vere ipsi sunt, qui principale habebant interesse, & quamvis ipsi habeant obligatam Civitatem pro eorum credito, tamen certum est, eam non posse solvere, nisi ex effectibus provenientibus ex dicto Arrendamento, cùm non habeat alium modum solvendi, & omne damnum, & utile erat ipsorum, & propterea cùm tractabatur de eorum totali interesse, non poterat, ipsis inauditis procedi ad dictam mercedis remissionem, quia alteri stipulari nemo potest, nec

33 ei præjudicium inferre, *leg. stipulatio ista, §. alteri. ff. de verbor. obligat. l. qui tutela. §. fi. de re judic. §. alteri, Institut. de inutil. stipulat. l. ut inter, C. eod. total. de inutil. stipul.* & propterea in unoquoque actu est audiendus, qui interesse habet, aliàs ei non præjudicat,

34 *l. de unoquoque ff. de re judic.*

Dicebatur secundo, quod etiam respectu Civitatis erat dicta remissio mercedis nulliter facta, cùm

35 in ea non intervenerit præcedente Collaterali Consilii, de quo per *De Pont. de potest. Proreg. titul. de divers. provis. §. de alienat. fiend. solit. bonor. Universit. & decretis, quæ interponi solent ipsius validitate, fol. 480. Mastrill. de magistrat. lib. 3. c. 4. n. 446.* & existit etiam *Reg. Pragmat. 8. & 12. de administration. Universit.* & de jure communi est *tex. in l. 2. C. si propter public. pensitat.* ibi *sin autem venditio, nulla authoritate praecedente facta est,* quod etiam habetur ex *gloss. in l. 1. C. de praescript. 30. vel 40. annor. in verbo venditio,* ubi etiam *Bart.* & hoc jure utimur, quia quotiescunque tam Fidelissima Civitas, quam aliæ hujus Regni Civitates, & oppida intendunt alienare, vel alios contractus præjudiciales facere prævia informatione, si expedit, interponitur decretum per Collaterale Consilium, cumque in dicta remissione mercedis non fuerit decretum interpositum, dicebatur, ipso jure esse nullam.

Simili modo dicebatur, nullam esse habendam rationem de cessionibus factis à Consignatariis super eodem Arrendamento ad illorum beneficium, cum pro certo haberi debet, eos emisse multo minori pretio ejus, quod erat creditum, & proinde non debebat ipsis bonificari in eo, quod remanserunt credito-

36 res estalei, tum quia de jure cessio non potest operari, nisi pro quantitate cessi, juxta dispositionem *text. in l. per diversas, & l. ab Anastasio, ff. mandat.*

37 tum etiam, quia non poterunt dicti creditores plus juris transferre, quam ipsi habebant, subrogatus enim debet justificare jus illius, in cujus locum subrogatur,

38 *Ægid. Bellemer. consil. 111.* & quando non constat de quantitate pretii vere soluti, simulata præsumitur, *Pur. dec. 22. Marc. Mantua singul. 580.* cumque dicti cedentes non possint, nisi cum ipsis creditoribus concurrere in eo, quod debent solvere conductores, non esset justum, ut solidum ipsis bonificetur in eo, quod debent pro estaleo: tanto magis, quia pluries Sacr. Majestas de insufficientia solvendi ex introitibus perveniendis ex Arrendamentis bene informata, jussit, solutiones esse faciendas, non uni totum, alteri vero nihil, sed per æs, & libram.

Adstipulabatur etiam prædictis, quod solutiones non erant legitime factæ ipsis creditoribus, cùm obligatio solvendi erat facta in beneficium Deputatorum per creditores, qui deinde inter omnes ipsos per æs, & libram pecuniarum quantitates ab eis exactas distribuebant, & propterea non potuerunt solvere dire-

39 cto dictis creditoribus in eorum præjudicium, solvere enim alteri, quam illi, cui debet fieri solutio, est non solvere, *Ioseph. Ludovic. dec. Lucens. 25. num. 16* & dixit *Bart. in l. nomen num. 7. C. quæ res pign. obligar. poss.* quod si debitor debitoris mei sciat, nomen suum mihi esse delegatum, quamvis illum non admonuerim, non tamen licite potest suo creditori solvere; quanto magis in hoc casu, ubi conductores sciebant, & obligati erant solvere, non ipsis Consignatariis sed deputatis.

Quibus pro parte conductorum replicabatur, & quod primum, nempe, quod excomputum non erat legitime factum cum Civitate absque consensu, & interventu Consignatariorum, quod multoties Civitas justis de causis fecit conductoribus gabellarum excomputum, & nunquam Consignatarii intervenerunt, qui non habent aliquod dominium in dicto Arrendamento, sed tantùm assignationem, ut ex illo possint faciliùs satisfieri, & ideo vocantur Consignatarii, quod tantum sonat, quantum Assignatarii, cumque semper fuerit ita observatum, fuit inductum quoddam solitum & consuetum, *Reg. Revert. in Pragmat.*

40 *2. num. 21. de administrat. Universit.* ubi distinguit, quando dicatur solitum & consuetum, plus enim est dicere consuetum, quam solitum, cùm solitum dicatur id, quod observatum fuit in ultimo actu proximè præcedenti, *l. mela, §. sed si alimenta, ff. de aliment. & cibar. legat.* consuetum autem dicitur id, quod diutius, & longo tempore consuetum est fieri, nec debet attendi, quod duobus, vel tribus annis retro fuit factum, *cap. Cumana, ext. de elect.* sed quod continuate sit factum, *l. qui Sabinum, ff. de leg. 1. l. Seio, §. medico, de ann. legat.* cumque nedum unica vice, sed semper, & continuatè sint facta per Civitatem restaura Gabellotis quæ antiquam interpretationem

41 habuerunt, minime erant mutanda, eo magis, quia hoc semper fuit observatum, ipsis Consignatariis non contradicentibus, & ideo non possunt hodie conqueri, *l. decernimus, C. de Sacros. Eccles. Guglielm. de Bened. in cap. Raynutius, in verbo, & uxorem nomine Adelasiam, decis. 2. num. 59. Avendan. de exequend. mandat. cap. 1. num. 29. vers. septima causa,* quod ex ratione processit, quia locatio non fit, nisi ab ipsis Electis, & non à Consignatariis, & proinde cum ipsis concordari debebant, argument. *text. in l. eum, qui ita, §. qui sibi, ff. de verbor. obligat.*

Quo vero ad aliam oppositionem, quod non intervenerit decretum Collateralis Consilii dicebatur, quod ex revisione processus, & eorum, quæ fuerunt probata in dicto processu excomputi apparebat, rem

42 satis utilem gessisse Electos cum consilio trium Advocatorum, quo casu in integrum restitutio denegari posset, *gloss. in l. professio 6. C. de muner. patrimonial. lib. 20.* ibi, *hoc potest dici Doctori legum petenti restitutionem in integrum,* quam ad hoc allegat *Gomez. var. resol. lib. 2. c. 14. n. 5.*

Sic etiam respectu oppositionis, quod non solverunt Deputatis servata forma contractus, sed ipsismet creditoribus, nam dicebatur quod cum dicti Deputati repræsentabant personam ipsorum creditorum, quasi eorum procuratores, non prohibetur

43 debitor solvere ipsi principali, cum etiam creditori creditoris solvere possit, etiam eo invito, *l. solvendo, ff. de*

ff. de negot. gest. l. solutionem, ff. de solut. l. solutam. §. solutum, ubi *glos. in verbo experire, ff. de pignorat. act. Surd. dec. 187. num. 6.* Et quamvis non omnibus creditoribus sit satisfactum, sed tantùm aliquib. ex eis, cùm omnes in eodem gradu concurrant absque anterioritate, vel potioritate, hoc fieri posse, probat
44 *text. in l. pupillus 24. ff. quæ in fraud. creditor.* redditur ratio, quia vigilantibus, & non dormientibus ju-
45 ra subveniunt, *l. qui autem, §. secundum, ff. eod.* diligens enim creditor in hoc casu præfertur negligenti; *Navarr.* in suo *manual. confess. in 7. præcepto*, non *furtum facies, c. 16. n. 52. vers. secundo, Greg. Lopez in l. 7. part. 6. tit. 8. in verbo las deudas, Thes. q. forens. lib. 2. q. 16. nu. 6.* quod tanto magis procedit, quia major pars creditorum fuit satisfacta vigore decretorum à Su-
46 perioribus factorum, & ex his dicebant, bene solvisse, & potuisse solvere, argumento *text. in leg. nec Prætor, §. permittitur, ff. de minor. Cald. in repetit. l. si curatorem habens, vers. lasio, nu. 67. C. de restitut. in integr. Cancer. var. resol. tom. 3. c. 6. n. 105.*

Verùm quia omnibus erat notum, quod solutiones prædictæ erant factæ, non quia creditores fuerint magis diligentes sed necessitate urgente, quia non poterant de eorum credito satisfieri, ex quo conductores dicebant, non esse debitores propter excomputa prætensa, unde urgente necessitate coacti fuerunt relaxare majorem partem crediti & recepta satis parva quantitate facere cessionem pro toto credito, quo casu etiam secundum
47 dispositionem *text. in d. l. pupillus* quando debitor vult gratificare creditori, disponitur, quod si per gratificationem debitoris creditor acceperit, revocari debeat solutio ad eandem portionem, quam cæteri creditores fuerint laturi. Et ideo die 3. mensis Martii 1643. fuit decisum cessiones factas per Assignatarios in beneficium dictorum conductorum, sive participantium in dicto Arrendamento non esse admittendas, nisi pro rata ad unumquemque ipsorum spectante in concursu cum aliis creditoribus, & respectu prætensarum solutionum factarum per Arrendatores, quod partes infra quatuor dies deducant omnia eis incumbentia, & pro nunc dicti Arrendatores faciant depositum in publico Banco ducatorum viginti mille, & nihilominus infra mensem procurent decretum, Collateralis Consilii pro convalidatione excomputi, in eorum beneficium facti per Fidelissimam Civitatem, alias providebitur, prout juris fuerit penes Barilium Regium à Mandatis Scribam.

Cumque alius idem casus accidisset in eodem Arrendamento Farinæ facto in anno 1641. V. I. D. Hieronymo Naccarella pro persona nominanda per annos quatuor, incipiendos à die 1. Januarii 1642. pro ducat. 371300. qui nominavit Marcum Antonium Ercuianum sub gubernio Jo. Thomæ Fazali, Jo. Ambrosii Paravagna, Bartholomæi Belsami, ac D. Antonii de Ledesma, & post lapsum duorum annorum fuissent addita super farina grana septem, quamvis ipsi Arrendatores etiam pro primis annis proposuissent pe[illegible] alia capita restauri, à quibus fuit Fidelissima Civitas absoluta, tamen respectu dictæ novæ impositionis ad relationem Spectabilis Regentis Bernaldi Zufie, nunc dignissimi Collateralis Decani, fuit die 23. Julii ...... condemnata Civitas ad petitum ascomputum, quod ex causis discussis liquidatum fuit in ducat. 23. mil. & sic in satis minori quantitate prætensionis. Penes eundem Barilium Regium à Mandatis Scribam.

OBSERVATIO IN DECISIONE CXCIV.

SUMMARIUM.

1. *Gabellarius, seu Publicanus an possit gratificare, & aliquibus solvere potius, quam aliis creditoribus.*
2. *Emere Chirographa* D'Arrendamenti, *pro parva quantitate; & deinde integrum debitum exigere à Gabellariis per favorem, & amicitiam, an liceat.*

1 Nihil est addendum in hac decisione, sed cum in argumento ipsius, & posteà *numer. 47.* habetur, an Gabellarius, sivè Publicanus possit aliquibus solvere, & gratificare censeo, quod huic dubio conferunt, quæ scripsit, & docuit *Pater Joseph de Iannar. resol. mor. pars. 1. resolut. 43.* de qua mentionem feci supra in *observat. in decis. 188. num. 11. folio 179.* qui latè discursit. An licitum sit emere Chirographa exactionis Regiæ, quæ vulgò dicuntur, *Pe-*
2 *lise d'Arrendamento di Corte*, solvendo viginti aureos plus, minusve pro singulis centenis, seù centenariis, & deinde integrum debitum in Chirographo contentum *Per favorem, vel amicitiam* à Gabellariis exigere; Ideò iterum ad illum te remitto, qui per totam resolutionem probat, & *numer. 25. & 26.* concludit, non esse licitum id fieri, quia neque Gabellarius potest gratificare &, uni potius creditori solvere, quam alteri. Non te pigeat dictum Auctorem legere, & observare in sua *resolut. 43.* quia eruditè loquitur, & quia dictus casus sæpè in hac Civitate occurrit.

ARGUMENTUM.

Privilegium electionis fori an competat Ecclesiæ, & Ecclesiasticis personis. Et quid in concursu cum vidua, vel alia miserabili persona.

SUMMARIUM.

1 *Privilegia conquassantur inter duos privilegiatos, & res reducitur ad jus commune, ut actor debeat sequi forum rei.*
2 *Privilegiatus ex dispositione* Rit. M. C. V. *non potest trahere alium privilegiatum, nisi sit Curialis.*
3 *Clericus in criminalibus pro offensis ipsi factis habet fori electionem, quia offensio dicitur facta Ecclesiæ: Intellige, ut num. seq.*
5 *Mulieribus ratione imbecillitatis sexus multa conceduntur.*
6 *Mulieri ad contractum invalidandum sufficit minor metus vel causa metus.*
7 *Ecclesiasticæ personæ comprehenduntur in numero miserabilium personarum.*
8 *Privilegium concessum Clericis, non potest concessum unicuique ipsorum singulariter, sed toti Ordini Clericali principaliter, & absolute propter animum, & contemplatione Dei Omnipotentis.*
9 *Privilegium Clericorum majus est, quam viduarum.*
10 *Major dicitur qui est dignior.*
11 *Clerici sunt in famulatu Dei.*
12 *Majorem dignitatem habens est præferendus.*
13 *Curialis deserviens Tribunali majori tanquam dignior præfertur alteri Curiali deservienti Tribunali inferiori in materia electionis fori.*
14 *Ecclesia quando utitur aliquo privilegio contra aliquem privatum, non potest ille privatus dicere, quod vult eodem privilegio potiri contra Ecclesiam, quia esset retorquere argumentum contra Deum, qui per Ecclesiam repræsentatur.*
15 *Ecclesia dicitur offensa in personam Sacerdotis, immo & ipse Deus omnipotens.*
16 *Sacerdotis offensio dicitur publica, quæ ab omnibus potest in judicium deduci.*
17 *Clericus non potest ipse solus remittere offensam sibi factam.*

18 *Ecclesia, & Clerici eodem privilegio potiuntur, & in concursu praeferuntur viduis, papillis, & miserabilibus personis, ac etiam Fisco.*

19 *Privilegium majus trahit ad se minus, & numer.* 28.

20 *Privilegiatus utitur privilegio contra pariter privilegiatum quando ex parte uaius adest justitia, & ex parte alterius adest injustitia.*

21 Rit. M. C. V. 228. *expenditur, & num.* 24. *&* 25. *& an praejudicet personis Ecclesiasticis, nu.* 33.

22 *Exceptio firmat regulam in casu non excepto.*

23 *Lex nova debet intelligi, & interpretationem recipere à jure communi, quando nova non adversatur.*

26 *Favor publicus est praeferendus privato.*

27 Afflict. in Constitut. Regni Statuimus, numer. 29. *interpretatur, & nu.* 30.

29 *Privilegium minoris aetatis, tanquam naturale est potentius privilegio viduae fundato in miserabilitate personae, quae est accidentalis.*

31 *Privilegium electionis fori licet proveniat ex eadem lege, tamen datur inter privilegiatos praerogativa, & num. seq.*

34 *Privilegia non subditis concessa non possunt revocari, quia transeunt in vim contractus.*

35 *Clericis in eorum privilegiis non potest praejudicari per legem generalem.*

36 *Remissio causae ad Iudicem ordinarium, debet fieri ad petitionem actoris, vel rei.*

37 *Privilegiatus trahit etiam causam non privilegiatorum, ne continentia litis dividatur; & an hoc procedat etiam in criminalibus, referuntur* DD. *opiniones, nu* 38. *&* 39.

40 *Clericus, & Laicus quando sunt inquisiti de eodem delicto, Clericus remittitur, & Laicus detinetur.*

DECISIO CXCV.

1 INter duos privilegiatos privilegia conquassantur, & res reducitur ad jus commune, ut actor debeat sequi forum rei, *l. fi. Cod. ubi in rem actio, capit. cum sit generale, de for. compet. Ladovic. in decis. Perus.* 54. *numer.* 8, quam regulam latè exornat post antiquos *Mastrill. decis.* 44. *Castill. decis.* 197. *tom.* 2. *Gratian. decis. Marchi.* 196. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 12. *numer.* 104. *& tom.* 1. *decis.* 100. *Reg. Capye. Galeot controvers.* 30. *Cancer. var. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 259. *cum seq* Quod nedum procedit de jure communi, sed etiam de jure Regni per *Rit. M. C. V.* 228. ubi disponitur, quod nullus privilegiatus possit trahere alium privilegiatum, nisi sit curialis. Cumque evenisset casus, quod esset inquisita Elisabetha Farao de offensionibus in personam Sacerdotis Agatii de Summa, praedictus Agatius offensus elegit in ejus forum Tribunal D. C. V. & dicta Elisabetha elegit Regiam Audientiam Calabriae; Ultra fuit disputatum, ubi erat causa tractanda, si in M. D. vel in Regia Audientia.

3 Dicebat Elisabetha, quod admissa opinione, quod Clericus in criminalibus pro offensis ipsi factis habeat fori electionem, etiam quod offensio ei non sit facta in contemptum Ecclesiae, ea ratione, quia offensio dicitur facta Ecclesiae, ut dixit *Abb. in capit. contingit, in gl.* 1. *de sentent. excommunicat.* ubi etiam *Felin.* & alii in Regno habemus *Rit. M. C. V.* 233. incipiens *Item Clericus*, ibi, *vel criminaliter adversarios suos trahunt*; per quem *Rit.* ita judicatum fuisse per Sacr. Consil refert *Franch. decis.* 597. aliam decisionem refert *Fab. de Anna in addit. ad allegat.* 146. *Io. Vinc. de Ann.* sui Patris, *Ricc. in prax. var. resolut.* 147. *Paschal. de virib. patr. potestat. part.* 2. *capit.* 2. *numer.* 9. *Via. decis.* 27. & latè per *Novar. in prax. elect. fori, qu.* 3. *sell.* 2. sed latius *lib.* 1. *qu. forens. quaest.* 7. *per totam, Carlen. de judic. tom.* 1. *disput.* 1. *numer.* 588, licet secus sit in bonis propriis ut habetur ex *Rit.* 219. *Franch. decis.* 234. *num.* 4. Ecclesia enim habet electionem fori, etiam ex interpretatione Regia Roberti, ut dixit *Andr. in Constitutionem Statuimus* 1. *col. vers. de Ecclesia.* ubi etiam *Afflict. in* 7. *notab. Capyc. decis.* 160. & alii per *Caravit. in d. Rit.* 233. *Foller. in cap. it. Regni Quod decreta, fol.* 174. *numer.* 13. *vers. an quid sit electio, Vrsill. ad Affl. dec.* 157.

4 Tamen erit intelligendum, non existente alio pariter privilegiato, quia, ut supra diximus, privilegia conquassantur, & habet locum jus commune, secundum quod actor debet sequi forum Rei, *Franch. dec.* 188. *Affl. in d. Constit. Statuimus, numer.* 7. *Reg. Sanfelicius decis.* 73. *numer.* 12. Cumque tamen ipsi, quam dictus Sacerdos sint de Civitate Catanzarii, debebat, si se offensum reputabat, ibi prosequi judicium, non in M. C. V. tanto magis, quia cùm esset foemina, & vidua bonae conditionis, & de nobili genere orta, non debebat extra suum domicilium trahi,

5 nec per alienas partes ambulare, quia multa conceduntur mulieribus ratione imbecillitatis sexus, *Surd. decis.* 194. *numer.* 24 *Gratt. de except. except.* 11. *num.* 13. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 7. *gloss.* 2. *p.* 3. *numer.* 41.

6 ubi etiam quod minor metus, vel causa metus eis sufficit ad contractum invalidandum, prout etiam notat post alios *Farin. in fragmen. part.* 2. *in verbo metus, num.* 93. *Borrell. in summ. dec. par.* 3. *tit.* . *nu.* 598. *Less. de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 17. *dub.* 6. *num.* 36. *Villalobos part.* 1. *summ. tract.* 3. *differentia* 8. *num.* 10. *August. Barbos. ad decretal. tom.* 2 *in collect. ad text. in c. cum locum, num.* 5. *de sponsalib. & in cap. consultationem, num.* 5. *eod. tit.* & ideo vana visa fuit Sac. C. dubitatio, viduam posse uti privilegio *l. unic. C. quando Imperat. inter pupill. vid. & miserab. pers. & Const. Regni Statuimus* contra aliam personam pariter privilegiatam ex eadem *lege*, & *Constitutione*, & postquam Clerici sunt etiam suffulti eodem

7 privilegio, qui caeterae personae Ecclesiasticae comprehenduntur in numero miserabilium personarum, *Innoc. & Ant. de Butr. in c. significantibus, de offic. deleg.* ubi omnes *Scribentes, Ann. d. allegat.* 146. & sic etiam Ecclesia, *Isern. in d. Const. Statuimus, numer.* 3. *& ibid. Affl. numer.* 16. *Caravit. in d. Rit.* 233. *Thes. dec.* 117. *Menoch. de arbitr. judic. in add. ad cas.* 66. *nu.* 25. *Graff. de effect. clericat. in prael. numer.* 422. non debent diverso jure censeri, & ideo sic decisum refert *Franch. d. dec.* 188 in causa Constantiae de Mathaeis.

Dicebatur tamen pro parte Sacerdotis offensi, quod privilegium electionis fori concessum Ecclesiae, est majoris potentiae, & efficaciae illius, quod est concessum viduis, pupillis, & aliis miserabilibus personis,

8 nam privilegium concessum Clericis, non est concessum cuique ipsorum singulariter, sed toto ordini clericali principaliter & absolute propter animam, & contemplatione Dei Omnipotentis, *Iason. in paragrapho ex maleficiis, num.* 3. *Instit. de action. Reg. Valenzuel. cons.* 18. *num.* 64. & hoc, quia per Sacerdotes, & Clericos divina ministrantur, & fides augetur, & ex hoc dixit *Bald. in Auth. quas actiones, num.* 12. *Cod. de Sacros. Eccles.* post *Cyn.* quòd majus est privilegium Clericorum,

9 quamvis dotium.

10 Secundo probatur, ob majorem dignitatem, quam Clerici habent, & major dicitur, qui est dignior, *Bar. in l. praecipimus, §. hoc eodem observando, C. de appellat. Alciat. in l.* 2. *ff. de verbor. obligat. num.* 38. cùm Clerici sint in famulatu Dei, *can. Clericos* 21. *distinct. can.*

11 *peault.* 54. *distinct. capit. secundum Apostolum, de praebend.* & praesertim Sacerdotes Imperatoria dignitate majores, *can. si quis dubitet* 69. *distinct. capit. solitae, de majorit. & obed.* etenim Clerici praecipuè in Sacerdotali dignitate constituti sacri sunt, & sacrorum doctores, sacraque ipsa dantes, secundum *Isidorum* relatum in *canone clerus* 1. *paragrapho Sacerdos autem* 21. *distinct.* & dicuntur *Alberic. in dictionario, in verbo Sacerdotes,*

Sacerdotes, quemodc olim *Bertachin. in repertor. in verbo Sacerdos*, *Petrus Gregorius Tholos. syntagm. jur. par. 1. lib. 16. capit. 8. numer. 8. & Maranta tom. 1. respons. 7. num.* 18. & qui majorem dignitatem habet, 12 est præferendus, ut probatur ex tex *in cap. sedes, vers. majores, de rescript. Iason. in l. generaliter, numer. 6. ff. de in jus vocand.* & in materia propria electionis fori fuisse decisum in Sacr. Consil. habetur ex *Affl. decis.* 56. 13 ubi Curialis Sacr. Consil. tanquam dignior ratione majoris Tribunalis, ubi deserviebat fuit prælatus Curiali Curiæ Admiratiæ, tanquam deservienti Tribunali inferiori *Reg. T. p. de Iure Regn. in d. Rit.* 228. incip. *Item quod nullus privilegiatus, numer. 3. Muscatell. in prax. Sacr. Cons. lib. 1. part. 2. glos. competentes, numer.* 88. *Rovit. collect. decis.* 300. & propterea dixit *Bald. in d. Auth. quas actiones*, quem sequuti fuerunt *ibidem Paul. de Castr.* & cæteri, quod quando Ecclesia utitur 14 aliquo privilegio contra aliquem privatum, non potest ille privatus dicere, quod vult eodem privilegio potiri contra Ecclesiam, nam esset retorquere argumentum contra Deum, qui per Ecclesiam repræsen- 15 tatur, & quamvis offensio non sit facta Ecclesiæ, tamen est facta Sacerdoti, in cujus personam dicitur offensa Ecclesia, immò & ipse Deus Omnipotens, *can.* 16 *nonnulli* 3. *quæst.* 1. & dicitur offensa publica, quæ potest ab omnibus in judicium deduci, secundùm doctrinam *Bald. & Paul. de Castr. in l. 1. paragrapho hujus* 17 *studii, in fin. ff. de instit. & jur.* & ideo nec ab ipsomet Clerico remitti potest, *can. si is, qui* 23 *quæst.* 4. *Vin-* 18 *dex.* 27. *per totam*, & quod Ecclesia, & successive Clerici cùm potiantur eodem privilegio, *can. Ecclesiarum* 12. *quæst.* 1. in concursu præferantur viduis, pupillis, & aliis miserabilibus personis, & etiam Fisco, habetur ex *Constitut. Regni* incip. *Iusti cultores*, ubi etiam *Affl. Caravit. in Rit. Mag. Cur. Vic.* 23. *numer.* 3. & 4. qui licèt loquatur in alio casu, tamen ex eo facile desumi potest, majus esse privilegium Ecclesiæ, quam viduarum, pupillorum, aliarumque miserabilium personarum.

Ex quo fundamento, quod privilegium electionis fori Ecclesiæ, & Ecclesiasticarum personarum sit majus, & potentius, aliam, dicebatur, sequi conclusionem, quod in concursu cum viduis, pupillis, aliisque miserabilibus personis erat iste Sacerdos præferendus, ad quod jure communi adducebatur *Bar. & Bal. in leg. verum.* 12. *paragrapho item, ff. de minoribus*, qui 19 tradiderunt, quod privilegium majus trahit ad se minus, quos ad hoc etiam allegat *Amendol. in addition. ad Franch. dict. decis.* 188. *numer.* 6. nec est novum, quod privilegiatus utatur privilegio contra pariter pri- 20 vilegiatum quando ex parte illius adest justitia, ex parte vero alterius injustitia, ut habetur ex *text. in leg. 5 ff. ex quibus caus. major.* idem *Bartol. in Auth. quas actiones, numer.* 3. ubi *Iason. numer.* 13. & *Aloys. de Leo numer.* 42. *C. de Sacros. Eccles. Paul. de Castr. in l. cæterum, paragrapho sed & si quis*, per illum *text. ff. de leg.* 1. & proprie in materia electionis fori *Bald. in Auth. habita, numero* 61. *C. ne filius pro patr. Affl. & ibi Vrsill. d. decis.* 56. *Vin. decis.* 113. & *Bald* loquitur de vidua, & scholari habentibus idem privilegium electionis fori, ubi quod privilegium viduæ uti majus præfertur. Et quæ magis injusta causa respectu viduæ prædictæ, & justa respectu ipsius Agatii potuit probari, quam illa, quæ fuit deducta, nam cùm esset prohibita Superioris præcepto contrahere facere matrimonium Catharinæ ejus filiæ, & dicti Agatii neptis ex fratre, quia prohibitio fuit facta ad instantiam ipsius, eum interficere mandavit, prout cum effectu deventum fuit ad actum proximum, illum vulnerari faciendo.

21 Difficultas tamen oriri videbatur ex *d. Rit. Mag. Cur. Vic.* 228. ubi disponitur, quod nullus privilegiatus trahat alium privilegiatum, nisi sit Curialis, quia illud verbum *nullus* neminem excludit, & dum excipit Curiales tantum, ergo omnes alii dicuntur inclusi 22 in generali dispositione, exceptio enim firmat regulam in casu non excepto, *Bart. in l. quæsitum, paragrapho denique ff. de fund. instruct.* latè *Dec. in regul.* 1. *numer.* 27. *vers. similiter, ff. de regul. jur. Franch. decisio* 561. *numer.* 5. & *decis.* 429. *numer.* 3. *Surd. consil.* 450. *numer.* 7. *vol.* 3. *Iacob. Thoming. decis. Lipsie.* 16. *num.* 9. & 10. *Ludovisius decis.* 159. *numer.* 4. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 11. *part.* 2. *num.* 36 *Marta de success. leg. tom.* 1. *part.* 1. *quæst.* 15. *art.* 5. *num.* 4.

Cui tamen difficultati respondebatur pro parte dicti Agatii, quod dispositum in dict. *Rit.* bene procedere posset, quando concurrerent duo æqualiter privilegiati, secus vero quando privilegium unius est majus alterius, quia tunc *Ritus* recipere debet interpretationem à jure communi; secundum quod jam fundatum dicebatur remanere, quod privilegium Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum erat majus, & quod 23 stante privilegio majori, præferri debebat alii similiter privilegiato, lex enim nova debet intelligi & interpretationem recipere à jure communi, quando novæ non adversatur, *l. si servo vestri, Cod. de noxalib.* ubi *glos. Bar. Bal.* & cæteri, *glos. magna in cap. fin. paragrapho in computatione, ext. de jure deliber. Cephal. consil.* 256. *nu.* 18.

24 Pro quorum corroboratione ponderabatur etiam *Rit. M. C. V.* 232. in quo disponitur, quod pupillus, & vidua non possunt trahere alium pupillum, & viduam, quod non posset intelligi, nisi ad explicationem dicti *Rit.* 228. in quo generaliter loquutus fuit, quod similiter erat intelligendus in habentibus æquale 25 privilegium, secus vero in habente potentius. Et illa exceptio *nisi sit Curialis*, non ad alium finem fuit posita, quia absque illa exceptione privilegium viduarum, & pupillorum erat majus privilegio Curialium, sicuti in civili in materia electionis fori est majus privilegio scholarium, ut habetur per *Bald. in d. Auth. habita, C. ne filius pro patr.* Sed dicti Curiales fuerunt excepti, ea ratione, ne extraherentur à servitio Curiæ, ubi serviebant, quia in hoc est favor publicus, 26 qui privato est præferendus, *l. 1. ff. de usucapt.* cum concordantibus, & quod privilegium Curialium minus sit privilegio pupillorum, & viduarum, voluit *Muscatell. in d. prax. S. C. in glos. competentes, numer.* 88. quia dubitat, an Curialis debeat alium privilegiatum trahere, veluti pupillum, vel viduam, nisi esset vestitus alio privilegio, quod tamen quamvis dubitari posset de jure communi, tamen *Ritus* satis expresse loquitur, & ex his dicebatur, *Ritum* prædictum esse intelligendum, quando adest paritas privilegii, secus ve- 27 ro in majori, & ita intelligendum esse *Afflict. in d. Constit. Regni Statuimus, numer.* 29. *Caravit. in d. Rit.* 228. & *Muscatell. in d. gl. competentes, numer.* 87. & *Novar. in prax. elect. fori, d. quæst.* 21. *numer.* 8. quando concurrit inter litigantes æquale privilegium, quod bene probant verba *Afflict. numer.* 20 ibi, *tene ergo istam conclusionem, quod privilegiatus de jure communi non utitur privilegio suo contra alium æque privilegiatum de jure communi, & sic ista privilegia confunduntur, & observatur illud quod generaliter statuit jus commune*; verùm ubi adest majus privilegium, potius videtur concludere cum *Bald. in d. authen. habita, numer.* 61. qui tenet, quod majus privilegium habens, trahit alium minus privilegiatum. Et quod *Affl.* in loco allegato loquatur, quando litigantes habent æquale privilegium, secus vero in majori, ponderatur, quia in eadem *Constit. Statuimus, numer.* 25. *vers.* 14. tenet, quod pupillus, tanquam magis privilegiatus possit tra- 29 here viduam, cùm privilegium minoris ætatis tanquam naturale sit potentius privilegio viduæ, fundato in misera-

miserabilitate personæ, quæ est accidentalis, ex doctrina *Bald. in l. qui habet, ff. de tutel.* & licèt possit dubitari de hac opinione *Afflicti*, cùm eam impugnet *Covarr. practic. quæst. cap. 7. ver. primus enim casus est*, quam doctrinam de verbo ad verbum transcripsit *Novar. in d. qu st. 21.* eam tamen sequuti fuerunt *Vrsil. in d. dec. Affl. 56. in fin. Car. Vit. in Rit. 23. numer. 11. per totum*, ubi videtur sibi contrarius. Quicquid tamen sit de dicta quæstione inter pupillum, & viduam, ca
30 supradictis elicitur, *Affl. in d. Consil.* *Statuimus* loquutum fuisse inter habentes æquale privilegium, secus vero in majori, & sic intelligendi sunt *Doctores*, qui ipsum sequuntur.

31 Nec prædictis obstare dicebatur, quod cùm hoc privilegium electionis fori ab eadem lege proveniat, quæ est *l. 1. ff. quando Imperat. inter pupill. & vid.* non possit fieri hæc distinctio majoris, vel minoris privilegii, quo argumento utitur *Covarr. in d. capit. 7. numer. 4.* & hoc etiam dicit *Pres. de Franch. d. dec. 188.* Quia datur prædictis instantia, nam majus privilegium consideratur respectu majoris rationis, & causæ, & quamvis idem sit privilegium inter ipsos circa fori electionem, tamen datur inter privilegiatos prærogativa, ut inter viduas, & scholares, *Bald. in d. Auth. habita, num. 61. & 62. & Bart. in dict. Auth. quas actiones.*

32 Ad decisionem vero *Præsid. de Franch. 188.* respondebatur, quod illa procedit in habentibus æquale privilegium, veluti inter viduam, & pupillum, inter quos militat eadem ratio miserabilitatis: quod secus esset, ubi majus est privilegium, cùm concessum sit Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, & propter animam contemplatione Dei, *Iason. in dict. §. ex maleficiis, Institut. de action.*

Ponderatur etiam, quod dato pro vero, quod de jure communi privilegium, Ecclesiasticarum personarum circa fori electionem sit potentius, & proinde debeat præferri, juxta dictam doctrinam *Bald. in d. Auth.*
33 *quas actiones*, posset valdè dubitari, si per jus municipale introductum in hoc Regno per *d. Rit. 258.* possit Clericis, qui non sunt de jurisdictione seculari, ut dixit *Bal. in l. de quibus, ver. 6. quæritur, ff. de legibus & in l. 1. paragrapho ex hoc apparet, C. de Summ. Trinit. & Fide Cathol.* jure jam ipsis quæsito præjudicare, ut tradit post alios *Napod. in proœm. Consuetud. Neapol. numer. 31. vers. sed certa esset Ecclesia prajudicialis, ut Clerici concurrant cum aliis privilegiatis in fore electione*, & propterea eis non potest præjudicare, secundum dispositionem *text. in Authentic. cassa, & irrita, Cod. de sacrosanct. Eccles. capit. cum Ecclesia, de constitut.*

Et quamvis posset responderi, quod cùm hoc privilegium electionis fori sit concessum Clericis ex privilegio Principis secularis, propterea non videtur, quod super alieno disponat, sed super beneficio ab ipsomet concesso, quod potest ab eo fluere, & defluere ad sui
34 libitum; Tamen dicebatur, hoc non procedere posse in privilegiis concessis Ecclesiæ, & Ecclesiasticis personis, quia privilegia non subditis concessa, non possunt revocari, quia transeunt in vim contractus, *Felin. & alii Canonistæ in capit. novit. numer. 21. de præbend. Peregr. de jure Fisc. lib. 1. titul. 3. numer. 30. Paul. de Castr. cons. 317. numer. 5. lib. 2. Petr. de potest. Princip. cap. 32. num. 145. vers. ad duodecimum, Larr. alleg. 5. num. 5.* & propterea non potuit Princeps juri Clerico quæsito præjudicare, *l. sicut, C. de action. & obligat. l. id, quod nostrum, ff. de regul. jur. Graff. de effect. cleric. in proœm. numer. 221.* & in terminis, quod per legem generalem non possit præjudicari privilegiis concessis Clericis, habetur per *Bart. in l. privilegia, Cod. de Sacros. Eccles. Paul. de Castr. in l. si quis curiales, in fin. C. de Episc. & Cleric.* & hanc esse communem opinionem, dixit *Socin. cons. 141. vers. circa secundum casum, lib. 2. Abb. in cap. abolendæ, & sepultur. in fin. Roman. in Auth. similiter, num. 26. C. ad leg. falcid.*

In facto prædictis addebatur, quod nulla poterat haberi ratio de electione facta per viduam, quia quamvis privilegia conquassarentur non poterat habere locum variatio facta ad Tribunal Regiæ Audientiæ Calabriæ Ultra, sed esset jus commune servandum, & sic debebat remissionem petere ad Judicem ordinarium loci, ubi delictum fuit patratum, & non ad Regiam Audientiam, quod cùm non fuerit factum, nec
36 ipsa ad dictum Judicem ordinarium petiit remitti; non erit locus remissioni, quia dicta remissio debet fieri ad petitionem actoris, vel rei, ut dixit *Caravit. in d. Rit. 231.* cùm *Ritus* prædictus 228. tribuat facultatem personis privilegiatis petendi remissionem ad Judicem ordinarium, secus vero ad alium. & Regia Audientia est Judex competens in causis appellationum, sicuti etiam est ipsa M. C. Judex appellationis in causis determinatis per Reg. Audientiam. Et sic debebat haberi aliqua consideratio, quia eadem ratio quæ viget in Regia Audientia, quæ est Judex ordinarius appellationis, eadem & major viget in M. C. V.

Considerabatur etiam, quod in hac causa, nedum veniebat inquisita dicta vidua tanquam mandans, sed alii quatuor tanquam mandatarii, & quamvis privilegiatus trahat etiam causam non privilegiatorum, ne
37 continentia litis dividatur, juxta dispositionem *text. in l. nulli, C. de judic.* Tamen dubitant *DD.* si hoc procedat in criminalibus & opinionem affirmativam tenuit *Iason. in dict. l. nulli, col. 2. vers. Tertio*, motus authoritate *Bald. in l. non eo minus, in fin. C. de accusat. & in cap. 1. in fin. de controvers. feud. apud par. terminand.* sequitur *Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. cas. 372.* con-
39 trariam tamen opinionem tenuit *Ayman Cravet. cons. 231. incip. Dominus Nevizan.* ubi tenet, quod quando sunt plures inquisiti de uno delicto, quod quilibet debet per suum Judicem puniri, & quod non habet locum *tex. in dict. l. nulli*, de qua doctrina meminit etiam *Franch. decis. 426.* sub *numer. 3.* & contra opinionem *Iason.* videtur etiam tenere *Capyc. decis. 12.* licèt ea præeminentia Tribunalis Mag. Cur. Regni Siciliæ dicat, causam non esse divisam in suo casu, & traditur ratio, quia unusquisque ex delinquentibus de per se obligatur, & processus factus cum uno, non valet cum alio, & ideo per Sacr. Consil. fuit causa unius ex delinquentibus remissa ad Baronem, ut dixit *Franch. d. dec.*
40 486. Et etiam fundari potest, quod quando Clericus, & Laicus sunt inquisiti de eodem delicto, Clericus remittitur, & Laicus detinetur, *Capyc. dec. 173. Gramm. dec. 21. Foller. in prax. Crimin. in verbo audiantur excusatores, numer. 157. vers. quid si Clericus, & Laicus. Franch. d. dec. 486. nu. 4.*

In hac causa non fuit opus decidere articulum, si privilegium declinationis fori concessum Ecclesiæ, debeat præferri privilegio viduæ: sed quia videbatur, non adesse dicto Agatio tutum accessum ad Civitatem Catanzarii, in qua fuerat offensus, & etiam quia licèt M. C. Regni Siciliæ magnam habeat præeminentiam, & ex hoc dicat *Capyc. d. dec. 112.* causam non fuisse remissam, & ideo notatur *Cæsar Vrsill. à Vincentio de Franchis d. dec. 486.* dum in *addit. ad Affl. dec. 155.* putavit, *Capycium* loquutum fuisse de Mag. Cur. Vic. Regni Neapol. quia certè non puto, nostram Magnam Curiam minorem habere authoritatem, propterea judicavimus, causam prædictam esse tractandam in eadem M. C. V.

OBSERVATIO IN DECISIONE CXCV.

SVMMARIVM.

1 *Major in dignitate, majus peccat.*

Majorem

Majorem dignitatem habens, est præferendus, ibid.
Major in dignitate, majori etiam pœna dignus est, quod intellige de pœna pecuniaria, secus de pœna corporali, ibid.
Nobiles magis puniuntur ignobilibus in pœnis pecuniariis, non autem in pœnis corporalibus, ibid.
Ignobiles magis puniuntur nobilibus in pœnis corporalibus, secus in pecuniariis, ibid.
2 *Nobiles in Italia, & præcipue in Regno Neapolis in pœna mortis, decapitantur, ignobiles verò furcis suspenduntur.*
3 *Potentes potenter tormenta patientur in Inferno.*
Qui dignitate majores fuerunt, existentes in Inferno, majora tormenta sustinent, ibid.
4 *Majorem ætatem habens, an sit præferendus, & quando in administratione, & num.* 8.11.12.13.14.17.18.19.20.21.23.26. *adducitur decisio, num.* 31.
Dom Hieronymus Valdetarius *laudatur, ibid.*
5 *Honor præfertur vitæ, & commodo pecuniario.*
6 *Officiali, qui privatur, & removetur ab officio sine justa causa competit remedium possessorium.*
7 Montis Cæsarei *erectio facta ab* Annibale Cæsareo, *ejusque tenor adducitur.*
9 *In dispositionibus semper amplectenda est interpretatio, per quam plenius voluntas disponentis adimpleatur.*
10 *Quilibet disponens videtur se conformare cum juris dispositione tam in contractibus, quàm in ultima voluntate.*
11 *Ætas quando sit præferenda, si in aliqua dispositione vocantur successores, qui sint majores ætate inter personas ejusdem lineæ, & num.* 4.8.12.13.14.17.18.19.20.21.23.26. *adducitur decisio, nu.* 31.
Linea, an præferatur ætati, ibid. & nu. 17.
Ætati an præferatur proximitas, ibid.
12 *Successionem sperantes, tenentur tueri bona, ne dilapidentur.*
15 *Depositio testis affectato, an valeat.*
Depositio testis facto ad se exonerandum, vel culpandum, an valeat, ibid.
Depositio inverisimilis testium, an valeat, ibidem.
Testis examinatus spontè, & absque citatione, an probet, ibid.
16 *Electio, quæ fit non in loco solito, an reddatur invalida, & nu.* 27.
17 *Ætatis prærogativa quando sit consideranda inter personas ejusdem lineæ in successionibus, vel administratione, & gubernio, & num.* 4.8.11.12.13.14.18.21.23.26.
18 *Argumentum de successione ad administrationem, an valeat, & nu.* 25.
Gubernium, & administratio regulantur secundum successionem, & interesse, ibid.
19 *In primogenitura quis præferatur patruus, an nepos, & quid si alter sit majoris ætatis, & nu.* 20.
20 *In successione feudi, an habeatur ratio majoris ætatis inter patruum, & nepotem.*
21 *Major ætas non semper habet comitem prudentiam.*
Juvenes sæpè sunt sagaciores illis, qui sunt ætate majores.
22 *In interpretatione voluntatis ambigua disponentis attenditur ordo scripturæ, & verborum.*
Mens, & voluntas disponentis quomodo cognoscatur, ibid.
24 *Familia quando censeatur vocata collectivè, & quando distributivè in aliqua dispositione.*
25 *Dictio, Et, quando distributivè, vel collectivè intelligatur opposita.*
28 *Possidens dicitur habere jus in re.*
In pari causa dubia, pro possessore est judicandum, ibid.
29 *Beatus dicitur, qui possidet.*
30 *Salarium an debeatur ei, qui injustè officium exercuit.*
32 *Crimen commissum ab Archipresbytero occasione asportationis Sanctissimi Sacramenti.*
Delictum occultum, notorium, vel manifestum quale dicatur, remissive.
33 *Unio duarum Parochialium, remissive.*

1 Habetur in hac decisione *numer.* 12. quod qui majorem dignitatem habet, est præferendus; observo propterea, quod qui præcellit alios dignitate majori, graviùs cæteris peccat, eo quod ejus exemplo faciliùs alii possint ad similia provocari, ideò majori etiam pœna dignus habetur. Quod æquidem intelligendum est de pœna corporali; & sic in pœnis pecuniariis magis puniuntur nobiles, & majores, quàm ignobiles & minores; sed in pœnis corporalibus, magis puniuntur ignobiles, & minores, quàm nobiles, & majores; Immò sæpe parcitur majoribus, ità notabiliter *glos. in capit. cum quidam, in verbo dignitate, de jure jurand. & glo. in can. non cogantur, in eodem verb.* 41. *distinct. Nald. in summ. in verbo dignitas, num.* 10. Et in 2 Italia, præsertim in hoc Regno Neap. nobiles decapitantur, ignobiles verò laqueo suspenduntur propter eorum facinora, *Ther. in compend. decis. pars.* 1. *verb. nobiles regulariter, folio* 353.

3 Quinimmò etiam in Inferno, qui majores fuerunt dignitate, & officio, si peccaverunt, majora tormenta sustinebunt, juxtà illud Sacræ Scripturæ *Sapient. cap.* 6. *num* 2. *Audite ergò Reges, discite Judices, durissimum judicium his, qui præsunt fiet.* Et *nu.* 7. *Potentes autem potenter tormenta patientur.* Ac *num.* 9. *Fortioribus autem, fortior instat cruciatio.*

4 Sed quid de eo, qui majorem ætatem habet, an sit præferendus, & pro hac quæstione infrascriptas binas Jurium Allegationes Typis dedit, *D. Hieronymus Valdetarius* Advocatus æquidem doctus nostri temporis, in causa V.I.D. Jacobi Pulverini cum V.I.D Bernardino Pulverino circa gubernium, & administrationem Montis Cæsarei erecti à quondam Annibale Cæsareo in anno 1600. quas hic adducere censui, dum in eis perpulchra edocemur. Atque primæ Allegationis tenor talis est.

I. M. I.

Fulgida quamvis agnoscatur Jacobi Pulverini justitia ex sola facti inspectione, cum ex apertis disponentis verbis ad Montis Cæsarei administrationem dictus Jacobus admittatur, attamen cum pro ejus interesse ad Montis administrationem manuteneri, ac proprium honorem conservare pariter expediat; proinde tanquam in causa maximi præjudicii factum ipsum, optimis juris rationibus fulcire conati sumus, cum non sine dedecore tali administratione privaretur. Ho-5 nor enim, & propriæ vitæ, & commodo pecuniario præfertur, *l. miles* 11. *paragrapho socer, ff. ad l. Juliam, de adulter. l. si quidem* 8. *paragrapho quod si deserit, ff. quod metus causa*, juxta illud strenui militis; qui dum aurum ei ex præda Gallica à Tito labieno donaretur, aurea contempsit dona, simplici ornamento militari contentus, in signum honoris ob egregiam operam per eum contra Gallos in illo bello navatam, prout refert *Plutarchus in lib.* 4. *apophte.* quod leges adver-6 tendo; cuilibet absque causa, administratione, aut officio privato possessoria remedia concesserunt, quamvis ad nutum revocabiliter electo, cum similem injuriam fori, polique leges abhorreant, juxtà latè adducta per *Lorrcom decis.* 2. quod in officio non solùm assessoris, sed Notarii, vel Nuntii probavit *Seraderus de feudis par.* 10. *sect.* 10. *numer.* 65. & practicarum testatus in lectore *Reg. Sansel. in ejus praxi, sect.* 3. *numer.* 19. & 20.

7 Hujus causæ speciem itaque progrediendo, dicimus ex facto, quod in anno 1600. Annibal Cæsareus Mon-

tem erexit ex nonnullis ejus bonis, ad illius participationem vocando descendentes à Joa. Baptista, & Joa. Simone Pulverino fratribus, ac à Francisco Antonio, & fratribus Mercati, & à Flavio Baldino; disponendo, quod dicti Montis gubernium esset penes nominandos per eum, & in eorum defectu: penes omnes successores eorundem participantium ab ipso vocatorum, quod his verbis expressit: *Dona detto Anniballe fundatore à detto Monte per l'infrascritti effetti, e signanter in beneficio delle figliole femine legitime, e naturali, nate, e che nasceranno dall'infrascritti, cioè da Gio: Battista Polverino, e Gio: Simone Polverino fratelli, da Flavio Baldino, da Francesco Antonio Gio: Giacomo, e Tomase Anello Mercati. Item vole detto Anniballe, che li Governatori de detto Monte habbiano da essere doppo la morte de esso fundatore, quello uno, ò piu, che nominarà in vita, seù in ultimis, e non facendo tal nomina, siano li medesimi Polverini, Baldini, e Mercati, come interessati in quello, è li successori di tutti li predetti, purchè non eccedano due per ciascuna di dette famiglie, preferendo sempre l'età maggiore*, ut fol. 8. lit. B. & à tergo, & fol. 9. lit. D.

Accidit, quod post mortem dicti disponentis inter alios Gubernatores fuit electus Joan. Simon Pulverinus, & Hieronymus Pulverinus filius quondam Joan. Baptistæ vocati ab eodem fundatore Montis, ut ex præambulo fol. 18. & post mortem dicti Hieronymi fuit electus Franciscus Antonius Pulverinus frater ejusdem Hieronymi, & filius dicti quondam Joann. Baptistæ insimul cum cæteris aliarum familiarum, ut ex eodem præambulo, fol. 18. & electione de anno 1632. fol. 46. qui Franciscus Antonius adhùc hodie est Gubernator.

Obiit postmodum de anno 1648. Joann. Simon Pulverinus, ob cujus mortem fuit electus Jacobus Pulverinus ad prædictum gubernium, qui ab illo anno 1648. exercet administrationem dicti Montis insimul cum dicto Francisco Antonio Pulverino.

8 Insurgit ad præsens Bernardinus Pulverinus filius quondam Hieronymi, ac nepos ex fratre dicti Francisci Antonii similiter Gubernatoris prætendendo præferri in dicto gubernio dicto Jacobo Pulverino, uti major natus spatio novem mensium, ut ex instantia folio 1. & 3. & stante lege à fundatore Montis indicta, ut major ætas in electione Gubernatoris præferatur, ac pro confirmatione ejus jurium producit nonnullos testes, folio 27. asserentes sic fuisse observatum, ut major ætas in electione dicti gubernii præferatur, & electionem dicti Jacobi Pulverini fuisse contra mentem disponentis, & contra solitum.

Supradicta tamen fundamenta, ex facto, & ex ipsismet adversarii testibus, jurisque dispositione facilè diluuntur; nàm Annibal Cæsarius Montem instituendo. Vocavit inter cæteros aliarum familiarum dictum Joannem Simonem Pulverinum Jacobi patrem, & Joannem Baptistam Pulverinum avum Bernardini actoris, declarando expressè, quod Mons prædictus gubernaretur per successores omnium vocatorum (*come interessati*) dummodo non excedatur numerus duorum pro qualibet familia, præfata tamen majori ætate, itaque nominando successores omnium, enixè voluit includere successores Joann. Simonis, & Joann. Baptistæ Polverini, qui cum sint diversæ lineæ, necessariò cadit electio in successoribus utriusque lineæ, ut disponentis voluntas impleatur; debet etiam præferri ætas, sed inter successores ejusdem lineæ, non autem successores utriusque lineæ; nam aliàs quando omnes unius lineæ successores essent natu majores excluderent omnes natu minores alterius lineæ, & sic non adimpleretur voluntas disponentis, qui per ly, *Omnes*, voluit omnes utriusque lineæ successores includere, **9** ita ut in dubio semper amplectenda sit interpretatio, per quam pleniùs voluntas disponentis adimpleatur in singulis, & quibuscumque casibus regula, *l. non aliter, ff. de legatis 3. & l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. eodem, Mantic. de conject. lib. 4. tit. 5. art. 10. num. 4. Simon. de Prat. de interpr. ult. volunt. lib. 2. fol. 158. nu. 1. cum seq.*

Quibus disponentis mente, ac verbis perpensis, moti fuerunt Franciscus Antonius Mercati Sacr. Consil. Secretarius, vir quidem spectatæ virtutis, ac prudentiæ, & cæteri Gubernatores in anno 1648. consulendo peritiores Advocatos, à quibus de veritate juridicè certiorati Jacobum Pulverinum elexerunt ex linea Joann. Simonis, qui una cum Francisco Antonio Pulverino ex linea Joann. Baptistæ simul gubernarent Montem, ut de tali Advocatorum consilio testantur, ipsimet testes ab adversario producti, fol. 28. à ter. lit. C.

10 Talis enim disponentis, ac Montis fundatoris voluntas juris intellectui satis consona fuit, cum certum sit illud vulgatum, quod quilibet disponendo videtur se conformare cum juris dispositione, tàm in contractibus, quàm in ultima voluntate, *l. conficiuntur, ff. de jure codicillorum, l. hæredes mei, §. non ita, ff. ad Trebell. l. si duo, ff. de acquirenda hæreditate, & l. si quæro, paragrapho inter locatorem, ff. locati, cum mille concordantibus*, **11** sed de jure quotiescumque in aliqua dispositione vocantur successores cum prælatione ætatis, semper consideratur prius linea, & postea ætas inter personas ejusdem lineæ, ita ut linea ætati præferatur; quod menti rerendum ad voluntatis institutorum interpretationem dixit *Molina de primogen. lib. 3. capit. 4. numer. 14.* & pro regula tradit *Regens de Ponte in tractatu de potestate Proregis tit. 9. de success. mulierum, numer. 30. Regens Lanarius consil. 1. num. 35.* Ætati etiam præfertur proximitas, quæ adhuc considerari potest in Jacobo Pulverino, qui in gradu proximitatis præcedit adversam partem, ut considerant citati *Molina, & Reg. de Ponte.*

Primaria enim fundatoris Montis intentio fuit, ut Mons administretur per omnes vocatos, & omnes eorum successores, propter eorum interesse, ut habetur ex illis verbis: *Siano li nominati, come interessati in quello*, **12** & hoc summa providentia (inquit *Ulpianus*) ut qui sperarent successionem iidem tuerentur bona, nè dilapidentur, in *l. 1. ff. de legitimis tutor.* dùm naturali quadam ratione præsumitur diligentiùs curaturos esse bona Montis illos, quibus interest, quam cæteros, regula ejusdem, *l. 1. & l. unus, ff. quibus ex causis in possess. eatur l. Fulcinius, paragrapho planè, ff. eodem*, ubi *Doctores omnes Anton. Faber in ejus Cod. lib. 4. tit. 7. diff. 2. num. 2. in erratonibus, Ioan. Faber in rubric. instit. de legitima agnatorum tutela, numer. 1. Decius cons. 575. numer. 6.* non autem fuit simpliciter considerata ætatis prærogativa, & proindè non debet præferri ætas principali intentioni disponentis; nàm concurrentibus aliis causis moventibus animum disponentis conjecturam ætatis, levem, jejunam, & momentaneam, probavit ingeniosus *Rusticus in l. cum avus, ff. de condit. lib. 6. capit. 4.* præcipuè *numer. 6. 9. 10. & 13. & per totum*, prout in simili discutit *Cancer. variar. lib. 2. tit. 21. numer. 300. usque ad 304.* etiam satis ad propositum novissimè fundat *Sanleger resolut. civil. capit. 89. numer. 14. 15. & 16.* cum ætas in omni actu cæteris paribus tantùm attendatur *Borrellus de magistr. lib. 1. capit. 6. num. 85. Menoch. cons. 125. numer. 21.* vel tunc præfertur ætas, si vocaretur major tantùm **13** de familia, nulla alia expressa qualitate, vel nulla alia concurrente conjectura, prout est casus discussus à *Gratian. discept. 695.* cujus *Gratiani* rationibus, quatenus nonnullæ essent negotio nostro applicabiles eruditè satisfecit *Rusticus citat. lib. 6. capit. 4. à numer. 6. per totum*, & præcipuè quod nec urgeat conjectura majoris ætatis in administratione bonorum, ut *numer. 20. vers. secundò non refragatur prudentia,*

quod

quod æquissimum etiam est, ut omnes de familia participent in administratione, quæ æquitas consideratur in interpretatione voluntatis, *l. semper in dubiis, & l. ea quæ, ff. de regul. juris.*

Nec in prædicta averiare potuit adversarius ex ejus probationibus per testes productos; imò eorum depositiones nostræ electionis justitiam omninò confirmant; testes enim producti sunt sex, quorum tres ultimæ fœminæ, fol. 21. deponunt de consanguinitate, & descendentia actoris, duo alii de auditu tantùm: solùm Didacus de Mercatis, qui nil adversario, sed valdè nostræ justitiæ favet, deponit quondam Franciscum Antonium de Mercatis ejus patrem, ac Franciscum Antonium Pulverinum actoris patruum, & ex eadem linea, antequam ad electionem dicti Jacobi Pulverini devenirent talem difficultatem agnoscentes, utrum 24 major ætas attendenda esset inter personas ejusdem, seù alterius lineæ. consuluerunt diversos Advocatos, à quibus consulti, quod ætas major debebat considerari tantùm inter personas ejusdem lineæ in electione prædicta; ideoque dum ex linea Joannis Baptistæ Pulverini, adesset jàm electus Franciscus Antonius ejus filius, qui adhuc in gubernio permanet, elexerunt Jacobum Pulverinum alterius lineæ, nempè Joann. Simonis, ergo electio fuit rectè, & ritè facta consulentibus Advocatis, affectat idem testis ejus testimonium, non sine admiratione, ejus patrem virum optimum notando; dicens ipsum concurrisse in tali electione ob observantiam erga patrem, arguit prudentem patrem de electione facta consilio Advocatorum, se pœnitendo talem justam, & legitimam fecisse electionem, quæ deposi-25 tio pro adversario nihil valet, vel quia est affectata, ut latè *Farinacius de testibus, quæst. 60. numer. 33.* vel quia ad se exonerandum, aut culpandum propter ejus votum in gratiam partis, ibidem *Farinacius num. 18.* vel quia inverisimilis, cum deponat Franciscum Antonium de Mercatis ejus patrem virum honorandæ memoriæ quidem eum induxisse ad talem electionem, *l. ob carmen, paragrapho si testes, ff. de testibus, & Farinacius quæst. 65. numer. 128. & 144.* vel denique, quia spontè, & absque valida citatione contra stylum nostrorum Tribunalium testimonium præbuit *Bartol. in l. qua omnia, paragrapho 1. numer. 2. ff. de procuratorib. & in l. post legatum, ff. de his quibus, ut indignis,* denique ignoramus ad quem finem adversarius conatur 26 probare electionem prædictam fuisse factam in Ecclesia ejusdem Cæsarei, & non in loco solito, cum ex hoc non reddatur invalida electio, *Abbas in capit. cum terra 14. extr. de elect. potest. num. 5. Franc. Marcus dec. Delphin. 1032. Curia Pisana lib. 1. capit. 5. numer. 8.* & cæteri communiter.

Ex quibus Jacobum Pulverinum in gubernio prædicti Montis manutenendum esse speramus sub correctione. Die sexto Decembris 1658.

Hieronimus Valdetarius.

Secundæ verò Allegationis, seù Jurium Additionum, tenor est, qui sequitur.

I. M. I.

AD confirmationem Jurium Jacobi Pulverini pro gubernio Montis, negotio perpenso, satis ad propositum appatet; regula *Molina, & Regentis de Ponte* à nobis prioribus allegationibus adducta, 27 nempè prærogativam ætatis considerandam esse inter personas ejusdem lineæ, quamvis dicatur regulam prædictam locum habere in casu succedendi, non autem in administratione, seù gubernio bonorum, ubi ætas prævalere debet, cum in ea major inveniatur prudentia *Peralta in rubric. ff. de hered. instit. sub numer. 122.* post eum *Gratian. discept. forens. capit. 695.* nam 18 dicimus in Jure valere argumentum de successione ad administrationem, quia præsumitur quemlibet, pro ejus interesse diligentiùs curaturum bona, quæ ad ipsum spectare possunt, *l. 1. ff. de legitimis tutor. & l. final. C. de legitimis hered. paragrapho ex his, auth. de hæredibus ab intest.* nec suadere debet doctrina *Paraltæ* 19 qui disputando illam satis vetustam, & tenebrosam quæstionem si in primogenitura debeat præferri patruus, an nepos, & quomodo inter eos prævaleat ætas subjunxit in *d. numer. 122.* credere opinionem pro patruo esse veriorem si sit majoris ætatis, & in majoratu adsit administratio Jurisdictionalis. Hæc opinio audax quidem est, & tamen satis fallax in articulo tàm arduo, ut ipse fatetur, in quo *Bald.* alioquin acutissimus pro illius decisione ad *Apollinem* recurrendum esse dixit, in quo aliquid certum asserere potius superstitiosum esset, quàm discretum; & traditur *Othonem Imperatorem* judicio gladiatorio tale dubium commisisse, & nepotem hic victorem evasisse, ut erudité more solito *Tiraquell. de jure primogen. quæst. 40. numer. 7. & 8. & tulit Peralta. & Gratian. optatam.* imbecillitas detegitur ex absurdo, quod advertit *Tiraquell. citata quæst. 40. numer. 12.* nempè posset dari casus, quod primogenitus, & secundogenitus uterque haberet liberos, sed secundogenitus haberet liberos ætate majores, qui propter ætatem essent præferendi filiis primogeniti, & ut radicitus dictæ ætatis ponderatio in successione rei Jurisdictionalis per *Peraltam, & Gratian.* adducta eruatur adducimus in Regno continuè 20 judicari successionem feudi, quamvis jurisdictionalis deberi nepoti excluso patruo, quamvis ut plurimum patruus nepotem ætate præcellere soleat, ut decisum referunt *Cupyc. in consuetud. si moriatur, de success. ab intestat. Afflict. in capit. 1. de natur. success. feud. numer. 19. Anna singul. 356.* & talem esse observantiam in Regno testatur *Afflict. etiam per Regentem Tappiam decis. Sacr. Consil. 2. numer. 26.* alias decisiones adducit *Novar. in collect. pragm. 6. de feudis,* ex quibus reprobatam habemus rationem *Peraltæ*, cum nulla habeatur consideratio de ætate in successione feudi, quamvis cum ipso feudo annexa veniat administratio Jurisdictionis, & illius gubernium, & quidem dura lege privarentur aliquis à commodo successionis ob minorem ætatem, dùm jam ex defectui ætatis in gubernando bona providet ex persona tutoris, aut curatoris, ut ad propositum observavit *scitut. Rosi in l. cum avus, lib. 6. capit. 4. numer. 11.* quod etiam nos docuit Deus, qui *Salomonem adhuc parvum elegit in 1. Paralipemer. capit. 19. & in Ecclesiast. 14. Posuit David puero suo excita e Regem ex ipsa fortissimum,* 21 nec semper major ætas habet comitem prudentiam. Imò sæpiùs juvenes sunt sagaciores. nec denique opiniones *Peraltæ*, & Doctorum in dicto articulo majoratus, & primogenituræ merentur allegari ad decisionem causarum, cum fuerint tàm diffidentes, & controversæ inter se, quia nec lex, quæ varios patitur intellectus debet ad causæ decisionem allegari, *l. in ambigua, ubi Bartol. ff. de rebus dubiis.*

Sed ne à nostro facto procul eamus observatur Anibalem Cæsareum Montis institutorem potius, & primariò inspexisse, ut omnes interesse habentes gubernent, quamvis non essent ætate majores, dum fratribus de Mercatis ad gubernium pro eorum interesse vocatis assignavit eis tutorem pro gubernio Montis durante eorum minore ætate, sicque etiam fuit admissus ad gubernium Franciscus Cæsareus pro filiis minoribus, & tamen durante ætate dictorum minorum poterat Mons gubernari per cæteros majores ex ipsis familiis vocatis: Ex quo satis apertè suadetur disponentis voluntatem fuisse, ut omnes de familia pro eorum interesse gubernarent considerando ætatis prærogativam solum secundariò, cæteris paribus

tantùm præferatur, *Dell. in l. 3. ff. si cert. pet.*

22 Ad simus etiam in interpretatione voluntatis ambiguè disponentis valdè conferre ordinem scripturæ, seù verborum prolatorum, nàm ex ordine scripturæ cognoscitur ordo mentis, & voluntatis, & quod priùs habetur in scriptura censetur esse primariò, & principaliter in intentione, & quod ultimo loco disponitur habetur pro accessorio, & secundariò dispositionis, ut est vulgatum in jure, & ex nobis in puncto *Alvar. Velasc. consult. 121. numer. 4. & seq. Peralta in l. si quis, in princip. testamenti, numer. 155. & 156. ff. de legat. 2. Caldas Pereir. de jure emphyteutico, lib. 2. quæst. 10. numer. 38. & seq. Menoch. de præsumptionibus, lib. 1. præsumption. 28. numer. 1. & 2. Mascard. de probationibus, conclus. 1412. numer. 28. & 30.* & mille affert Doctores, *Castill. Hispanus lib. 4. quotid. capit. 50. regul. l. quoties, ff. de usufruct. l. si servus communis, in fine, ff. de stipulatione servorum, l. filium, ff de vulgari, & pupill. eam concord.* itaque eum in facto habeamus institutorem Montis primo scripsisse, quod

23 omnes successores nominatorum pro eorum interesse sint Gubernatores dicti Montis, secundo limitavit numerum duorum pro unaquaque familia; tertiò, & ultimò dixit, ut præferatur ætas, clarè enunciavit ejus principalem, & primariam intentionem fuisse, ut ratione interesse omnes successores nominatorum gubernarent, limitato tamen numero, sed postremò, & ultimo, voluit etiam præferri ætatem tanquam conditionem leviorem, & minimam, ultimamque semper censendam, *Molin. de primogenitur. lib. 3. capit. 4. numer. 13. & 14.* nec potest voluntas, pleniori, & efficaciori modo in ejus principali ratione adimpleri, nisi admittendo unamquamque lineam, dum familia in lineis dividatur, & pleniùs repræsentetur, præcipuè in casu nostro, in quo non fuit vocata familia in genere, & collectivè, sed distributivè fuerunt, omnque vocati Joann. Simon, & Joann. Baptista Pulverinus eorumque descendentes, argumento *l. final. C. de impuber. & aliis substitut. Bart. & Doctores in l. Gallus, paragrapho quidam recte, ff. de liber. & posth.* ergo si omnes de linea debent concurrere, nec debet excedi numerus duorum, debet præferri major ætate in eadem linea.

24 Nec negari potest, fuisse familiam Pulverinam distributivè, & non collectivè vocatam, duplici ratione. Primo, quia vocantur nominatim Joann. Simon, & Joann. Baptista Pulverino, eorum successores. Ideo quot capita, tot lineæ distributivè censentur vocatæ, & admissæ regulâ *l. peto, paragrapho fideicomm. ff. de leg. 2. citata l. final. C. de impuber. & aliis substitut. Bart. & Doctor. in citata l. Gallus, paragrapho quidam recte, ff. de liber. & posthum. Gratian. discept. forens. capit. 185. numer. 4. Menoch. cons. 215. numer. 28.* Se-

25 cundo, quia sunt vocati per copulam Et, positam inter eos ibi: *Gio: Battista, & Gio: Simone*, cum ex tali dictione censeantur distributivè vocati, *l. si quis Titio, ff. de usufructu accrescendo, l. 1. ff si plures una sentent. l. ex duobus in princip. ff. de leg. primo, l. reos, §. in tabulis, ff. de duobus reis, Gratian. discept. 70. numer. 14.* ergo si lineæ censentur distributivè vocatæ ad participationem Montis, etiam ad illius gubernium omnes de linea debent admitti, cum infallibilis sit regula supra fundata, quod gubernium reguletur secundum successionem, seù interesse.

26 Hinc etiam cum sint, per capita distributivè vocati; gubernium semel inceptum in una linea, ex illa non debet exire, quousque adsit persona habilis ad gubernandum ejusdem lineæ, considerando tamen ætatis prærogativam inter personas ejusdem lineæ primo loco admissæ, ut in simili *Menoch. cons. 211. & 1171. numer. 36. tom. 2.* ubi ex hac ratione pro minore consuluit, quamvis in altera linea ætate major adesset & testator expressè natu majorem vocavit, *Gratian. discept. 775. numer. 3. Regens Tappia dict. decis. 2. numer. 24. Regent Marcianus disput. 10. & seq.*

Ex supradictis indubitata remanet justitia causæ Jacobi Pulverini, sed quando disputabilis adhuc remaneret causa prædicta jam invenimus eum legitime admissum ad gubernium, cum ex facto appareat fuisse Gubernatores vocatos ad electionem, quorum unus noluit concurrere, alteri tres præcedente consilio peritorum elegerunt Jacobum Pulverinum, ut ex Adversarii depositionibus clarè legitur: nec obstat opposi-

27 tio partis, electionem non fuisse factam loco solito, dum hoc non sit de jure requisitum, ut prioribus allegationibus probavimus ex eisdemmet Juribus à parte citatis confirmatur, nam *gloss. in capit. cum terra, de elect. & ibi Abbas* dicunt validam esse electionem factam extra locum solitum, & cæteri Doctores à parte citati nil dicunt de negotio, nec talis electio fuit facta in loco extraneo, sed in sacrario ejusdem Montis: habemus itaque virtute hujus Canonicæ electionis jam per decem annos Jacobum esse in possessione dictæ administrationis, & sic acquisivisse Jus in re cum

28 simus in corporalibus *Regens Rovitus num. 17. volum. 1. consil. 81.* & in pari causa dubia pro possessore omninò est judicandum *l. in pari causa 170. ff. de regul. jur. & in capit. in pari, extra de regul. jur. paragrapho retinenda, vers. commodum; instit. de interdictis; l. qui accusare, C. de edend. l. si debitor, ff. de pignoribus, l. his qui destinavit, ff. de reivendicat. l. final. C. eadem, eam mille concord. gloss. in l. unic. cap si de momentanea possess. verbo reformationem*, ibi: *Si obscura fuerint utriusque jura in proprietatis successione pronunciabitur pro possessore, Franch. decis. 167. numer. 12.* & latè *decis. 550. numer. 12. usque finem multos, Menoch. lib.*

29 *6. præsumpt. 69. numer. 17.* & est vulgatum. Hinc beatus dicitur, qui possidet *gloss. in cap. 1. de pace tenend. in usibus feud. Mascard. de probationibus, conclusione 1200. nu. 1.*

Denique non curamus respondere prætensioni adversarii, qui petit salarii restitutionem, tùm quia nostræ causæ principalis justitiæ confidimus, non esse de hoc disputandum, tùm etiam quia facilè talis prætensio rejicitur, dùm in dicto gubernio Montis adest sala-

30 rium tantùm ducat. 72. singulis annis satis tenuè respectu laboris personalis, quod non restitui deberet, quamvis injustè officium exerceretur expressa *l. Titia 36. ff. ad municip. Franch. decis. 165. numer. 2.* & latè *Nogherol. alleg. 8. num. 19. & seq.* & præcipuè *num. 32. & seqq.* & hæc supersunt pro negotio tàm claro. Ultimo mensis Januarii 1659.

Hieronymus Valdetarius.

31 In qua causa sub die 4. mensis Februarii 1659. ad relationem D. Consiliarii Antonii Miroballi, (posteà Regentis Regiam Cancellariam) per Sacrum Consilium fuit absolutus dictus Jacobus Pulverinus ab impetitis per supradictum Bernardinum Pulverinum. Joseph de Neapoli Actorum magister.

32 Ad *numer. 15.* circa injuriam factam Sacerdoti, vide quæ scripsit meus frater *Abbas Ioannes Iacobus Gizzius* in Juris Responso dato cuidam D. Episcopo in quadam causa sacrilegi criminis perpetrati à quodam Archipresbytero occasione delationis SANCTISSIMI SACRAMENTI in processione, quod in calce hujus Observationis apponam; Deindè aliud Responsum ejusdem datum Episcopo Bojanensi in materia delicti occulti, notorii, vel manifesti adjiciemus.

33 Et cum de Parocho, & Archipresbytero, qui curam habet animarum inibi fiat mentio in d. primo Responso, non erit inconveniens, aliud tertium Juris Responsum datum ab eodem meo Fratre in causa unionis factæ duarum Ecclesiarum Parochialium in

Oppido

Oppido Campobassi à D. Episcopo Boianensi in anno 1657 post luem, & pestilentiam universalem, subiungere etiam post illud secundum.

Michael Angelus Gizzius.

Sequuntur Iurium Allegationes, seu trin Responsa à meo Fratre exarata, qua supra num. 32. & 33. hic adiicienda esse diximus.

PRIMUM RESPONSUM.

In causa sacrilegi criminis perpetrati ab Archipresbytero Terræ N. eripiendo violenter Tabernaculum cum SANCTISSIMO SACRAMENTO irreverenter de manu Sacerdotis celebrantis, publicè pro illo deferendo in processione, in quo discutitur, an dictus Archipresbyter contraxerit excommunicationem, & postea irregularitatem, & à quo sit absolvendus, pariterque dispensandus, An verò se tueri possit aliqua ex causa, se in neutram incidisse, neque excommunicationem, neque irregularitatem. Ad Illustrissimum, ac Reverendissimum D. Episcopum N.

SVMMARIVM.

1 *Factum præmittendum est, quia ex facto oritur Ius.*

2 *Facti species refertur.*

Delatio Sanctissim: Sacramenti *in processione, spectat ad Sacerdotem celebrantem, ibid. & nu. 31.*

3 *Excommunicatus inquisitus, non debet audiri, nisi prius ab excommunicatione absolvatur.*

4 *Crimen læsæ Majestatis Divinæ, qua pœna plectendum.*

Injuriam inferens Ministris Ecclesiæ dum Divina celebrantur, qua pœna puniendus, ibidem.

Prohibens celebrari sacra misteria, vel conturbans, qua pœna puniendus, ibid. quod etiam in laicis locum habet, & num. 30.

5 *Materia excommunicationis,* can. si quis suadente diabolo, *quanam sit.*

6 *Excommunicatio* can. si quis suadente diabolo *tria copulativè requirit, ut in eam incurratur.*

Excommunicatio major non incurritur, nisi ob mortale peccatum, ibid.

D. Paulus Squillante *laudatur, ibid.*

7 *Actio, per quam percutitur Clericus, debet esse externa mortalis, ut in excommunicationem incurratur, & non sufficit si sit interna mortalis, si externus actus sit venialis.*

P. Franciscus Merolla *laudatur, ibid.*

Congregationis Oratorii Neap. *laudatur, ibid.*

8 *Actio externa ad incurrendam excommunicationem,* can. si quis suadente, *an requiratur, ut sit peccatum mortale ratione nocumenti, seu læsionis corporalis, an verò sufficiat, ut sit mortale ratione inhonorationis.*

Manuum injectio in Clericum, quando gravis reputetur, ibid. & nu. 6. 9. & 25.

9 *Manus violentas in Clericum injicere, quando quis dicatur, ad effectum incurrendi in excommunicationem.*

10 *Per manus violentas, non excluduntur cætera membra corporis, per qua actio injuriosa infertur Clerico.*

Manus est instrumentum aptius, & consuetum ad percutiendum, & dicitur organum organorum, ibidem.

11 *Absolutio ab excommunicatione* can. si quis suadente diabolo, *ad quem spectet, & nu. 16. 17. & 18.*

12 *Percussio Clerici triplex est, levis, atrox, & mediocris, & unaquaque exemplificatur, & nu. 13. & 14.*

Percussio levis in Clericum, quanam dicatur, ibidem.

13 *Percussio atrox, sivè enormis in Clericum, qua sit, & num. 26.*

14 *Percussio mediocris Clerici, quanam dicatur.*

15 *Ad Episcopum spectat judicare, quanam sit percussio levis, atrox, vel mediocris.*

17 *Absolvere ab excommunicatione* can. si quis suadente diabolo, *quando est dubium, si sit levis, vel gravis percussio, non potest Episcopus.*

18 *Episcopus in quibus casibus potest absolvere ab excommunicatione,* can. si quis suadente diabolo, *etiam si percussio sit gravis, & atrox, & numer. 35. 36. 37. & 38.*

Absolvere ab excommunicatione, can. si quis suadente diabolo, *quando possit Episcopus, etiam ob percussionem gravem, vel enormem, ibidem.*

19 *Absoluti ab Episcopo ab excommunicatione* can. si quis suadente diabolo, *propter aliquas causas impedientes eundi Romam, tenentur juramentum præstare, se impedimento sublato, ad Sedem Apostolicam accessuros ad se præsentandum.*

20 *Pueri impuberes, qui absolvuntur ab Episcopo ab excommunicatione reservat. Papæ, non tenentur post pubertatem Sedem Apostolicam adire.*

Puberes effecti majores, possunt absolvi ab Episcopo ab excommunicatione reservata Papæ, contracta antè pubertatem, ibid.

21 *Percutientes Clericum, quandonam non incidunt in excommunicationem. & nu. 20.*

22 *Vim vi repellendo incontinenti cum moderamine inculpatæ tutelæ, ad defendendum personam propriam, rem, aut honorem, percutientes Clericum non incidunt in excommunicationem, & numer. 28. & 29.*

23 *Clericum violenter repellens de domo sua, illam injustè occupantem, non incidit in excommunicationem.*

24 *Auferens per vim è manibus Clerici, rem sibi antea ab eodem Clerico furto subtractam non incidit in excommunicationem.*

25 *Auferens per vim de manu Sacerdotis celebrantis Tabernaculum cum Sanctissimo Sacramento deferendum in processione, quando incidat in excommunicationem, & num. 2. 4. 26. & 34.*

26 *Ablatio Tabernaculi cum Sanctissimo Sacramento de manu Sacerdotis per vim quando censeatur atrox injuria.*

Percussio Clerici, sivè injuria illi illata, quando judicatur atrox ratione loci, temporis, modi, scandali, facti notorietatis, ibid.

27 *Percussio duorum Clericorum, qui se invicem pugnis percusserunt coram Sanctissimo Sacramento fuit judicata gravis reservata Papæ.*

29 *Auferens è manibus Sacerdotis Tabernaculum cum Sanctissimo Sacramento in processione deferendum per vim, pro tuenda sua consuetudine, an incidat in excommunicationem, & nu. 34.*

30 *Eijciens per vim de Ecclesia Clericum turbantem divina officia, non incurrit in excommunicationem.*

31 *Delatio* Sanctissimi Sacramenti, *in processione spectat ad* Sacerdotem celebrantem, *& nu. 2.*

32 *Inadvertentia invincibilis tàm juris, quàm facti excusat ab excommunicatione, & à peccato, & quanam sit. & num. 33. & 34.*

Oblivio invincibilis excusat ab excommunicatione, & à peccato, & quanam sit, ibid.

Ignorantia invincibilis, & probabilis tàm juris, quàm facti excusat ab excommunicatione, & à peccato, & quanam sit, ibid.

33 *Ignorantia invincibilis facti, aut autem juris in foro externo, & contentioso, an excuset.*

Ignorare legum dispositionem, quam omnes scire tenentur, est lata culpa. ibid.

Lata culpa, qua delictum est, dolo comparatur, ibidem.

36 *Impotens ad iter propter infirmitatem oculorum, potest absolvi ab Episcopo ab excommunicatione Papæ reservata.*

37 *Parochus an possit absolvi ab Episcopo ab excommunicatione Papæ reservata, ne propter absentiam petendo Romam, animarum cura damnum patiatur.*

39 *Episcopus vigore S. C. Trid. potest absolvere in foro conscientia ab omnibus casibus occultis, & non deductis ad forum contentiosum, ità etiam dispensare in irregularitate, & nu. 44.*

40 *Irregularitas, an contrahatur à Sacerdote excommunicato deferendo in processione* Sanctissimum Sacramentum, *dicendo in fine*, Dominus vobiscum, *& orationem, & nu. 41.*

Excommunicatus exercens actus ordinis solemniter, an fiat irregularis, ibid.

Diaconus, & Subdiaconus, canentes Evangelium, & Epistolam solemniter, an fiant irregulares, ibid.

45 *Ignorantia, oblivio, seu inadvertentia invincibilis, an excuset ab incurrenda irregularitate in foro interno, & externo, & nu. 43.*

44 *Irregularitas quando dispensetur à Papa, & quando ab Episcopo.*

Episcopus quando possit dispensare in irregularitate, ibid.

45 *In dubio quando quis censeatur excommunicatus, vel irregularis.*

46 *Dubium Iuris, & dubium facti, quodnam sit, circa excommunicationem* can si quis suadente diabolo.

47 *In dubio juris, vel facti, an excusetur quis ab incurrenda irregularitate.*

Irregularis an censeatur quis in dubio juris, vel facti, ibid.

48 *Episcopus potest suspendere à Divinis, quem dubitat esse excommunicatum, vel irregularem, & inquisitum donec causa terminetur.*

49 *Percussor Clerici, antequam absolvatur ab excommunicatione, debet satisfacere Clerico læso, etiam in pecunia propter injuriam Populo, & Ecclesiæ, & num. 50.*

Ex percussione, & offensione publica Clerici, offenditur etiam Populus propter scandalum, ac etiam Ecclesia, ibid.

50 *Percussor Clerici debet genua flectere, & veniam petere, Deo, Populo, & Clerico læso, & illi satisfacere, & remissionem ab eo obtinere antequam absolvatur.*

Percussor Clerici debet absolvi ubi, & coram quibus præbuit scandalum, ibid.

51 *Percussor Clerici antequam absolvatur debet juramentum præstare de parendo mandatis Ecclesiæ, quæ illi fient, & nè deinceps delinquat contra talem* canon si quis suadente diabolo, *ibid.*

Absolutio in forma Ecclesiæ consueta, quomodo intelligatur, ibid.

52 *Precatio ad Episcopum, ut misericorditer se gerat cum Archipresbytero inquisito, & ut illum liberet, ac dimittat impunitum.*

53 *Episcopi qualiter se gerere debeant erga subditos delinquentes ex decreto S. C. T.*

Episcopus, uti Pastor, non percussor, est suorum subditorum, & illos tanquam filios, & fratres diligere debet, ibid.

Episcopus in corrigendis subditis, qualiter se gerere debet vigore S. C. T.

Dominus illuminatio mea dirigat me in viam veritatis.

ILLUSTRISS. AC REVERENDISSIME
Domine Episcope N.

AD ea, quæ mihi proposuisti respondendum, quid de Jure sentirem, infrascripta, brevi temporis intervallo mihi concesso, adnotare non desii, sed facto, in primis præmittendum esse duxi, ad *tex. in l. ut responsum, C. de transact.* cum ex eo jus oriatur, *l. si in plagis, paragrapho cum in clivo, ff. ad l. Aquil.* quod æquidem taliter mihi enarratum fuit.

2 N. N. Archipresbyter, & Parochus Terræ N. Habens consuetudinem deferendi Sanctissimum Sacramentum in processionibus, quæ fiunt intrà Ecclesiam tertia quaque Dominica cujuslibet mensis, ut moris est in d. Terra post celebratam missam cantatam. Fuit monitus in tertia Dominica mensis Februarii præsentis anni 1654. quod talis delatio Sanctissimi non pertinebat, ipso non celebrante, ad ipsummet, uti Archipresbyterum, & Parochum, sed ad Sacerdotem tunc celebrantem, & consecrantem hostiam includendam in Tabernaculo deferendo in processione ad præscriptum Ritualis Romani, & Cæremonialis Episcoporum, quo non obstante voluit illud deferre in processione habita eadem tertia Dominica Februarii, quia Sacerdos ille, qui tunc celebravit annuit voto ipsius; Cumque in tertia Dominica Martii celebrasset in eadem Ecclesia Matrici, in eodem Altare majori Missam cum cantu alius Sacerdos, & post sumptionem sanguinis reposuisset hostiam consecratam in sphera Tabernaculi deferendi in processione facienda post missam, fuit anteà iterum monitus dictus Archipresbyter ad ipsum non spectare delationem prædictam Sanctissimi, sed ad dictum Sacerdotem celebrantem, ut jubetur in dicto Rituali Romano jussu Pauli V. & in dicto Cæremoniali Episcoporum jussu Clem. VIII. editis, (& ità declaravit Sacra Congregatio, ut infrà *an mer. 31.*) & quod consuetudo pro se allegata, erat abusus, & per Bullam ejusdem Clementis VIII. positam in principio Cæremonialis super approbatione, & usu illius annullari, & revocari quascumque consuetudines in contrarium, etiam juramento, & Apostolica confirmatione roboratas, ac mandari observandum non solùm in Cathedralibus, sed ab omnibus in universali Ecclesia, ac proinde se debere abstinere à tali delatione, nè scandalum Populo oriretur, eò vel maximè, quia sic etiam observabatur in Ecclesia Cathedrali (quæ est mater, & magistra aliarum Ecclesiarum) & etiam in aliis Ecclesiis dictæ Diœcesis, & sic Illustrissimus, & Reverendissimus D. Episcopus Ordinarius oretenùs præceperat observari. Quibus ille non acquiescens, ac posthabitis, dicens animo satis turbato, ac vehementer irato, se velle deferre Sanctissimum, quia ipsi ex consuetudine competebat, addens, *E si non mi spetta per sarlo, fatene pigliare informatione*, & sic ira, ac impetu magno discessit à choro, accedens ad Altare majus ubi aderat dictus Sacerdos celebrans, & super illud Tabernaculum, seù ostensorium, & in eo patenter inclusum Sanctissimum Sacramentum deferendum, ac finita missa violenter cum furore, ira, atque irreverentia, & forsan scandalo publico eripuit de manibus Sacerdotis prædicti, dictum Tabernaculum cum Sanctissimo Sacramento, incurvando, (& si inadvertenter,) suis manibus, & contorquendo radios spheræ ejusdem Tabernaculi, in illa abstractione, ac dictum Sacerdotem cum brachio, seù cubito, (*Bussandolo*) cum tanta irreverentia, ac Populi scandalo, non obstante quod denuò dictus Archipresbyter fuisset tunc monitus alta voce Populo astante, & audiente ad ipsum non pertinere delationem prædictam, sed ad dictum Sacerdotem, qui tunc celebraverat. At ipse ità iratus, neque incensato Sacramento, & absque debita reverentia, ac genuflexionibus debitis Altissimo Domino, statim illud detulit in ipsa processione solemniter cum stola pro manutenenda sua consuetudine, fuit propterea inquisitus præfatus Archipresbyter in Curia Episcopali de tali delicto.

Et quia excommunicatus inquisitus si petat expediri, non

non debet audiri nisi prius petat, & obtineat absolutionem ab excommunicatione, ut tradit *D. Episcop. Genuens. in praxi Archiepisc. in 1. edi. cap. 28. num. 22 fol. 186. & in 2. edit. cap. 23. num. 22. & num. 25. in 4. edit. ac in ultima edit. Venet. cap. 29. nu. 22.*

4 Ideo antequam expediatur causa dicti sacrilegi delicti perpetrati, à Curia Episcopali, mihi ut respondeam iniunxisti, an dictus Archipresbiter ultrà alias pœnas corporales, quas pro tali crimine meretur (quod puto esse læsæ Maiestatis Divinæ capitali pœna plectendum, ut dixit *Gratian.* post *can. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. §. sivi, vers. qui autem de Ecclesia, per l. si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, C. de Episcop. & Cleric. & in auth. sed novo jure, C. eodem*, quæ desumpta est à § *si quis cum sacra, auth. de Sanctiss. Episcop.* ubi habetur, quod si quis, cum sacra misteria celebrantur ministris Ecclesiæ injuriam aliquam inferat, debet verberari, & in exilium mitti, si verò dicta sacra misteria conturbaverit, vel celebrari prohibuerit, capite puniatur, quod idem in litanijs locum habet. Etiam inciderit in excommunicationem contentam, & latam in *dict. can. si quis suadente*, & cui reservatam. Ac etiam, an contraxerit irregularitatem, & à quo dispensabilem.

In quo primo quæsito tres quæstiones examinandas pro veritatis dilucidatione, relictis aliis ad rem nostram non facientibus, puravi præmittendas. Prima, quænam sit materia istius excommunicationis, seù quænam actiones prohibeantur sub dicta excommunicatione. Secunda, quando ejus absolutio sit Papæ reservata, & quando ab ea possit absolvere Episcopus; Tertia, quandonam excusetur injiciens manus in Clericum, nè incurrat dictam excommunicationem.

5 Circa primam quæstionem, dico materiam principalem dictæ excommunicationis esse violentam, & injuriosam manuum injectionem; Per violentam autem manuum injectionem intelligimus actionem externam injuriosam, violentam consistentem in facto, seu opere, & contingentem personam Ecclesiasticam. Ex quo colligimus tria copulativè requiri, ut hujusmodi actio sit materia excommunicationis, & in illam incurratur.

6 Primò requiritur factum, ut est actio violenta, prout in *tex.* habetur, *Manus violentas injecerit*; Secundo, ut actio injuriosa attingat Clericum, ut in *text. In Clericum, vel Monachum*; Tertiò, ut actio violenta, & injuriosa sit mortaliter peccaminosa, & adsit animus injuriandi, cum in *text.* dicatur *Suadente diabolo*: Ac etiam quia major excommunicatio non incurritur, nisi ob mortalem culpam. Ità *Bonacin. tom. 1. de censur. in comm. disp. 2. quæst. 4. puncto 1. §. 1. nu. 1. 2. & 3. Dominus Paul. Squillante* multis nominibus laudandus in *tract. de privileg. Cleric. cap. 6. num. 2. Sylv. verbo excommunicatio 6. nu. 2.* Ne-

7 que sufficit, ut procedat ab actu interno mortali, sed requiritur, ut actus ipse externus sit gravis, & mortalis ità ut si quis percutiat Clericum, ità leviter, ut actus externus omnibus consideratis non censeatur sufficiens ad mortalem culpam, non afficitur excommunicatione, licet peccaverit mortaliter in intentione, intendens gravem injuriam inferre, & graviter percutere, *Rodriquez par 1. sum. cap. 80. conclus. 8. Bonacin. loc. cit. numer. 4. Sanch. lib. 2. summa cap. 8. nume. 7. Diana resol. moral. part. 5. tract. 5. resol. 65. Squillant. loco cit. num. 51. D. Gypsius*, qui fuit posteà Episcopus in *tract. de casibus reserv. cap. 3. num. 146.* eruditissimus *Merolla venerabilis, & nunquam satis laudatæ Congregationis Oratorii Neapolitani fulgentissimum sydus tom. 1. disp. 2. cap. 2. dub. 7. numer. 158. Gutier. infrà cit.* & cæteri communiter.

8 Sed, an requiratur, ut hæc actio externa, sit peccatum mortale ratione nocumenti corporalis, seù læsionis corporis; An verò sufficiat, ut sit mortale ratione inhonorationis; Et dico quod non solum quando persona Clerici graviter percutitur, incurritur excommunicatio; immò nec requiritur semper ad incurrendam hanc censuram, ut percussio corporalis talis sit, ut Clericum graviter lædat, cum sine gravi læsione corporis, posset quis manus violentas in ipsum injicere cum gravi injuria, quæ non solum sit contra honorem, sed contrà immunitatem proprii corporis, seù contra jus quod unusquisque habet in corpus suum, ut est violenta Clerici detentio, vel ablatio à suis manibus alicujus rei, quam justè detinet, & similia; Sed etiam si actio violenta personam Clerici levissimè attingat; Tamen secundum moralem existimationem virorum prudentum, sufficiens sit ad gravem injuriam contra honorem, & reverentiam debitam tali personæ, sufficit incurrendam hanc censuram; Cum sit manuum violenta injectio in Clericum, & gravis moraliter reputata, ut puta, quando quis conspuit in Clericum, aut virga percutit, &c. ità *Bonacin. loc. cit. tom. 1. de censur. disput. 2. quæst 4. §. 1. numer. 4. vers. ex opposito, Squillant. d. cap. 6. num. 54.* aliisque ab ipsis citati, quos sequitur *Diana, par. 10. tract. 14. resol. 36. vers. sed prorsus.*

9 Tunc autem dicitur quis manus violentas injicere in Clericum ad effectum incurrendi in hanc excommunicationem, quando facit actionem injuriosam, seù contumeliosam exteriorem, ac corporalem circà personam Ecclesiasticam, aut res ei adherentes, ut etiam Clericum occidere, vulnerare, mutilare percutere manu, brachio, pede, ense, fuste, vel illum violenter detinere, aut aliquid per vim, & injuriam eripere de manibus, vel de corpore ipsius, vel scindere, aut frangere, quod detinebat Clericus, vel eum persequi, ut in fluvium; aut foveam cadat, equo decidat, vel manus injiciens in equum, cui Clericus insidet. Illumvè percutiendo, frenum retinendo, aut lacerando: Cum omnes prædicti actus, & similes facti, à violenta manu emanasse censeantur, & quocumque modo persona Ecclesiastica quotiescumque irato animo læditur tunc incurritur dicta excommunicatio, *Confess. in collect. privileg. Mendoc. in summar. mater. tit. 14. cap. 1. conclus. 4. Sylu. verbo excommunicatio 6. nu 5. & 11. Tol. in summ. lib. 1. cap. 32. num. 4. Nav. etiam in summ. cap. 27. num. 77. Cajet. in ejus summ. verb. excommunicatio. cap. 10. notab. 1. Rodriq. d. cap. 80. conclus. 14. Ragus. in vase Eccles. discipul. tit. de excommunicatione, quæsito 67. num. 1. 2. & 3. & quæsito 72. à num. 4. ad 8. Squillant eodem cap. 6. num. 41. 42. & seqq. D. Gyps. fusè loc. cit. à num. 53. ad 68. Gambarupta simili tract. de casibus reserv. cap. 5. de excommun. Papæ reserv. quæ non continentur in Bulla Cœnæ num. 3. cum seqq. D. Genuens. d. cap. 23. vers. vigesimoquartò, in 2. edit. Graff. p. 1. decis. aur. lib. 1 cap. 49. à num. 10. ad 17. Bonac. loc. sup. cit. Gutier. canon. quæst lib. 1. cap. 5. numer. 15.*

10 Cum dicitur per manus violentas, non excluduntur cætera membra corporis, per quæ actio injuriosa infertur, sed dicitur per manus, quia manus est instrumentum aptius ad percutiendum, & consuetum, per quem vis injuriosa inferri solet, & dicitur organum organorum, *Nav. eodem cap. 27. num. 77. Ragus. d. quæsito 67. num. 3. Bonac. loc. cit. §. 1. num. 3. Graff. eodem cap. 49 num 10.* aliique communiter.

11 Ad secundam quæstionem, sic respondeo, quod regulariter absolutio dictæ excommunicationis est Papæ reservata, ut patet in *tex. d. cap. si quis suadente, & in cap. 1. cap. non dubium, cap. parvi, & cap. tua nos, de sent. excomm.* sed pro solutione, dico triplicem esse percussionem hujusmodi; modicam, sivè levem, atrocem, sivè enormem, & mediocrem.

12 Per levem percussionem non debemus intelligere de ea, quæ sit sine peccato mortali, nam per talem per-

percussionem non incurritur dicta excommunicatio major, quæ nonnisi pro mortali culpa fertur, *Gambarupta loc. cit. dict. c. 1. n. 23. Gutier mox citand. Nav. d. cap. 27. num. 91.* Prout neque incurritur, quando externa percussio, & injuria est venialis, licèt mortalis sit ob pravum percutientis animum, ut supra, & sic actio externa debet esse mortalis ad incurrendam dictam excommunicationem, sed levis percussio, & impulsio est pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, vel lapidis, quæ ad livorem, mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem capillorum magnam non ascendit, etiam si parum sanguinis exeat dicitur modica, quamquam in hac re certa regula dari nequeat; sed levitas, aut gravitas percussionis, & læsionis judicanda est arbitrio Judicis, seù Episcopi ex circumstantiis personarum locorum, temporum, ac modi percussionis, & læsionis, ut expresè habetur in *extravag. perlectis*, nondum Typis mandata, relata tamen per *Nav. d. cap. 27. num. 91. & Confect. cit. tit. 14. conclus. 5* quamvis mutilatè, nam integram ad verbum refert *Prasec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 1. tit. de casibus Episcop. reserv. sub num* 14.

13 Atros, sivè enormis est, quæ conjuncta est cum gravi læsione, nempè cum magna sanguinis effusione, vel ad occisionem, aut membri mutilationem perventum est, ità ut vulnus notabile illatum sit, vel quæ fit cum gravi injuria, (ut est casus noster.) Primò ratione personæ, ut si fuerit læsus Sacerdos indutus sacris vestibus, vel in altare ministrans (etiam si leviter percutiatur,) vel ei aliquod de manu tunc violenter eripiatur, vel si Episcopus, Abbas, & superior Monasterii lædatur. Secundo, ratione loci, putà si fiat in publica platea, theatro, vel in Ecclesia, aut coram Sanctissimo Sacramento coram Prælato, vel quando Clericus detinetur in deterrimo carcere. Tertio ratione temporis, putà si fiat tempore celebrationis missarum, divinorum officiorum, processionis Sanctissimi Sacramenti, & hujusmodi; Quarto, ex modo percussionis, quando percussio est valdè ignominiosa attentis circumstantiis, & auctoritativè; Quinto, ratione scandali, si publicè fiat irreverenter coram Populo. Sexto, ex facti notorietate, & specialiter tempore magnæ festivitatis.

14 Mediocris percussio dicitur illa, quæ est media inter levem, & enormem, qualis est illa, qua dens extrahitur, capillorum copia evellitur, cicatris sigillatio relinquitur.

Et ità hæ tres species percussionis, & læsionis sic explicatæ, & distinctæ desumuntur ex *d. extravag. Perlectis*, prout etiam sic latè explicant Doctores, præcipuè *Cajet. dict. cap. 10. vers. demum, Nav. d. cap. 27. à num. 16. ad 20. Gambarupta loco cit. num. 23. Bonacin. d. tom. 1. eadem disp. 2. quæst. 4. puncto 5. nu. 8. Squillant. cit. cap. 6. à num. 99. ad 102. D. Episcopus Ricc. in praxi fori Eccles. in 1. impressione, sive in parvis praxi excommunicationis, decis. 461. nu. 8. & 9. Graff. cit. cap. 49. à num. 51. ad 57. D. Gypt. eod. cap. 3. num.* 88.

15 Judicium verò judicandi, quandonam percussio sit levis, mediocris, vel enormis spectat ad Judicem, seù Episcopum, & in dubio judicanda est gravis, vel enormis, non autem levis, ut clarè patet in *text. d. extravag. perlectis*, quam ut dixi ad verbum refert *Prasec. loco supra addatile*, ità *Graff. par. 2. lib. 3. cap. 5. num.* 16. & alii *DD. sup. cit.* ac cæteri communiter.

16 Resolvendo ergo secundam quæstionem, dico absolutionem dictæ excommunicationis regulariter esse Summo Pontifici reservatam, ut supra dixi: Tamen quando est levis percussio, potest ab ea absolvere episcopus, *ex text. notab. in cap. pervenit*, ubi *glos. & DD communiter de sent. excomm.* Quando verò percussio, sivè læsio est mediocris, aut enormis pertinet ad Papam ejus absolutio, ut in *dicta extravag.* & est communis opinio ab omnibus recepta, & observata, & tradunt præcit. DD.

17 Quinimmo, quando dubitatur, an sit gravis, & sic reservata ejus absolutio Pontifici maximo, vel levis, à qua potest absolvere Episcopus juxta dispositionem *dict. cap. pervenit*, minimè poterit in hoc casu dubio Episcopus absolvere, ea ratione, quia percussio Clerici non solùm quando est certum, quod sit gravis, sed etiam quando est dubium, est expresè reservata summo Pontifici, ut constat ex *d. extravag. perlectis*, & docet optimè *Meroll. d. tom. 1. disp. 3. dub. 2. consil. 23. numer.* 171.

18 Non ignoro tamen nonnullos casus esse exceptos, in quibus, etiam quando percussio est gravis, scilicèt mediocris, vel enormis, potest Episcopus absolvere à dicta excommunicatione, quod evenire potest ex triplici capite. Primo ratione corporalis impedimenti, ut sunt infirmi, pauperes, debiles, senes, cæci, & claudi. Secundo ratione canonici impedimenti, ut servi, filii familias, exercentes munus publicum, habentes justam causam. Tertio ratione juris beneficii, ut sunt mulieres, impuberes, Clerici simul viventes, Regulares, Nobiles, & delicati viri, ostiarii; qui quidem casus enumerantur in *cap. 1. 2. 3. & in cap. non dubium, cap. mulieres, cap. de cæteris, cap. cū noscitur, cap. quod de his, cap. de monialibus, cap. relatum, cap. quamvis, & cap. fin. eod. de sent. excomm.* quos æquidem casus, quatuor versiculis recenset *Abb. in cap. cum illorum sub princip. eod. tit.* Nempè.

Regula mors, sexus, hostis, puer, officialis,
Deliciosus, inops, æger, senexq; sodalis,
Janitor, astrictus, dubius, causæ, levis ictus,
Debilis, absolvi sine summos Sede merentur,

Quos explicant Doctores, præsertim *Nav. eodem cap. 27. à num. 88. ad 91. Tol. d. lib. 1. cap. 37. à num. 7. ad 11. Cajet. d. cap. 10. circa finem, Graff. dict. par. 2. lib. 3. cap. 6. Barbos. tract. de potest. Episcopi part. 2. alleg. 41. à nu. 6. ad finem, Bonacin. d. disp. 1. quæst. 4. puncto 5. à num. 9. ad 15. Squillant. eodem cap. 6. à num. 106. ad 109. Ragut. ubi supra, quæsito 73.* latè *D. Gypt. d. cap. 3. à num. 73. ad* 94 & Ego breviter, & succinctè sic explico.

Regula, idest Regulares, & Moniales; mors, idest existentes in periculo mortis; Sexus, idest mulieres; Hostis, idest habens capitales inimicitias; Puer antè 14. annom completum; Officialis, quando ex officio arcet turbam; Deliciosus; idest persona nimium debilis, & delicata; Inops; idest pauper, non autem mendicans; Æger, idest infirmi; Valetudinarii, membris debilitati, & quacumque infirmitate iter impediente detenti, & cæci, claudi, &c. senex, idest in senectute constitutus; Sodalis, idest Clerici in communi, & collegialiter viventes; Janitor, arcendo turbam; Astrictus, idest servi, & filii familias; Dubius, ut Curatus dubitans, nè propter ejus absentiam cura Animarum detrimentum patiatur; Causæ, idest aliam causam justam habens; Levis ictus, idest levis percussio; Debilis, idest impotens ad iter.

19 Sed qui in prædictis casibus absolvuntur ab Episcopo quando impedimentum est temporale, non perpetuum, & non possunt adire tunc supremum Pontificem, tenentur juramentum præstare, impedimento sublato ad Sedem Apostolicam se accessuros ad se præstandum, *d. cap. cū noscitur, & cap. de cæteris, D. Gypt. ibid. num.* 94 & alii Doctores supra allegati, prætterquam pueri impuberes, qui possunt absolvi ab Episcopo, etiam post pubertatem, & non tenentur etiam post pubertatem adire Sedem apostolicam, quia ab excommunicatione *d. cap. si quis suadente* contractu antè pubertatem, possunt absolvi ab Episcopo, etiam post pubertatem effecti majores, *cap. fin. eod. de senten. excom. D. Gypt. ubi sup. num.* 86.

21 Quoad tertiam quæstionem primi quæsiti, dico

multos

multos esse casus recensitos à Doctoribus, in quibus percutiens personam Ecclesiasticam non afficitur excommunicatione, sed quia non omnes faciunt ad casum nostrum, illum tantùm ad rem, de quo verba facimus pertinentem discutiemus.

22 Illi itaque, qui vim vi repellendo in continenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ ad defendendum suam personam, vel rem suam, aut proprium honorem Clericum percutiunt, non incidunt in hanc excommunicationem, *cap. si vero 3. cap. ex tenore 10. eodem tit. Sylu. eodem verbo excommunicatio 6. num. 6. vers. nono, Nav. d. cap. 17 num. 91. D. Cypr. d. cap. 3. a num. 101. ad. 136 Ragac. dict. quæst. 73. post. num. 21. vers. hoc nota. & vers. an ab hac excommunicatione, Cajet. d. verb. 6. vers. secundum est. Bonacin. eodem disp. 2. quæst. 4 puncto 4. num. 1. Squillant. cit. loc. num. 77.* & cæteri communiter, modò vis injustè inferatur idem *Bonacin. tom. 1. de irregular. disput. 7. quæst. 4. puncto 6 num. 1.*

23 Undè inferunt alleg. Doctores, quod qui violenter repellit de domo sua Clericum illam injustè occupantem, quando repellens non potest aliter illam recuperare, quam violenter Clericum repellendo, non peccat mortaliter, cum utatur jure suo, & consequenter neq; afficitur excommunicatione, *Bonac. d. disp. 2. q. 4. puncto 4. num. 4. vers tertio illum excusari.*

24 Inferunt secundò neque affici dicta excommunicatione illum, qui per vim aufert è manibus Clerici rem antea ab eodem Clerico sibi subtractam, tunc scilicet cum Clericus est in asportatione illius rei furtatæ, antequam illam ad locum destinatum deferret, & sic incontinenti post furtum factum, *Cajet d. cap. 10. post notab. 4. vers. in præsenti igitur, D. Cypr. cit. c. 3. num. 60. Squillant. d. cap. 6. num. 80.*

25 His itaque præhabitis, consideratis, & præmissis, devenio ad casum dicti Archipresbyteri de quo loquimur, & dico, quoad primum quæstionem ea supra jam adductis & discussis apertissimi juris esse dictum Archipresbyterum incurrisse, & contraxisse excommunicationem præ ictam eripiendo per vim cum impetu, ira, indignatione, atque irreverentia de manu Sacerdotis celebrantis, ad quem de jure spectabat, Tabernaculum, in quo patenter erat inclusum Sanctissimum Sacramentum, etiò quod non percussisset, sed eundem Sacerdotem stringendo (*Bastandolo*) brachio, seù cubito, etiam leviter, tamen publicè: Imò & quod pejus ac detestabiliùs cum illo impetu torquendo, & incurvando, suis manibus radios sphæræ Tabernaculi, in qua aderat ille panis Angelorum, & hànè contrectatur Corpus Christi verum, Deus omnipotens, Rex Regum, & Dominus dominantium? Alii judicent doctiores.

26 Absolutionem hujus excommunicationis, esse supremo Pontifici Maximo reservatam, nemo est, qui neget, vel dubitet, sivè negare, vel dubitare possit: Cum dicta ablatio violenter facta cum tali ira, indignatione, & irreverentia eripiendo Tabernaculum, seù Ostensorium, imò ipsummet Sanctissimum de manu Sacerdotis talibus modis sacrilegis supra relatis, sit gravis, atrox, & enormis, tùm ratione personæ offensæ, qui est Sacerdos celebrans indutus sacris vestibus; Immò ipse Deus omnipotens sic malè, & sacrilegè tractatus, quis si judicatur gravis injuria, & percussio facta in personam Prælati, vel superioris, quanto magis si fiat in personam ipsius summi Regis, summique Sacerdotis, & Pontificis Christi Jesu, vel circa adhærentis illius: prout est Tabernaculum, in quo aderat hostia consecrata, & in ea sub illa panis specie Christus Jesus, in cujus nomine omne genu flectitur, (& ipse Archipresbyter absque genuflexione, & incensatione detulit) verus Deus, & homo, verè realiter, & substantialiter, ac tota Sanctissima Trinitas per concomitantiam; Tum ratione loci, scilicèt in Ecclesia Matrici coram Populo, & coram eodem Sanctissimo; tùm ratione temporis divinorum officiorum, celebrationis missæ cum cantu, ac processionis ejusdem Sanctissimi tunc faciendæ; item ex modo auctoritativè, & cum ignominia tùm Sacerdotis, tùm Sanctissimi Sacramenti; Ac etiam ratione scandali publici, & facti notorietatis, prout supra probavimus, auctoritate canonum, & ex juris dispositione, ac etiam auctoritate, & communi sententia Doctorum, Et etiam si essemus in dubio, similiter judicanda est gravis, & atrox, & propterea ejus absolutio reservata Papæ, ut supra probavimus ex d. *extravag. perlectis*; Iidemque quando dubitatur an sit gravis, vel levis, neque tunc posse absolvi ab Episcopo, ex eadem *extravag.* docet *Merell. sup. cit.*

27 Et si gravis, & sic reservata Pontifici Maximo fuit judicata in Curia Archiepiscopali Neap. Percussio duorum Clericorum, qui invicem pugnis se percusserunt sine sanguinis effusione, vel carnis sugillatione coram Sanctissimo Sacramento in publica processione facta per Civitatem Neapolitanam, ut refert *D. Genuens. in dicta praxi cap. 28. num. 7. in 1. edit. fol. 206. & in 2. edit. cap. 33. etiam num. 7. & num. 9. in quarta editione, & D. Ricc.* illo citato in *d. praxi fori Eccles. decis. 461. num. 3. in parvis*, quamvis dicta percussio de per se levis fuisset, quanto magis hæc, de qua agimus, quæ secuta fuit cum tanta irreverentia, scandalo, indignatione, sacrilegio, ex circumstantiis supra relatis?

28 Confugit Archipresbyter ad præcitat. *text. in cap. si verò el primo, & cap. ex tenore eodem.* In quibus disponitur vim vi repellere licere, & ipsum non incidisse in excommunicationem vim suæ consuetudini illatam repellendo. Sed respondet adversa pars ipsum non vim sibi illatam injustè vi repulisse, sed potius ipsum, vim injustè Sacerdoti intulisse; cùm monitus non solùm antè delationem, & processionem ipsam, sed etiam per mensem antea in tertia Dominica Februarii, ut supra in facto adduximus, ad ipsum non spectare, & pertinere, & consuetudinem sibi, tanquam abusum non suffragari, & ipse respondit: *Se non mi spetta portarlo, facciane pigliare informatione*, & sic ipse Archipresbyter accessit ad altare, & ad Sacerdotem vim illi injustè inferendo, & illum aggrediendo, non autem Sacerdos ad ipsum, & Sacerdos fuit aggressus, non Archipresbyter.

29 Neque invenio apud Doctores (quantum præ angustia temporis mihi licuit) licere pro defendendis juribus, & consuetudine, nè dicamus abusu, his modis sacrilegis de Sacerdotis manibus publicè in Ecclesia Populo adstante violenter Sanctissimum Sacramentum eripere, absque incursu excommunicationis, sed solummodo præter alios casus exceptos, qui non faciunt ad nostrum propositum, (ideo illos omitto discutiendos) dicunt Doctores, & Canones citati quod vim vi repellere licet, modo, vis injustè inferatur ob defensionem personæ, rerum, & honoris, ratio æquidem est, quia non est violenta, nec ad injuriam, cum fiat se defendendo, non autem aggrediendo, ut ait *Squillant. cit. cap. 6. num. 77.* Non autem ob defensionem jurium, & consuetudinis, talis enim consuetudo defendi potest aliter, scilicèt implorato Judicis auxilio, & illius auctoritate ab eo obtinendo mandatum de manutenendo, ut passim fieri solet, & poterat Archipresbyter in dicto tempore unius mensis illud obtinere, vel aliter ab Episcopo, & illius Curia, auxilium, vis Juris, sibi præstari facere, & non manus violentas injiciendo, & malè, sacrilegè, & irreverenter accipere Ostensorium cum Sanctissimo Sacramento, eo magis, quia ei pluries fuerat dictum consuetudinem suam assertam tanquam abusum fuisse rejectam, & reprobatam à Clemente VIII. in præcitata *Bulla approbationis, cæremonialis*, & quod ita obser-

obſervari præceperat oretenus D. Epiſcopus, & ille non acquievit dicto præcepto, neque Rubricis Ritualis, & Cæremonialis, neque Juri Pontificio in dicta Bulla Isto, dicens: *Se non me ſpetta portarlo, facciano pigliare informatione*, præcipitemque ſe dedit in tale facinus.

30 Et ſi velit Archipresbyter ſe tueri ea diſpoſitione *text. in capit. veutras 16. eod. de ſentent. excommunicat.* in quo diſponitur licere Clericum turbantem divina officia de Eccleſiis ejicere, & manus ſuper illum imponere, violenter trahendo, abſque incurſu excommunicationis, & quod propterea ipſi licuit expellere de altari Sacerdotem illum, ac de ejus manibus eripere Tabernaculum, tanquam turbantem Divina officia, modò expulſio fiat bono zelo, non animo vindictæ, & injuriandi, ut ait *gloſ. ibi, in verbo celebrationem*; Sed an Sacerdos ille turbaverit ipſum Archipresbyterum, an verò ipſe Archipresbyter animo vindictæ turbaverit illum Sacerdotem Divina facientem, ad quem de jure ſpectabat delatio Sanctiſſimi Sacramenti, ut
31 ſupra probatum eſt, & declaravit Sacra Rituum Congregatio die 12. Junii 1618. ut refert *Gavant. in commentar. ad rubric. Miſſal. par. 4. tit. 12. num. 4.* judicent alii.

32 Poſtremò ſi forſan ſe velit excuſare non incidiſſe in excommunicationem hujuſmodi propter inadvertentiam, & oblivionem invincibilem, ex eo, quia in illo actu non advertit ad excommunicationem incurrendam, & propterea non ſolùm ignorantiam probabilem, ſeù invincibilem, ſed etiam inadvertentiam, & oblivionem invincibilem, & inculpabilem, tàm juris, quàm facti excuſare ab illa incurrenda: Cum inadvertentia, ſivè oblivio tàm juris, quàm facti invincibilis cenſeatur, quando nulla notitia, nulla dubitatio, aut ſcrupulus de præcepto, de obligatione, & de cenſura venit in mentem, nec confuſa in univerſali, aut in particulari, & conſequenter nullum poſſe eſſe peccatum in voluntatis conſenſu, niſi in intellectu aliqua cogitatio præceſſerit, ideſt actualis aliqua advertentia, & conſideratio malitiæ moralis, vel periculi, aut ſaltem aliqua dubitatio, vel ſcrupulus. Nàm, ut quis peccet, debet actu conſiderare, & advertere, vel opus illud, quod facit, eſſe malum, vel ibi eſſe malitiæ periculum, vel ſaltem dubium, aut ſcrupulum aliquem habere, quod ſi nihil horum præceſſerit, ignorantia, inadvertentia, ſeù oblivio cenſetur omninò naturalis, & invincibilis, & ideò dum non adeſt peccatum mortale, neque incurritur excommunicatio; Ità ex Neotericis *Azor. tom. 1. lib. 1. capit. 16. quæſt. 3. & 4. Sanch. dict. lib. 1. ſumm. capit. 16. numer. 8. 21. cum ſeqq. & de matrimon. tom. 2. diſput. 32. numer. 29. Bonacin. dict. tom. 1. de cenſur. in commun. diſp. 1 quæſt. 2. puncto 1. à nu. 3. ad 6. Meroll. d. diſp. 1. cap. 1. num. 16. 47. 48. 105. 106. & 219.* & alii ab his relati.

33 Reſpondeo, & concedo, hoc eſſe verum, & procedere in foro interno, & conſcientiæ, in quo utraque ignorantia invincibilis à Theologis, ſivè probabilis à Juriſtis appellata Juris, & facti excuſat; Tamen in foro externo, & contentioſo ſolummodo ignorantia invincibilis facti, non autem Juris regulariter excuſat ex regula *Ignorantia 13. de regul. juris in 6.* quoniam in eo foro externo non præſumitur ignorantia legum *l. leges ſacratiſſimæ 9. C. de legibus*; ratio eſt, quia ignorare hujuſmodi legum diſpoſitionem, quam omnes ſcire tenentur, eſt lata culpa *l. lata culpa 223. ff. de verb. ſignificat. Bartol. in l. quod Nerva, num. 7. ff. depoſ.* ſed lata culpa, quæ delictum eſt, & dolo comparatur *d. l. quod Nerva 32. ff. depoſ.* non præſumitur in foro exteriori, *Meroll. eadem diſput. 1. capit. 2. num. 11. 42. & ſeq. Azor. cit. lib. 1. capit. 13. quæſt. 3. & capit. 16. quæſt. 1. Sanch. dict. capit. 16. num. 26.* Immò etiam in eodem foro contentioſo, etiam ignorantia facti aliquando non excuſat in multis caſibus, ut per *Dynum ſuper d. reg. ignorantia, de regul. juris in 6. & Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23* & quod dictum eſt de ignorantia invincibili, ſeù probabili, habet etiam locum in inadvertentia, ſeù oblivione, *Meroll. eodem numer. 19. & 48.* ſed in caſu noſtro ignorantia Juris non excuſat, ut diximus, cum ſimus in foro contentioſo judiciali, ſcilicèt non poſſe Archipresbyterum excuſari ignorantia prædicta, quia verè ſcit, ſciebat, & ſcire debebat tanquam Parochus, eſſe à Jure latam excommunicationem contrà injicientes manus violentas in Clericum, quod quidem etiam pueri ſciunt; Neque excuſatur ignorantia facti, & ſic ignoraſſe clericatum, dum perſona offenſa, & læſa erat Sacerdos indutus ſacris veſtibus in altare celebrans publicè coram Populo.

34 Concludimus ergò, quod in foro animæ, & interiori conſcientiæ ſtandum eſt ſuæ conſcientiæ, ſi verè in ipſo Archipresbytero fuit in illo actu inadvertentia, ſeù oblivio invincibilis, modo ſupra explicato; & propterea, an egeat in ipſo foro conſcientiæ abſolutione ab excommunicatione prædicta, vel nè. In foro autem exteriori, & contentioſo judiciali, in quo reperitur inquiſitus, ex ſupra jam dictis incidiſſe in excommunicationem Summo Pontifici reſervatam affirmandum cenſeo, cum Eccleſia non judicet de occultis.

35 Quæritur modò, an ſaltem dictus Archipresbyter poſſit abſolvi ab Epiſcopo à dicta excommunicatione in aliquo caſu, ex illis contentis in quatuor illis verſibus ſupra adductis *numer. 18. ex Abb. in capit. cum illorum, de ſenten. excommun.* Reſpondeo duos tantùm caſus ex illis, ipſi Archipresbytero accommodari poſſe, & ſuffragari, nempè caſum infirmitatis oculorum, & caſum dubii, nè propter ejus abſentiam petendo Romam, Animarum cura detrimentum patiatur.

36 Quoad infirmitatem oculorum, quam patitur, ſi verè; & realiter eſt impotens ad iter, poteſt ab Epiſcopo abſolvi per cit. *text. in capit. de cætero, capit. ea noſcitur, capit. quod de his, & capit. quamvis eodem, de ſentent. excomm.* præſtito tamen juramento, quod ſublato impedimento ſi non eſt perpetuum, ſed temporale, ſe quamprimum præſentaturum Sedi Apoſtolicæ.

37 Quoad alteram cauſam excuſationis, quod ſcilicèt habeat curam Animarum, & dubitet propter ejus abſentiam petendo Romam pro abſolutione damnum eas paſſuras, idem dicendum eſt, neque ei prodeſſe, quia procedit quando non poteſt conſtitui, & relinqui Vicarius idoneus, qui curam gerat Animarum in ejus abſentia, *Nav. in dict. capit. 27. numer. 90. Barboſ. dict. alleg. 41, numer. 8. Ragu. dict. quæſito 73. numer. 15.* Nàm jam Archipresbyter habet Vicarium, ſeù Oeconomum idoneum ſibi datum, qui vice ſua exercet curam Animarum, & invigilat ſuper oves, quæ nullum detrimentum propter ejus abſentiam eſſent acceptturæ, cum jam à multo tempore ipſe Archipresbyter de illis curam non habuit, nec habet, ſed ejus Oeconomus.

38 Quinimmò dictæ cauſæ, & ſimiles ſolum vendicant ſibi locum in foro conſcientiæ, non verò in foro contentioſo externo, in quo abſque eo, quod iter agat, Romam petendo perſonaliter pro abſolutione, poteſt illam obtinere per Breve Apoſtolicum, in quo committitur abſolutio in partibus, & ipſi Epiſcopo à Summo Pontifice, ejuſque Sancta Sede, ut paſſim fieri, & concedi audio; ità *Bonacin. tom. 1. de cenſur. in commun. diſput. 1. quæſt. 3. punct. 2. numer. 4. verſ. ego verò exiſtimo*, & ſic non obſtant dictæ cauſæ, & ſimiles excuſationes, quæ locum habent in foro conſcientiæ tantùm.

39 Neque me latet, quod ſi caſus eſſet occultus, & minimè deductus ad forum contentioſum, poſſet abſolvi ab Epiſcopo ex facultate ſibi conceſſa per *Sac. C. Trid.*

ſeſſ.

sess. 24. de reform. cap. 6. Tol. eod. cap. 31. nu. ult. in impress. Venet. 1617. Bonac. d. disp. 2. quæst. 4. puncto 5. num. 19. Squillant. d. cap. 6. num. 110. & alii communiter. Nec taliter absolutus teneretur postea Papam, ejusque Sedem Apostolicam adire, *Bonacin. ibidem*, etiam si percussio esset enormis; Sed talis facultas data Episcopis à Sacr. Consil. Trident. fuit solummodò concessa in foro conscientiæ, non autem in foro judiciali, ut est casus noster, *Ugolin. d. cap. 57. §. 2. num. 7.* & patet ex verbis ejusdem Sacr. Conc. Trid.

40 Quæstio secondo principali. An Archipresbyter contraxerit, etiam irregularitatem deferendo solemniter Sanctissimum Sacramentum in processione cum stola post contractam dictam excommunicationem, & dicendo in fine processionis, Dominus vobiscum, & orationem; Respondeo quod excommunicatus majori excommunicatione exercens actus ordinis solemniter, vel ex officio, & tanquam ordinatus faciat actum ordini saltem sacro deputatum, fit irregularis, *cap. si quis Episcopus in Concilio 11. quæst. 3. cap. 1. & cap. is cui. de sentent. excommun. in 6.* Et sic non solum irretitos majori excommunicatione celebrans missam fit irregularis, sed etiamsi Sacerdos tanquam Hebdomadarius in choro diceret officium, vel lectiones, responsoria, vel capitulum, sive orationem, ac Dominus vobiscum, vel si subdiaconus canat Epistolam cum Manipulo, & Diaconus cum Stola Evangelium solemniter, *Abb. in cap. si quis Presbyter, num. 4. 7. & 10. de cleric. excomm. interd. ministr. Tol. d. lib. 1. cap. 67. num. 3. & 4. Sylv. verbo irregularitas, num. 15. vers. quartum si Sacerdos, Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 21. num. 5. Bonacin. eadem tom. 1. de irregul. disp. 7. q. 3. puncto 6. nu. 1. & 3. cum seqq.* & alii communiter.

41 Itaque Archipresbyterum irretitum, & affectum excommunicatione, de qua supra saltem in foro externo, & contentioso, & postea ita excommunicatum existentem, deferendo Sanctissimum Sacramentum in processione solemniter cum Stola, dicendo in fine, Dominus vobiscum, & orationem, sive ex officio, sive tanquam Sacerdos fecerit actum ordini sacro deputatum, & consequenter effectum esse irregularem, saltem in foro externo contentioso, in quo adest inquisitus, non est qui dubitet. Nam in foro interiori

42 conscientiæ, poterit excusari ex ignorantia invincibili Juris, & facti, seu ex inadvertentia, & oblivione similiter invincibili; quæ excusant ab irregularitate incurrenda, ut probat *Sanch. lib. 9. de matrimon. disput. 32. num. 17. Diana part. 4. tract. 2. resolut. 85. Bonacin. loco cit. de censur. in comm. disput. 1. quæst. 2. puncto 1. num. 13. & de irregular. disput. 7. quæst. 3. puncto 5. num. 1. Moroll. dict. disput. 1. cap. 2. num. 48. 49. & 85.* Etsi non desint Doctores, etiam probabiliter asserentes non excusare ignorantiam juris irregularitatem imponentis, ut *Azor. dict. par. 1. lib. 1. cap. 15. quæst. 7. Cordub. Suar. Alvar. & Avila*, qui sunt graves Doctores, quos refert idem *Moroll. d. nu. 48. & Diana d. resol. 85.*

43 In foro autem externo contentioso judiciali, in quo præsens casus versatur sola ignorantia facti excusat, non vero juris, ut supra latè probavimus ex regula *Ignorantia, de regulis jur. in 6.* quod etiam locum habet in inadvertentia, seu oblivione, prout etiam supra diximus & ex eodem *Moroll. d. disput. 1. cap. 1. nu. 21. 42. & seq. Azor. & Sanch.* quos ibidem supra adduximus; ideoque si dicat Archipresbyter se ignorasse hoc jus constituens pœnam irregularitatis contra excommunicatos exercentes actum ordini sacro deputatum, vel se ex inadvertentia, seu oblivione invincibili hoc fecisse, cum sit ignorantia juris, quod tenetur scire, non excusatur in dicto foro contentioso, in quo repetitur inquisitus, ex dicta regula *Ignorantia*; & ut supra pluries diximus, quod disponitur de ignorantia, locum habet etiam in inadvertentia, & oblivione. Atqui neque ignorantia facti potest excusari, cum ea non adfuit, certum enim est ipsum exercuisse actum ordini sacro deputatum in processione Sanctissimi. Nec potest dicere illum actum, non esse actum ordini sacri destinatum, quia hæc esset ignorantia crassa, nè dicam crassissima quæ non excusat.

44 Quæ quidem irregularitas à solo Papa est dispensabilis, *cap. 1. de sentent. excommun. in 6. cap. 1. de sentent. & re judic. eodem lib. 6. Bonacin. ubi supra de irregular. disput. 7. quæst. 3. puncto 5. num. 11.* nisi in casu, quo delictum esset occultum, & minimè deductum ad forum contentiosum, & tunc in foro conscientiæ tantùm, non autem in foro fori contentioso dispensaret Episcopus vigore decreti *Sacr. Concil. Trid. eadem cap. 6. sess. 24. de reform.* Ac etiam quando excommunicatus exercet solemniter actum ordinis sacri etiam publicè, modo delictum, idest excommunicatio sit occulta, ita ut nesciatur, an sit excommunicatus, adhuc dicitur occultum, & dispensabile ab Episcopo, *D. Ricc. d. praxi irregularitatis decis. 523. nu. 5. in 1. impress. Nav. eod. c. 27. n. 241. circ. principium, Bonacin. dict. num. 11.* At delictum, idest excommunicatio dicti Archipresbyteri, non est occultum, sive occulta, & propterea non excusatur ab irregularitate, neque ab Episcopo potest dispensari.

45 Ulterius, nè prolixius videar, relictis aliis quæstionibus, quæ disputari possent, Videndum est ultimo, si Archipresbyter esset dubius, an in dubio quis censeatur excommunicatus, atque irregularis, & dico probabilem esse opinionem illorum asserentium in utroque foro censendum in dubio tàm facti, quàm juris esse aliquem excommunicatum, ex illo principio, quod tutior pars est eligenda, ad tex. in cap. juvenis, de sponsal. Alii tenent in solo dubio facti, non autem juris censeri excommunicatum. Alii tandem dicunt solum in foro conscientiæ id procedere, & in eo foro deberi amplecti para tutior; in foro verò exteriori contentioso benignior pars, ac in dicto foro non censeri in dubio aliquem excommunicatum, ita Doctores, quos refert *Moroll. eadem tom. 1. disput. 7. cap. 3 nu. 200.* sed ipse *Moroll. nu. 201.* tenet probabilius in dubio tàm facti, quàm juris aliquem non censeri excommunicatum, ita etiam *Bonacin. ubi supra de censur. in commun. disp. 1. q. 2. punct. 6. §. 1. n. 49. Sanch. d. lib. 1. sum. cap. 10 nu. 55.*

46 In casu autem nostro, non adest dubium juris excommunicationem imponentis contra injicientes manus violentas in Clericum, quia Archipresbyter bene, verè & certissime sciebat, nè dum scire debebat, uti Parochus; quod etiam Pueri, & laici etiam Plebei sciunt communiter, & de hoc non est utiq; dubium; Neque adest dubium facti, quod æquidem est, quando est certa excommunicatio, ut hæc est, de qua loquimur, sed dubitat aliquis an Clericum percusserit, & consequenter an sit excommunicatus, quod est dubium facti, & tunc si præmissa debita diligentia, non potest de percussione certus esse, non teneri absolutionem procurare, quia in neutro foro censetur excommunicatus, ex eo quia nullus est textus decidens in dubio præsumi aliquem excommunicatum, *Sanch. eodem cap. 10. num. 55. Moroll. dict. num. 201.* Et sic neque in casu nostro, adest tale dubium facti, dum certum est Archipresbyterum per vim, ex ita eripuisse Tabernaculum cum Sanctissimo de manu Sacerdotis, illumve attingendo (*Bussandolo,*) & sic etiam, si sequamur hanc opinionem *Morolla*, & aliorum in dubio, etiam facti, non censeri aliquem excommunicatum, adhuc Archipresbyteri non dicitur habere dubium, neque juris, neque facti.

47 Quoad irregularitatem, idem dicendum est tam in dubio juris, quàm facti in utroq; foro excusare præterquam in irregularitate ex homicidio, *Sanch. loco cit.*

num. 48. Diana dict. part. 4. tractat. 2. resolut. 52. vers. verum, Bonacin. d. num. 49. vers. neque obstat, Meroll. loc. cit. num. 222. 225. & 229. quamvis sit etiam probabilis contraria sententia multorum gravissimorum Doctorum in dubio aliquem reputandum esse irregularem, quod refert idem *Merolla ibid. num. 219. & Dian. eidem resolut. 52. in princip.* sed esto, quod non velimus sequi hanc opinionem probabilem, sed sequi illam *Meroll. Sanchez, Diana, & Bonacin.* jam supra relatam, adhuc in casu nostro non adest dubium aliquod; Non enim adest dubium juris, cum sit certum, & indubitatum à jure esse statutam, & impositam irregularitatem prædictam; Neque adest dubium facti, quia est etiam certissimum Archipresbyterum exercuisse actum ordinis sacri solemniter in processione deferendo Sanctissimum, & dicendo, Dominus vobiscum, ac orationem, ut supra retulimus. ergo &c.

48 Unde optimis rationibus Illustrissimus, ac Reverendissimus D. Episcopus potuit impedire, ac suspendere Archipresbyterum à Divinis, donec causa excommunicationis, & irregularitatis terminetur, *Marol. de irregular. lib. 5. cap. 51. num 10. vers. & ex eis, ad text. in cap. ex tuarum 8. & in cap. inter 10. in princip. de purg. canon.*

49 Observandum est pariter, quod percussor Clerici antequam absolvatur ab excommunicatione debet satisfacere Clerico læso, *cap. Parochianos, cap. ea noscitur, & cap. quamvis, de sentent. excommun.* quæ satisfactio consistit, ut ultra damna existimetur injuria, & satisfiat Clerico in pecunia, *cap. olim, de injur.* & læsus dicens quod vellet potius tantum de suo perdidisse, quam pati talem injuriam, Judex taxabit secundum qualitatem, & quantitatem injuriæ, læsionis, & personæ, *D. Genuens. cit. c. 23. n. 4. vers. 2 notandum in secunda editione, Squillant. supra cit. cap. 6. num. 111.* Offenditur etiam Populus pro scandalo propter offensionem, & læsionem publicè factam Clerico, ac etiam offenditur Ecclesia propter dictam offensionem, & læsionem Clerico factam, *cap. 2. ubi gloss. de foro compet.* Ideoque Archipresby-

50 ter non solùm tenetur genua flectere, veniam, ac misericordiam petere in eadem Ecclesia publicè coram eodem Populo Deo, scilicet, eidem Populo, & Sacerdoti, sed etiam in pecunia eidem Sacerdoti satisfacere, & Ecclesiæ & remissionem à dicto Sacerdote obtinere; *Ignat. Lopez de Salzedo in addit. ad Diaz. in pract. crimin. can. ad cap. 90. vers. ex hac sanè injuria,* & postea debet absolvi publicè in eadem Ecclesia coram eodem Populo ac multitudine gentium, ubi, & coram quibus præbuit scandalum, ut magis confunderetur, dum commisit tale detestabile crimen sacrilegii. *D. Genuens. eadem cap. 23. num. 3. vers. sed sunt aliqui casus, & c. 24 ante n. 1. in secunda editione,* & non solum debet satisfacere, ut supra offensis, sed etiam debet juramentum præstare ante absolutionem

51 de parendo mandatis Ecclesiæ, quæ illi fient pro tali causa, & præcipuè nè deinceps delinquat contra dictum *can. si quis suadente, 17. quæst. 4.* contra quem faciendo censuram ipsam incurrit ad *text. in cap. ex tenore de sentent. excomm.* quod idem est, ac si dicatur absolvendum esse in forma Ecclesiæ consueta, ut habetur in *Rituali Roman. tit. de Sacrament. Pœnitentiæ, rubric. de absolutione ab excommunicatione in foro exteriori* & est *text. in cap. ex tenore 10. eodem, de sentent. excommun.*

52 Hæc sunt, quæ in hac materia adnotare potui, pro satisfaciendo muneri mihi injuncto, in tam paucorum dierum intercapedine; Non desino tamen suppliciter exorare suam Illustrissimam dominationem, ut benignè, & misericorditer se gerat cum dicto Archipresbytero in hac causa, dum certum est, se ita, & taliter gessisse pro tuendis suis juribus, seu consuetudine, non advertendo ad illa, quæ tali impetu faciebat, cum facile putem in foro conscientiæ propter in tali actu inadvertentiam, neque excommunicationem, neque irregularitatem contraxisse, & proinde excusandum esse ab omni delicto, de quo supra nu. 2. etiam in foro judiciali, in quo reperitur inquisitus, & ut illum liberes, ac impunitum reddas, & dimittas propter ignorantiam, & inadvertentiam, & ut cum illo pietatem, benignitatem, atque misericordiam exerceas, ut pius Pastor non percussor ad præscriptum *Sacr. Concil. Trid. sess. 13. cap. 1. de reform.* omni qua possum humilitate, enixè precor; mihi enim sic ha-

53 betur: *Ipse Pastores, non percussores esse meminerint* (scilicet Episcopos) *atque ita præesse subditis oportere, ut non in eis dominentur, sed illos tanquam filios, & fratres diligant, elaborentque, ut hortando, & monendo ab illicitis deterreant, &c. quos tamen, si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli, est ab eis servanda præceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate, & patientia; Cum sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam austeritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus caritas, quam potestas.*

Sin autem ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia judicium; cum lenitate severitas adhibenda est, ut sine asperitate disciplina Populis salutaris, ac necessaria conservetur, &c. cum sit diligentis, & pii simul Pastoris officium, morbis ovium levia primum adhibere fomenta, post, ubi morbi gravitas, ita postulet, ad acriora, & graviora remedia descendere.

Abbas Joannes Jacobus Gizzius.

Et cum supra in *Observat. 167. nu. 18 fol. 148.* promisimus in calce hujus operis afferre Juris responsum datum Episcopo Bojanensi à prædicto meo Fratre circa materiam delicti occulti, notorii, vel manifesti, & deducti in foro contentioso, ideò consultius visum fuit illud hic adjicere, dum in hoc supra nunc allato Responso ejusdem num. 30. fit mentio de eo, cum habeat connexitatem cum illo.

Michael Angelus Gizzius.

SECUNDUM RESPONSUM.

De quo supra in Observat. 167. num. 18. fol. 148.
Ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. D. Joseph Prothospatarium Episcopum Bojanensem

SUMMARIUM.

1 *Episcopus vigore Sacr. Concil. Trident. potest in irregularitatibus, & suspensionibus occultis, præter eam, quæ oritur ex homicidio voluntario, & alias ad forum contentiosum deductas, dispensare, & in omnibus casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reservatis absolvere.*

2 *Delictum quando dicatur occultum, vel deductum ad forum contentiosum, ad hoc, ut valeat Episcopus, vel nequeat dispensare, & nu. seqq. usque ad finem.*

3 *Occultum quodnam sit, & nu. 4. & 6.*

4 *Publicum delictum quale sit, & notorium, manifestum vel famosum, & nu. 5. & 6.*

5 *Impedimentum quando dicatur occultum in materia dispensationis in foro conscientiæ, quæ à sacra Pœnitentiaria obtinetur.*

6 *Notorium crimen vel fit notorietate juris, vel notorietate facti*

Notorium juris quale sit, ibid.

Notorium facti quale sit, ibid.

7 *Delictum quando dicatur deductum ad forum contentiosum, & nu. 8. & 9.*

9 *Delictum an dicatur occultum, ut possit in eo dispensare*

pensare Episcopus, si Reus fuit absolutus in judicio, & nu. 10.

10 *Reus si fuit absolutus depravatis modis, & falsis testibus, vel quia delictum erat semiplene probatum, an dicatur adhuc delictum occultum, & non deductum ad forum contentiosum, ad hoc, ut possit Episcopus dispensare.*

11 *Judicium si non fuit per sententiam finitum, sed intermissum, an possit elapso anno Episcopus dispensare cum Reo.*

12 *Reus si non fuit absolutus, neque condemnatus, sed simpliciter dimissus, an possit cum eo Episcopus dispensare.*

13 *Inquisitus si fuit punitus, & condemnatus, an possit cum eo Episcopus dispensare, & num. 14.*

14 *Delictum punitum, an remaneat publicum, ad hoc, ut in eo Episcopus non valeat dispensare.*

15 *Inquisitus, si non fuit absolutus, neque condemnatus, sed se transegit cum Curia, an possit cum eo Episcopus dispensare.*

Transactio imponit finem liti, & habet vim rei judicata, dummodo transactio non fiat in casu non transigibili, ibid.

Transactio facta in casu non transigibili inducit confessionem, & probationem delicti, ibidem.

Notorium an inducatur per confessiones, & probationes factas in judicio, ibid.

16 *Reo condemnato, an delictum remaneat deductum ad forum contentiosum, & num. 15. & 14.*

17 *Dispensatus ab Episcopo in crimine occulto, si postea idem crimen detegatur, & ad forum contentiosum deducatur, an dicta dispensatio valeat etiam in foro exteriori.*

18 *Delicti actus, si est publicus, sed ignoratur esse delictum, an remaneat adhuc occultum delictum, ut in eo possit Episcopus dispensare.*

Sacerdos excommunicatus occultus, si publice celebret, an possit ab Episcopo in irregularitate dispensari, ibid.

19 *Delictum publicum in uno loco, sed occultum in alio, ubi petitur absolutio, vel dispensatio, an possit ab Episcopo absolvi, vel dispensari.*

Excommunicatus denunciatus, vel publicus Clerici percussor in uno loco, an debeat vitari in alio loco, ubi solùm excommunicatio est occulta, ibid.

20 *Delictum perpetratum à duobus, si unus tantum fuit in judicio deductus, alter qui non est delatus potest ab Episcopo absolvi.*

21 *Irregularitas proveniens ex homicidio voluntario, etiam si sit occulta, non potest in ea Episcopus dispensare, & nu. 1.*

22 *Opinionem probabilem, & quæ favet Pœnitenti, & Reo, an licitum sit sequi, relicta probabiliori, tam in foro conscientiæ, quàm judiciali.*

Episcopus erga subditos benigne, non acriter, & severe se gerere debet, & ut pater benevolus erga filios, ibid.

Adsit Christus Jesus.

1 AD mihi propositum dubium sic respondeo per *Sacr. Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de reform.* disponitur licere Episcopo in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum dispensare, Et in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis in foro conscientiæ gratis absolvere.

2 Ideo in casu de quo agitur videndum, an delictum sit occultum, vel non deductum ad forum contentiosum, ad hoc, ut Episcopus valeat dispensare: Ac etiam, an irregularitas super qua petitur dispensatio ab Episcopo, sit orta ex homicidio voluntario, ut propterea nequeat Episcopus in ea dispensare.

3 Quoad primum nonnulli putant occultum in præsenti materia intelligendum esse secundum terminos juris, scilicet id, quod non potest probari, & verba Sac. Concil. Trident. intelligenda secundum proprietatem, & sic delictum factum coram duobus, vel tribus, licet non sit notorium, tamen non posse ab Episcopo absolvi, quia non dicitur occultum, quod potest probari per duos testes, & sic Sac. Concil. Trident. utitur verbo *Occulti*, quod propriè loquendo dicitur, quod probari non potest. Ita *Garz. ex declarat. Sacr. Congregat. tom. 2. de benefic. part. 7. cap. 11. num. 46. & 47. D. Episcop. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 513. num. 4. in 1. & parv. impress. & resolut. 450. d. num. 4. par. 1. in 2. edit. Gutier. canon. 99. lib. 1. cap. 13. num. 27. Barbos. in summ. Apostol. decis. verb. absolvere sollicit. 9. num. 10.*

4 Alii tenent tunc dici occultum ad hoc, ut possit Episcopus dispensare, quando non est publicum, licet à multis sciatur, & potest tergiversatione celari, & etiam si sit notum multis, factum tamen coram paucis, si divulgetur, non desinit esse occultum, argumento *text.* Sacri Evangelii, *Marc. cap. 5 vers. 40. usque ad finem.* Publicum autem est notorium, manifestum, vel famosum, & ut delictum dicatur publicum, non sufficit, ut actus, qui est delictum, sit publicè, nisi etiam publicè sciatur esse delictum, puta si excommunicatus occultus celebret publice, ut infra in fine dicam, & quando delictum non est publicum, nec notorium, nec manifestum, vel famosum, etiam si sit notum aliquibus, nec de illo sit fama in majori parte viciniæ, Collegii, vel monasterii, dummodò saltem decem inveniantur in eis, adhuc dicitur occultum, & potest Episcopus dispensare vigore dicti decreti Concil. Trid. Ita *Nav. in summ. cap. 27. nu. 255. Tol. lib. 1. cap. 85. num. 6. in impress. Venetiis 1617. D. Episcopus Genuens. in prax. cap. 66.* aliàs 67. secundum ordinem Indicis, *nu. 2. & 4. in prima impress. Neap. 1602. fol. 355. & in ultima impressione Venetiis apud Saviones 1645. fol. 221. cap. 67. sub titul. de potest. Episcopi vigore, cap 6. sess. 24. de reform. Conc. Trid. Marol. de irregular. lib. 5. cap. 51. num. 4. Zecch. de casibus reserv. casu ult. num. 1. Vener. in exam. Episcop. lib. 2. cap. 24. num. 11. & 12. Sanch. de matrim. tom. 3. lib. 8. disput. 24 num. 55. & 56.* idem *tom. 1. consil. lib. 6. cap. 3. dub. 3. num. 9. & in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 9. Piasec. in prax. par. 1. cap. 2. num 56. D. Episcopus Campanil. in divers. jur. can. rubr. 7. cap. 5. nu. 7. Joan. Maria Novar. pract. conclus. jur. Pontif. titul. de dispensat. conclus. 4. num. 2. & seq.* Idem in *alleg. post decis. 107. Ricci tom. 4. vers. quoad primum. Barbosa de potest. Episcop. Allegat. 39. à num. 10. ad 27. Dian. par. 7. tract. 2. resol. 15. Eman. Sà verbo Episcopus, num. 34.* & probabilem hanc esse opinionem tenet etiam *Garz. ubi supra num. 45.*

5 Et hanc opinionem quoad brevia pœnitentiariæ, in quibus adest clausula, dummodo impedimentum sit occultum, vocat probabilem etiam *Garz., sup. cit.* pro contraria opinione *d. nu. 46.*

6 Crimen notorium fit, vel notorietate juris, vel notorietate facti. Notorium juris est illud, de quo quis in judicio est confessus, vel convictus, vel condemnatus; idest quando constat ex rei propria spontanea confessione in judicio facta, vel indubitata, & clara probatione, vel ex sententia ultima, & irrevocabili.

Notorium facti est, quando est clara loquutio ex evidentia facti proveniens, quod aliqua tergiversatione celari non potest, vel quando scitur à majori parte viciniæ, Collegii, vel Monasterii, dummodo in eis non sint pauciores personæ, quam decem. *Tol. in cit. impress. lib. 1. cap. 69. nu. 2. Zecch. in supracit. casu ult.*

num. 3. Barbos. dict. alleg. 39. num. 23. & seq. Ugolin. de potest. Episcop. cap. 57. §. 2. nu. 5. Sanch. lib. 6. consil. tom. 2. cap. 3. dub. 3. nu. 3. Nav. in sum. cap. 25. nu. 73. Vener. d. c. 24. nu. 11.

7 Ad forum verò contentiosum quando dicatur delictum deductum, ut nequeat vigore decreti Concil. Trid. ab Episcopo dispensari, est controversia.

Nam aliqui dixerunt tunc dici ad forum contentiosum deductum, quando de eo facta est denunciatio, vel accusatio coram legitimo Judice, & Judex processit ad citationem, cum judicium incipiat à citatione, *§. fin. instit. de pœna temer. litig.* & sic non sufficit sola informatio capta per Curiam, si Curia ipsa non processit contra inquisitum, & illum citare non fecisset, sic tenent idem *D. Genuens. citat. cap. 66. seu 67. num. 5. D. Episcop. Ricc. collect. 721. part. 3. & in prax. in prima impressione decisio. 522. & in secunda edit. resol. 449. par. 1. Prasec. eodem cap. 1. num. 56. vers. 3. requiritur, Sanch. dict. disput. 34. nu. 58. Ragne. in vase Eccles. discipl. tit. de Episcop. quæsito tc. num. 10. fol. 268.* & alii Doctores, quæ opinio est probabilis.

8 Sed etiam probabilis est opinio eorum, qui dixerunt non dici delictum plenè, & perfectè deductum ad forum contentiosum quousque lis contestata sit, & sic post litis contestationem dici deductum ad forum contentiosum, ita ut possit Episcopus dispensare cum delinquente ante litem contestatam triplici ratione, quas adducit, & tenet *Barbos. dict. alleg. 39. num. 29. 30. & 31. Joan. Maria Novar. ubi supra conclus. 6. num. 3. & in cit. alleg. vers. sed delicto ad forum Gavant. in man. Episcop. verbo absolutio, num. 12. Diana dict. part. 7. tractat. 2. resolut. 17.* qui hanc opinionem etiam probabilem appellat, pro qua citat alios DD.

9 Quid si Reus fuit absolutus in judicio, an dicatur crimen occultum ad nostrum propositum.

Negative respondent aliqui, ita ut nequeat Episcopus dispensare. Ita *Garz. eodem cap. 11. num. 50. & seq.* ubi dicit, quod Sacr. Conc. Trident. absolute excipit delicta ad forum contentiosum deducta, & sic sola deductio sufficit, ut nequeat Episcopus illius vigore dispensare; hanc opinionem videtur tenere *Guttier. qq. canon. lib. 1. cap. 3. num. 10. Rodriq. tom. 1. sum. cap. 68. in fine nu. 16.*

10 Sed alii dicunt, quod si Reus fuit absolutus, poterit Episcopus dispensare, etiam si mediis depravatis, & falsis testibus se adjuvavit, vel quia semiplene probatum, nam remanet occultum, quia non fuit deductum cum effectu, ex quo non fuit plene probatum. Ita *D. Genuens. eodem cap. 66. seu 67. num. 5. D. Episcop. Squillant. de privileg. Cleric. cap. 4. nu. 160. Joan. Maria Novar. in dict. allegat. vers. sed dolo-ctio, circa med. Sanch. tom. 1. de matrim. lib. 2. disp. 37. num. 12. in supracit. lib. 8. disp. 34. num. 57.* ac *in summ. eodem cap. 11. num. 21. D. Campanil. loc. cit. rubr. 7. cap. 5. num. 8. & rubr. 11. cap. 23. num. 144. Prasec. ubi supra num. 56. Emanuel Sà verbo Episcopus, num. 24. Ugolin. cit. cap. 57. §. 2. num. 4. vers. secundo amplificatur Mar. Anton. Maceratens. var. resol. lib. 3. resolut. 16. num. 21. vers. nec obstat. Bonac. tom. 1. de censur. in comm. disp. 1. quæst. 3. puncto 2. num. 2. & de irregular. disp. 7. quæst. 5. punct. 1. nu. 5. vers. dixi excepto delicto. Graff. tom. 1. lib. 1. cap. 13. num. 44. Barbos. eadem allegat. 39. num. 32. Ragne. ubi sup. num. 11. Dian. eodem tract. 2. resol. 18. vers. sed ego, & vers. nota etiam, & alii.* Ea siquidem ratione, quia cessat ratio, ob quam crimen dicitur deductum ad forum contentiosum, nam perinde est, ac si non fuisset deductum, & revocetur ad eum statum, in quo antea reperiebatur & consequenter censetur occultum; quia aut fuit absolutus diffinitive, & tunc nullum est dubium, aut fuit absolutus ab instantia, seu ab observatione judicii, & tunc adhuc remanet occultum sicut prius, quia per eam sententiam in judicium est terminatum, & est sublata ea infamia orta ex deductione in id forum, ita DD. citati.

11 Immo etiam si judicium non fuerit per sententiam finitum, & terminatum, sed intermissum, & derelictum ex eo, quod accusator per annum tacuerit, tunc elapso anno posse ab Episcopo dispensari, tenent *D. Campanil. d. cap. 23. num. 142. vers. alterum, Dian. par. 7. tract. 2. resol. 18. vers. sed ego, & par. 10. tract. 12. resol. 23. in fine, D. Barbos. alleg. 39. n. 34.*

12 Quod si Reus non fuit absolutus, nec diffinitive, nec alio modo, sed simpliciter dimissus, & eductus è carcere cum onere, & promissione de se præsentando toties quoties non potest Episcopus cum eo dispensare, ita ex declaratione Sacræ Congregationis tenet *Garz. ubi supra num. 47. in fine*, hanc opinionem tenet etiam *D. Squillant. eodem cap. 4. num. 165. cum dict. Garz. & Barbos. in summ. Apost. decis. verbo absolvere, collect. 9. num. 10. ac Dian. in sup. acit. resol. 19. in fine, vers. notandum est tamen*, qui etiam citat *Marchin. & Barbos. d. alleg. 39. n. 3.*, qui quidem *Barbos. in dict. alleg.* id in meo Codice non dicit, sed tantum quod in delicto deducto, & jam punito, quod non possit Episcopus dispensare, ea ratione, quia non potest negari delictum punitum ad forum contentiosum esse deductum, nec dici occultum, imo publicum, ut infra mox dicetur; sed dictam opinionem *Garz.* videntur tenere omnes illi Doctores, qui tenent in delicto etiam punito non posse Episcopum dispensare, quia jam est deductum in foro contentioso.

13 Itaque si inquisitus fuit punitus, & condemnatus, tunc aliqui Doctores tenent posse cum eo Episcopum dispensare judicio jam finito, & delicto jam probato, & punito, *Sanch. d. lib. 2. sum. cap. 11. n. 21. vers. sed quid si delictum, Dian. par. 4. tract. 4. resol. 97. & part. 7. tract. 2. resol. 19. ex Henriq. Avila, Reginald. Castrens. Bossi. Sanctarell. Marchin. & aliis*, & ratio quam adducunt *Sanch.* & alii, sola intentio Concil. Trident. fuit conservare auctoritatem Judici de delicto illo cognoscenti, & non concedere delicta publica, ad hoc, ut publicum scandalum caveatur, at in hoc eventu utrumq. scandalum cessat; Nihil enim auctoritati Judicis detrahitur cum jam functus sit officio suo, delictum illud puniendo; Cessat etiam scandalum publicum punitione illa humiliter tolerata à delinquente, cum per illam purget delictum & satisfaciet Reipublicæ, ita *Sanch. loc. cit.* & secundum hanc opinionem testatus *Avila* se vidisse impendi absolutionem ab excommunicatione deducta ad forum contentiosum finito judicio, ut refert *Dian. dict. resolut. 19.* ubi hanc, & contrariam opinionem mox infra referendam, utramque, scilicet vocat probabilem.

14 Alii verò contrarium sentiunt, & est etiam probabilis sententia, ut supra ait *Dian* quod scilicet eo casu non possit ab Episcopo dispensari, ea quidem ratione, quia jam remanet publicum, & deductum delictum ad forum contentiosum, quæ namque in judicio probantur, appellantur publica, & cum Sacr. Conc. Trid. non distinguat, nec nos distinguere debemus. Ita *Bonacin. tom. 1. de irregular. disp. 7. quæst. 5. punct. 1. nu. 6.* qui respondet rationibus adductis à *Sanch. sup. cit.* Ita etiam tenent *Novar. in supracit. conclus. 6. n. 5. Guttier. & Rodriq. loc. sup. cit. Garz. dict. cap. 11. nu. 50. Barbos. dict. alleg. 39. numer. 35. Dom. Squillant. dict. cap. 4. num. 164. Ugolin. eodem cap. 57. §. 2. num. 5.* & videtur tenere etiam *Dom. Genuens.* mox infra citand. numer. 6. ibi: *Et sufficit, quod inquisitus non reperiatur condemnatus, nec dubium est, quod non damnetur.*

15 Major difficultas est, quando inquisitus non fuit condemnatus, neque absolutus, sed se transegit, seu com-

composuit cum Curia, an tunc possit Episcopus dispensare vigore decreti Concil. Tridentin.

D. Gennens. dict. cap. 65. seu 67. nu 6. in prima impress. fol. 357. & in ultima impressione Venet. sup. cit. fol. 224. tenet hoc casu non dici amplius delictum deductum ad forum contentiosum, ex eo quia transactio imponit finem liti, & habet vim rei iudicatæ, & sufficit, quod inquisitus non reperiatur condemnatus, nec dubium est, quod condemnetur, dummodo transactio non fiat in casu non transigibili, quia tunc induceret confessionem, & probationem delicti, & confessiones, & probationes factæ in judicio, inducunt notorium; quam doctrinam *D. Gennens.* sequuti sunt *Ragus ubi supra, tit. de Episcop. quæsito* 10. *num.* 11. *Piasec. in sup. cit. num.* 56. *vers. tertio requiritur, in fin.*

Sed *D. Squillant. eodem cap. 4. num.* 166. *in fine,* 16 videtur contrarium tenere, ea ratione, quia delictum jam est deductum ad forum contentiosum, & hanc opinionem tenere videtur *Dian. par. 10. tract. 12. resol.* 33. *vers. itaque, in fine,* ibi: *Verum tu cogita*, & etiam videntur tenere omnes illi Doctores sup. cit. qui sustinent, quod si Reus fuit condemnatus, vel etiam absolutus, remanet delictum deductum ad forum contentiosum, & proinde indispensabile ab Episcopo vigore dicti decreti Concil. Trid. prout *Gutier. Rodriq. & cæteri sup. citati*, eo magis, quia doctrina tradita à *D. Gennens. in d. 1. impress.* non adest in aliis Codicibus impressis postea in anno 1609. & 1616. ipsomet vivente, in quibus deest integrum dictum *cap.* 66. ut etiam advertit *Dian. dict. resolut.* 35.

17 Si post obtentam ab Episcopo dispensationem existente crimine occulto; idem crimen postea detegatur, & ad forum contentiosum deducatur, tunc dispensatio facta valebit pro foro tantum interiori, ut sit *Tol. cit. cap. 85. un. 7. fol. mihi* 239. quem sequitur *Garz. in sæpe cit. cap. 11. num. 51. & D. Squillant. dict. cap. 4. num* 167. sed *D. Campanil. in supracit. rubric. 11. cap. 23. n. 144. ex Henriq. & Suar. & Dian. eadem resol.* 18. *in fin.* tenent, quod à pio Episcopo, aut ultero Judice, etiam in foro exteriori, si postea delictum detegatur, admittenda est talis dispensatio antea concessa, nam delictum jam erat occultum, & quia, quod ait *Sac. Conc. Trid. d. cap.* 6. pro foro conscientiæ, videtur restringi quoad absolutionem peccati, aut censuræ reservatæ, non autem quoad dispensationem super irregularitate, aut suspensione.

18 Quando denique delicti actus est publicus, sed ignoratur esse delictum, puta, si excommunicatus occultus celebret publicè, adhuc dicitur occultum delictum, quamvis celebratio sit manifesta, & irregularitas dicetur occulta propter occultam excommunicationem, ex qua ipsa descendit; & ideo poterit tunc Episcopus dispensare vigore dicti *Conc. Trident. D. Gennens. dict. cap. 66. seu 67. num. 4. Joan. Maria Novar. in cit. alleg. posita post decis. 117. tom. 4. Riccii dict. vers. quoad primum, in fine, Dian. eodem tract. 2. part. 7. resolut. 16. vers. ex quibus, Nav. dict. cap. 27. num. 155. in fine, & cons. 2. de Cler. non ord. ministr.* (licet ibi *Additionator* videatur dubitare,) ita etiam *Piasec. in cit. num. 56. vers. 2. requiritur, in fine,* & alii DD.

19 Sed si delictum in una Civitate est publicum, vel per facti notitiam, vel ex notorietate juris. In alia verò, in qua petitur absolutio, vel dispensatio in irregularitate, esset occultum, in qua non sit spes, ut publicetur; tunc an possit Episcopus absolvere, vel dispensare, & *Bona. de censur. in com. tom. 1. disput. 1. qu. 3. punct. 2. num* 3 cum aliis, tenet negativam sententiam, quia negari non potest illud delictum publicum esse, ita etiam de delicto deducto ad forum contentiosum in uno loco, non posse Episcopum dispensare in alio loco, ubi omnino ignoratur, tenet ex *Palao & Trullench. Dian. par. 7. tract. 2. resol. 17. in fine*; Sed à delicto publico in una Civitate, vel per notorietatem facti, vel per notorietatem juris, posse Episcopum absolvere, vel dispensare in alia, ubi est occultum, nec sit spes, ut ibi publicetur, neque sit notitia talis delicti illuc facillimè perventura, quia in tali loco delictum verè dicitur occultum, tenet etiam probabiliter idem *Dian. loco cit. resolut. 10. ex Fagund. Avil. Sanch. & Duard.* quos ibi citat; sicuti excommunicatus (ut subdit idem *Dian. in fine,*) denunciatus, vel publicus Clerici percussor in uno loco, non est in alio loco, ubi talis excommunicatio est occulta, vitandus ab illis, qui factum norunt, quia talis excommunicatus retinet jus suæ famæ.

20 Et si duo sunt consortes criminis ejusdem, & unus tantum in judicium deferatur; alter, qui non est delatus potest ab Episcopo vigore facultatis dict. Sacr. Concil. Trid. absolvi, quia ejus delictum, quatenus ab ipso processit, non est ad judicium deductum, *Dom. Squillant. de privileg. Cleric. cap. 4. num. 163. Sanch. lib. 2. summ. cap. 11. num. 21. Dian. dict. part. 7. tract. 2. resolut. 18. vers. sed ego puto, in fine, & par. 10. tract. 12. resolut. 53. vers. notandum, in fine, D. Gennens. in praxi dict. cap. 66. seu 67. num. 5.* ibi: *Item delictum meum. Ugolin. d. cap. 57. §. 2. nu. 4. vers. nec regula. Bonacin. ubi supra de censur. in comm. disp. 1. qu. 2. punct. 2. n. 2. vers. addo Piasec. ubi sup. n. 56. vers. 3. requiritur, D. Ricc. collect. 721. par. 5.*

21 Quo verò ad irregularitatem, super qua petitur dispensatio à N. si orta fuit ab homicidio voluntario, nulli dubium est, quod etiam si sit occultissima, minimè poterit Episcopus in illa dispensare, cum verba textus S. C. T. sint clarissima; ideò in hoc non insisto.

22 Quæ omnia prudentiæ Illustrissimæ, ac Reverendissimæ Dominationis tuæ submitto, qui tamen tuta conscientia poterit sequi opiniones probabiles, & benigniores supra relatas, cum licitum sit unicuique probabilem, ac benigniorem sequi sententiam, quæ magis favet pœnitenti, ac Reo, etiam relicta probabiliori, tum in foro conscientiæ, cum etiam in foro judiciali, quando probabilitas est circa Jus, & ex parte juris, ut tenent *Bonacin. tom. 2. disput. 2. qu. 4. punct. 9. nu. 13. 14. & 15. Ioan. Sanch. disp. 44. num.* 50. aliique quos refert, & sequitur *Dian. par. 2. tract. 13. resol. 3.* Ut cum subditis benignè, & humaniter, non autem acriter, inclementer, ac severè; sed uti pater benevolus erga filios regeras, atque demonstres; Cum etiam in criminalibus, quando ambæ opiniones sunt probabiles ex parte facti, non solum potest, sed debet Judex sequi opinionem probabilem ad favorem Rei, etiam relicta probabiliori, *Merell. tom. 1. disput. 5. cap. 4. num. 172. 180. & 181.* Neap. hac die 15 mensis Augusti 1664.

Abbas Joannes Jacobus Gizzius.

TERTIUM JURIS RESPONSUM.

Pro Reverendo D. Donato Mancino Rectore unitarum Parochiarum Sancti Angeli, & Sancti Mercurii Terræ Campobassi Bojanensis Diœcesis, super articulo, An Parochia unita alteri Parochiæ, retineat Privilegia, Statuta, Consuetudines, Prærogativas, ac Jura, quæ ante unionem illi competebant.

SUMMARIUM.

1 *Parochus, seu Rector duarum Parochialium, an retineat statuta, privilegia, consuetudines & jura, quæ prius competebant Parochia unita, & num. 10. 11. 12. 15. 20. 22. 25. 26. & 33.*

Privilegia, statuta, consuetudines, ac jura, quæ competunt alicui Parochiæ, an illa, si alteri Parochiæ uniatur, remaneant, vel amittantur, ibidem, & nu. 10. 11. 12. 15. 20. 21. 25. 26. & 33.

Parochia unita alteri Parochiæ, an retineat prærogativas, & jura quæ ante unionem ipsi competebant, ibid. nu. 10. 11. 12. 15. 20. 22. 25. 26. & 33.

2 *Veritas magis, quam amici præferenda est.*

Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas, ibid.

3 *Bulla unionis Parochiæ Sancti Mercurii cum Parochia Sancti Angeli Terræ Campobassi refertur ad literam, & earum dissunio, num. 38.*

4 *Unio Ecclesiarum, quænam sit, & quando fieri debeat, & nu. 6. 7. & 8.*

5 *Unionem duarum Ecclesiarum potest facere Episcopus in sua Diœcesi, & nu. 6.*

6 *Unio Parochiarum, ut fieri possit ab Episcopo, requiritur causa justa, scil. necessitas, vel utilitas, & nu. 4. 14. & 18.*

7 *Necessitas, quænam dicatur, ut possit fieri unio duarum Parochiarum.*

8 *Utilitas, quænam dicatur, ut possit fieri unio duarum Parochiarum.*

9 *Unio Ecclesiarum tribus modis fieri potest, & num. 10. 11. & 12.*

10 *Unio duarum Ecclesiarum aliquando fit, ut ex duabus fiat una tantum Ecclesia, & tunc mutuo communicantur privilegia.*

Presbyteri participantes in una Ecclesia, si uniatur alteri, an participent in Ecclesia, cui unitur, ibid.

11 *Unio duarum Ecclesiarum, aliquando fit accessoriè, ut una uniatur, & subjiciatur alteri, & sit una superior, altera inferior.*

Ecclesia unita alteri Ecclesiæ, quando dicatur subjecta cui unitur, & perdat jura, quæ prius habebat, ibid.

12 *Unio duarum Ecclesiarum, aliquando fit solum quoad Rectorem & tunc utraque Ecclesia remanet principalis cum suis propriis bonis, & nu. 17. 20. 22. 25. 26. & 31.*

13 *Episcopus duarum Diœcesum unitarum, quomodo se nominet, & subscribat.*

15 *Rectori seu Parocho duarum Parochiarum unitarum, quando competat præcedentia, & delatio stolæ una vice pro Parochia unita, & altera vice pro Parochia, cui unita est.*

16 *Privilegia, & jura, quæ competebant Ecclesiæ unitæ, si sint communicata juribus illius, cui unita est, ut meliora, & favorabiliora retineantur.*

18 *In unione duarum Parochialium requiritur causæ cognitio, & nu. 37.*

19 *Unio Ecclesiarum facta ex causa potest, cessante causa dissolvi.*

20 *Parochia, quæ propter decrementum Parochianorum, & fructuum fuit unita alteri Parochiæ, retinet omnia jura, & privilegia, quæ ante unionem ipsi competebant, & num. 12. & 17.*

21 *Unio duarum Ecclesiarum, in dubio, quomodo censeatur facta.*

22 *Unione facta Ecclesiarum, non censetur, Episcopum voluisse privare alteram ex illis, suis privilegiis, ac juribus.*

Unaquæque Ecclesiarum unitarum quando retineat sua jura, & privilegia, ibid.

23 *Ecclesia existens in una Diœcesi, si uniatur alteri in alia Diœcesi, remanet sub Jurisdictione Episcopi, ubi sita erat, non autem Episcopi Diœcesis, ubi sita est Ecclesia, cui illa unita est, & nu. 27.*

Jura diversorum Episcoporum inviolata inter se servari debent, ibid. & nu. 25.

24 *Vicario, qui apponendus sit uni ex Parochiis unitis, à quo solvi debeat merces.*

Parochiani tenentur in subsidium ad congruam sustentationem Parochi, & ejus Vicarii, ibid.

25 *Duarum Diœcesum, & Episcopatuum unitorum, jura utriusque integra remanere debent.*

26 *Ecclesiarum unitarum bona, jura, & statuta non transeunt ad aliam, cui uniuntur.*

27 *Monasterium unitum cum altero, debet retinere Abbatem; secus si uniretur, ut Capella, & numero 23.*

28 *Unio duorum Castrorum, vel Provinciarum, quid operetur circa privilegia, & statuta, quæ habebant ante unionem.*

29 *Comitatus Tholosæ, datus Regi Franciæ, debet Regi secundum leges dicti Comitatus.*

Quodlibet Regnum, licet multa sint sub uno Rege, debet tamen gubernari suis propriis legibus, & consuetudinibus, ibid.

30 *Per unionem Ecclesiarum non derogatur juribus Episcopalibus.*

Parochus duarum Parochiarum unitarum, an solvere debeat Episcopo Cathedraticum pro qualibet Parochia, ibid.

31 *Unio duarum Parochiarum, an causet incompatibilitatem, ita ut unus Rector illas tenere non possit.*

32 *Beneficia plura, an possit quis habere sub eodem tecto.*

Beneficia quando dicantur uniformia, & incompatibilia, ibid.

Beneficia plura, an possint retineri sub eodem tecto, si non requirunt idem officium, & onus eodem tempora explendum, ibid.

33 *Duæ Parochiales Ecclesiæ invicem unitæ, an, & quando qualibet earum retineat sua privilegia, jura, ac bona, licet utrinsque sit idem Rector.*

Ubi adsunt decisiones in terminis, cessant argumenta, ibid.

Decisionem in terminis debemus invenire in actu practico, ibid.

34 *Possessio Ecclesiæ unitæ capta cum omnibus honoribus, prærogativis, &c. quid operetur.*

35 *In unione Ecclesiarum, & beneficiorum, an requiratur consensus capituli, & an debeat præcedere, vel sufficiat, si subsequatur, & num. 36.*

36 *Consensus capituli, an requiratur in unione Ecclesiarum, & beneficiorum, & an sufficiat, si subsequatur.*

37 *Causæ cognitio, an requiratur in unione Parochiarum, & nu. 18.*

38 *Decisio, & observantia hujus causæ affertur.*

Dissunio dictarum Parochiarum postea facta refertur ibid.

Adsit Christus Jesus Dominus illuminatio mea.

1 FActa unione Parochialis Ecclesiæ Sancti Mercurii alteræ Parochiæ Sancti Angeli Terræ Campobassi per Illustrissimum, ac Reverendissimum Dominum Episcopum Bojanensem, in cujus Diœcesi sita est Terra prædicta. Quæritur, an Parochus, sive Rector ambarum Parochialium unitarum retineat statuta, privilegia, consuetudines, prærogativas, omniaque alia jura competentia dictæ Parochiæ Sancti Mercurii unitæ Parœciæ Sancti Angeli, & quæ ante unionem prædictam ipsi Parœciæ Sancti Mercurii, illiusque Rectori competebant. An verò per unionem amiserit illa, & sic existente consuetudine, ut in processionibus tàm in Litaniis majoribus in die Sancti Marci quàm aliis minoribus Rogationum triduo ante Ascensionem Domini fieri debitis, stolam deferat aliis præcedendo vicissim quilibet Parochus, & 2 Rector Parochiarum dictæ Terræ. An præfato Rectori, ac Parocho dictarum Parœciarum unitarum competat

petat Jus stolam deferendi, & officium stolæ faciendi, aliis præcedendo una die tanquam Parochus Sancti Angeli, ac altera die tanquam Parochus Sancti Mercurii, cum præcedant cæteri Parochi, sive Rectores aliarum Parochialium ejusdem Terræ una vice, & una tantum die spectare talem delationem stolæ cum præcedentia dicto Rectori, & Parocho unitarum Parochiarum, non autem bis, & duabus vicibus, seu diebus, ex eo quia cum dictæ Parochiæ sint unitæ, amisisse dictam Parochiam Sancti Mercurii unitam privilegia, consuetudines, & jura, illaque periisse, quæ ante unionem retinebat.

Requisitus Ego à Rever. D. Donato Mancino Parocho, ac Rectore ambarum Parochiarum unitarum Sancti Angeli, & Sancti Mercurii, ut jura sua patefacerem, infrascripta brevi calamo adnotanda putavi

2 pro veritatis dilucidatione; Amicus enim Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas, inquit ex *Aristot. Cyriac. Mantell. inter cons. Fab. de Anna consil. 137 tom. 2. & ex Socc. in l. si me, & Titium nu. 3. ff. si cert. pet.*

Et primò inserendam duxi Bullam dictæ unionis, ad hoc, ut ex illius serie verborum, possit deveniri ad resolutionem casus, & est, ut sequitur.

FRATER COELESTINUS BRUNUS Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Bojanensis.

3 CUm præsentia perperuò deplorandæ contagii calamitatis in una omnium ferè Ecclesiasticarum dignitatum, Parochialium, Ecclesiarum, reliquorumq; hujus nostræ Cathedralis, & Civitatis Bojanensis, & totius Diœcesis beneficiorum, tam simplicium, quam curatorum redditus, census, præbendæ, reliquique tam certi, quàm incerti proventus totali, quasi colonorum, debitorum, affictuariorum, censuariorum, ac quomodocumque ipsis Ecclesiis, eorumque Rectoribus, dignitatibus, Canonicis ac Beneficiatis correspondentium extinctione ad nihilum sint

A redacti; Unde cum præfati Ecclesiastici maxima incipiant egestate laborare & pro sibi victu comparando ipsis vel mendicare vel laicis (mediante mercede) ne fame pereant, etiam in vilibus inservire cum scandalo, & habitus Clericalis cum magno dedecore sit necessarium, & quod lachrymabilius, cum divini servitii, divinorum officiorum, Sacramentorum administrationis, omnimoda destitutione, atq; neglectu. Unde sacræ leges tum *cap. sicut unire, de excess. prælat. & Concil. Lateranens. sub Leone X. sess. 9. de reform. a. 2. tùm Sanctiss. Trid. Synod. sess. 21. cap. 5. de reform. & sess. 24. cap. 13* Sancti Spiritus sancitæ dictamine, Injungunt Episcopis, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, ut in hujusmodi occasionibus, quando dignitatum Ecclesiarum, & Parochorum fructus adeo sint exigui, ut debitis nequeat oneribus satisfieri, utque Ecclesiarum status, ubi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conserventur, possint, & valeant uniones perpetuas facere quarumcumque Parochialium, & Baptismalium Ecclesiarum, aliorumque beneficiorum Curatorum etiam reservatorum, aut qualitercumque effectorum eaque inopioribus, & paucioribus annectere, & quod hujusmodi uniones revocari non possint, nec quoquo modo infringi. Hinc dictis sanctionibus inhærentes, cum in Terra Campobassi hujus nostræ Bojanensis Diœcesis, Parochialis Ecclesia Sancti Angeli, quæ jam supra quatuorcentum Parochianos numerabat, & commodis redditibus fruebatur, ob dictam causam nimium tennis, & inops remaneat, & nedum spoliata redditibus, sed etiam Presbyteris, & Parochianis, & præsens Rector (cui licet contagium non pepercit, sola tamen divina pietas redemit à morte) coram nobis instet quotidie, ut ei de aliquo congruo subsidio provideamus ad suam tuendam vitam, quam summa Dei benignitas, cum alias tam Archipresbyter ejusdem Terræ, quam reliqui tres Parochialium Ecclesiarum Rectores à communi exitio, atque ferocontagio, una cum copiosissimo Sacerdotum, & reliquorum Ecclesiasticorum numero miserrimè fuerint trucidati, soli sibi servare dignata est, nos ejusdem præsentis Rectoris Sancti Angeli Reverend. D. Donati Mancini propriis meritis annuentes

B *Consilio nobis de expositis*, tum etiam quanta charitate, beneficio non solum creditarum sibi Animarum saluti, sed etiam aliarum Parochiarum propriam, ut bonus Pastor postposuerit vitam nec mori timens in administrando infectis Divina Sacramenta, diu noctuque incubuerit indefessè; cum Parochia Sancti Mercurii ejusdem loci de se olim tenuis, & paucarum Animarum, ad præsens quatuor, vel sex nu-

C meret animas, fructus exiguissimos, Sacerdotem prorsus neminem & ad præsens vacet per obitum ultimi & immediati Rectoris extra Rom. Cur. de mense Septembris D. Francisci Antonii Cartoscia, *Nè hac Ecclesia penitus ruat Sacerdotum inopia*, & præfatus Rector Sancti Angeli quid aliud emolumenti ad ejus substentationem percipere valeat; Nos tanquam Sedis Apostolicæ delegati dictam Parochiam Sancti Mercurii annectimus, & unimus Parochiæ Sancti Angeli, *Idemque Rector S. Angeli, utriusque*

D *oneribus satisfaciat, & paucissimos alios Parochianos Sancti Mercurii, ut suos recognoscat, curet, eorumque consulat animabus*, quod si unquam Divina clementia augeri dabit animarum numerum in utraque

E Parochia, ita ut unus Rector non valeat commodè utrique satisfacere, erit in arbitrio Summi Pontificis, vel illustrissimi Episcopi pro tempore ad pristinum

F utraque reducere; *Rector tamen utriusque Ecclesiæ pro utraque* teneatur solitum solvere Cathedraticum, ac si unita non essent, mandantes omnibus Parochianis Sancti Mercurii, ut dictum Rectorem Sancti Angeli uti suum proprium recognoscant; quocirca omnibus & singulis Ecclesiasticis personis Notariisque quibuscumque, & eorum cuilibet committimus, & mandamus, quatenus dictum Rever. D. Donatum in realem, & actualem possessionem Parochialis prædicti Sancti Mercurii immittant, & inducant; Mandamus insuper quibuscumque detentoribus bonorum, & territoriorum dictæ Ecclesiæ Sancti Mercurii, ut dicto Rectori S. Angeli pro tempore hinc in antea integrè correspondeant, contradictores verò per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas authoritate nostra compescemus in quorum fidem has præsentes literas nostra manu subscriptas nostroque sigillo munitas expediri fecimus. Datum Bojani ex nostro Episcopali Palatio die 23. mensis Octobris 1656. Pontificatus Sanctissimi Domini nostri D. Alexandri Papæ VII. anno secondo, præsulatus verò nostri anno tertio.

FRATER COELESTINUS BRUNUS Episcopus Bojanensis, & Sedis Apostolicæ delegatus.

Nicolaus Raspantiuus Secretarius.

Registrata fol. 4. lib. 2. à ter.

Testor Ego S. Salvator de Sylvestro V.I.D. & Archypresbyter Ven. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris Terræ Campobassi Rev. D. Donatum Mancinum ejusdem Terræ Rectorem Ecclesiæ S. Angeli sub die 26. mensis Octobris 1656 Campobassi &c. in publico testimonio constitutum impositum, & immissum fuisse in veram realem, & corporalem possessionem in Parochiali Ecclesiæ S. Mercurii vigore retroscriptarum Bullarum annexionis, & unionis factæ dictæ Ecclesiæ Sancti Mercurii, cum Parochiali Sancti Angeli in corpore contractus possessionis prædictæ insertatum

coram Reverendo V.I.D. D. Luca Antonio de Sylvestro, & Reverendo D. Joanne Antonio Gitone, ac Reverendo D. Donato Antonio Borsella pro testibus adhibitis cum omnibus honoribus, oneribus, *prærogativis, & aliis ad officium Rectoratus spectantibus, & pertinentibus* faciendo omnia, & singula acta, quæ denotant veram, realem, & corporalem possessionem prædictam pacifice, quiete nemine discrepante, & in fidem rogatus ad prædicti præsentem scripsi, & subscripsi, & meo solito sigillo munivi. Campobassi die 27. mensis Octobris 1656.

De Sylvestro Archipresbyter manu propria.
idem qui supra.

4 Unde primò præmittendum duxi, quod talis unio nil aliud est, nisi plurium Beneficiorum, seu Ecclesiarum ab Episcopo, vel alio legitimo Superiore facta annexio ob necessitatem, seu utilitatem Ecclesiæ, *Rebuff. in praxi benef. titul. de unione benef. num. 1. Barbos. de potest. Episcop. allegat. 66. num. 1. Ugolin. eodem tract. de potestate Episcopi, part. 2. cap. 51. num. 1. Azor. par. 2. institut. moral. lib. 6. cap. 28. quæst. Sanchez tom. 2. sum. lib. 7. cap. 29. num. 145. Massobr. in praxi hab. concurs. ad Paroch. Eccles. prælud. 13. nu. 1.*

5 Et sic secundò præmittendum, posse Episcopum unionem facere duarum Parochialium in sua Diœcesi existentium, non quidem ad tempus, sed perpetuo causa justa existente, juxta formam juris, tum inspecto Jure antiquo, per *tex. in cap. sicut unire 8. de excess. Prælat.* ibi: *Ita Episcopi est Ecclesiarum sua Diœcesis unio, & subjectio, & cap. exposuisti 33. de præbend.* Tum etiam inspecto jure novissimo Sac. Conc. Trid. & tanquam Sedis Apostolicæ delegatum, prout *in sess. 21. cap. 5. de reform. Rebuff. loco cit. num. 32. Azor. dict. cap. 28. quæst. 6. vers. Episcopus verò, & quæst. 22. Sanch. eod. cap. 29. num. 147. & 158. Ugolin. ubi supra, §. 1. num. 1. D. Episcopus Leo in Thes. fori Eccles. par. 2. cap. 16. num. 32. Barbos. ibidem nu. 3. D. Episcopus Squillante de oblig. & privileg. Episcop. par. 3. cap. 14. num. 1. Gavant. in man. Episcop. verbo beneficiorum unio, num. 12. Gonsal. ad 8. Reg. Cancell. glos. 5. §. 7. num. 65. & cæteri communiter.*

6 Tertiò causam justam requiri, ut fieri possit præfata unio, quæ quidem causa ut supra dixi in primo præludio, est necessitas, aut utilitas Ecclesiæ, ut expressè habetur in *dict. cap. exposuisti 33. de præbend.* & ibi *Abb. num. 4. & cap. 1. de rebus Eccles. non alien. in 6. Rebuff. ibidem num. 38. & seq. Azor. dict. cap. 28. qu. 4. & 13. Sanch. dict. cap. 29. num. 61. D. Squillant. d. par. 3. cap. 14. nu. 3. & 4.*

7 Necessitas verò abesse dicitur, quandò duæ Ecclesiæ, redditus sufficientes non habent ad alendum duos Ministros, & Rectores, *d. cap. exposuisti*, ibi: *De redditibus præbendarum suarum nequeunt sustentari. Et cap. unio 10. quæst. 3. cap. postquam 16. quæst. 1. clement. 1. §. ad hæc, de statu Monach. & Sac. Conc. Trident. eodem cap. supra cit.* ibi: *Propter earum paupertatem*; Item si Ecclesia sit devastata bello, peste, inundatione aquarum, incendio, vel suo Populo destituta, *cap. 1. de relig. dom. & Gratian. in cap. fin. verbo hostilitatis, 25. quæst. 2.* vel propter Populi decrementum, & quando Ecclesiæ sunt vicinæ, & restant pauci de Populo aliis mortuis. *cap. & temporis 16. q. 1.*

8 Utilitas autem est, quando propter fructuum tenuitatem non inveniuntur Clerici idonei ad serviendum, *dict. cap. exposuisti*, & nè divinus cultus diminuatur, *Rebuff. Azor. Sanch. Dom. Squillant. locis jam cit. Ugolin. eodem cap. 52. num. 4.* & alii communiter, & colligitur ex dicto Sacr. Conc. Trid. *dict. cap. 5.* ibi: *Et in cæteris casibus à jure permissis, & sess. 24. de refor. cap. 13.*

6 Quartò præmittendum unionem hujusmodi tribus modis posse contingere, ut inquit *glo. in dict. can. & temporis 16. quæst. 1. verbo unire. & in cap. 1. extra ne sede vac. verbo uniendo*, quamvis post *Host. Abb. in dict. capite primo numero sexto*, dicat quinque modis posse fieri, sed nos sequendo *glos.* prædictam à DD. infra citandis, & ab aliis, maximè *Neotericis* communiter amplexam, dicimus.

10 Primo modo posse fieri unionem, quando duæ Ecclesiæ ita uniuntur ut ex duabus fiat una tantum Ecclesia, & tunc mutua communicant privilegia, & bona sua, & illi Canonici, vel Presbyteri, qui sunt participantes in una Ecclesia, erunt participantes in altera, & faciunt unum corpus, de hac unione adest tex. seu potius loquitur *Gratian. in cap. decimas, in fine 16. qu. 1.* ibi: *Sicut enim Papa duos Episcopatus in unum potest redigere, &c.*

11 Secundo modo potest uniri una Ecclesia alteri accessoriè, seu per viam subjectionis, ut una uniatur, & subjiciatur alteri, & sic una sit superior, altera inferior, & subjecta, & tunc dignitas erit apud illam, cui subjicitur, & unitur, & assumit naturam, consuetudines, & privilegia Ecclesiæ, cui unitur, & subjicitur, & peribunt jura illius Ecclesiæ, quæ unitur, *cap. recolentes, in fine, de statu monach. cap. quia monasterium, de relig. dom.*

12 Tertio, & ultimo modo possunt uniri duæ Ecclesiæ inter se æquè principaliter quoad caput, seu tantum quoad Rectorem ita scilicet, ut neutra Ecclesia alteri subjiciatur, sed suum titulum, & honoris gradum retineat, & ut idem Rector utrique præficiatur, & utraque Ecclesia remaneat principalis cum suis propriis bonis, privilegiis, consuetudinibus prærogativis, statutis, & juribus distinctis, & separatis, & non communicatis, sed habeant unum tantum Episcopum, Parochum, seu Rectorem, ut accidit in Episcopatu Viterbi, & Tusculano, qui licet sint duæ Ecclesiæ, & Diœceses, est tamen unus solus Episcopus; Verum cum rescribit Episcopus

13 super concernentibus Jurisdictionem, & administrationem Episcopatus Viterbiensis se nominat Episcopum Viterbiensem, & Tusculanum, si verò rescribit super concernentibus Episcopatum Tusculanum, se subscribit Episcopum Tusculanum, & Viterbiensem, sem, et præponendo nomen illius Diœcesis, in qua consistit res, de qua agitur, Vel sumitur denominatio prima à digniori, ut contingit in Diœcesi Calagurritana, & Calciatensi, quia licet in una Diœcesi, sint tamen duæ Ecclesiæ Cathedrales in omnibus distinctæ, & divisæ, sed unus est Episcopus ambarum, & primum nomen sumitur ab Ecclesia Calagurritana, tanquam antiquiori, ditiori, & digniori *Gonsal. eadem glos. 5. §. 7. à n. 26. ad 32. Pater Franciscus Merolla tom. 3. disput. moral. disp. 3. de privileg. cap. 2. nu. 40. Sanch. d. cap. 29. num. 146. Azor. præcit. cap. 28. qu. 1. Rebuff. ubi supra nu. 11. cum seqq. & nu. 16. Barbosa dict. alleg. 66. num. 2. & 30. Massobr. eod. prælud. 13. num. 2. 3. 4. & 5.* qui bene advertit quod fallitur *Gonzalez loco cit. num 58.* qui unionem primo modo à nobis supra explicatam, quando ex duabus Ecclesiis fit una tantum vocat ipse æquè principaliter factam; sed ego credo vel fuisse errorem Typographi, vel æquivocasse. *Gonzal.* nam *nu. 118.* ait, quod si uniantur duæ Diœceses æquè principaliter, & sic ex duabus fiat una secundum se, sed secundum nos, & Doctores communiter, quoad caput, seu Episcopum tantum, & sic tertio modo, quod jura cujuslibet integra remaneant, & sic ipsemet *Gonzal. aliis num. præcedentibus, & seq.* probat remanere jura, & privilegia apud Ecclesiam unitam tertio modo à nobis supra enarrato, & sic apud Rectorem, qui præest utrique unitæ, ut modo probabo.

His præmissis, ac consideratis, devenio ad conclusionem casus nostri, de quo agitur.

14 Et primò hilari fronte dicimus prudentes, & pro sua solita pastorali sollicitudine factam fuisse à dicto Illustriss-

Illustrissimo ac Reverendissimo D. Episcopo unionem dictæ Parochiæ Sancti Mercurii, prædictæ Parochiæ Sancti Angeli, quia dum propter Populi decrementum ob mortem Parochianorum ex pestilentia decessorum, & cum pauci, immò paucissimi Parochiani vivi remanserunt in ambabus Parochiis, & redditus proinde utriusque diminuti sunt, & non erant, nec sunt sufficientes ad duos Ministros & Rectores alendos, ut assertum lit. A. B. & C. & ut Divinus cultus non minuatur; immò augeatur, causæ fuit propterea justa necessitatis, ac etiam utilitatis Ecclesiæ, quæ aduit, & impulit dictum Præsulem & Pastorem ad talem unionem faciendam.

15 Secundò constanter affirmamus dicto Rectori, qui præest ambabus Parœciis unitis delationem stolæ, ac ejusdem officium, cum præcedentia non solùm una vice, ac una die in processione Litaniarum, Rogationum, uti Parocho S. Angeli. Verum etiam altera die, & alia vice in alia processione hujusmodi uti Parocho Parochiæ Sancti Mercurii unitæ, pro observantia consuetudinis extantis competere, prout dictum Jus deferendi stolam habebat dicta Parochia Sancti Mercurii, seu ejus Rector ante unionem, non enim jus illud per dictam unionem periit, neo amisit, sed retinet omnia privilegia & jura, quæ ante unionem ipsi competebant, ea nempe ratione, quia unio prædicta non fuit facta primo modo supra declarato, nam ex duabus Parochiis non fuit facta una tantum, & altera extincta, sed remanserunt duæ Parochiæ distinctæ, ut prius erant; imò etiam si esset facta unio tali modo, quod negatur, & patet ex verbis, *Unimus*, adhuc privilegia, & jura utriusque remanerent, & essent communicata ad invicem, & si essent

16 contraria, tunc meliora, & favorabiliora conservarentur *glos. exist. in dict. can. & temporum 16. quæst. 1. Rebuff. loco cit. n. 11. Azor. ubi supra quæst. 2.* Neque facta fuit talis unio secundo modo, non enim fuit unita per viam subjectionis, ita ut Parochia Sancti Mercurii sit subjecta Parochiæ Sancti Angeli, ut ex toto tenore Bullæ unionis clarè liquet.

17 Sed fuisse factam dictam unionem ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Episcopo tertio modo supra enunciato æque principaliter, quoad caput, seu Rectorem solum, ita ut neutra Ecclesia alteri subjiciatur, sed suum titulum, & honoris gradum utraque retineat, & utraque remaneat principalis, & Parochialis cum suis propriis Parochianis, bonis privilegiis, prærogativis, consuetudinibus, statutis ac juribus distinctis, & separatis, & habeat tantum unum Rectorem & Parochum, qui utriusque Parochiæ curam habeat Animarum.

18 Patet evidenter, & dignoscitur clarissime ex tenore ipsius Bullæ unionis, lit. A. B. & C. in qua præmissa causa necessitatis, ac etiam utilitatis ambarum Ecclesiarum, & *Constito de expositis* lit. B. (& sic adhibita causæ cognitione) subjunxit in hæc verba: *Cum Parochia Sancti Mercurii ejusdem loci de se tenuis, & paucarum animarum ad præsens quatuor, vel sex numeretur, cujus fructus exiguissimos, &c. Nè hæc Ecclesia penitus vacat Sacerdotum inopia, & præfatus Rector Sancti Angeli quid aliud emolumenti ad ejus substentationem percipere valeat, &c.* & posteà lit. D. *Idemque Rector Sancti Angeli utriusque oneribus satisfaciat, & paucissimos illos Parochianos Sancti Mercurii, ut suos recognoscat, curet eorumque consulat animabus, &c.* Ex quibus verbis utique dignoscitur D. Episcopum fecisse talem unionem æquè principaliter, ita ut unaquæque earum Ecclesiarum remaneret principalis Parochia, non autem illa Sancti Mercurii accessoria, & subjecta alteræ Sancti Angeli, sed unaquæque cum suis Parochianis, Juribus, & privilegiis distinctis, & solum quoad Rectorem unita, qui Animarum saluti ambarum provideret, quod & clarescit ex aliis verbis sequentibus dictæ unionis, ibi, lit. E. *Quod si unquam Divina Clementia augeri dabit Animarum numerum in utraque Parochia, ita ut unus Rector non valeat commodo utrique satisfacere, erit in arbitrio Sanctæ Pontificis, vel Illustrissimi D. Episcopi pro tempore ad pristinum utraque reducere, &c.* Ex ea equidem ratione, quia unio, & conjunctio hujusmo-

19 di Parochiarum potest eorum auctoritate, qua facta est, dissolvi cessantibus eisdem causis, quibus fuerunt unitæ, *ad text. in cap. cum M. Ferrariensis, de constit. cap. fin. de Parochiis, Azor. sup. cit. cap. 38. quæst. 21. & cap. 2. quæst. 4. & 5. ejusdem lib. 6.* & ex aliis verbis, *lit. F.* ibi: *Rector tamen utriusque Ecclesiæ.*

20 Sicque non univit dictam Parochiam Sancti Mercurii primo modo, ut ex duabus fieret una tantùm Ecclesia, & amitteret nomen Ecclesiæ S. Mercurii. Neque secundo modo per viam subjectionis, sed benè tertio modo quoad Rectorem tantum, ut ambæ Parœciæ propter decrementum Parochianorum, ac fructuum diminutionem, & paupertatem haberet unum tantùm Rectorem, & Parochum, & ut quælibet ipsarum suum titulum, & honorem, ac privilegia, consuetudines, & jura omnia retineat, & unaquæque remaneat æquè principaliter principalis, & Parochialis Ecclesia, quod ex tenore totius Bullæ, ut dixi, lucide patet.

21 Quinimmò, etiam si essemus in dubio, & non posset dignosci ex verbis unionis intentio Domini Episcopi, an fuerit, ut uniret primo, vel secundo, vel tertio modo supra explicatis, (quod negamus,) cum ut dixi clarissime patet ex verbis, & toto tenore unionis fecisse talem unionem solum quoad Rectorem. Adhuc in dubio præsumendum est, factam esse à Domino Episcopo dicto tertio modo enarrato, & æquè principaliter, *Rebuff. ubi supra num. 20. Massobr. dict. prælud. 13. dub. 3. nu. 7. Gonsal. etiam loco cit. num. 134.* ratio est evidentissima, quia non est præsumendum

22 fuisse intentionem Domini Episcopi facientis talem unionem privare alteram ex dictis Ecclesiis, juribus, statutis, privilegiis, & consuetudinibus suis, ita optimè *Morell. loco toties cit. num. 44. in fine*, & sic, quia in casu nostro unio fuit facta tantum quoad Rectorem ambarum; ideò privilegia, & omnia jura, & bona retinebit, *dict. cap. quia monasterium, in fine, de relig. domi,* ibi: *Ut tamen una sua singulis inviolata servemus, gl. exist. in dict. cap. & temporis 16. qu. 1. verbo unire, & in dict. cap. 1. ne sede vacante, verbo unienda, Abb. in dict. cap. quia monasterium nu. 4. ac ab. 3. per illum tex.* in quo habetur quoddam Monasterium

23 in Diœcesi Nucerina fuit hostilitate desolatum, & unitum alteri Monasterio in Diœcesi Surrentina; mandavit Summus Pontifex, quod Episcopus Nucerinus, in cujus Diœcesi situm erat dictum Monasterium unitum, Jurisdictionem habeat in illo, non autem Episcopus Surrentinus, ut singulis Episcopis jura sua inviolata servemus, quia per talem unionem, non fit præjudicium juribus competentibus Monasterio unito; ergo idem dicendum in casu nostro, ut per unionem jura ambarum Parochiarum, & illarum Rectorum inviolata servemus, *Morell. ubi supra num. 43. Gonsal. dict. §. 7. num. 112. cum sequent.*

24 Hinc resolutum fuit in Sacra Rota Romana, & est *decis. 73. par. 2. divers.* quod quando duæ Parochiæ ad invicem uniuntur, ita remanet quælibet illarum in suo pristino statu, quod si alteri earum sit apponendus Vicarius & redditus illius Ecclesiæ, ubi apponitur, non sufficiant pro congrua substentatione illius, quod tunc Rector non tenetur supplere ex redditibus, quos percipit ex altera Ecclesia, cum quælibet Ecclesia suos redditus, & emolumenta incommunicata conservet, sed etiam supplendum per Parochianos usque ad congruam substentationem Vicarii, qui

qui illis spiritualia ministrare debet, cum dicti Parochiani in subsidium teneantur, *Consul. ubi sup. nu. 112. & seqq. Meroll. ead. nu. 43.*

25 Et quod de duabus Diœcesibus invicem hoc modo unitis æque principaliter jura utriusque integra remaneant, consuluit latè *Mandos. cons. 27. per totum,* quem sequuntur *Gonzal. supra cit. loco num. 118. Meralla dict. nu. 143.*

26 Idem docent *Petr. de Ubal. in tract. de unio. cap. 2. nu. 12. cum seq. & Rota eadem dec. 73. num. 3. par 2. divers.* & refert idem *Gonzal. nu. 116.* quod quando duæ Ecclesiæ uniuntur, & onus. & idem administrator bonorum est utriusque Ecclesiæ, non ideo bona unius Ecclesiæ transeunt in dominium alterius Ecclesiæ, & sic etiam jura, & statuta unius non transeunt ad aliam, neque confunduntur, sed distincta remanent, licet apud eundem Rectorem, qui præest utrique.

27 Et *Panormitan. in dict. cap. quia monasterium, numero septimo de relig. dom.* dixit, quod Monasterium unitum cum altero debet retinere Abbatem, ea siquidem ratione, quia debet conservari in statu suo, & quia non alterantur jura Ecclesiæ per unionem, secus si Monasterium uniretur, ut capelis, & sic in casu nostro, de quo verba facimus utraque Parochia retinet Parochum, licet unus sit, qui præest ambabos, & in unione vocatur Parochus tàm Sancti Angeli, quàm Sancti Mercurii, ibi lit. F. *Rector tamen utriusque Ecclesia.* Ideo debet frui privilegiis, & juribus etiam Parochiæ Sancti Mercurii sic unitæ.

Hinc quoque dixit *Bart. in l. si convenerit, §. si nuda, num. 3. ff. de pignor. act.* quod si duo castra, vel 28 Provinciæ uniantur non accessorie, & secundo modo, sed æquè principaliter, & tertio modo, supra declarato, quælibet illarum conservabit jura, & privilegia sua, & propriis legibus antiquis gubernabitur, adducens exemplum *Bartolus* de Comitatu Tholosæ, qui fuit datus Regi Franciæ, ita quod est Rex, & Comes, quia debet Regi dictus Comitatus secundum leges, & consuetudines suas, & multa alia quamplura 29 exempla adducta à D D. & quæ possent adduci. Videmus passim observari in Regnis Potentissimi Catholici Regis nostri, nam licet plura Regna unita sint sub uno Rege Hispaniarum, nihilominus quodlibet Regnum suis propriis antiquis legibus, & consuetudinibus gubernatur, quod etiam adnotarunt *Gonsal. n. 112. Meralla d. n. 43. in fine lacis citatis.*

30 Accedit alia ratio, quia per talem unionem non videtur derogatum Juribus Episcopalibus, ad *text. in cap. pastoralis, in fine, vers. quod si ex ipsis,* & ibi *glos. 1. vers. nota quod quadam sunt,* & in verbo *Cathedraticum, de donat.* ibique etiam *Abb. num. 7. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 26. nu. 28.* & colligitur ex verbis ejusdem unionis nostræ, lit. F, *Rector tamen utriusque Ecclesia, pro utraque teneatur solvere Cathedraticum, ac si unita non essent,* & sic nota, quod Dominus Episcopus vocando Parochum utriusque Ecclesiæ, intentionem suam declarat faciendi unionem hujusmodi quoad Rectorem tantum, & quod remaneant duæ Parochiæ distinctæ, & sic removetur omne dubium ex his verbis, & cum idem Parochus utriusque Parochiæ substineat onera ambarum solvendo Cathedraticum pro ambabus Parœciis; Ita frui debet honoribus quoque, prærogativis privilegiis, juribusque utriusque Ecclesiæ, ad hoc etiam ut sit cum oneribus, & honoribus.

Altera quoque ratione comprobatur, quia dicta 31 unio sic tertio modo considerata, non causat incompatibilitatem, *glos. in summa 21. quæst. 1. cap. cum singula 31. ibi: Nisi forte unus ex eis ab alio dependeat, de prabend. lib. 6. Gonzal. eadem glos. 5. §. 7. nu. 21.* sed facit, ut sic unitæ duæ Parochiales sint inter se compatibiles quoad Rectorem, ut uni tantùm Rectori subdantur, & ut unus idem Rector ambas Parochias tenere possit, illarumque officium exercere, cum alias essent incompatibiles, *Massobr. eodem prælud. 13. dub. 1. nu. 6.* Ergo non est incompatibile, ut idem Rector valeat exercere officium stolæ diversis diebus pro ambabus Parochiis, cum etiam possit unus habere plura beneficia in eodem tecto, dummodo non sint uni-32 formia, & incompatibilia, quod explicat singulariter *Nav. cons 16. de prabend. in novis,* tunc non esse incompatibilia, & sic retineri posse, quando non requirunt idem officium, & onus eodem tempore explendum, quem sequitur *Prosp. de Augustino in addit. ad Quarant. in summ. Bull. verb. beneficiorum resignationes, conclus. 3.* & ita in praxi servari testatur idem *Gonsal. glos. 10. num. 34. in fine,* aliàs non licere propter incompatibilitatem, *cap. de multa, §. hoc idem, vers. addentes, eodem tit. de prabend. cap. literas, de concess. prabend.* propterea non est incompatibile stolam gerere in diversis processionibus non eodem tempore, sed diversis diebus faciendis.

33 Sed ad quid defatigamur, si super hoc habemus punctualem decisionem *Rota supra citatam 73. part. 2. divers.* in qua habetur, & decisum fuit, quòd quando duæ Parochiales Ecclesiæ sunt invicem æque principaliter unitæ, ut neutra subjiciatur alteri, ut est casus noster; tunc utraque in suo statu, & suo honore remaneat, & ut quælibet Ecclesia retineat sua jura, sua bona, suos redditus fructus, & emolumenta, licet utriusque sit idem Rector, & quod bona unius transeant in dominium alterius Ecclesiæ. Unde, ubi adsunt decisiones in terminis, cessant argumenta omnia, & allegare non debemus regulas generales, ubi est decisio in terminis, & ita in actu practico elaborandum est, ut illam inveniamus, ita *D. Prat. observat. 94. centur. 1. nu. 4. & 5.*

34 Tandem alia ratione fulcitur Reverendiss D. Donatus, quia possessionem cepit Parochialis Sancti Mercurii sic unitæ cum *omnibus honoribus, prærogativis, & aliis ad officium Rectorum spectantibus, & pertinentibus,* ut ex contractu possessionis prædictæ, & ex fide Domini Archipresbyteri ejusdem Terræ Campobassi in calce dictæ Bullæ unionis facta, lit. G. liquido apparet; Ad officium autem Rectoris dictæ Parochiæ spectat, & pertinet honor, & prærogativa delationis stolæ, cum præcedentia in dicta processione Rogationum, & cum hujusmodi unio Ecclesiarum suum non sortiatur effectum, nisi subsequatur possessio qua non sequuta, dicitur beneficium, & Ecclesia vacare, ut per *D. Ricc. in d. prax. dec. 481. & in 2. impress. resol. 576 tom. 1.* sed Reverend. Cliens possessionem cepit dictæ Parœciæ unitæ, ergo &c.

35 Sed advertendum est, quod ad unionem beneficiorum faciendam Curatorum, vel non Curatorum cum Curatia non requiritur, ut vocetur Plebs, nisi causam justam impedientem unionem faciendam, allegaverit *Sanch. cons. lib. 7. tom. 2. summa, cap. 29. num. 163. D. Ricc. eadem praxi for. Eccles. in prima editione decis. 491. nu. 3. & in secunda impressione tom. 1. resolut. 382. D. Squillant. eod. tract. de oblig. & privil. Episc. par. 3. cap. 14. nu. 7.*

Et non requiri consensum Capituli Cathedralis, ait *Nav. cons. 10. de offic. delegat. in novis,* tamen *Additio ibidem* dicit, quod requiritur, & ita censuisse Sacram Congregationem refert *Garc. de benefic. part. 11. cap. 2. num. 158.* etiam si fiat dicta unio ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato, quem refert *Barbos. de potest. Episcop. alleg. 66 nu. 29.* ratio est, quia dum *Sacr. Concil. Trident. dict. sess. 21. de reform. cap. 5.* disponit, quod possint Episcopi, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati facere uniones hujusmodi juxta formam juris, & forma juris est, ut requiratur consensus Capituli, ad *tex. in clem. 1. ferm fin. de reb. Eccles. non alien.*

alien. Ideò requiritur omninò *d. tom. 2. lib. 6. cap. 28.*
36 *quæst. 12. Sanch. loco citat. n. 164. & 187.* qui tamen consensus sufficit si post unionem accedat, licet non præcesserit, *Sanchez ibidem num. 165. Barbosa ibidem nu. 25. D. Ricc. ubi supr. in prax. decis. 487. num. 3. & in 2. impress. res. 378. tom. 1. D. Sguillant. ubi supr. nu. 18.* nisi adsit consuetudo in contrarium, ut fiat absque consensu Capituli. *D. Ricc. ibidem num. 4. Barbos. dict. alleg. 66. numer. 28. Gavant. in manual. Episcop. verbo beneficiorum unio, num. 18. & 19. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 26. num. 5.* Immò si Canonici consentire nollent, & justa causa unionis faciendæ subesset, possent compelli, *Sanch. aliis relatis d. num. 165. Azor. eadem quæst. 12.* Propterea si in hac unione, non accessit consensus Capituli Cathedralis, potest etiam nunc accedere, & subsequi.

37 Requiritur, etiam causæ cognitio, ita, ut Episcopus sic unionem faciens, debeat prius inquirere, & cognoscere de causa unionis, quod illæ Ecclesiæ sic unitæ absque alio defectu administrentur, & quod talis unio sit in utilitatem animarum, non in destructionem. *Rebuff. d. praxi benefic. loc. cit. numer. 43. Azor. d. lib. 6. cap. 28. quæst. 12. part. 2. instit. moral. Sanch. ubi sup. nu. 162. D. Sguillant. loc. cit. nu. 5.* quam causæ cognitionem præcessisse, & præhabitam fuisse à Domino Episcopo tam oculato & doctissimo, ex verbis dictæ Bullæ dictæ unionis supra relatæ apparere dignoscitur, ibi: lit. B. *Cum sit nobis de expositum.*

Cætera suppleant, &c. Die 24. mensis Aprilis 1637.

Abbas Joannes Jacobus Angelus Gizzius.

Et juxta has Allegationes & Juris responsum fuit observatum de ordine ejusdem Domini Episcopi, ad favorem dicti Reverendi D. Donati Mancini, qui exercuit, & retinuit omnia Jura, consuetudines, & prærogativas, quæ competebant Parocho Sancti Mercurii per binos annos; dum postea idem Dominus Episcopus ex causis, iterum ad pristinum utrasque Parochias reduxit ob clausulam in dicta Bulla unionis; appositam ibi lit. E. ubi hoc fieri posse reservavit; Itaque hodie non amplius adest unita dicta Parochia Sancti Mercurii Parochiæ Sancti Angeli, sed unaquæque suum Rectorem habet proprium.

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Quæ requirantur ad actus validitatem.

Dominium rei venditæ quando transeat in emptorem. Et quid quando solutio fuit facta, mediante cedula Bancaria, & emptor quamvis non habeat creditum in Banco, fuit tamen illa à Nummulario, sive Banco acceptata, & descripta in creditum venditoris, sed brevi manu girata, & conversa in contractu cambii, cum eodem emptore celebrato.

SUMMARIUM.

1. *Actus quilibet ad ejus validitatem tria requirit, quod scilicet interveniat potestas, voluntas, & modus, quorum uno deficiente actus corruit.*
2 *Dominium non potest discedere à venditore, & transire in emptorem, pretio non soluto.*
3 *Vendere rem non præsenti pecunia, sed data dilatione ad solvendum, dicitur vendere minori pretio.*
4 *Exbursare est ex bursa pecuniam numeratam solvere.*
5 *Verba sunt intelligenda secundum subjectam materiam.*
6 *Dominium rei vendita non transfertur, non adimpleta conditione contractus.*
7 *Clausula,* non aliter, *quid importet, & nu. 8. & 9. & idem operatur, quod clausula, irritantes.*
11 *Conditio, vel modus adjectus in contractu emptionis, & venditionis quid importet.*
12 *Venditionis contractus resolvitur, non soluto pretio tempore statuto.*
13 *Verbum, solvere, vel exbursare importat naturaliter pretii numerationem, & differt a verbo, satisfacere.*
14 *Forma solutionis adjecta in contractu, non servata contractus est ipso jure nullus.*
15 *Dominium rei venditæ transfertur per solam conventionem rei, & pretii, & num. seq.*
Intellige, ut n. 17. & 18.
16 *Venditori contra emptorem non solventem pretium datur actio pro eo consequendo una cum usuris, sive interesse.*
20 *Interesse pretii non soluti debetur, quamvis res vendita nullos fructus afferat.*
21 *Solutio de pecunia præsenti solet etiam fieri per consignationem cedulæ Bancariæ, quod maxime procedit, quando est acceptata & à Banco approbata, & scripta in creditum, nu. 22.*
23 *Bancum ex ipso, quod literas, sive cedulas solutionis faciendæ acceperit, & descripsit creditum, non potest amplius pœnitere; remanet tamen ei actio adversus illum, qui cum non haberet pecuniam in Banco, expendere permisit.*
24 *Nummularius, sive Mercator acceptans literas, tenetur ad solutionem illarum, quamvis is, qui literas scripsit pendente solutione sit decoctus; quia quamvis non sit debitor ille qui acceperit, tamen habetur loco fidejussoris, & nu. seq.*
26 *Partitis extractis à libris Banci plena fides adhibetur.*
27 *Creditum ex causa venditionis potest transferri in alium contractum, & idem est in credito ex causa depositi, num. seq.*
28 *Partitarum translatio, quæ fit de una in aliam in Banco, includit virtualem solutionem.*
30 *Creditor contrahens cum pupillo, Ecclesia, vel alia persona inhabili, debet scire, in quem usum convertatur pecunia.*

DECISIO CXCVI.

Ob remunerationem servitiorum concesserat Sua Catholica Majestas Dom. Joanni Vivas, qui per plures annos extitit pro eadem Majestate Orator apud Rempublicam Genuensem, & deinde etiam fuerat creatus Prorex in Regno Sardiniæ, annuos ducatos bis mille pro vitæ decursu duarum personarum, successive post aliam, super Arrendamento olei, & saponis hujus Regni, quos postea pro occurrendo suis necessitatibus obtinuit, posse vendi, & pretium converti in ejus beneficium, & ad hoc ut dicta venditio suum posset sortiri effectum, quia nemo emisset à dicto Dom. Joanne, illos renunciavit Regiæ Curiæ, conditione expressa, quod Regia Curia, & pro illa Excellentissimus quon. Dom. Antonius Alvarez de Toleto tunc Regni Prorex uti Procurator Suæ Catholicæ Majestatis teneatur nomine ejusdem vendere quibuscunque emere volentibus, eligendis per eundem Dom. Joannem, & quod emptores tenerentur exbursare pretium ipsi Regiæ Curiæ, & pro ea dicto D. Joanni, sive ejus legitimo procuratori.

In executionem prædictæ gratiæ, & renunciationis Dominus Don Alvarez cum effectu vendidit dictos annuos introitos Augustino Belmusto uti Procuratori Ginesii Sanguineti pro pretio ducatorum viginti mille, qui fuerunt soluti Regiæ Curiæ, & pro ea Sancio de Strada uti Procuratori ad hoc specialiter deputato à dicto Dom. Joanne Vivas per medium Banci Divi Jacobi, & Victoriæ, per quem eadem pecuniæ quantitas fuit

fuit soluta, sive girata Procuratori ejusdem Ginesii pro valuta ejusdem summæ remissæ eidem D. Joanni, mediantibus literis cambii factis per dictum Procuratorem hic Neap directis eidem Ginesio in Civitate Genuæ

Vita functo dicto D. Joanne, qui nunquam conquestus fuerat, nec diaerat, non recepisse solutionem, egit D. Joseph Vivas ejus filius, & hæres in S. C. contra Illust. Marchionem Serram, ad quem ea cessione, sive venditione eidem facta per dictum Ginesium Sanguinetum erant perventi, ac etiam contra hæres prædicti Sancii de Strada Marchionis Crispani, & contra eundem Ginesium, prætendendo reivendicationem prædictorum annuorum ducatorum bis mille, cum restitutione omnium quantitatum exactarum, ea eo, quia actus dictæ venditionis fuit nullus, & invalidus, nec unquam dominium dictorum annuorum introituum fuit translatum in dictum Ginesium, neque Illust. Marchionem, sed per semper dicti annui duc. 2000. remanserunt in dominio ipsius q. D. Joannis, & successive ipsius D. Josephi ejus filii, & hæredis.

Ad quod fundandum dicebat, quod ad validitatem cujuscunque actus tria requiruntur, potestas 1 scilicet. voluntas, & modus, *l. cum te*, ubi *Bald. C. de donat. ante nupt. l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi, Dec. conf.* 198. *num.* 3. quorum deficiente actus corruit, tanquam substantialibus deficientibus, *Surd. decis.* 243. *in fin.* ubi sic decisum refert; quæ omnia dicebantur cessare in casu prædicto, quia quamvis fuisset per dictum D. Joannem facta renunciatio prædictorum annuorum introituum in beneficium Regiæ Curiæ, fuit conditionaliter, ut Dominus Dux Alvæ Regni Prorex potuisset illos vendere, & pretium exbursare dicto D. Joanni renuncianti, sive ejus legitimæ personæ, & sic necesse erat, ut pretium de 2 pecunia præsenti, & numerata Procuratori dicti D. Joannis solveretur, aliàs pretio non soluto dominium non potest discedere à venditore, & transire in emptorem, *text.* est in *leg. cum vendente procuratori meo, Cod. ubi cauf. fiscal.* ubi *glos. l. si procurator, ff. de jur. fisc. Bartol. in leg. a Divo Pio, §. sed si emptor, ff. de re jud.* ea ratione, quia vendere rem non præsenti 3 pecunia, sed data dilatione ad solvendum, dicitur vendere minori pretio. *leg. si prædium, ff. de in diem adject.* quod procedit, nedum in Procuratore Privati, sed etiam in Procuratore Cæsaris, ut post *Bartol. in loco* citato dixerunt *Jason in leg. qua alia, ff. de Offic. Procur. Cæsar. Bald. & Salyc. in leg. mercale, Cod. de rei vendic.* idem *Bald. in l. & si instrumentum, Cod. de fid. instrument. & jur.° hast. fiscal. libr.* 10. *Angel. in l.* 2. *ff. de jurisd. omn. judic* quod est etiam speciale in Fisco, ut post *Andr. de Barul.* dixit *De Pont. de potest. Proreg. titul.* 4. § 6. *numer.* 6 8. *& numero nono* ubi etiam hoc ampliat in Ecclesia, & Minore, ex *glos. in leg. si procurator, §. fi. ff. de jur. fiscal. Montan. in Pragmat.* 1. § 13. *numer.* 18. *de administrat. Universitat. Villalob. & Cherian.* inter *communes opiniones, titul. de privileg. fiscal. numero octavo. Peregrin. de jur. fisc. libro sexto titul.* 4. *numer.* 9. *Boss. in titul. de fisc. numero trigesimoseptimo,* quod generale esse in omnibus Administratoribus dixit *Bertaz. in tractat. de clausul. instrument. clausul.* 38. *glos.* 1. *numer.* 10. *Grev. ad Gayl. observat.* 15? *confid.* 1. *in fi. lib.* 2. quo requisito cessante corruit venditio, *Odoffr. in l. si minori, & in l.* 1. *C. de jur. hast. fiscal. lib.* 10. *& glos. & DD. in lib.* 1. *Cod. eod. titul. De Pont. de potest. Proreg. d. titul.* 4. §. 5. *numero* 10. *Bald. Angel. Imol. & Paul. Castr. in l.* 1. *ff. de liber. & posth. Anton. de Butr. & Imol. in cap. fi. de restit. spol.* Et quod fuerit habita fides de pretio, dicebatur probari, quia quamvis emptor fecisset apocam directam Banco Divi Jacobi, & Victoriæ ducat. 20. mil. tamen, ut infra notabitur, pecunia non aderat in Banco, & verè solutio erat facienda per eundem Ginesium Sanguinetum emptorem, mediantibus literis cambii Civitate Genuæ, ut supra fuit in facto notatum, & hoc infra duos menses, & proinde ex defectu potestatis, dicebatur, esse venditionem nullam.

Secundo dicebatur, nullam fuisse prædictam venditionem ex defectu voluntatis, nam cùm prædicti duc. 2000. essent per Suam Majestatem concessi dicto Dom. Joanni in remunerationem servitiorum, non poterant vendi per Regiam Curiam, nisi præcedente renunciatione, & cessione ipsius in manibus ejusdem Regiæ Curiæ, quæ tamen renunciatio fuit facta per dictum D. Joannem conditionaliter, ut dictant illa verba, *conditione expressa, sub qua intelligatur facta dicta renunciatio, & relaxatio &c.* subdit postea in eadem renunciatione, quod emptor, sive emptores *solvere, & exbursare teneantur dicta Regia Curia, & pro ea dicto D. Joanni, sive ejus legitimo Procuratori, &c.* quæ exbursatio aliud non importat, quam numerationem faciendam præsenti pe4 cunia: exbursare enim est ex bursa pecuniam numeratam solvere, ut verborum proprietas ostendit, *Angel. in conf.* 156. *in vers. quarto. & versic. item non ob5 stat, Surd. decis.* 284. *num.* 6. nam verba debent intelligi secundum subjectam materiam, *l. insulam, ff. de præsumpt. l. si uno, ff. locat. cap. constitutus, de religios. domibus Jason. conf.* 130. *numer.* 21. *vol.* 4. *Joann. Fab. in §.* 1. *Institut. de legat. Natta consil.* 95. *Boe. consil.* 6 105. *numer.* 32. *Surd. decisi* 312. *numer.* 29. Ex quibus constat, quod enixa, & individua voluntas dicti D. Joannis fuit in tantum renunciare, quatenus Regiæ Curiæ pretium numeraretur, & pro ea ipsi renuncianti, quod cùm non fuerit adimpletum, domi7 nium rei venditæ non fuit translatum, *l. grege, ff. de fidejuss.* tanto magis, stante clausula *non aliter*, cùm sint verba restricta, & limitata, quæ necessitatem important, ita ut non aliter, quam dispositum est, fieri possit, *glos. in l. siquidem, Cod de except.* ubi *Bald. Alex. in consil.* 3. *num.* 4. *vol.* 1. *Tiraq. de retract. convent. §.* 4. *glos.* 7. *num.* 14. *Cardin. Tusch. tom.* 1. *liter. C. conclus.* 311. *numer.* 1. & quod dicta clausula, *non* 8 *aliter*, conditionem importet, & formam inducat, *Barbos. de clausul. usufreq. clauf.* 81. *num.* 1. *Mart. de clausul. pars.* 1. *clauf.* 76. *numer.* 5. *Mastril. decis.* 55. *num.* 6. ubi quod à contractu censetur consensum 9 abesse, quando aliquid in contrarium operatur, *Mascard. conclus.* 153. *num.* 11. *Barz. decisi.* 79. *nu.* 45. & probat *text. in l. non aliter, ff. de l.* 3. *Ret.* apud *Marches. decis.* 54. *pars.* 1. *numero* 1. *Gratian. discept. forens. cap.* 532. *num.* 21. *&* 25. & quod quidem 10 operetur, quod clausula, *irritantes*, ut per *Socin. sen. conf.* 251. *num.* 4. *vol.* 2. *Barbos. dict. clausul.* 81. *nu.* 14. latè etiam *Reg. de Pont. consil.* 67. *volum.* 1. ubi, quod à contractu censetur consensum abesse quando aliquid in contrarium operatur, *Mascard. conclus.* 11 à pari procedunt, etiam si non conditio, sed modus esset adjectus, cùm in hoc solum differant, nam conditio impedit dominii translationem à principio, modus vero resolvit contractum, *Andr. de Isern. in cap.* 1. §. *sed nec alia justior, nu.* 40. *quæ sit prim. caus. benefic. amitt.* & est *text. in l.* 1. *C. de donat. quæ sub mod. Reg. Rovit. in Pragm.* 1. sub *titul. de guidatic. nu.* 22. *& in decis.* 4. *& Ego* dixi in *consultat.* 139. *numero* 45. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 175. *numero undecimo, Anna alleg.* 41. *&* 45. idem *Rovit. consil.* 66. Ex quibus concludebatur, quod cùm neque in ipso contractu, neque post contractum appareat de pretii numeratione, quia solutio servata forma renonciationis erat facienda per totum mensem Aprilis 1654. & sic quamvis ex contractu dictæ vendi12 tionis esset dominium translatum, tamen ex non solutione

lutione

lusione pretii tempore statuto fuit contractus resolutus, & per consequens, vel nunquam discessit à dominio ipsius D. Ioannis, vel reversus fuit ad ipsum, suosque hæredes, *l. cum te fundum, Cod. de pact. inter emptor. & vendit. Reg. de Pont. d. consil. 67. numer. 25. & 26.* ea doctrina *Bal. in l. universa, C. de precibus Imperat. offerend. Angel. Roman. & Felin. in cap. quoniam frequenter, ut lit. non contest.* & idem confirmat idem *De Pont. consil. 81. nu. decimoquarto.*

Et ea his dicebatur, etiam sequi tertium requisitum, quia cùm solutio erat facienda præsenti pecu-
13 nia, nam verbum *solvere*, vel *exbursare* importat naturaliter pretii numerationem, *l. solutam 49. ff. de solut.* ubi *Paul. de Castr.* notat, quod verbum *solvere* differt à verbo *satisfacere*: nam illud importat veram, & naturalem solutionem quæ fit in pecunia numerata, istud autem potest importare etiam fictam solu-
14 tionem, quæ fit per acceptilationem: & sic modo solutionis sive exbursationis, non servato, contractus fuit ipso jure nullus, ea quo deficit in forma solutionis, ut post *De Pont. d. consil. 81.* probat *Mastril. dec. 94.*

Pro parte autem conventorum dicebatur, quod prætensio dict. D. Iosephi erat satis aerea, cùm sit fundata in facto non vero, quod scilicet non fuerit facta solutio in dictorum ducatorum 20. mil. nam & si per Procuratorem prædicti D. Joannis fuerit recepta cedula directa Banco Divi Jacobi, & Victoriæ, tamen non ederat dicta pecuniarum quantitas in credi-
15 tum dicti Genesii, nec Augustini Belmusti ejus Procuratoris. Quia ad dominii translationem rei venditæ sufficit, fuisse de re, & pretio conventum, quod est substantiale in contractu emptionis, & venditionis, *§. vendita autem res. Instit. de rer. divis. l. necessario, & ibi DD ff. de pericul. commod. rei vend.* Nec est verum, quod fuit habita fides de pretio à Dom. quond. Prorege venditore, cùm pretium erat statim solvendum juxta formam contractus, & perfecto contractu venditionis, quatenus emptor non solvat pretium, datur contra eum actio ad pretium solvendum, neque ex hoc contractus jam perfectus
16 infirmatur, nam licèt sit verum, quod in contractu venditionis debeat intervenire pretium intelligendum est de conventione, non autem de numeratione, ut probat *tex. in l. 2. ff. de contrah. empt.* ibi, *sine pretio venditio nulla est, non enim pretii numeratio, sed conventio perficit contractum*, & quamvis loquatur in
17 contractu sine scriptura, tamen idem est cum scriptura, quando scriptura est jam perfecta, ut dicit *ibi glos. in verbo sine scriptis, Roderic. de ann. redit. qu. 13.*
18 *lib. 1. nu. 3. Franc. Marc. q. 58. num. 12. part. 1.* quod tamen est intelligendum, quando res vendita, non in pondere, vel mensura consistat, *Afflict. decis. 180. nu. 4. & decision. 399. Franc. Marc. d. quæstion. 58. Minsynger. observat. 36. centur. 36. Rot. Genuens. decision. 113. Iason. in*
19 *§. omnium num. 79. Instit. de act.* Et ex hoc sequitur, quod contra emptorem non solventem pretium datur actio pro eo consequendo una cum usuris, sive interes-
20 se, *l. curabit, & l. fructus, C. de action. empt. l. Iulianus, §. ex vendito, ff. eod. titul.* & debetur interesse pretii non soluti, quamvis res vendita nullos fructus afferat *Bal. & Salyc. in l. usuris, C. de usur. Paul. de Castr. in d. l. curabit, Roder. in d. lib. 1. q. 13. num. 1.*

Verum in hoc casu fuit cedula bancaria pro solutione dicti pretii consignata, ut moris est fieri in hac
21 Civitate in qua solutio de pecunia præsenti semper fieri solet per consignationem cedulæ bancariæ, prout signanter in emptione annuorum introituum venditorum habetur ex *Bulla* sive *Extravaganti Pii* V. Summi Pontificis in *§. sed denique* de qua mentionem facit *Duard. in d. Bulla, qu. 2.* sub num. 9 *& in §. 2. qu. 1.* ibi, *ut si in creatione census pecunia commode haberi, neque illius loco apocam, sive cedulam bancariam in ipso venditionis actu debeat exhiberi.* Et propterea satis sufficiens solutio fuit facta in dicto casu, dum fuit consignata dicta cedula bancaria, ut dicit *Scacc. de commerc. & camb. §. 1. qu. 1. num. 233. & §. 2. glo. 5. num. 63. Cenc. de censib. par. 2. cap. 1. Reg. Rovit. in pragm. 1. de censib. num. 8. ver. sufficit, & dec. 35. num. 8. Rot. Rom. divers. dec. 476. lib. 3. par. 1. Caroc. de oblation. par. 2. qu. 104. Pacif. de Salvian. interd. dec. 116. num. 1. Giurb. dec. 38. in fi. Put. dec. 163. lib. 1. Gratian. discept. forens. 387. nu.*
22 *39. & 46.* quod maxime procedit, quando fuit per emptorem acceptata, *Bellon. cons. 93. & Ego* dixi *in consult. 150.* & eo fortius, quando fuit à Banco approbata, & scripta in creditum venditoris, *Reg. Rovit. d. dec. 35. n. 8.*

Nec prædictis dicebatur obstare, quod eo tempore non habebat emptor in creditum dictam pecuniarum quantitatem, ita ut de ea disponere potuisset, quia sufficit, quod apoca, sive cedula solutionis sit à Banco, sive Nummulario acceptata, & quod scripserit in libris partitam in creditum venditoris, quo casu non potest per Bancum retardari solutio, quotiescunque creditor, qui reperitur in libris descriptus, vult pecuniam in sui creditum existentem expendere, rem nec
23 tamen Banco actio adversus illum, qui non habens in Banco pecuniam, expendere permisit, nam eo ipso, quod literas, sive cedulas solutionis faciendæ acceptavit, & descripsit creditum, non potest amplius pœnitere, *Rota Genuens. decision. 268. Put. dec. 126. lib. 3.* ad quod etiam facit id, quod dixit *Franchis dec.*
24 *303. nu. 2.* ubi, quod acceptans literas tenetur ad solutionem illatum, quam is is, qui literas scripsit, pendente solutione sit decoctus, ex doctrina *Salyc. in l. si filius, la 2. ff. ad Macedon. & in l. pro debito, ff. de bon. author. iudic. possid. Afflict. decision. 303. Barbat. cons. 37. vol. 1. Soc. cons. 64. volum. 3. Novar. in collectan. ad pragm. 1. de liter. camb.* Redditur ratio, quia quotiescunque
25 Nummularius, sive Mercator acceptat, & non est debitor Scribentis, habetur tanquam fidejussor. *gl. in §. fi. in auth. de fidejuss. in verb. argentariorum*, & communem esse opinionem dixit *Soc. in l. singularia, ver. secunda conclusio. ff. si cert. pet.* ubi etiam *Ias. Purpur.* & alii *Scribentes, Rot. Genuen. dec. 1. num. 5. & dec. 4. nu. 9. Boer. dec. 215. num. 6. & 7.* Hinc est, quod libris Banci
26 plena fides adhibetur, tanquam publica authoritate confectis, & ita practicatur in hoc Regno, ut fides adhibeatur partitis extractis à libris Banci.

Nec etiam dicebatur, obstare, quod eadem pecuniæ quantitas fuit postea ab eodem Procuratore data ad cambium, eam trahendo eidem Genesio emptori, ut eam solveret dicto D. Ioanni, quasi quod illa non fuerit vera solutio, seu partita, quæ vulgo dicitur *passatora*, quæ fit, quando pecunia revertitur ad eundem solventem sine legitima causa, vel cum
27 causa fictitia, quia creditum D. Joannis ex causa dictorum annorum bis mille potuit transferri in alium contractum, & sic in contractu cambii, ut probat *text. in l. certi condictio, §. fi. ff. si cert. petat.* & *ibi*
28 notant *DD.* in quo *text.* probatur, quod creditum ex causa depositi potest converti in causam mutui ex sola voluntate deponentis, & depositarii, quod etiam voluit *ibi Alex.* per *text. in l. rogasti, eod. tit.* ubi notat, quod pecunia redacta ex venditione rei meæ de partium voluntate statim convertitur in causam mutui, quod diffuse tractant *Bar.* & alii *DD. in d. l.*
29 *singularia, ff. eod. tit.* ex quo infert *Rovit. d. decision. 135. numer. 9.* quod ubi intercedit partis receptio, Banci acceptatio, & descriptio in ejus libris in creditum ipsorum venditorum, occultatur unus actus celeritate corrigendarum actionum, & habetur, ac si Bancum vigore cedulæ scriptæ ab emptore numerasset pecuniam, in cedula contentam venditori, & creditor illam pecuniam numerasset Banco, & describi fecisset in creditum ipsius, *De Pont. consil. 70.*

volum.2. & quamvis Procurator postquam in Banco in faciem suam, vel sui principalis descripsit, pecuniam consummasset, & in sui usum convertisset, non 30 debet esse curiosus creditor in hoc, nisi quando contrahit cum pupillo, vel Ecclesia, vel alia persona prohibita, vel inhabili, in quos usus convertat pecuniam, ex pretio rei venditæ perventam, *l. vir uxori, in princ. & ibi Paul. de Castr. ff. ad Senat. Consul. Velleian.* & notatur in *l. Civitas, ff. si cert. pet.* & in *Auth. hoc jus porrectum, C. de Sacros. Eccl. Roderic. de ann. redit. lib. 1. q. 14. n. 42.*

Et ex his concludebatur per emptorem dictorum annuorum introituum, sive per Marchionem Serram, cui deinde fuerunt cessi per dictum Ginesium emptorem in satisfactionem ejus crediti, quod stante venditione legitime facta per Regiam Curiam, & solutione ipsorum, non poterat inquietari, sed si prætendebant D. Joseph, non fuisse solutum cambium, agere debebat contra dictum Ginesium, & sic etiam per hæredes Marchionis Crispani Procuratoris dict. qu. D. Ioannis fuit ex literis, & scripturis probatum, omnia per ipsum gesta fuisse servata secundum formam mandati eidem injuncti: Et respectu dicti Ginesii dicebatur, ipsum ex computis datorum, & acceptorum cum d. D. Joanne apparere, esse illius creditorem: & non debitorem, & ideo voluit, ut penes ipsum pervenisset dicta pecuniæ quantitas, quare per multum temporis spatium post dictam negotiationem dictus D. Ioannes dum in humanis esset, nunquam conquestus fuit, & quotiescunque dict. D. Joseph uti ejus hæres videre vellet computa prædicta, se paratum obtulit, tamen dicebat, quod hodie non hoc jure egit, sed solum intentavit reivindicationem dictorum annuorum introituum, tanquam nulliter alienatorum, & proinde debebat absolvi ab impetitis. Et facta relatione de prædictis omnibus in Collaterali Consilio per doctum Consiliarium Ioannem Franciscum Marcianum, junctis Regiis Consiliariis duarum Aularum, succubuit D. Ioseph actor, ut est videre in Banca Sclani Actuarii S. R. C.

OBSERVAT. IN DECIS. CXCVI.

SUMMARIUM.

1 *Interesse quantiplurimi an debeatur, & à quo tempore, & ad quam rationem, & numero 2. 3. 4. & 5.*

Interesse quantiplurimi an debeatur, antequam pretium sit liquidatum per Iudicem, ibidem & numer. 3. 4. & 5.

2 *Interesse quantiplurimi an debeatur, quando adest calculatoris relatio, sed non fuit per Iudicem declaratum.*

Calculatoris relatio an habeat vim sententiæ, & quando, ibid.

Calculator, quando est electus uti Arbiter à partibus, an computatio facta ab ipso habeat vim sententiæ, ibid.

3 *Interesse quantiplurimi, an debeatur pro primo anno.*

Mora quando committatur à debitore, ad hoc, ut teneatur ad interesse quantiplurimi, ibid. & num. 1. 2. 4. & 5.

4 *Decisio* Afflict. *205. quomodo intelligatur.*

5 *Mora semel contracta, & dato initio cursus usurarum, illæ semper currunt.*

6 *Interesse ad quam rationem debeatur per debitorem morosum, afferuntur decisiones.*

7 *Interesse cambiorum, & recambiorum, ad quam quantitatem satis debeat remissive.*

8 *Si fiat mutatio monetæ medio tempore cambii, an sit solvenda moneta antiqui valoris, vel moneta nova, remissivè.*

Moneta, vulgò Zannette, *fuit mutata in anno 1622. in hoc Regno, ibid.*

9 *Litera cambii data à debitore creditori, ut ab alio satisfiat, an debitor liberetur, si creditor ab illo non sit satisfactus.*

Litera cambii recepta à creditore, an liberent debitorem non recepta solutione, ibid.

Litera cambii recepta à creditore, & acceptata ab eo, cui erant directa, si iste fiat decoctus, an debitor liberetur, vel possit contra eum agere creditor, ibid.

Decoctio illius, cui directa erant literæ cambii, an noceat debitori, qui literas dedit suo creditori, ibid.

10 *Immunitate Ecclesiæ an gaudeant Nummularii, Banquerii, & Mercatores falliti, & fraudulenter decocti, & numero 11. 12. 13. usque ad numerum 19.*

Fallitus dicitur, quia fraudator, quia falliti homines fraudant, ibid.

11 *Decoctus fraudulenter, seu fallitus æquiparatur publico latroni, & num. 14. & 23. non autem, qui vitio fortunæ decoctus est, n. 25.*

Fallitus, & fraudulenter decoctus, qua pœna puniatur, ibid & n. 14. & 23.

12 *Decoctores, seu falliti non debent recipi in Ecclesiis Regularium, nec ibi commorari ex literis Clement. VIII. directis superioribus illarum, & n. 18.*

14 *Fallitus quamvis æquiparetur publico latroni, non tamen est privandus immunitate Ecclesiæ, sicuti privatur publicus latro.*

15 *Pœnæ non sunt extendendæ ad delicta similia, & ad alios casus non expressos.*

16 *Exceptio firmat contrarium in casibus non exceptis.*

Dictio taxativa Tantùm *de sui natura impedit extensionem ad non expressa, ibid.*

17 *Bulla Gregorii XIV. de immunitate Ecclesiæ, in Hispania non est usu recepta.*

18 *Nummularii, & Mercatores dolosè decocti, ne possint gaudere immunitate Ecclesiæ, expediret Reipublicæ, si Summus Pontifex deprecaretur, ut in alia sua constitutione praciperet, & n. 21.*

20 *Debitores falliti confugientes ad Ecclesiam cum bonis, & rebus in fraudem creditorum, non debent ibi multo tempore tolerari.*

Debitores falliti, si ad Ecclesiam res, & bona transportarunt, debent dicta bona Iudici sæculari consignari, ut cui de Iure adjudicet, ibidem.

Bona posita in loco immuni à debitoribus in fraudem creditorum debent extrahi, & poni in loco non immuni, nec possunt teneri in loco immuni, ibid.

22 *Decocti fraudulenter, & falliti, qui in Ecclesia existentes, se concordant cum creditoribus illos fraudantes, & relaxationem ab eis habentes, committunt crimen Reipublicæ valdè damnosum, & nihilominus tenentur ad integra debita.*

24 *Debiti, vel ejus partis remissio fallitis, & decoctis existentibus in loco tuto, & immuni, non valet, & proindè possunt creditores totum ab illis exigere, si sunt solvendo.*

25 *Decoctus absq; dolo, sed vitio fortunæ non est infamis, non publicus latro, nec punitur, prout decoctus fraudulenter, & dolose.*

26 *Pœna Nummulariorum decoctorum in Civitate Neap. quæ sit.*

1 INteresse pretii quantiplurimi, de quo hic *num. 20.* an debeatur, & à quo tempore, & ad quam rationem Observo decisum fuisse per Sacrum Consilium, ut per *Afflict. decis.* 205. non deberi, quando pretium rei non fuit liquidatum, quia debitor non videtur constitutus in mora, quando debitum non est liquidum,

liquidum, sed venit liquidandum, & antequam per Iudicem sit liquidatum, & declaratum; & ità refert decisum *Afflict.* quem sequitur *D. Regens Lanar. consil. 28. num. 24. D. Fab. de Anna cons. 95. num. 13. lib. 2. Verall. decis. 108. num. 9. par. 2.* idem tenet *Magon. decis. Lucens. 3. num. 3.* Immò nec sufficere Calculatoris relationem; sed omninò requiri Iudicis declarationem fuit etiam decisum in eodem Sacro Consilio sub die 13. Julii 1555. ad relationem Domini Consiliarii Fœlicis de Rubeis in causa Francisci de Palma, cum Ill. Marchiona Quarantæ, in Banca Bozzaotræ nunc .... ut habeo ex Apostilla dicti Consiliarii de Rubeis in *d. decision. 201. Affl.* Calculatoris enim calculatio non habet vim sententiæ, quæ transire possit in rem judicatam, sivè absolutoria, sivè condemnatoria sit, nisi à Judice fuerit prolata, ut per *Marc. Ant. Thomas. dec. Rot. Macerat. 1. n. 3.* per *tex. in l. 2.* ubi *Bart. C. de jure fisc. lib. 10. & Gabr. cons. 43. n. 1. & 3. lib. 1.* Secus si Calculator sit electus, uti Arbiter inter partes, tunc enim computatio illius per verbum condemnamus, habet vim sententiæ, *l. si cui libertas 49.* ubi *Paul. de Castro numer. 3. ff. de condict. & demonstrat. Gabriel. d. cons. 43. in princip.* Sed à dicta calculatione Calculatoris simpliciter electi, (ut moris est) non datur appellatio, sed committitur remissio, ut per *Bartol. Bald. Alberic. Castrens. Alex. Ias. Burrig.* & præclarè *Imol. in l. fin. col. 1. in fine, ff. quis, & à quo, Marc. Ant. Peregr. decis. 152. num. 14. in fine, Thomas. loc. cit. num. 5.*

3 Sed *Anton. Faber in suo Cod. Fabriano lib. 4. tit. 24. de usur. & mor. defin. 9.* refert rem judicatum fuisse in illo Senatu Sabaudiæ interesse quantiplurimi deberi, sed non pro primo anno, & posteà idem *Author ibid. definit. 10.* dicit, quod mora committitur in præstanda æstimatione quantiplurimi, etiam antequam dicta æstimatio à Judice taxata sit, quia sufficit, ut sciat debitor se rem debere, cujus æstimatio petitur, cum ex eo etiam scire potuerit debitor, & debuit, æstimationem pro re præstandam, & offerre eam quantitatem, quam justæ æstimationi respondere putabat, aut si creditor obsignare recusabat, & ità decisum per illum Senatum testatur.

4 Et *decisionem Afflict. 205. supra relatam*, ubi habetur, quod non debetur interesse, nisi à tempore, quo fuit liquidatum pretium rei, & quod debitor non videtur interim in mora, intelligi debere, dum quia est penitus ignarus se aliqua debere, secus si sciat universale, quia tunc scire potest se esse debitorem in aliqua parte, & eo casu tenetur offerre liquidum, & pro alio illiquido offerre saltim verbo se soluturum cum cautione, cum liquebit, ait *Vrsill. ad dict. decis. Afflict. num. 4. & num. 7. in fine*, qui citat *Alexand. cons. 130. num. 31. circa med. volum. 4. & Tiraquell. de retract. lignagior. §. 1. glos. 19. num. 2.* ità etiam tenet *Rota Genuens. decis. 118.* præcipuè *n. 3.*

5 Hinc semel mora contracta, & dato initio cursus usurarum, illæ semper currunt, usque ad integralem debiti satisfactionem, etiam contra hæredes debitoris, ad *tex. in l. semel mora*, ubi *DD. ff. de solut. & in l. cum pater familias, ff. de usur. Antonin. de Amato resol. 43. num. 48. lib. 1. var. resol.* post *D. Franch. decis. 16. n. 10.* quia mora semel commissa perpetuò durat.

6 Sed ad quam rationem debeatur interesse per debitorem morosum inter Mercatores, & invenio per Sacrum Consilium in causa Ascanii de Elia cum hæredibus Joannis Camilli Conte in anno 1608. referente D. Consiliario Iacobo de Franchis, in banca Cioffi, ubi fuit decisum deberi interesse quantiplurimi ad rationem ducatorum octo pro centenario, ex sententia fol. 149. & deinde per aliud decretum ejusdem S. C. fuit ordinatum, quòd exequatur sententia prædicta, folio 191. & aliàs per idem Sacrum Consilium Neapolitanum. Sub die 12. Maii 1586. ad relationem Domini Consiliarii Joannis Antonii Stellarelli, in causa inter Michaelem, & Andream Bertinos actores ex una, & Ioannem Leonardum, & Fœlicem Maeza conventos ex altera, in banca Saturni, nunc .... fuisse liquidatum interesse ad rationem duc. decem pro centenario, fol. 136. à t. t. ut apparet ex copia dicti decreti in processu Pauli Benvenuti cum Universitate, & particularibus Civitatis Regiæ, in banca de Felice in S. C. fol. 268. qui processus fuit transmissus ad Reg. Cam Summariæ, in banca Ventigliæ ob mortem dicti Pauli, absque legitimo successore, & sic ob interesse Regii Fisci successoris dicti Pauli, videantur quæso ambo processus, ut meliùs, & pleniùs videantur hæ decisiones, & an pro primo anno fuerit concessum interesse hujusmodi à S. C. ut voluit *Fab. in Cod. loc. sup cit.*

7 Interesse cambiorum, & recambiorum, ad quam quantitatem solvi debeat, vide *D. Tap. lib. 4. Iur. Regni, tit. de cambiis, rubr. 4. in ead. rubr. à num. 15. ad fin. fol. 20. & 21.* post *Peguer. decis. 33.* qui de hac materia eruditè tractat, & latè.

8 Et de materia cambiorum, quando fit mutatio monetæ, an sit solvenda moneta antiqui valoris, tempore quo fuit factum cambium, & promissa solutio, an verò sit solvenda moneta secundum valorem monetæ novæ melioris legæ, tempore quo fit solutio, cum medio tempore fuerit authoritate Principis mutata, vide latè per *Gratian. tom. 5. discept. forens. cap. 884.* per totum, ubi fit quæstio in casu mutatæ monetæ, in hoc Regno Neap. in anno 1621. quinque granorum argenti, vulgo *Le Zannette* (sic à vulgo tunc vocatæ, quia erant taliter tonsæ, & diminutæ, à monetariis, ac redactæ, ut ità dicam quasi ad oculum Gallinæ,) quem etiam adduxi supra in *obs. ad dec. 179. n. 56. & 20. in fin.*

9 Ad *num. 25. cum seqq.* vide *Fontanell. dec. 124. & 125. tom. 1.* ubi latè discutitur illa quæstio, si literæ cambii datæ sint per debitorem creditori, ut ab alio recipiat debitum, quæ literæ fuerunt præsentatæ per creditorem, & acceptatæ per illum, cui dirigebantur, an debitor liberetur, & an creditor possit redire ad suum debitorem, ut sibi solvat, & sic an literæ cambii receptæ à creditore, qui illas præsentavit illi, cui dirigebantur, liberent debitorem, non sequuta solutione, & quid si is, cui directæ fuerunt dictæ literæ cambii, & ab eo acceptatæ, sit decoctus, an, & quando possit creditor petere suum creditum à suo primo debitore, & quando decoctio illius noceat debitori, & de hac quæstione vide etiam latè per *D Reg. de Marin. lib. 1. resol. quotid. cap. 80.* ubi in fine adducit decisionem Rotæ, per quam decisum fuit, remanere obligatum suo creditori debitorem literas cambii scribentem.

10 Non gaudere immunitate Ecclesiæ Banquerium, seù Nummulatium Banci publici, & Mercatorem fraudulenter decoctum, vulgò *Fallitum*, ait *Boer. decis. 215. à numer. 4. in fine*, & propriè *num. 7.* quem citat *D. Regens hic num. 26.* & dicitur fallitus, quia fraudator; nàm falliti sunt fraudatores, quia homines fraudant, ut ait *Boer. ibidem numer. 6. & Farinac. de immun. Eccles. cap. 3. numer. 65. in fine.* Sed advertatur, quòd *Boerius* scripsit antequàm promulgata fuisset Bulla Gregor. XIV. quam referunt *Quarant. in summ. Bull. verbo reverentia divinorum officiorum, & D. Genuens. in prax. Archiepisc. in prima impress. Neap. 1602. capit. 21. fol. 129. & in tertia impress. Rom. 1616. capit. 17. de immun. Eccles. fol. 73.* In qua constitutione solummodo certi casus sunt exceptuati, qui minimè gaudere debent immunitate Ecclesiæ, inter quos est casus publicorum latronum, qui non gaudent; Ideò observandum est. An tales Nummularii, & Mercatores decoctores fraudulenter, vulgò *Fallitti*, gaudeant dicta immunitate post promulgatam dictam Bullam Gregorianam, & in hoc dubio multi Doctores tenuerunt

nuerunt negativam sententiam, quos referunt *Dian. par. 1. tract. 1. resol. 32. & par. 3. tract. 1. resol. 40. ac par. 4. tract. 1. resol. 47. in fine,* atque *par. 6. tract. 1. resol. 17. & Thom. del Bene par. 2. de immun. & jurisd. Eccles. cap. 16. dub. 21. sect. 6. n. 1. fol. mihi* 223.

11 Moventur illi DD. ex eo, quia talis debitor decoctus fraudulenter, seù fallitus æquiparatur publico latroni, quapropter eadem pœna capitis punitur publicus latro, tùm ex constitutionibus, & pragmaticis sanctionibus Catholicorum Regum, tùm etiam ex constitutione Pii V. qui eos furibus, & latronibus assimilavit, & in illos pœnam ultimi supplicii inflixit; Moventur etiam ea alia ratione, quia nempe extant quædam literæ scriptæ de mandato Clementis VIII. Archiepiscopo Bononiensi, & Nuncio, sive Archiepiscopo Neapolitano, in quibus literis mandatur

12 superioribus Regularium, nè condemnatos, fallitos, bannitos, fures, decoctores, debitores, aliosque similes in suis Conventibus recipiant, injuncta receptantibus pœna.

13 Sed contrariam affirmativam sententiam omninò sequendam, præcipuè post dictam Bullam, seù constitutionem Gregor. XIV. tenent alii DD. quos referunt sequuntur idem *Dian. loc. supracitat. & dict. Thom. Delbene ubi supra num. 4. & seq.* ea æquidem ratione, quia nec ratione debiti, nec ratione delicti excludi debent; Non ratione debiti, quia alioquin omnes debitores excludi deberent, quod omnes communiter negant, *Covarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 20. nu. 14. vers. sed profectò, Bonac. mox infrà citand. puncto 5. num.* 6. & praxis testatur; Non ratione delicti, quia re vera

14 non est publicus latro, sed solum per quandam æquiparantiam, & in pœnis, non est facienda extensio ad delicta similia; ideo licet à Pio V. expressè in sua constitutione, æquiparetur talis decoctor fraudulenter publico latroni, Non tamen hinc sequitur, quod etiam veniat talis fallitus æquiparatus quoad privationem immunitatis, cum pœnæ non sint exten-

15 dendæ ad delicta similia præsertim, si extensio sit in præjudicium Ecclesiarum, & oppositum reperiatur expressum in Jure; Nàm in d. Bulla Gregorii non privantur dicti decoctores immunitate, cum inter casus ibi exceptos, non invenitur casus decoctoris, & ideò non est extendenda ad alios casus ibi non expressos, ut ait *Farinac. cons. 76. numer. 13. tom. 1.* his rationibus, quia in dicta Bulla Gregorii excipiuntur aliqui casus ab immunitate Ecclesiæ, ideò in reliquis censetur fa-

16 cta omnium inclusio, per regulam, quod exceptio firmat contrarium in casibus non exceptis, & etiam quia in dicta Bulla, dum excipiuntur casus aliqui apponitur dictio taxativa *Tantùm*, quæ de sui natura est impedire extensionem ad non expressa; Immò in eadem Bulla eorumdem casuum exceptio fit per modum formæ, ut patet ibi: *Ad unam tantùm formam reducimus*, ergò illi nihil addi, vel minui potest, & hanc sententiam inter cæteros Doctores, quos referunt iidem *Dian. & Delbene* tenentur *Nav. in sum. capit. 25. numer. 19. Sanchez in opuscul. consil. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. num. 24. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 380. num. 29. Tasson. de amplificat. vers. 13. observat. 2. num. 33. fol. 536. Bonacin. tom. 2. circa primum Decalogi præceptum disp. 3. quæstion. 7. punct. 5. numero 6. versicul. amplia, etiam si debitores, & Fontanell. decision. 245. num. 8. tom. 2.* testatur in illo Senatu Cathaloniæ receptum esse decoctores, & fallitos gaudere dicta immunitate, atque ità decisum per Sacram Congregationem, fatetur idem *Dian. d. resol. 32. par. 1. tract. 1.*

17 Et Doctores contrariæ opinionis, ut plurimum sunt Hispani, ubi dicta Bulla Gregorii non est usu recepta, ut ait *Dian. d. dict. resol. 32.* & moventur ex lege, seù Pragmatica sanctione Regia promulgata Matriti de mense Julii 1590. Per quam statuitur dictos decoctores non gaudere dicta immunitate, ut est videre apud *Cavalles opin. commun. contrà commun. tom. 2. quæstion. 683.* qui secundum dictam legem, & Pragmaticam Regiam loquitur, & ideò cum *Gutierez*, & aliis Doctoribus Hispanis tenet non gaudere, nulla facta mentione de præfata Bulla Gregorii XIV. & dictam opinionem apud Hispanos fortasse admitti posse, ut *Covarr. ubi supra var. resolut. lib. 2. cap. 20. numero 14. vers. nec Iasonis argumentatio*, ibi: *Posset fortasse Iasonis sententia apud Hispanos admitti, &c.* Et quamvis adsint alii etiam Doctores, qui non sunt Hispani, qui eandem tenent opinionem, prout *Iason*, & alii, prout etiam *Boer.* Attamen illi loquuti fuerunt, etiam antè promulgationem Bullæ prædictæ. Vel si aliqui scripserunt post eandem Bullam, eorum rationibus jam suprà satisfactum est cum *Diana, Delbene, Farinac.* & aliis Doctoribus ab eis citatis ex aliis rationibus, quas supra ex eis adduxi, & mox infrà adducam.

18 Ad aliud motivum sumptum ex literis scriptis de mandato Clementis VIII. supra *num. 12.* enunciatis, Respondent iidem *Dian. d. resolut. 40. par. 3. tract. 1. & Delbene ubi supra de immun. Eccles. par. 2. cap. 16. dub. 21. sect. 6. numer. 11.* optima ratione, Nempè Summum Pontificem in illis solum ordinasse Superioribus Regularium, nè tales decoctores, falliti, banditi, fures, &c. in illorum Conventibus recipiantur, sed expellantur. Non autem, quod non gaudeant immunitate, si de facto ibi reciperentur, & ideò per dictas literas, non fuit derogatum constitutioni supradictæ Gregorii XIV. & sacris Canonibus dictis decoctoribus, & aliis Ecclesiæ immunitatem concedentibus, ità ut ab Ecclesiis extrahi possint inviti, si ad illas confugiant sed solum per dictas literas fuisse prohibitum, nè iidem debitores, falliti, &c. in Conventibus, & Monasteriis reciperentur. Ità etiàm *Farinac. in appendic. de immun. Eccles. cap. 3. num. 64.* ubi se retractat ab opposita opinione, quam tenuerat in *tit. de carceribus, & carcer. quæstion. 28. num. 33.* atque *Bonacin. ubi supra d. disput. 3. quæstion. 7. punct. 5. num. 6. versic. objicies quartò.*

19 Fateor tamen, quod expediret toti Reipublicæ, si humiliter precaretur Summus Pontifex, ut pro bono publico, & ad extirpandum tale facinus, dignaretur pro sua summa pietate, aliàm Constitutionem edere, qua excluderet à dicta immunitate prædictos nummularios, & mercatores fraudulenter, & dolosè decoctores, & fallitos, prout etiam alia enormia crimina. Prout Urbanus VIII. recolendæ memoriæ ex speciali gratia rescribere fecit per Sacram Congregationem Eminentissimo D. Cardinali Boncompagno Archiepiscopo Neapolitano vigilantissimo, dignissimo, & nunquam satis laudato, ut dixi supra *fol. 350.* in addendis in *Observ. in decision. 177. ad nu. 9.* Ut scilicet ille, qui de nocte Pixidem sacram de Altari furatus erat in Ecclesia, evacuando hostias consecratas, frangendo portellam, & subtus Altare se abscondendo, & ibi in fragranti crimine repertus, traderetur Curiæ seculari excludendo illum ab immunitate Ecclesiæ in qua recipiebatur, ob tale detestabile crimen commissum, absque eo tamen, quod id traheretur in exemplum, ut refert *Noviar.* aliàs à nobis citat. in *summ. Bullar. tom. 2. tit. de immunit. Eccles. n. 27. fol. 349.*

Immò idem Eminentissimus D. Cardinalis Boncompagnus de speciali ordine ejusdem Urbani VIII. mandavit, ut Delinquentes refugiati in Ecclesiis, & locis immunibus gaudentes quidem immunitate, infrà terminum dierum trium exire, & extractare deberent, & quod de cætero à Superioribus Ecclesiasticis Ecclesiarum, & locorum piorum Civitatis, & Diœcesis Neapolis non receptarentur Delinquentes, sub pœna, &c. ob causas in edicto contentas (prout etiam

etiam ordinaverat Clemens VIII. ut suprà dixi) ut clarius patet, ex dicto edicto publicato sub die 17. Decembris 1626. quod quidem edictum reperimus impressum in libello nuncupato Bullæ, & Decreta recentiora, & est tenoris sequentis.

Franciscus Tituli Sancti Eustachii S. R. E. Diaconus Cardinalis Boncompagnus Archiepiscopus Neapolitanus.

SE bene conforme alla pia mente della Santità di Nostro Signore à Noi preme quanto si deve, che l'immunità Ecclesiastica sia inviolabilmente custodita, & osservata; & che puntualmente sia essequito quanto sopra di ciò viene ordinato da' Sacri Canoni, e dal Sacro Concilio di Trenta, con quello di più, che sa santamente commandato per la Constitutione di Gregorio XIV. di felice memoria tutta volta a Noi molto dispiace, che con pregiudicio della quiete publica, le Chiese, & altri luoghi Immuni servina per asilo, e recettacolo à delinquenti, & facinorosi, li quali abusando ben spesso del privilegio dell'immunità; vi si recovrano anco talvolta per uscir à commettere nuovi eccessi: Onde per provedere (per quanto potiamo) all' inconvenienti, e disordini, che ne seguono, e possono seguire: Per l'auttorità à Noi concessa dalla Santità di N. S. Papa Urbano VIII. Ordiniamo, e comandiamo, che i delinquenti refuggiati alle Chiese, e luoghi immuni così de secolari, come de Regulari di questa Città di Napoli, a sua Diocese (che secondo la detta Bolla dovrebbono godere il privilegio della immunità) debbiano frà tre giorni partirsi dalle dette Chiese, a luoghi immuni, altrimente lo faremo estrahere della maniera, e forma, che ci vien permesso, & ordinato. Et acciò in futurum i delinquenti non si servino più di ricettacolo, e continua habitatione delle dette Chiese, e luoghi immuni, Ordiniamo, e comandiamo per la medesima autorità à Noi concessa, à tutti Superiori Ecclesiastici delle Chiese, Conventi, e Monasterii di questa Città, e Diocese di Napoli così Secolari, come Regulari di qualunque Ordine, Religione, & Instituto che siano; che per l'avvenire non diano, ai debbiano dare alcun recetto à delinquenti, sotto pena all' Ecclesiastici (da incorrere ipso facto) della suspensione da gli loro ordini, e privation d'officii, e dignità; ed' inhabilità in futurum à poterli ottenere; & à rispetto de' Secolari, Administratori, Maestri, à in qualsivoglia altro modo Officiali, e Superiori delle dette Chiese, e luoghi immuni (à quali spetta il comandare, & ordinare in detti luoghi) di scommunica da incorrersi, come di sopra: Nelle quali pene dichiaramo ch' incorreranno, ancorche detti delinquenti non fossero ritrovati nelle dette Chiese, e luoghi immuni, quando però si potrà provare la recettione, ò che vi siano stati di consenso tacito, ò espresso. Et acciò nissun possa escusarsi sotto pretesto, che contro la volontà loro stiano, e prattichino li detti delinquenti in dette Chiese, e luoghi immuni; Vogliamo, e comandiamo, che li predetti, à chi spetta siano tenuti dentro il termine di tre giorni dopò l'affissione del presente Editto, dar nota in scriptis al Mastro d'atti di questa Corte delli delinquenti, che passato il detto termine, si troveranno, ò verranno in dette Chiese, e luoghi immuni, col titolo del delitto è causa, per la quale stiano ivi retirati, è del tempo, che incominciorno à practicarvi. Avertendo, che contra ogni persona si procedera col dovuto rigore, e che il presente affisso alli luoghi soliti, di questa Città passati li detti tre giorni altrengnerà, e comprenderà ogn' uno, come se à tutti fosse personalmente intimato. Datum Neapoli die 17. Decembris 1626.

Franc. Card. Boncomp. Archiep. Neapi

D. Horat. Baref. Act. Mag. Arch. Cur.

Vel saltim præciperet omnibus, & singulis Episcopis, & cæteris, ad quos spectat (prout Clemens VIII. fœlic. recordat. prohibuit Superioribus Regularium) nè in quacunque Ecclesia, & loco pio subjectis tàm Regularibus, quàm locorum ordinariis, vel aliis quibuscumque recipiantur, sed statim expellantur, sub pœna.

20 Et exinde observandum est cum *Dian. dict. resol. 17. in fine tract. 1. par. 6.* Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium decrevisse in una Barensi die 12. Martii 1600. quod debitores hujusmodi fraudulenti confugientes ad Ecclesiam cum bonis, non debent ibi multo tempore tolerari, sed ab Ecclesia ejiciendos, & eandem Sacram Congregationem die 1. Decembris 1617. decrevisse similiter, quod decoctores res, & bona in creditorum præjudicium ad Ecclesiam transportare non debent, sed Judici sæculari consignanda, ut illas, & alia, cui de jure adjudicet; Prout idem *Dalbene loc. cit. sect. 6. in fin.* refert eandem Sacram Congregationem Episcoporum sub die 14. Novembris 1636. præcepisse bona posita in loco immuni in præjudicium creditorum deponi debere in loco non immuni, & 9. Martii 1635. præcepisse Vicario Generali Mediolanensi, nè talia bona tenerentur in loco immuni in præjudicium creditorum, ac die 12. Decembris 1642. ordinasse, ut ex quadam Ecclesia extraherentur bona eò transportata in fraudem creditorum, consignanda tamen Iudici competenti.

21 Ex quibus, ut dixi, facilè crederem, Summum Pontificem, pro sua eximia pietate, ac sanctitate ad bonum publicum tuendum, & ad obviandum tot fraudibus, & fraudulentis nummulariorum, & mercatorum dolosè decoctorum decipientium miseros negotiatores, atque ad succurrendum ipsis negotiatoribus, si suppliciter deprecaretur à Principibus Christianis, quod faciliter annueret, ad aliam constitutionem promulgandam; excipiendo dictos fraudulentes decoctores ab immunitate Ecclesiæ, prout excepit Gregor. XIV.

22 publicos latrones, quoniam præfati campsores, nummularii, & mercatores dolosè, fraudulenterque falliti, qui cum maximo Reipublicæ dispendio, & detrimento, ex pecuniis, & rebus alienis, dum negotiationem quæstuariam exercent, operam usuris, & fœnoribus streoue dantes, lautè, lautissimè, & opiparè viventes, ac prodigalitatem, & luxum, libidini, & voluptatibus indulgendo, decocti tamen versuram faciunt, & versutiam exercent, atque ad Ecclesiam fugientes, secum tamen magnam pecuniarum quantitatem, res, & bona esportantes, creditores omnes misesè fallunt, & ab eis posteà aliquando petunt concordari, & relaxationem majoris partis ejus, quod debent, dum tuti existunt in Ecclesia, quod miseri creditores coacti sunt, licèt inviti, acceptare, & quomodocumque se concordare, nè totum eorum creditum perdant omnino, & amittant;

23 Quod æquidèm gravissimum crimen esse, & Reipublicæ valdè damnosum, & perniciosum, nemo est, qui dubitet, & ob id famosos latrones, & infames appellati, & uti tales gravissima, & capitali pœna puniri in pluribus constitutionibus Principum, præcipuè in Hispania & in statu Ecclesiastico per dictam Bullam Pii V. aiunt *Covarr. loco supra indic. var. resol. lib. 2. cap. 20. numer. 14. versicul. nec Iasonis argumentatio*, & post eum *Farinac. locis citat. de carcer. & carcerat. quæst. 28. num. 35. & de immunit. Eccles. cap. 3. numer. 64.* & latè etiam per *Gizzarell. decision. 80.* ubi *num. 4.* ait, quod uti infames, & infamissimi debent tradi creditoribus dilaniandi more antiquissimæ legis,

legis, ubi *Baldaxar. de Angel. in addit.*

24 Quinimmò talia pacta inita à creditoribus cum prædictis dolosè fallitis, & fraudulenter decoctis, existentibus intus Ecclesias, & loca immunia super remissione pecuniæ, & illorum crediti, non esse servanda, & pactis, & remissionibus hujusmodi (tali metu factis, nè totum perderent) non obstantibus, posse deindè creditores totum exigere, si appareat illos esse solvendos, ait *Palacios Ruvios*, alias *Lupus*, quem citat, & sequitur *Boer. in cit. decis. 215. num. 8.* tales enim, uti indigni, ab omni Iuris, & hominis beneficio excludendi sunt, alias decoctio ipsis loco mercaturæ deserviret, *Novar. in prax. elect. fori, sect. 2. quæst. 40. nu. 4. fol. 89.*

25 Benè verum est, prædicta omnia intelligi debere de mercatore dolosè, & fraudulenter decocto, & fallito, ut supra dixi, cum DD. sup. citatis, non autem de eo, qui vitio fortunæ, ut purà propter infortunia successa, hostium incursum, ventorum, marisque violentiam, aut quid simile decoctus fuit, quia tunc talis sic effectus non solvendo, & decoctus, non est infamis, non potest dici publicus latro, nec punitur, neque cessionis beneficio privatur, *Gizzarell. d. decis. 80. nu. 5.* & ibi latiùs *Baldaxar. de Angelis nu. 11.*

26 Circà verò pœnam contrà Bancherios, seù Nummularios hujus Civitatis Neap. decoctos, qui se absentant per ses dies, vide *Pragm. 1. de nummular.* quæ pœna extenditur, etiam si decoctio fiat casu, & culpa ministrorum, ut in *Pragm. 4. ejusdem. n.*

M. A. Gizzius.

ARGUMENTUM.

Sequestrum an, & quando, & in quibus casibus fieri possit contra hæredem pro dotibus, & antephato mulieris.

Mulier an possit constante matrimonio renunciare antephato, & aliis lucris matrimonialibus.

Text. in l. unic. §. taceat, C. de rei uxor. act. an habeat locum, nedum in dote, sed etiam in antephato.

SUMMARIUM.

1 *Sequestrum in principio litis non est permittendum, & in quibus casibus concedatur, n. 2.*
Et quæ requirantur, ut concedi possit, n. 3. usque ad n. 7.

8 *Sequestrum de facto concessum, etiam de facto revocari debet.*

9 *Creditum liquidum, & certum dicitur, quando apparet, quid, quale, & quantum sit.*

16 *Sequestrum non potest fieri pro credito illiquido, & quod non est certum, non potest dici liquidum, nec potest pro eo exequi.*

11 *Heres viri habet tempus unius anni pro restitutione pretii rerum mobilium uxoris, & contra eum non potest agi, nisi quod adveniente tempore solvat, & an uxor possit bona viri loco pignoris retinere, non obstante anni circulo, n. 61. & 62.*

12 *Scriptura originali, & non exemplo fides adhibetur.*

13 *Capitula matrimonialia posteriora derogant prioribus.*

14 *Vxor si sit creditrix viri, cujus bona administravit, præsumatur sibi ipsi ante omnia satisfecisse, vel de pecunia ejus viri solvisse aliis creditoribus, num seq. & num. 56.*

16 Text. in l. unica, §. taceat, C. de rei uxor. act. *non habet locum in alio prætenso credito uxoris, sed tantùm in dote.*

17 Text. in l. 1. §. ex officio, ff. de tutel. & rationibus distrah. *quamvis loquatur de Tutore, ejus dispositio habet locum in quocumque alio Administratore.*

18 *Sequestrum aliud non importat, nisi ponere in tuto bona debitoris, ad hoc ut creditor satisfieri possit.*

19 *Sequestrum difficile permittitur, quando non adest timor dilapidationis, de quo timore debet constare, aliàs etiam sequestrum factum revocari debet.*

20 *Dilapidatio non præsumitur, & ideo ab eam allegante probari debet.*

21 *Heres cum beneficio legis, & inventarii non tenetur, nisi quatenus est in hereditate, quia non debet esse in lucro, neque in damno, tamen quatenus ex bonis hereditariis aliquid ad eum pervenerit, remanet obligatus, n. seq.*

23 *Sequestrum proprie non cadit in bonis feudalibus, tamen idem importat preceptum de non alienando, quod inhibitio appellatur.*

14 *Illiquidum non dicitur, quod est de brevi liquidandum.*

25 *Sequestrum ad hoc ut possit obtineri, sufficit, quod summarie constet de credito, & quod fiat parte audita, & quod sequestrum petens, hoc faciat ad sui crediti conservationem, & non causa calumniæ, item quod immineat aliqua suspicio dissipationis, & dicitur, debitorem dissipare, fructus in proprios usus convertit.*

26 *Creditor ad obtinendum sequestrum debet docere de suo credito, aliquave justa causa.*

27 *Creditum ad probandum sufficit, quod producatur publicum instrumentum.*

28 *Res immobilis sequestrari non potest, neque ob timorem dilapidationis, tamen fallit, quando est creditori hypothecata, n. seq.*

30 *Sequestri medicina est cautio, per quam in omni casu succumbentia videtur parti esse consultum, ut nu. 31. Fallit, ut n. seq.*

33 *Protestanti sufficit, quod eadem causa duret, quia ea durante semper censetur repetita.*

34 *Error non nocet, neque vitiat actum, quando diversitas temporis, & loci non sunt de substantia actus.*

35 *Mulier censetur contrahere secundum consuetudinem, statutum domicilii viri.*

36 *Scriptura in dubio, & non verbis erit standum, quando ex ea contrarium apparet.*

37 *Contractus Capitulorum matrimonialium recipit perfectionem per firmam partium, & per attestationem, quam facit Notarius cum testibus.*

38 *Contractus totalis perfectio consistit in ejus conclusione, & per firmam videtur, quod partes habent eum pro absoluto, n. seq.*

40 *Mulier quamvis non firmet capitula matrimonialia, tamen oritur actio ad ejus beneficium, eo modo, & forma, ac si firmasset, quia per matrimonium deinde contractum videtur approbare, & acceptare omnia pacta dotalia facta ejus nomine per eos, quibus confisa fuit, ut illius vice tractarent.*

41 *Mulier non potest renunciare juri sibi quæsito, mediante contractu inito in capitulis matrimonialibus cum ejus notabili læsione.*

42 *Læsio non cadit in incertis.*

43 *Maritus potest renunciare lucra nuptialia in fraudem particularium creditorum, tam post mortem uxoris, quam ipsa vivente, licèt secus sit in Fisco, ex speciali ejus privilegio.*

44 *Mulier an possit lucris matrimonialibus, tam quæsitis, quam quærendis constante matrimonio renunciare, ubi referuntur DD. qui hanc quæstionem tractant.*

45 *Antephatum quamvis videatur esse debitum conditionale, videlicet si mulier viro supervixerit, tamen ex contractu conditionali efficax jus acquiratur ei, cui fuit facta promissio, n. 55.*

46 *Ius conditionale quando non ex pacto, sed à lege acquiritur,*

acquiritur, tunc in damnum privati renunciari potest, non tamen in damnum Fisci, ex speciali ejus privilegio.

47 *Dotis privilegia valde differunt ab antephato.*
Intellige, ut n. 50.51.54.

48 *Mulier non remanet indotata, si antephatum amittit, nec patrimonium suum diminuit.*

49 *Mulier ne remaneat indotata, Reipubl. interest.*

51 *Donatio inter virum, & uxorem constante matrimonio est de jure prohibita.*

53 *Mulier dicitur damnum pati, si amittat lucrum jam quaesitum, quamvis sit conditionale.*

57 *Heres creditor defuncti, si hereditatem acceptat, confunduntur actiones pro ejus creditis.*
Intellige, ut n. 59.

58 *Mulieri administratrici bonorum viri non potest impediri actio jurium dotalium propter computum nondum redditum.*

60 *Titulus institutionis, vel substitutionis tantummodo acquisitus, non impedit mulieri, ut habeat tenutam, sive retentionem.*

63 *Primum decretum ex jure superveniente potest firmari.*

DECISIO CXCVII.

MOrtuo Illustr. D. Federico Columna Duce Tagliacotii, & hujus Regni Magno Comestabulo in Valentiae Regno, ubi erat Prorex, absque filiis, fuit immissus in possessionem omnium bonorum feudalium Illustr. Marcus Antonius ejus frater, tunc Dux Cobrariae mediante decreto Collateralis Consilii. Verùm, quia Illustr. Margarita Branciforte de Austria Principissa Buterae ejus uxor praetendebat, esse creditricem in maxima pecuniarum quantitate bona ad ejus instantiam remanserunt sub sequestro, de quo se gravavit dictus Marcus Antonius haeres, praetendendo, esse revocandum ex pluribus.

1 Et primo ex juris regulis, quia in principio litis non erat de sequestro tractandum, cum omni jure prohibitum reperiatur, *l. unic. C. de prohib. sequestr. pecun.* ubi *glos. Bart. Bald.* & caeteri *DD. cap. 2.* ubi etiam *glos. in verb. sequestrari*, & *ibi* omnes *Canonistae. de sequestrat. possess. & fruct. clement. 1. ut lit. pend.* & non esse à sequestro inchoandum, post alios dixit *Curt. de sequestr. in princip. numero sexto Carroc. in eodem tractat. de sequestr. par. 2. in princip. numero 1. Reg. Valens. cons. 43. n. 168. & cons. 52. num. 76. lib. 1. Scac. de judic. c. 38. n. 4. Valasc. consult. 159. num. 20. Coler. de process. exequut. par. 1. cap. 2. num. 81. Borrel. in summ. decis. tom. 2. tit. 37 num. 14. Gayl. & ibi Grav. observ. 147. num. 1. Caval. decis. 324. numer. 1. Ludovis. decis. 118.* & alii innumeri videndi apud *Horatium Visconte* in suis *conclusionib. verb. sequestrum Farinac. decis. 654. n. 1 part. 2. tom. 4. Beltraminus addit. ad Ludovisium decis. 9. numer. 18. Dominus Marchio Ramonius tom. 1. cap. 24. num. 2. & 3. Dom. Reg. Galeota controvers. Illustrium cap. 24. n. 50. cum seq. lib. 1. Matthias Berlichius pract. conclus. in titul. de sequestro, c. 73. per totum, Francisc. Marin Prutius tom. 1. discept. forens. cap. 42. à numero 1. usque ad 7. & tom. 2. cap. 42. num. 14. & in addit. ad Muscatell. in praxi, part. 7. gloss. condemnandum, pag. 248. col. 2. vers. ad n. 120.*

2 Et quamvis DD. *in locis* supra citatis dicant, in aliquibus casibus esse concedendum, ut habetur per *glos. in d. cap. 2. in verbo sequestrari*, & *in d. l. unic. in verbo sequestratione*, prout in casu, quo à decreto fuerit oppellatum, *l. Imperatores, §. fin. ff. de appellat.* vel propter contumaciam, vel in suspecto de fuga, vel debitore, qui fructus dilapidat, & in aliis casibus de quibus per *Coler. d. part. 1. cap. 2. de process. exequut. numero 81. cum seqq. Borrell. in summ. decis. dict. titul. 37. numer. 14. Gratian. tom. 5. disceptat. forens. 853. num. 13. Salgado de Regia protectione part. 2. cap. 16. num. 31. Larrea dec. Granat. num. 21. & decis. 58. num. 5.* cum *seq.*

3 *Hieron. de Leo dec. Valentia 5. num. 5.* cum *seq.* Tamen plura requiruntur, ad hoc ut concedi possit, de quibus per *Cald. quaest. fin. titul. 21. num. 31. Mynsynger. observat. 11. cent. 2. Gail. & ibi Grav. observ. 47. Borrell.*

4 *d. titul. 37. n. 16.* Principaliter tamen necesse est, ut constet de credito, saltim semiplene, ut habetur per *Curt. in d. tract. de sequestr. cap. 2. num. 50.* Alii autem dicunt, quod de credito debet constare per pu-

5 blicum instrumentum, *Bart. in l. litibus, numer. 21. C. de agric. & cens. lib. 11. Jas. in l. si fidejussor §. fi. num. 12. ff. qui satisd. cogant. & in §. 1. num. 86. Inst. de action. Coler. de process. exequut. par. 3. cap. 21. num. 18. Carroc. de sequestr. par. 3. quaest. 1. & 2. Camil. de Medic. cons. 28. num. 12. Curt. in loco supra citato n. 49. Mutu decisio. 91. numer. 13. & seq. & decis. 24. numer. 11. Rota Bononiensis Diversorum dec. 140. num. 29. Thoras in compendio part. 3. tom. 1. verb. sequestrum fieri*, circa medium, *fol. 246. Jacobus Gallus cons. 77. num. 4.* Immò quod instrumentum debeat esse adeo liquidum, & certum

6 ut creditor possit habere paratam exequutionem, *Bart. in leg. creditores. numer. 15.* ubi *Angel. & Salyc. Cod. de pign. Bart. in l. apertissime, in fin. C. de judic.* ita ut alia comprobatione, vel probatione extrinseca non indigeat, *Duena. in Reg. 88. in verbor. se-*

7 *questrum*, post *Corset. in singul. 314.* alias enim si creditum non esset certum, & liquidum, sequestrum esse denegandum, habetur ex *text. in l. fin.* ibi, *si causa liquida sit, de compensat. l. cum proponas, C. de bon. auth. Judic. possid. Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. num. 188. Coler. d. c. 1. p. 3. ex n. 3. cum seq.*

8 Et ex his dicebatur, sequestrum factum esse revocandum, tanquam minus juste factum, *Isern. in Constitut. Regni, Circa violentiarum, numer. 80. vers. idem erit, si Judex*, quod enim de facto processit, de facto etiam revocari debet, *l. si pacto, quo poenam*, & ibi notant *DD. C. de pact. Caheran. dec. 24. n. 2. Milanens. dec. Sicil. 12. lib. 1. nu. 2. Seraphin. dec. 1335. num. 5.*

9 Et licet pro parte Illustr. Principissae actricis ex tribus praecipue creditis praetenderetur, sequestrum factum debere substineri, hoc est ducatorum quinquaginta mille in circa pro bonis mobilibus, gemmis, & margaritis dicto quondam ejus viro dotis nomine consignatis, & hodie deficientibus, & deterioratis, & hoc ex speciali pacto inito in capitulis matrimonialibus. Alterum verò ducatorum centum mille pro antephato promisso, & demum pro quantitatibus de bonis propriis ipsius per ipsam solutis creditoribus viri. Tamen dicebatur pro parte conventi quod dicta credita non erant liquida, nec certa, prout de jure requiritur ad obtinendum sequestrum, & quoad primum, non constabat de asserta deterioratione, & sic non potest dici liquidum, nec certum; oportet enim, ad hoc ut certum dicatur, quod appareat, quid, quale, & quantum sit, argumento *l. certum, & ibi Bart. Jason*, & alii *Scribentes. ff.*

10 *si cert. petat. l. ubi autem non apparet, ff. de verb. oblig.* & quod non est certum, non potest dici liquidum & non potest pro eo exequi, & per consequens nec sequestrum fieri, *Jason. in §. superest, num. 86. Institut. de action. Bart. in l. proinde, §. notandum, num. 3. ff. ad leg. Aquil. Socin. cons. 51. n. 5. cum seq. vol. 1. Coler. de process. exequut. d. c. 1. par. 3. n. 3.*

Et quatenus pro praedictis deficientibus, & deterioratis bonorum mobilium aliquid haereditas dicti D. Federici esset debitrix, haeres haberet tempus unius anni ad pretii restitutionem, nedum de jure communi, ut habetur in *leg. unic. §. exactio, ff. de rei uxor. act.* sed ex pacto in dictis capitulis matrimonialibus inito, & sic non poterat agere, nisi quod adveniente tempore solveret, *Afflict. dec. 279. in fin. Camill. de Medic. d. cons. 148. nu. 9. Vivius dec. 463. Fran-*

chis decis.463. Franchis decis.241. Fab. de Anna lib.1. observat. 12. Galterius de liquid. instrument. part. 2. 2. primæ partis principalis, num.5. & 6. Surd.decis. 120. ubi Additio, Bertuzzolis consil.107. num. 11. Graffis de exceptionibus except.21. num.5. Card.Tusch.lit.D. conclus.521. num.31. cum seq. Castill.decis.17. lib.1. Ludovicus conclus.8. per totam, Antonin. de Amato tom.1. variar. cap.49. num.15. Ciarlin. controvers. forens. c. 95. numer.31. cum seq. Fontanel. de pact. nupt. claus.4. glos. 9. p.5. numero 60. & tom.1. decis. 135. num 13. & decis. 136. num.9. Tamatius decis. Maceratensi 76. per totam, juxta text. in l. inter omnes, ff. qui satisdare cogant. l. quod si in diem, ff. de petit. hæred. l. pro socio, ff. pro socio, l. in omnibus, ff. de judic.

Majorem adesse difficultatem, dicebatur, pro prætenso credito antephati, respectu cujus multa ponderabantur in facto, quia quamvis essent producta capitula matrimonialia firmata sub die 2. Augusti 1624. dicebatur, non esse stipulata, nec probata, & prop- 12 terea de eis nullam esse habendam rationem, tanquam de cartulis, immò neque erant producta originalia, & sic nullam fidem facere poterant, ad text. in l. scripturas, C. qui potior. in pignor. habeant, Afflict. dec.85. num.6. Menoch. cons.395. n.32. Coler. de process. exequut. d. cap.2. part.3. n.44. & 87.

Secundo dicebatur nullam de dicta asserta scriptura capitulorum matrimonialium habendam esse rationem, dum fuerunt producta pro parte dicti Illustriss. Ducis conventi alia capitula matrimonialia firmata tam ab ipsa Principissa quam ab aliis interesse habentib. sub die 10. Decembris ejusdem anni 1624. ante contractum matrimonium, in quibus legitur, antephatum per eam fuisse remissum, cui ultimæ scripturæ 13 standum erat, cùm posteriora derogent prioribus, leg. pacta novissima, ff. de pact. convent. ubi Scribent. Dec. cons.464. numer.5. Surd. cons.145. numer.23. in fin. lib.3. & decis.54. n.7. Ludovis. decis.267. n.9. ubi Beltram. Additionatur, & in propriis terminis capitulorum matrimonialium fuit resolutum per Rot. Rom. in una Tusitana bonorum 17. Aprilis 1617. coram Ubaldo Seniore.

Nec ultimum prætensum creditum, dicebatur, esse in consideratione dum prætendebat alios ducatos triginta mille in circa solutos creditoribus ejus viri, quia quatenus de aliqua solutione appareret, ipsa Illustr. Principissa rationes reddere debebat de admini- 14 stratione facta per eam omnium bonorum ejus viri, uti ejus procuratrix, & ideo præsumitur sibi ipsi satisfecisse, Afflict. dec.13. n. 16. l. peculium, la secunda, §. præterea, ff. de pecul. Neviz. consil.37. num. 18. Surd. cons.290. sub n.33. lib. 2. & in tract. de aliment. titul.3. quæst.7. sub n.22. Gratian. decis. Marchiæ 179. num.2. Seraphin. decis.1455. numer.5. Rot. in recent. decis.25. numero 9. & 392. num.8. part.2. idem Gratian. discept. forens. c. 129. num. 27. Bursat. cons.72. numero 21. late Fontanell. de pact. nupt. tom.2. claus.7. glos.3. part.7. numero 25. cum pluribus seq. Ant. Faber lib.3. Cod. titul.7. definit.15. Magonius decision. Floren. 181. Rota apud Pacificum decis.19. Castellus decis. 5. numer. 74. Novarius in collect. ad pragm. in tit. de administr. Univers. collect.1. num. 11. & bene declarat Cancerius part.1. variarum cap. 7. nu. 112. vel de pecuniis ejus viri sibi solvisse, l. Nesennius, 15 ff. de negot. gest. & cum non tractetur de restitutione 16 dotis, sed de alio prætenso credito, non habet locum dispositio text. in l. unic. §. taceat, C. de rei uxor. act. qui tantum de dote loquitur, & in ea locum habet, Franch. dec.642. & sic ante omnia debet reddere rationem dictæ administrationis, juxta dispositionem 17 text. in l.1. § ex officio ff. de tutel. & rationibus distrah. quæ lex quamvis loquatur de tutore, tamen ejus dispositio locum habet in quocumque alio Administratore, Dec. cons.464. Ruin. cons.29. numero decima lib. 5. Roman. cons.414. Ludov. decis. Perus.4. num.3. Boer. dec. 59. numer. 1. Gratian. discept. forens.760. num.1. & faciunt notata per Cancerium d. cap. 7. n.124. cum pluribus seq. sicut etiam non cogitur tutor solvere, & quicumque alius administrator ad restitutionem quantitatis per ipsum debitæ, nisi prius reddita ratione administrationis, ut dixerunt innumeri DD. quos affert Gnrb. dec.15. per tot. Gutierrez. de tutel. part.3. c.1. num. 53. Fachinæus lib.8. controv. cap.58. Baeza de decima tutorum cap.2. num.568. latè Cancerius part. 3. variar. cap.7. à num. 316. cum seq. latissime probat Consiliar. Carleval. tom.2. de judiciis lib.2. titul.3. disput.7. à num. 6. cum pluribus seq.

Dicebatur etiam, quod ad obtinendum sequestrum, nedum debet constare de credito vero, certo, & liquido; sed ad illud non est perveniendum, nisi adsit timor dilapidationis, sequestrum enim aliud non im- 18 portat, nisi ponere in tuto bona debitoris, ad hoc ut creditor satisfieri possit, Bal. & alii in d. l. unicn, C. de prohib. sequestr. pecun. & ideo, quando non adest ti- 19 mor dilapidationis, difficile ad sequestrum devenitur, ut per Borrell. in summ. dec. d. tit.37. n.16. de qua dilapidatione, sive timore dilapidationis debet constare, alias enim sequestrum factum revocari debet, Alex. cons.19. num.1. & 3. lib.3. & ita decisum refert per 20 Rot. Rom. Farin. dec.654. num.4. par. 2. & hoc, quia dilapidatio non præsumitur, & ideo ab eam allegante probari debet, Borgn. Cavalc. dec.3. num.34. dec.13. nu. 20. part.1. Grat. dec. Marchiæ 63. n.1. Thom. dec.12. n.9.

Rursus considerabatur, quod in hoc casu nulla cadere poterat dilapidatio; nam certissima erat Principissa, quod quando creditrix ejus viri fuisset per sententiam declarata, statim suum creditum obtinere poterat, quia Illustr. Dux Tagliacotii, & Cobrariæ conventus, amplum habebat in hoc Regno patrimonium, nedum bonorum ad ipsum perventorum ex successione prædicti D. Federici ejus fratris, sed etiam 21 alia bona propria. Et quamvis hæres eum beneficio legis, & inventarii non teneatur, nisi quatenus est in hæreditate, quia non debet esse in lucro, neque in damno; juxta dispositionem text. in l. fin. §. & si præfatam, C. de jur. delib. Tamen quatenus ex bonis hæreditatis aliquid ad eum pervenerit, remanet obligatus, ut habetur per Franch. decis. 323. & 648. & ideò esset obligatus pro fructibus bonorum hæreditariorum, ut decisum testatur Manent. dec.34. contra Surdum cons.128. vol.1. Cancer. part.3. variar. c.2. num.48. & Tusc. concl. 4. 6 quos impugnavi tom.1. consult.13. à num.6. & nunc addo decisionem relatam per Reg. Revert. dec.48. num.12. & 13. & ad minus debebant fructus dicti sequestrari, remanente firmo sequestro quoad 23 principale; satis enim sufficeret dictæ Principissæ, & esset ei consultum, quando creditrix fuisset declarata, si alienatio tantùm bonorum feudalium interdiceretur, in quibus quamvis non cadat proprie sequestrum, ut supra diximus, tamen idem importat præceptum de non alienando, quod inhibitio appellatur, Rebuff. ad Constitut. Gall. in titul. de litter. obligator. art.6. gloss.3. numero quadragesimo nono, cum aliis adductis per Coler. de process. exequut. cap.2. par.1. num.148. faciunt notata per Bald. in l. de pollicit. 8. num.2. in fin. ff. de pollicit. Cavalc. d. dec.3. num.39. par. 1. quæ feuda cum sint maximi valoris, longe superant prætensum creditum dictæ Illustr. Principissæ. Et hoc in terminis fuisse decisum apparere dicebatur per Sacrum Consilium in causa Elionoræ Caracciolæ Principissæ Maydæ sororis quond. Ferdinandi Caraccioli Ducis Fesoleti, ejusque legatariæ in duc. 120. mil. cum Illustr. Principissa S. Buni hærede universali prædicti Ducis ejus fratris, ubi quamvis magna adesset moles creditorum dicti quondam Ducis, & dicta Elionora Caracciola petiisset sequestrum, tamen non fuit ei concessum, sed fuit inhibitum dictæ Principissæ S. Boni, ut feuda non alienaret, inconsulto S.C. sub pœna nullitatis

nullitatis contractus, & quod interim fructus annotentur, & relaxentur penes eandem Principissam, cum obligatione de eos exhibendo ad omnem ordinem, ut refert *Reg. Rovit. in conf.*34. *libr.* 2. licet, ipse pro contraria parte patrocinium substinuisset, sed tamen succubuit; aliam similem decisionem refert *Thor. in compen. decision. tom.* 2. *in verb. sequestrum factum*, cum sufficiat, fieri præceptum de non dilapidando; seu non alienando, notant *DD.* apud *Carrocium de sequestro par.* 2. *quæst.* 2. *num.* 7. *Lancellot. de attent. cap.* 12. *limit.* 12. *num.* 33. *Grave. ad Gayl. observ.* 145. *consid.* 1. *num.* 3. *Muta decis.* 92. *num.* 26. *Valenzuela conf.* 29. *num.* 43. cum *seq. vol.* 1. *Gallup. in prax. par.* 2. *cap.* 3. *n.* 23. *Larrea decis. Granat.* 58. *n.* 6.

Prædictis autem replicabant Advocati Illustr. Principissæ, sequestrum factum debere confirmari; constabat enim de credito ipsius in tam notabili quantitate, nedum pro bonis deficientibus, & deterioratis, & antepha o duc. 100. mil. verùm etiam pro pecunia soluta per ipsam creditoribus quondam ejus viri, & quod attinet ad bona deficientia, ex instrumento receptionis dotis constabat de bonis eidem consignatis; & de eorum valore tunc temporis, ex quibus non potest dubitari, quod multa deficiunt, & respectu deficientium nulla potest cadere difficultas, quia ex pacto inito est restituendum pretium tunc appreti tum in casu dissolutionis matrimonii, & quoad deteriorationem, de brevi mediante appretio

24 Expertorum, quibus jam erat commissum, poterat fieri liquidatio, & illiquidum non dicitur, quod est brevi liquidandum, *Catheran. decisione* 91. *in fin. Magon. decision. Lucens.* 1. *numero trigesimo quarto* & alii

25 per *Me* allegati in *decis.* 25. *numero trigesimo septimo* & ad finem, obtinendi sequestrum sufficit quod summarie constet de credito, *Guid. Pap. qu.* 246. ubi alia requisita ponit, quæ omnia convenire, dicebatur, in casu prædicto, nempe quod fiat parte audita, & quod sequestrum petens, hoc faciat ad sui crediti conservationem, & non causa calumniæ, & quod immineat aliqua suspicio dissipationis, & dicitur, debitorem dissipare, quando fructus in proprios usus convertit, *Baer.* in suis *singul. tit. sequestratio, & arrestum, num.* 3. *Arisium. Topat. tit.* 267. *de sequestr. c.* 4. *in*

26 *verbo fructus*, & sufficit ad obtinendum sequestrum, quod creditor doceat de suo interesse, aliaque justa causa, *Bald in l. defensionis facultas, C. de iur. fisc. lib.* 10. *Angel. in l. fin. C. de ann. & tribut. lib.* 10. *Carroch. in tract. de sequestr. part.* 4. *qu.* 15. *Cancer. var. resol. par.* 1.

27 *titul. de sequestr. & empar. num.* 5. & ad probandum creditum sufficit producere publicum instrumentum *Ant. Corset.* in suis *sing. lit. S. in verbo sequestrum, l. jubemus per hanc, C. de erogat. milit. ann. lib.* 12. *Milan. dec.*

28 *Sicil.* 12. *Ricc. coll. decis.* 2575. Et quamvis res immobilis sequestrari non possit, neque ob dilapidationis timorem, ut post *Ias.* habetur ex *Veral. Rot. Rom.* 358. *alias de sequestris* 9. *p.* 3. neque quia possessor non sit solvendo, *Bergn. Caval* post *Anch. Abb.* aliosque moderniores in *dec.* 23. *num.* 13. ubi quod in rebus immobilibus potius sit inhibitio, seu mandatum, *Coler. de process. exequut. par.* 1. *c.* 1. *num.* 67. *Greve. ad Gayl. practic. observat. lib.* 1. *observat.* 145. *consid.* 1. sub *num.*

29 1. & *observ.* 147. *num.* 2. *Caputaq. dec* 158. *par.* 3. *Ricc.* 1077

Tamen hoc fallit quando res immobilis est creditori hypothecata, quia tunc sequestrari posse, habetur per *Borgnin. Cavalc. in dict. decis.* 31. *num.* 14. *Grav. d. observat.* 147. *num.* 3. Et quod plus, quamvis medicina sequestri sit cautio, *Minsynger. observat.* 35. *num.* 7. *cent.* 5. *Magon. decis. Lucens.* 6. *Rot. Genuens. decis.* 100. & alii allegati à *Ric. collect.* 1536. *Fachard. conf.* 81. *numer.* 7. *vol.* 2. *Andr. Clud. in tract. de sequestr. cap.* 10. *nu.* 1. *Vuesembec. conf.* 7. *num.* 8. & est text. in *leg. final. C. de ordin. cognit. in l. Senat. in fine, ff. de officio Præsidis*, & *in l. ista. C. de agricolis, & censitis, lib.* 11. *DD.* apud *Salgado de regia protectione part.* 1. *c.* 16. *num.* 21. cum per cautionem in omni casu succumbentiæ videatur parti esse consultum, *Verall. dec.* 156. seu 7. *part.* 7. immò etiam per juratoriam cautionem quando persona adversus quàm est factum sequestrum, esset honesta, & non suspecta, *Minsyng. observ.* 11. *cent.* 2. *Iaffr. Bald. dec.* 6. *Clud. de sequestr. d. c.* 10.

31 Tamen hoc non procedit respectu bonorum hypothecatorum, quia tunc nec satisdatione, nec juratoria cautione tolli potest sequestrum jam factum, *Gayl. in loco proximè citato, n.* 4. *Cavalc. dict. decis.* 23. *part.* 1. *Ricc. collect. decis.* 318. *in fin. Iaffred. Balb. decis.* 240. quibus etiam addebatur doctrina *Iacob. de Arena de sequestrationib. n.* 8. *in tom.* 3. *tract. part.* 2. ubi dicit, quod Iudicia nostri temporis communiter, & indistinctè fieri faciunt sequestrationes, non inspecto, an ille, contra quem fiunt, sit suspectus, vel non, & an reali, vel personali conveniatur actione, & sic derogatur, *l. si fidejussor, §. fin. ff. qui satisd. cog.* & cum refert, & sequitur *Alex. Randens. respons.* 14. *n.* 107. qui ampliùs dicit, quòd à consuetudine non est recedendum, *l. minime, l. si interpretatione, l. de quib. ff. de legib.* licet dictæ opinioni non assentiat *Borrell. in summ. dec. decis.* 37. *num.* 17. *in fine*, cum non quid sit, sed quod fieri debet, servandum sit.

Dicebatur etiam, non posse dubitari de credito ducat. centum mille ex causa antephati, nulla habita ratione de alia scriptura capitulorum matrimonialium in qua erat antephato renunciatum, quia dicta capitula fuerunt firmata per vim, & metum, ad quod probandum adducebantur protestationes factæ per dictos Principes conjuges sub die 7. Maii 1625. in quibus expressè dicebatur, non esse eorum intentionis, prædicta secunda capitula firmare, sed coacti fuerunt metu Magni Comestabuli, ipsius Principis patris & quòd dicta secunda capitula erant cum antedata, & licet in dictis protestationibus dicatur, fuisse firmata de mense Maii 1625. & apponi debebat dies 15. Octobris 1624. & apparet appositus dies 2. ejusdem mensis tamen dicebatur, quòd non fuerunt alia capitula præstitutata, & sic de eis necessariò est intelligendum, quamvis sit erratum in paucis diebus, & licet producantur alia capitula sufficit protestanti, quod eadem causa duret, quia ea durante semper censetur repetita. *Achill. de Graff dec.* 423. *Verall. decis.* 403. *part.* 1. *Balb. decis.* 29. *Ricc. collect.* 259. 865. & 1094.

34 & quando diversitas temporis, & loci non sunt de substantia actus tunc non nocet error, neque vitiat actum *Guid. Pap. q.* 544. *Ægid. Bellemer. concl.* 391.

Quæ sola maius protestatio sufficit ad metus probationem, ita *Alciatus responso* 5. *n.* 8. *vers.* 2. *concurrit protestatio*, *Cravet. conf.* 49. *num.* 8. *Dec. conf.* 219. *num.* 2. *in fine*, *Menoch. lib* 3. *præsump.* 126. *n.* 23. *Seraph. dec.* 859. & 705. *nu.* 3. *part.* 1. *in recentiorib.* apud *Farinac. dec.* 205. *num.* 16. eadem *Rot. Rom.* apud *Burat. dec.* 242. *num.* 3. 4. & 20. & colligitur ex *text. in c.* 1. *de his, quæ vi metusve causa fiunt. canone diacon.* 28 *distinct.* 1. *Nesennius appellatur, ff. de negotiis gestis*, & *in l. at si quis, §. plerique solent, ff. de relig. & sumpt. funerum*, quoniam semper protestatio jus futurum conservat, argumento *l.* 4. *§. in vendente, ff. quib. modis pignus vel hypotheca solv.* & notant post Antiquos *Surdus conf.* 285. *num.* 20. *lib.* 1. *Scaccia de commercio, & cambio* 8. *part. q.* 7. *part.* 2. *amplias.* 8. *n.* 263. *Grat. c.* 246. *n.* 28. *Ego ipse tom.* 1. *dec.* 106. *n.* 10. & 21.

Nec etiam dicebatur obstare *Statutum Urbis lib.* 1. *cap.* 182. in quo videtur promissa renunciatio lucri dotalis inter virum, & uxorem, & quòd mulier intelligitur contraxisse secundum consuetudinem, & statutum domicilii viri, *Roland. à Vall. in tract. de dot. q.* 13. *Afflict. dec.* 226. *Card. Mant. de tacitis & ambiguis lib.* 3. *titul.* 14. *per totum*, ubi latissimè hoc examinat, *Ant. Fab. lib.* 4. *C. titul.* 19. *defin.* 20. *n.* 7. *Borrellus in addit.*

addit. ad Bellugam in speculo principum, rub. 11. §. his igitur, verbo domicilio viri, Ripoll. variarum c. 10. n. 36 15. cum *seqq.* quia hoc intelligi posset, quando essemus in dubio, secus vero ubi ex scriptura contrarium appareret; & ideò ipsi erit standum, *l. scripturas, C. qui potior. in pign. habeant*, & probat *text. in l. optimam 14. C. de contra. & commit. stipulat.* Nec poterat dubitari de validitate scripturæ prædictorum capitulorum matrimonialium, quia perfectionari dicitur hæc scriptura per firmam, per quam in ea censetur adhibitus consensus partium, quæ obligatæ remanere debent ad observantiam contentorum in ea, ut docent *Peregr. cons. 90. vol. 5. Malfes. cons. 14. n. 3. & seq. Amatus cons. 86. num. 8. & seq. Franc. Maria Prato tom. 1. discept. forens. c. 12. 21. Ego ipse tom. 1. consul. 54. n. 17.* & per attentationem, quam facit Notarius cum testibus dictæ firmæ, recipit, contractus 37 perfectionem, ut docuit *Paul. de Castr. in l. contractus C. de fide instrument.* & post eum *Fontanel. de pact. nuptial. clausul. 13. gl. unic. num. 1.* totalis enim contra- 38 ctus perfectio consistit in conclusione contractus, *l. si voluntate, C. de rescind. vend.* per quam firmam videtur, quod partes habent eum pro soluto *l. contra-* 39 *ctus, C. de fide instrum. Surd. decis. 217. nu. 11.* immò ex capitulis matrimonialibus, quamvis mulier non 40 firmet, oritur actio ad ejus beneficium, *Dec. cons. 35. vol. 1.* eo modo, & forma, ac si firmasset, ea ratione, quia, ut dicit *Additionator* in eodem *consil. lit. A.* per matrimonium deinde contractum videtur approbare, & acceptare omnia pacta dotalia, facta ejus nomine per eos, quibus confisa fuit, ut illius vice tractarent, ex *text. in l. ex morte C. de pact. convent. Rot. Rom. in recollect. per Mant. dec. 166. num. 13. Fontanell.* ubi supra *n. 7.* qui *n. 8.* sic decisum refert, & in eo Senatu pluries fuisse judicatum.

41 Ex quo sequitur & aliud motivum, quia cùm jus sit quæsitum Principissæ mediante dicto contractu inito in dictis capitulis matrimonialibus, non potuit ipsi renunciare cum tam notabili læsione, ad vulgatum *text. in l. a. l. de die, & l. Athletas, ff. de pact. dotal. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. q. 32.*

42 Et quamvis spes lucrandi antephatum esse incerta, & in incertia non cadere læsionem, probat novissimè *Caral. Put.* in suo solemni *consil.* in materia renunciationis, quod reperitur impressum in *1. vol. consilior. Sforz. Odd. n. 53. & Thesaur. q. forens. 34. num. 37.* & proinde valere renunciationem lucrorum nup- 43 tialium, & maritum posse renunciare lucra nuptialia in fraudem particularium creditorum, tam post mortem uxoris; quàm ipsa vivente, licet secus sit in damnum Fisci ex speciali ejus privilegio, probat *Paris. cons. 127. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 132. num. 25. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 7. num. 40. Mansanus de causis executivis lib. 1. quæst. 6. ampliat. 8. à num. 34. Mangilius de imputat. quæst. 4. numero 5. & 10. Cujacius lib. 18. observationum c. 9. Farinac. de falsitate q. 164. num. 87. Pacificus de Salviano interdicto inspect. 3. c. 2. num. 95. Bargalius de dolo lib. 5. capit. 6. nu. 83. Schifordegherus ad Fabrum lib. 1. tract. 9. quæst. 1. Osvvaldus ad Donellum lib. 23. commentariorum cap. finali, liter. E. Laurea dec. 35. à nu. 6.* & faciunt jura in *l. in fraudem ff. de jure fisc. l. sed & si lege 28. §. perinde ff. de petit. hæred.* & hoc, quia dictum lucrum est conditionale, & incertum, & propterea, quærunt *DD.* an mulier possit lucris matrimonialibus 44 tam quæsitis, quàm quærendis constante matrimonio renunciare, quam quæstionem tractaverunt *Caspar de sponsalib. part. 2. capit. 7. §. 1. numero 11. Cassan. in Consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 2. in gloss. verbo acquisita, numer. 15 Matienz. in lib. 5. nov. recopilat. titul. 9. l. 9. gl. 1. num. 2.* quos refert *Cancer. var. resolut. par. 3. tit. de renunciat. c. 15. Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 5. glos. 8. par. 12.* ubi diffusè ex *num. 50.* tractat articulum, an valeat renunciatio facta per mulierem beneficio *Auth. præterea*, ubi etiam diversas sui Senatus sententias refert, sed tamen residet in opinione, quod quando renunciatio est facta in capitulis matrimonialibus, valida est, quia ante matrimonium nec spes certa, vel incerta orta erat, & ideò mulier non læditur, & propterea hanc opinionem sequuti fuerunt *Surd. de aliment. tit. 1. q. 44. num. 44. Gratian discept. forens. lib. 1 cap. 120. Franc. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 62. Ann. Rober. rer. judicat. lib. 4. capit. 1. versus fi. Mant. de tacit. & ambig. lib. 12. titul. 32. num....* quæ tamen conclusio quamvis locum sibi vindicet in ipso contractu matrimonii, vel ante matrimonium, tamen secus esset, quando renunciatio fieret post matrimonium jam celebratum, ut dixit idem *Fontanell. in loc. supra cit. sub n. 65. vers. supradicta procedunt.*

45 Quod etiam fundari potest, quia quamvis antephatum videatur esse debitum conditionale, videlicet si mulier viro supervixerit, tamen ex contractu conditionali efficax jus acquiritur ei, cui fuit facta promissio, *§. ex conditionali, Institut. de verb. obl. 19. Tiraq. de retract. ... §. 1. gloss. 10. n. 45. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 7. num. 40. in fin.* ita ut ex illo transmissio ad hæredes detur, post Antiquos docent *Surdus consil. 144. numer. 24. & decis. 151. numer. 19. Cancerius part. 3. variarum, cap. 21. à num. 95.* cum *seq. Fusarius cons. 41. num. 142. Neapolis de transmissionibus, casu 5. à nu. 10. Fontanella claus. 4. gloss. 24. à num. 25.* cum multis *seq. Franciscus de Petris cons. 11. Ego* ipse latè *tom. 1. decis. 2. per totam, De Marinis tom. 1. quotidianarum, capit. 86. per totum, Consil. Marcellus Marcianus tom. 2. posthumo cons. 3. à num. 10.* cum *seq. Reg. Capyc. Galeota tom. 1. controversia 21.* & si in hoc aliter disloquantur post alios *Maya consultat. final. à num. 17.* cum *seq. Valascus consul. 122. Consil. Dexart. decis. Sard. 20.* 46 *Gratian. discept. forens. c. 132. num. 17.* ubi dicit, quòd secus esset, quando non ex pacto, sed à lege jus conditionale acquiritur, quia tunc in damnum privati renunciare potuisset, non tamen in damnum Fisci, ex speciali ejus privilegio, *Peregrin. de jur. fisc. d. lib. 6.* 47 *titul. 7. numer. 40.* Et quamvis prædictis replicari posset, quòd valde differunt privilegia dotis ab antephato, de qua quæstione latè per *Malfes. in comment. ad Consuetud. Neapol. in toto titul. de jur. quart.* per plures quæstiones ac etiam per *Franc. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 34. per totam*, plenissimè etiam per *Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clausul. 4. gloss. 1. & tom. 2. claus. 7. glos. 1. part. 1. & 2.* qui tamen loquitur in sponsalitio, quod frequentatur in Cathalonia, quod alio vocabulo *Screix* vocant, latè etiam *Tasson. de anteph. vers. 4. obser. 4. num. 52. Novar. in tract. de privil. miserab. person. privileg. 245. numer. 34.* & ideò *text. in d. l. Athletas*, & alii supra allegati cùm loquantur de dote, non erunt applicandi ad antephatum, quia 48 mulier non remanet idonata, si antephatum amittit, nec patrimonium suum diminuit, *l. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. Thesaur. decis. 213. numer. 14.* & sic cessat publicus favor, ne mulieres indotatæ rema- 49 neant, *l. 1. ff. solut. matrim. Rot. Rom.* relata per *Farinac. decis. 852. tom. 2.* & repetita in *decis. 74. tom. 3.* per *Starilium Pacif. post tract. de Salvian. interd. dec. 115. Grat. discept. forens. cap. 108. Surd. cons. 367. Fontanell. d. claus. 7. glos. 2. par. 7. num. 36. Cutel. de donat. contemplat. matrim. tract. 1. distinct. 3. part. 4. numer. 31.*

50 Tamen facilis est responsio, nam circumscripta regula, quod dotis præcipua privilegia pari passu ambulant, præcipue cum antephato, sive donatione propter nuptias in eis recuperandis, ut habetur in *l. si constante, ff. solut. matrim. Fontanell. d. claus. 7 gloss. 1. part. 2. ex num. 10. cum seqq.* nihilominus certum est, quòd hæc renunciatio antephati, tanquam juris jam quæsiti, ex contractu quantumvis conditionali, esset donatio, quæ inter virum, & uxorem constante matrimonio

trimonio est de jure prohibita, l. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. quod etiam probavit Afflict. decis. 154. 52 ubi pacificatur antephatum cum dote, & quamvis antephatum possit quodammodo dici lucrum ex promissione, quamvis conditionali, si marito supervixerit; 53 tamen quæsita fuit mulieri actio, & amittere lucrum jam quæsitum, dicitur mulierem damnum pati, gl. in l. 1. §. si quis, ff. de min. alleg. prov. in verbo per in integrum restitutionem, Dec. in l. 2. C. de instit. 54 & substit. & quod dotis privilegia sint communicata quartæ, sive antephato, dixit Franch. dec. 182. n. 4. & Afflict. in loco supra citato dixit, quod hodie ex communi stylo privilegia dotis sunt communicata antephato seu quarta, per text. in l. cum multa, ff. de donat. ante nupt. Maxil. ad Consuetud. Civitatis Bari, in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. in omnib. n. 43. Molfes. ad Consuetud. Neapolit. part. 8. q. 7. num. 1. Bursat. cons. 120. num. 4. cum seqq. unde sicuti mulier non potest facere deteriorem conditionem suæ dotis, juxta text. in dicta Athlicinus, & notant DD. apud Card. Mant. de tacitis lib. 12. titul. 32. num. 11. Tomat. decis. Maceratensi 79. num. 10. Immò neque in fructibus dotis, ut notabiliter dixit Camill. de Laratha cons. 68. ex l. 4. ff. de pactis dotalibus, ita idem dicendum erit in antephato.

Nec prædictis obstare dicebatur DD. in contrarium allegatos, quia non loquuntur in promissione antephati, seu quartæ, vel donationis propter nuptias in contractu matrimoniali, ex qua promissione 55 fuit jus quæsitum mulieri, saltim conditionaliter, ut per Greg. Lopez in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 47. num. 13. Gomez. in l. 51. Tauri, num. 66. vers. quintus est, & in l. 60. num. 1. Gutier. practicar. qu. lib. 2. qu. 12. num. 5. Sanch. lib. 6. de matrim. titul. de donat. inter virum & uxor. disput. 5. num. 3. Giurb. ad Consuetud. Messan. c. 1. gloss. 8. part. 1. n. 13. Franc. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. quæst. 19. sub n. 14. Garz. de conjug. quæst. num. 147. Fontanell. d. claus. 7. gloss. 1. part. 1. & 2. & alii, qui in contrarium allegantur.

Quibus duobus creditis addebat Illustriss. Principissa & aliud tertium, quia cùm insolidum cum ejus viro se obligasset nonnullis creditoribus ipsius in Civitate Panormi, coacta fuit illis de proprio solvere.

Et quamvis pro parte Illustr. Ducis Cobrariæ, ouncTagliacotii ultra prædicta diceretur, quòd dato, absque veri præjudicio, quòd credita essent vera, & nulla exceptione removeri possent, tamen ex duobus aliis motivis sequestrum subsistere non poterat, sed erat expectanda sententia. Et primò, quia cs ipsa eadem Principissa fuit sui viri procuratrix, & ut talis exegerat nonnullas pecuniarum quantitates, & ex juris re-56 gula, dato credito vero, debebat ante omnia rationem suæ administrationis reddere, & interim præsumendum est, sibimetipsi satisfecisse, l. peculium in secunda, §. præterea, ff. de pecul. Surd. cons. 253. num. 15. lib. 2. & in tract. de alim. titul. 3. q. 7. sub num. 22. Gratian. dec. Rot. March. 179. num. 2. Seraph. decisione 1455. num. 5. Rot. Rom. in recentior. decision. 25. num. 9. & dec. 391. numer. 8. part. 1. Secundò eidem Principissæ obstare dicebatur, quia ipsa fuit à prædicto quondam Illust. Principe D. Federico ejus viro hæres instituta, & hære-57 ditatem acceptavit, quo casu actiones pro assertis ejus creditis erant confusæ, & propterea alios convenire nequiverat, l. debitori tuo, C. de pact. l. Stichum, §. ult. ff. de pact. Paul. de Castr. in l. si compensandi, an. 1. vers. si autem esset institutus, C. de hæred. instit. Socin. jun. cons. 8. n. 5. lib. 1. Menoch. qui alios recenset consil. 89. num. 45. Simon de Prat. de interpret. ultim. volunt. liber. 4. dubitat. 6. sub num. 30. fol. 385.

Respondebatur tamen quoad primum creditum bonorum mobilium, & gemmarum deficientium, & deterioratarum, quæ erant data in dotem, & quoad 58 antephatum, quod non poterat impediri eorum exactio per redditionem computorum, ut ex mente Neguzant. in 1. membr. 5. part. princ. num. 6. in tract. de pignor. servari in Sacr. Consil. refert Reg. Tap. de jur. Regn. in comment. ad pragm. 5. de Offic. Sacr. Reg. Cons. Thoro in 1. part. compend. in verbo exactio dotis, Molfes. ad Consuetud. Neapol. in 1. tom. in addit. ad q. 6. & 7. numero 6. immo prædicta retentio dotis cessat, etiamsi mulier illa fuerit filiorum suorum tutrix, ita ut non poterit retardari ex eo; quòd teneretur prius de administrata tutela rationes reddere, cum secundùm communiorem sententiam retentio cessaret, ex Francis dec. 642. latè Mastrillus decis. 189. de Georgio alleg. 36. num. 9. Castillus dec. 32. tom. 1. Gomez. decis. 66. par. 1. Fontanella de pactis nuptialib. clausul. 7. glos. 3 part. 11. num. 41. Gratian. cap. 179. de Paschalis de viribus patria potestatis part. 3. cap. 10. numer. 43. cum seq. Dom Marchio Ramonius tom. 1. cap. 94. à num. 7. cum seq. & adest elegans decis. S. C. 42. apud Reg. Tapiam & in facto dicebat, satis promptam esse computam reddere, in quibus etiam in maxima summa creditricem esse apparebat: Nàm cùm dictus ejus vir accessisset ad pedes Suæ Majestatis, & deinde Prorex fuerit creatus in Regno Valentiæ, ubi etiam fuit Capitaneus Generalis Exercitus in bello cum Rebellibus Cathalanis, & fuit etiam in Civitate Tarraconensi circumvallatus cum maxima ejus jactura, & profusissima impensa, ut omnibus notum erat quis dicere poterat, quòd nedum proprias, sed etiam ipsius Principissæ facultates consumpsisset? Et sic etiam replicabatur ad secundum, quod ipsa fuit hæres instituta à dicto ejus viro in allodialibus, tamen nunquam obtinere potuit, quòd per decretum præambuli M. C. V. talis fuisset declarata, cum ad instantiam ejusdem Ducis Cobrariæ, & Tagliacotii fuerit inhibitum, ut non procederetur ad confectionem præambuli, & sic nec valuit hæreditatem adire, nec inventarium conficere, prout petierat, se hæredem declarari facere cum 59 beneficio legis, & inventarii, & proinde cùm adhuc abstinere non valuit, se hæredem declarati, non poterat dici, fuisse inductam aliquam confusionem ipsius crediti dotalis, & jurium dotalium, & aliorum creditorum, ut post alios dixit Phaaunc. de inventar. q. 144. in tract. cum aliis unito ex text. in leg. si uxor. C. de bon. auth. Iudic. possid. l. si adultus, C. de hæredit. actio, l. si ab eo, C. de negot. gest. & sic usque 60 adhuc non habebat, nisi titulum institutionis, & quòd titulus institutionis, vel substitutionis non impediat tenutam, sive retentionem mulieri omni jure debitam, habetur ex Ludov. Post. in tract. de manutent. in dec. 28. numero septimo cum seq. post dictum tractatum, cùm tunc tenuta impediatur, quoties aditio esset facta, ut in his terminis locuti sunt Mier. in Constit. Cathal. hic nostra, num. 125. & 126. Michael Ferrer. part. 3. observat. cap. 520. latè explicat Fontanell. de pactis nuptialibus clausula 7. gloss. 3. part. 7. à num. 37. cum pluribus seq.

Nec tandem dicebatur obstare, quòd adhuc annus à jure datus ad restitutionem dotis, & antephati non erat elapsus, & proinde infra annum non poterat adstringi ad solutionem, juxta text. in l. unic. §. exactio, 61 C. de rei uxor. act. & sic tantò magis neque sequestrum fieri, quia tempus miserationis causa à lege indultum, prout est annus datus pro restitutione dotis in pecunia, non impedit, quin interim possit mulier bona sui viri loco pignoris retinere, ut sit sibi magis cautum, immò per medium compensationis, anni circulo non expectato, potest sibi satisfacere, cum annus tantum detur, ut hæres valeat pecuniam numeratam invenire, & respectu mobilium consumptorum, cum fuerint æstimata; annali dilatione hæredes viri non gaudent, Barbos. in l. si æstimatis, n. 13. vers. 62 nec ratione, ff. solut. matrimon. & alii per Molfes. in citat. qu. 7. num. 6. part. 7. Immò quòd maritus etiam in-

fra

sta annum ad solutionem dotis aliquando cogi possit, deducto tamen ad beneficium viri, sive ejus hæredum commodo repræsentationis, hoc est medii temporis, probatur ex text. in l. si constante, §. quoties, ff. solut. matr. & magis clare habetur ex Cuman. in eadem l. in fin. in ult. oppos. Amplius dicebatur, quod hodie cessabat hæc quæstio, cum annus jam diu erat elapsus, & quamvis tempora primi decreti anni dies nondum venerat, iam non est novum in jure, quod

61 ex jure supervenienti potest primum decretum confirmari, Alex. in l. si finita, ff. de damn. infect. in fin. Paul. de Castr. in l. quæ bona, §. huic stipulationi, nu. 4. ff. eod. tit. & colligitur ex text. in l. sin autem, §. possidere, ff. de rei vendicat. & in l. si quo tempore, ff. de petit. hæredit. notat Peregrinus de fideicommissis art. 41. num. 6. decisum refert Cancerius part. 2. variar. cap. 16. n. 29. & 30. & part. 3. cap. 17 n. 571. præcipue in excipiendo, ut notabiliter decisum refert Anton. Fabr. lib. 7. Codicis titul. 20. definit. 35.

Facta relatione de prædictis in Collaterali Consilio per spectabilem Regentem Didacum Bernaldum Zuña, ejusdem Collater. Consil. Decanum die 5. Iulii 1642. fuit primum decretum sequestri confirmatum. Verum, quia sequestrum erat factum solum super fructibus, non verò quoad jurisdictionem, & pro parte Principissæ fuerat instatum pro sequestro jurisdictionis, noluit Collaterale Consilium super dicta instantia providere, sed tantum, an bene, vel male fuerat judicatum, ordinando sequestrum; & ideò fuit in eodem decreto dictum, salva provisione facienda respectu instantiæ sequestri Iurisdictionis. Penes Franciscum de Anastasio Reg. à Mandatis Scribam. Cumque fuissent adversus decretum prædictum propositæ nullitates die 17. Septembris ejusdem anni 1642. fuit dictum, Nullitates non obstare; & tandem Partes authoritate Excellentissimi Magni Castellæ Admirati, tunc Proregis, ad concordiam devenerunt, liquidando creditum Ill. Principissæ in notabili summa, quæ fuit de pecunia numerata soluta.

OBSERVATIO IN DECIS. CXCVII.

SUMMARIUM.

1 *Sequestrum Iurisdictionis feudi, an possit fieri ad instantiam creditoris habentis obligata feudalia cum assensu, & burgensatica super quibus satisfieri possit, & n. 2. & afferuntur decisiones.*

D. Consiliarius de Duts *laudatur.*

3 *Sequestrum Iurisdictionis feudi, in quo Baro solum titulum habet, non autem dominium, an fieri possit.*

4 *Sequestrum quando, & quibus de causis fieri possit, & num. 5.*

Plurimas Iurium Allegationes diversas quas Ego annis præteritis Typis dedi in hac causa pro Excellent. Dom. Magno Comestabulo, contra Excellentissimam Dominam Principissam Butteræ habebis, Lector humanissimè, in primo, & secundo tomo mearum observationum forensium, quæ (Deo dante) quamprimum in lucem exibunt.

1 Et quia in hac decisione in fine fit mentio sequestri Iurisdictionis, pro quo fuit reservata provisio facienda per Collaterale Consilium. Observandum est, An possit fieri dictum sequestrum Iurisdictionis feudi ad instantiam creditoris habentis obligata feudalia cum assensu, & burgensatica, super quibus satisfieri possit. Ad quod respondeo affirmativè, & ità decisum per Sacrum Consilium reperio, in causa Abbatis D. Iosephi Revertera cum Illustrissim. Duce Salandræ ejus fratre; Nam cum dictus Abbas D. Ioseph Revertera creditor Illustriss. D. Francisci Revertera Ducis Salandræ ejus fratris in annuis ducat. 3300. mensatim solvendis vita durante vigore Instrumenti, cum pacto executivo, obtinuisset literas executoriales pro ducat. 1650. pro mensatis decursis, vigore dicti pacti executivi, institit pro sequestro Iurisdictionis, stante assensu super dicto contractu obtento per verbum fiat infra biennium, dictus Dux opposuit non posse procedi ad dictum sequestrum Iurisdictionis. Primò, quia dictus ejus frater non erat creditor capitalis, sed annualitatis, & feuda habebant annuos reditus duc. 3000. & ideò secundo, quia Iurisdictio non potest sequestrari, nisi in subsidium. Attamen per M. C. Vicariæ sub die 19. Iulii 1663. ad relationem Domini Iudicis de Duta, nunc Regii Consiliarii meritissimi, fuit ordinatum, prædictum sequestrum Iurisdictionis, & quod adeant S. E. pro destinanda persona oppositis non obstantibus. A quo decreto reclamavit Dux, & facta relatione in Sacro Consilio in Aula Domini Consiliarii Joannis Baptistæ Jovini, fuit per idem Sacr. Consil. sub die 30. ejusdem mensis Iulii confirmatum dictum decretum M. C. Verùm sequestrum exequatur dempta Terra, in qua habitat Dux Ianuaria Marci de Aversana.

2 Et idem prius fuit etiam decisum per M. C. Vicariæ per quam fuit sequestrata Iurisdictio Terræ Maniulæ contra hæredes D. Marii Ioppuli, ad instantiam D. Beatricis Branciforte, & quamvis diceretur per debitores, decretum prædictum non posse subsistere, ex quo dicta creditrix habebat, nedum bona feudalia cum assensu obligata, sed etiam burgensatica, ex quibus poterat satisfieri, & illa sequestrari, & quia executio fit in subsidium super feudis, ut per *Annam in singul. 20. & allegat. 141. num. 9. volum. 2. & alleg. 66. numer. 14. volum. 1.* Tamen facta relatione in Sacro Consilio in Aula Domini Consiliarii Iacobi de Franchis per Dominum Iudicem Franciscum Cæsarem die 30. Octobris 1614. fuit per Sacrum Consilium remissa causa eidem M. C. Vicar. ut provideret, quod infra decem dies Conventus consignata deberet executionem explicitam, aliàs executioni demandaret decretum ipsius, ut refert *Thor. in compend. par. 2. in verbo sequestrum Iurisdictionis feudi, fol. 637.*

3 Sed an contra Baronem contumacem fieri possit sequestrum Iurisdictionis feudi, in quo solum titulum ipse habet, non autem dominium, vide decisionem hujus articuli apud *d. Thor. par. 2. compend. in verbo sequestrum Iurisdictionis factum, fol. 635.* in causa Illustr. Marchionis Labellæ, cui fuerat facta refutatio Terræ Sancti Severini ab Illustris. Principe Abchinatum ejus fratre, prævio inter eos albarano, in quo convenerunt, non aliter Terram ipsam refutari voluisse, sed tantum illius titulum, & cum dictus Marchio homicidium commisisset, & per M. C. V. contumax reputatus: Fiscus post contractam contumaciam procuravit sequestrari Iurisdictionem dictæ Terræ, de quo gravatus dictus Princeps recursum habuit ad Collaterale Consilium, asserendo in rei veritate dictam Terram esse in suo dominio, nec resliuet refutatam ejus fratri, & proinde institit pro dissequestro dictæ Iurisdictionis.

Denique ad *nu. 1.* hujus decisionis adde *Nicol. Joan. Ambruscium in lib. cui titulus est fax gemina, seu Prodromus Juridico Academicus, par. 1. possessorii à num. 16. ad 19.* & ad *num. 2. 4. 5. 8. 9. 20. 25. 26. 27. 28. & 32.* hujusmet decisionis, vide eundem *Ambruscium eodem loco num. 25. 30. 32. 34. 39. 42. & 44.*

4 Ad id, quod *num. 18. cum seqq.* dicitur in hac decisione, quod sequestrum non debet fieri, quando non adest timor dilapidationis, adde *Camill. Laratha cons. 81. per totum*, ubi quando non solum adesset periculum dilapidationis bonorum, ità, ut si actor victoriam causæ reportaverit, non haberet, unde sibi satisfaceret, vel non sufficeret pro suo credito, sed etiam ex alia causa mentem judicis movente, refert per

Sacrum

Sacrum Consilium pluries, & in causa Principis Colli fuisse determinatum sequestrum, & in causa Fabii Caraccioli cum Laudonia Russa, & D. Troiano Caracciolo, in qua dictus Fabius petierat sequestrum, & facta relatione per Dominum Consiliarium Scipionem Rovitum die 8. Julii 1614. junctis Aulis cum interventu Domini Regentis Marci Antonii de Ponte Marchionis Sancti Angeli Præsidis Sacri Consilii pro expeditione causæ principalis, comparuit D. Flumara soror dicti D. Troiani, & d. Laudoniæ, & petiit pro suo interesse debere audiri, & pro parte D. Fabii replicatum non debere audiri, fuit decretum, quod audiantur partes infrà imminentes ferias pro omni termino, & interim fiat sequestrum, ità *dict. Laratha in fine*, & quod potest fieri sequestrum quandocumque notum est Judici periculum aliquod subesse, vel nè res consumetur vel debitor efficiatur non solvendo, aut aliquam aliam probabilem causam subesse, tenet ex *Abb. & Ias. D. Ricc. in prax. fori Eccles. in prima impressione parva, praxi praetermiss. decision. 722. num. 5. fol. 861. & in secunda impress. re- fol. 612. par. 1.* Immò esse Iudici arbitrarium ubicumque sequestrum sibi expedire videtur, ex *Specul. in titul. de sequestr. possess. & fruct. vers. sed numquid, num. 3. & 4.* tenet *D. Theodor. alleg. 88. num. 12.* ubi plura circa sequestrum à *num. 10. cum seqq. Franc. de Petr. consil. 11. à num. 13. usque ad finem, & Capan. de jur. adoha, quaest. 19. num. 9. & 10.* ubi refert decisionem factam junctis Tribunalibus Collateralis Consilii, S. C. & R. C. S. coram Dom. Prorege.

Tandem de hac materia sequestri vide quæ dixi suprà in *obser. ad decis. 5. in 1. tom.* ubi mentionem feci de hac præsenti *decis. 197.*

Michael Angelus Gizzius.

ARGUMENTUM.

Agitur de remissione causæ ad Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ petita per Officiales ipsius. Et num Præsidens Regiæ Cameræ possit petere remissionem ad dictum Tribunal, non obstante, quòd in M. C. V. petiit, & obtinuit decretum præambuli, per quod fuit hæres universalis declaratus. Et quid quando à dicto decreto fuerit per partem conventam appellatum.

SUMMARIUM.

1 *Præsidens Regiæ Cameræ Summariæ in causis civilibus conveniuntur in eadem Regia Camera de jure communi, ac etiam municipali, nu. 2. & ratio adducitur. n. 3.*
Intellige ubi conveniuntur, secus si ad hereditatem alicujus cum alio concurrat. n. 6.
4 *Consiliarii sunt majores dignitate Præsidentibus Regiæ Cameræ, nam illos præcedunt, & in causis civilibus conveniuntur coram Ordinariis locorum, num. 5.*
7 *Index causæ judicii præparantis debet etiam esse Iudex causæ præparatæ.*
8 Decisio Regentis Roviti 44. *declaratur, & num. 26.*
Laicus legitimus contradictor comparens post adeptam bonorum possessionem per clericum vigore decreti præambuli interpositi per Iudicem laicum, debet comparere coram Iudice Ecclesiastico, ibid. ratio affertur, n. 9.
Intellige, ut num. 10.
11 *Appellatio est provocatio de minori Iudice ad majorem*
12 *Tribunal Regiæ Cameræ quamvis sit Supremum, non tamen est superius Tribunali Magnæ Curiæ Vicariæ, nec ullam in eam habet jurisdictionem, & procedit literis hortatorialer.*
13 *Appellatio à decreto M.C.V. fit ad Tribunal S.R.C.*
14 *Iurisdictio non dicitur prorogata, ubi acta non fiunt à principali, vel ab ejus procuratore cum speciali mandato.*
15 *Iuri publico non potest factis privatorum derogari.*
16 *Officiales Regis connumerantur inter personas, quæ gaudent privilegio* l. un. c. C. quando Imp. inter pupill. vel vid. *Ideòque jurisdictionem prorogare non possunt, nec eorum foro renunciare num. 17.*
18 *Decretum præambuli non inducit judicium, neque litis pendentiam, nam fuit adinventum pro legitimanda persona heredis, & interponitur absque partis citatione, n. 19. & 25.*
Intellige, ut num. 20.
Et nullum præjudicium affert nec in possessorio, nec in petitorio. n. 21.
Declara, ut num. 27.
22 *Decretum præambuli nunquam fieri solet nec in Regia Camera, nec in Sacro Consilio.*
23 *Prorogatio jurisdictionis quando fiat.*
24 *Faciens actum necessitate cogente, sibi non præjudicat.*
Necessitas non habet legem, ibid.
28 *Iudex, qui cognovit de possessorio, non cognoscit de petitorio, si per hoc alterius jurisdictio præjudicaretur.*
29 *Iurisdictio Iudicis per inhibitionem suspenditur.*
30 *Appellatio non cadit à decreto nullo.*
31 *Paria sunt actum non fieri vel nulliter fieri.*
32 *Gabella debita ex statuto pro omni contractu, non debetur ex contractu nullo.*
33 *Decisio in causa refertur.*

DECISIO CXCVIII.

Ex matrimonio contracto inter Præsidentem Regiæ Cameræ Summariæ Fabritium Cenamo cum N. Campanile, Andreæ filia, orta fuit Dorothea Cenamo, quæ per mortem matris fuit hæres in dotibus ipsius declarata; tamen cùm adhuc non nupta decessisset, instituit ejus hæredem universalem dictum Fabritium ejus patrem, qui vigore testamenti adiit M. C. V. & obtinuit solitum decretum præambuli, per quod fuit hæres universalis ex testamento declaratus. Cumque Andreas Campanile avus maternus prætenderet, jure *Consuetudinis Neapolitanæ* dictam ejus neptem non potuisse disponere de dotibus prædictis, ejus matri datis, nisi pro medietate, duobus remediis usus fuit.

Et primò appellando à dicto decreto præambuli obtinuit Regiam decretationem, quòd M.C.V. verbum faceret Sacro Consilio. Per alterum verò instituit judicium in eodem S. C. prætendendo, testamentum ejus neptis nullum, & invalidum declarari ex defectu voluntatis testatricis, quæ ob reverentiam patris fuit coacta ad disponendū in ejus beneficium, quo testamento declarato nullo, hæreditas non spectabat ad Fabritium patrem, sed ipsum Andream dotantem, quia matrimonium erat contractum cum renunciatione hæreditatis filiorum quandocumque morientium ab intestato, de qua *Consuetudine* mentionem facit *Franch. dec. 92. & Ego consult. 20.* Et quamvis testamentum substineretur, dicebatur, ad ipsum avum maternum spectare medietatem dictorum bonorum, juxtà aliam *Consuetudinem Neapolit. incip. Et si testator.*

1 Prædictus Præsidens Regiæ Cameræ Fabritius Cenamo porrexit supplicationem Excellentissimo Proregi, petendo, quòd dicta lis mota per dictum Andream

dream Campanile socerum erat tractanda in eadem Reg. Camer. Summariæ, ex dispositione juris communis in *l. nullum, 10. C. ubi caus. fisc. al.* ubi apertè disponitur, quod Officiales Procuratoris Cæsaris in causis civilib. debent conveniri coram ipso Procuratore, & quamvis *text.* loquatur de Rationalib. qui exactioni, vel chartis inserviunt, tamen *gl. Accurs. in verbo nullum ex officio*, hoc intelligit in officialibus Procuratoris Cæsaris, qui sunt propriè Præsidentes Regiæ Cameræ, & proindè *DD. in d. l. nullum*, & præcipuè *Paul. de Cast.* ita dictum *text.* intelligunt, & summant, & sic communiter omnes alii *Doctores*, ut per *Peregrin. de jur. fisc. lib. 7. titul. 1. num. 13. Petr. Gregor. syntagm. jur. lib. 47. c. 40. num. 4. Reg. Consil. Carleval. de judic. tom. 1. disp. 2. qu. 6. sect. 9. num. 731.* qui alios allegat, & fuisse decisum testatur, & cum hac opinione pertransierunt *Io. Ang. Pisan. in addit. ad decision. Afflict. 56. Feller. in prax. crimin. ver. audiantur excusatores, num. 138. Reg. de Pont. decision. Collat. 36. num. 11. Vincent. de Franch. decision. 407. Reg. Galeot. respons. 2. fiscal. num. 101. Reg. Revert. in dec. manuscript. 8. vol. 1.* & sic novissimis temporibus fuisse decisum refert *Reg. Revit. decision. 74.* ubi plenissimè conferunt etiam dicta per *Reg. Sanfel. in decision. 250. & 291. Thor. in compend. dec. tom. 1. in verbo, Officiales.* 2 Et de jure municipali hujus Regni generaliter providetur, quòd Officiales actu servientes, non extrahantur à Tribunalibus, in quibus inserviunt, ut habetur in *Capit.* concessis per Ferdinand. Regem Catholicum in ann. 1507. sub die 3 10. Maii *cap. 12.* in ordine, & ratio est in promptu, quia dicti Officiales proprio ministerio addicti, alio abducerentur, *l. non aliàs, § 1. de jud. l. ne ad diversa. C. de silentiar. lib. 12.* ibi, *ne ad diversa tract. viri devoti silentiarii judicia sacrio obstrahi videantur obsequi*, quod etiam favore publico, & Fisci privilegio est introductum, ne eorum ministerio priventur, *l. 2. C. de Decan. lib. 12.* ut omnes suprascripti *DD.* notant.

4 Et quamvis prædictum privilegium Præsidentib. Regiæ Cameræ concessum, difficultaretur ab ipso Andrea Campanile, ea ratione, quia ipsi non sunt majores dignitate Regiis Consiliariis S. Claræ, sed potius minores, quia ab eis præceduntur, & tamen 5 Regii Consiliarii in causis civilib. sortiuntur forum coram Officialibus ordinariis locorum, sive in Civitate, sive in Suburbanis denegaui, ex *tex. in l. 2. C. ubi Senat. vel Clariss. l. & qui non sunt*, ubi *gl. ff. de tut. & curat. dat. ab his*, quod etiam notat *Reg. Revit. d. dec. 74. num. 8.* Tamen dato, quod causæ Præsidentium Reg. Camer. tractari deberent in eodem Tribunali, secundùm decisiones supra allegatas, eti. hoc intelligendum in eo casu, in quo loquuntur præfatæ decisiones, nempe in causis, ubi Præsidentes sunt conventi ab aliquo, secus tamen, quando concurrunt ad hæreditatem alicujus prædefuncti, quia tunc judicium debet prosequi coram eo Iudice, coram quo fuit lis 6 incepta, ad quod adduci poterat doctrina *Bald. in l. testam. omnia, vers. si ergò est index causa, C. de test.* ubi dicit, quod si est Iudex causæ, ergo omnium cognitionum, quæ dictæ causæ debent adesse, & quilibet, sive Clericus sit, sive Laicus aliquid prætendens, necesse est, ut se opponat coram eo, qui est Judex 7 causæ, ea ratione, quia Iudex causæ judici præparantis Iudex esse debet causæ præparatæ, *l. ordinarii, & ibi Iaf. & Bal. C. de rei vendicat.* per quæ jura decisum fuit per M. C. V. & confirmatum per S.C. ad relationem Regii quond. Consiliarii D. Ferdinandi de Quadra, tunc Iudicis dictæ M. C. sub die 12. Maii 1609. de qua decisione mentionem fecit *Reg. Sanfelic. in dec. 250. vol. 2. num. 10. & Hedier. ad Surd. in dec. 26.* sub *num. 26.* ubi casum decisionis, & in reclamatione junctis Regiis Consiliariis duarum Aularum fuisse confirmatum, refert, & similiter hac fuit decisum in causa Venerabilis Monasterii Reginæ Cœli, cùm Albentio Monacella junctis Aulis, de qua etiam mentionem fecit idem *Hedier. in d. dec. sub. 25.*

8 Nec prædictis obstare dicebatur, aliam decisionem S. C. relatam per *Reg. Revit. dec. 44.* quia loquitur in eo casu, quando Clericus fuit immissus in possessionem hæreditatis ex *edicto Divi Hadriani* per Iudicem laicum, nam si post adeptam possessionem compareret laicus contradictor, debet coram judice Ecclesiastico comparere, qui est Iudex competens conventi, ex traditis per *Carol. de Graff. de effect. clericat. eff. 1. num. 784. Franc. dec. 193. num. 9. & decis. 376.* & hoc, quia lis 9 erat jam finita, & judicium intentatum per laicum erat novum; & proinde debebat actor sequi forum conventi, licet etiam in isto casu contrarium ex pluribus fundet *Peregrin. de fideicom. art. 45. num. 62.* cum 10 *seq.* qui loquitur in eo casu, quo Clericus, qui uti vocatus ad fideicommissum, authoritate Iudicis laici ceperat possessionem rerum hæreditariarum, quia si injustè possessionem dederit, poterit idem Iudex revocare, & eum refert, & sequitur *Carol. de Graff. d. effect. 1. num. 947. in 28. limitat.* & verè *Vincent. de Franch.* & idem *Graff. in locis* supra citatis loquuntur in eo casu, quando lis est finita, & novum judicium inchoatur, secus tamen esset, quando per viam nullitatis, vel reclamationis judicium tractaretur prout etiam videtur sentire *Reg. Revit. in d. dec. 44.* ubi dixit, quòd domos, super qua per Clericum erat obtenta sententia assistentiæ erat jam ei adjudicata, absque aliquo impedimento reclamationis aut nullitatis, & in his terminis erit etiam intelligenda alia decisio relata per *Reg. Sanfel.* de anno 1607. in causa Lucretiæ Lauretano cum Francisco Lauretano Sacerdote *d. decis. 250.* sub *num. 5.*

Et ex his concludebatur per Andream Campanile, quod cùm hodie tractetur de appellatione à decreto præambuli per ipsam M. C. interposito in beneficium dicti Præsidentis Regiæ Cameræ Fabritii Cenamo, qui nec erat adhuc immissus in possessionem dictæ hæreditatis, nec præambulum sortitum fuerat suum effectum, debebat causa tractari in S.C. ubi erat commissa, quod est Iudex competens appel-11 lationis à decretis M. C. cùm appellatio sit de minori Judice ad majorem provocatio & Tribunal Regiæ 12 Cameræ Summariæ, quamvis sit supremum Tribunal, non tamen est superius Tribunali M. C. nec ullam habet in eo jurisdictionem, & ideò procedit per literas hortatoriales, ut habetur per *Gizzar. in decision. 73. in princ. &* per *Reg. Sanfel. dec. 209. num. 19.* sed ab ejus 13 decretis appellatur ad S.C. ubi nomine Regio sententiæ proferuntur, & supplices petitiones diriguntur Sacræ Regiæ, & Catholicæ Majestati, licet postea per Præsidem Sacri Consilii subscribantur, causam committendo alicui ex Regiis consiliariis, vel ordinando, quòd M.C.V. verbum faciat de gravamine illato per decreta interlocutoria in eodem S.C. vel appellationes à decretis ejusdem M. C. V. diffinitivis committendo, vel alia hujusmodi, & sic nullo modo potest tractari, ut gravamine illato in decreto præambuli per M. C. interposito possit Regia Camera cognoscere, sed S.C. tanquam Iudex competens appellationis.

Quibus respondebatur per dictum præsidentem Regiæ Cameræ Fabritium Cenamo. Primò, quòd instantia facta in M.C.V. ejus nomine pro interpositione decreti præambuli non apparebat, fuisse fa-14 ctam per ipsum, neque per ejus legitimum procuratorem cum speciali mandato, & ideò jurisdictio non fuit per dictam petitionem, neque per decretum præambuli interpositum prorogata, ut ex doctrina *Innoc. Panorm. Socin.* & aliorum firmavit *Consil. Carleval. de foro comp. tom. 1. disp. 2. n. 1345.*

Dicebatur secundò, quod privilegium exemptionis à jurisdictione M. C. V. est Regiæ Cameræ tribu-

tum

tum favore Fisci, ut habetur ex *tex. in d. l. nullum 10. C. ubi cauf. fiscal.* ubi privilegium tribuitur Officialib. Procuratoris Cæsaris, & sic dato, quòd instantiæ esset facta ab eis legitima persona, non potuit toto 15 Tribunali præjudicare, quia factis privatorum non potest juri publico derogari, *l. jus publicum, ff. de pact.* latissimè de materia post *Ioan. Andr. Sec. jun. Felin. Fulgos. Gayl. Grav.* & alios *Consil. Carleval. in loco* supra cit. *n.* 1056.

16 Et cùm isti Regii Ministri, sive Officiales connumerentur inter personas, quæ gaudent privilegio *l. ante. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* ex eo, quia sunt perpetuo in munere judicandi impediti, ut ait *Rebuff. ad Constit. Gall. de sentent. provis. gl. fin. art. 3. Mandos. in regul. 5. Cancell. de reservat. num. 5. Azeved. in l. 9. num. 4. tit.... lib. 4. nov. recop. Novar. in prax. elec. & variar for.* 17 *qu. 35. Reg. Tap. de jur. Regn. lib. 2. tit. de Offic. Instit. rubr. 12. num. 17.* ideò non possunt jurisdictionem prorogare nec eorum foro renunciare, *Bal. in c. de causis, num. 49. de offic. & potest. judic. deleg. Carleval. loco* supra cit. *n.* 1061.

18 Dicebatur tertiò, quòd istud decretum præambuli, non inducit neque judicium, neque litis pendentiam, quia non ad alium finem fuit adinventum, nisi pro legitimanda persona hæredis, ad hoc ut valeat se pro hærede gerere, juxta dispositiones *Rit. M.C.V.* 174. incip. *Item servat ipsa Curia, quòd si debitor*, & 181. incip. *Item servat ipsa Curia, quod si sit præsentatio*, & 186. *Item servat ipsa Curia*, de quibus intentionem fecit *Franch. decision. 204. in princ.* Et ideò decretum 19 præambuli interponitur absque partis citatione, ut habetur ex *Afflict. in Constit. Regn.* incip. *Eos, qui scienter, in 4. qu. Caravit. in dd. Rit. 174. & 181. Sanfelic. in* 20 *d. dec. 210. nu. 1.* ubi, quòd quando alii, quàm filii petunt decretum præambuli ab intestato, non interponitur, nisi prævia citatione per edictum, licet in statutro etiam interponi posse, dixit *Carav. dict. Rit.* 181. 21 Cúmque hoc decretum interponatur, partibus non citatis, nullum ex eo afferri præjudicium, nec in petitorio, nec in possessorio, etiam circa contenta in dicto decreto præambuli, & in inventario decisum tefert *Ann. Pater alleg. 19. Consil. de Georg. alleg. 45. Gagliard. de absolutà juram. §. 1. num. 2. Rucc. in addit. ad Franch. d. dec. 204. Thor. in 1. part. comp. in verb. præambulum factum.*

22 Quartò dicebatur, quòd ista petitio facta in M. C. instando interponi decretum præambuli, fuit facta necessitate cogente, ex quo dictum decretum nunquam fieri solet, nec per R. C. nec per Sac. Cons. ut est notorium, & habetur per *Franch. in d. dec. 204. in princ.* sed per ipsam M.C.V. & per hoc ex dicto de-23 creto nulla fuit prorogata jurisdictio, quotiescunque enim actus alio tendit, quàm ad jurisdictionem prorogandam, sed fit, quia aliter, vel in alio Tribunali explicari non poterat, prorogatio jurisdictionis non inducitur, ita punctualiter *Ant. de Matthæis in tract. de prorog. jurisd. num. 16. vers. 6. concl. limitatur*, quia om-24 nia, quæ fiunt ex juris necessitate, præjudicium non afferunt facienti, *c. quod non est, de regul. jur.* cùm necessitas non habeat legem, *Oldrad. cons. 190 in fi. Bellon.* 25 *decision. 6. num* 10. Et rei veritate præambulum non potest dici judicium, quia proceditur, parte non citata, sed est quædam probatio aditionis hæreditatis, *Theodor. alleg. 17. num. 21.* & ad finem legitimandi personam hæredis, ad hoc ut possit agere contra debitores hæreditarios, etiam via exequutiva, & ideò per illud datur potestas, hæredi declarato, ut facere possit omnia, quæ per defunctum fieri poterant, *Franch. dict. decis.* 204. ad quod etiam faciunt ea, quæ dixit *Reg. Rat. in d. decis. 44. num. 4.* ex doctrina *Paul. de Castr. & Imol. in l. à Divo Pio, §. si post addictum, ff. de re jud.* 26 ubi quod si coram Judice exequutore aliquis compareat, prætendit jus super re per ipsum adjudicata debet dicere, quòd non est ampliùs Iudex, & debet comparere coram Iudice competente, intelligendo de illo, qui pignus addixit, vel rem vendendam mandavit, & si iste, cui fuit res addicta, non est sibi subjectus, debet comparere coram illo Judice, qui erit competens illius cui fuit res addicta, sequitur *Reg. Sanfel. d. dec.* 210. ubi sic decisum refert.

27 Quintò considerabatur, quòd quamvis instantia pro decreto præambuli esset judicium, certum est, quòd non potest dici, nisi judicium possessorium, servata forma *edicti Divi Hadriani*, & ideò non potest parere præjudicium in petitorio, *Affl. in d. Const. Eos, qui scienter, in 4. qu. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4 num.* 106. cúmque judiciorum motum per Andream Campanile in S.C. sit petitorium, & ipsemet institit, hæreditatem ad se spectare, debet comparere coram Iudice conventi, prout in propriis terminis voluit *Bald. in l. si de proprietate, num. 28. C. si à non compet. Iu-* 28 *dic.* ubi tradit, quòd Judex, qui cognovit de possessorio, non cognoscit de petitorio, si per hoc alterius jurisdictio præjudicaretur, & eum sequitur post *Io. Monacum, & Paul. de Castr. Afflict. decision. 155. num. 6.* qui licet dicat, in S. C. aliter fuisse decisum, ratio tamen fuit, quia partes prorogaverunt jurisdictionem S.C. & *ibi Vrsil. num. 1.* refert, alium casum accidisse cum Clerico, & fuisse remissum Iudici Ecclesiastico, *Menoch. de retin. possess. remed. 3. num. 539. Maur. jun. allegat. 57. n. 2. Testay allegat. a. n. 201. Carleval. de jud. d. disput. 2. q. 6. sect. 9. n. 1227. Lancell. de attent. lit. pendent. limit. 2. num.* 10.

Et demùm dicebatur, quòd dictum decretum præambuli non potuit ipsi Præsidenti Cenamo aliquod præjudicium inferre, quia ante ipsius interpositionem fuerat per S.C. inhibitum M.C. quòd non procederet ad confectionem præambuli, & decretum prædictum fuit interpositum post inhibitionem ei factam, & sic fuit ipso jure nullum, cùm omnia post inhibi-29 tionem gesta, sint nulla, quia jurisdictio Iudicis per inhibitionem suspenditur, *c. per tuas, de sent. excomm. cap. licet, eod. tit. in 6.* & notant *DD. in cap. cum venerabile, de offic. & potest. Iud. deleg. & in c. 1. de foro comp.* latè *Lancell. de attent. part. 2. tit. de inhibit. am-* 30 *pliat.* 10. & propterea nulla appellatio cadit à dicto decreto nullo, *l. 1. C. quando provoc. non est necess.* & ipse idem Præsidens Cenamo dicto decreto tanquam nulliter lato renunciavit, ideoque cum sit ipso jure nullum de eo non potest aliqua haberi ratio, paria enim 31 sunt, actum non fieri, vel nulliter fieri, vel *l. non putavit, §. gravis,* ubi. *Bar. ff. de bo. poss. contra tab. l. 1. §. quod autem*, ubi *Bald. ff. de offic. præfect. Vrb. Surd. cons. 3. num. 12. & decis. 122. num. 5. & 6.* ubi etiam *num. 9.* ex 32 hoc deducit, quòd gabella ex statuto debita pro omni contractu, non debetur ex contractu nullo, *Bar. in l. fi. §. fin autem, C. comm. de leg. Tiraq. de retract. consang. §. 1. gl. 2. n. 7.* ubi latè.

Et ex his facta relatione in Collater. Consil. sub 33 die 1. Septembris 1645. fuit causa remissa ad Regiam Cameram. Pœnes Franciscum de Anastasio Regium à Mandatis scribam. A quo decreto cum dict. Andreas Campanile reclamasset, fuit die 20. Iulii 1646. confirmatum, & de hoc decreto mentionem facit *Reg. Sanfelic.* in sua *prax. judiciar. in additionibus*, sive *decisionibus* ad praxim pertinentibus, *fol. 243. & à ter.*

Et licèt in eadem *Prax. section.* 17. referat aliam causam vertentem inter Marcum Antonium de Ianuario, & Præsidentem Regiæ Cameræ Ioa. Baptistam Pisanellum, qui cùm in Collaterali Consilio petiisset remissionem ad Regiam Cameram, fuit decisum, quod dictus Pisanellus comparere debuisset in Sacro Consilio, ibique remissionem petere; tamen fuit, quia in Sacro Consilio erat lis inter Creditores, qui instabant pro venditione cujusdam prædii

cont a hæredes Andreæ Sanseverini communis debitoris, in qua causa dictus Præsidens Pisanellus comparuit, & obtulit, illud prædium emere, pront cum effectu emit à Sacro Concilio, & cum super dicta emptione incidisset quæstio, dictus Præsidens Pisanellus prætendebat, causam remitti ad Regiam Cam.; verum quia in S.C. erat cœptum judicium, & ibi fuerat facta venditio, fuit valde dubitatum de dicta remissione, per *text. in l. ubi cœptum, & l. si quis postea, ff. de judic.* & etiam quoniam continentia causæ dividi non poterat, vulgata *l. nulli prorsus, de judic.* & decisionem dictæ causæ adducit idem *Reg. Sanfelic. in loco* supra allegato *fol.* 243.

OBSERVATIO IN DECIS. CXCVIII.

SUMMARIUM.

1 *Fori privilegium competens marito ratione alicujus artis, vel exercitii, an extendatur ad uxorem, & quid finito exercitio, num. 2. & an peti possit ad instantiam uxoris, vel peti debeat ab ipso marito, numer. 3.*

2 *Fori privilegium habens aliquis ratione exercitii, finito exercitio, perdit illud.*

3 *Fori privilegium competens marito, si extenditur ad etiam uxorem, debet peti ab ipso viro, non autem ab uxore.*

4 *Fori privilegium competens viro ratione alicujus artis, ipso mortuo, uxor vidua non retinet illud privilegium.*

5 *Fori privilegium habens, si non ex propria persona, sed uti hæres alterius illud petat, non potest illo privilegio uti, & n. 6.*

6 *Doctores Collegiati Almi, seu Sacri Collegii Neap. fori privilegium habent, ut conveniantur à Magno Cancellario.*

Limitatur, ut dicto privilegio non gaudeant, si conveniantur uti hæredes defuncti, & n. 5.

Hæres & si sit privilegiatus, non potest forum declinare, ibid.

Limitatur in Clerico Collegiato, qui conveniri debet coram Antistite Neapolitano, n. 10.

7 *Doctores Collegiati Supernumerarii Almi Collegii Neap. an gaudeant privilegio fori, quo gaudent Collegiati ordinarii, & n. 8. & 9.*

Fori privilegio an gaudeant Collegiati Supernumerarii Collegii Doctorum Neap. ibid. & n. 8. & 9.

8 *Collegiatorum tàm ordinariorum, quàm Supernumerariorum Collegii Doctorum Neap. numerus, qui fuerit antiquitus, & qui ad præsens sit.*

9 *Collegiati Doctores supernumerarii Collegii Neap. an sint solum testes, vel etiam judices, & votum habeant.*

10 *Collegiatus Collegii Doctorum Neapol. si sit Clericus, convenitur coram Antistite Neap. non autem coram Magno Cancellario.*

Clerici etiam volentes non possunt à Iudice laico cognosci, ibid.

11 *Vxor Clerici Græci, vel conjugati an gaudeat privilegio canonis, & fori.*

12 *Fori privilegio gaudent Curiales, ut sunt Advocati, Procuratores, Sollicitatores, Actuarii, Scribæ, Portarii, & Capitanei de Giustitia.*

Ampliatur non solum in Tribunalibus Civitatis Neap. sed etiam in Regiis audientiis Regni.

Limitatur, ut procedat, quousque assistunt in dictis Regiis Audientiis, vel si absentes sint cum licentia.

13 *Advocati, & Procuratores possunt clientes convenire pro salario, patrocinio, & expensis in eodem Tribunali, & coram eodem Iudice, coram quo patrocinati sunt, etiam si Cliens esset alterius fori.*

Limitatur, si cliens esset Clericus, qui non potest conveniri coram Iudice laico, ibid.

14 *Fori electio non debet concedi, quando apparet privilegiatos illam petere causa defatigandi collitigantes.*

15 *Fori privilegio, quæ miserabiles personæ gaudeant, & quæ sint.*

Privilegium fori an competat senibus decrepitis, podagricis, alioque morbo diuturno laborantibus, orphanis, peregrinis, mercatoribus oppressis, publicis pœnitentibus, infantibus, expositis, cæcis, leprosis, membris mutilatis, carceratis, cruce signatis, conversis ad fidem, & similibus.

16 *Prodigo an competat privilegium fori.*

17 *Iurium Allegationes* Abb. Ioannis Iacobi Gizzii *adducuntur.*

De privilegio fori ad ornatum hujus decisionis aliqua brevissimè observabo. Ideò notandum.

1 Primò, quod fori privilegium competens marito ratione alicujus artis, seù exercitii, an extendatur ad uxorem. Aliqui tenent negativam sententiam, ut sunt Doctores, quos citat *Meroll. tom. 3. de privileg. disput. 6. cap 3 num. 43. fol. 76.* Alii verò tenent affirmativam, ut dicto privilegio concesso marito ratione alicujus ministerii, seù artis, gaudeat etiam uxor, ut per DD. quos adducit idem *Meroll. ibid. num. 44.* limitat tamen ex *Paschal. de patr. potest. p. 4. c. 2. num. 7.* ut id proce-
2 dat, durante exercitio, quia etiam maritus, si perdat exercitium, perdit quoque privilegium; limitat etiam, ut remissio peti debeat ad instantiam viri privilegiati,
3 non autem ipsius uxoris, ex *Novar. in prax. elect. for. sect. 3. quæst. 3. nu. 13.* & in quadam sua *alleg.* quam refert *D. Ricc. in collect. 2984. in fine*, ubi sic decisum pluries refert, præsertim in causa uxoris cujusdam matricula-
4 ti in arte serici; limitatur etiam, quod mortuo viro, qui ratione alicujus artis dictum privilegium habebat, uxor vidua non retinet idem privilegium, *Meroll. loco citato n. 59.*

Ad *decisionem 363. D. de Franch.* quam adducunt Doctores, qui negativam sententiam tenent, respondetur ex eodem *Meroll. ibidem num. 49.* quòd ideò in illa decisione fuit exclusa uxor cujusdam artificis etiam artis serici, quia illa non veniebat in ea causa ex pro-
5 pria persona, sed tanquam hæres alterius, qui eo fori privilegio non gaudebat, quo casu non potest uti privilegio suo, ut est *ritus M. C. V. 234.* de quo idem *D. de Franch. decision. 234. num. 3. Afflict. in Constit. Statuimus, num. 26.* & ibi *D. Tapia num. 29. lib. 2. Iur. Regni, fol. 215. Viv. decision. 250. num. 2. Alexand. Trentacinq. lib. 2. var. tit. de ext. resol. 2. num. 6. D. Capibl. de auct. Baron. pragm. 8. par. 1. num. 314 & seqq. Carleval. tom 1. de Iudic. disp. 2. quæst. 5. num. 299.* ita *Meroll. d. n. 49.* vide *D. Carol. Petr. in com. sup. d. rit. 234. tom. 2.* post hæc scripta visum.

6 Vndè infertur, quod Doctor de Collegio Neap. scil. Collegiatus, qui ex privilegio dicti Almi Collegii (quod factum à Regina Ioanna II. in dicto privilegio nuncupatur) debet conveniri in eodem Collegio à Magno Cancellario, ut habetur in d. privilegio relato per *Recch. in gl. privilegii sacri Collegii Doctorum, §. 3. lit. B. C. D. & E. f. 68. & ipse nu. 15.* sed si conveniatur, ut hæres defuncti non gaudet dicto fori privilegio, nec forum declinare potest, quia per *d. ritum M. C. 234.* hæres, & si sit privilegiatus, non declinat forum, & ità decisum refert idem *de Franch. in dict. decis. 234.*
7 quem sequitur *Recch. ibidem num. 20 fol. 71.* Quod privilegium concessum dictis Doctoribus Collegiatis habere locum solum in Collegiatis ordinariis, qui tempore Dom. de Franchis erant quatuordecim, non autem in supernumerariis, qui eo tempore erant sex, tenet idem *D. de Franchis ibid. nu. 6.* quem sequitur *D. de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. impensit. §. 8. nu. 54. fol. 225. D. Tapia de jure Regni lib. 2. rubr. 22. de offic. Magn. Cancellar. n. 7. fol. 399.*

8 Sed *dict. Recch. in dict. tract. sub glos. in præfat. num.*

num.20.fol.9. ait, quod tempore Afflicti, usque ad annum 1629. reperti fuerunt, in Collegio sedere Collegiatos 20. scilicèt 14. ordinarios, & sex supernumerarios, cum tempore privilegii concessi à dicta Regina Ioann. solum novem extabant, ut *num.26.fol.9.* & patet ex dicto privilegio in §. 2. *lit.F. fol.45.* relato à *Recchò*, & quod postea in anno prædicto 1629. ex mandato Excellentissimi Ducis Albæ Proregis auctor fuerit numerus ordinariorum ad viginti, & sex alii supernumerarii, & sic hodiè numerus Collegiatorum in totum ad 26. redactus est, & ideò *dict. numer. 26. fol. 9.* quæstionem facit, an omnes dicti Collegiati viginti sex gaudeant privilegio Collegii, & sic tam ordinarii, quàm supernumerarii, & adductis hinc indè rationibus, tandem concludit *numer.40. cum seqq. fol. 11.* omnes etiam supernumerarios gaudere, & non esse

9 testes, & votum non habere, ut putavit *Tasson. de antephat. vers.3. observ.3. fol.159.* sed Iudices esse, & votum habere, ut ibidem *num.41. vers. ex Doctoribus*, ibi: *Sed quoad ad definitivam pro forma substantiali, ut est in casu nostro, quia judicant, sunt omnes Iudices.* Quod tamen intelligas, ut sex supernumerarii, qui habent munuscula trium carolenorum à quolibet doctorando, ut gaudeant privilegio dicti Almi Collegii. excepto tamen privilegio fori, quo minimè gaudent, secundum doctrinam dicti *D. de Franch in d. decis.234. nu.6.* ut ait idem *Recch. loc. cit. in præfat. numer.41. versic. nec tertium*, ibi: *Ex quibus sive numerarii sint, sive supernumerarii, nostro debent privilegio in omnibus ea eo contentis gaudere, excepto foro*. Et postea idem dixit in *gloss. privileg. §.3. numer.13. fol.71.* citans dictum *D. de Ponte in d. loc. sup. cit. & D. de Franch. in decision.553.* sed voluit dicere *decision.234.* ex *tex. notabile in l.1. §. 1. C. de Colleg. lib.11. & dictus D. de Ponte* citat alium *tex. in l. fin. C. de appar. Mag. Milit. lib. 12.* Et ideò prædicti sex supernumerarii, qui habent munuscula trium carolenorum, gaudent quidem omnibus contentis in privilegio Reginæ Joannæ, prætet quam privilegio fori, quo gaudent solum illi viginti Collegiati ordinarii; & ità tenet etiam *Dom. Tapia d. lib.2. Iur. Regn. rubr.32. d. numer.7. fol.399.* ibi: Sed difficultas hic oriri posset secundum dictà per *Præsidentem de Franch. loc. cit.* (nempè in *decision.234. numer.6.*) An illud verbum supernumerarium, de illis sex, qui comprehenduntur sub numero viginti, vel aliis sex ultrà dictum numerum. Et pro nunc dici potest. ex dictis in dicta *decis. de Franchis* comprehendere privilegium omnes viginti. Ità *D. Tapia.* Licet iidem sex supernumerarii ultrà viginti non sint testes, ut putavit *Tasson.* sed sint Iudices, & votum habeant in promovendo, seù doctorando, ut dixit idem *Recch. ubi sup.*

10 Sed si aliquis Collegiatus esset Clericus, non à Magno Cancellario, sed ab Antistite Neap. cognosci debet, & habetur in dicto privilegio relato à *Recch.* §. 3. *lit. D. fol.68.* & ipse *numer.14. fol.71.* quia Clerici etiam volentes non possunt à Iudice laico cognosci, *cap. at si Clerici, de Iudæis, cap. postulasti, de foro compet.*

11 Secundò, uxor Clerici Græci, vel conjugati, licèt non gaudeat privilegio Canonis *si quis suadente 17. quæst.4.* quia hoc privilegium est personale ipsius Clerici concessum in ordinis clericalis reverentiam, qui ordo non communicatur uxori, *D. Squillant. de privileg. Cleric. cap.6. num.21.* Attamen an gaudeat privilegio fori, multi Doctores tenent non gaudere, & est probabile. Alii verò tenent, quod gaudeat, & est etiam probabilis sententia, cui adhærent *d. D. Squillant. ibid. cap.7. n.34. & Meroll. d. disp.6. cap.3. n.52. tom.3.*

12 Tertiò, fori electionis privilegium habent Curiales ex ritu M. C. Vicariæ 232. ut sunt Advocati, Procuratores, Actuarii, Scribæ, Portetii, ac etiam Sollicitatores, atque Circitores, seù Capitanei di Giustitia; ità *Petra in commen. super dict. rit.232. nu.4. & 5. tom. 2.* quod æquidem privilegium ampliatur, etiam si Advocati, Procuratores, &c. non sint Neapolitani, sed exteri, ac etiam non solùm in Advocatis, Procuratoribus, &c. Tribunalium hujus Civitatis Neapoli, sed etiam in Advocatis, Procuratoribus, &c Regiarum Audientiarum hujus Regni, *d. Petr. ibidem numer.6. vers. sed Curialibus, & num.7. Novar. in dict. prax. varear. fori, sect. 4. quæst.54. num.2. & 4* ubi tamen in fine limitat, ut gaudeant quoadusque in dictis Regiis Audientiis assistunt, vel si absentes sint cum licentia, ità etiam *Petra loc. cit. num.* 8. qui *num. 7.* dicit idem pri-

13 vilegium competere Advocatis, & Procuratoribus, ut possint Clientes convenire, & trahere pro expensis, & salatio in Tribunali, & coram Judice causæ principalis, coram quo patrocinati sunt, quamvis Clientes essent alterius fori, dummodo talis Cliens, qui esset conveniendus, non sit Clericus, qui uti actor coram Judice laico litem habuit, qui minimè conveniri potest coram eodem Judice pro salario, & patrocinio ad sui favorem præstito ex *D. Reg. de Marin. tom. 2. quotid. resol. cap.52.*

14 Quartò, fori electio non est concedenda, quandò apparet privilegiatis personas, eligere forum, causa defatigandi collitigantes, & sic dolosè vexando de uno Tribunali ad aliud, ità idem *Novar. in d. prax. sect.4. q. 67.*

15 Quintò, an senex, decrepitus, & qui diuturno morbo defatigantur, ut sunt qui quotidiano laborant morbo podagræ, connumerentur inter personas miserabiles, & consequenter habeant privilegium fori, vide *Afflict. decis.257. num.2. & de Franch. decision. 608. & D. Tapia lib.2. jur. Regni, de offic. Magistr. Iustitiar. in Constitut. Statuimus, ut Magna Curia nostra, numer.17. versic. miserabilium personarum, fol. 253.* ait, Miserabiles Personas, quibus competit dictum privilegium esse Orphanos, Peregrinos, Virgines, Mercatores oppressos, publicos Pœnitentes, Libertos, Officiales Ecclesiæ, Infantes, Expositos, Senes decrepitos, Cæcos, Leprosos, Membris mutilatos, Carceratos, Crucesignatos, Conversos ad Fidem, ac diuturno morbo fatigatos, & alios, in quibus eadem vigeat ratio. Sed quid de Prodigo, an ei competat di-

16 ctum beneficium, & privilegium, & affirmativè decisum refert idem *D. de Franchis decis.528. num.1.* ibi: *Dictum fuit.*

17 Tandem cum de privilegio fori in hac decisione agatur, non erit inutile hic apponere Iurium Allegationes exaratas à *meo Fratre* quoad Clericum ordinatum prima tonsura ab alieno Episcopo sine licentia sivè literis dimissoriis proprii Episcopi, si gaudeat vel ne privilegio fori, quas diximus supra in *observ. in decis.165. num.19. fol. 142.* reponendas esse in calce hujus operis, at quia conferunt ad materiam hujus decisionis, ideò hic illas transferimus.

Michael Angelus Ghizzius.

Sequuntur iurium Allegationes mei Fratris.

SUMMARIUM.

1 *Falsi series adducitur.*
2 *Subreptitium, & obreptitium, quid sit, & an sint synonima quoad irritanda rescripta gratia*
Ordinatus cum literis dimissoriis subreptitiis, non dicitur ordinatus cum dimissoriis falsis, ibidem.
3 *Tonsura collata ab Episcopo alieno sine licentia, & dimissoriis literis proprii Ordinarii, an sit nulla, an verò valida, & imprimatur character, teneatque collatio, & num.9. usque ad nu.23. & nu.24. usque ad num. 40.*

4 *Ordinatus absque literis dimissoriis proprii Prælati, an gaudeat privilegiis clericalibus, & num. 12. ad n. 37. & 40.*

5 *Ordinatio, seù collatio primæ tonsuræ facta ab alieno Episcopo sine licentia proprii, an possit ratificari ab eodem proprio Prælato, vel egeat dispensatione Summi Pontificis, & num. 31. usque ad num. 33. & 40.*

6 *Ordinatus absque literis dimissorialibus ab alieno Episcopo, an possit obtinere Ecclesiastica beneficia, & nu. 34. usque ad n. 37. & 40.*

7 *Literæ dimissoriales subreptitiè impetratæ, an dicantur falsæ, ad hoc, ut taliter ordinatus incidisse dicatur in pœnas contrà ordinatos cum falsis dimissoriis inflictas, & n. 25. 27. & 38.*

8 *Bona Clerici Neapolitani an sint subjecta consuetudini, ut de illis solum de medietate disponere possit, & numer. 41.*

11 Tex. in can. 1. & can. 3. si quis 71. dist. expenditur, & n. 16. & 40.

12 Text. in can. privatus 71. dist. expenditur, & nu. 14. 16. & 40.

13 *Lex, vel canon, prohibens aliquem actum fieri, licet non annullet, tamen si actus fiat, an sit nullus.*

14 Text. in cap. eos, & in cap. fin. de tempor. ordin. in 6. *expenduntur, & n. 17. 22. 29. & 40.*

15 *Tonsura collata ab alieno Episcopo sine licentia proprii, an imprimat characterem, & numer. 19. 20. & 21.*

17 *Episcopus ordinans laicum alienæ Diœcesis ad primam tonsuram absque licentia proprii Ordinarii, est suspensus à collatione clericalis tonsuræ, & numero 29.*

Ordinatus ad primam tonsuram ab alieno sine licentia proprii Episcopi, an aliquam pœnam incurrat, & sit suspensus, ibid. & n. 10. 11. 23. & 33.

19 *Prima tonsura an sit ordo, & n. 21.*

25 *Ordinatus cum falsis dimissoriis quas pœnas incurrat, & nu. 26. cum seqq.*

26 *Constitutio Urbani VIII. contrà Italos malè ordinantes refertur.*

27 Dominus Episcopus Aloysius de Januario *laudatur.*

28 *Ordinatus cum falsis dimissoriis ad hoc, ut non gaudeat privilegio fori, debet præcedere Iudicis Ecclesiastici declaratio, & n. 26.*

30 *Clericus suspensus, interdictus, excommunicatus, vel irregularis gaudet privilegio fori.*

32 *Literæ* Perindè valere, *quæ impetrantur à Papa, quid significent, & n. 35.*

34 *Ordinatus sine licentia, & dimissoriis proprii Prælati, si obtineat beneficium Ecclesiasticum à Papa, debet exprimere se ab alieno Episcopo sine licentia proprii fuisse ordinatum, & n. 37.*

36 *Ordinatus sine literis dimissoriis, postquam proprius Episcopus ratam habuit dictam ordinationem, potest obtinere Ecclesiastica beneficia, & numero 37.*

38 *Ordinatus cum literis dimissoriis subreptitiis non dicitur ordinatus cum dimissoriis falsis.*

39 *Subreptio, & obreptio annullant rescriptum gratiæ.*

41 *Clericus Neapolitanus potest disponere de omnibus suis bonis, etiam antiquis, non obstante consuetudine dictæ Civitatis.*

Consuetudo Neap. Et si testator, in tit. de success. morien. sine filiis; *non afficit Clericos, ità ut disponere possint, non solùm de medietate, sed de omnibus, ibid.*

42 *Iuriumm Allegationes super articulo, An ordinatus in sacris sine titulo vel insufficienti, aut cum titulo ficto, sit suspensus, adduntur.*

1 F. C. asseruit coram Domino Episcopo N. se esse oriundum ex dicta Civitate N. & proindè ab eodem petiit, & obtinuit literas dimissorias directas Domino Episcopo M. pro prima clericali tonsura, quam eidem contulit dictus Dominus Episcopus M. Deindè obtinuit aliqua beneficia Ecclesiastica; sed quia verè, & realiter non erat oriundus ex illa Civitate, cum tàm ipse, quàm ejus pater erant Cives Neapolis ibique domicilium habebant, neque originarii dictæ Civitatis N. Propterea sex excitantur dubia in præsenti casu.

2 Sed antequàm ad illa discutienda progrediar Præmittendum est dictas literas dimissorias non æquidem fuisse falsas, sed verè subreptitias, simulque obreptitias, cum hæc duo verba secundum veram opinionem sint synonima, & nihil inter se differunt quoad vitianda, & irritanda rescripta gratiæ, ità *Dec. in cap. super literis, numer. 4. de rescript.* quem sequuti sunt *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 3. casu 201. num. 10. cum seqq. Sanch. tom. 2. de matrimon. lib. 8. disput. 21. num. 2. Meroll. tom. 2. disput. 4. de legibus, cap. 6. dub. 25. num. 339. fol. 458.* Fuerunt enim subreptitiæ tacendo veritatem, & obreptitiæ falsum exponendo; Vndè sequitur conclusio, quòd iste F. non sit ordinatus cum falsis literis dimissoriis cum verè non fuerint falsæ, sed fuisse ordinatum ab alieno Episcopo absque licentia, seù literis dimissorialibus proprii Ordinarii Neapolitani, à quo erant obtinendæ.

3 Primo igitur quæritur, An prima tonsura collata ab alieno Episcopo absque licentia, & literis dimissorialis proprii Prælati, sit nulla. An verò valida, teneatque dicta ordinatio.

4 Secundò, An taliter ordinatus gaudeat privilegiis clericalibus.

5 Tertiò, an talis collatio possit ratificari, & rata haberi à proprio Prælato; An verò egeat dispensatione Summi Pontificis.

6 Quartò, An taliter ordinatus possit obtinere Ecclesiastica beneficia.

7 Quintò, An dictæ literæ dimissoriales subreptitiè, & obreptitiè obtentæ dicantur falsæ; sivè An taliter ordinatus cum literis subreptitiis, & obreptitiis incidisse dicatur in pœnas contrà ordinatos cum falsis dimissoriis inflictas.

8 Sextò, & ultimò, An bona dicti F. taliter ordinati subjaceant consuetudini Civitatis Neapolis, ut tantùm de illorum medietate disponere possit, de bonis nempè antiquis.

9 Quoad primum, respondeo, varias esse Doctorum opiniones; Vna, quod talis ordinatio non valeat, sed irrita sit, & nulla, cujus sententiæ fuerunt.

10 Rebuff. *in prax. benefic. tit. de formul. dimissor. liter. num. 10.* dicit, quod tonsura data ab alieno Episcopo de voluntate sui Episcopi, valet, & sine voluntate, & licentia non valet, & *num. 21.* ait, quod talis ordinatio non prodest, & citat *cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6.* qui æquidem *tex.* hoc non dicit, nempè non valere talem ordinationem, sed solummodò imponit pœnam Episcopo ordinanti, & ordinatus remanet suspensus.

11 Idem *num. 12.* volens probare hanc suam opinionem, dicit, quod per Canones, sine dimissoriis, irrita est ordinatio, & adducit *tex. in canon. 3. si quis, distinct. 71.* ubi sic habetur: *Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet in sua Ecclesia ordinare, cum non habeat consensum illius Episcopi, à quo recessit Clericus, irrita sit hujusmodi ordinatio*; sed nec dict. *tex.* loquitur de prima tonsura, immò videtur loqui de aliis ordinibus, per illa verba: *A quo recessit Clericus*, ergo erat jam Clericus antè dictam ordinationem; & sic non recepit primam tonsuram, sed alium ordinem, & *numer. 15.* ait, allucinatum esse, *Gaid. Pap* (infrà citandum) qui contrarium tenuit, sed potiùs

allucinatus

allucinatus videtur ipse *Rebuff.* (pace tanti viri) adducens iura, quæ non probant suam opinionem.

Idem Rebuff. *in tract. nominat. quæst.* 14. *num.* 42. *folio mihi* 142. *in parvis*, ait, Quod si alienus Episcopus conferat primam tonsuram alicui, tanquam suo (scilicet suæ Diœcesis) sine literis dimissoriis proprii Ordinarii, illa ordinatio est nulla, & citat *can. primatus* 71. *distinct.* Addens, quod quamvis *dictus textus* non videatur annullare talem ordinationem, ut ex ejus lectura patet, nec inveniatur Canon illam annullantem, tamen, quando lex, vel canon prohibet actum fieri, licèt, non annullet, attamen, si actus fiat, est nullus tanquam factus contra canonem, vel legem, per *text. in leg. non dubium*, C. *de legib.* & citat *Cassan. infra à nobis adducendum num.* 22.

Ignat. Lopez *in addit. ad Diaz. in pract. crimin. Canon. cap.* 26. *tit. ul. extra tempora*, *& ante aetatem*, *&c. lit. D. vers. & non solum*, *fol. mihi* 124. sic ait: Et non solùm minores, vel alii sacri ordines ministrari non possunt ab Episcopo alieno absque dicta suspensionis pœna; sed si prima tantùm conferatur tonsura, talis ordinatio nulla est, & citat *dict. can. primatus* 71. *dist. & ibi gloss. in verb. obtineat*, *& capit. eos. ubi gloss. in verbo ordinare*, *& cap. fin. de tempor. ordin. in* 6. *& ibi glos. fin.* Sed nec prædicti textus, nec glossæ dicunt nullam esse talem ordinationem, ut legenti patebit.

Azor. *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 49. *quæst.* 4. ait, Quòd prima tonsura suscepta absque literis dimissoriis proprii Ordinarii ab alieno Episcopo nihil prodest ea doctrina *Rebuff. loc. sup. cit.* quem sequitur in omnibus.

De Magistris *in sylv. Ecclesiast. tom.* 1. *lib.* 1. *titul.* 10. *cap.* 6. *num.* 1. tenet cum *Rebuff.* quod nulla esset hæc signatio, sive tonsuratio sic collata, & citat *dict. text. in can. primatus* 71. *distinct.* qui tamen *text.* ut supra dixi non annullat dictam ordinationem.

Alii dixerunt, quod tonsura collata laico à non suo Episcopo sine literis dimissoriis proprii Ordinarii valeat, ex quo character est impressus, est jam effectus Clericus taliter ordinatus, & quod tonsura sic collata tenet, & talis ordinatio valeat, etiam quoad exequutionem, ex eo, quia non reperitur Canon illam annullantem, quam sententiam substinent.

Guid. Pap. *decis.* 149. qui tenet, quod prima tonsura sit ordo secundum opinionem Canonistarum, per *text. in not. ad cap. cum contingat, de aetat. & qualit. ordin.* (prout etiam tenuit *Rota in decis. infrà citanda* 731. *num.* 5.) & quod *text. in cap.* 1. *distinct.* 71. in quo habetur, quod non sit rata dicta ordinatio, & *can. si quis* 3. *eadem distinct.* in quo statuitur, quod irrita sit hujusmodi ordinatio, loquuntur de Clerico ordinato ad alios ordines à non suo Episcopo, non autem de laico ordinato ad primam tonsuram (ut supra etiam ego dixi, & patet in *text.*) & propterea quod talis collatio valeat etiam quoad exequutionem, quam opinionem sequuti sunt, & tenuerunt.

Tol. *lib.* 1. *summ. cap.* 49. *num.* 3. *in impress. Venetiis* 1617.

Martin. Fornar. *in Addit. ad d. Tol. de Sacram. Ordin. cap.* 5. *num.* 4. *versic tertio nota.*

Lap. *allegat.* 138. *num.* 6. 9. 11. *&* 13.

D. Ricc. *collect.* 885. *in fine*, *&* 1200. *& in prax. par.* 2. *resol.* 150. *num.* 3. *& part.* 3. *resol.* 318. *à num.* 7. *cum seq.*

Gratian. *discept. forens. lib.* 4. *cap.* 430. *num.* 7. *&* 8.

Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 634. *& seq.*

Gambacurt. *de casib. reser. in fin. cum de susp. & interd. num.* 3. *fol. mihi* 262.

Rubeus *tom.* 1. *singul. par.* 3. *circa legum intellectus ad capit. sæpe contingit, de tempor. ordin. in* 6. *fol.* 311. *&* 312. ait, quod tonsura taliter collata, tenet ex *dec. Rota apud Guidobon. decis.* 99. quia non invenitur canon illam annullans.

Et in *dict. cap. fin. nullus de temp. ordin. in* 6. [quod citatur à Doctoribus, ut supra contrariæ sententiæ] imponitur pœna suspensionis à collatione clericalis tonsuræ per annum Episcopo ordinanti laicum alienæ Diœcesis ad primam tonsuram sine licentia, seu literis dimissoriis proprii Episcopi, sed ipsi taliter ordinato, nulla imponitur pœna, ut etiam advertit *Dian. part.* 11. *tract.* 6. *resolut.* 8. *vers. sed licet.* Ergò valida est, non autem licita talis ordinatio, cum textus prædictus non annullet talem ordinationem, sed tantummodo prohibeat.

Alii tandem tenuerunt, quod taliter ordinatus recipit characterem, non autem exequutionem, ità.

Franciscus Marc. *decis.* 1007. *p.* 1. *n.* 3. 4. *&* 5.

Paris. *cons.* 136. *n.* 4. *lib.* 4.

Garz. *tom.* 1. *de benefic. p.* 2. *c.* 5. *n.* 141. *& seq.*

Sanchez *tom.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 20. *n.* 14.

D. Ricc. *in praxi par.* 3. *resol.* 318. *num.* 8. 9. *&* 19. *& resol.* 150 *part.* 2. *num.* 3. *vers. secunda ratio.*

Caputaquens. *decis.* 126. *par.* 1. qui tamen loquitur de Clerico ordinato à non suo Episcopo, non de laico ordinato ad primam tonsuram.

Nav. *tom.* 1. *cons.* 30. *de tempor. ordin. in novis*, dicit, quod etsi Episcopus non debeat ordinare laicum non sibi subditum justè absque licentia proprii ordinarii, tamen si de facto illi conferat primam tonsuram, talis collatio tenet, ita quod non debet repetiri, nam sive tenendo cum Canonistis, quod prima tonsura sit ordo, per illam imprimitur character, sive tenendo cum Theologis, quod non sit ordo, & quod non imprimatur character; fit tamen benedictio, & deputatio consecrativa, quæ non debet reperi, nec potest tolli, nisi modis à jure expressis, & proptereà taliter ordinatus, est suspensus quoad exercitationem nec debet eo ordine uti, donec Papa, vel Episcopus suus ratificet, sed non esse suspensum à jure, ita, ut si utatur dicto ordine, non incurrat irregularitatem; quia quoad hoc, non est suspensus ipso jure, sed suspendendus.

D. Campanil. *in divers. jur. can. rubr.* 9. *cap.* 1. *num.* 2. *&* 4. *& cap.* 2. *in fine*, tenet taliter ordinatum, recipere characterem; non autem exequutionem, sed an efficiatur irregularis, si in eo ministret, vide per eum *dict. num.* 4. *cum seqq. & cap.* 2. *in fine*, dicit, valide, collatam esse primam tonsuram tali modo.

Ugolin. *de potest. Episcop. par.* 2. *cap.* 26. §. 23. *nu.* 2. dicit taliter ordinatum ad arbitrium Episcopi proprii puniri posse, non enim alia pœna in jure præscripta est ordo jam est collatus, & si functiones ordinis exerceat, non fit irregularis, quia non est suspensiva censura Ecclesiastica, & tenet expressè contra *Rebuff. & Azor. sup. relatos.*

Dom. Episcop. Barbos. *eod. tract. de potest. Episcop. alleg.* 8. *n.* 8. idem tenet.

Tandem adest decisio *Rota* 731. *tom.* 1. *divers.* ubi *num.* 1. *&* 4. decisum fuit clericatum, nempe primam tonsuram collatam ab alieno Episcopo sine literis dimissoriis proprii Ordinarii, non valere, quoad exercitium, quia, & taliter ordinatus recipit characterem, non tamen recipit exequutionem, vel si recipit, interdicenda est sibi, & *n.* 5. habetur primam tonsuram esse ordinem, ac in fine *decis.* habetur, censeri suspensum vigore *Sacr. Concil. Trident. sess.* 23. *cap.* 8. *de reform.* ità *D. Campanil. d. rubric.* 9. *cap.* 1. *num* 6. prout voluit etiam *Garz. de benefic. loc. sup. cit. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 5. *numer.* 142. *& tom.* 2. *par.* 7. *cap.* 1. *num.* 7. *&* 8. & in *addit. ad dicta. par. ad dict. caput.* 1. *numero* 8. contrà *Tolet. lib.* 1. *cap.* 50. *in edit. Venet.* 1617. *num.* 5. *vers. quarta habetur*, *in fine*, ubi tenet ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii dictam suspensionem

in dicto decreto Sac. Concil. Tridení. contentam non extendi ad ordinatum prima tonsura. Et addit rationem *Garz. in dict. Addit.* quia si dictum decretum S.C.T non haberet locum in prima tonsura, sequeretur posse ea conferri ab alieno Episcopo sine licentia proprii Ordinarii, quod dici non potest; Et ad declarationem Sacræ Congregationis, quam adducit *Tolet.* potest responderi, de ea non constare authenticè, prout constat de dicta *decis.* 731. *in fine.*

22 Ad secundum, An taliter ordinatus à non suo Episcopo sine literis dimissoriis proprio Ordinarii, gaudeat privilegiis clericalibus.

Negativam sententiam tenuerunt.

Cassan. *in consuetud. Burgund rubric.* 1. *Des justices*, §.6.*gloss. Messiers, & Sergens, in textu Sont creuex num.*15.*fol. mihi* 274. asserens taliter ordinatum non gaudere privilegio clericali, per *text. & gloss. in cap. eos*, *in fine*, *& glos. in cap. fin. de tempor. ordin. in* 6. & ita se vidisse judicare in materia beneficiali in se credentia, sed nec *text. in dict. cap. eos*, nec *glossa* ab ipso citatæ mihi videntur hoc dicere, taliter scilicet ordinatum minimè gaudere privilegio clericali, ut etiam observavit *D. Campanil. rubric.* 9. *cap.* 2. *num.* 9. *& D. Ricc. in prax. resol.* 318. *n.* 7. *par.* 3.

Cassanenum sequuti sunt.

Rebuff. *in tract. nominat. quæst.* 14. *num.* 41. *fol. mihi* 142. *& seq. & in prax. benefic. tit. de form. dimissor. nu.* 16. *in fine.*

Ignat Lopez *ad Diaz. in pract. crim. can. c.* 26. *lit. D. vers. & non solum.*

Sanchez *tom.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 20. *num.* 15.

Azor. *tom.* 2. *lib* 3. *c.* 49. *q.* 4.

Bonacina *tom.* 1. *de Sacram. Ordin. disp.* 8. *quæst. unica puncto* 4. *num.* 30.

De Magistris *in sylva Eccles. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 10. *cap.* 6. *num.* 2. *fol.* 310.

Mascard. *tom.* 2. *de probat. conclus.* 1145. *num.* 2.

Francisc. Marc. *decision.* 175. *par.* 1. qui ab aliquibus pro contraria opinione allegatur, sed male, ut legenti patebit.

D. Ricc. sequens *dict. decis. Francisc. Marc. par.* 2. *resol.* 435. qui tamen in fine dicit, quod si proprius Episcopus ratam habuerit dictam ordinationem, tunc gaudebit privilegiis Clericalibus.

Rubeus *tom.* 2. *singul. par.* 5. *circa legum intellectum, ad cap. sæpè contingit, de temp. ordin. in* 6. *fol.* 511. *& seq.* ubi ait, quod prima tonsura taliter collata tenet, & quod non reperitur canon illam annullantem, licèt taliter ordinatus non gaudeat privilegio clericali, ex *Cassan. sup. cit.*

Fr. Hyacintus Donatus *in praxi rer. regular. tom.* 2. *par.* 4. *tract.* 14. *quæst.* 8. *n.* 4. *fol.* 210. idem tenet, quod non gaudeat tali privilegio.

Paris. *in cit. consil.* 136. *num.* 4. *lib.* 4. idem sentire videtur, loquens enim de quodam spurio, qui erat inhabilis propter defectum natalium ad obtinenda beneficia, subdit: *Præterea dictum N. ordines suscepit, sivè literis commendatitiis proprii Ordinarii ab alieno Episcopo, communiter talis ordinatio non valet quoad executionem*, & sic videtur sentire, illum non gaudere.

23 Affirmativam verò sententiam, quod gaudeat privilegiis clericalibus taliter ordinatus tenuerunt ex doctrina *Guid. Papa in citata decis* 449.

Dom. Ricc. sibi contrarius *par.* 2. *in prax. resolut.* 150. *& par.* 3. *resolut.* 318. *à nu.* 7. *ad finem, & dec.* 315. *part.* 3. atque in *collectan. part.* 4. *collect.* 885. *in fine*, in qua citat *Franc. Marc. decis.* 175. *par.* 1. qui tamen contrarium [ut supra retulimus] ibi tenet, sed credo *D. Ricc. voluisse citare decis.* 1007. *num.* 3. *d. Franc. Marc. ad par.* 1. quam etiam supra attulimus.

Dom. Barbos. *d. tract. de potest. Episc. d. alleg.* 8. *n.* 18.

D. Campanil. *in cit. rubr.* 9. *cap.* 2. *n.* 9.

Lupus *in sup. cit. alleg.* 138. *numer.* 6. *&* 9. ubi ait, taliter ordinatum non carere ordinis executione, nec esse suspensum à jure, neque ab homine, & propterea videtur ex ejus dicto, sequi gaudere privilegiis clericali, prout colligitur ex doctrina *Guid. Pap in d. decis.* 449. *& Gratian. in cit. cap.* 430. *num.* 7. *discept. forens. tom.* 3.

Ugolin. *de potest. Episcop. in supracit. cap.* 26. § 23. *num.* 1. dicit, taliter ordinatum ad arbitrium proprii Episcopi puniri posse, non enim alia pœna in jure præscripta est, & sic videtur sentire taliter ordinatum verè esse Clericum, & gaudere privilegiis Clericorum, cum expressè teneat hanc opinionem contra *Rebuff. Azor.* & alios, qui contrarium tenent.

24 Carolus de Grass. *de effect. cleric. dict. effect.* 1. ubi tractat de exemptione Clerici à laicali Iurisdictione *nu.* 634. 635. 636. 637. *&* 641. dicit, habere etiam locum in eo, qui recepit ordines à non suo Episcopo sine licentia proprii Ordinarii, quia talis ordo taliter collatus tenet, imprimitur character, & taliter ordinatus efficitur Clericus, & gaudet privilegio fori, etiam si esset suspensus, interdictus, vel irregularis, & excommunicatus.

D. Squillant. *de privileg. Cleric. cap.* 6 *nu.* 13. *& cap.* 7. *num.* 26. *&* 29 ubi de Clerico ordinato à non suo Episcopo sine dimissoriis, quod gaudeat fori privilegio, licet subjungat; quod hodiè stante Constitutione Vrbani VIII. non gaudeat; sed pateat mihi tantus Vir, & advertatur, quod dicta Constitutio loquitur de or-

25 dinatis cum falsis dimissoriis à non suo Episcopo, non autem de ordinato, sine dimissoriis, ut infrà dicemus, & patet ex verbis dictæ Constitutionis, quam refert ipsemet *D. Squillant. d. cap.* 7. *num.* 29.

Vndè Novar. *in summ. Bullar. tom.* 1. *tit. de ordin. extra tempor. num.* 16. *&* 23. *fol.* 471. idem tenet nempè, quod gaudeat etiam attenta d. Bulla, seù Constitutione Urbani VIII. contrà malè ordinatos, & malè ordinantes, edita sub die 11. Decembris 1624. incipiente, *Secretis*, ubi in §. *Italos verò*, statuitur per hæc verba:

26 *Italos verò, si quos in posterum*, clericali charactere insigniri, *vel ad minores ordines promoveri ab alieno Episcopo cum* falsis dimissoriis *contigerit*, *etiam si qualitatibus per S. C. decretum cap.* 16. *sess.* 23. *requisitis præditi sint; Nihilominus*, sequuta tamen prius desuper Judicis Ecclesiastici declaratione, *fori privilegio, minimè gaudere, sed seculari Jurisdictioni, ut anteà plene in omnibus subjacere, & subjectos esse, respectivè, volumus, sicque & non aliter per quoscumque Iudices, &c.*

Ità referunt *D. Squillant. d. cap.* 7. *num.* 29. *D. Barbosa Addit. ad dict. alleg.* 8. *ad n.* 6. *in fine, Nald. in summ. verbo ordo, in fine.*

27 Loquitur itaque dicta Constitutio de ordinatis cum falsis dimissoriis, & in tali casu, requirit prius Iudicis Ecclesiastici declarationem, ad hoc, ut taliter ordinati non gaudeant, Non autem loquitur de ordinatis absque dimissoriis à non proprio Episcopo; Tales igitur gaudebunt privilegio fori, ità *Novar. ubi supra d. n.* 16. *&* 23. *& D. Aloysius de Januario* tunc Canonicus, & Fisci Patronus doctissimus, nunc Episcopus Cavensis dignissimus, in revisione *dicta prax. sup. cit. rer. regul. Fratr. Hyacint. Donati* posita initio *tom.* 1. ibi: *Graviores in prælo lapsus sic adde, & corrige, num.* 13. *par.* 4. *tract.* 14. *quæst.* 8. *num.* 4. *fol.* 210. (ubi dictus Pater Donatus dixerat, quod Clericus invalide initiatus prima tonsura, ut putà, quia eam recepit ab alieno Episcopo absque licentia proprii Prælati, non gaudet privilegio clericali) fuit à *dicto Dominio Aloysio de Januario* Revisore correctum, & additum per hæc verba: *Adde hoc procedere, quando fuit promotus cum literis dimissorialibus falsis, ut declaravit Vrbanus VIII. in sua speciali Constitutione.*

Et

28 Et, ut dixi, in eo casu, nempe, in eo, qui ordinatus est, cum falsis dimissoriis, ad hoc, ut minime gaudeat privilegio fori, requiritur ex dicta Constitutione, ut procedat declaratio Iudicis Ecclesiastici, & donec fiat dicta declaratio, debet utique gaudere.

Affirmamus igitur cum præcitatis Doctoribus ordinatum prima tonsura a non suo Episcopo absque licentia, & litteris dimissoriis proprii Ordinarii gaudere privilegio fori, & ad hoc etiam confert *decis.189. D. de Franco.*

29 Neque obstat *glos.* ab Adversariis adducta in *cap. eos, vers. ordinare, de tempor. ordin. in 6.* nàm neque *text.* neque *glos.* verbum ullum habent de privilegio, sed postquam *textus* statuit, à collatione ordinum esse suspensos Episcopos, qui alienos sine licentia præsumpserint ordinare. Addit præfata *gloss. Etiam ad primam to suram*; ex quibus verbis, colligitur inferri, non tantum Ordinantes Clericos ad alios ordines, ut expressè *textus* insinuat, sed etiam laicum ad primam tonsuram Ordinantes esse suspensos à collatione ordinum, etiam primæ tonsuræ. Non autem dicit *glos.* quod taliter ordinatus ad primam tonsuram, non gaudeat privilegio fori, ut illam legenti patet, & advertit etiam *D. Campanil. in cit. rubr. 9. cap. 2. num. 9. & D. Ricc. d. resolut. 316. n. 7. tom. 3.*

30 Quinimmo Clericus suspensus, interdictus, excommunicatus, vel irregularis, gaudet utique dicto privilegio fori, ut supra dixi ex *Carol. de Graff. de effect. 1. num. 641.* & tenent etiam *Feller. in fragm. post pract. crimin. in titul. de his, qui ad Eccles. confug. num. 20. fol. mihi 365. in parvis, D. Barbos. eadem alleg. 8. num 18. D. Riccin prax. par. 2. resol. 355 & 428. & in decisio. 315. tom. 3. D. Squillant. de privil. cler. d. cap. 6. n 13. & c. 7. n. 26.*

31 Ad tertium. An dicta ordinis, sivè primæ tonsuræ, collatio facta ab alieno Episcopo sine licentia, sivè literis dimissoriis proprii Ordinarii, possit ratificari, & rata haberi à dicto proprio Ordinario, vel egeat dispensatione Summi Pontificis.

Respondeo, etiam duas esse, circa hoc dubium, Doctorum opiniones.

Vna est, quod minimè possit rata haberi, & ratificari à proprio Episcopo, sed tantùm à Papa sit petenda dispensatio, ità voluerunt.

Rebuff. *in cit. prax. titul. de liter. dimissor. num. 5. & in dict. tit. de form. dimiss. liter. num. 11. cum seqq.* ubi tenet, non posse per proprium Episcopum illa ordinatio rata haberi, sed tantùm à Papa per literas *Perindè valere*, scilicet, ut impetrantis ordinatio perindè valeat, ac si à proprio Episcopo recepta fuisset, & quod sufficit sola signatura, ac idem *Rebuff. in cit. tract. nominat. quæst. 14. numero 42.* idem tenet, afferens rationem, quia non potest quis ratum habere, quod suo nomine gestum non est, per *text. in cap. cum quis, de sentent. ex. commun. lib. 6.* & per regulam *ratum 9. de regul. jur eodem lib. 6.* cujus *Rebuff.* opinionem sequuti sunt.

Azor. *ubi supra par. 2. lib. 7. cap. 49. q. 4.*

Sanch. *in cit. tom. 2. consil. lib. 7. capit. 1. dub. 20. num. 17.*

De Magistris *in dicta sylva Ecclesiastica tom. 2. lib. 1. tit. 10. c. 4. n. 5. fol. 326.*

32 Altera opinio est illorum, qui docent, posse ab Episcopo proprio rata haberi, ita tenent.

Glos. per illum *text. in can. Salonitana, in verbo, ac si me 63. dist.* & clarius in *can. 1. illud, in verbo ordinatio 71. dist.*

Guid. Pap. in sæpè *cit. decis. 449. circa fin.*

Nav. *cons. 27. num. 5. & cons. 30. in fin. de tempor. ord. tom. 1. in novis.*

Garz. *dict. tom. 2. de benefic. parte prima capit. 5. num. 142.*

Franc. Marc. *in cit. decis. 1007. n. 4.*

Caputaq. *d. decis. 126. n. 4. par. 1.*

Majol. *de irregular lib. 4. c. 20. n. 1.*

D. Ricc. *collect. 885. par. 4. & in prax. tom. 2. resol. 435. in fine.*

Ignat. Lopez *ad Diaz. d. cap 26. lit. C. vers. secundò interpretari potest*, qui licet prius dixerit, verius esse non posse ratificari ab Episcopo proprio ordinationes factas ab alieno sine sua licentia, tamen deindè dicit, quod contraria opinio, nempè, quod possit rata haberi, procedere potest in prima tonsura, & in minoribus ordinibus, non autem in majoribus, seu sacris.

Rubeus *d. tom. 2. singul. par. 5. circa legum intellectum ad cap. sæpè contingit, de tempor. ordin. lib. 6.* ibi, *an. 6. fol. 512.*

Rodriquez *in summ. tom. 2. capit. 14. numero 3. conclus. 3.*

Martin. Fornar. *in addit. ad summ. Tol. de Sacram. Ordin. cap. 5. num. 4. vers. tertio nota*, obi in fine dicit, quod in foro conscientiæ, taliter ordinatus, si posteà proprius Ordinarius ratum non habuerit, non esset suspensus, quamvis in foro fori propter scandalum teneretur servare suspensionem, sicque tenet, quod
33 posset subsequi ratihabitio.

Diana *par. 3. tract. 4. resolut. 191. & par. 5. tract. 10. resol. 38.* & propriè in fine.

34 Ad quartum, quod taliter ordinatus sit incapax beneficii Ecclesiastici, & quod si impetret beneficium à Papa, non exprimens, se promotum ab alieno Episcopo sine licentia proprii, nulliter impetrat, & subreptitia erit talis impetratio, tenent.

Rebuff. *in cit. tit. de formul. dimiss. liter. n. 21. & 23.* nisi prius obtinuisset à Papa approbationem talis ordinationis per literas *Perindè valere*, ut ait *num. 11.* & in *dict. tract. nominat. quæst. 14. num. 42.* dicit, quòd
35 taliter ordinatus debet impetrare dictas literas. *Perindè valere*, scilicet, ut impetrantis ordinatio taliter facta, perindè valeat, ac si à proprio Episcopo recepta fuisset, & quod sufficiet signatura; Sed id fieri debere antequam beneficium ei conferatur, quia posteà in præjudicium alterius non valeret, quod etiam voluerunt.

Azor. *d. lib. 2. cap. 49. quæst. 4. tom. 2.*

P. Fornar. *in dict. addit. ad Tolet. de Sacrament. Ordin. cap. 5. n. 4. vers. tertio nota.*

Ignat. Lopez *ad Diaz. d. c. 26. lit. D. vers. ex quo manifestè, fol. mihi* 124.

Carol. de Graff. *d. effect. 1. n. 636.*

Sanchez *d. lib. 2. cons. lib. 7. c. 1. dub. 20. n. 16.*

De Magistr. *dict. cap. 6. n. 3. lib. 1. titul. 10. tom. 2. fol. 330. par. 2.*

Ferter. *in addit. ad decis. Guid. Pap. 449.*

Addit. ad Nav. *in cons. 29. de temp. ordinat. tom. 1. in novis*, contra ipsum *Nav.* contrarium tenentem ibi *n. 2.*

Vgolin. *loc. cit. par. 2. cap. 26. §. 23. num. 1. vers. contrariam opinionem, in fine.*

Paris. *dict. cons. 136. num. 4. lib. 4.* qui cum ibi *num. 1.* loquens de quodam spurio, qui erat inhabilis ob defectum natalium ad obtinenda beneficia, subdit *num. 4. Præterea dictus N. ordines suscepit sine literis commendatitiis Ordinarii sui ab alieno Episcopo, cum talis ordinatio communiter non valeat quoad exequutionem*, & sic, quia non debet exequutionem ordinis, non potest beneficia obtinere.

36 Sed taliter ordinatum posse obtinere beneficia Ecclesiastica postquam talis ordinatio ratificata, & rata habita sit à suo Episcopo, tenet.

Rubeus *cit. loc. tom. 2. singular. par. 5. circa legum intellectum, ad cap. sæpè contingit de temp. ordin. in 6.* ibi *a. 6. fol. 511.*

Ità etiam tenuit Rota apud *Caputaq. d. dec. 126. numer. 5. par. 1.*

D. Ricc.

D. Ricc. *dict. collect.* 885. *par.* 4. *versicul. limita secundo.*

Garzia *in eis.par.* 1.*cap.*5.*numer.*142.*tom.*1.*de benefic.* qui licet *num.* 141. dicat, quod collatio beneficii facta taliter ordinato sit nulla, attamen *dict.num.* 142. subjungit rationem, ex eo, scilicet, quia est suspensus quoad se, donec à proprio Episcopo ratificetur, ergò secundùm *d.Garz.* post ratificationem proprii Episcopi, potest obtinere beneficia taliter ordinatus.

Et hanc opinionem, videntur tenere omnes illi citati Doctores *sup. num.* 12. qui volunt posse talem ordinationem ratam habere proprium Episcopum, ac etiam illi Doctores supra citati *numero* 15. qui tenent talem ordinationem esse validam, etiam quoad executionem.

37 Itaque ex doctrinis suprà narratis, colligitur, quod ad hoc, ut taliter ordinatus possit Ecclesiastica obtinere beneficia, debet antequam sibi conferantur, obtinere, vel à Summo Pontifice literas, *Perinde valere*, vel ratificationem talis ordinationis à suo proprio Episcopo, & si obtineat beneficium à Papa debet illi exponere se fuisse ordinatum ab alieno, sine licentia proprii Episcopi, aliter collatio nulla esset, ità DD.citati.

38 Quoad quintum patet responsio ex supradictis *num.* 25. *cum seqq.* ubi probavimus pœnas inflictas esse contra ordinatos cum falsis dimissoriis, non autem contra ordinatos cum dimissoriis subreptitiè obtentis ab eo, qui illas concedere non poterat, & sic remanet casus noster, ut iste sit ordinatus sine dimissoriis proprii Ordinarii ab alieno Episcopo; Cum enim hæ dimissoriæ sint obtentæ subreptitiè, & obreptitiè ab Episcopo non suo, & propterea sint invalidæ, ac nullius roboris, dicendum est & ex his sequitur istum fuisse ordinatum sine literis proprii Episcopi, & absque illius licentia, cum hujusmodi literæ dimissoriæ taliter obtentæ, sint nullæ, tanquam concessæ à non proprio Prælato, & à non habente facultatem eas concedendi; subreptio namque, & obreptio irritant, & annullant rescriptum gratiæ, *Menoch. loc.*

39 *cit. lib.* 2. *de arbitr. Judic. centur.* 3.*casu* 201. *num.*16. *&* 17. *Sanch. d. lib.* 8. *de matrim. disp.* 21. *nu.*4. *Meroll.d tom.*2.*disp.*4.*dub.*25. *num.*143. *cum seqq. & num.* 349. Et ideò habentur dictæ dimissoriæ, ac si non essent. Fateor tamen tàm dictum Dom. Episcopum, qui illas concessit, quàm Dominum Episcopum, qui illum ordinavit, in nullas pœnas incidisse, cum bona fide id peregerunt, nescientes mendacium supplicantis, ut suppono, maximè in viris, & Præsulibus tàm conspicuis, doctis, ac morati̇s.

40 Hæc sunt, quæ in præsenti causa, ex Doctoribus carpere potui, tàm pro, quàm contra, quia ferro viam aperit, qui per contraria transit, sed ut meam (qualiscumque sit) proferam sententiam. Concludo ex suprà adductis, & exaratis, cum communiori sententia, (ut puto.) Istum F.C. de quo verba fecimus, ex dicta ordinatione, jam Clericum effectum esse, tonsuram ipsi collatam fuisse, & characterem in eo impressum fuisse, secundum Canonistas, licèt suspensum quoad exercitium, secundum citatam, *decisionem Rotæ* 731.*part.*1.*divers.* & proinde gaudere privilegiis clericalibus, & posse talem ordinationem ratam habere, & ratificare proprium Episcopum, postquam ratihabitionem factam, vel post dispensationem Summi Pontificis per literas *Perinde valere*, potuisse Ecclesiastica beneficia obtinere (quam tamen ratihabitionem, vel dispensationem; nescio, si obtinuerit) neque incidisse in pœnas inflictas contrà ordinatos cum falsis dimissoriis.

Et licèt non desint Doctores, quos retuli suprà *nu.* 10. *cum seqq. & num.* 22. 23. *&* 34. & alios, qui sequuti sunt eorum Antesignanum *Cassan.* & postea *Rebuff.* contrarium tenentes; Attamen, quia eorum opinio fundatur in *dd.cit.textibus.* nempe in *can.*1. *&* 3. *in can.primatus* 71. *distinct. & in cap eos, & cap. fin. de tempor.ordinan* 6. & in aliis *textibus, & glossis* super *dd.textibus* ab ipsis citatis, & adductis, in quibus, ut supra *nu.*11. *cum seqq. & n.* 14. 16. *&* 22. dixi, non probatur eorum sententia, nempe, quod talis ordinatio sit nulla; Ideo dictorum opinio ad nihilum refragatur, nec obstare videtur, eo vel magis, quia ipsemet *Cassan.* Antesignanus, (quem citat *Rebuff. in d. tract. nominat.* ut dixi *sup. numer.* 12.) *in cit. loco*, quem adduxi *numero* 22. quamvis dicat taliter ordinatum non gaudere privilegiis Clericalibus, subjungit postcà per hæc verba, *Guido Papa videtur tenere contrarium in sua decis.* 449. & sic non totaliter tenet contra *Guid. Pap.* (observentur quæso verba *Cassan.* & cum sententia *Guid. Pap.* & sequacium, sit fulcita & rationibus, & decisionibus, atque authoritate plurium Doctorum, nec ut dixi, inveniatur Canon, sive lex, hujusmodi ordinationem annullans; Neque Canones, ut supra adducti per ipsos *Cassan. Rebuff* & eorum sequaces illam annullent, ut ipsi fatentur, sed solummodo prohibent aliquem ordinari sine licentia proprii Ordinarii; & ille *text. in can.*3. *si quis, distinct.*71. irritam facit ordinationem Clerici ad alios ordines, non autem laici ad primam tonsuram ut patet in *textu*, & rectè consideravit *Guid. Pap. in cit. dec.* Propterea ab hac sententia *Guid. Pap.* puto non esse recedendum, & quamvis opinio *Cassan. Rebuff.* eorumque sequacium poterit forte videri probabilis solum ex principiis extrinsecis, nempe ex auctoritate talium Doctorum, non autem probabilis ex principiis intrinsecis, prout est sententia *Guid.Papa*, & aliorum ipsum sectantium, quæ est probabilis tum ex principiis extrinsecis; tum etiam intrinsecis; Imò (meo æquidem judicio licet parvulo) satis probabilior; Quinimmò verius, ni fallor, quia fundata est in rationibus validis.

41 At quia talis sic ordinatus mortuus est absque filiis, condito testamento, in quo de omnibus suis bonis, etiam antiquis disposuit, quæritur, An dicta ejus bona antiqua subjaceant Consuetudini hujus Civitatis Neap. *Et si-Stator in tit, de success. morient. sine filiis.* In qua statuitur, ut de bonis antiquis, scilicet, paternis, maternis, & aliis ab agnatis, & cognatis, sibi obvenientibus, quis non possit disponere, nisi de medietate, & alia dictorum bonorum medietas perveniat ad proximiores agnatos, & cognatos.

Et respondeo ad sextum, & ultimum dubium, quod talis sit verè Clericus, & gaudeat privilegiis clericalibus, ut supra probavi *num.*23. certum est bona ipsius, etiam antiqua minime subjacere dispositioni præfatæ Consuetudinis Neap. & proinde de illis liberè, & licitè potuisse ad sui libitum disponere, dispositionemque ab eo factam validam esse, ex decisione *Napodani in probem. dictarum Consuetudinum in versicul. præfatis, in Verbo tenorem, glos. quo tenor, fol. mihi* 24. *in impress. Venetiis* 1588. & in antiquis *fol.*13.*à ter.colum.* 1. & in *consuetud. Si quis, vel si qua, de success. ab intest. in verbo materna, in fine, vers. sed quid si moriatur*, *nu.*147.*&* 148.*fol.*147. & in antiquis *fol.* 31. *à ter. colum.*2.*& ibid.Gasp. de Leo in Addit.incip. vide notata, D. de Franch. in addit. quæ incipit, adde Capic. & Consil. de Botis in addit. incip in causa fratris Joann.Baptistæ*, & ita pluries decisum per Sacrum Consilium, ut per *Capyc. decis.* 95. *num.* 2. *Dom. de Franchis in addit. ad Napodan. & in decis.* 285. *num.* 6. ac *decis.* 411. *num.* 1. *Molfes. tom.*1.*par.* 2. *quæst.* 7. *à numer.*14.*cum seqq. D de Marin.tom.*1. *quotid.cap* 51. *num* 18.

Salva tamen in omnibus sint à me exaratis, meliori, ac saniori judicio, ac sententia Doctiorum, & Peritiorum Virorum, quibus hæc omnia meque submitto,

mitto, & qui cætera de more supplebunt benignè.

Abbas Ioannes Iacobus Gizzius.

42 Et cùm in supradictis Allegationibus mei *Fratris* tractatum sit de ordinato ad primam tonsuram sine licentia proprii Ordinarii, non incongruè, observandum puto. An Clericus ordinatus ad sacros ordines absque titulo, vel insufficienti, aut cum facto titulo, sit suspensus. & si in ipso sacro ordine ministret, fiat irregularis; Ad quod dubium, videantur quæso infrascripta, quæ idemmet meus *Frater* scripserat annis elapsis nè otiosè viveret.

M. A. Gizzius.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus dolosè cum ficto, simulato, & insufficienti patrimonio, an sit suspensus, & in ordine ministrans, fiat irregularis, & num.* 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 18. & 19.

2 *Ordinatus in sacris cum patrimonio sibi donato, cum pacto inito cum donatore de illud non petendo, vel de restituendo, aut de non fruendo re donata, aut de non percipiendo fructus, & reditus rei donatæ, an sit suspensus, & num.* 23. 24. 25. & 26.

3 *Ordinatus in sacris sine titulo, an sit suspensus, & num.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 18. & 19.

4 Text. in can. neminem, & can. Sanctorum 70. distinct. *an sint revocati per* text. in cap. cum secundum, de præbend. & num.

Episcopus ordinem sacrum conferens alicui sine titulo quam pœnam incurrit, ibid. & num. 9. 12. 13. 14. 16. & 35.

Ordinatus in quolibet ordine sacro sine titulo, vel insufficienti, debet ali ab Episcopo ordinante, & ab ejus successore, ibid. & n. 9. 12. 14. 16. & 35.

5 S.C.T. sess. 21. de reform. cap. 2. *quid statuat circa ordinandos ad sacros ordines.*

Ordinandus in quolibet ordine sacro debet habere titulum sufficientem beneficii, vel patrimonii, aut pensionis, ibid & n. 15.

8 S C.T. de reform. cap. 2. *innovans pœnas antiquorum canonum contra ordinatos, & ordinantes absque titulo in sacris, quas nam pœnas innovare voluit, & n.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.

12 *Dolus, & fraus nemini patrocinari debet.*

15 *Ordinatus sine titulo ad Subdiaconatum, vel cum ficto titulo & simulato ex quo suspensus est, si postea ordinetur ad alios sacros ordines absque novo titulo, an incurrat aliam suspensionem.*

Titulus beneficii, vel patrimonii, aut pensionis requisitus pro ordinandis, requiritur in singulis tribus ordinibus sacris, ibid.

Ordinatus absque titulo, tàm ad Subdiaconatum, quàm ad Diaconatum, vel Presbyteratum, in quolibet ordine, sit suspensus, ibid.

16 *Episcopus conferens alicui quemlibet ordinem sacrum sine titulo, vel insufficienti, tenetur alere ordinatum, donec, &c. & n.* 4. 9. 12. 13. & 14.

17 *Ordinatus in Subdiaconatu ad titulum, qui posteà à creditoribus evictus est, si velit ad alios sacros ordines promoveri titulum habere debet.*

18 *Ordinatus in sacris mala fide, & cum culpa absque titulo, vel insufficienti, aut ficto, & simulato sit suspensus, & si in eo ministret sit irregularis.*

19 *Ordinatus in sacris cum ficto titulo ab alieno Episcopo cum dimissoriis proprii Episcopi etiam suspensionem incurrit, immò duplicem suspensionem, & numer.* 20. & 32.

20 *Ordinatus in sacris ab alieno Episcopo cum dimissoriis proprii Episcopi cum ficto titulo an duplicem suspensionem incurrat, & n.* 30.

Dimissoria obtenta per dolum, & fraudem nulla sunt, & habentur, ac si non essent, ibidem.

21 *Titulus fictus pro ordinandis in sacris, qualis sit, & num.* 25.

Donatio ficta pro patrimonio ordinandorum in sacris, qualis sit, ibid & num. 25.

Patrimonium fictum pro ordinandis ad sacros ordines, quale dicatur, ibid. & n. 25.

22 *In titulo, seu patrimonio requisito pro ordinandis in sacris, non attenditur qualitas personæ ordinandi, sed sat est, si sufficiat Clerico ad honestè vivendum, ratione, si sit nobilis, aut plebeius.*

23 *Ordinatus ad sacros ordines cum patrimonio sibi donato cum pacto de illud restituendo, vel non petendo, &c. an sit suspensus, & n.* 23. 24. 25. & 26.

24 *Constitutio Vrbani VIII. contrà malè ordinantes, & malè ordinatos cum falsis, vel fictis, aut fiduciariis patrimonii titulis, procedit in Vltramontanis; Contrà verò Italos procedit si ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis ordinantur ad primam tonsuram, vel alios minores ordines.*

25 *Ordinatus cum patrimonio sibi donato cum pacto de restituendo, &c. debet puniri ab Episcopo.*

Donatio fictè facta ordinando ad sacros ordines, an possit retrocedi donatori ante, vel postquam talis ordinatus fuit, ibidem & n. 30. 31. & 32.

26 *Episcopi multi solent per statuta Synodalia imponere suspensionem iis, qui ordinantur sine titulo, vel insufficienti, aut ficto, & simulato, & cum donationibus simulatis prout est* Bononiæ, Mediolani, & Neap.

27 *In patrimonio constituendo pro ordinandis ad sacros ordines, quæ adhibenda, & observanda sint, & quid observetur Neapoli & in Diœcesi Bojanensi, num.* 28.

28 D. Petrus Paulus Eustachius Episcopus Boianensis *laudatur, & n.* 29.

Patrimonium pro ordinando in sacris in Diœcesi Boianensi, quomodo constitui debeat, & inde, quæ observanda sint per Statutum Synodale *D. Episcopi Eustachii, ibid.*

Informatio capienda pro patrimonio Clerici ordinandi ad sacros ordines, quomodo capienda sit, ibid.

29 *Episcopi invigilare debent, ne patrimonia, & donationes, quæ fiunt Clericis pro sacris ordinibus suscipiendis, sint ficta, & simulata cum pacto de restituendo, &c. & n.* 27. & 28.

30 *Ordinatus cum patrimonio sibi donato ad Subdiaconatum, si illud posteà retrocesserit donatori, vel alteri, & deinde se fecerit promoveri ad alios sacros ordines, an incurrat suspensionem, quid si retrocedat ante ordinationem, n.* 31.

Patrimonium donatum Clerico pro suscipiendis sacris ordinibus, an possit retrocedi donatori, vel alienari, & n. 5.

31 *Clericus, cui facta est donatio patrimonii pro suscipiendis sacris ordinibus, si illam renunciaverit, antequam ordinetur ad Subdiaconatum, an recipiendo ordinem sacrum, sit suspensus, & num.* 32.

Donatio facta Clerico pro suscipiendis sacris ordinibus, an possit retrocedi, ibid. & n. 31.

33 *Clericus, qui paciscitur cum donatore, de patrimonio sibi donato pro sacris ordinibus, restituendo, etiam si illud non restituat ante ordinationem, an sit suspensus.*

34 *Patrimonium habens Clericus sufficiens ad victum, licet expressè non assignetur illi in titulum, potest promoveri ad sacros ordines; si tamen haberet plura bona, vel beneficia, & ad titulum aliquorum specialiter ordinaretur, illa solum essent titulus.*

35 *Ordinatus sine titulo ab Episcopo sciente, si talis habeat aliunde unde vivere possit, vel patrem divitem à quo de jure alimenta petere possit, non debet ali ab Episcopo, secus si pater ei justè alimenta denegare posset.*

36 *Patrimonium*

36 *Patrimonium ordinand. in sacris si deficiat in pauca quantitate, non tenet suspensus ordinatus cum illo.*
Qua dicatur notabilis quantitas, vel parva, ibidem.

Fingamus casum, qui utinam non contigisset, nec contingat, quod quidam Clericus cupiens sacrum subdiaconatus ordinem suscipere, & non habens titulum beneficii, vel pensionis, neque sufficiens patrimonium, juxta dispositionem *Sacr. Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. de reform.* operatus est, ut eorum consanguinei, sibi aliqua bona stabilia, donarent, sed secreto pactos est, cum illis de non petendo; ejusque pater, etiam ipsi donationem fecit aliquorum bonorum stabilium ultra portionem virilem ei tangentem in præjudiciũ aliorũ filiorum; Adiit deinde dictus Clericus Episcopum Diœcesanum, à cujus Curia, vel ab aliquo de ejus ordine fuit capta informatio de dicto patrimonio, & quamvis testes examinati deposuerant ex dictis bonis percipi annuatim deductis oneribus, tot ducatos, quot sufficiebant ad patrimonium constituendum taxatum in dicta Diœcesi; attamen in conscientia, verè, & realiter dicti redditus non erant sufficientes, nec ascendebant ad dictam summam, prout testes falsò deposuerant; & quia ex dicta informatione, ac falsis probationibus constabat illum habere patrimonium sufficiens, Episcopus illi contulit dictum sacrum Subdiaconatus ordinem.

1 Quæritur modò, An dictus Clericus sic dolosè ordinatus cum ficto, simulato, & insufficienti patrimonio sit suspensus ab ordine, & si in eodem ministraverit, fiat irregularis.

2 Secundò, An is, cui taliter donatio facta est cum pacto clam inito de non petendo, seù de restituendo donatori, aut de non fruendo re donata, seù de non percipiendo fructus, & reditus rei donatæ, si ordinem sacrum recipiat cum tali donatione pro patrimonio, sit itidem suspensus.

3 Et antè omnia præmittendum est, antiquitus per *text. in can. 1. neminem, & in can. 2. Sanctorum, distinct. 70.* Suspensos esse ordinatos sine titulo, quod intelligunt Doctores, etiam si haberent, sed non sufficiens.

4 Postmodum Innocentius Tertius in *cap. cum secundum 16. de præbend.* benignius agere volens, revocavit dictam pœnam suspensionis, contentam in *dd. canon. neminem, & canon. Sanctorum*, ut multi Doctores tenent, & statuit, ut qui ordinatur sine titulo, debeat ab Episcopo ordinante in pœnam illius, vel eo mortuo, ab ejus successore provideri de necessariis ad victum, donec titulum sufficientem habuerit vel de beneficio provisus fuerit, ut habetur in *text.* ibi: *Licet autem prædecessores nostri* (scilicet in *dd. can. neminem, & can. Sanctorum*, ut per *glos. in verbo prædecessores*) *ordinationes eorum, qui sine certo titulo promoventur in injuriam ordinantium irritas esse voluerint, & inanes* [scilicet quoad executionem, ut ait *gloss. in dict. can. neminem, in verbo vacuam & in dict. cap. cum secundum, in verbo irritas*, & DD. communiter] *Nos tamen benignius agere cupientes, tamdiu per ordinatores, vel successores eorum provideri volumus ordinatis, donec per eos Ecclesiastica beneficia consequantur.* Et sic pœnam suspensionis contentum in *dd. can. neminem, & canon. Sanctorum* fuisse sublatam per *dict. cap. cum secundum, de præbend.* ait *Garz. tom. 1. de benefic. part. 2. cap. 5. num. 28.* ex doctrina *Abb. in cap. 2. de præbend. & Nav. cons. 14. numer. 2. & cons. 46. num. 1. & 2. de præbend.* atque *cons. 1. num. 45. de constit.* aliique Doctores.

Vltimò per *Sacrum Concilium Tridentinum dict. capit. 2. sess. 21. de reform.* statutum fuit his verbis.

Cum non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere; compertumque sit, complures plerisque in locis ad sacros ordines nullo fere delectu admitti, qui variis artibus, ac fallaciis confingunt, se beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere; statuit Sancta Synodus, ne quis deinceps Clericus sæcularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate ad sacros ordines promoveatur, nisi prius legitimè constet eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat pacificè possidere; Id vero beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quod aliunde vivere commodè possit, & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari, posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint, antiquorum canonum pœnas super his innovando.

6 Iisdem præmittendum, adesse Bullam Pii V. incipiente: *Romanus Pontifex*, quam refert *Quarant. in verbo ordo, vers. secunda constitutio*, in qua præsupponens Summus Pontifex in Sacr. Concil. Trident. innovatam fuisse suspensionem contra Clericos sæculares sine titulo promotos, extendit decretum dicti Concilii Tridentini ad Regulares non professos, qui ordinantur absque titulo, ipsosque suspensione afficit, & exercentes ordines, irregulares efficit.

7 Deinde emanasse aliam Constitutionem Sixtum Quintum contra ordinatos hujusmodi sine titulo, ut sint perpetuo suspensi; Sed posteà dicta Constitutio fuit per Clementem Octavum in ejus Bulla incip. *Romanum Pontificem*, édita pridie Kalen. Martii 1595. reducta ad terminos Sacrorum Canonum, & Constitutionis Pii II. ac ad dispositionem decretorum Sact. Concil. Tridenti. Præterquam circa pœnas contra simoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas in dicta Constitutione Sixti Quinti, quas in suo robore permanere voluit, quæ Constitutio Sixti Quinti inserta est in eadem Bulla Clementis VIII. quam etiam refert *Quarant. in eod. loc. vers. tertia & quarta Constitutio.*

8 His præhabitis, quæsitum fuit à Doctoribus, quasnam pœnas voluit innovare *Sac. Concil. Trident. in dict. cap. 2. in fine*, sub illis verbis: *Antiquorum Canonum pœnas super his innovando.*

Aliqui enim dixerunt, quod innovare intendit, & voluit pœnam suspensionis latam contra totaliter ordinatos absque titulo, vel insufficienti, aut cum titulo falso, vel ficto, seù simulato, quæ continetur in *dict. canon. 1. neminem, & in canon. 2. Sanctorum 70. distinct.* sicque Sact. Concil. Tridentin. dictos canones innovasse, & innovare voluisse, & quod propterea taliter ordinati, sint suspensi executione ordinis sic suscepti, & si in ordine ministrent, fiant irregulares. Hujus opinionis fuerunt.

Majol. *de irregular. lib. 4. cap. 15. n. 1.*

Didac. Spino *in specul. testament. glos. 10. numer. 74. & 75.*

Sanchez *tom. 1. de matrimon. lib. 6. disputat. 31. in fine.*

Rodriq. *in sum. cap. 14. num. 1. & 3. par. 2.*

Diaz *in pract. crim. can. in novo edit. tit. & sine titulo cap. 8. n. 2.*

Bonacin *tom. 1. de Sacrament. Ordin. disp. 8. quæstion. unica*

unica, pund. 5. nu. 18. 19. & 21. vers. secunda sententia, qui tamen infra, utitur distinctione, de qua dicam infra *nu. 11. cum seqq.*

Aliique Doctores ab his citati.

9 Alii dixerunt per Sacrum Concilium Tridentinum innovatam esse pœnam contentam in *cap. Episcopus, & d. cap. cum secundum, de prabend.* contra Episcopum ordinantem, ut scilicèt teneatur ordinatum sine titulo, vel insufficienti, providere de necessariis ad victum, donec illi beneficium Ecclesiasticum conferatur, quæ pœna transit ad successorem Episcopum, ut in *dict. cap. cum secundum*, non autem Sac. Concil. Trident. innovasse pœnam suspensionis contrà taliter ordinantem contentam in *dd. can. neminem, & can. Sanctorum, 70. distinct.* & proindè taliter ordinatum minimè suspensum esse; nec irregularem fieri, si in ordine ministret, & hujus sententiæ, & quidem sæpius declarasse Sacram Congregationem fatentur, fuitque ....

Tol. *lib. 1. in summ. cap. 49. n. 18. in impressis Venetiis 1617.*

D. Genuens. *in dict. prax. in prima impress. Neap. dict. cap. 81. num. 2. vers. ordinatus sine titulo, fol. 428.*

Garz. *tom. 1. de benefic. par. 2. cap. 4. numer. 28. & 29.* qui multas declarationes Sacræ Congregationis adducit; sed *num. 32. & 33.* cum distinctione loquitur.

Gonzal. *super 8. regul. Cancell. gloss. 5. §. 10. num. 23. & 24.* eandem declarationem adducit, & *num. 27. cum seqq.*

Ugolin. *de potest. Episc. part. 1. cap. 26. §. 17.*

Novar. *in summ. Bull. tom. 1. sit. de ordinandor. titulo, num. 3. & 4.*

De Magistr. *in sylv. Ecclesiast. part. 2. lib. 1. tit. 2. cap. 11. de requisito titul. numer. 6. & 7. in fine, fol. 187.*

Dian. *par. 2. tract. 16 resol. 5. vers. mihi verò, & par. 5. tract. 10. resol. 50. vers. verum ego, & resol. 55. vers. ūū desinam.*

Pisasec. *in prax. par. 1. cap. 1. nu. 42.* qui etiam declarationes Sacræ Congregationis refert, per quas fuit declaratum taliter ordinatum sine titulo, vel insufficienti non esse suspensum, nec Sac. Concil. Trident. innovare voluisse *dd. can. neminem, & can. Sanctorum*, sed solum *cap. cum secundum, de prabend.* Nisi ordinatus imposuerit ordinatori asserendo falsò, se habere provisionem.

D. Ricc. *in praxi par. 3. resol. 452. num. 7. cum seqq.* & declarationem Sacræ Congregationis adducit pro hac opinione.

Et alii Auctores ab his adducti.

10 Utraque opinio tàm affirmans hujusmodi ordinatos esse suspensos, quàm negativa, est probabilis, cum pro utraque parte sint Doctores maximæ auctoritatis, & *Dian. dict. resolut. 5. vers. mihi verò*, dictam negativam probabiliorem vocat, ergò primam opinionem affirmativam potat probabilem, pruit etiam dicere videtur *Barbos. de potest. Episcop. dict. alleg. 80. nu. 17.* ubi in fine negativam sequitur, propter auctoritatem tantorum Doctorum eam sequentium, & ità decisum per Sacram Congregationem (ut supra) attestantium.

11 Tertia opinio, cui ego adhæreo, & quæ verbis Sacr. Consil. magis consona est, tenet dictum Sacr. Concil. Trident. voluisse inovare omnes canones antiquos ante ipsum editos, & promulgatos, nempè tùm *dd. can. neminem, & can. Sanctorum tum etiam dd. can. Episcopus, & cap. cum secundum, de preb.* quia utitur plurali numero, ibi: *Antiquorum*, & ibi: *Pœnas innovando*, cum omnes præd. canones sunt antiquiores Concil. Trident. & innovat *Pœnas* in plurali numero, cum hac tamen distinctione.

12 Aut enim promotus, seu ordinatus solum fuit in culpa, decipiendo, scilicèt, Episcopum fallaciis, & mendaciis, fingendo se titulum sufficientem habere, cui Episcopus credens, vel credere debens, ipsum promovit, ac ordinavit, & tunc ipsum ordinatum esse suspensum, dolus enim, & fraus alicui patrocinari non debet, *cap. sedes, de rescript. l. itaque fullo, ff. de furt.* quæ in tali casu Sacr. Concil. Trident. voluit innovare *dd. can. neminem, & can. Sanctorum 70. distinct.* ad quod facit doctrina *Dec. in cap. Episcopus, num. 14. de prabend.* Scilicèt ordinatorem non teneri ad alendum ordinatum, qui se divitem esse dixit.

13 Si verò ordinatus non est in culpa, non enim decepit Episcopum, dicendo se habere titulum sufficientem, sed exponendo, se titulum non habere, vel habere insufficientem, quo non obstante Episcopus id sciens, vel scire debens, illum non habere titulum, vel habere insufficientem, ordinavit, & tunc taliter ordinatus non est suspensus, quia in hoc casu Sacr. Concil. Trident. voluit innovare, *dd. cap. Episcopus, & cap. cum secundum, de prabend.* & intelligere de pœna in eis contenta, in quibus statuitur, ut Episcopus ordinator, vel ejus successor eo mortuo teneatur illum providere de necessariis ad victum, donec titulum sufficientem habuerit, vel provisus fuerit de beneficio, & hoc in pœnam ipsius ordinatoris, & injuriam.

14 Quando verò uterque, tàm ordinatus, quàm Episcopus ordinans sunt in culpa, quia ordinatus exposuit titulum seu patrimonium, sivè in toto, sive in parte falsum, & Episcopus hoc sciens, vel scire debens, illum ordinavit, tunc ordinatus est suspensus per prædictos *canon. neminem, & canon. Sanctorum, 70. distinct.* & Episcopus tenetur et victum præbere per *dd. cap. Episcopus, & cap. cum secundum de prabend.* sicque in isto casu voluisse Sacr. Concil. Trident. innovare omnes supradictos canones antiquos, & eorum pœnas tàm *dd. can. neminem, & can. Sanctorum*, quàm *dd. cap. Episcopus, & cap. cum secundum*; ità optimè distinguendo tenuerunt.

Nav. *consil. 14. num. 4. & consil. 46. nu. 1. & 3. de tempor. ordin. ac in consil. 1. num. 45. de constit. in novis*, quem sequuti sunt.

Quarant. *in sum. Bull verbo ordo post relatam Bullam Pii Quinti, vers. quia hac constitutio, vers. secundus casus, & vers. tertius casus*, qui testatur secundum istam distinctionem docuisse *P. Martam de Andria* ex Societate Jesu suum Præceptorem.

Sanchez *tom. 2. consil. libr. 7. capit. 1. dub. 35. num. 2.*

Graff. *tom. 1. decis. aur. lib. 1. cap. 97. n. 66.*

P. Martin. Fornat. *in addit. ad Tol. de Sacrament. Ordin. cap. 8. nu. 8.*

Barbos. *dict. alleg. 80. n. 25. & num. 27. in fine*, ubi hanc opinionem veriorem in jure reputat.

D. Squillant. *de privileg. Episc par. 2. cap. 9. à nu. 1. usque ad 5.*

Ugolin. *de off. & potest. Episc. par. 1. cap. 26. §. 15. vers. tertio non tenetur, & §. 17.*

D. Campanil. *in divers. jur. Can. rubr. 8. cap. 5. num. 1. circa med.*

Venet. *in exam. Episcop. lib. 1. cap. 17. numer. 14. & 19.*

Pisasec. *loc. cit. par. 1. cap. 1. num. 42. verb. propter hujusmodi.*

Garz. *loc. cit. nu. 32. & 33.*

Bonacin. *loc. cit. tom. 1. de Sacrament. Ordin. disp. 8. quæst.*

quaest. unica, puncto 5 nu. 21 in fine, vers. respondeo secundo & vers. ordinatus verò.

De Magistr. *loc. cit. cap. 11. lib. 1. tom. 2. num. 11, & 13.*

Et apparet ex declaratione Sacræ Congregationis relata à *Piasec. ubi supr.* ibi: *Nisi ordinatus imposuerit ordinatori, asserendo falsò se habere provisionem.*

15 Item sciendum est, quòd ordinatus ad Subdiaconatum fraudulenter absque vero titulo, qui obtinuit, vel non obtinuit dispensationem à suspensione contracta, si faciat posteà se promoveri ad Diaconatum, vel ad Sacerdotium absque novo titulo patrimonii, beneficii, vel pensionis, iterum afficitur prædicta suspensione, quia supra citati, Canones, & Concilium Tridentinum absolutè loquuntur de recipientibus sacros ordines absque titulo, & sic non solùm loquuntur de Subdiaconatu, sed de omnibus tribus sacris ordinibus, & ità declarasse Sacram Congregationem testatur *Quaranta d. verbo ordo, vers. an verò, fol. mihi 383. P. Fornar. ubi supra de ordine, cap. 8. numer. 8. vers. quinimmo, de Magistris loc. cit. num. 10. vers. si autem, fol. 192. Bonacin. dict. punct. 5. num. 22.* Quod etiam procedit in Episcopo ordinante sine titulo aliquem non

16 solum ad Subdiaconatum, verum etiam ad Diaconatum, vel Presbyteratum, ut teneatur illis providere de necessariis ad victum, ut clarè patet in *text. in dict. cap. Episcopus, de praebend. Nald. in summ. verb. ordo, num. 18. Ugolin. in cit. cap. 26. §. 15. vers. tertio locum habet.*

17 Immò addit *Quarant. ibidem*, se accepisse à quodam gravissimo Doctore, ità fuisse observatum, etiam in eo, qui absque dolo, & fallaciis ad titulum aliquem ordinatus fuit, quem posteà à creditoribus evinci contingit, nulla ejus culpa considerata; ut scilicèt, novum titulum habere debuit, si ad Diaconatum se promoveri vellet.

18 Sequitur conclusio, quod ordinatus mala fide, & cum culpa, ut supra absque titulo, qui suspensionem contraxit, si sic suspensus ministret in ordine, fit irregularis *cap. 1. in fine, de sentent. excomm. lib. 6. Bonacin. loco cit. nu. 24. Nav. d. cons. 46. in fin. de tempor. ordin. & DD.* communiter.

19 Sequitur secundò, tali suspensione affici, etiam illum, qui ordinatur absque titulo, vel ficto cum mala fide, ut supra cum dimissoriis proprii Episcopi ab alieno Episcopo, *Bonacin. eodem loc. nu. 22. vers. tertio sequitur*, & alii supra relati.

20 Immò, qui ficto titulo obtinuit dimissorias literas, & recipit sacros ordines, afficitur duplici suspensione, unam, quia recipit ordinem sacrum absque titulo; Alteram, quia dicitur ordinatus ab alieno absque literis dimissoriis, nàm dictæ literæ nullæ sunt, & irritæ, quia obtentæ per dolum, & fraudem; Episcopus enim si fallaciam, & dolum cognovisset, non concessisset, ità ex *Suar. & Alter. Bonacin. eodem loc. numer. 23.* dum adest etiam suspensio contrà ordinatos absque dimissoriis proprii Episcopi inflicta à Pio II. in sua Constitutione incipiente, *Cum ex sacrorum*, de qua per *Novar. tom. 1. summ. Bull. tit. de ordinatis, extra tempora, &c.* & per *Quarant. in verbo ordo, in princip.* quia mendax precator, debet carere impetratis, *l. & si legibus. C. si contra jus, vel utilit. public. cap. sedes, in fine, & cap. dicens 15. quaest. 2.* & carere omni commodo literarum, *cap. super literis, de rescript.* & sic dictæ literæ sic subreptitiè, & per dolum, & fraudem obtemptæ habentur, ac si non essent; & idem tenet *Dom. Campanil. dict. rubr. 8. cap. 5. n. 33. vers. ille verò, fol. 193.* & idem *Quarant. loco cit. verbo ordo*, post relatam Constitutionem Pii V. *vers. quod intellige, in fine*, ibi: *Ex quibus infertur, fol. mihi 382. & seq.* Et ideò in absolutione obtinenda, utraque suspensio erit aperienda, & explicanda.

Sed *Dian. dict. par. 2. tract. 16. resol. 5. vers. ad argumentum Reginald. & dict. par. 5. tract. 10. resol. 50. vers. verùm, post med.* ibi: *Nec obstat dicere, & resolut. 55. vers. non desinam*, tenet contrarium, nempè non solùm non incurrere talem ordinatum duas suspensiones, sed nullam protsùs incurrere cum Doctoribus ab ipso citatis.

21 Titulus autem fictus in hac materia sivè ficta donatio, & fictum patrimonium dicitur, quando inter ipsos donatores, & donatarium conventum est, illam donationem fieri, propter formam, & apparentiam, non verè, & animo donandi; Vel quando est facta cum pacto inter eos inito de restituendo, vel de non utendo, seù de non petendo donatum, quia ista donatio est verbalis tantùm, non realis, *Garz. ubi sup. n. 153. & 155.*

22 Non desinam tamen adnotare, quod ad quantitatem tituli, sivè beneficii, sivè patrimonii, vel pensionis constituendam, & declarandam ab Episcopo loci, & Diœcesis, non esse attendendam qualitatem, & nobilitatem personæ ordinandi, sed sat esse, ut sufficiat cuilibet Clerico pro sufficienti substentatione ad honestè vivendum, tàm nobili, quam plebeio, nulla habito discrimine inter eos, ità, ut non cogatur mendicare, & ità servatur in praxi, ut in qualibet Diœcesi sit taxata certa quantitas pro titulo, seù patrimonio pro quolibet ordinando ad sacros ordines, nullo habito verbo, & respectu, si sit nobilis, vel plebejus, *Nald. in summ. d. verbo ordo, n. 18. Garz. de benefic. in cit. cap. 5. num. 114. & 116.* quia in proposito, non requiritur, ut possit vivere decenter juxta suam qualitatem in particulari, sed ut possit vivere honestè juxtà qualitatem Clerici, ut Clerici, nàm *Sacr. Concil. Trident. in dict. cap. 2.* requirit, ut ordinandus habeat beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, vel patrimonium, aut pensionem, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, ut propterea non teneatur cum ordinis dedecore mendicare, ità etiam *Dom. Ricc. par. 3. resolut. 451. n. 1. vers. debet tamen*, licet alii contrarium teneant, & ità servari Neapoli tàm cum nobili, quàm cum ignobili; testatur *de Magistris d. tom. 2. lib. 1. tit. 1. cap. 11. nu. 4. fol. 186.* prout puto ità observari ubique locorum.

23 Ad secundum dubium *n. 2.* propositum, respondeo, duas esse opiniones.

Una affirmans talem Clericum ordinatum ad titulum patrimonii sibi donati ab aliquo cum pacto de illo post ordinationem reddendo, restituendo, non utendo, vel de non percipiendo fructus, & redditus rei donatæ, fieri suspensum; ex eo, quia non fuit vera donatio, sed ficta, nec acquisivisse donatarium, dominium rei donatæ, & sic talis Clericus dicitur sine patrimonio ordinatus, ità tenent, atque id inferunt etiam ex paritate rationis ex pœna suspensionis inflicta in *cap. per tuas, el terzo, & cap. penult. de simon.*

Nav. *in sum. cap. 27. n. 158. vers. declaratio prima, & cons. ult. 46. n. 2. de tempor. ordinat.*

Diaz *in pract. crim. cap. 18. in nova edit. num 12. fol. mihi 69.*

Sanchez *tom. 1. de matrim. lib. 6. disp. 32 num. 8. vers. nec obstat.*

Rodriquez *tom. 2. sum. cap. 15. nu. 5.*

Spino *in spec. testament. dict. glos. 18. num. 74. in fine, & 75.*

Gratian. *tom. 1. discept forens. cap. 159. n. 19.*

Graff. *decis. aur. tom. 1. lib. 2. cap. 97. n. 67.*

Cævall. *pract. quaest. commun. contra commun. tom. 2. quaest. 527. num. 13.*

Ledesma, *Pedraza, Ludovic. Lopez, Sair. Vega, Quintanaduenna*, & alii, quos refert *Garz. in loc. cit. de benefic. n*

*benefic.tom.1.part.1.cap.5.num.*166.licèt ipse *num.* 163. 164.*&* 165.contrarium teneat.

D. Campanil. *in cit. rubr.* 8. *cap.* 5. *num.* 32. *vers. quod si ejusmodi ordinatus,in fine,*ibi:*Et quatenus aliqualis.*

Dian.*par.2.tract.16.resol.5.in principio, & tract.* 4. *resol.*184. *vers. non reticeam tamen*, ubi probabilem vocat hanc opinionem.

24 Pro hac opinione adducitur à quibusdam Constitutio Urbani VIII. incipiente:*Secretis æterna providentia*, edite 11. Decembris 1624. contrà malè ordinantes, & malè ordinatos,ubi ordinati,cum falsis, vel fictis,aut fiduciarii patrimonii titulis scienter, perpetuæ suspensionis pœnam absque spe dispensationis à Sede Apostolica obtinendæ incurrunt eo ipso aliisque pœnis arbitrio Summi Pontificis infligendis, quamvis ibi, dicta Constitutio loquatur de Ultramontanis, nempè Hispanis, Lusitanis, Gallis, Germanis, aliisque quibuscumque Ultramontanis, & ex quibusvis locis extrà Italiam oriundis, non autem de Italis, contra quos immediatè solummodò subdit pœnam privationis privilegii Clericalis, (sequuta tamen prius desuper Iudicis Ecclesiastici sententia,) si clericali charactere, vel ad minores ordines promoveri se faciunt ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis, nec loquitur de se promoveri facientibus cum falsis,fictis, vel fiduciariis titulis,prout anteà loquitur contrà Ultramontanos,& sic inclusio unius est exclusio alterius; Itaque dicta Constitutio, Ultramontanis tantum imponit pœnam suspensionis indispensabilem his, qui se promoveri faciunt cum,falsis,fictis,vel fidejudiciariis titulis ab Episcopis Italiæ Italis verò solummodo pœna privationis privilegii Clericalis in ea imponitur,qui ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis ad primam tonsuram,vel minores ordines se ordinari faciunt,ut patet,ibi,in *vers.Italos verò.*

25 Altera est opinio negativa,taliter nèmpè ordinatum non esse suspensum, ex eo, quia talis Clericus non potest dici ordinatus sine titulo, nàm reverà est ordinatus cum patrimonio vero, non ficto, ex quo talis donatio,est vera donatio, ex qua transfertur dominium in donatarium, licèt cum illo pacto, & modo, quamvis sit donatio modificata, juxtà *tit. C. de donat. quæ sub modo, vel condition. vel certo temp. conficiuntur*; Nec obstare tale pactum initum inter donantem, & donatarium, quia est contrà dispositionem *Sac. Concil. Trident. in d. cap.* 2. quod prohibet alienari, aut remitti patrimonium, ad cujus titulum quis est ordinatus, sine licentia Episcopi, & sic dictum pactum, & conditionem non valere,ad *text.in l.pacta,quæ contra*, *C de pact.* (Debere tamen taliter paciscentem ordinatum graviter puniri ab Episcopo,ajunt communiter,)& hanc opinionem tenent.

Garz.*loc.cit.tom.1.de benefic.par.1. cap.* 5. *à nu.*161. *usque ad* 165.*& num.*168.

D. Barbos. *d.alleg.*20.*nu.*30.

Tolet. *d. cap.* 49. *num.* 5. *lib.* 1. qui ibi in *vers. sivè ergo,in fine*,ait,sic servari,& ità declarasse signaturam Pœnitentiariæ.

Rodriq.*in sum.d.cap.*15.*nu.*8.*tom.*2.

Dian.*p.*3.*tract* 4 *resol.*184.*cum Ledesm. & Villalob. ab ipso citat & p.2.tract.16.resol.5.ac p.5.tract.10.resol.*50.*vers.verum ego,in fine.Gonzal.loc.cit.num.*27.*cum seqq.* idem tenere videtur.

D. Sqa llant. de obligat. Cleric. part. 2. *numer.* 18.

Bonacin.*d.tom.* 1. *de Sacrament. d. disput.* 8. *quæst. unic. punct.* 5. *num.*26. tenet probabiliter substineri posse hanc opinionem,modo bona donata, Clericus non restituat,a rè ordinato em, sed aliam affirmativam sententiam, quam substinet *Sanch.* & alii, hoc tempore post Constitutionem Urban. VIII. approbat ipse *Bonac.* ex quo titulus videtur fiduciarius, & *num.* 21. *vers. si quæras quisnam*, dicit titulum fiduciarium dici, illum, quem quis alteri assignat, extorta promissione restituendi bona post ordinationem, ed *tex in l. Sejus Saturninus*, *ff. ad S.C.Trebell & l.dotem,ff.de collat.bonor. & d. num.* 26. etiam ait,quod si patrimonium fictè assignatum fuit, ut si quis fictè recepit patrimonium à laico, non habente intentionem donandi,seù assignandi,perspicuum est,ordinatum cum hujusmodi titulo, suspensum esse,quia hæc non est donatio,sed donationis fictio,& consequenter ordinatus dicitur ordines sacros suscepisse sine titulo, & sic *Bonacin.* potius adhæret affirmativæ.

De Magistr. *decl.tom.*1.*lib.*1.*tit.*2.*cap.* 11. *de requisito tituli,n.*18.*fol.*190. mihi videtur confusè loqui, dum primo dicit ex *Navar.*taliter ordinatum esse suspensum,posteà *n.*19 dicit non esse suspensum, cum *Rodriq.& Ledesm.*deindè, ait opinionem *Nav.* esse veriorem,postmodum videtur ab ea recedere.

Quarant. *in cit. verbo ordo*,post relatam Constitutionem Pii V. *vers.quod intellige*, *nisi antè ordinationem*, ubi, tenet cum taliter facta donatione ordinatum, non esse suspensum, suspensione lata in *can. neminem.& can.Sanctorum*, 70. *distinct.* ex quo ordinatus est cum titulo, non autem sine titulo, dum dicta donatio valet,nec potest retrocedi vigore Sac. Concil.Trident.ac sequuta ordinatione, est acquisitum Jus ordinato ad res sibi donatas, & pactum in ea appositum nullius esse valoris; Nec etiam taliter ordinatum incurrisse suspensionem latam in *cap.per tuas,el terzo,& in cap penult.de simon.*ut tenet *Navar.* & alii,quia casus est dissimilis, & pœnæ extensio de uno ad alium fieri non debet, etiam si eadem ratio, id suadeat, & ità declarasse signaturam Pœnitentiariæ,ait *Toler ubi supra*, prout etiam tenet, & probat mox citandus.

D. Campanil. *ubi supra in d. rubr.*8.*cap.*5.*num.* 32. *vers.quod si ejusmodi ordinatus*, *folio* 192. tenet pro negativa; attamen in fine videtur convenire cum contraria opinione affirmativa, ibi:*Et quatenus aliqualis simonia,&c.*

26 Et cum omnes ambæ hæ relatæ opiniones tàm circa primum, quàm circa secundum dubium sint probabiles,& ad tollendam omnem dubietatē; atque diversitatem opinionum solent nonnulli Episcopi per statuta Synodalia,suspensionem imponere Clericis hujusmodi,qui sine titulo,vel insufficienti, aut ficto, & simulato, vel cum dictis donationibus sin dolosè habitis,cum pacto de non petendo, seù de restituendo,aut de non fruendo re donata,seù de non percipiendo fructus,& redditus rei donatæ, ad sacros ordines se promoveri faciunt ;Prout est Bononiæ in prima Synodo *D.Cardinalis Alexandri Ludovisii* tunc inibi Archiepiscopi, postmodum *Sanctissimus Pontifex Gregor. XV.* vocatus in *cap.* 6. ut idem refert in libello, nuncupato *Memoriale secondar. à Cleric.*ejus jussu edito in *Cathal.suspen.cap* 3. *num.*8. *in fine,*& in Diœcesi Mediolan.ejusque Provincia in Concil.Provinc.ut testatur *Bonacin.loc.sæpius cit.nu.* 19. *in fine*, *vers. prædictis adde.* Idem statutum est Neap.in Synodo Diœcesana,ut ait *D.Gennens. in cit. cap.*81.*in* 1.*impress.nu.*2.*vers.ordinatus sine titulo, fol.* 429.

27 Et, ut evitentur tales fraudes,observatur etiam Neapol. ut testatur *d. Quarant. in eodem verb. ordo, in dict. vers. quod intellige, post med.* quod quando ordinendus producit talem donationem sibi factam, debet in instrumento donationis constare de juramento præstito ab utraque parte, tàm donante, quàm donatario,præd.ctam donationem, vel assignationem, esse realem, & omni dolo, & fictione

4 *Ordinatus absque litteris dimissoriis proprii Prælati, an gaudeat privilegiis clericalibus, & num. 22. ad nu. 37. & 40.*

5 *Ordinatio, seù collatio primæ tonsuræ facta ab alieno Episcopo sine licentia proprii, an possit ratificari ab eodem proprio Prælato, vel egeat dispensatione Summi Pontificis, & num. 31. usque ad num. 33. & 40.*

6 *Ordinatus absque literis dimissorialibus ab alieno Episcopo, an possit obtinere Ecclesiastica beneficia, & nu. 34. usque ad n. 37. & 40.*

7 *Literæ dimissoriales subreptitiè impetratæ, an dicantur falsæ, ad hoc, ut taliter ordinatus incidisse dicatur in pœnas contrà ordinatos cum falsis dimissoriis inflictas, & n. 25. 27. & 38.*

8 *Bona Clerici Neapolitani an sint subjecta consuetudini, ut de illis solum de medietate disponere possit, & numer. 41.*

11 Tex. in can. 1. & can. 3. si quis 71. dist. expenditur, *& n. 16. & 40.*

12 Text. in can. privatus 71. dist. *expenditur, & nu. 14. 16. & 40.*

13 *Lex, vel canon, prohibens aliquem actum fieri, licet non annullet, tamen si actus fiat, an sit nullus.*

14 Text. in cap. eos, & in cap. fin. de tempor. ordin. in 6. *expenduntur, & n. 17. 22. 29. & 40.*

15 *Tonsura collata ab alieno Episcopo sine licentia proprii, an imprimat characterem, & numer. 19. 20. & 21.*

17 *Episcopus ordinans laicum alienæ Diœcesis ad primam tonsuram absque licentia proprii Ordinarii, est suspensus à collatione clericalis tonsuræ, & numero 29.*

Ordinatus ad primam tonsuram ab alieno sine licentia proprii Episcopi, an aliquam pœnam incurrat, & sit suspensus, ibid. & n. 10. 11. 23. & 33.

19 *Prima tonsura an sit ordo, & n. 21.*

25 *Ordinatus cum falsis dimissoriis quas pœnas incurrat, & nu. 26. cum seqq.*

26 *Constitutio Urbani VIII. contrà Italos malè ordinantes refertur.*

27 Dominus Episcopus Aloysius de Janoario *laudatur.*

28 *Ordinatus cum falsis dimissoriis ad hoc, ut non gaudeat privilegio fori, debet præcedere Iudicis Ecclesiastici declaratio, & n. 26.*

30 *Clericus suspensus, interdictus, excommunicatus, vel irregularis gaudet privilegio fori.*

32 *Literæ* Perindè valere, *quæ impetrantur à Papa, quid significent, & n. 35.*

34 *Ordinatus sine licentia, & dimissoriis proprii Prælati, si obtineat beneficium Ecclesiasticum à Papa, debet exprimere se ab alieno Episcopo sine licentia proprii fuisse ordinatum, & n. 37.*

36 *Ordinatus sine literis dimissoriis, postquam proprius Episcopus ratum habuit dictam ordinationem, potest obtinere Ecclesiastica beneficia, & numero 37.*

38 *Ordinatus cum literis dimissoriis, subreptitiis non dicitur ordinatus cum dimissoriis falsis.*

39 *Subreptio, & obreptio annullant rescriptum gratiæ.*

41 *Clericus Neapolitanus potest disponere de omnibus suis bonis, etiam antiquis, non obstante consuetudine dictæ Civitatis.*

Consuetudo Neap. Et si testator, in tit. de success. morient. sine filiis, *non officit Clericis, ità ut disponere possint, non solùm de medietate, sed de omnibus, ibid.*

42 *Iurium Allegationes super articulo, An ordinatus in sacris sine titulo vel insufficienti, aut cum titulo ficto, sit suspensus, adducuntur.*

1 F. C. asseruit coram Domino Episcopo N. se esse oriundum ex dicta Civitate N. & proindè ab eodem petiit, & obtinuit literas dimissorias directas Domino Episcopo M. pro prima clericali tonsura, quam eidem contulit dictus Dominus Episcopus M. Deindè obtinuit aliqua beneficia Ecclesiastica; sed quia verè, & realiter non erat oriundus ex illa Civitate, cum tàm ipse, quàm ejus pater erant Cives Neapolis ibique domicilium habebant, neque originarii dictæ Civitatis N. Propterea sex excitantur dubia in præsenti casu.

2 Sed antequam ad illa discutienda progrediar Præmittendum est dictas literas dimissorias non æquidem fuisse falsas, sed verè subreptitias, simulque obreptitias, cum hæc duo verba secundum veram opinionem sint synonima, & nihil inter se differant quoad vitianda, & irritanda rescripta gratiæ, ità *Dec. in cap. super literis, numer. 4. de rescript.* quem sequuti sunt *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 3. casu 201. num. 50. cum seqq. Sanch. tom. 2. de matrimon. lib. 8. disput. 21. num. 2. Merol. tom. 2. disput. 4. de legibus, cap. 6. dub. 15. num. 339. fol. 458.* Fiunt enim subreptitiæ tacendo veritatem, & obreptitiæ falsum exponendo; Undè sequitur conclusio, quòd iste F. non sit ordinatus cum falsis literis dimissoriis cum verè non fuerint falsæ, sed fuisse ordinatum ab alieno Episcopo absque licentia, seù literis dimissorialibus proprii Ordinarii Neapolitani, à quo erant obtinendæ.

3 Primo igitur quæritur, An prima tonsura collata ab alieno Episcopo absque licentia, & literis dimissoriis proprii Prælati, sit nulla. An verò valida, teneatque dicta ordinatio.

4 Secundò, An taliter ordinatus gaudeat privilegiis clericalibus.

5 Tertiò, an talis collatio possit ratificari, & rata haberi à proprio Prælato; An verò egeat dispensatione Summi Pontificis.

6 Quartò, An taliter ordinatus possit obtinere Ecclesiastica beneficia.

7 Quintò, An dictæ literæ dimissoriales subreptitiè, & obreptitiè obtentæ dicantur falsæ; sivè An taliter ordinatus cum literis subreptitiis, & obreptitiis incidisse dicatur in pœnas contrà ordinatos cum falsis dimissoriis inflictas.

8 Sextò, & ultimò, An bona dicti F. taliter ordinati subjaceant consuetudini Civitatis Neapolis, ut tantùm de illorum medietate disponere possit, de bonis nempè antiquis.

9 Quoad primum, respondeo, varias esse Doctorum opiniones; Una, quod talis ordinatio non valeat, sed irrita sit, & nulla, cujus sententiæ fuerunt.

10 Rebuff. *in prax. benefic. tit. de formul. dimissor. liter. num. 10.* dicit, quod tonsura data ab alieno Episcopo de voluntate sui Episcopi, valet, & sine voluntate, & licentia non valet, & *num. 21.* ait, quod talis ordinatio non prodest, & citat *cap. 2. de tempor. ordin. lib. 6.* qui æquidem *tex.* hoc non dicit, nempè non valere talem ordinationem, sed solummodò imponit pœnam Episcopo ordinanti, & ordinatus remanet suspensus.

Idem *num. 12.* volens probare hanc suam opinionem, dicit, quod per Canones, sine dimissoriis, irrita est ordinatio, & adducit *tex. in canon. 3. si quis, distinct. 71.*

11 ubi sic habetur: *Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet in sua Ecclesia ordinare, cum non habeat consensum illius Episcopi, à quo recessit Clericus, irrita sit hujusmodi ordinatio*; sed nec *dict. tex.* loquitur de prima tonsura, immò videtur loqui de aliis ordinibus, per illa verba: *A quo recessit Clericus*, ergo erat jam Clericus antè dictam ordinationem; & sic non recepit primam tonsuram, sed alium ordinem, & *numer. 13.* ait, allucinatum esse, *Guid. Pap* (infrà citandum) qui contrarium tenuit, sed potiùs

allucinatus

allucinatus videtur ipse Rebuff. (pace tanti viri) adducens iura, quæ non probant suam opinionem.

Idem Rebuff. in tract. nominat. quæst. 14. num. 42. folia mihi 142. in parvu, ait, Quod si alienus Episcopus conferat primam tonsuram alicui, tanquam suo (scilicet suæ Diœcesis) sine literis dimissoriis proprii Ordinarii, illa ordinatio est nulla, & citat can. primatus 12 71. distinct. Addens, quod quamvis dictus textus non videatur annullare talem ordinationem, ut ex ejus lectura patet, nec inveniatur Canon illam annullantem, tamen, quando lex, vel canon prohibet actum fieri, licèt, non annullet, attamen, si 13 actus fiat, est nullus tanquam factus contra canonem, vel legem, per text. in leg. non dubium, C. de legib. & citat Cassan. infra à nobis adducendum num. 22.

Jgnat. Lopez in addit. ad Diaz. in pract. crimin. Canon. cap. 26. titul. extra tempora, & ante ætatem, &c. lit. D. vers. & non solum, fol. mihi 124. sic ait: Et non solùm minores, vel alii sacri ordines ministrari non possunt ab Episcopo alieno absque dicta suspensionis pœna; sed si prima tantùm conferatur tonsura, talis 14 ordinatio nulla est, & citat dict. can. primatus 71. dist. & ibi gloss. in verb. obtineat, & capit. eos. ubi gloss. in verbo ordinare, & cap. fin. de tempor. ordin. in 6. & ibi glos. fin. Sed nec prædicti textus, nec glossæ dicunt nullam esse talem ordinationem, ut legenti patebit.

Azor. tom. 1. lib. 3. cap. 49. quæst. 4. ait, Quòd prima tonsura suscepta absque literis dimissoriis proprii Ordinarii ab alieno Episcopo nihil prodest ex doctrina Rebuff. loc. sup. cit. quem sequitur in omnibus.

De Magistris in sylv. Ecclesiast. tom. 1. lib. 1. titul. 10. cap. 6. num. 1. tenet cum Rebuff. quod nulla esset hæc signatio, sive tonsuratio sic collata, & citat dict. text. in can. primatus 71. distinct. qui tamen text. ut supra dixi non annullat dictam ordinationem.

15 Alii dixerunt, quod tonsura collata laico à non suo Episcopo sine literis dimissoriis proprii Ordinarii valeat, ex quo character est impressus, est jam effectus Clericus taliter ordinatus, & quod tonsura sic collata tenet, & talis ordinatio valeat, etiam quoad exequutionem, ex eo, quia non reperitur Canon illam annullantem, quam sententiam substinent.

Guid. Pap. decis. 149. qui tenet, quod prima tonsura sit ordo secundum opinionem Canonistarum, per textum in cap. cum contingat, de ætat. & qualit. ordin. (prout etiam tenuit Rota in decis. infrà citanda 731. 16 num. 5.) & quod text. in cap. 1. distinct. 71. in quo habetur, quod non sit rata dicta ordinatio, & can. si quis 3. eadem distinct. in quo statuitur, quod irrita sit hujusmodi ordinatio, loquuntur de Clerico ordinato ad alios ordines à non suo Episcopo, non autem de laico ordinato ad primam tonsuram (ut supra etiam ego dixi, & patet in text.) & propterea quod talis collatio valeat etiam quoad exequutionem, quam opinionem sequuti sunt, & tenuerunt.

Tol. lib. 1. summ. cap. 49. num. 3. in impress. Venetiis 1617.

Martin. Fornar. in Addit. ad d. Tol. de Sacram. Ordin. cap. 5. num. 4. versic tertio nota.

Lap. allegat. 138. num. 6. 9. 12. & 13.

D. Ricc. collect. 889. in fine, & 2200. & in prax. par. 2. resol. 150. num. 3. & part. 3. resol. 318. à num. 7. cum seq.

Gratian. discept. forens. lib. 3. cap. 430. num. 7. & 8.

Carol. de Grass. de effect. cleric. effect. 1. num. 634. & seq.

Gambarupt. de casib. reser. in fin. cum de susp. & interd. num. 3. fol. mihi 262.

Rubens tom. 2. singul. par. 5. circa legum intellectum ad capit. sæpe contingit, de tempor. ordin. in 6. fol. 311. & 312. ait, quod tonsura taliter collata, tenet ex dec. Rota apud Guidobon. decis. 99. quia non invenitur canon illam annullans.

17 Et in dict. cap. fin. nullus de temp. ordin. in 6. [quod citatur à Doctoribus, ut supra contrariæ sententiæ] imponitur pœna suspensionis à collatione clericalis tonsuræ per annum Episcopo ordinanti laicum alienæ Diœcesis ad primam tonsuram sine licentia, seu literis dimissoriis proprii Episcopi, sed ipsi taliter ordinato, nulla imponitur pœna, ut etiam advertit Dian. part. 11. tract. 6. resolut. 8. vers. sed licet. Ergò valida est, non autem licita talis ordinatio, cum textus prædictus non annullet talem ordinationem, sed tantummodo prohibeat.

18 Alii tandem tenuerunt, quod taliter ordinatos recipit characterem, non autem exequutionem, ità.

Franciscus Marc. decis. 1007. p. 1. n. 3. 4. & 5.

Paris. cons. 136. n. 4. lib. 4.

Garz. tom. 1. de benefic. p. 1. c. 5. n. 141. & seq.

Sanchez tom. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 20. n. 14.

D. Ricc. in praxi par. 3. resol. 318. num. 8. 9. & 19. & resol. 150 part. 2. num. 3. vers. secunda ratio.

Caputaquens. decis. 126. par. 1. qui tamen loquitur de Clerico ordinato à non suo Episcopo, non de laico ordinato ad primam tonsuram.

Nav. tom. 1. cons. 30. de tempor. ordin. in novis, dicit, quod etsi Episcopus non debeat ordinare laicum non sibi subditum justè absque licentia proprii ordinarii, tamen si de facto illi conferat primam tonsuram, talis collatio tenet, ita quod non debet re-19 petitam sivè tenendo cum Canonistis, quod prima tonsura sit ordo, per illam imprimitur character, sive tenendo cum Theologis, quod non sit ordo, & quod non imprimatur character; fit tamen benedictio, & deputatio consecrativa, quæ non debet repeti, nec potest tolli, nisi modis à jure expressis, & propterea taliter ordinatus, est suspensus quoad exercitationem nec debet eo ordine uti, donec Papa, vel Episcopus suus ratificet, sed non esse suspensum à jure, ita, ut si utatur dicto ordine, non incurrat irregularitatem, quia quoad hoc, non est suspensus ipso jure, sed suspendendus.

D. Campanil. in divers. jur. can. rubr. 9. cap. 1. num. 2. & 4. & cap. 2. in fine, tenet taliter ordinatum, recipere characterem; non autem exequutionem, sed an efficiatur irregularis, si in eo ministret, vide per eum dict. num. 4. cum seqq. & cap. 2. in fine, dicit, valide, collatam esse primam tonsuram tali modo.

20 Ugolin. de potest. Episcop. par. 2. cap. 26. §. 23. nu. 2. dicit taliter ordinatum ad arbitrium Episcopi proprii puniri posse, non enim alia pœna in jure præscripta est ordo jam est collatus, & si functiones ordinis exerceat, non fit irregularis, quia non est suspensus censura Ecclesiastica, & tenet expressè contra Rebuff. & Azor. sup. relatos.

Dom. Episcop. Barbos. rod. tract. de potest. Episcop. alleg. 8. n. 8. idem tenet.

21 Tandem adest decisio Rotæ 731. tom. 1. divers. ubi num. 1. & 4. decisum fuit clericatum, nempe primam tonsuram collatam ab alieno Episcopo sine literis dimissoriis proprii Ordinarii, non valere, quoad exercitium, quia, & taliter ordinatus recipit characterem, non tamen recipit exequutionem, vel si recipit, interdicenda est sibi, & n. 5. habetur primam tonsuram esse ordinem, ac in fine decis. habetur, censeri suspensum vigore Sacr. Concil. Tridènt. sess. 23. cap. 8. de reform. ità D. Campanil. d. rubric. 9. cap. 1. num. 6. prout voluit etiam Garz. de benefic. loc. sup. cit. tom. 1. par. 1. cap. 5. numer. 142. & tom. 2. par. 7. cap. 1. num. 7. & 8. & in addit. ad dict. par. ad dict. capit. 1. numero 8. contrà Tolet. lib. 1. cap. 50. in adit. Venet. 1617. num. 5. vers. quarta habetur, in fine, ubi tenet ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii dictam suspensionem

in dicto decreto Sac. Concil. Trident. contentam non extendi ad ordinatum prima tonsura. Et addit rationem *Garz. in dict. Addit.* quia si dictum decretum S C.T non habetet locum in prima tonsura, sequeretur posse ea conferri ab alieno Episcopo sine licentia proprii Ordinarii, quod dici non potest; Et ad declarationem Sacræ Congregationis, quam adducit *Tolet.* potest responderi, de ea non constare authenticè, proùt constat de dicta *decis. 731. in fine.*

22 Ad secundum, An taliter ordinatus à non suo Episcopo sine literis dimissoriis proprii Ordinarii, gaudeat privilegiis clericalibus.

Negativam sententiam tenuerunt.

Cassan. *in consuetud. Burgund rubric. 1. Des justices, §. 6. gloss. Messiers, & Sergens, in textu Sons creuux num. 15. fol. mihi* 274. asserens taliter ordinatum non gaudere privilegio clericali, per *text. & gloss. in cap. eos, in fine, & glos. in cap. fin. de tempor. ordin. in 6.* & ita se vidisse judicare in materia beneficiali in te credentia, sed nec *text. in dict. cap. eos*, nec *glossa* ab ipso citatæ mihi videntur hoc dicere, taliter scilicet ordinatum minimè gaudere privilegio clericali, ut etiam observavit *D. Campanil. rubric. 9. cap. 2. num. 9. & D. Ricc. in prax. resol. 318. n. 7. par. 3.*

Cassaneum sequuti sunt.

Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 14. num. 42. fol. mihi 142. & seq. & in prax. benefic. tit. de form. dimissor. nu. 16. in fine.*

Ignat. Lopez *ad Diaz. in pract. crim. can. c. 26. lit. D. vers. & non solum.*

Sanchez *tom. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 15.*

Azor. *tom. 2. lib. 3. c. 49. q. 4.*

Bonacina *tom. 1. de Sacram. Ordin. disp. 8. quæst. unicâ puncto 4. num. 30.*

De Magistris *in sylva Eccles. tom. 2. lib. 1. tit. 10. cap. 6. num. 2. fol. 310.*

Mascard. *tom. 2. de probat. conclus. 1145. num. 2.*

Francisc. Marc. *decision.* 175. *par.* 1. qui ab aliquibus pro contraria opinione allegatur, sed male, ut legenti patebit.

D. Ricc. sequens *dict. decis. Francisc. Marc. par. 2. resol. 435.* qui tamen in fine dicit, quod si proprius Episcopus ratam habuerit dictam ordinationem, tunc gaudebit privilegiis Clericalibus.

Rubeus *tom. 2. singul. par. 5. circa legum intellectus, ad cap. sæpè contingit, de temp. ordin. in 6. fol. 511. & seq.* ubi ait, quod prima tonsura taliter collata tenet, & quod non reperitur canon illam annullantem, licèt taliter ordinatus non gaudeat privilegio clericali, ex *Cassan. sup. cit.*

Fr. Hyacintus Donatus *in praxi rer. regular. tom. 2. par. 4. tract. 14. quæst. 8. n. 4. fol. 210.* idem tenet, quod non gaudeat tali privilegio.

Paris. *in cit. consil. 136. num. 4. lib. 4.* idem sentire videtur, loquens enim de quodam spurio, qui erat inhabilis propter defectum natalium ad obtinenda beneficia, subdit: *Præterea dictus N. ordines suscepit, sine literis commendatitiis proprii Ordinarii ab alieno Episcopo; communiter talis ordinatio non valet quoad executionem*, & sic videtur sentire, illum non gaudere.

23 Affirmativam verò sententiam, quod gaudeat privilegiis clericalibus taliter ordinatus tenuerunt ex doctrina *Guid. Papa in citata decis. 449.*

Dom. Ricc. sibi contrarius *par. 2. in prax. resolut. 350. & par. 3. resolut. 318. à nu. 7. ad finem, & dec. 315. part. 3.* atque in *collectan. part. 4. collect. 885. in fine*, in qua citat *Franc. Marc. decis. 175. par. 1.* qui tamen contrarium [ut supra retulimus] ibi tenet, sed credo *D. Ricc. voluisse citare decis. 1007. num. 3. d. Franc. Marc. ead. par. 1.* quam etiam supra attulimus.

Dom. Barbos. *d. tract. de potest. Episc. d. alleg. 8. n. 18.*

D. Campanil. *in cit. rubr. 9. cap. 2. n. 9.*

Lapus *in sup. cit. alleg. 138. numer. 6. & 9.* ubi ait, taliter ordinatum non carere ordinis executione, nec esse suspensum à jure, neque ab homine, & propterea videtur ex ejus dicto, sequi gaudere privilegio clericali, prout colligitur ex doctrina *Guid. Pap in d. decis. 449. & Gratian. in cit. cap. 430. num. 7. discept. forens. tom. 3.*

Ugolin. *de potest. Episcop. in supracit. cap. 26. § 23. num. 1.* dicit, taliter ordinatum ad arbitrium proprii Episcopi puniri posse, non enim alia pœna in jure præscripta est, & sic videtur sentire taliter ordinatum verè esse Clericum, & gaudere privilegiis Clericorum, cum expresè teneat hanc opinionem contra *Rebuff. Azor.* & alios, qui contrarium tenent.

24 Carolus de Grass. *de effect. cleric. dict. effect. 1.* ubi tractat de exemptione Clerici à laicali Iurisdictione *num.* 634. 635. 636. 637. & 641. dicit, habere etiam locum in eo, qui recepit ordines à non suo Episcopo sine licentia proprii Ordinarii, quia talis ordo taliter collatus tenet, imprimitur character, & taliter ordinatus efficitur Clericus, & gaudet privilegio fori, etiam si esset suspensus, interdictus, vel irregularis, & excommunicatus.

D. Squillant. *de privileg. Cleric. cap. 6 nu. 13. & cap. 7. num. 26. & 29* ubi de Clerico ordinato à non suo Episcopo sine dimissoriis, quod gaudeat fori privilegio, licet subjungat; quod hodiè stante Constitutione Urbani VIII. non gaudeat; sed pateat mihi tantus Vir, & advertatur, quod dicta Constitutio loquitur de or-

25 dinatis cum falsis dimissoriis à non suo Episcopo, non autem de ordinato, sine dimissoriis, ut infrà dicemus, & patet ex verbis dictæ Constitutionis, quam refert ipsemet *D. Squillant. d. cap. 7. num. 29.*

Vndè Nuvar. *in summ. Bullar. tom. 1. tit. de ordin. extra tempor. num. 16. & 23. fol. 471.* idem tenet nempè, quod gaudeat etiam attenta d. Bulla, seù Constitutione Urbani VIII. contrà malè ordinatos, & malè ordinantes, edita sub die 11. Decembris 1624. incipiente, *Secretus*, ubi in *§. Italos verò*, statuitur per hæc verba:

26 *Italos verò, si quos in posterum,* clericali charactere insigniri, *vel ad minores ordines promoveri ab alieno Episcopo cum* falsis dimissoriis *contigerit, etiam si qualitatibus per S. C. decretum cap. 16. sess. 23. requisitis prædite sint; Nihilominus*, sequuta tamen prius desuper Judicis Ecclesiastici declaratione, *fori privilegio, minimè gaudere, sed secularis Jurisdictionis, ut anteà plenè in omnibus subjacere, & subjectos esse, respectivè, volumus, sicque & non aliter per quoscumque Iudices, &c.*

Ità referunt *D. Squillant. dict. cap. 7. num. 29. D. Barbos. in Addit. ad dict. alleg. 8. ad n. 6. in fine, Nald. in summ. verbo ordo, in fine.*

27 Loquitur itaque dicta Constitutio de ordinatis cum falsis dimissoriis, & in tali casu, requirit prius Iudicis Ecclesiastici declarationem, ad hoc, ut taliter ordinati non gaudeant; Non autem loquitur de ordinatis absque dimissoriis à non proprio Episcopo; Tales igitur gaudebunt privilegio fori, ità *Novar. ubi supra d. n. 16. & 23. & D. Aloysius de Januario* tunc Canonicus, & Fisci Patronus doctissimus, nunc Episcopus Caversis dignissimus, in revisione *dicta prax. sup. cit. rer. regul. Fratr. Hyacint. Donati* posita initio *tom. 1.* ibi: *Graviores in prælo lapsus sic adde, & corrige, num. 13. par. 4. tract. 14. quæst. 8. num. 4. fol.* 210. (ubi dictus Pater Donatus dixerat, quod Clericus invalide initiatus prima tonsura, ut putà, quia eam recepit ab alieno Episcopo absque licentia proprii Prælati, non gaudet privilegio clericali) fuit à *dicto Domino Aloysio de Januario* Revisore correctum, & additum per hæc verba: *Adde hoc procedere, quando fuit promotus cum literis dimissorialibus falsis, ut declaravit Urbanus VIII. in sua speciali Constitutione.*

Et

28 Et, ut dixi, in eo casu, nempe, in eo, qui ordinatus est, cum talibus dimissoriis, ad hoc, ut minime gaudeat privilegio fori, requiritur ex dicta Constitutione, ut procedat declaratio Iudicis Ecclesiastici, & donec fiat dicta declaratio, debet utique gaudere.

Affirmamus igitur cum præcitatis Doctoribus ordinatum prima tonsura a non suo Episcopo absque licentia, & literas dimissoriis proprii Ordinarii gaudere privilegio fori, & ad hoc etiam confert *decis.189.D. de Franch.*

29 Neque obstat *glos.* ab Adversariis adducta in *cap.eos, vers.ordinare, de tempor.ordin. in 6.* nàm neque *text.* neque *glos.* verbum ullum habent de privilegio, sed postquam *textus* statuit, à collatione ordinum esse suspensos Episcopos, qui alienos sine licentia præsumpserint ordinare. Addit præfata *gloss. Etiam ad primam tonsuram*; ex quibus verbis, colligitur inferri, non tantum Ordinantes Clericos ad alios ordines, ut expressè *textus* insinuat, sed etiam laicum ad primam tonsuram Ordinantes esse suspensos à collatione ordinum, etiam primæ tonsuræ. Non autem dicit *glos.* quod taliter ordinatus ad primam tonsuram, non gaudeat privilegio fori, ut illam legenti patet, & advertit etiam *D.Campanil.in cit.rubr.9.cap.2.num.9. & D.Ricc.d.resolut.318.n.7.tom.3.*

30 Quinimmo Clericus suspensus, interdictus, excommunicatus, vel irregularis, gaudet utique dicto privilegio fori, ut supra dixi ex *Carol.de Graff. de effect. 1. num.641.* & tenent etiam *Foller. in fragm. post pract. crimin.in titul.de his, qui ad Eccles. confug.num.20. fol. mihi 365. in parvis, D Barbos.eadem alleg.8.num.38.D. Ricc.in prax. par.1.resol. 355 & 418. & in decisio.315. tom.3. D. Squillant. de privil. cler. d.cap.6.n 13.& c. 7.n.26.*

31 Ad tertium. An dicta ordinis, sivè primæ tonsuræ, collatio facta ab alieno Episcopo sine licentia, sivè literis dimissoriis proprii Ordinarii, possit ratificari, & rata haberi à dicto proprio Ordinario, vel egeat dispensatione Summi Pontificis.

Respondeo, etiam duas esse, circa hoc dubium, Doctorum opiniones.

Vna est, quod minimè possit rata haberi, & ratificari à proprio Episcopo, sed tantùm à Papa sit petenda dispensatio, ità voluerunt.

Rebuff. *in cit. prax. titul.de liter. dimissor.num.5.& in dict.tit. de form. dimiss liter. num. 11. cum seqq.* ubi tenet, non posse per proprium Episcopum illa ordinatio rata haberi, sed tantùm à Papa per literas *Perindè valere*, scilicet, ut impetrantis ordinatio perindè valeat, ac si a proprio Episcopo recepta fuisset, & quod sufficit sola signatura, ac idem *Rebuff.in cit. tract. nominat.quæst.14. numero 42.* idem tenet, afferens rationem, quia non potest quis ratum habere, quod suo nomine gestum non est, per *text. in cap.cum quis, de sentent.ex.commun.lib.6.*& per regulam *ratum 9.de regul.jur eodem lib. 6.* cujus *Rebuff.* opinionem sequuti sunt.

Azor. *ubi supra par.2.lib.3.cap.49.q.4.*

Sanch.*in cit. tom. 2. consil. lib. 7. capit. 1. dub. 20. num.17.*

De Magistris *in dicta sylva Ecclesiastica tom.2.lib.1. tit.10.c 4.n.5.fol.326.*

32 Altera opinio est illorum, qui docent, posse ab Episcopo proprio rata haberi, ita tenent.

Glos. per illum *text. in can.Salonitana, in verbo, ac si me 63. dist.* & clariùs in *can. 1. illud, in verbo ordinatio 71.dist.*

Guid.Pap. in sæpè *cit.decis.449.circa fin.*

Nav. *cons.27.num.5.& cons.30.in fin.de tempor. ord. tom.1.in novis.*

Garz. *dict. tom. 2. de benefic. parte prima capit. 5. num.142.*

Franc. Marc. *in cit.decis.1007.n.4.*

Capitaq. *d.decis.116.n.4.par.1.*

Majol *de irregular.lib.4.c.20.n.1.*

D.Ricc. *collect 885.par.4.& in prax.tom.2.resol.435. in fine.*

Ignat.Lopez *ad Diaz. d cap 16.lit. C. vers. secundò interpretari potest*, qui licet prius dixerit, verius esse non posse ratificari ab Episcopo proprio ordinationes factas ab alieno sine sua licentia, tamen deindè dicit, quod contraria opinio, nempè, quod possit rata haberi, procedere potest in prima tonsura, & in minoribus ordinibus, non autem in majoribus, seu sacris.

Robeus *d.tom.2.singul. par. 5. circa legum intellectus ad cap.sæpè contingit, de tempor.ordin.lib.6.* ibi, *nu.6. fol.512.*

Rodriquez *in summ. tom. 2. capit. 14. numero 3. conclus.3.*

Martin.Fornar. *in addit.ad summ. Tol.de Sacram. Ordin. cap. 5. num 4.vers. tertio nota*, ubi in fine dicit, quod in foro conscientiæ, taliter ordinatus, si posteà proprius Ordinarius ratum non habuerit, non

33 esset suspensus, quamvis in foro fori propter scandalum teneretur servare suspensionem, sicque tenet, quod posset subsequi ratihabitio.

Diana *par.3.tract.4.resolut.191.& par.5.tract.10. resol.38.*& propriè in fine.

34 Ad quartum, quod taliter ordinatus sit incapax beneficii Ecclesiastici, & quod si impetret beneficium à Papa, non exprimens, se promotum ab alieno Episcopo sine licentia proprii, nulliter impetrat, & subreptitia erit talis impetratio, tenent.

Rebuff. *in cit. tit. de formul.dimiss.liter.n.22.& 23.* nisi prius obtinuisset à Papa approbationem talis ordinationis per literas *Perindè valere*, ut ait *num.11.* & in *dict.tract. nominat.quæst.14.num.42.* dicit, quòd

35 taliter ordinatus debet impetrare dictas literas. *Perindè valere*, scilicet, ut impetrantis ordinatio taliter facta, perindè valeat, ac si à proprio Episcopo recepta fuisset, & quod sufficiet signatura; Sed id fieri debere antequam beneficium ei conferatur, quia posteà in præjudicium alterius non valeret, quod etiam voluerunt.

Azor. *d.lib.3.cap.49.quæst.4.tom.2.*

P.Fornar. *in dict.addit ad Tolet. de Sacrament. Ordin.cap.5.n.4.vers.tertio nota.*

Ignat.Lopez *ad Diaz.d.c.16.lit.D.vers. ex quo manifestè, fol.mihi 124.*

Carol.de Graff. *d.effect.1.n.636.*

Sanchez *d.lib.2.cons.lib.7.c.1.dub.20.n.16.*

De Magistr. *dict. cap. 6. n.3.lib.1.titul.10.tom.1.fol. 330.par.2.*

Ferret. *in addit.ad decis.Guid.Pap.449.*

Addit. ad Nav. *in cons. 29. de temp. ordinat.tom.1. in novis*, contra ipsum *Nav.* contrarium tenentem ibi *n.2.*

Vgolin. *loc. cit. par.2.cap.26.§.23.num.1. vers. contrariam opinionem, in fine.*

Patil. *dict.cons.136.num.4.lib.4.* qui cum ibi *num. 1.* loquens de quodam spurio, qui erat inhabilis ob defectum natalium ad obtinenda beneficia, subdit *num. 4. Præterea dictus N. ordines suscepit sinè literis commendatitiis Ordinarii sui ab alieno Episcopo, cum talis ordinatio communiter non valeat quoad exequutionem*, & sic, quia non debet exequutionem ordinis, non potest beneficia obtinere.

36 Sed taliter ordinatum posse obtinere beneficia Ecclesiastica postquam talis ordinatio ratificata, & rata habita sit à suo Episcopo, tenet.

Rubeus *cit.loc.tom.2.singular.par.5. circa legum intellectum, ad cap.sæpè contingit de temp.ordin.in 6.ibi n.6. fol.511.*

Ità etiam tenuit Rota apud *Capitaq.d.dec.126. numer.5.par.1.*

D.Ricc.

D. Ricc. *dict. collect.* 885. *par.* 4. *versicul. limita secundo.*

Garzia *in cit. par.* 1. *cap.* 5. *numer.* 142. *tom.* 1. *de benefic.* qui licet *num.* 141. dicat, quod collatio beneficii facta taliter ordinato sit nulla, attamen *dict. num.* 142. subjungit rationem, ex eo, scilicet, quia est suspensus quoad se, donec à proprio Episcopo ratificetur, ergò secundùm *d. Garz.* post ratificationem proprii Episcopi, potest obtinere beneficia taliter ordinatus.

Et hanc opinionem, videntur tenere omnes illi citati Doctores *sup. num.* 32. qui volunt posse talem ordinationem ratam habere proprium Episcopum, ac etiam illi Doctores supra citati *numero* 15. qui tenent talem ordinationem esse validam, etiam quoad exequutionem.

37 Itaque ex doctrinis suprà narratis, colligitur, quod ad hoc, ut taliter ordinatus possit Ecclesiastica obtinere beneficia, debeat antequam sibi conferantur, obtinere, vel à Summo Pontifice literas, *Perinde valere*, vel ratificationem talis ordinationis à suo proprio Episcopo, & si obtineat beneficium à Papa debet illi exponere se fuisse ordinatum ab alieno, sine licentia proprii Episcopi, aliter collatio nulla esset, ità DD. citati.

38 Quoad quintum patet responsio ex supradictis *num.* 25. *cum seqq.* ubi probavimus pœnas inflictas esse contrà ordinatos cum falsis dimissoriis, non autem contra ordinatos cum dimissoriis subreptitiè obtentis ab eo, qui illas concedere non poterat, & sic remanet casus noster, ut iste sit ordinatus sine dimissoriis proprii Ordinarii ab alieno Episcopo; Cum enim hæ dimissoriæ fuerint obtentæ subreptitiè, & obreptitiè ab Episcopo non suo, & propterea sint invalidæ, ac nullius roboris, dicendum est & ex his sequitur istum fuisse ordinatum sine literis proprii Episcopi, & absque illius licentia, cum hujusmodi literæ dimissoriæ taliter obtentæ, sint nullæ, tanquam concessæ à non proprio Prælato, & à non habente facultatem eas concedendi; subreptio namque, & obreptio ir-

39 ritant, & annullant rescriptum gratiæ, *Menoch. loc. cit. lib.* 1 *de arbitr. Judic. centur.* 3. *casu* 201. *num.* 16. *&* 17. *Sanch. d. lib.* 8. *de matrim. disp.* 2. *num.* 4. *Meroll. d. tom.* 2. *disp.* 4. *dub.* 25. *num.* 143. *cum seqq. & num.* 349. Et ideò habentur dictæ dimissoriæ, ac si non essent. Fateor tamen tàm dictum Dom. Episcopum, qui illas concessit, quàm Dominum Episcopum, qui istum ordinavit, in nullas pœnas incidisse, cum bona fide id peregerunt, nescientes mendacium supplicantis, ut suppono, maximè in viris, & Præsulibus tàm conspicuis, doctis, ac timoratis.

40 Hæc sunt, quæ in præsenti causa, ex Doctoribus carpere potui, tàm pro, quàm contra, quia ferro viam aperit, qui per contraria transit, sed ut meam (qualiscumque sit) proferam sententiam. Concludo ex supra adductis, & enarratis, cum communiori sententia, (ut puto.) Istum F. C. de quo verba fecimus, ex dicta ordinatione, jam Clericum effectum esse, tonsuram ipsi collatam fuisse, & characterem in eo impressum fuisse, secundum Canonistas, licèt suspensum quoad exercitium, secundum citatam, *decisionem Rotæ* 731. *part.* 1. *divers.* & proinde gaudere privilegiis clericalibus, & posse talem ordinationem ratam habere, & ratificare proprium Episcopum, postquam ratihabitionem factam, vel post dispensationem Summi Pontificis per literas *Perinde valere*, potuisse Ecclesiastica beneficia obtinere (quam tamen ratihabitionem, vel dispensationem; nescio, si obtinuerit) neque incidisse in pœnas inflictas contrà ordinatos cum falsis dimissoriis.

Et licèt non desint Doctores, quos retuli suprà *num.* 10. *cum seqq. & num.* 22. 17. *&* 34. & alios, qui sequuti sunt eorum Antesignanum *Cassan.* & posteà *Rebuff.* contrarium tenentes; Attamen, quia eorum opinio fundatur in *dd. cit. textibus*, nempe in *can.* 1. *&* 3. *in can. primatus* 71. *distinct. & in cap. eos, & cap. fin. de tempor. ordin. in* 6. & in aliis *textibus*, & *glossis* super *dd. textibus* ab ipsis citatis, & adductis, in quibus, ut supra *num.* 11. *cum seqq. & n.* 14. 16. *&* 22. dixi, non probatur eorum sententia, nempe, quod talis ordinatio sit nulla; Ideo dicta eorum opinio ad nihilum refragatur, nec obstare videtur, eo vel magis, quia ipsemet *Cassan.* Antesignanus, (quem citat *Rebuff. in d. tract. nominat.* ut dixi *sup. numer.* 12.) *in cit. loco*, quem adduxi *numero* 22. quamvis dicat taliter ordinatum non gaudere privilegiis Clericalibus, subjungit posteà per hæc verba, *Guido Papa videtur tenere contrarium in sua decis.* 449. & sic non totaliter tenet contra *Guid. Pap.* (observentur quæso verba *Cassan.* & cum sententia *Guid. Pap.* & sequacium, sit fulcita & rationibus, & decisionibus, atque authoritate plurium Doctorum, nec ut dixi, inveniatur Canon, sive lex, hujusmodi ordinationem annullans; Neque Canones, ut supra adducti per ipsos *Cassan. Rebuff.* & eorum sequaces illam annullent, ut ipsi fatentur, sed solummodo prohibent aliquem ordinari sine licentia proprii Ordinarii; & ille *text. in can.* 3. *si quis, distinct.* 71. irritam facit ordinationem Clerici ad alios ordines, non autem laici ad primam tonsuram ut patet in *textu*, & rectè consideravit *Guid. Pap. in cit. dec.* Propterea ab hac sententia *Guid. Pap.* puto non esse recedendum, & quamvis opinio *Cassan. Rebuff.* eorumque sequacium poterit forte videri probabilis solum ex principiis extrinsecis, nempe ex auctoritate talium Doctorum, non autem probabilis ex principiis intrinsecis, proùt est sententia *Guid. Papa*, & aliorum ipsum sectantium, quæ est probabilis tum ex principiis extrinsecis; tum etiam intrinsecis; Imò (meo æquidem judicio licet parvulo) satis probabilior; Quinimmò verior, ni fallor, quia fundata est in rationibus validis.

41 At quia talis sic ordinatus mortuus est absque filiis condito testamento, in quo de omnibus suis bonis, etiam antiquis disposuit, quæritur, An dicta ejus bona antiqua subjaceant Consuetudini hujus Civitatis Neap. *Et si stator in tit. de success. morient. sine filiis.* In qua statuitur, ut de bonis antiquis, scilicet, paternis, maternis, & aliis ab agnatis, & cognatis sibi obvenientibus, quis non possit disponere, nisi de medietate, & alia dictorum bonorum medietas perveniat ad proximiores agnatos, & cognatos.

Et respondeo ad sextum, & ultimum dubium, quod talis sit verè Clericus, & gaudeat privilegiis clericalibus, ut supra probavi *num.* 23. certum est bona ipsius, etiam antiqua minimè subjacere dispositioni prætatæ Consuetudinis Neap. & proinde de illis liberè, & licitè potuisse ad sui libitum disponere, dispositionemque ab eo factam validam esse, ex decisione *Napodano in prohem. dictarum Consuetudinum in versicul. præfatis, in verbo tenorem, glos. qui tenor, fol. mihi* 24. *in impress. Venetiis* 1588. & in antiquis *fol.* 13. *a ter. columm.* 1. & in *consuetud. Si quis, vel si qua, de success. ab intest. in verbo materia, in fine, vers. sed quid si moriatur, nu.* 147. *&* 248. *fol.* 147. & in antiquis *fol.* 31. *à ter. colum.* 2. & *ibid. Gasp. de Leo in Addit. incip. vide notata, D. de Franch. in addit. quæ incipit, adde Capic. & Consil. de Bottis in addit. incip. in causa fratris Joann. Baptista*, & ita pluries decisum per Sacrum Consilium, ut per *Capic. decis.* 93. *num.* 2. *Dom. de Franchis in addit. ad Napodan. & in decis.* 285. *num.* 6. *ac decis.* 411. *num.* 1. *Molfes. tom.* 1. *par.* 2. *quæst.* 7. *à numer.* 14. *cum seqq. D. de Marin. tom.* 1. *quotid. cap.* 51. *num.* 18.

Salva tamen in omnibus jàm à me exaratis, meliori, ac saniori judicio, ac sententia Doctiorum, & Peritiorum Virorum, quibus hæc omnia meque submitto,

mitto, & qui cætera de more supplebunt benignè.

Abbas Ioannes Iacobus Gizzius.

42 Et cùm in supradictis Allegationibus mei *Fratris* tractatum sit de ordinato ad primam tonsuram sine licentia proprii Ordinarii, non incongruè, observandum puto. An Clericus ordinatus ad sacros ordines absque titulo, vel insufficienti, aut cum facto titulo, sit suspensus, & si in ipso sacro ordine ministret, fiat irregularis; Ad quod dubium, videantur quæso infrascripta, quæ idemmet meus *Frater* scripserat annis elapsis, nè otiosè viveret.

M. A. Gizzius.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus dolosè cum ficto, simulato, & insufficienti patrimonio, an sit suspensus, & in ordine ministrans, fiat irregularis, & num.* 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 18. *&* 19.

2 *Ordinatus in sacris cum patrimonio sibi donato, cum pacto inito cum donatore de illud non petendo, vel de restituendo, aut de non fruendo re donata, aut de non percipiendo fructus, & reditus rei donatæ, an sit suspensus, & num.* 23. 24. 25. *&* 26.

3 *Ordinatus in sacris sine titulo, an sit suspensus, & num.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 18. *&* 19.

4 Text. in can. neminem, & can. Sanctorum 70. distinct. *an sint revocati per* text. in cap. cum secundum, de præbend. *& nu.*.

Episcopus ordinem sacrum conferens alicui sine titulo quam pœnam incurrit, ibid. & num. 9. 12. 13. 14. 16. *&* 35.

Ordinatus in quolibet ordine sacro sine titulo, vel insufficienti; debet ali ab Episcopo ordinante, & ab ejus successore, ibid. & n. 9. 12. 14. 16. *&* 35.

5 S. C. T. sess. 21. de reform. cap. 2. *quid statuat circa ordinandos ad sacros ordines.*

Ordinandus in quolibet ordine sacro debet habere titulum sufficientem beneficii, vel patrimonii, aut pensionis, ibid & n. 15.

8 S. C. T. de reform. cap. 2. *innovans pœnas antiquorum canonum contra ordinatos, & ordinantes absque titulo in sacris, quas nam pœnas innovare voluit, & n.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. *&* 15.

12 *Dolus, & fraus nemini patrocinari debet.*

15 *Ordinatus sine titulo ad Subdiaconatum, vel cum ficto titulo & simulato ex quo suspensus est, si postea ordinetur ad alios sacros ordines absque novo titulo, an incurrat aliam suspensionem.*

Titulus beneficii, vel patrimonii, aut pensionis requisitus pro ordinandis, requiritur in singulis tribus ordinibus sacris, ibid.

Ordinatus absque titulo, tàm ad Subdiaconatum, quàm ad Diaconatum, vel Presbyteratum, in quolibet ordine, fit suspensus, ibid.

16 *Episcopus conferens alicui quemlibet ordinem sacrum sine titulo, vel insufficienti, tenetur alere ordinatum, donec, &c. & n.* 4. 9. 12. 13. *&* 14.

17 *Ordinatus in Subdiaconatu ad titulum, qui posteà à creditoribus evictus est, si velit ad alios sacros ordines promoveri tiulum habere debet.*

18 *Ordinatus in sacris mala fide, & cum culpa absque titulo, vel insufficienti, aut ficto, & simulato fit suspensus, & si in eo ministret fit irregularis.*

19 *Ordinatus in sacris cum ficto titulo ab alieno Episcopo cum dimissoriis proprii Episcopi etiam suspensionem incurrit, immò duplicem suspensionem, & numer.* 20. *&* 32.

20 *Ordinatus in sacris ab alieno Episcopo cum dimissoriis proprii Episcopi cum ficto titulo an duplicem suspensionem incurrat, & n.* 20.

Dimissoria obtenta per dolum, & fraudem nulla sunt, & habentur, ac si non essent, ibidem.

21 *Titulus fictus pro ordinandis in sacris, qualis sit, & num.* 25.

Donatio ficta pro patrimonio ordinandorum in sacris, qualis sit, ibid & num. 25.

Patrimonium fictum pro ordinandis ad sacros ordines, quale dicatur, ibid. & n. 25.

22 *In titulo, seu patrimonio requisito pro ordinandis in sacris, non attenditur qualitas personæ ordinandi, sed sat est, si sufficiat Clerico ad honestè vivendum, ratione, si sit nobilis, aut plebeius.*

23 *Ordinatus ad sacros ordines cum patrimonio sibi donato cum pacto de illud restituendo, vel non petendo, &c. an sit suspensus, & n.* 23. 24. 25. *&* 26.

24 *Constitutio Vrbani VIII. contrà malè ordinantes, & malè ordinatos cum falsis, vel fictis, aut fiduciarii patrimonii titulis, procedit in Vltramontanos; Contrà verò Italos procedit si ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis ordinantur ad primam tonsuram, vel alios minores ordines.*

25 *Ordinatus cum patrimonio sibi donato cum pacto de restituendo, &c. debet puniri ab Episcopo.*

Donatio fictè facta ordinando ad sacros ordines, an possit retrocedi donatori ante, vel postquam talis ordinatus fuit, ibidem & n. 30. 31. *&* 32.

26 *Episcopi multi solent per statuta Synodalia imponere suspensionem iis, qui ordinantur sine titulo, vel insufficienti, aut ficto, & simulato, & cum donationibus simulatis. prout est* Bononiæ, Mediolani, & Neap.

27 *In patrimonio constituendo pro ordinandis ad sacros ordines, quæ adhibenda, & observanda sint, & quid observetur Neapoli & in Diœcesi Bojanensi, num.* 28.

28 D. Petrus Paulus Eustachius Episcopus Boianensis *laudatur, & n.* 29.

Patrimonium pro ordinando in sacris in Diœcesi Boianensi, quomodo constitui debeat. & inde, quæ observanda sint per Statutum Synodale *D. Episcopi Eustachii, ibid.*

Informatio capienda pro patrimonio Clerici ordinandi ad sacros ordines, quomodo capienda sit, ibid.

29 *Episcopi invigilare debent, ne patrimonia, & donationes, quæ fiunt Clericis pro sacris ordinibus suscipiendis, sint ficta, & simulata cum pacto de restituendo, &c. & n.* 27. *&* 28.

30 *Ordinatus cum patrimonio sibi donato ad Subdiaconatum, si illud posteà retrocesserit donatori, vel alteri, & deinde se fecerit promoveri ad alios sacros ordines, an incurrat suspensionem, quid si retrocedat ante ordinationem, n.* 31.

Patrimonium donatum Clerico pro suscipiendis sacris ordinibus, an possit retrocedi donatori, vel alienari, & n. 5.

31 *Clericus, cui facta est donatio patrimonii pro suscipiendis sacris ordinibus, si illam renunciaverit, antequam ordinetur ad Subdiaconatum, an recipiendo ordinem sacrum, fiat suspensus, & num.* 32.

Donatio facta Clerico pro suscipiendis sacris ordinibus, an possit retrocedi, ibid. & n. 32.

33 *Clericus, qui paciscitur cum donatore, de patrimonio sibi donato pro sacris ordinibus, restituendo, etiam si illud non restituat ante ordinationem, an sit suspensus.*

34 *Patrimonium habens Clericus sufficiens ad victum, licet expressè non assignetur illi in titulum, potest promoveri ad sacros ordines; si tamen haberet plura bona, vel beneficia, & ad titulum aliquorum specialiter ordinaretur, illa solum essent titulus.*

35 *Ordinatus sine titulo ab Episcopo sciente, si talis habeat aliunde unde vivere possit, vel patrem divitem à quo de jure alimenta petere possit, non debet ali ab Episcopo, secus si pater ei justè alimenta denegare posset.*

36 *Patrimonium*

36 *Patrimonium ordinandi in sacris si deficiat in pauca quantitate, non fieret suspensus ordinatus cum illo.*
Qua dicatur notabilis quantitas, vel parva, ibidem.

Fingamus casum, qui utinam non contigisset, nec contingat, quod quidam Clericus cupiens sacrum subdiaconatus ordinem suscipere, & non habens titulum beneficii, vel pensionis, neque sufficiens patrimonium, juxta dispositionem *Sacr. Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. de reform.* operatus est, ut eorum consanguinei, sibi aliqua bona stabilia, donarent, sed secreto pactus est, cum illis de non petendo; ejusque pater, etiam ipsi donationem fecit aliquorum bonorum stabilium ultra portionem virilem ei tangentem in præjudiciũ aliorũ filiorum; Adiit deinde dictus Clericus Episcopum Diœcesanum, à cujus Curia, vel ab aliquo de ejus ordine fuit capta informatio de dicto patrimonio, & quamvis testes examinati deposuerant ex dictis bonis percipi annuatim deductis oneribus, tot ducatos, quot sufficiebant ad patrimonium constituendum taxatum in dicta Diœcesi; attamen in conscientia, verè, & realiter dicti redditus non erant sufficientes, nec ascendebant ad dictam summam, prout testes falsò deposuerant; & quia ea dicta informatione, ac falsis probationibus constabat illum habere patrimonium sufficiens, Episcopus illi contulit dictum sacrum Subdiaconatus ordinem.

1 Quæritur modò, An dictus Clericus sic dolosè ordinatus cum ficto, simulato, & insufficienti patrimonio sit suspensus ab ordine, & si in eodem ministraverit, fiat irregularis.

2 Secundò, An is, cui taliter donatio facta est cum pacto clam inito de non petendo, seù de restituendo donatori, aut de non fruendo re donata, seù de non percipiendo fructus, & reditus rei donatæ, si ordinem sacrum recipiat cum tali donatione pro patrimonio, sit itidem suspensus.

3 Et antè omnia præmittendum est, antiquitus per *text. in can. 1. neminem. & in can. 2. Sanctorum. distinct. 70.* Suspensos esse ordinatos sine titulo, quod intelligunt Doctores, etiam si haberent, sed non sufficiens.

4 Postmodum Innocentius Tertius in *cap. cum secundum 16. de præbend.* benignius agere volens, revocavit dictam pœnam suspensionis, contentam in *dd. canon. neminem, & canon. Sanctorum*, ut multi Doctores tenent, & statuit, ut qui ordinatur sine titulo, debeat ab Episcopo ordinante in pœnam illius, vel eo mortuo, ab ejus successore provideri de necessariis ad victum, donec titulum sufficientem habuerit vel de beneficio provisus fuerit, ut habetur in *text.* ibi: *Licet autem prædecessores nostri* (scilicet in *dd. can. neminem, & can. Sanctorum*, ut per *glos. in verbo prædecessores*) *ordinationes eorum, qui sine certo titulo promoventur in injuriam ordinantium irritas esse voluerint, & inanes* [scilicet quoad exequutionem, ut ait *gloss. in dict. can. neminem, in verbo vacuam & in dict. cap. cum secundum, in verbo irritas*, & DD. communiter] *Nos tamen benignius agere cupientes, tamdiu per ordinatores, vel successores eorum provideri volumus ordinatos, donec per eos Ecclesiastica beneficia consequantur.* Et sic pœnam suspensionis contentam in *dd. can. neminem, & canon. Sanctorum* fuisse sublatam per *dict. cap. cum secundum, de præbend.* ait *Garz. tom. 1. de benefic. part. 2. cap. 5. num. 28.* ex doctrina *Abb. in cap. 2. de præbend. & Nav. cons. 14. numer. 2. & cons. 46. num. 1. & 2. de præbend.* atque *cons. 1. num. 45. de constit.* aliique Doctores.

5 Ultimò per *Sacrum Concilium Tridentinum dict. capit. 2. sess. 21. de reform.* statutum fuit his verbis.

Cum non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, compertumque sit, complures plerisque in locis ad sacros ordines nullo fere delectu admitti, qui variis artibus, ac fallaciis confingunt, se beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere, statuit Sancta Synodus, ne quis deinceps Clericus sæcularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate ad sacros ordines promoveatur, nisi prius legitime constet eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat pacifice possidere; Id vero beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quod aliunde vivere commodè possit, & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes ordinari, posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint, antiquorum canonum pœnas super his innovando.

6 Itidem præmittendum, adesse Bullam Pii V. incipiente: *Romanus Pontifex*, quam refert *Quarant.* in *verbo ordo, vers. secunda constitutio*, in qua præsupponens Summus Pontifex in Sacr. Concil. Trident. innovatam fuisse suspensionem contra Clericos sæculares sine titulo promotos, extendit decretum dicti Concilii Tridentini ad Regulares non professos, qui ordinantur absque titulo, ipsosque suspensione afficit, & exercentes ordines, irregulares efficit.

7 Deinde emanasse aliam Constitutionem Sixtum Quintum contra ordinatos hujusmodi sine titulo, ut sint perpetuo suspensi; Sed posteà dicta Constitutio fuit per Clementem Octavum in ejus Bulla incip. *Romanum Pontificem*, edita pridie Kalen. Martii 1595. reducta ad terminos Sacrorum Canonum, & Constitutionis Pii II. ac ad dispositionem decretorum Sacr. Concil. Trident. Præterquam circa pœnas contra simoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas in dicta Constitutione Sixti Quinti, quas in suo robore permanere voluit, quæ Constitutio Sixti Quinti inserta est in eadem Bulla Clementis VIII. quam etiam refert *Quarant. in eod. loc. vers. tertia & quarta Constitutio.*

8 His præhabitis, quæsitum fuit à Doctoribus, quanam pœnas voluit innovare *Sac. Concil. Trident. in dict. cap. 2. in fine*, sub illis verbis: *Antiquorum Canonum pœnas super his innovando.*

Aliqui enim dixerunt, quod innovare intendit, & voluit pœnam suspensionis latam contra totaliter ordinatos absque titulo, vel insufficienti, aut cum titulo falso, vel ficto, seù simulato, quæ continetur in *citat. canon. 1. neminem, & in canon. 2. Sanctorum 70. distinct.* sicque Sacr. Concil. Tridentin. dictos canones innovasse, & innovare voluisse, & quod propterea taliter ordinati, sint suspensi exequutione ordinis sic suscepti, & si in ordine ministrent, fiant irregulares. Hujus opinionis fuerunt.

Majol. *de irregular. lib. 4. cap. 15. n. 1.*

Didac. Spino *in specul. testament. glos. 10. numer. 74. & 75.*

Sanchez *tom. 1. de matrimon. lib. 6. disputat. 31. in fine.*

Rodriq. *in sum. cap. 15. num. 1. & 3. par. 2.*

Diaz *in pract. crimin. can. in nova edit. tit. & sine titulo cap. 8. a. 1.*

Bonacin *tom. 1. de Sacrament. Ordin. disp. 8. quæstion.*

unica

unica, puncl. 5. nu. 18. 19. & 21. vers secunda sententia, qui tamen ratione, utitur distinctione, de qua dicam infrà *nu. 11. cum seqq.*

Aliique Doctores ab his citati.

9 Alii dixerunt per Sacrum Concilium Tridentinum innovatam esse pœnam contentam in *cap. Episcopus, & d. cap. cum secundum, de prabend.* contrà Episcopum ordinatorem, ut scilicèt teneatur ordinatum sine titulo, vel insufficienti, providere de necessariis ad victum, donec illi beneficium Ecclesiasticum conferatur, quæ pœna transit ad successorem Episcopum, ut in *dict. cap. cum secundum*, non autem Sac. Concil. Trident. innovasse pœnam suspensionis contrà taliter ordinatum contentam in *dd. can. neminem, & can. Sanctorum, 70. distinct.* & proindè taliter ordinatum minimè suspensum esse, nec irregularem fieri, si in ordine ministret, & hujus sententiæ, & qui ità sæpius declarasse Sacram Congregationem fatentur, fuerunt.

Tol. *lib. 1. in summ. cap. 49. n. 18. in impressis Venetiis* 1617.

D. Genuens. *in dict. prax. in prima impress. Neap. dict. cap. 81. num. 2. vers. ordinatus sine titulo, fol.* 428.

Garz. *tom. 1. de benefic. par. 2. cap. 4. numer.* 28. & 29. qui multas declarationes Sacræ Congregationis adducit, sed *num.* 32. & 33. cum distinctione loquitur.

Gonzal. *super 8. regul. Cancell. glos. 5. §. 10. num.* 23. & 24. eandem declarationem adducit, & *num. 27. cum seqq.*

Ugolin. *de potest. Episc. part. 2. cap. 26. §. 17.*

Novar. *in summ. Bull. tom. 1. tit. de ordinandor. titulo, num. 3. & 4.*

De Magistr. *in sylv. Ecclesiast. part. 2. lib. 1. tit. 2. cap. 12. de requisito titul. numer. 6. & 7. in fine, fol.* 187.

Dian. *par. 2. tract. 16. resol. 5. vers. mihi verò, & par. 5. tract. 10. resol. 50. vers. verum ego, & resol. 55. vers. non desinam.*

Pirhec. *in prax. par. 1. cap. 1. nu.* 42. qui etiam declarationes Sacræ Congregationis refert, per quas fuit declaratum taliter ordinatum sine titulo, vel insufficienti non esse suspensum, nec Sac. Concil. Trident. innovare voluisse *dd. can. neminem, & can. Sanctorum*, sed solum *cap. cum secundum, de prabend.* Nisi ordinatus imposuerit ordinatori asserendo falsò, se habere provisionem.

D. Ricc. *in praxi par. 3. resol. 452. num. 7. cum seqq.* & declarationem Sacræ Congregationis adducit pro hac opinione.

Et alii Authores ab his adducti.

10 Utraque opinio tàm affirmans hujusmodi ordinatos esse suspensos, quàm negativa, est probabilis, cum pro utraque parte sint Doctores maximæ auctoritatis, & *Dian. dict. resolut. 5. vers. mihi verò*, dictam negativam probabiliorem vocat, ergò primam opinionem affirmativam putat probabilem, prout etiam dicere videtur *Barbos. de potest. Episcop. dict. alleg.* 20. *nu.* 27. ubi in fine negativam sequitur, propter auctoritatem tantorum Doctorum eam sequentium, & ità decisum per Sacram Congregationem (ut supra) attestantium.

11 Tertia opinio, cui ego adhæreo, & quæ verbis Sacr. Concil. magis consona est, tenet dictum Sacr. Concil. Trident. voluisse innovare omnes canones antiquos ante ipsum editos, & promulgatos, nempè tùm *dd. can. neminem, & can. Sanctorum tum etiam dd. can. Episcopus, & cap. cum secundum. de prab.* quia utitur plurali numero, ibi: *Antiquorum*, & ibi: *Pœnas innovando*, cum omnes prædicti canones sunt antiquiores Concil. Trident.

Tum. II.

& innovat *Pœnas* in plurali numero, cum hac tamen distinctione.

12 Aut enim promotus, seù ordinatus solum fuit in culpa, decipiendo, scilicèt, Episcopum fallaciis, & mendaciis, fingendo se titulum sufficientem habere, cui Episcopus credens, vel credere debens, ipsum promovit, ac ordinavit, & tunc ipsum ordinatum esse suspensum, dolus enim, & fraus alicui patrocinari non debet, *cap. sedes, de rescript. l. itaque fullo, ff. de furt.* quia in tali casu Sacr. Concil. Trident. voluit innovare *dd. can. neminem, & can. Sanctorum 70. distinct.* ad quod facit doctrina *Dec. in cap. Episcopus, num. 24. de prabend.* Scilicèt ordinatorem non teneri ad alendum ordinatum, qui se divitem esse dixit.

13 Si verò ordinatus non est in culpa, non enim decepit Episcopum, dicendo se habere titulum sufficientem, sed exponendo, se titulum non habere, vel habere insufficientem, quo non obstante Episcopus id sciens, vel scire debens, illum non habere titulum, vel habere insufficientem, ordinavit, & tunc taliter ordinatus non est suspensus, quia in hoc casu Sacr. Concil. Trident. voluit innovare, *dd. cap. Episcopus, & cap. cum secundum, de prabend.* & intelligere de pœna in eis contenta, in quibus statuitur, ut Episcopus ordinator, vel ejus successor eo mortuo teneatur illum providere de necessariis ad victum, donec titulum sufficientem habuerit, vel provisus fuerit de beneficio, & hoc in pœnam ipsius ordinatoris, & injuriam.

14 Quando verò uterque, tàm ordinatus, quàm Episcopus ordinans sunt in culpa, quia ordinatus exposuit titulum seù patrimonium, sivè in toto, sive in parte falsum, & Episcopus hoc sciens, vel scire debens, illum ordinavit, tunc ordinatus est suspensus per prædictos *canon. neminem, & canon. Sanctorum, 70. distinct.* & Episcopus tenetur ei victum præbere per *dd. cap. Episcopus, & cap. cum secundum de prabend.* sicque in isto casu voluisse Sacr. Concil. Trident. innovare omnes supradictos canones antiquos, & eorum pœnas tàm *dd. can. neminem, & can. Sanctorum*, quàm *dd. cap. Episcopus, & cap. cum secundum*; ità optimè distinguendo tenuerunt.

Nav. *cons. 14. num. 4. & cons. 46. nu. 1. & 3. de tempor. ordin. ac in cons. 1. num. 45. de constit. in novis*, quem secuti sunt.

Quaram. *in sum. Bull. verbo ordo post relatam Bullam Pii Quinti, vers. quia hac constitutio, vers. secundus casus, & vers. tertius casus*, qui testatur secundum istam distinctionem docuisse *P. Mariam de Andrea* ex Societate Jesu suum Præceptorem.

Sanchez *tom. 2. consil. libr. 7. capit. 1. dub. 35. num.* 12.

Graff. *tom. 1. decis. aur. lib. 2. cap. 97. n.* 66.

P. Martin. Fornar. *in addit. ad Tol. de Sacrament. Ordin. cap. 8. nu.* 8.

Barbos. *dict. alleg. 20. n. 25. & num. 27. in fine*, ubi hanc opinionem veriorem in jure reputat.

D. Squillant. *de privileg. Episc. par. 2. cap. 9. à nu. 1. usque ad* 5.

Ugolin. *de off. & potest. Episc. par. 2. cap. 26. §. 15. vers. tertio non tenetur, & §. 17.*

D. Campanil. *in divers. jur. Can. rubr. 8. cap. 5. num. 1. circa med.*

Vener. *in exam. Episcop. lib. 1. cap. 17. numer.* 14. & 19.

Pirhec. *loc. cit. par. 1. cap. 1. num. 42. verb. propter hujusmodi.*

Garz. *loc. cit. nu.* 32. & 33.

Bonacin. *loc. cit. tom. 1. de Sacrament. Ordin. disp.* 8.

quaest. unica, punct. 5 nu. 21 in fine, vers. respondeo secundo & vers. ordinatus verò.

De Magistr. *loc. cit. cap. 11. lib. 1. tom. 2. num. 18. & 19.*

Et apparet ex declaratione Sacræ Congregationis relata à *Prasec. ubi supr.* ibi: *Nisi ordinatus imposuerit ordinatori, asserendo falsè se habere provisionem.*

15 Item sciendum est, quòd ordinatus ad Subdiaconatum fraudolenter absque vero titulo, qui obtinuit, vel non obtinuit dispensationem à suspensione contracta, si faciat postea se promoveri ad Diaconatum, vel ad Sacerdotium absque novo titulo patrimonii, beneficii, vel pensionis, iterum afficitur prædicta suspensione, quia supra citati, Canones, & Concilium Tridentinum absolutè loquuntur de recipientibus sacros ordines absque titulo, & sic non solùm loquuntur de Subdiaconatu, sed de omnibus tribus sacris ordinibus, & ità declarasse Sacram Congregationem testatur *Quaranta d. verbo ordo, vers. an verò, fol. mihi 381. P. Fornar. ubi supra de ordine, cap. 8. numer. 8. vers. quinimmo, de Magistris loc. cit. num. 20. vers. si autem, fol. 191. Bonacin. dict. punct. 5. num. 22.* Quod etiam procedit in Episcopo ordinante sine titulo aliquem non solum ad Subdiaconatum, verum etiam ad Diaconatum, vel Presbyteratum, ut teneatur illi providere de necessariis ad victum, ut clarè patet in *text. in dict. cap. Episcopus, de prabend. Nald. in summ. verb. ordo, num. 18. Ugolin. in cit. cap. 26. §. 15. vers. tertio locum habet.*

16

17 Immò addit *Quarant. ibidem*, se accepisse à quodam gravissimo Doctore, ità fuisse observatum, etiam in eo, qui absque dolo, & fallaciis ad titulum aliquem ordinatus fuit, quem postea à creditoribus avinci contingit, nulla ejus culpa considerata; ut scilicèt, novum titulum habere debuit, si ad Diaconatum se promoveri vellet.

18 Sequitur conclusio, quod ordinatus mala fide, & cum culpa, ut supra absque titulo, qui suspensionem contraxit, si sic suspensus ministret in ordine, fit irregularis *cap. 1. in fine, de sentent. excomm. lib. 6. Bonacin loco cit. nu. 24. Nav. d. cons. 46. in fin, de tempor. ordin* & DD. communiter.

19 Sequitur secundò, ala suspensione affici, etiam illum, qui ordinatur absque titulo, vel ficto cum mala fide, ut supra cum dimissoriis proprii Episcopi ab alieno Episcopo, *Bonacin. eodem loc. nu. 22. vers. tertio sequitur*, & alii supra relati.

20 Immò, qui ficto titulo obtinuit dimissorias literas, & recipit sacros ordines, afficitur duplici suspensione, unam, quia recipit ordinem sacrum absque titulo; Alteram, quia dicitur ordinatus ab alieno absque literis dimissoriis, nàm dictæ literæ nullæ sunt, & irritæ, quia obtentæ per dolum, & fraudem; Episcopus enim si fallaciam, & dolum cognovisset, non concessisset, ità ex *Suar. & Alter. Bonacin. eodem loc. numer. 23.* dum adest etiam suspensio contrà ordinatos absque dimissoriis proprii Episcopi inflicta à Pio II. in sua Constitutione incipiente, *Cum ex sacrorum*, de qua per *Novar. tom. 1. summ. Bull tit. de ordinatis, extra tempora, &c.* & per *Quarant. in verbo ordo, in princip.* quia mendax peccator, debet carere impetratis, *l. & si legibus, C. si contra jus, vel utilit. public. cap. sedes, in fine, & cap. dicens 25. quaest. 2.* & carere omni commodo literarum, *cap. super literis, de rescript.* & sic dictæ literæ sic subreptitiè, & per dolum, & fraudem obtentæ habentur, ac si non essent; & idem tenet *Dom. Campanil. dict. rubr. 8. cap. 5. n. 33. vers. ille verò, fol. 193.* & idem *Quarant. loco cit. verbo ordo*, post relatam Constitutionem Pii V. *vers. quod intellige, in fine*, ibi: *Ex quibus infertur fol. mihi 382. & seq.* Et ideò in absolutione obtinenda, utraque suspensio erit aperienda, & explicanda.

Sed *Dian. dict. par. 2. tract. 16. resol. 5. vers. ad argumentum Reginald. & dict. par. 5. tract. 10. resol. 50. vers. verùm post med.* ibi: *Nec obstat dicere, & resolut. 55. vers. non desinam,* tenet contrarium, nempè non solù non incurrere talem ordinatum duas suspensiones, sed nullam prorsùs incurrere cum Doctoribus ab ipso citatis,

21 Titulus autem fictus in hac materia sivè ficta donatio, & fictum patrimonium dicitur, quando inter ipsos donatores, & donatarium conventum est, illam donationem fieri, propter formam, & apparentiam, non verè, & animo donandi; Vel quando est facta cum pacto inter eos inito de restituendo, vel de non utendo, seù de non petendo donatum, quia ista donatio est verbalis tantùm, non realis, *Garz. ubi sup. n. 153. & 155.*

22 Non desinam tamen advertere, quod ad quantitatem tituli, sivè beneficii, sivè patrimonii, vel pensionis constituendam, & declarandam ab Episcopo loci, & Diœcesis, non esse attendendam qualitatem, & nobilitatem personæ ordinandi, sed sat esse, ut sufficiat cuilibet Clerico pro sufficienti substentatione ad honestè vivendum, tàm nobili, quam plebeio, nulla habito discrimine inter eos, ità, ut non cogatur mendicare, & ità servatur in praxi, ut in qualibet Diœcesi sit taxata certa quantitas pro titulo, seù patrimonio pro quolibet ordinando ad sacros ordines, nullo habito verbo, & respectu, si sit nobilis, vel plebejus, *Nald. in summ. d. verbo ordo, n. 18. Garz. de benefic in cit. cap. 5. num. 114. & 116.* quia in proposito, non requiritur, ut possit vivere decenter juxta suam qualitatem in particulari, sed ut possit vivere honestè juxtà qualitatem Clerici, ut Clerici, nàm *Sacr. Concil. Trident. in dict cap. 2.* requirit, ut ordinandus habeat beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, vel patrimonium, aut pensionem, quæ ei ad vitam sustentandam satis sint, ut propterea non teneatur cum ordinis dedecore mendicare, ità etiam *Dom. Ricc. par. 3. resolut. 451. n. 1. vers. debet tamen*, licet alii contrarium teneant, & ità servatur Neapoli tàm cum nobili, quàm cum ignobili; testatur *de Magistris d. tom. 2. lib. 1. tit. 2. cap. 11. nu. 4. fol. 186.* prout puto ità observari ubique locorum.

23 Ad secundum dubium *n. 2.* propositum, respondeo, duas esse opiniones.

Una affirmans talem Clericum ordinatum ad titulum patrimonii sibi donati ab aliquo cum pacto de illo post ordinationem reddendo, restituendo, non utendo, vel de non percipiendo fructus, & redditus rei donatæ, fieri suspensum; ex eo, quia non fuit vera donatio, sed ficta, nec acquisivisse donatarium, dominium rei donatæ, & sic talis Clericus dicitur sine patrimonio ordinatus, ità tenent, atque id inferunt etiam ex paritate rationis ex pœna suspensionis inflicta in *cap. per tuas, el terzo, & cap. penult. de simon.*

Nav. *in sum. cap. 27. n. 158. vers. declaratio prima, & cons. ult. 46. v. 2. de tempor. ordinat.*

Diaz *in pract. crim. cap. 18. in nova edit. num. 12. fol. mihi 69.*

Sanchez *tom. 1. de matrim. lib. 6. disp. 31. num. 8. vers. nec obstat.*

Rodriquez *tom. 2. sum. cap. 15. nu. 5.*

Spino *in spec. testament. dict. glos. 18. num. 74. in fine, & 75.*

Gratianus *tom. 1. discept. forens. cap. 159. n. 19.*

Graff. *decis. aur. tom. 1. lib. 2. cap. 97. n. 67.*

Cævall. *pract. quaest. commun. contra commun. tom. 2. quaest. 527. num. 13.*

Ledesma, *Pedraza, Ludovic. Lopez, Sair. Vega, Quintanadueñna,* & alii, quos refert *Garzia loc. cit. de benefic.*

*benefic.tom.1.part.1.cap.5.num.*166. licèt ipse *num.* 163. 164. *&* 165. contrarium teneat.

D. Campanil. *in cit. rubr.* 8. *cap.* 5. *num.* 32. *vers. quod si ejusmodi ordinatus, in fine, ibi: Et quatenus aliqualis.*

Dian. *par. 2. tract.* 16. *resol.* 3. *in principio*, *& tract.* 4. *resol.* 184. *vers. non reticeam tamen*, ubi probabilem vocat hanc opinionem.

24 Pro hac opinione adducitur à quibusdem Constitutio Urbani VIII. incipiente: *Secretu æterna providentia*, edita 11. Decembris 1624. contrà malè ordinantes, & malè ordinatos, ubi ordinati, cum falsis, vel fictis, aut fiduciarii patrimonii titulis scienter, perpetuæ suspensionis pœnam absque spe dispensationis à Sede Apostolica obtinendæ incurrunt eo ipso aliisque pœnis arbitrio Summi Pontificis infligendis, quamvis ibi, dicta Constitutio loquatur de Ultramontanis, nempè Hispanis, Lusitanis, Gallis, Germanis, aliisque quibuscumque Ultramontanis, & ex quibusvis locis extrà Italiam oriundis, non autem de Italis, contra quos immediatè solummodò subdit pœnam privationis privilegii Clericalis, (sequuta tamen prius desuper Iudicis Ecclesiastici sententia,) si clericali charactere, vel ad minores ordines promoveri se faciunt ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis, nec loquitur de se promoveri facientibus cum falsis, fictis, vel fiduciariis titulis, prout anteà loquitur contrà Ultramontanos, & sic inclusio unius est exclusio alterius; Itaque dicta Constitutio, Ultramontanis tantùm imponit pœnam suspensionis indispensabilem his, qui se promoveri faciunt cum, falsis, fictis, vel fidejudiciariis titulis ab Episcopis Italiæ Italis verò solummodo pœna privationis privilegii Clericalis in ea imponitur, qui ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis ad primam tonsuram, vel minores ordines se ordinari faciunt, ut patet, ibi, in *vers. Italos verò.*

25 Altera est opinio negativa, taliter nempè ordinatum non esse suspensum, ex eo, quia talis Clericus non potest dici ordinatus sine titulo, nàm reverà est ordinatus cum patrimonio vero, non ficto, ex quo talis donatio, est vere donatio, ex qua transfertur dominium in donatarium, licèt cum illo pacto, & modo, quamvis sit donatio modificata, juxtà *tit. C. de donat. quæ sub modo, vel condition. vel certo temp. conficiuntur*; Nec obstere tale pactum initum inter donantem, & donatarium, quia est contrà dispositionem *Sac. Concil. Trident. in d. cap.* 2. quod prohibet alienari, aut remitti patrimonium, ad cujus titulum quis est ordinatus, sine licentia Episcopi, & sic dictum pactum, & conditionem non valere, ad *text. in l. pacta, quæ contra, C de pact.* (Debere tamen taliter paciscentem ordinatum graviter puniri ab Episcopo, ajunt communiter,) & hanc opinionem tenent,

Ganz. *loc. cit. tom.* 1. *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *à num.* 61. *usque ad* 165. *&* *num.* 168.

D. Barbos. *d. alleg.* 20. *nu.* 30.

Tolet. *d. cap.* 49. *num.* 5. *lib.* 1. qui ibi in *vers. sivè ergo, in fine*, ait, sic servari, & itè declarasse signaturam Pœnitentiariæ.

Rodriq. *in sum. d. cap.* 15. *nu.* 8. *tom.* 2.

Dian. *p.* 3. *tract.* 4 *resol.* 184. *cum Ledesm. & Villalob. ab ipso citat. & p.* 2. *tract.* 16. *resol.* 5. ac *p.* 5. *tract.* 10. *resol.* 50. *vers verum ego, in fine.* Ganz. *al. loc. cit. num.* 27. *cum seqq.* idem tenere videtur.

D. Squillant. de obligat. Cleric. part. 2. *numer.* 28.

Bonacin. *d. tom.* 1. *de Sacrament. d. disput.* 8. *quæst. unic. punct.* 5. *num.* 26. tenet probabiliter sustineri posse hanc opinionem, modo bona donata, Clericus non restituat, à tè ordinatione, sed aliam affirmativam sententiam, quam substinet *Sanch*, & alii, hoc tempore post Constitutionem Urban. VIII. approbat ipse *Bonac.* ex quo titulus videtur fiduciarius, & *num.* 21. *vers. si quæras quisnam*, dicit titulum fiduciarium dici, illum, quem quis alteri assignat, cum ea promissione restituendi bona post ordinationem, ad *tex. in l. Sejus Saturninus, ff. ad S.C. Trebell & l. dotem, ff. de collat. bonor. & d. num.* 26. etiam ait, quod si patrimonium fictè assignatum fuit, ut si quis fictè recepit patrimonium à laico, non habente intentionem donandi, seù assignandi, perspicuum est, ordinatum cum hujusmodi titulo, suspensum esse, quia hæc non est donatio, sed donationis fictio, & consequenter ordinatus dicitur ordines sacros suscepisse sine titulo, & sic *Bonacin.* potius adhæret affirmativæ.

De Magistr. *dict. tom* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 11. *de requisito titulo, n.* 18. *fol.* 190. mihi videtur confusè loqui, dum primo dicit ex *Navar.* taliter ordinatum esse suspensum, posteà *n.* 19. dicit non esse suspensum, cum *Rodriq. & Ledesm.* deindè, ait opinionem *Nav.* esse veriorem, postmodum videtur ab ea recedere.

Quarant. *in cit. verbo ordo*, post relatam Constitutionem Pii V. *vers. quod intellige, nisi antè ordinationem*, ubi, tenet cum taliter facta donatione ordinatum, non esse suspensum, suspensione lata in *cap. nemo, & can. Sanctorum*, 70. *distinct.* ex quo ordinatus est cum titulo, non autem sine titulo, dum dicta donatio valet, nec potest retrocedi vigore Sac. Concil. Trident. ac sequuta ordinatione, est acquisitum Jus ordinato ad res sibi donatas, & pactum in ea appositum nullius esse valoris; Nec etiam taliter ordinatum incurrisse suspensionem latam in *cap. per tuas, el tereo, & in cap penult. de simon.* ut tenet *Navar.* & alii, quia casus est dissimilis, & pœnæ extensio de uno ad alium fieri non debet, etiam si eadem ratio, id suadeat, & ità declarasse signaturam Pœnitentiariæ, ait *Tolet. ubi supra*, prout etiam tenet, & probat mox citandus.

D. Campanil. *ubi supra in d. rubr.* 8. *cap.* 5. *num.* 32. *vers. quod si ejusmodi ordinatus, folio* 192. tenet pro negativa; attamen in fine videtur convenire cum contraria opinione affirmativa, ibi: *Et quatenus aliqualis simonia, &c.*

26 Et enim omnes ambæ hæ relatæ opiniones tàm circa primum, quàm circa secundum dubium sint probabiles. & ad tollendam omnem dubietatē, atque diversitatem opinionum solent nonnulli Episcopi per statuta Synodalia, suspensionem imponere Clericis hujusmodi, qui sine titulo, vel insufficienti, aut ficto, & simulato, vel cum dictis donationibus sic dolosè habitis, cum pacto de non petendo, seù de restituendo, aut de non fruendo re donata, seù de non percipiendo fructus, & redditus rei donatæ, ad sacros ordines se promoveri faciunt; Prout est Bononiæ in prima Synodo *D. Cardinalis Alexandri Ludovisii* tunc inibi Archiepiscopi, postmodum *Sanctissimus Pontifex Gregor. XV.* vocatus in *cap.* 6. ut idem refert in libello, nuncupato *Memoriale scender. à Cleric.* ejus jussu edito in *Cathal. suspen. cap* 3. *num.* 8. *in fine*, & in Diœcesi Mediolanen ejusque Provincia in Concil. Provinc. ut testatur *Bonacin. loc. sæpius cit. nu.* 19. *in fine, vers. prædictis adde.* Idem statutum est Neap. in Synodo Diœcesana, ut ait *D. Gennens. in tit. cap.* 81. *in* 1. *impress. nu.* 2. *vers. ordinatus sine titulo, fol.* 429.

27 Et, ut evitentur tales fraudes, observatur etiam Neapol. ut testatur *d. Quarant. in eodem verb. ordo, in dict. vers. quod intellige, post med.* quod quando ordinandus producit talem donationem sibi factam, debet in instrumento donationis constare de juramento præstito ab utraque parte, tàm donante, quàm donatario, prædictam donationem, vel assignationem, esse realem, & omni dolo, & fictio-

ne carere, & quod neque in præteritum confectus fuerit, neque in futurum conficietur actus, seù contractus aliquis in præjudicium dictæ assignationis cum annullatione, &c. & quod etiam præcipitur sub pœna excommunicationis donatarii, ut non faciat talem donationem, seù assignationem super censibus, seù redditibus aliis obligatis, vel quorum ipse non esset legitimus Dominus, ità etiam testatur *de Magistris in citat. tom. 2. lib. 1. cap. 11. num. 19. in fin. fol. 191. & seq & D. Gennens. d. cap. 8t. num. 2. in fine fol. 431. vers. præterea notandum*, dicit, in Curia Archiepiscopali Neapoli super patrimonio solet examinare testes super veritate illius, & quod non adsint debita, & tàm ordinandus, quàm donans jurant patrimonium esse verum, & si ordinandus habet parentes, fratres, vel sorores fit computatio omnium redditruum, ità, ut quælibet persona habeat duc. 36. quolibet anno.

28 Sed in Diœcesi Boianensi hujus Regni clarius, & fusiùs optimè fuit id ordinatum per Constitutionem Synodalem illius quondam Præsulis dignissimi, atque benemeritissimi D. Petri Pauli Eustachii in *prima Synodo, tit. de ordinat. Cleric. cap. 5.* pro observantia dicti decreti Sacr. Concil. Trident. declarando, in ea regione, & locis dictæ Diœcesis, ad victum honestè sufficere annuos ducat. vigintiquinque certos, & à quovis onere immunes, & circa patrimonium ordinandorum, statuit per hæc verb:

Ad veritatem verò patrimonii maximè donati investigandam inter alia examinentur cum juramento tàm donans, quàm donatarius, an prædicta donatio, seù assignatio, sit vera, & realis, & omni dolo, & fictione careat, & an inter eos intercesserit pactum, sivè conventio occultè facta de non petendo, sivè de restituendo, sivè alia similis collusio. Juret etiam donans, an bona donata reperiantur alteri prius donata vel quovis modo obligata, & an antè donationem illorum, ipse fuerit verus, & legitimus Dominus, & an post donationem retinuerit sibi illorum possessionem.

Et in instructionibus, super quibus examinandi erant testes pro verificatione patrimonii, hæc mandavit observari, ultrà contenta in dicto decreto Synodali in vulgari sermone.

Il Clerico N. dovrà produrre alla Corte Vescovale, à à chi si commetterà l'informatione nelle Terre della Diocesi l'intiera copia della donatione fattali, il quale doverà esaminare due, è tre testimonii per provare, ch'il detto N. stà in pacifica possessione delli predetti beni donateli doppo la donatione.

Secondo, si dovrà verificare della valuta di detti beni, e se sono franchi, ò pur soggetti à peso.

Terzo, di quello, che fruttano annuatim deductis expensis.

Quarto, à che somma ascende tutta la facoltà, & havere di detto N donante, per sapere, an donatio sit majoris partis bonorum.

Quinto, quanti figli hà mascoli, e femine il detto N. donante.

L'istessa diligenza si deve usare delli beni patrimoniali, è di altra successione, che possiede il Clerico.

Sesto si dovrà osservare puntualmente nella detta informatione, quanto stà disposto nel nostro decreto Sinodale cap. 5. sub tit. de ordinat. Cleric. *che comincia*: Ad veritatem verò patrimonii, &c.

29 Et utinam supradicta, & singula statuta, & ordinata à dicto Domino Episcopo recolendæ memoriæ vigilantissimo, & quæ tempore sui Præsulatus singillatim observabantur, nunc observarentur ab omnibus Dominis Episcopis ubique locorum, cum sacros ordines conferunt suis Clericis, pro auferendis, & extirpandis talibus fictis donationibus, & collationibus.

30 Si verò nullum pactum intercesserit inter donantem, & donatarium, & Clericus ordinatus ad Subdiaconatum ad titulum patrimonii prædicti sibi donati, illud post susceptum Subdiaconatum revocaverit, vel retrocesserit donatori, vel aliis, fecitque postmodum se ordinari ad Diaconatum, & Presbyteratum, an incurrat suspensionem, & in ordine ministrando irregularitatem. Respondeo negativè, quamvis peccet mortaliter, quia facit contrà prohibitionem Sacr. Concil. & castigari posset per Episcopum, quia cum dicta renunciatio, & retrocessio sit invalida, ex dispositione Sac. Concil. Trident. ut supra, & habetur, ac si renunciatio, remissio, vel retrocessio, facta non fuisset; Ideò non potest dici ipsum ordinatum fuisse, sine titulo; ità *Quarant. dict. verbo ordo, vers. quotidianus casus est, Nav. cons. 17. à num. 2. ad finem, & cons. 21. à num. 3. ad fin. de temper. ordinat. & in summ. dict. cap. 27. num. 158. vers. secundo quod, Tolet. d. cap. 49. num. 5. vers. adverte. Rursus Diaz. d. cap. 18. num. 13. de Magistris ubi sup. num. 17. & 20. Barbos. eadem alleg. 20. num. 31. D. Campanil. dict. cap. 5. num. 32. vers. renunciatio autem, fol. 191. col. 1. in fine. Dian. dict. par. 5. resol. 55. in fin & resol. 57. Gratian. in cit. cap. 159 num. 17. & 18. Garz. d. cap. 5. num. 175. cum seqq. Graff. d. cap. 97. lib. 1. num. 67. tom. 1. Rodriq. dict. cap. 15. num. 4. tom. 2. sum. Bonac. ead. disp. 8. q. unic. pun. 5. num. 25.* aliique ab ipsis citati.

31 Quid si Clericus, cui facta sit hujusmodi donatio, seù assignatio patrimonii, sivè libera, sivè cum pacto de restituendo, ut supra, illam renunciaverit, vel retrocesserit donatori antè ordinationem; An recipiendo ordinem sacrum, incurrat suspensionem, & etiam circa hoc, duæ sunt opiniones.

Una negans, ità *Navar. d. cap. 27. summ. num. 158. vers. tertia*, dicens dictam renunciationem factam antè ordinationem, non valere, etiam si esset jurata, quem sequitur *Dian. d. par. 5. resol. 55. in fine, & D. Campanil. loc. indicato, n. 31.* ubi tenet per hujusmodi retrocessionem, non incurri in suspensionem latam in *dict. cap. neminem, & cap. Sanctorum, 70. distinct.* ex quo invalida est dicta retrocessio, sed posteà *n.* 32. ibi: *Ideò censeo*, tenet talitet ordinatum, qui antè ordinationem, patrimonium sibi donatum retrocessit, esse suspensum suspensione lata in *d. cap. per tuas, el terzo, & cap. penult. de simon.* Cum hic tamen restrictione, ut sit suspensus solummodo ab ordine sic suscepto, non autem suspensum à cæteris ordinibus.

32 Altera opinio est affirmative, ut talis ordinatus sit suspensus; ità tenet *Garz. de benefic. loc. sup. cit. num. 170. & 174. & Bonacin. ubi supra num. 26. vers. respondetur probabiliter.* Ubi quærit, an is, cui fuit facta patrimonii assignatio cum pacto, & juramento de illud restituendo donatori, seù non fruendi bonis donatis, suspensione afficiatur; Et respondet per hæc verba: *Respondetur probabiliter substineri posse, non affici suspensione, modo non restituat ante ordinationem*; itaque si restituat ante ordinationem, ait, fieri suspensum, prout dixerat antea *numer.* 23. ibi: *Idem probabiliter dicendum arbitror de eo, qui sacros ordines recipit cum licentia sui Episcopi, impetrata ad titulum patrimonii donati, sed ordinandus illud antè ordinationem renunciavit, hic enim incurrit suspensionem, tùm quatenus ordinatur absque literis dimissoriis, (censetur enim licentiam, seù dimissorias per dolum dantem causam licentiæ obtinuisse,) tùm quatenus ordinatur absque titulo sufficienti, cum probabile sit renunciationem illius tituli factam antè ordinationem validam esse, juxtà Suar. Garz. & Sanchez, & alios contrà Navar. cap. 27. num. 158. Faler. & alios apud Alter.* Hæc *Bonacin.* & sic dictus Clericus tempore ordinationis non habuit titulum, & proindè dicitur ordinatus

natus absque titulo, nam alienatio patrimonii antè ordinationem, non est ullo Jure prohibita, etiam si esset donatum specialiter ad istum effectum, ità *Garz. loc. cit.* hanc eandem opinionem, ut jàm su-
33 pra dixi, tenuit *D. Campanil. loc. proximè indicato num.* 32. subjungens *Garz. n.* 171. eandem suspensionem incurrere talem Clericum, si intervenit pactum, seù promissio, aut conditio de patrimonio donato, restituendo ante ordinationem, quamvis de facto, illud non fuerit anteà restitutum, quia durat obligatio facta in tempore, & pro tempore habili.

34 Habens verò patrimonium sufficiens ad congruum victum, licèt expressè non assignetur illud in titulum, nec dicatur ad titulum patrimonii, potest promoveri ad sacros, quia satis est, ut illud habeat, & succedit loco tituli, & satisfit intentioni Sacri Concilii Tridentini, *glos. in cap. si Episcopus, verbo titulum de præbend. in 6. Abb. in cap. tuis, 23. num. 3. de præbend. Garz. ubi supra num. 77. de Magistr. ubi supra, num. 28. fol.* 192. si tamen haberet plura bona, vel beneficia, & ad titulum aliquorum specialiter, seù nominatim ordinaretur, illa solum essent titulus, non autem alia, & illa non possent alienari virtute decreti Sacri Concilii Tridentini, *Garz. nu. 78. & de Magistr. ibid.*

35 Ac etiam si Clericus, qui ordinatus est in sacris sive titulo, vel insufficienti ab Episcopo sciente, vel scire debente, si habeat undè vivere possit, vel habeat patrem divitem, à quo de jure possit alimenta petere, tunc non teneri Episcopum ordinantem, illi alimenta præstare, ex dispositione *tex. in dict. cap. Episcopus, de præbend.* tenent *Dec. ibi num. 7. & 8. D. Gennens. in prax. prima impress. dict. cap. 81. num. 2. fol. 419 Joseph de Jannar. resolut. 19. nu. 6. tom. 1. resolut. moral. de Magistris in loco sup. citato dict. cap. 11. num. 12. fol. 189. tom. 1. Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 37. num...... D. Squillant. de privileg. Episcop. par. 2. cap. 9. num.* 23. Secus si pater justè ei alimenta denegare possit, quia tunc tenetur Episcopus, *Barbos. dict. allegat. 20. nu.* 10.

36 Si autem pauca quantitas, quæ non esset notabilis arbitrio boni viri, deficeret ad taxatam annuam quantitatem patrimonii, non esset suspensus ordinatur, *Navarr. cons. 23. in novis, in fin. de tempor. ordinat. Diaz in supracit. cap. 18. post num. 10. vers. hoc verò patrimonium, Sanchez tom. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 35. num. 8. Dian par. 4. tract. 4. resol. 52. & part. 5. tract. 5. resol.* 20. Undè si deficiant quinque ducati respectu viginti quinque, esset materia notabilis, ità *Sanchez & Dian. loc. citat.* qui *Dian. dict. resolut.* 52. ait, summam duorum ducatorum, & tarenorum, non esse materiam, & defectum notabilem respectu triginta ducatorum.

Hæc sunt, quæ ex Doctoribus adductis, in præsenti figurato casu, adnotare potui pro meo documento, & nè otio abundarem. Salvo tamen Peritiorum judicio, quibus hæc omnia submitto libenter, & qui de more cætera suppleant.

Abbas Joannes Jacobus Gezzius.

ARGVMENTVM.

Princeps an, & quando possit bona subditorum auferre, & revocare domanium concessum alicui Universitati, non obstante promissione de eam manutenendo in perpetuo domanio. Et an possit illud revocare ex causa remunerationis servitiorum eidem factorum ab aliquo egregio milite. Et quid quando pretium exbursatum restituitur.

SUMMARIUM.

1 *Princeps bona subditorum auferre non potest, & num.* 27.

Intellige, ut n. 4. & n. 18. 44. & 45.

2 *Princeps in contractibus cum subditis initis, firmius arctiusque obligatur, quàm alius.*

3 *Domanium revocari non potest à Principe, quando pretium intervenit, nisi illo restituto.*

5 *Universitas pro obtinendo domanio habet prælationem, quæ fuit introducta in hoc Regno, præcipue ratione proclamationis ad libertatem, & non competit jure proprio, sed jure Regis, numer. seq.*

7 *Præjudicium non potest inferri ei, qui in judicio non est auditus.*

Intellige, ut n. seq.

9 *Exceptio quæ obstat cedenti, obstat etiam ejus cessionario.*

10 *Princeps in quo casu potest revocare domania, & concessiones ab ipso factas, recepto pretio.*

11 Text. in l. Lucius Titius, ff. de evict. *declaratur, & num.* 49.

12 *Milites Veterani, emeriti propriè nuncupantur, & emeritu dicuntur commoda Veteranorum.*

13 *Militibus Veteranis Imp.* Constantinus *multa privilegia dedit, quibus non gaudent eorum filii, licèt nonnulla eis concedantur, & n. seq.*

14 *Princeps licet benè faciat explendo officium suum in se præbendo gratum, & liberalem suo subdito ultra ejus merita, tamen non potest ad hoc cogi.*

15 *Vasallus tenetur operari Domino, sicut mulier ex debito sui officii tenetur operari viro, & numer.* 37.

16 *Donatio remuneratoria quæ dicatur, numer. seq.*

18 *Donatio quando verè est remuneratoria, donans tenetur de evictione rei donatæ.*

19 *Vasallo cui serviendo ex debito officii donavit Princeps, ad emendam non tenetur.*

20 *Princeps, qui vult heredibus vasalli facere donationem remuneratoriam, non debet bona subditorum, sed propria donare.*

21 *Principi in tantum est licitum à contractu recedere, in quantum tractetur de publica utilitate, & quod non possit de suis bonis urgentibus necessitatibus succurrere, secus quando alia via, & modo potest providere, nu. seq.*

23 *Princeps etiam in illis casibus, in quibus bona subditorum capere potest, tenetur pretium restituere.*

24 *Altari serviens de Altari vivere debet.*

25 *Alimenta, naturali quadam actione debentur ei, qui servit.*

26 *Alimenta præterita non sunt ita privilegiata, sicuti futura.*

29 *Principis proprium est, subditorum servitia, & merita remunerare, & esse munificum, & liberalem.*

30 *Benefacientibus, ex obligatione antidotali retribuere tenemur.*

31 *Princeps dicitur communi bono præpositus.*

32 *Reipublicæ valde utile, & necessarium est benemerentes remunerare.*

33 *Reipublicæ interest ut accendantur animi ad serviendum in defensionem, vel acquisitionem Regnorum, propter spem futuræ remunerationis.*

34 *Statuto prohibente, aliquid donari ex bonis Communitatis, nisi sex partes Consilii concordarent, sufficit, quod quatuor partes ex septem interveniant,*

ter, veniant, quando donatio fit causa remunerationis

35 *Principis valde interest proprios habere subditos, virtute pollentes & militari arte conspicuos.*

36 *Subditorum obsequiosior, & constantior est servitus, & magis secura, & incorrupta fides, quæ stabile, & æternum facit imperium.*

38 *Remuneratio cadit etiam in subditis, vel aliis, qui ex natura debita ad obsequia sunt astricti.*

39 *Donatio remuneratoria ea verò dicitur quæ tribuit actionem adversus donantem.*

40 *Concessio remunerationis causa facta, semper fit pro servitiis præteritis, non autem pro futuris.*

41 *Milites Veterani, qui Sacramenti vinculo in militia sunt ascripti, gaudent privilegio militari, qui loco stipendii prædia assignata habebant.*

42 *Miles Veteranus dicitur nedum legionarius, sed omnis, qui qualitercunque militaverit.*

43 *Duces Exercituum maximè differunt ab aliis militibus.*

46 *Domanii concessio requirit Regis consensum, ad eas quamvis pecunia in ejus beneficium sit versa, in illius revocatione nen tenetur, nisi ad pretii restitutionem.*

47 *Pretium ante omnia est restituendum in revocatione gratiæ vel concessionis.*

48 *Domanium potest revocari, etiam de potestate ordinaria Principis, quod maxime procedit, pretio restituto.*

DECISIO CXCIX.

1 PRinceps de jure bona subditorum auferre non potest, *Bar.* & alii in *l. fi. C. si contra jus, vel util. public. Canonistæ in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 127 Menoch. de arbitrar. quæ. 48. num. 6. Rodolfin. de suprem. Princip. potest. cap. 6. num. 151. 170. & 195. Regens de Ponte consil. 4 nu.* 2 *13. lib. 1. Regens Rovitus consil. 79. num. 51. lib. 1.* & *Ego* dixi *in consult. 38. lib. 1. num* 10. quod procedit etiam in contractibus per ipsum cum subditis initis, nam ex eis firmius, arctiusque obligatur, quàm aliis, *Menoch. controvers. illust. c. 3. 26. & 45. Osual. ad Donell. enucleat. lib. 12. c. 2. Larrea alleg. 3. in pr. Ego dec. 188. num. 6.* & etiam in concessionibus domanii Uni-3 versitatum, quando pretium intervenit, quia tunc revocari non potest, nisi pretio restituto, *Andreas de Isern. in c. 1. §. similiter, de Capit. qui cur. vend. Capyc. dec. 166. Ann. alleg. 50. De Pon. cons. 70. num. 36. vo. um. 2.* & alii per *Me* allegati in *dict. consu. 1. 38. num.* 11. latè etiam *Reg. Galeot.* in copioso suo *respons. fiscal. 23. conclusion. 1. 2. & 3.* quod est regulare in quolibet contractu, ut habetur ex *text. in l. venditor, §. constat, ff. commun. prædior. Bartol. in l. final. §. Titius ff. de pignoratit. action. Doctores in d. capitul. quæ in Ecclesiarum, de constitut. & in l. Barbarius, ff. de offic. prætor.*

4 Hoc tamen intelligi ut, justa causa non existente, ut post *Doctores in d. l. Barbarius, &c. quæ in Ecclesiarum*, voluit *Isernia in Constitution. Regni Ea, quæ ad decus*, ubi etiam *Afflict. & in dec. 361. ex nu. 6. Gayl. observat. 56. lib 2. Ægid. Boss. titul. de Principe, §. Princeps solus, in princ. Anton. Gabr. lib. 3. comm. concl. conclusion. titul. de jure quæsito non tollendo, conclus. 2. n. 15. Petr. de potestat. Princip.* post *capit. 32. rubric. Princeps an possit ex causa, Ferdinand. Vasq. quæst. Illustr. c. 1. n. 6. Menoch. de arbitrar. d. q. 48 Petr. Gilken. in l. causas & lites C. de transact. n. 11.*

Hinc cùm Illustr. Dux Jelsi uti nepos, & hæres quondam famigerati Ill. Militis D. Hieronymi Caraffæ Marchionis Montis Nigri, qui per plures annos cum maxima omnium acclamatione in Exercitibus Suæ Catholicæ Majestatis inservivit; & tandem in eodem servitio occubuit, & aliorum ejus consanguineorum serviriis obtinuisset literas ejusdem Majestatis, directas Excellentissimo Proregi, ut cum voto Regiæ Cameræ, & Collateralis Consilii referret, si posset illi concedi in remunerationem tot servitiorum Terra Guardiæ Campi Clerici, quæ, prout à dicto Duce asserebatur, erat valoris ducatorum quatuor mille, & per Regiam Cameram esset facta consultatio exclusiva, & esset tractandum in Collater. Consil. si erat exequenda.

Dicebatur pro parte Universitatis, ipsam esse manutenendam in domanio, nec posse de novo alio Baroni concedi; Nam cùm in anno 1573. esset sub utili dominio Vincentii Sellarulo, illam vendidit Francisco de Januario eorum concivi pro pretio duc. 3850. ipsa Universitas petiit, ipsam admitti ad domanium, & sic in emptione præferri, & licet *Camerar. in repetit. cap. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per* 5 *Federi. insi.* dicat, hanc prælationem esse contra jus, tamen fuit introducta in hoc Regno, & fundatur præcipue ratione proclamationis ad libertatem, ex *text. in Constitution. Regni Personas*, & ex doctrina *Joan. Fabr. in §. dominus, Instit. de noxalib.* ut fundat *Reg. de Curt. in 1. part. tit. diversor. feud. in cap. incipient. Licet autem n. 38. Franch. dec. 17. n. 27 Reg. Rovit.* qui multa ad materiam cumulat in *Pragmat. 64. de Offic. Procurat. Cæsar. Consil. de Georgio alleg. 7. Capiblanc. de Baronib. in Prag. 8. par. 3. num. 159.* Alii verò 6 fundant hanc prælationem, non jure proprio Universitatis, sed jure Regis, ex *text. in c. 1. § sed & res, per quos fiat investit. & in cap. 1. §. Titius, si de feud. fuer. controvers.* ut per *D. Pont. de potestat. Proreg. tit. de divers. provis. § 1. fol. 476. à terg. per totum*, & *Ego* dixi in *dec. 168. num. 24.* Sed sive favore libertatis, sive Regis, certum est, quod ex inveterata consuetudine datur Universitati infra annum prælatio, prout in dies observatur, absque ulla controversia, & sic fuit practicatum cum dicta Universitate; quia fuit ad domanium admissa decreto Regiæ Cameræ, & Princeps Petræ Persiæ tunc Regni Prorex, Suæ Majestatis nomine, & uti ipsius Procurator cum interventu Collateralis Consilii eam in perpetuo domanio conservare promisit cum amplissimis clausulis. Cum quo postea in anno 1620. pro occurrentibus Regiæ Monarchiæ necessitatibus, urgentibus bellis, S. M. mandasset, procedi ad venditionem Terrarum domanialium, se opposuit Universitas, allegando, se ipsam alias redemisse, & privilegium perpetui domanii obtinuisse, & compilato processu non fuit de causa loquutum usque ad annum 1631. quo tempore ipsa Universitas solvit Regiæ Curiæ alios ducatos mille, & ducentum, & aliud privilegium confirmationis domanii obtinuit, quibus privilegiis attentis cùm esset per generale decretum Regiæ Cameræ, facta relatione in Collaterali Consil. ordinatum, procedendum esse ad venditionem Terrarum domanialium in anno 1638. de quo per *Reg. Galeot. in d. respon. fiscal. 23.* ubi plene tanquam Regii patrimonii Patronus in causa prædicta scripsit, & obtinuit, tamen respectu ipsius Universitatis in anno 1642. facta similiter relatione per Regiam Cameram in Collaterali Consilio, fuit determinatum, non esse dictam Universitatem comprehensam in venditione, sed manutenendam esse in Regio domanio, servata forma instrumenti transactionis, & propterea non esse recipiendam oblationem factam per Bartholomæum de Aquino.

Quibus stantibus dicebatur per ipsam Universitatem, quod non poterat hodie tractari de alienatione, nec de eam subiciendo dominio alterius Baronis, contra formam privilegiorum, & decreti, etiam de eo facta relatione in Collaterali Consilio, quia obstabat exceptio nedum transactionis, sed rei judicatæ, & litis finitæ, & quamvis dict. Illustr. Dux Jelsi

non fuerit in dicto decreto auditus, & propterea 7 nullum poterat inferri præjudicium ei, qui non fuit in judicio, ut ex *Bal. Castr.* & aliis in *l. final. §. necessitate, C. de bon. quæ lib.* voluit *Surd. decis. 256. nu. 15. Joan. Faber. in §. licet autem Instit. de adopt.* Tamen sufficit, 8 quod in illo judicio fuerit auditus Regius Fiscus, à quo censum habebat, *Alexand. in l. sæpe, nu. 42. ff. de* 9 *re judic.* & exceptio, quæ obstat cedenti, obstat etiam ejus cessionario, *l. dolo. ff. de novat.*

Verum quatenus de novo esset judicandum dice-10 batur, quod admissa opinione, quod ex causa publicæ necessitatis possit Princeps Supremus domanie, sive concessiones, etiam in contractibus, recepto pretio factas revocare restituto tamen illo, cùm ad meliorem fortunam pervenerit, ex his, quæ fundat *Isern. in cap. 1. §. moneta, quæ sint Regal. num. 23.* & ex *Gregorio Lopez, Massenz.* & aliis hoc fundat *Regens Galeota d. respons. fiscal. 23. conclus. 4. num. 77.* juxta famosam *decisionem Capycis 166.* Tamen hoc non potest extendi, quando Princeps revocat domanium, non ut suis necessitatibus urgentibus succurrat, sed 11 ut in remunerationem servitiorum præteritorum alteri concedat, & quamvis ex *tex. in l. Lucius Titius, ff. de evict.* ibi, *partim veteranis in præmia assignatas* videatur probari posse bona particularium assignari militibus Veteranis in præmium, sive remunerationem eorum servitiorum, dicebatur, hoc non probari ex dicto *textu*, cùm quæstio proposita à *Paulo Jur. Consult.* non fuit, possit, si vel ne Princeps bona aliena in præmium dare; sed tantum si in damnum venditoris, vel emptoris periculum rei venditæ pertinebat, & determinavit quod post contractam emptionem periculum ad emptorem, non ad venditorem spectat, & ideo pretium prædiorum per ipsum peti posse, *& ibi gloss. in verbo assignatas* non dicit, quod hoc possunt facere Principes, sed quod solent hoc facere, & allegat *text.* concordantem in *l. item si verberatum, §. 1. ff. de rei vendic. in versicul. Item si forte ager fuit, qui petitus est, & militibus assignatus est, modica honoris gratia possessori data*, & *glos. in verbo honoris* dicit *quasi esset dedecus, si ita gratis auferatur* non per hoc dicebatur probari, quod hoc Principi facere permittitur, & ideo *Ulpian. in princ. d. §. 1.* dicit ex necessitate, quasi quod coactus fuit à Principe.

Sed admissa opinione, quod hoc possit facere Princeps, id erit intelligendum respectu ipsiusmet Militis Veterani, qui propriæ vitæ periculo non pas-12 cendo, in servitio Principis, & Reipublicæ insudavit, & proprie sunt, qui emeriti nuncupantur, emerita enim dicuntur commoda Veteranorum, ut dixit *gl. in l. 3. in verbo emerita, ff. de re milit.* & multa de istorum emeritorum privilegiis tradit *Mut. Surgens in addit. ad Marc. Anto. Surgent.* ejus Fratrem *de Neapol. Illustr. cap. 22. num. 371.* de quo loco mentionem feci *consultat. 36. num. 32. volum. 1.* & *text. in dict. l. Lucius*, qui proprie loquitur de possessionibus Veteranis militibus, & non ejus hæredibus assignatis. Et quidem maxime est differentia inter unum, & alium casum, quia respectu militis Veterani viventis; ei succurrunt, ne is, qui diu in bello pro Reipublicæ servitio insudavit, coactus sit in ejus senectu-13 te fame perire, & propterea Imperator *Constantinus* multa privilegia Veteranis dedit, ut habetur, in *l. 1.* 14 *& tot. tit. C. de veteran. lib. 12.* quibus tamen non gaudent eorum filii, licet multa eis concedantur, ut in *l. 1. & 2. C. de filiis official. eodem lib. 12.* plene per *Regentem Constantium* Marchionem Corleti *in trib. lib. C. in d. rubr. de filiis official.* & novissime per *D. Hieronym. Altamiran.* qui eximium *tractatum* super *d. tit.* edidit.

Rursus dicebatur, quod iste largitas Principis in remunerando alios, sive hæredes ejus vasalli, qui in bellis inservivit, non dicitur verè remuneratio, sed donatio, quamvis enim bene faciat Princeps, explendo officium suum in se præbendo gratum, & liberalem suo subdito, etiam ultra ejus merita, ex *text. in l.* 15 *final. C. de offic. Præfect. Africa*, tamen non potest ad hoc cogi; vasallus enim tenetur operari Domino, sicut mulier ex debito officii tenetur operari viro, *Joan. Andr. in cap. per literas, de restit. spoliat. Arius Pinell. in l. 1. part. 3. num. 61. C. de bon. matern.* donatio 16 autem remuneratoria illa verè dicitur respectu eorum meritorum, quæ actionem parere possunt, ut dixit *De Pont. cons. 59. num. 17. volum. 1, & de potestat. Proreg. tit. 5. n. 24. cum sequentib. Resp. in l. si unquam, C. de revocand. donat. in 14. quæstion. versicul. secundo ista decisio*, ubi etiam *Tiraq. in verbo donatione largitus, nu. 106. versicul quarta declaratio*, & quanquam 17 in assertione dicatur, donari ob remunerationem servitiorum, attamen non per hoc est verè donatio remuneratoria, sed simplex, ut probant *Bald. Salyc.* 18 *Paul. de Castr.* & alii *Scribentes in l. si donatione, C. de collat.* ex quo infert *ibidem Dec.* quod quando verè donatio est remuneratoria, donans tenetur de evictione rei donatæ, quod tamen est intelligendum, quando merita sunt talia, quæ actionem pariant, sequitur *Loffred. in capit. Titius, si de feud. defunct. milit. fuerit controvers.* sed vasallo, qui servien-19 do ex debito officii donavit, ad emendam non teneri, fuit judicatum in causa Illustr. Ducis Suessæ, & Julii de Capua, de qua decisione mentionem fecit Idem *De Pont. in d. cons. 59. num. 22. & de potestat. Proreg. d. titul. 5 num. 24.* & *Ego in d. consult. 38. n. 16. & 23. Capibl. in pragmat. 3. de Baron. num. 67. Fab. de Ann. cons. 93. n. 29.*

Dicebatur tertio, quod quando Rex vult hæredi-20 bus vasalli hanc donationem remuneratoriam facere, non debet bona subditorum, sed propria donare, ut habetur ex *Regente Tapia in decis. 5. Suprem. Ital. Consil.* qui *DD.* affert, *Regens de Pont. cons. 4. num. 60. volum. 1.* quia mortuo vasallo necessitas donandi hodie non viget, taliter, ut non possit differri, usque quo Princeps magis commode de propriis bonis hoc facere possit, & propterea non debet bona subditorum auferre, & domanium per ipsam Uni-21 versitatem pretio quæsitum revocare, cum in raro tum licitum est Principi à contractu recedere, quatenus tractetur de publica utilitate, & non posset de suis bonis, urgentibus necessitatibus succurrere, ut dicunt omnes, & habetur ex *Andrea de Isernia in verbo extraordinario quæ sint regal. Capyc. in investitur. in verbo collectas, f. 116. versicul. temporib. necessitatis*, & in *decis. 51. Larrea decision. Gravat 30. num. 6.* & *allegat. fiscal. 3 num. 13.* & *Ego latè dixi decision. 198. numer. 69. cum sequentib. Don. Thomas del Bene* doctus Religionis Theatinæ Theologus *in tractat. de parlam. dub. 4. sect. 26.* & notant *Canonistæ in d. capit. quæ in Ecclesiarum de constit.* & ideo quan-22 do alia via, & modo providere possit, non debet bona subditorum auferre, *Menoch. cons. 307. num. 47. Georg. Acac. de privileg. lib. 6. capit. 16. numer. 4. Bernard. Grav. ad Gayl. practicar. conclusion. lib. 2. conclusion. 56. nu. 8.* latissimè & materia *Petr. Anton.* 23 *Petr. de potestat. Princ. quæstion. 8.* Et sic etiam in illis casibus, in quibus bona subditorum capere potest, tenetur pretium restituere, vel rependere damnum, *Menoch consil. 307 n. 8. & consil. 744 nu. 10. Coler. de process. exequut. part. 2. cap. 3. n. 316. Peregrin. d. jur. fisc. lib. 5. titul. 2. n. 2. & de fideicommiss. articul. 52. nu. 128. Valentin. Forster. in tract. de success. ab intest. lib. 6. cap. 36. nu. 5* & alii innumeri.

Et ex his dicebatur, quod cùm in hoc casu necessitas non taliter urgeret, quod non possit Princeps, si hæredes sui vasalli remunerare velit, illum dilatare, vel alio modo sui grati animi demonstrationem fe-

cere & non cum tam notabili detrimento dictæ Universitatis, quæ bis soluto pretio domanium obtinuit, & ut perpetuo in domanio Regis conservandam esse omnino Suæ Majestatis promissum fuit, inquietare.

Quibus addebatur, quod hodie non tractatur de remunerando Marchionem Montis Nigri, qui iam diu humanis cessit, neque ejus filios, cùm absque filiis decesserit, sed de Nepote ex Sorore de alia familia pro servitiis præstitis ab ipso Marchione, & ejus Fratre, & sic ista remuneratio non potest dici tam privilegiata, prout esset, si dictus strenuus mi-24 les viveret, nam qui Altari servit, de Altari vivere debet, *cùm secundum, cap. exterpanda, §. quia verò, de* 25 *prabend.* & naturali quadam actione, debeatur alimenta ei, qui servit, *l. in rebus, §. possunt, ff. mandat. l. item servo. D. de adilit. edict. l. cum duobus, §. si quis, D.* 26 *pro soc.* sed alimenta præterita non sunt ita privilegiata, sicut futura, *l. de alimentis, C. de transact. Maynard. decision. 91. part. 2.* ubi quod in præteritis cadit transactio, in futuris vero minime, & ideo alimenta de futuro semper debentur, præterita autem non debentur Judicis officio, sed jure actionis tantum, *Faber deffinition. 2. C. de action. & obligation.* & multas differentias colligit *Ricc. collect. decis. 548. & collect. 307. & 3521.* ubi habetur, quod alimenta futura sunt privilegiata, secus verò præterita.

Et tandem dicebatur, hunc casum fuisse decisum inter Universitatem Civitatis Regalis cum D. Joanne Diaquez, cui dicta Terra ob remunerationem servitiorum fuit concessa, sed non potuit obtinere prædictæ gratiæ executionem, stante oppositione facta ab Universitate, quæ obtinuerat privilegium domanii, ut per *Reg. Tap. d. decis. 5. Suprem. Ital. Consil.*

Pro parte verò prædicti Illustr. Ducis Jelsi plura 27 per ejus Advocatum considerabantur. Et primo, quod quamvis verissima sit conclusio, principem Supremum non posse jus ex convantionibus, aut aliquo quovis modo quæsitum, subditis invitis auferre, ut ex *gl. Bartol.* & aliis communiter habetur in *l. final. C. si contra jus, vel util. publ.* & *Ego* latè dixi 28 in *d. consultat. 38. num. 10. volum. 1.* Tamen verissima est etiam, & à nemine controversa alia conclusio, quod Princeps ex causa justa, & pro bono publico, & urgente necessitate hoc facere potest, ut supra diximus, & communiter asserunt *in DD. d. l. final. C. si contra jus, vel util. public. & in d. cap. qua in Ecclesiarum, de constitut.* & probat *Andr. de Isern. in d. Constitut. Ea, qua ad decus, & in d. § moneta, Mastrill. d. decis. 4. num. 359. Reg. Galeot.* latissima in allegatione *respons. Fiscal. 23. conclusion. 1. 2 & 3. Rodulfin. de potestat. Princip. d. numer. 162.* & *Ego d. consultac. 38.* quod absque dubio procedere dicebatur, quando Princeps pretium restituit, ut dixit *Andreas in §. & plaustrorum, n. 53. qua sint regal. Reg. Tap. d. decis. 5. nu. 57. Reg. Galeot. controvers. illustr. cap. 52. n. 21. lib. 1. Mastrill. de Magist. lib. 5. c. 4. n. 358.*

Et in hoc casu, justissimam esse causam, asserebatur, dum Rex Noster Invictissimus voluit remunera-29 re servitia tam benemeriti Militis, nam proprium est Principis, subditorum servitia, & merita remunerare, prout ex *Ægid. Lusit. in l. ex hoc jure lib. 1. cap. 10. titul. de just. & jur.* sub *num. 68.* & aliis fundavi *in dict. consultac. 38. num. 30. cum sequentib.* & proprium est Principis etiam esse munificum, & liberalem, ut ex *l. penultim. C. de donation. inter vir. & uxor.* colligit *Bolognet. cons. 2. num. 39.* & *Ego* scripsi in *consultac. 145. lib. 2. num. 123* & si commune est omnibus, 30 ut benefacientibus, ex obligatione antidorali retribuere teneamur, ad quod multa tradit exempla *Tiraqu. ll. in l. si unquam, in verbo donatione largitus, num. 67. Decian. respons. 25. num. 24. lib. 1.* quanto ma-31 gis in Principe, qui dicitur communi bono prepositus, *l. 2. § novissimo, ff. de orig. jur. l. final. C. de caduc. tollend. Seneca declam. lib. 1. capit. 4 & cap. 18. Lactant. Firmian. lib. 1. div. inst. capit. 1. Tepius de potestat. Princ. § 3. num. 12.* Adest etiam justa causa publicæ utilitatis, 32 cùm Reipublicæ valde sit utile, & necessarium, benemerentes remunerare, *De Pont. cons. 152. volum. 2. numer. 27.* quod etiam in subdito consideravit *Reg. Tapia in decis. Suprem. Ital. cons. 20. in princ.* loquendo de servitiis factis per Ducem Exercitus, & dat ra-33 tionem, quia Reipublicæ interest, ut accendantur animi ad serviendum in defensionem, vel acquisitionem Regnorum, propter spem futuræ remunerationis, qui latè etiam hoc comprobat in allegata *decis. 5. & num. 89.* usque ad 96. & subdit quod experientia docuit, quantum subditorum animum excitet Principis liberalitas, & quanti illius intersit, & publico conferat, & ideo jure merito dici potest, ut utile sit ipsimet Principi benemerentes remunerare, prout de Ecclesiis dixi *Borow de reb. Eccles. non alienand. cap. 8. Redoan. in eodem titul. rubric. 11. num. 64. tom. 15 tractat. fol. 419. Gratian. disceptation. forens. cap. 202. num. 6. tom. 2.* qui ex hoc infert, quod stante statuto, ut donum aliquod non possit fieri de bonis 34 Communitatis, nisi sex partes consilii concordarent, ex causa tamen remunerationis possunt quatuor partes ex septem, & sic major pars remunerationis causa, tali statuto non obstante potest donare, *Alber. in 1. part. statut. quæstion. 102. Tiraq. in d. l. si unquam, in verbo donatione largitus, num. 32. versic. & hoc majorem*: quod tamen magis erit considerandum in subdito, quam in extero, Principis enim 35 valde interest, proprios habere subditos virtute pollentes, militari arte conspicuos, eorumque animum publico bono intentum, ad Hostium prædationem accensos, ut non cogatur exteros mendicare viros, 36 etiam cum magnis stipendiis, nam subditorum obsequiosior, & constantior est servitus, & magis secura, & incorrupta fides, quæ stabile facit, & æternum Imperium, ut dixit *Quintus Curtius de gestis Alexand. lib. 8.* nec facile suæ Reipublicæ deficiunt, qui illius bona, & propriam, & suorum beatitudinem collocatam agnoscunt. Et ex his concluditur, quod in eos grandior, & magis exemplaris debet esse Principis liberalitas, ut alii parvæ conditionis ad proprii Regis, servitium accendantur, & eorum opulentia, decor, & fælicitas in ipsiusmet Principis gloriam, atque utilitatem redundent.

Ex quibus apparere dicebatur responsionem ed ea, quæ in contrarium opponuntur, quod scilicet donatio remuneratoria facta subdito non potest dici 37 verè remuneratoria, quia tenetur ex debito officii Domino servire, prout de uxore dicitur, quæ ex debito officii tenetur præstare obsequium, & operari viro, *Joan. Andr. in repetition. cap. per literas, de restitut. spoliat. Joan. Lupus in cap. per vestras, de donat. inter vir. & uxor. num. 30. Arius Pinellus de bon. mater. l. 1. part. 3. num. 61. De Pont. cons. 59. num. 17. volum. 1. & de potestat. Proreg. titul. 5. num. 24.* & alii per *Me* alle-38 gati *dict. consultation. 38. num. 14. cum sequentib.* Quia etiam in subditis, vel aliis, qui ex naturæ debito ad obsequia sunt astricti, remuneratio bene cadit, ut habetur in *l. etiam, §. ex præterito, ff. de manumiss. vindict. l. de emancipatione, C. de legit. hared. l. cùm pater, §. rogo, D. de legat. 2. l. fœmina, C. de secund. nupt. §. 1. in Auth. de non elig. secun. nuben.*

Difficultas residere videbatur in hoc articulo, si pro servitiis à subdito suo Principi factis detur actio, quia, ut supra diximus, donatio remuneratoria, quamvis dicatur largo modo, quando fuit facta subdito, tamen revera potius simplex, quam remuneratoria 39 dici potest, quæ ea verè dicitur, quæ tribuit actionem adversus remunerantem, ut dixit *De Pont. d. cons. 59.* ubi

ubi sic decisum refert in causa Ill. Ducis Soessæ, & Julii de Capua, quem sequuti fuerunt *Reg. Valenz. vol. cons. 99. Reg Rovit. cons. ult. Reg. Constant. ad 3. lib. C. in l. 1. & 2. de filiis official. num. 40.* & fundat *Pinel. in loc.* proxime citato, tamen quod etiam remuneratoria verè dicatur, contra opinionem *Pinelli*, probant *DD.* per *Me* adducti in sæpius allegata *consultation. 38. nu. 22. cum sequentib.* ubi *num. 26.* concordantur opiniones inter servitia, & obsequia tam ingentia, & excessiva, quod remunerantis animum cogant ad ea remuneranda, prout exemplificat *Tiraquell. in d. l. si unquam, in verbo donatione largitus, nu.* 108. Alia verò servitia communia, quæ faciunt milites, quamvis Princeps remunerare soleat, hoc potius Regis munificentiæ, quam pro debito ei ascribendum est. Hinc dicebat Dux Jelsi, quod cùm sententia Marchionis Montis Nigri fuerint ingentia, & satis ultra debitum subditi, debebat hæc donatio verè dici remuneratoria.

Nec tandem dicebatur, obstare, quod hæc erant

40 servitia præterita, quia concessio remunerationis causa facta, semper fit pro servitiis præteritis, non autem pro futuris, *Imol. in l. Attilius Regulus, D. de donation. Jason. in l. ex hoc jure, ff. de justit. & jur. in 1. effect. Paul. Castr. cons. 345. lib. 1. Cavall. commun. contra commun. quæst. 273. num. 20.* & de præteritis servitiis loquitur *text. in d. l. Lucius ff. de evict.* Et illud, quod dicitur, quod servitia facta à subdito non pariant

41 actionem, procedere posset in illis militibus Veteranis, qui Sacramenti vinculo in militia ascripti, militari privilegio gaudent, de quibus per *gl. in l. milites omnes 45. ff. ex quibus caus. major.* qui loco stipendii prædia assignata habebant, ut dicit *glos. in l. milites*

42 *plane, in fi. ff. eodem tit.* & Miles Veteranus dicitur, nedum legionarius, sed omnis, qui qualitercunque militaverit, ut habetur in *text. in l. sed & milites 10. §. qui autem, versic. Veteranus autem ff. de excusat. tutor.* quibus omnibus ad eorum beatitudinem augendam ex debito Imperator *Constantinus* se obligatum profitebatur in *l. 1. C. de veteran. lib. 12.* & istis de militiæ missis castrensibus stipendiis otia quieta assignabantur, *l. final.* ubi *gl. in verbo meruerant. C. de mancip. & colon. lib. 11.* quamvis ad militiam reversuri non

43 essent, *l. nullus C. de veteran. eodem lib. 12.* Secus autem erit observandum cum Exercituum Doctoribus, qui tam insignia, & præclara servitia, cum tanto suorum vitæ discrimine diu in beneficium Reipublicæ, & sui Principis elaborarunt, respectu quorum aliqua est facienda differentia cum aliis militibus, & proinde revocari non posse remunerationem eis datam, fundat *Reg. Tap. decis. Suprem. Ital. Consil. 6.* ex Doctrina *D. Thom. 2. 2. q. 106. art. 3. n. 4.* & in uxore firmat *Sanchez de matrimon. lib. 6. tit. 6. nu.* 4. qui alios congerit, & *Ego in d. consult. 38. num. x7.* Et propterea potuisse Regem Nostrum propter causam publicam, ut est remuneratio servitiorum factorum Coronæ

44 alienata bona domanii, non obstante promissione de non alienando, dixit *Socin. senior cons. 4. volum. 3. nu. 10.* quam opinionem fuisse sequutam per Sacrum Consilium, habetur ex *Ann. allegat. 50. num. 2. in fi. & allegat. 69. & 87. Menoch. cons. 962. & 1003 num. 18. Reg. Tap. d. dec. 5. n. 95.* alias decisiones refert *Reg. Galeota l. respons. 23. n. 307.* & sic decisum dicebatur in causa Illustr. Marescialli Comitis Octavii de Piccolominibus, nunc ex Regia largitate Amalphiæ Ducis, de qua causa *dec. 144.* compilavi, ubi multa ad materiam adduxi.

45 Et propterea hanc conclusionem, quod in remunerationem servitiorum, quia ad publicam pertinet utilitatem, ex *text. in d. l. Lucius* possit Princeps bona aliena auferre, & militib. assignare, probaverunt *Bart. in l. quæcunque C. de fid. instrum. & jur. hast. fisc. lib. 10. nu. 4. Angel. in l. 3. §. si is, pro quo. ff. quod quisque jur. Joan. Fab. in l bene à Zenone, C. de quadrien. præscr. Dyn. in c sine culpa, nu. 1 de regul. jur. in 6. Alex. cons. 94 nu. 8. lib 1. Surd. aliment. privil. 77. nu 11. tit 8. Rom. cons 310. Fulgos. cons 143. num. 3. Paul. de Cast cons. 178. lib 1. in fi Socin. sen. cons. 4. lib. 3. num. 10. & in seqq. Jason. cons 227. lib. 2. num. 35. Socin. jun cons 113 num 5. & cons. 17. num. 4. lib. 2. Dec. cons. 269. & 271. n. 3. & 7. & cons. 390. num. 10. & 498. nu 24. Anan. cons. 81. n. 4. versicul. præterea communiter Gozadin. cons. 1. num. 36. Natta cons. 512. num. 19. lib 3. Bellon. cons. 2. Decian. cons. 41 nu. 29. lib. 3. Paris. cons 4. num. 42. & cons 22. n. 44. Bolognet. cons. 2. num. 46. in fi. Roger. cons. 49. n. 23. cum seqq. Peregrin. de fideicom. d. art. 52. num. 128. & cons. 4. nu. 2 lib. 1. Gabriel de jure quæsit. non tollend. conclus. 1. num. 36. & conclus. 5. num. 38. Cancer. variar. resolution part 3. c. 13. num 91. Restaur. Castal. de Imperat. quæst. 98. Petr. de potestat. Princip. c. 31. q. num. 5. nu. 32. Gratian. discept. forens. cap. 997. numer. 10.* & ex nostris Regnicolis *Afflict. decision. 362. Capyc. d. decis. 166. Grammat. cons. civil. 160. num. 10. & cons. 169. num. 14. & decis. 1. & 66. num. 2. Viv. commun. opin. tit. Princeps, Joan. Thom. de Marin. de feud. titul. x. num. 57. lib. 2. Reg. de Bart.* in suo *divers. feud. cap. 10.* incipient. *potest quoque feudum, num. 22. Reg. Rovit. in Pragmat. 1. ubi de delict. quis conven. debe. num. 20. Consiliar. de Georg. in repetit. feud. cap. 55. num. 30. Reg. Tap. in decis 20. nu. 18. Suprem. Ital. Consil. & num. 49. De Ponte cons. 132. volum. 2. num. 27. Reg. Galeot. controvers. illustr. c. 55. nu. 53. lib. 1. Reg. Constant. ad 3. lib. C. in l. 1. C. de vend. rer. fiscal. lib. 10. n. 67.*

46 Dicebatur etiam, in dicta promissione domanii non adfuisse Regis Nostri approbationem, quæ necessariam esse, dixit *Reg. Rovit. d. cons. 99. lib. 2. num. 8. cum sequentib.* alias quamvis pecunia in ejus beneficium sit versa, non tenetur, nisi ad pretii restitutionem, & *ibi* ita dicit, fuisse servatum in venditione Civitatis Tropeæ facta Illust. quondam Principi Scillæ, & sic etiam in causa Augustini Moneglia cum Philippo de Bernardo circa officium Doganerii Menæpecudum Apuliæ, ad relationem Spectabilis Regentis Matthiæ Casanatæ, morum suavitate, ac doctrina numquam secundi.

Nec decisione in eadem Civitate Regalis relata per *Regentem Tapiam in d. dec. 5.* dicebatur, esse curandum, *ibi* enim plura concurrebant, quæ in isto casu non militant. Et primo, quia revocatio domanii fuit facta absque refectione damnorum, ut asseritur *in d. decis. 57.* Hîc verò pecuniam ab Universitate solutam restituendam esse supponitur, &, ut supra

47 diximus, in revocatione gratiæ, vel concessionis enim omnia pretium esse restituendum, *Bald. consil. 13. num. 68. lib. 3. Natta consil. 275. num. 4. Menoch. consil. 75. num. 86. Paschal. de virib. patr. potestat. part. 1. cap. 1. num. 70.* Secundo, ratio principalis, & fundamentalis dictæ decisionis fuit, quia dicta Terra erat posita in finitimis Regni, & poterat esse unum ex fortissimis Regni propugnaculis, & satis intererat, sub Regio domanio conservari, ut in eadem decisione asseritur, quod etiam fuit consideratum in venditione Civitatis Trani, quæ nondum erat finitima, sed habebat portum, licet hodie non satis aptum in Mari Hadriatico, quæ rationes non militabant in dicta Terra Guardiæ, quæ erat satis parvæ conditionis, & Mediterranea, & propterea nullum poterat considerari inconveniens, nisi quod pro domanio obtinendo solveret pretium, cujus pretii offerebatur restitutio, & sic omnes amaritudines cessabant, & potuit

48 Noster Monarcha etiam de potestate ordinaria domanium à se concessum revocare, *De Pont. cons. 70. nu. 35.* quod maxime procedit, pretio restituto *Isern.* & omnes alii *Scriben. in c. 1. §. similiter, de Capit. qui cur. vend. &* quando id facit ex causa, prout ait ob remunerationem servitiorum factorum Principi, ejusque

ejusque Coronæ, ut ex *Mnuoch.* & aliis *dec.174.nu.56.* supra diximus.

Quibus replicabatur per Universitatem, quod *DD.* longa serie supra congesti, aliud non fundant, nisi quod possit Princeps ex causa publica juri ter-49 tio quæsitu derogare, & quanquam inter alia ed hanc conclusionem fundandam adducant *text. in d. l. Lucius, de eviction.* & ex hoc forsan collegit pars adversa, quod remuneratio servitiorum dienne causa publica, tamen dicto *text.* supra fuit plene responsum, quod debet intelligi in casu suo, scilicet respectu Ipsiusmet, qui militavit, non autem de eis hæredibus, cùm maxima sit inter unum, & alium casum differentia, & non loquitur *text.* in servitiis subditorum, qui ex debito officii ad obsequia, & servitia suo Domino sunt astricti, prout supra fuit fundatum. Relata hac consultatione Reg. Cam. in Collaterali Consilio sub die 27. Maii 1647. fuimus in paritate votorum, & datis Adjunctis Dominis Regiis Consiliariis Thoma de Aquino, Aloysio Gamboa, & D. Benedicto Trelles Marchione Toralui, similiter causa terminari non potuit propter paritatem votorum, pro qua dirimenda fuerunt etiam dari alii Adjuncti. Deinde non fuit amplius tractata causa, ex quo supervenerunt literæ Suæ Catholicæ Majestatis, quibus declarabatur, omnes concessiones factas de feudis in remunerationem servitiorum exequendas esse in iis feudis, quæ ob defectum legitimi successoris, vel ex alia legitima causa in posterum ad Regiam Curiam devolverentur. Penes Grimaldum Regium à mandatis Scribam pro Tagliavia.

OBSERVATIO IN DECISIONE CXCIX.

SUMMARIUM.

1 Dom. Consiliarius Franciscus Maria Pratus *laudatur.*

2 *Militia an nobilitet.*

Miles an gaudeat nobilitate, & quis miles ibidem.

Capitanei Guerrarum sunt spectabiles, & æquiparantur Proconsulibus, ibid. Gaudent privilegiis militum etiam finita militia n.5.

3 *Dignitas, an sit idem, quod nobilitas.*

Dignitas an faciat aliquem nobilem, ibid.

Nobilitas inest dignitati, non à contrà regulariter, ibid.

Dignitatem habens, habet etiam nobilitatem, non è contra regulariter, ibid.

4 *Nobilis, qui semel effectus est, semper ejus nobilitas durat.*

Miles, qui propter militiam effectus est nobilis, etiam si non inserviat militiæ, adhuc retinet nobilitatem, ibid. & nu.5.

Nobilitas, quæ acquiritur ex militia, an sit perpetua, vel solum dum miles militiæ inservit, ibid. & nu.5.

5 *Milites, etiam si non militent, retinent privilegia militaria.*

Privilegium concessum militi propter expeditionem militarem, habet locum etiam in militibus non militantibus, ibid.

Capitaneus militiæ etiam si desinat esse Capitaneus, adhuc dicitur nobilis, ibid.

6 *Nobilis declaratus per sententiam una vice, semper taliter judicari debet.*

Inquisitus, qui una vice declaratus est nobilis per sententiam, & ad pœnam nobilium condemnatus, etiam iterum alia vice taliter judicandus est, ibid.

Nobilitas semel declarata per Judicis sententiam, semper uti talis judicari debet, ibidem.

7 *Sententia lata in causa nobilitatis, vel ignobilitatis facit Jus etiam inter alias personas, tanquam lata in causa status.*

8 *Milites, qui non sunt de progenie militum ex linea paterna, an sint admittendi ad militarem militiam.*

9 *Doctores, qui non sunt filii Doctorum, an assumendi sint ad efficia publica, ut puta in Judices M. C. V.*

10 *Senes, non juvenes assumendi sunt ad officia, regimina, & guberniæ, & num.11. usque ad 15. limitatur num. 16. & 17.*

Officia publica, & gubernia debent conferri senibus non juvenibus, ibidem & num 11. usque ad 15. limitatur nu.16 & 17.

Roboam, *qui derelicto consilio senum, & adhæsit consilio juvenum, fuit a Populo derelictus, ibid.*

Juvenes non sunt eligendi ad officia publica, & regimina, sed senes, & num.11. usque ad 15 limitatur tamen nu.16. & 17.

11 Hierusalem *propter malum regimen, pessimè fuit gubernata, quia Principes erant juvenes ætate, & juniores moribus.*

12 *Officiales assumendi ad judicandum, vel ad gubernium Civitatum, & locorum, quæ requisita habere debeant, & num.13.14.16. & 17.*

Judices quæ requisita habere debent, ibidem & num.13. 14. & 16. & 17.

Syndici, & Electi, qui assumuntur ad gubernium Civitatum, & locorum quales esse debeant, ibid. & nu.10. usque ad 15.16 & 17.

13 *Judices qui jussu Dei eligebantur in Israel ad judicandum, debebant esse senes.*

14 *Senatus dicitur, quasi consilium senum.*

Senatus sic appellatur, quia ex senibus constare debet, ibid.

Senes dicuntur habere tertium quendam oculum, quo rerum eventum facilè prospiciunt, ibidem.

Senibus competit prudentia, consilium, sententia, & auctoritas ibid.

Juvenibus competunt vires, ibid.

15 *Deus propter peccata Populi, permittit regnare malum hominem, & eligi ad officia publica, & ad gubernia juvenes relictis senioribus.*

16 *Senes quando non sunt eligendi ad officia, & gubernia.*

Senes, quæ requisita habere debent, ut possint ad officia, & gubernia eligi, & assumi, ibid.

17 *Juvenes quando sunt eligendi, & assumendi ad officia publica, & gubernia.*

18 Guardia Campoclari, *quæ est sub Regio Domanio sita in Provincia Comitatus Molisii in Regno Neap. non propterea debet vocari Guardia Regia, ut malè ab ipsius Civibus denominatur.*

Guardia Campoclari, *sic denominatur ad distinctionem aliarum Terrarum ejusdem nominis, ibid.*

Conferunt ad hanc decisionem, & ad tuenda Jura hujus Terræ Guardiæ Campoclari, ea, quæ adduximus supra in *obser. in dec.174.* ex *Allegationibus*, quas ibi retulimus *D. Joan. Baptista Confalone*, à 1 *fol.181. cum seqq.* Atque iisdem conferunt, quæ *D. Pratus* doctissimè exaravit in *tom. 2. discept. forens. cap 25.* proptereà ad utraque me remitto.

2 Et cum *num. 4. vers. hinc*, fiat mentio de milite, qui inservit in exercitibus Suæ Catholicæ Majestatis; observandum putavi, An militia nobilitet, & an nobilitate gaudeat miles.

Et in hoc dubio quamvis *glos. in l. unica, C. de*

de equestr. dignit. lib. 12. dicat, quod simplex militia non sit dignitas numerata inter gradus dignitatis, quas enumerat *tex. in l. fin. C. de decur. lib. 10.* quia est quædam dignitas in genere sumpto, ut per *Joann. de Plat. in d. l. unica, & in l. 1. C. de dignit. lib. 12.* Tamen negari minimè potest, quod quando militia est cum præpositura, ut sunt Capitanei, sivè Caporales, prout exemplificat *Afflict.* qui primum locum tenent, sivè sint equestres, sivè sint pedestres habentes sub se viros militantes, quod dicti Capitanei dignitatem habent, ad *tex. in d. l. unica, & in l. 2. in princ.* ibi, *Præclaram, nobilemque militiam, C. de primic. & secundic. lib. 12.* tenet *Afflict. in Constit. Regn. incip. Constitutione præsenti, num. 1. in 1. notab. de nov. milit.* qui Capitanei appellantur Comites rei militaris; ut ait *Luc. de Penn. in l. 1. C de Comit. rei milit. lib. 12.* & adornantur insignibus Proconsulis Provinciarum; ex regula *tex. in l. 2. C. eodem tit. & Joan. de Plat. in d. l. 1.* dixit, quod Capitanei guerrarum, qui mittuntur extrà Patriam, in dignitatibus sunt pares Proconsulibus, ut concludit distinguendo *Cassan. in tract. glor. mund. part. 9 in 19. consider.* quod Capitanei guerrarum sunt spectabiles, Proconsulibus equiparantur, & dignitatem fovent.

3 Quæ dignitas idem est quod nobilitas, prout facit aliquem differre à Plebeis, ut per *Bartol. in l. 1. nu. 46. C de dignit. lib. 10. Tiraquell. de nobilit. cap. 8. nu. 3. & 10. in fine,* ea ratione, quia nobilitas inest dignitati, & qui habet dignitatem, habet nobilitatem, licèt regulariter non è contrà.

Sed de hac quæstione latè tractat *Tiraquell. loc. cit. eodem cap. 8. per totum.* ideò ad illum te remitto.

4 At an ista nobilitas sit ad tempus, dum inservit, vel continuò, etiam dum non inservit, & responderi posset, quod qui nobilitatem taliter obtinuit, ut qui semel effectus est miles, is quoque semper sit nobilis, ut per *Tiraquel. in d. cap. 8. n. 1. & 2.* Quod etiam procedit in militibus non militantibus, qui gaudent tali militari privilegio; nam licèt privilegium detur militi propter expeditionem militarem, quæ dum cessat, facit cessare prærogativam militarem, non tamen cessat privilegium, & licèt Capitaneus esse desierit, adhùc nobilitas semel acquisita per memoriam vivit, *l. fin. ff. de decur. l. unica, § servus, si primo, ff. de quæstion.* videndus *Belluc. in spec. Princip. tit. de milit gravam rubr. 20. § quia post Ecclesiam, n. 18. 19. & 20.*

6 Itidem observandum, quod si quis inquisitus, una vice fuit judicatus, ut nobilis, in alia vice ità judicari debet, quia post judicaturam Judicis auctoritate; fuit nobilitas confirmata, ad *tex. in Constit. Regni incip. Divina Justitia, in fine, de nov. milit.* ibi: 7 *Si auctoritate Judicis obtinuerit,* & sententia lata in causa nobilitatis, qua videlicèt, quis est declaratus nobilis, vel ignobilis, facit jus ubiquè non solùm pro illo, sed etiam inter alias personas, tanquam lata in causa status, & conditionis personæ, *Tiraquell. dict. tract. de nobilit. cap. 37. num. 1.* ubi *nu. seqq.* latè de hac materia discurrit.

8 Denique cum *Constitutionem Regni. Divina Justitiæ,* jam suprà proximè allegavimus; Observare non desino ea, quæ docuit ibi *Afflict. num. 2. notab. 2.* & adnotavit, Nempè, quod sicut novelli milites, qui non sunt de progenie militum ex linea paterna, secundum *glos. & Andr. de Isern. ibidem* (& habetur in sequenti *Constitutione incip. Constitutione præsenti, tit. de honor. milit. Judic. & Notar.*) non sunt admittendi, sed repellendi à militari militia, (quod tamen non servari in hoc Regno Siciliæ, sed solum in Regno Franciæ se audivisse servari dixit *Barthol. de Capua in eadem Constitut.*) Ità novellos Docto9res, qui non sunt filii Doctorum, non esse assumendos ad officia publica magna, utputà in Judices in M. C. V. ubi aguntur causæ meri, & mixti Imperii, feudalium quaternatorum, & in istis officiis 10 seniores, & non juvenes eligendos esse, prout dicitur *Ecclesiastici cap. 25. vers. 6. Quam speciosum canicies judicium,* & Dominus præcepit Moysi *Exodi cap. 3. vers. 16. Congrega seniores Israel,* & secundum *D. Ambros. in Hexameron homil. 1. Senectus est in Consiliis melior;* Nam legitur *3. Reg. cap. 12. vers. 7. 8. 13. 14. cum seqq.* quod Roboam, qui dereliquit consilium senum, adhærens consilio juvenum, fuit à Populo derelictus; Aliaque exempla adducit *Afflict.* 11 *ibidem,* & quod Civitas Hierusalem propter malum regimen, pessimè fuit gubernata, quia Principes, qui remanserant erant juvenes ætate, & juniores moribus, ex quo insurrexerunt divisiones, & contentiones multæ, & miseriæ magnæ in Populo. Hæc omnia *Afflict.*

12 Et ô utinam hodiè ista, quæ docuit *Afflict.* ubiquè observarentur, scilicèt tàm Judices, & officiales pro Justitia administranda, quàm hi, qui ad Regimen, & gubernium Civitatum, & locorum eliguntur; Non juvenes, sed seniores essent ætate, moribus, scientia, atque prudentia, juxtà illud *Exodi cap. 18 vers. 21. Provide autem de omni Plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, & constitue eos Tribunos & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, qui judicent Populum omni tempore.*

Hinc olim Jussu Dei septuaginta senes erant Judices Israelis.

13 Ut *Numer. cap. 11. vers. 16. Dixit Dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes Populi sint, ac Magistri, &c. Et auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus Populi,* Et *vers. 24 Venit igitur Moyses, & narravit Populo verba Domini, congregans septuaginta viros de senibus Israel, &c.* Et *Deuteronom. cap. 1. vers. 13. Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conversatio sit probata in tribubus vestris, ut ponam eos vobis Principes, &c. Tulique de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, & constitui eos Principes, Tribunos, & Centuriones & Quinquagenarios, ac Decanos, qui docerent vos singula Præceptique eis, dicens: Audite illos, & quod justum est judicate.*

14 Et *Cornel. à Lapide in comment. in Ecclesiastic. super d. cap. 25. in cit. vers. 6.* super illis verbis. *Quam speciosum Canicies judicium,* sic ait: *Vires sunt juvenilis ætatis, at prudentia, consilium, sententia, & auctoritas senectutis.*

Subdens, quod Judices solent deligi grandævi, & senes, tùm ob auctoritatem, tùm ob sedatas animi passiones. Et quod Senatus dicitur quasi Consilium senum, ut ait *Cicer. de senectute.* & *Livius lib. 7. Justin. lib. 43.* Undè Romæ Senatus sic appellatus, quòd ex senibus constabat. Indè *Ovid. lib. 5. fastorum:*

Nec nisi post annos patuit tunc Curia sacros
Nomen, & ætatis mite Senatus habet.
Jura dabat Populo senior, finitaque certis.
Legibus est ætas, undè petatur honos.

Accedit experientia (ut habetur in *Theatr. vitæ hum. tom. 5. in q. Utrum in Magistratu legendo, ætatis ratio sit habenda, fol. 159. lit. F.*) & rerum multarum usus, ut tertium quendam oculum senes habeant, quo rerum eventus facilè prospiciunt.

Undè cum dicitur in *cit. loco Ecclesiastic. Quam speciosum Canicies judicium.* Tigurina vertit: *Quanto est ornamento Canicies jurisdictio, & cognitio consilii senibus.* Afferens idem *Cornel. ibidem.* Illud celebre, sapiensque Gregorum dictum.

Opera sunt juvenum, Bella Virorum, & consilia sunt senum.

Ac etiam id, quod dixit *S. Hieron epist. 2. ad Nepotianum* per hæc verba;

Sen ctus

Senectus eorum, qui adolescentiam suam honestis artibus instruxerunt, & in lege Domini meditati sunt die, ac nocte, ætate fit doctior, instructior, processu temporis sapientior, & veterum studiorum dulcissimos fructus metit: Undè, & sapiens ille Vir Greciæ Temistocles, cum expleta 107. annis se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere, quod tunc egrederetur è vita, quando sapere cœpisset; Plato 81. anno scribens mortuus est; Isocrates 99 annos in docendi, scribendique labore complevit.

15 Sed si aliter fit, & juvenes eliguntur in Judices, & officiales, atque ad gubernium Civitatum, & locorum, postpositis senibus; Id permittit Deus castigando, & puniendo, juxtà illud *Job cap. 34. vers. 30. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata Populi.* In quo loco *S. Gregor.* sic ait: *Sic ergò secundum merita subditorum tribuuntur personæ Regentium, ut sæpe, qui videntur boni, accepto mox Regimine, permutentur.*

16 Advertendum tamen est, non omnes senes eligendos esse, ut suprà ad officia publica, & gubernia, prout de illis senibus Susannæ, de quibus habetur *Daniel. cap. 13. num. 5.* ibi: *Et constituti sunt de Populo suo senes Judices in illo anno, de quibus loquutus est Dominus, quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus Judicibus, &c. Qui quidem everterunt sensum suum, & declinaverunt oculos suos, ut non viderent Cœlum, neque recordarentur Judiciorum justorum*, qui volebant commiscere cum Susanna, vulnerati amore illius, & obcæcati à lascivia commiserunt illud detestabile crimen; sic de aliis senibus imperitis insensatis, & improbis dicendum est; sed illos tantùm senes eligi debere de quibus loquitur *S. Hieronymus jam suprà adductus*, qui scilicèt, adolescentiam suam honestis artibus instruxerunt, & in lege Domini meditati sunt die, ac nocte, & qui præditi sunt prudentia abhorrentes munera, & qui non respiciunt ad carnem, & sanguinem, & ad propria commoda, sed ad publici interesse, & nè pauperes gravenrur, sic etiam dicendum de Judicibus eligendis; sed neque omnes juvenes excludendos, ut mox dicemus.

17 Concludendum igitur videtur, non esse semper à Magistratibus, & officiis publicis excludendos juvenes, sed tantùm rerum imperitos, ac rudes; Illi verò, qui fervendi studio pollent, & probatæ vitæ atque timoratæ conscientiæ sunt; conjungendi usque cum senibus in dictis Magistratibus, & officiis publicis, sicuti de vino nimis forti scribit *Plato* esse diluendum illud aquâ: Ità conjungendum esse cautionem seorsim cum fervente studio adolescentium, ut ait *Plutarch. in gerenda Reip. præcept.*

18 Terra Guardiæ Campoclari, de qua in hac decisione, quæ est in Provincia Comitatus Molisii in Diœcesi Boianensi, dedignatur, sivè dedignantur illius Cives, hodiè vocari dicto nomine *Guardia Campochiaro*, & volunt vocari *Guardia Regia*, ex quo est sub Regio domanio; sed falluntur dicti Cives, quia ideò denominata est antiquitus *Guardia Campochiaro*, ad distinctionem (ut credo) aliarum Guardiarum; cum in hoc Regno adsint multæ Terræ sub hoc nomine *Guardia*, & proindè unaquæque habet aliud pronomen, ut distinguatur ab aliis; prout in hoc eodem Regno adsunt *Guardia Grele*, *Guardia Sanframundo*, *Guardia Lombarda*, *Guardia humana*, *Guardia Alferes*, *Guardia Bruna*, & ipsa denominatur ab antiquissimo tempore *Guardia Campochiaro*, quia est propè Terram Campoclari, & ità in Cedulariis, & libris Regii Patrimonii existentibus in Regia Camera Summariæ manet descripta etiam hodiè, prout antiquitus, & in omnibus ordinibus, & provisionibus Regiis emanantibus tùm à Regia Camera, tùm ab Excellentissimis Dominis Proregibus *Per Scrittoria*, semper ità denominatur *Guardia Campochiaro*, etiam postquam fuerunt sub Regio domanio; Poterit esse quoque alia causa, nobis hucusque incognita talis denominationis *Guardia Campochiaro*; Ideoque non debent illius Cives ad eorum libitum mutare nomen *Guardia Campochiaro* in *Guardia Regia*: Non enim omnes Terræ Regiæ, sivè, quæ sunt sub Regio domanio vocantur hoc nomine Regio; Nec dicitur Capua Regia, Aversa Regia, Salernum Regium, Luceria Regia, Foggia Regia, & cæteræ consimiles Civitates, & Terræ; potest namque dari casus, ut sit in hoc Regno altera Terra, quæ similiter vocetur *Guardia*, & sit etiam sub Regio domanio; & sic confunderentur nomina, & nesciretur qualis Guardia Regia esset, & proindè ad distinctionem alterius, rectè, & optimo jure vocatur *Guardia Campochiaro*.

Michael Angelus Gizzius.

ARGVMENTVM.

Liquidatio instrumenti ad formam *Rit. 166. M.C.V.* in quo Tribunali sit facienda; Et an, & quando possit per alia Tribunalia Suprema impediri, & in quibus casibus.

Novatio quomodo, & quando Inducatur, & excludatur. Et quid quando emens à Fisco Civitatem, vel aliud feudum, & pro pretio alteri Tertio se obligasset, qui stante dicta obligatione quietavit Regium Fiscum pro credito, quod cum eo habebat, & Universitas per eundem Principem fuisset admissa ad domanium, an creditum dicti Tertii sit transfusum in contractu mutui cum dicto emptore, & cui competat actio contra Fiscum venditorem pro evictione. Et an resoluto dicto casu contractu venditionis, remaneat jus dicto Tertio agendi pro ejus credito, quod habeat, prout prius, stante quod causa, propter quam se obligavit ille Tertius, fuit redacta ad non causam.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentorum liquidatio servata forma* Rit. *ex dispositione* Reg. Pragmat. *non potest impediri, prætextu litis ordinariæ, in aliquo Tribunali intentatæ sive ante, sive post citationem super tenore instrumenti sit cœpta.*

2 *Instrumentum liquidum in Regno tunc dicitur, ad hoc ut possit habere exequutionem paratam, quando non est conditionatum, neque pactionatum.*

3 *Instrumenti liquidatio in Civitate Neapol. fit in M.C.V. per Judices civiles ipsius, in quo Tribunali ex ejus præeminentia proceditur contra omnes, cujuscunque dignitatis sint, & n. 42. & 43.*

4 *Sac. Cons. in causis criminalibus, & liquidationis instrumentorum non potest inhibere M.C.V.*

5 *Instrumentum via* Rit. *liquidari minime potest, quando emptor docet de evictione sequuta, vel imminente.*

Intellige, ut num. seq. ad explicationem text. in l. post perfectam, C. de evict. *& num. 9. ubi afferuntur decisiones.*

7 *Pactum quod venditor non teneatur de evictione, licet sit contra naturam contractus, tamen non est contra substantialia, & sic valet.*

8 *Venditor licet re evicta teneatur ad pretii restitutionem, quando generaliter est conventum, ut non teneatur de evictione, tamen secus est, quando particulariter, & in specie fuit conventum.*

10 *Pactum factum à creditore, qui insistit pro venditione alicujus rei, non teneatur de evictione, est validum, & evictione sequuta nullam emptor*

ptor habebit exceptionem, quominus pretium solvat, n. seq. & 28.

12 Novatio regulariter nunquam inducitur, nisi pressis verbis, & n. 51. & 52.

Et an inducatur ex conjecturis, & ex interventu novæ personæ. nu. 53.

Et an saltem inducatur ope exceptionis, num. 54.

Limita, ut nu. 13. & nu. 55.

14 Duo repugnantia simul stare non possunt.

15 Debitor ex causa mutui potest etiam constitui ex diversa obligatione antecedenti.

16 Solutione ejus, quod debetur omnis tollitur obligatio, & nu. 71.

17 Mutui actio oritur ex juris fictione, quamvis pecunia à mutuataria non sit numerata, sed ab alio ipsius nomine.

18 Contractus depositi potest converti in contractum mutui ex sola voluntate deponentis, & depositarii, absque eo, quod de loco moveatur, vel tangatur.

19 Contractus ex consensu contrahentium facile potest mutari in alium.

20 Consensus contrahentium dant formam contractibus, & possunt constituere bonas obligationes.

21 Contractus emptionis, & venditionis constituitur etiam ex fundo dotali æstimato, in dotem dato.

22 Instrumentum mutui, dependens à contractu emptionis potest liquidari, etiam re vendita non tradita.

23 Instrumentum mutui dependens ex capitulis matrimonialibus patitur eisdem privilegiis antecedentis contractus; ubi declarantur dicta per Authorem in dec. 38. & in quo casu procedere potest dict. decisio, & alia Capycii 153. qui contrarium videtur tenere, & nu. seq.

25 Subrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum est facta subrogatio.

26 Novatio cadere non potest in contractu, qui celebratur pro observantia, & implemento primi contractus.

27 Venditio dicitur perfecta per extinctionem candelæ.

29 Venditione facta jure creditoris, speciale est, ut ipse creditor de evictione non teneatur, ubi reprobatur opinio Fabri, qui dictam conclusionem limitat, nu. seq.

31 Tumultus connumeratur inter casus fortuitos, insolitos, & inopinatos.

32 Obligatus ad casus fortuitos, ad insolitos non tenetur.

33 Tumultus est casus insolitus, impossibilis, & legibus repugnans.

34 Principis factum est casus fortuitus, quia ejus imperio resisti non potest.

35 Casus fortuiti pertinent ad emptorem.

36 Emptor debet agere contra Fiscum, à quo habet causam, & non retardare solutionem rei emptæ, alteri faciendam.

37 Emptor, qui se injuste patitur molestari, de evictione nec potest agere, nec excipere.

38 Evictionis actio, neque exceptio competit, cùm aliquid victo potest imputari.

39 Evictio non competit, si proveniat ex sententia injusta.

40 Violentia facta emptori, non nocet venditori, sed emptori contra expellentem actio competit.

41 Contractus censetur approbatus ex petitione pretii.

44 M.C.V. dicitur Caput, Domina, & Fons aliarum Regni Curiarum.

45 Collaterale Consilium, quando justum, & æquum sibi videtur, potest causas avocare à quolibet Tribunali, & de ejus jurisdictione, & authoritate, numer. seq. remissive.

47 Nullitates oppositæ adversus liquidationem instrumentorum, quando sunt evidentes, & constant ex ejusdem actis, non habet locum rigor Reg. Pragm. & Rit. M. C. V. sed aliquando fuit practicatum, & provisum per Collaterale Consilium, quod S.C. de justitia provideat super nullitatibus, ex eisd. m. actis apparentibus, absque integrali exequutione, & deposito, & de ratione, numer. seq. & de opinione Authoris, nu. 49.

50 Cancellariæ potestas est adeò lata, quòd æqualis videtur cum ipso Rege.

56 Novationem dicitur, etiam expressis verbis esse inductam, quando ex evidentibus conjecturis apparet, nempe quando unus contractus cum alio esset incompatibilis, vel si præcedat liberatio, & statim sequatur alia obligatio. Item quando pro decem, quæ ex prima obligatione quis debet, promittat quindecim, ut nu. seq.

58 Contractus secundus quando fuit celebratus pro exequutione primi, unus tantum intelligitur, quia secundus est veluti quoddam pactum, quod est pars prioris contractus.

59 Actus, qui sequitur, quando potest intelligi, ut pertineat ad præcedentem contractum, quamvis sit novus, tamen præsumitur magis factus in exequutionem primi contractus, & num. 70.

60 Contractus novus quando proficiscitur ab alio ultimus contractus non inspicitur, sed primus.

61 Novatio non potest dici, quotiescumque dignoscitur, quod secunda obligatio veniat ad exequutionem primæ, vel ejus implementum, quia exequutio præcedentis actus non dicitur novus actus, quod procedit, etiam si actus secundus plus contineat, nu. seq.

63 Novatio ut inducatur requiritur universalis rei mutatio.

64 Novatio non inducitur, quando actus sequentes sunt correspectivi ad primum contractum.

65 Incontinenti quæ fiunt, censentur inesse.

66 Correspectivitas probatur, etiam si instrumenta non fiant uno, eodemque die.

67 Promissio etiamsi sit facta diversis temporibus, semper dicitur correspectiva, si una respicit aliam, & nu. 69.

68 Novatio non inducitur ex dilatione data ad solvendum.

72 Partita Banci, quæ dicitur passatora, quid operetur?

73 Plus valet quod agitur, quam quod simulate concipitur.

74 Novatio, vel delegatio an inducatur ex quietatione facta de primo credito.

75 Solutionis promissio, cessante causa promissionis evanescit.

76 Cessante causa cessat effectus, & nu. 90.

77 Obligatio cessat, cessante causa finali obligationis.

78 Promissio de solvendo semper intelligitur, rebus in eodem statu permanentibus, etiam si sit juramento vallata, n. seq.

80 Contractus quamvis tempore celebrationis ipsius videatur justus, si postea ex aliquo eventu injustus efficiatur, à jurisdicentibus ad metam justitiæ est reducendus, & nu. 83.

81 Sermo indefinitè prolatus, nunquam ad futura protrahitur, quoties ex eo magnum resultat præjudicium.

82 Rebus notabiliter mutatis non obligat promissio.

83 D. Franciscus Merlinus laudatur.

84 Resoluto jure donatoris, resolvitur & jus acceptoris.

85 Evictionis actio tunc oritur, quando ab alio, quàm ob ipso contrahente, & vendente res evincitur, secus quando idem venditor est, qui ab emptione discedit, vel ex clausulis resolutionis, adiectionis in diem, vel legis commissoriæ titulus venditionis ipso jure resolvitur, & dominium ad venditorem devolvitur.

86 *Evictio quando sequitur jure dominii, vel hypoth. qua requirantur, remissive.*

87 *Evictio an habeat locum, quando ipse Princeps, qui vendidit, revocat venditionem.*

88 *Universitates, quæ ad domanium proclamant, non jure proprio, sed ex juribus Regi competentibus agunt.*

89 *Evinci non potest ab eo, qui à Fisco emit.*

DECISIO CC.

EXposita venali Civitate Theatina, Provinciæ Aprutii Citra, pro satisfaciendo credito Serenissimi Regis Poloniæ, & Dominæ Principissæ de Neoburg ejus germanæ, cupiens Ill. qo. D. Ferdinandus Caracciolus Castri Sanguinis Dux dictam Civitatem emere, quia non habebat tantam pecuniæ numeratæ quantitatem, mediante Albarano se concordavit cum Jo. Dominico Velio, prædicti Serenissimi Regis Internuncio, quod in casu, quo ipse emptionem prædictam perfecisset, soluta aliqua quantitate in pecunia numerata, reliquum esset licitum eidem D. Ferdinando solvere in certis tandis, & interim, pendente satisfactione de interessurio correspondere ad rationem conventam. Quo Albarano firmato à dicto Internuncio obtulit emere à Regia Curia Civitatem prædictam, & solvere pretium in pecunia numerata, & factis debitis bannis, & accensa candela, Civitas prædicta remansit dicto Ill. Duci tanquam ultimo licitatori pro duc. 86. pro quolibet foculario, & facto computo focularioꝝ ascendebat ad duc. 161028. quos Excellentiss. tunc Regni Prorex mandavit solvi debere Regio Thesaurario Regni pro illis solvendis hoc modo videlicet, duc. 26746. 3. 18. Ill. Marchioni Ambrosio del Negro, alios verò duc. 131281. 8. 2. dicto Internuncio Serenissimi Regis Poloniæ in computum crediti, quod debebat consequi à Regia Curia, tam ipse, quam ejus soror Principissa de Neoburg, à quibus deductis ducatis 2428. 3. 5. solvendis per eundem Internuncium ordine S. M. remanserunt ad beneficium Regis Poloniæ, & Principissæ duc. 128852. 2. 17. eisdem solvendi per Regiam Arcam Militarem, prout cum effectu ex partitis extractis à dicta Arca fuisse solutos dict. Internuncio nomine Regis, & V. I. D. Fælici Cherubino Procuratori dictæ Principissæ, apparet, qui stante solutione quietaverunt Regiam Curiam pro dicta quantitate, licet cum effectu non essent soluti, nisi duc. 1000. reliquos verò duc. 118852. promisit dictus q. Ill. Dux Castri Sanguinis solvere in certis tandis una cum interessurio ratione dilatatæ solutionis, ad quod etiam accessit insolidum obligatio Ill. Principis Sancti Boni ejus Fratris.

Cumque ob populares tumultus, non solùm Civitas Neapolis, sed totum Regnum fluctuasset nonnullæ Universitates Regni ad domanium proclamaverunt, inter quas fuit eadem Theatina Civitas, quæ nunquam sub altero dominio, quam Regis Nostri Invictissimi, nec sub alio Barone permanere acquievetat. Et ideo sedatis tumultibus, quia non poterant illæ concessiones domanii [ut ita dicam] violenter extortæ, absque pretii restitutione subsistere, eorum utile dominium primis Dominis fuit restitutum; respectu verò Civitatis Theatinæ, quia obtulit servire Regiæ Curiæ in duc. 20. mil. ad hoc ut in Regio domanio conservaretur, & etiam habita consideratione, quòd in dict. Civitate permanebat Regia Audientia, nec aderat in dict. Provincia alia Civitas ità commoda, & apta pro servitio dicti Regii Tribunalis, & Provinciæ, ac etiam ex aliis causis, fuit oblatio dictorum duc. 20. mil. acceptata, & in partem soluta, & fuit ordinatum debere in regio domanio conservari.

Quibus stantibus adiit Collaterale Consilium Balius, & Tutor filiorum, & hæredum dicti quon. Ducis, in dictis tumultibus strenuè militantis pro Regis servitio præmortui, & dicebat, quod non erat conveniens, neque justum, ut dominio dictæ Civitatis primogenitus dicti qu. Ducis esset privatus, & quòd cogi permitteretur ad pretium exbursandum; & propterea quamvis contra dictos hæredes non potuisset agi via Ritus M. C. V. stante ejus morte, tamen quia poterat instrumentum ad formam Rit. 166. liquidari contra Ill. Principem Sancti Boni viventem, quod totum redundaret in damnum, & præjudicium dictorum pupillorum, ideò petiit, inhiberi eidem M. C. ut non procederet ad dicti instrumenti liquidationem, & obtinuit rescriptum ab Excellentissimo Prorege per Collaterale Consilium, ut ista petitio notificaretur Regio Fisco, & partibus, & interim quod non molestentur dicti hæredes, & Princeps insolidum obligati.

Quibus intimatis, pro parte dicti Serenissimi Regis, & ejus sororis fuit instatum, dictam inhibitionem factam M. C. V. deberi contrario imperio revocari, qui intendebant procedere ad dictam liquidationem pro nunc contra dict. Ill. Principem Sancti Boni, qua petitione mihi commissa, ex duobus prætendebant dicti actores, eorum petitionibus esse annuendum. Primò, quia non poterat ullo modo dict. M. C. inhiberi, sed quatenus aliquid pars adversa prætenderet contra dictam liquidationem faciendam, debebat in eadem Curia pro Tribunali sedente sua jura proponere, & scripturas, si quas habebat, præsentare, cùm per *Reg. Pragm. 8. paragrapho 5. in fin.* sub *tit. de instr. liquidat.* disponatur, non posse prætextu litis ordinariæ in aliquo Tribunali intentatæ, cursum judicii liquidationis instrumenti impediri, sive ante, sive post citationem super tenore dicti instrumenti cœpta sit lis, ibi: *et simile ai dennamo a rispetto delle cause introdotte nel Sacro Consoglio prima, à dopo della citatione super* [1]

[2] *tenore instrumenti*, dicitur autem instrumentum liquidum in Regno, ad hoc ut possit habere exequutionem paratam, juxta formam introductam per *d. Rit. 166.* quando non est conditionatum, neque pactionatum, ut dixit *Reg. Rev. in rub. de instr. liquid. num. 3.* & hæc liquidatio instrumenti in hac Civitate fit in M. C. V. per Judices civiles ipsius, ut dixit *Felier. in prax. crim. in verb. anatanur excusatares, numer. 174.* & *Ego in* [3] *consult. 48. numer. 58.* in quo quidem Tribunali ea ejus præeminentia proceditur contra omnes, cujuscunque dignitatis sint, ut de Magno Admirato refert *Reg. Revis. cons. 90. vol. 2. Reg. Tap. dec. S. C. 45. de Ponc. cons. 48. num. 5. vol. 2. Tisson. in Pragm. de antephato, vers. 3. observ. 3. num. 16.* & ideo per decretum S. C. [4] junctis Aulis de anno 1645. fuit provisum, quod in causis criminalibus, & liquidationis instrumentorum non possint Regii Consiliarii inhibere dict. M. C. V. quod decretum reperitur registratum in *volumine Regiarum Prag.* sub *tit. de offic. S. R. C. Prag. 82.* in prætermissis, *fol.* mihi 806 *à ter.* & hæc quoad ordinem.

Quo vero ad justitiam dupliciter considerabatur, una respiciens instrumenti liquidationem, altera verò habens respectum etiam ad judicium ordinarium, & quoad justitiam liquidationis, dicebatur, aliud prætendere non posse hæredes Ill. Ducis Castri Sanguinis, & Principem Sancti Boni, nisi quòd hoc debitum dependebat ex pretio Civitatis Theatinæ, cumque dictæ Civitatis utili dominio sint privati, non possunt cogi ad pretii solutionem, quia instrumentum via *Ritus* liquidari minime potest, quando emptor docet [5] de evictione sequuta, sive imminenti, *Carav. in Ritum 173. numer. 6. Freco. de liquid. instr. par. 7. quæst. 8. Galter. in prax. liquid. instr. par. 2. vers. advertatur ad debita, numer. 54.* & fundatur ex *tex. in l. post perfectam, Cod. de evict.* verum prædictis respondebatur duobus modis. Et primo, quod hoc procedere [6] posset, quando tractatur de liquidatione instrumenti pro pretio rei emptæ, & venditor vult liquidare instrumentum contra emptorem tempore, quo jam immi-
et

imminet evictio, in quo casu loquitur *tex. in d. l. post perfectam*, quia in venditione inest de natura contractus, ut venditor de evictione teneatur; sed in dicto casu non sunt dicti, actores, qui vendiderunt, sed Regius Fiscus, contra quem debent hæredes Ill. Ducis agere, ipsi vero sunt creditores liquidi occasione mutui & sic cessare debebat dicta juris dispositio. Secundo dicebatur, quod quamvis ipsi essent venditores, tamen advertatur ad pactum in instrumento factum in quo expresse noluerunt dictus Sereniss. Rex, & Principissa ejus soror teneri de evictione, quo pacto stante, etiam sequuta evictione, non potest instru-
7 menti liquidatio impediri, quia quamvis hoc pactum sit contra naturam contractus, tamen non est contra, substantialia, & sic valet, ut habetur per *glos. in l. pa-*
8 *cta conventa, ff. de contrah. empt.* & licet teneantur ad pretii restitutionem. *l. emptorem, §. qui autem, ff. de contrah. empt.* tamen intelligitur, quando generaliter fuit conventum, ut de evictione non teneatur, secus quando particulariter, & in specie, quia tunc nec ad pretii restitutionem tenetur, ex *tex. in l. libertatis,*
9 *ff. de evict.* voluit *Ludov. Roman. cons.* 383. incip. *si venditorem*, sed in utroque casu emptor stante tali pacto non potest impedire solutionem residui pretii, ut habetur ex *Franch. dec.* 5 9. & quod propterea stante tali pacto, poterat instrumentum via *Rit.* liquidari, & licet in S. C. non fuerat postea decisum, hoc evenit, quia in eo non fuit relata, ut in fine *decisionis* refert, ipse tamen videtur inclinare cum decreto M. C. & affert aliam decisionem relatam à *Croto in repetitione l.* 4. §. *Cato, in* 2. *lect. in* 11. *col. vers. sed magnum dubium, num.* 43. *D. de verb. obligat.* ubi quamvis eximii *DD.* in contrarium consuluissent, eo quia erat pactum contra naturam contractus, tamen ipse pro hac opinione consuluit, & obtinuit, & hanc opinionem etiam tenuit *Galler. in d. prax. instrum. par.* 2. *numero* 59. *Novar. ad Pragm.* 2. *numero* 4. *de instrument. liquid. Thor. in* 1. *part. compend. in verbo instrumentum an possit liquidari.*

Insuper dicebatur, quod quatenus esset aliqua controversia in venditore, si hoc pactum sit licitum, & validum, tamen respectu præsentis causæ nulla cadere poterat dubitatio, non enim sunt prædicti creditores, qui vendiderunt, sed Fiscus, ut supra dictum est. Et quamvis ipsi uti creditores Regii Fisci institissent pro venditione, ut possent de eorum credito satisfieri, tamen respectu ipsorum validum fuit pactum, ut de evictione non tenerentur, ad quod punctualis est
10 *text. in l. cum ea conditione, ff. de evict.* de quo *tex.* mentionem facit *Franch. dec.* 239. *numero* 6. ubi pignore distracto cum conditione, ne quid evictione sequuta debitor præstet, quamvis pretium venditori non solverit, sed venditori fuerit canium determinat *Papinia us* Jure Consultus, quod evictione
11 sequuta nullam emptor exceptionem habebit, quominus pretium solvat: Et hæc quoad justitiam liquidationis.

Quoad justitiam causæ, etiam in judicio ordinario, dicebatur, nunquam hæredes dicti Illustrissimi Ducis, & Principem Sancti Boni insolidum obligatos obtinere posse, quia illa obligatio, quam habebat dictus emptor solvendi pretium Regiæ Curiæ, & in consequentiam dicto Serenissimo Regi, erat jam extincta, & transfusa in contractum mutui, & illa prima obligatio fuit novata, & quamvis novatio hodie nun-
12 quam inducatur, nisi expressis verbis, *l. fi. Cod. de novat.* tamen hoc multis modis limitatur, & primo,
13 quando unus actus est incompatibilis cum alio, quia data incompatibilitate, secundus actus tollit primum, vulg. *text. in l. pacta novissima, C. de pact.* duo enim
14 repugnantia simul stare non possunt, *lege ubi repugnantia, ff. de regul. jur. Mut. dec.* 33. *nu.* 2. *Mastrill. dec.* 40. *n.* 1. *Grattan. discept. forens. c.* 178. *nu.* 17. & 864. *num.* 8. *Mant. de tac. & ambig. conv. lib.* 17. *tit.* 3. *nu.* 13. *Menoc. de præs. libr.* 3 *præs.* 134 *n.* 39. ex doctrina *Bald. in l. cum in plures, §. locator horrei, ff. locat. Cons. Paul Stuiban. resol.* 7. *nu.* 3. & alii adducti per *Ant. de Amat. var. resol. c.* 89. *nu.* 11.

Difficultas in hoc articulo videbatur residere, si erat hoc instrumentum incompatibile cum obligatione solvendi pretium, & ad fundandam dictam incompatibilitatem, dicebatur, hoc satis apparere, quia pretium, quod debebat Ill. Dux Regiæ Curiæ, fuit jam extinctum per solutionem factam Areæ Militari, & per quietationem nomine suorum principalium factam per ipsum internuncium, & orta fuit illa nova obligatio solvendi dicto Sereniss. Regi, & sic illa obligatio solvendi pro pretio fuit transfusa in causam mutui, fingitur enim ex legis ministerio, pecuniam fuisse mutuatam Ill. Duci per dictum
15 Sereniss. Regem, qui eam solvendo Regiæ Curiæ extinxit illam obligationem exbursandi pretium, & effectus fuit debitor ex causa mutui, juxta terminos *text. in l. singularia, ff. si cert. pet.* ubi plene *DD.* Ex quo fit, quod cum obligatio solvendi Regiæ Curiæ sit extincta, nam solutione ejus, quod debetur omnis
16 tollitur obligatio, §. 1. *Instit. quib. mod. tollit. obl.* ex hoc contractu fuit orta nova actio pro mutuo. Nec interest, quod vere non sit sequuta numeratio, quia
17 ex juris ministerio, & fictione oritur actio mutui, quamvis pecunia à mutuatario numerata non sit, sed ab alio ipsius nomine, ut decisiat *glos. in d. l. singularia, in verbo non acceperis, & in verbo profecta*, ubi etiam *Bar.* & alii *Scribentes.*

Secundo dicebatur, quod quamvis contractus non essent incompatibiles, & repugnantes, tamen potest una obligatio in aliam transfundi, & ex hac ultima oriri contractus mutui, prout est *text. in l. certi condi-*
18 *ctio, §. fi. ff. si cert. pet.* ubi contractus depositi potest converti in contractum mutui ex sola voluntate deponentis, & depositarii, absque eo, quod de loco moveatur vel tangatur, *Bald. in cons.* 12. *vol.* 2. *li. a. Menoc. de præsump. li.* 3. *præsumpt.* 134. *n.* 41. nec est mi-
19 rum, quia contractus ex consensu contrahentium facile potest mutari in alium, ut est *tex. in d. l. certi condictio, §. fi. & Bar. in d. l. singularia, Mant. de tac. & am-*
20 *big. convent. lib.* 8. *tit.* 20. *num.* 89. ipsi enim sunt, qui formam dant contractibus. *l. in conventionalibus stipulationibus ff. de verb. oblig.* & ideo possunt etiam novas constituere obligationes, *l. ab emptione ff. de pact. l. pacta conventa ff. de contrah. empt.* nec est novum,
21 quod unus contractus in alium transfundatur, nam simile est in fundo dotali æstimato, in dotem dato, qui quamvis contractus loquatur de dote, tamen rei veritate est contractus emptionis, & venditionis, *l. quoties, C. de jur. dot. Bald. in l. si inter, D. de jur. dot. Surd. dec.* 99. *n.* 9. ubi dicit, quod in isto casu bona censentur vendita marito ab uxore, & fingitur statim uxorem pecuniam viro numerasse in causam dotis, idem *Surd. dec.* 287. *n.* 21. *Natt. cons.* 650. *n.* 8. *Magon. dec. Rot. Lucens.* 76. *Barbos. in l. si æstimatis, n.* 1. *ff. solut. matr. Fontanel. de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 13. *n.* 11. *cum seq.* & ex his *Galter. in d. prax. liquid. instr. in verbo advertatur ad debita, in* 2. *par.* 1. *par. num.* 71. post
22 *Frecc. in tract. de liquid. instr. par.* 7. *n.* 10. tenuit posse liquidari instrumentum mutui, dependens à contractu emptionis, etiam re tradita, non tradita.

23 Nec prædictis obstare, dicebatur, ea, quæ in *dec.* 38. *numero* 34. cum *seqq.* tradidi, quod instrumentum mutui dependens ex capitulis matrimonialibus potitur eisdem privilegiis antecedentis contractus, quia non fuit inducta novatio, nec fuit animo novandi, sed fuit cautela inventa à Peritis Regni, ad hoc ut possit maritus liquidare instrumentum via *Rit.* quod non poterat fieri per capitula matrimonialia, ubi fit dotis promissio, in quo solent esse pacta ultro, citroque

obligatoria. Quia dicebatur pro parte dicti Serenissimi Actoris, quod dicta per *Me* procedere possent in eo casu, quando receptio dotis, quæ instrumentum dotale vocatur, & instrumentum mutui essent celebrata eodem die, & coram eisdem Notario, & testibus, quia tunc censetur unicus contractus, per ea, quæ dixi *ibid. nu.* 37. quod etiam probat *tex. in l. si filius* §. 1. *ff. ad Senat. Consult. Maceden. & in l. si ita fuero stipulatus*, §. 1. *ff. de nov. Menoc. de præsump.* 24 3. *n.* 17. & quod contrarium tenuit *Capyc. in decis.* 58. quod debitum ex causa dotis, si transfundatur in mutuum, non transit cum eisdem privilegiis respectu interesse, nisi dicamus, quod decisio prædicta procedere potest, non quando in continenti, coram eisdem Notario, & testibus sit celebratus contractus mutui, sed quando ex intervallo, prout eum intelligit *Masull. in addit. d. dec. num.* 1. licet quod privilegia dotis transeant in contractum mutui, teneant *Lanar. cons.* 28. & *Maur. sen. in alleg.* 72. *num.* 3. & ex ea ratione, quia non ad destructionem primi contractus, sed pro ejus executione, sive implemento conficitur, nam in instrumento dotali, & receptionis dotis expresse cavetur, quod dotantes pro quantitate in dotem promissa, & de qua fit concessio, esse receptam, debeant conficere instrumentum, in quo se obligabunt per instrumentum mutui, & in dicto instrumento mutui expresse declaratur, mutuum dependere à promissione dotium, facta in capitulis matrimonialibus. Et ideo 25 non est mirum, quod mutuum in dicto casu gaudeat eisdem privilegiis dotis, quia de natura subrogati est, ut sapiat eandem naturam ejus, in cujus locum subrogatur, *l. si eum, § qui injuriarum ff. si quis caution. Napod. in consuet. Similiter, in tit. de jur. dot. in verbo si non extant, numer.* 24. & *in consuet. Si* 26 *moriente, in verbo paragium, numer.* 88. *Gabriel. comm. opin. tit. de regul. jur conclus.* 2. & quando contractus celebratur pro observantia, & implemento primi contractus, novatio cadere non potest, prout post *Bar. in d. l. singularia, numer.* 10. *Ego ex Alex. Dec. Menoch. Decian. Barz. & Ant. de Amat.* probavi in *d. dec.* 78. *num.* 42. Quod non sic evenisse, dicebatur in contractu, de quo agitur, quia fuit hæc promissio facta 27 post septem menses post venditionem, quæ jam perfecta fuit per extinctionem candelæ *l. eos, C. de divers. præd. urban. lib.* 11. ut diximus in *dec.* 158. *num.* 1. & ex *l.* 2. *C. de pact. inter emptorem, & venditorem* tradit *Aret. cons.* 28. *num.* 1.

Ulterius considerabatur, quod quando creditor, ad cujus instantiam fundus fuit distractus & res fuit vendita jure creditoris, non solum non potest emptor pro pretio, de quo remanet debitor creditori, cui se obligavit solvere eum pacto, ut non teneatur de evictio-28 ne illa sequuta, vel imminenti impedire liquidationem instrumenti, in quo executive agitur, ut supra ex *Galter. & Franch. dec.* 239. diximus, sed etiam neque in judicio ordinario, ut probat *text. in d. l. cum ea con-*29 *ditione* 68. §. 1. *ff. de evict.* tum quia speciale est in venditione facta jure creditoris, ut ipse creditor de evictione non teneatur *d. l. cum ea, & in l. si plus D. de evict. l. si ob causam, eodem tit. de evict. l. emptorem, §. fenstatim ff. de act. empt.* & habemus *l.* 2. & *tot. titul. C. credit. evict. pign. non deber. Castill. lib.* 4. *contr. c.* 42. *ex numer.* 78. *Guzman. de evict. q.* 54. *Mangil. in eod. tract. de evict. q.* 44. & *de subhast. q.* 20. *num.* 9. & 49. *num.* 5. *Faber de error. pragm. decad.* 1. *error.* 10. quod latè discutit *Reg. Consil. D. Ferdinand. Arias de Mesa lib.* 1. *var. resol. c.* 44. *numer.* 30 6. & quamvis *Faber conject. jur. libr.* 17. *n.* 12. limitet hanc conclusionem solum in eo casu, quando emptor solverat creditori pretium, secus verò quando pretium adhuc non fuit numeratum tamen ejus dictum videtur esse contra dispositionem *tex. in d. l. cum ea conditione*; ubi expresse loquitur in eo casu, quando pretium emptor nondum solverat, ex quo *text.* contra hanc *Fabri* opinionem tenet *Cujac. lib.* 1. *respons.* & ex pluribus eam improbat *Arias de Mesa d. c.* 44. *n.* 10. & 45. *per tot.* & in hoc etiam casu, quando pretium non fuit solutum loquitur *Franch. d. dec.* 239. & licet *tex. in d. l. cum ea*, loquatur in eo casu, quando expresse fuit cautum, ut creditor de evictione non teneatur, tamen hoc pactum dicebatur, non deficere in casu præsenti, in quo tam in albarano, quam in instrumento postea celebrato ita cautum reperitur.

Dicebatur etiam, quod quando prædicta deessent, & essemus in illis contractibus, in quibus caderet evictio, adhuc non posset judicium evictionis intentari contra Serenissimum Regem, & Principissam, quia Civitas Theatina domanium obtinuit tempore, quo Regnum fluctuabat propter tumultus, & non potest dubitari, quod tumultus nedum fuit casus fortui-31 tus, sed insolitus, & inopinatus, *l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrahend. empt. l. Seio, §. medice de ann. legat. Rip. de privileg. contra pest. numero* 97. qui 32 probat, quod etiam ille, qui ad casus fortuitos se obligavit, pro insolitis non tenetur, *Rot. Avenionens. per Hieronym. de Lav. decisio.* 233. *numero* 8. hic enim 33 casus nedum fuit insolitus, sed impossibilis, & legibus repugnans, *l. conditionis, D. de condit. instit. l. impossibilium*, ubi *DD. ff. de reg. jur.* aut verò dicimus, quod adfuit etiam factum Principis, tum in concedendo domanium pro publico bono, & pro extinguendo seditionis incendio, tum etiam in eo confir-34 mando, pretio accepto, & factum Principis esse casum fortuitum, quia ejus imperio resisti non potest, habetur in *l. item si verberatum, §. si forte, ff. de rei vind. l. apud Iulianum, §. constat, ff. de legib. Bal. in l. falsus, numer.* 3. *C. de furt. Alex. Randens. cons.* 9. *sub numer.* 4. *li.* 2. & casus fortuiti pertinent ad emptorem, ut probatur in *d. l. Lucius, ff. de evict. & d. l. item,* 36 *Mangil. in d. tract. de evict. q.* 1 *num.* 1. & 2. & emptor debet agere contra Fiscum, & non retardare solutionem, *Put. dec.* 381. *li.* 3. & clarius hoc habetur ex *d. dec.* 133. *Rot. Avenionens.* quæ loquitur de emptoribus cujusdam domus, qua fuerunt privati, & deinde pro bono pacis, & pro recuperanda quadam Arce inexpugnabili fuit dicta domus Hæreticis restituta, & in terminis probat *text. in dict. l. Lucius, & l. item si verberatum*, actionem emptori competere, ad quem pretium spectat,

Et tandem dicebatur, quod cùm omnes alii emptores Terrarum, & Civitatum domanialium à possessione earum cecidissent, cùm occasione prædictarum revolutionum omnes ferè ad domanium proclamassent, tandem post Regni quietem possessiones ipsarum recuperarunt, quia revera Dom. Prorex nunquam animum habuit, jura ria ex emptione quæsitum tollere, sed tantum tumultibus, qui quotidie in Regno crescebant occurrere, solus Ill. Dux Castri Sanguinis dicto domanio acquievit, nullas diligentias adhibendo pro dominio utili dictæ Civitatis recuperando. Ex quo fit, quod quamvis essemus in casibus, in quibus competeret exceptio evictionis sequutæ, adhuc non posset in 37 isto casu competere, cùm emptor, qui se injuste patitur molestari de evictione nec potest agere nec excipere, 38 *l. Herennius, ff. de evict.* nec actio neque exceptio competit, cum aliquid victo potest imputari, *Tiraq. de retract. lignag. in fi. tit.* sub *num.* 48. *Dec. cons.* 47. & 74. & probat *glos. in l. quod si nolit §. mancipium, ff. de adilit edict. Grammat. cons. civil.* 12. *num.* 5. & alii 39 per *Sard. dec.* 22. *num.* 1. prout nec etiam si ex sententia injusta evictio proveniret *l. si per imprudentiam, ff. de evict. Mangil. in d. tract. de evict. q.* 128. & dixit *Bald. in l. fi. C. de action. empt.* quod violentia facta emptori, non nocet venditori, sed emptori contra expellentem actio competit, sic etiam quando Judex absque jurisdictione processit, *l. fi. C. si per vim, vel alio*

mod.

mod. l. meminerint, Cod. unde vi. Et emptor nedum non fecit suas diligentias, verum instituit, sibi solvi pretium ex transactione facta cum dicta Civitate Theatina ea causa confirmationis domanii partim soluti, & partim promissi; & ex petitione pretii censetur approbatus contractus, cujus respectu fuit promissum. *Surd. decis. 317. Gratian. disceptat. forens. capit. 239. numero 26.*

Pro parte moderni Ill. Ducis Castri Sanguinis, ac Prioris Caraccioli ejus Balii, & Tutoris, & etiam pro parte Ill. Principis S. Boni non negabatur, quod quotiescunque tractari debet de liquidatione publici instrumenti, liquidationis judicium servata forma *Rit.* ejusdem M.C.V. 66. eadem M. C. est Judex 43 competens, ea ratione, quia dictum Tribunal est Judex ordinarius in toto Regno etiam respectu omnium personarum, cujuscunque dignitatis, gradus, vel praerogativae fuerint, ut supra *numero.* 3. diximus, & ex *Rit.* 46. collegerunt *ibidem Caran. num.* 16. & ex *Rit.* 230. *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.* 7. §. 7. *de assens. Reg. num.* 5. *&* 6. ubi refert casus in quibus fuit processum contra habentes Septem Regni Officia, & Collaterales Consiliarios, & *numero* 7. dicit, quod contra omnes M.C. & Sac. Cons. procedunt, de qua observantia testatur etiam *Muscat. in prax. S. C. lib.* 1. *part.* 2. *in glos. competentes, numero* 11. *Gram. in Const. Reg.* incip. *appellationum tempora, num.* 19. & 44 M. C. dicitur Caput, Domina, & Fonsaliarum Regni Curiarum, ut dixit *Caran. Rit.* 1. *numero* 7. *Reg. Ron. cons.* 90. *numero* 3. *lib.* 2. Sed non ideo prohibetur Col- 45 laterale Consilium, quando justum, & aequum pro bono regimine sibi videtur, causas avocare, ut de Magno Consilio dixit *Ioan. de Montaygn. de author. Magn. Consil. num.* 15. *& seq. Reg. Carolus de Tap.* 46 Marchio Belmontis *de prastan. Reg. Cancel. f.* 139. *numero* 84. & plura de ejus jurisdictione, & authoritate *Reg. de Pont. de pot. Proreg. tit.* 12. *de delegat. causar. numero* 12. cum *seqq.* quod tanto magis dicebatur procedere in casu praesenti, in quo venditio dictae Civitatis Theatinae, pro cujus pretio praetendebatur, liquidari instrumentum in Collaterali Consilio, fuit tractata, & contemplata, sic etiam domanium cum interventu ejusdem Coll. Cons. fuit dictae Civitati concessum, & proinde negotium totum dependebat ab isto Supremo Senatu.

Et amplius dicebatur, non esse novum, nedum antequam judicium liquidationis sit coeptum in Mag. Cur. sed etiam post factam liquidationem, etiam de negotio non dependente ab ipso Collaterali Consilio, Dominos Regentes pro recta justitiae administratione manum apposuisse, ut fuit practicatum in causa Ill. Ducis Populi cum Don Petro Canselmo, nam cùm fuisset de dicta liquidatione dictum de nullitate, & tractaretur, si debebant dictae nullitates admitti, stante *Regia Pragm.* 8. *de liquidat. instrumen.* in qua cavetur, ut non possit admitti debitor ad aliquid opponendum adversus liquidationem jam factam, nisi soluto prius debito, poena, & expen- 47 sis erogatis, tamen quia nullitas erat evidens, & constabat ex eisdem actis, fuit die 22. Decembris. 1641. per Collaterale Consilium provisum, quod S. C. de justitia provideat super nullitate ex eisdem actis apparente, absque integrali exequutione, & deposito, quod fuit confirmatum die 17. Maii 1642. ut per *Reg. Sanfelic.* qui dictam decisionem refert. *decis.* 299. 2. *vol.* quia Sact. Consil. non poterat judicare, nisi secundum rigorem *Regiae Pragmaticae*, rerum Coll. Consil. tanquam Supremus Judex declaravit dictam *Pragmat.* ut non procedere deberet, quando nullitas est evidens ex eisdem actis, & hoc cum ratio- 48 ne, quia *d. Rit. & Pragmatica*, de liquidatione instrumentorum loquentes, fuerunt promulgatae ad evitandum dilationes debitorum, ut dicitur in prooemio dictarum *Pragmatic.* & praecipue in *Pragmat.* 7. non autem quando justitia est notoria, & evidens, prout in simili dixit *Reg. Rovit. in pragm.* 1. *de suspit. Official.* ex doctrina *Alex. in l. magistratibus, in fin. D. de jurisd. omn. judic.* post *Iacob. de Aren. & Cyn.* quod quamvis justam habeat Inquisitus causam recusandi Judicem, tamen hoc ei non est permittendum in delicto notorio. Verum enim hac re- 49 strictione ad *Ritum.* & *Pragmaticas* Ego non facile sic generaliter pertransеo, quia esset nimis restringere dispositionem illarum, & ideo quando casus acciderit erit melius cogitandum.

Dicebatur secundò, quod *Pragmatica* praedicta, per quam prohibetur, ut inhiberi non possit M. C. V. in causis liquidationis instrumenti, dirigitur Sac. Cons. non autem Supremo Collat. Cons. quod est Tribunal Supremum, & in concernentibus justitiam habet omnimodam, & absolutam potestatem, ut apparet ex *Capit.* concessis per Invictissimum Carolum V. huic Fidelissimae Civitati in anno 1554. *cap.* 7. 8. *&* 9. de quibus mentionem fecit *De Pont. in d. tract. de potest. Proreg. tit. de delegat. caus. numero* 11. *f.* 536. qui 50 sub *numero* 18. dicit, quod potestas Cancellariae est adeo lata, quod aequalis videatur cum ipso Rege, quod probatur ex *l. quisquis, C. ad l. Iul. Majest. & in l. humanum, C. de legib.* & sic cum *Pragmatica* sit lex municipalis, juris communis correctoris, loquatur de S. C. non potest extendi ad Dominos Regentes.

Replicabatur, tamen quod omnia praedicta ne essent, si notoria justitia deficeret. nam tota vis adversarii in duobus videbatur residere. Primo, quod per secundum contractum sit inducta novatio, & per consequens non pro pretio venditionis dictae Civitatis Theatinae, sed pro mutuo dicto Serenissimo Regi, & Principissae fuisse ortam actionem. Secundo, quod non tenentur de evictione, quia ipsi non vendiderunt, sed Regia Curia, & quando ipsi essent venditores, ex pacto non possunt de evictione teneri, & per consequens non potest liquidatio instrumenti ad eorum instantiam facienda impediri.

51 Quoad primum, quod non sit inducta novatio, dicebatur, quod hodie ex *text. in l. fi. Cod. de novat.* nunquam novatio intelligitur facta, nisi expressis verbis partes novare actionem voluerint, ut etiam dicunt *ibi glos. & DD.* & habetur ex *Franch. dec.* 15. *&* 155. *nu.* 10. *Thesaur. dec.* 115. *e.* 9. *Mostrill. dec.* 40. *n.* 4. *Barz. dec.* 20. *num.* 9. *Gutierr. de juram. confirmat. part.* 1. *cap.* 63. *Menoch. de prasumpt. libr.* 3. *pras.* 134. *Mascard. de prob. concl.* 1112. *Surd. consil.* 149. *nu.* 1. *Hondod. cons.* 401. *num.* 10. *lib.* 2. *Gabriel cons.* 155. *nu.* 17. *& Ant. Gabr. com. concl. lib.* 3. *tit. de novat. conclus.* 1. *Cyriac. Nig. contr. foren. c.* 49. *& contr.* 101. *num.* 36. *&* 124. *numer.* 1. *tom.* 1. & ita judicatum in Camera Imperiali refert *Gayll. lib.* 2. *obser.* 30. *num.* 3. *Ioseph Lud. commun. conclus.* 4. *num.* 18. *Valent. Franc. de fidejuss. capit.* 6. *Hieronym. Cavall. in speculo comm.* 52 *opin. contra comm. q.* 9. *numero* 3 & alii innumeri, & ideo dixit *Bal. in d. l. fi. numero* 4. *C. de novat.* non judicium praesumptionibus novationem virtute dispositionis dictae legis effici, sed expressis verbis naturali organo prolatis, & in terminis, quod si quis pro pretio rei venditae se obligavit ex causa mutui, quod actio non intelligitur novata nisi novandi animo stipuletur mutuum, habetur ex *l. si ex pretio* 6. ubi *glos. in verbo per stipulationem, & ibi etiam Salyc. n.* 6. *vers. si verbis C. si cert. petat.*

Verùm ut magis accedamus ad causam, cùm certum sit, expressis verbis novationem non esse inductam, videndum, si ex conjecturis ista novatio argui possit. Itaque praetendit pars adversa, novationem fuisse inductam, vel ex interventu novae personae, juxta terminos *text. in d. l. singularia*, ex eo, quia cùm

Regia Curis esset debitrix dicti, Serenissimi Regis, pro dicto debito se obligavit qu. Dux Castri Sanguinis, vel & secundo pro dilatione concessa dicto Du-
53 ci ad solvendum in certis tandis, & terminis. Et quidem, quod interventu novæ personæ novatio non inducatur, expresse probatur ex *text. in d. l. fin.* ibi, *novationum nocentia corrigentes volumina, & veteris juris ambiguitates resecantes, sancimus, si quis vel aliam personam adhibuerit, vel mutaverit, &c. nihil penitus prioris cautela innovari.* Quamvis enim de antiquo jure, novæ personæ interventu, prioris obligationis extinctio, & novatio inducebatur, tamen hoc immutavit nova *Constitutio Iustiniani* Imperatoris, ut habetur in *paragrapho præterea, Institut. quibus modis tollitur obligatio,* ubi *in vers. sed quoniam* dicitur, *quod quamvis veteri lege novatio inducebatur, cum novandi animo in secundam obligationem item fuerat,* ubi *glos. in verbo cum novandi* declarat, sive tacite, sive expresse, tamen quia maximum ex hoc oriebatur dubium, quando novandi animo in secundam transferebatur obligatio, ideo supervenit dicta nova *Constitutio*, quæ, ut *ibi* dicit *glos. Accurs. in verbo Constitutio* fuit *tex. in d. l. fin.* quæ apertissime definivit, tunc propter fieri novationem, quando inter partes expresse hoc actum sit, & ex hoc, quod interventu novæ personæ novatio non inducatur, habetur ex *glos. in d. paragrapho præterea, in verbo nova persona, Bal. in d. l. fin. in princ. Mantic. de tac. & ambig. lib. 17. tit. 3. numer. 3. & tit. 6. num. 6. Ego consult. 120. numer. 77. vol. 2.* & decisum refert per *Rot. Rom. Crescent. decis.*
54 *4. de solut.* Et quamvis etiam hodie ex conjecturis saltim ope exceptionis induci novationem, teneant nonnulli *DD.* ex *text. in l. Valerianus, ff. de prætor, stipul.* ubi etiam *glos. & Bart.* & habetur per *glos. in l. 2.* ubi etiam *Bar. ff. de nov.* & ideo in omnibus casibus in quibus tacita novatio ex jure antiquo oriebatur, hodie quoque fieri intelligitur ope exceptionis, sentiat *glos. in d. l. ult. C. de novat. & in l. 2.* ubi etiam *Bar. eod. tit.* & idem *Bar. in l. pecuniam, in fin. ff. si cert. petat.* Licet alii, quod neque ope exceptionis ex conjecturis novationem posse fieri, dixerint, ut per *Alex. in l. qui usumfructum numer. 6. ff. de verb. oblig. Gozad. cons. 18. numer. 1. in fin. Riminal. jun.* qui alios concordantes refert *cons. 201. & cons. 318. numer. 5. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 17. tit. 2. in fin.* Ea ratione, quia si ista opinio esset vera, quod ope exceptionis possit novatio ex conjecturis probari, esset in totum destruere *text. in d. l. fin. & paragrapho præterea*, ut dixit *Alex. cons. 10. numer. 13. vers. item non esset sublata, lib. 8. & cons. 58. numer. 3. lib. 6. & Raphael Cuman. in d. l. Valerianus, numer. 3. in fin. ff. de prætor. stipul.* dicit, falsum esse, quod hodie novatio fiat ope exceptionis, quia *Imperator Iustinianus* voluit per dictas leges tollere difficultatem præsumptionum, quæ non esset sublata, si tacite posset fieri ope exceptionis. Et proinde istam sententiam publice disputando defendunt *Iacob. de Belu. Alber. Rayn. Gugliel. de Cuneo. Cyn. Iacob. Butrigar. Bal. Salyc. Fulg.* & alii longa serie congesti per *Mantic. d. lib. 17. de tacit. & ambig. tit. 3. sub numer. 1. vers. & hanc quidem sententiam,* quæ opinio videtur magis tuta, & magis vera, licet con-
55 traria opinio salvari posset, quando conjecturæ essent adeo vehementes, ut clare appareret, contrahentes voluisse novare priorem obligationem, & ita dictam opinionem declarat *Raphael. Cuman. in d. l. 2. numer. 3. & in d. l. Valerianus. numer. 3. cum seq. ff. de prætor. stipul.* ubi etiam *Imol. & in l. qui usumfructum, num. 2. vers. non obstat glos. D. de verbor. obligat.* ibique *Alex. numero 7. Cyn. in d. l. fin. C. de novat. Decian.*
56 *consil. 21. numer. 67. lib. 5. Rimin. jun. d. consil. 201. num. 16.* Expresse enim dici etiam potest illud, quod ex evidentibus conjecturis apparet, ut in propriis terminis novationis dicit *Christophor. Mart. examin. 41. sub nu.* 52. & exemplificant *DD.* quando unus contractus cum alio esset incompatibilis, ut habetur ex *Bal. in d. l. fin. numer. 3.* & per *Dec. in consil. 400. numer. 9.* & alios per *Mantic. in loco* supra proxime citato *numer. 14.* Item si præcedat liberatio, & statim sequatur alia obligatio, *Rip. respons. 18. numero 33. vol. 2.* Item & tertio, quando pro decem, quæ ex prima obligatione
57 quis debet, promittat quindecim, quia tunc à priori obligatione recessum videri, dixit *Bald. in lege pacta conventa num. 2. in 3. notab. ff. de contrah. empt.* ubi etiam *Salyc.* licet in isto tertio casu contrarium teneat *Rimin. jun. consil. 318. num. 5.* ex verbis expressis *text. in dict. l. fin.* & sic residendum est in illis duobus casibus, quando contractus sint incompatibiles, vel quod primus contractus sit extinctus, de primo loquitur *Dec. consil. 464. numer. 2. Menoch. cons. 381. num. 32.* & sic erit videndum, si in ista obligatione adsit ista incompatibilitas, vel si adest extinctio primi contractus.

Dicebatur itaque per hæredes Illustr. Ducis Castri Sanguinis, hoc est secundum obligationem, nedum non esse incompatibilem cum prima verùm esse in exequutionem, & sequelam primæ; cùm enim vellet emere dictus Dux prædictam Civitatem Theatinam, antequam eam emeret se convenit cum Internuncio mediante Albarano circa modum solutionis, quare ex sibi remansa ad extinctum candelæ, & liberata, se obligavit solvere servata forma dicti Albarani, & quoties-
58 cumque secundus contractus fuit celebratus pro exequutione primi, unus tantùm intelligitur, quia secundus est veluti quoddam pactum, quod est pars prioris contractus, *Baldus consil. 440. numero 6. lib. 1.* & unicus potest dici contractus propter rei unitatem, *l. scire debemus, ff. de verb. obligat.* & quando actus, qui posteà sequitur, potest intelligi, ut pertineat ad præ-
59 cedentem contractum, quamvis sit novus, præsumitur magis factus in exequutionem primi contractus, *Aret. in l. si procuratorem, in princip. in 2. & 4. notab. ff. mandat. Beer. decis. 348. numero 5. in fine,* & quo-
60 do novus contractus proficiscitur ab alio, ultimus contractus non inspicitur, sed primus, *Anchar. consil. 18. numero 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. titulo 3. numero 6. 7. & 8.* qui *numero 9.* dicit, quòd quamvis ex lege veteri videretur, esse inductam novationem, tamen hodie non intelligitur, sed nova accedit obliga-
61 tio, & ex utroque contractu oritur actio, & quotiescunque aliquo modo dignosci potest, quòd secunda obligatio veniat ad exequutionem primæ, vel ejus implementum, tunc non potest dici novatio, quia exequutio præcedentis actus non dicitur novus actus, ut post *Bart. in dict. l. singularia* probat *Menoch. dict. præsumpt. 134. numero 26. Surdus consil. 385. num. 15. Christophorus Mart. dict. examinat. 41. numero 64.* & *Ego* dixi *consultat. 20. libro 2. numero 30.* ubi latè scripsi de hac materia, & quòd potiùs ad majorem cautelam, quàm ad novationem inducendam factum fuisse præsumendum erit, *l. si stichum 8. paragrapho idem Celsus, ff. de donat.* & alii per *Herculem Marescott. variar. resolut. libro 2. capit. 56. numero 5.* qui ita decisum refert, ubi legatum dotis fuerat in stipulationem deductum, & *Gratianus discept. forens. capit. 599. numero 9. & 10.* ubi quòd potiùs dici potest cumulativa, quàm prioris actionis extinctiva, *l. pupillus, paragrapho fin. ff. de novat. l. qui usumfructum,* & *l. quibus idem, ff. de*
62 *verbor. obligat.* quod procedit, etiam si actus secundus plus contineat, *lege 4. paragrapho ex conventione, ff. de re judic. dict. leg. si stichum, paragrapho idem Celsus, ff. de novat. Surdus consil. 345. numero 1. libro 3. Raphael Cuman. in leg. in aliam, numero 6. versic. præterea in dubio, ff. eodem titul.* & etiam quòd inter unum, & alium contractum adsit diversitas in modo solvendi, *Baldus in lege pacta novissima. versic. si. ff. de verborum obligat. Tiraquell. de retract. ad finem tituli num. 168.*
63 & quòd requiratur universalis rei mutatio, adhoc ut novatio

novatio inducatur, secus particolaris, *Menoch. conf.* 702. *numer.* 14.

Ex quibus dicebatur nullo modo posse dici, hunc postremum contractum esse adversativum, sive incompatibilem, tam Albarano, quàm emptioni factæ dictæ Civitatis, cùm oblatio pro emptione facta sit in exequutionem Albarani, & absque illo certum est, quod illustris quondam Dux non emisset, & promissio etiam post factam emptionem, in exequutionem dicti Albarani facta fuerat, & sic omnes tres actus sunt inter se, correspectivi, & unus in exequutionem alterius. Et 64 ideò quod dicebatur de incompatibilitate, apparebat quod nullam poterat habere juris substantiam, sed sunt correspectivi, & in exequutionem primi. *Surdus decis.* 70. *numero* 6. & 7. *& decis.* 288. *numero* 30. & alii per *Me* allegati in *consultat.* 34. *numero* 37. cum *seqq. lib.* 1.

Tantò magis, quia quamvis à tempore oblationis factæ ad diem instrumenti aliqui præcessere dies, tamen à die, quo apparet solutio facta per Bancum Sancti Jacubi ad diem instrumenti prædicti solum tres 65 dies intersuerunt, & quæ incontinenti fiunt, dicuntur inesse, *lege iulia, ff. si cert. petat.* & correspectivitas 66 probatur, etiam quod instrumenta non fiant uno codemque die, *Reg. Valenz. consil.* 62. *numero* 45. quod maximè procedit quando una promissio respicit aliam, 67 tunc enim, etiam quod fiat diversis temporibus, semper dicitur correspectiva, & sufficit, quod ad eundem finem sit facta. *Grattianus discept. forens. libro* 1. *capit.* 273. *numero* 16. *Mar. Cutel. de donat. inter patrem & filium, contemplat. matrim. tract.* 3. *discurs.* 1. *num.* 74. & facta in exequutionem præcedentis promissionis, *lege tertia §. verum, Digest. de manumission. Surdus consil.* 202. *& decisio.* 71.

Nec temporis dilatio data ad solvendum novationem inducere potest, quia ultra superius adducta, quod 68 dicta dilatio fuit data in exequutionem præcedentis tractatus, in albarano contenti, non inducere novationem, probat expressè *textus in dicta l. fin. & Ias. in lege* 1. *Codic. de judic. numero* 8. *Deci. consil.* 400. *Mascardus de probation. conclus.* 1112. *numero* 9. *Gabriel. commun. conclus. titul. de fidejuss. conclus.* 3. *Camill. Borrell. consil.* 1. *numero* 3. *Niger Cyriac controvers. forens. capit.* 279. *numero* 2. *libro* 2. *Rot. Rom. in antiqu. decisio.* 860. *Thesaurus dict. decis.* 125. ubi 69 etiam *Thesaur. filius*, & cum omnia, quæ gesta fuerunt, pensitata, & conventa fuerint, sequitur, quod instrumentum ultimum fuit in exequutionem primæ pro- 70 missionis, *Thesaurus quæst. forens. libro* 1. & actus sequens præsumitur factus ex causa necessaria antecedentis promissionis, *Cravett. consil.* 108. *numero* 8. *Surd. decis.* 288. *numer.* 30. post *Innocent. in cap. innotuit. ext. de arbitr.*

Quo verò ad aliud objectum, quod prima actio, quam habebat Sereniss. Poloniæ Rex adversus Regiam Curiam, per partitam Banci appareret, jam esse extinctam, nam solutione, quod sibi debebatur omnia tolli- 71 tur obligatio, *lege in numerationibus* 44. *& lege Stichum* 95. *ff. de solut. §.* 1. *Institut. quibus modis tollit. obligat.* & proinde ipsi non competere actionem, nisi contra hæredes dicti Ducis, & contra Principem insolidum obligatum, respondebatur. Et primo considerabatur, quod instrumentum, de quo hodie agitur fuit celebratum antequam dicta solutio per Bancum fuisset facta. & ex illa apparet, ipsum quondam Ducem solvisse Regiæ Curiæ pretium dictæ Civitatis, quod pretium brevi manu apparet solutum dictum Sereniss. Regi, & Principissæ, per quos postea partita fuit girata 72 ipsi Duci, & sic re vera dicitur partita *passatora*, quæ nihil operatur, ex *textu in leg. qui sic solvit* 55. *D. de solutione*, probant *ibi gloss. Paulus de Castrens.* & cæteri, & si aliquid operaretur, esset in beneficium hæredum dicti Ducis, quia cum fuerit facta post instrumentum, creditum esset extinctum. verum quia veritas est, quod solutio non fuit effectiva, sed habuit respe- 73 ctum ad promissionem solutionis per dictum Ducem faciendæ; dicendum est, plus valere quod agitur, quam quod simulatè concipitur, & propterea quia cessavit causa venditionis, per quam se obligavit ad solutionem pretii, & ipsa promissio de solvendo etiam evanuit, ut post *Alexand. Decian. Menoc. Emanual. Costam*, & alios habetur per *Giurb. decis.* 85. *num.* 20.

Nec de quietatione facta in beneficium Regiæ Curiæ aliqua est habenda ratio cum illa fuerit facta, habito respectu ad ducatos decem mille receptos à dicto quondam Illustriss. Duce, & obligationem factam restantis quantitatis, prout apertè dicitur in dicta quieta- 74 tione, quo casu neque delegationem, neque novationem induci, habetur per *Surdum decis.* 13. *numero* 8. *Gozad. consil.* 38. *numero tertio & duodecimo*, latè fundat *Niger Cyriacus controversiarum forens.* 214 *numer.* 29. & erit ratio, quia cùm prædicta liberatio, & quietatio facta in beneficium Regiæ Curiæ fuerit promissioni de solvendo innixa, & illa facta per Ducem ex causa emp- 75 tionis dictæ Civitatis fuit postmodum resoluta, etiam solutionis promissio, cessante causa dictæ promissionis evanescit, *Alexand. cons.* 139. *numer. vigesimo versiculo quarto & ultimo. lib. secundo*, & alii longa serie congesti per *Tiraquell. in tractatione cessante causa parte prima, numer.* 179. *vers. liberationis causa cessante*, 76 & quidem regulare est, quod cessante causa, effectus etiam cessare debet, *lege tutorum* 13. ubi *Bart. D. de adoption. lege licet* 42. *§. ea obligatione, D. de procurat. lege actione* 65. *§. item si alicujus, D. pro soc.* & alii per *Tiraquell.* qui integrum super dicta regula edidit tractatum alios etiam allegat *barbos.* Episcopus Ugentinus *axiomat. par.* 42. *numero quarto. Pater Marcellus Megalatu promptuario Theolog. moral. in verbo crimen numero decimo, versiculo secundo, parte prima, Pater Diana in tractatione decima de legibus resolutione* 28. *tom. primo.* & dubitari non potest, causam finalem dictæ obligationis fuisse emptionem dictæ Civitatela, ut tam in Albarano, quam in ultimo instrumento pluries asseritur. & nemo sani capitis aliam fuisse causam finalem dictæ obligationis asserere, neque 77 somniare potest, & causa finali cessante, cessare debet & ipsa obligatio *Tiraquell.* post alios in *dicto tractat. limit. prima, num. vigesimo sexto. Decianus respons. quadragesimo primo numero vigesimo Niger Cyriacus controvers.* 487. *numer.* 74. & probatur ex *lege qui tutelam* 28. *D. de testament. tutel, & lege etiam si parvis* 114. *D. de lege prima, lege si legatarius* 25. *versic. quemadmodum. Codic. de legibus Roman. consil.* 417. *num. primo. Cadreolo. consilio unic. numero secundo de resolutione contract.* illa enim promissio de solvendo in- 78 telligitur facta, rebus in eodem statu permanentibus, *Ioan. Campeg. de dot. part. secunda, quæstione* 9. *Ioa. del Castill. decisione* 91. *lege quæro* 57 *§. inter locatorem, Digest. locat. lege si convenerit* 14. *D. pro soc. lege cum quis trigesimo octavo in principio, & lege si tum Cornelius* 82. *Digest. de solut.* cum aliis adductis per *Natt. consil.* 548. *numero vigesimo primo, libr. tertio*, & *Ego* dixi in *consultatione* 58. *numero septimo, libro* 79 *primo.* quod procedit, etiam si promissio sit juramento vallata, quoniam nova, & incogitata causa superveniente, à qualibet promissione recedere permissum est, *cap. quemadmodum* 25. *extra de jurejur.* & *ibi DD.* colligit *Episcopus Augustinus Barbos. in collect. ad dictum capit. Sanchez. de matrimon. libro primo, disputat.* 61. *numero secundo. Reginal. in praxi fori penitent. libro decimo octavo de ration. judic. peccat. capit. numero* 34. *Petrus de Anchar. consil.* 84. *num.* 6. *versic. quibus non obstantibus*, alios colligit *Ioan. Bapt. Larrea alleg. fiscal.* 3. *num.* 10. *part.* 1.

80 Hinc quamvis contractus tempore ipsius celebrationis videatur justus, si posteà tractu temporis ex aliquo

evento injustus efficiatur, ad metam justitiæ esset à juridicentibus reducendus, prout exemplum ponat *Ias. in leg. quaminus 2. numero 136. D. de flumin.* in Pistore, qui pro tota familia gratis, vel pro parva quantitate coquere promisit, familia valdè excrescente, non obstante pactione dicta promissio debet ad æquitatem 81 reduci, ut non nisi pro familia tempore promissionis existente coquere teneatur, & ratio est, quia sermo indefinitè prolatus, nunquam ad futura protrahitur, quoties ex eo magnum resultaret præjudicium, sequitur *Thesaurus dec. 226. numero secundo. Larrea allegat. 32. numero quinto. Cujacius libro nono, observ. capit. octavo. Alba consil. 34. numero 16.* & *Ego* dixi *decisione* 82 188. *numero* 95. & quòd rebus notabiliter mutatis non obliget promissio, *Sanchez. de matrimon. libro primo, d. disputatione 63. numero secundo Molinas disputat. 849. Covar. in capit. quamvis, parte prima, §. tertia de pactis, Reverend. Dom. Thomas del Bene in tractat. de parlament. titul. de immunitat. Ecclesiastic. dubio quarta, sectione vigesima septima.* Et ideo debet Judex contractum, qui tractu temporis ad iniquitatem protraheretur, ad æquitatem, & justitiam sua authoritate reducere, *lege cum quidam 17. D. de usur. & lege de* 83 *usuris 17. Cod. e eodem titul.* ut perbelle fundat dignissimus Domin. Præses Sacr. Cons. *D. Franciscus Merlinus* Marchio Ramontis *controversiarum forens. capit. 69. numero decimo quinto, centur. 2.* Et satis iniquum esse videbatur, quòd hæredes Illustriss. Ducis Castri Sanguinis tenerentur ad solvendum pretium Civitatis Theatinæ tempore, quo illam facto Principis non possident, neque in hoc læditur Fiscus, quia ipse semper remanebit debitor, sive dicti Serenissimi Regis, & Principissæ sive hæredum Illustrissimi Ducis Castri Sanguinis, neque etiam creditum, quod habebat dictus Serenissimus Rex læditur, quia remanet creditor ejusdem Regii Fisci, eo modo, & forma, prout erat antequam Civitas Theatina venderetur.

Et ex his dicebatur apparere responsum ad aliud motivum evictionis, cùm venditio sit jam resoluta, & 84 causa redacta ad non causam, & resoluto jure datoris, resolvitur & jus acceptoris, vulg. *lege lex vectigali 31. Digest. de pignor. lege si ex duobus, §. fin. Digest. de in diem adject. capit. super. 6. de donation. inter virum & uxorem,* & post *Bart. Sol'y. Abb.* & alios *Bertaz. clausul. 15. glossa secunda, numero 17. & Barbos. axiomat. 135. numero sexto,* nam, ut supra diximus ex textu *in leg. qui tutelam 28. Digest. de testament. tutel.* pro-85 missionis causa cessante, cessat & ipsa obligatio, & evictionis actio tunc oritur, quando ab alio, quàm ab ipso contrahente, & vendente res evincitur, quia tunc competit emptori adversus venditorem exceptio *ex text. in leg. venditorem, Codic. de evict.* secus tamen, quando idem venditor est, qui ab emptione discedit, vel ex clausulis resolutionis, adjectionis in diem, vel legis commissoriæ titulus venditionis ipso jure resolvitur, & dominium ad venditorem devolvitur, *lege si quis hac lege 42. Digest. de rei vendicatien. Paulus de Castrens. in leg. cum venditor, Digest. de pignorat. action. numquinto, & in lege prima & secunda, Codic. de pact. inter emptorem & venditorem. Albericus in leg. commissorio, & Cyn. in lege qui ea lege, Codic. eodem titul. de pact. inter emptorem, & venditorem.* Et sic venditiones, quæ fiunt à Regia Curia Civitatum, & Terrarum domanialium, videntur habere insitam conditionem, nisi infra tempus statutum ipsa Civitas vendita ad domanium proclamaverit. Verum tamen est, quòd admissa Universitate ad domanium, jurisdictio tantùm ad Regem devolvitur, corpora autem feudalia ad Universitatem se reementem remanent, sed hoc eo casu est, in quo Universitas cùm esset in dominio Baronis, illam venderet, quando autem Princeps est, qui vendit Civitatem domanialem, & deindè cum illa transegit, quid dubii esse potest, quòd non tenetur emptor pretium solvere?

Ad quod fundandum fuit etiam consideratum, quòd illud pactum, ut dicti actores non teneantur de evictione, intelligi oportet, quando verè evictio sequuta 86 fuerit ab alio tertio, qui jure dominii, vel hypothecæ rem venditam evinceret, & quæ in dicto casu requirantur, notat *R. buff. in tractat. de dilat. articulo quinto, numero decimo quinto, tomo tertio.* Verùm in casu, de quo agebatur non possunt applicari termini evictionis, quia fuit idem venditor, qui noluit, ut ipsa venditio suum sortiretur effectum, dum transactione inita cum Universitate, pretio accepto permisit, venditio-87 ne non obstante, prædictam Civitatem in domanio conservari, & in isto casu cessabat evictio, quia venditio intelligitur revocata per ipsum Principem vendentem quod potest facere, nedum Rex, quando ipse vendidit, sed quando Baro, & utilis Dominus vendidit, *gloss. in capit. primo, §. porro, qualiter olim feud. alienar. poter. De Pont. de potest. Proreg. titul. de divers.* 88 *provis. §. primo, numero quinto, folio 477.* & ipsæmet Universitates, quæ ad domanium proclamant, non jure proprio, sed ex juribus Regi competentibus agunt, ut post *Camill. de Curt.* in suo *divers. feud.* dixi idem *De Pont. numero decimo quarto & sequent.* ubi refert dictum *Seg. Farnatii*, quod si Dominus directus non vult domanium, Universitas repellitur, & ideo emptor contentus remansit, non teneri de evictione Sereniss. Regem, quia securus erat, eam pati non posse, cùm emeret sollemniter à Fisco, quo casu licèt non pertinuisset ad stationem venditoris, non potest evinci, *lege primo Codic. ne Fisc. rem, quam vendid. evinc. libro decimo,* & proinde dixit, *Bartol. in lege quinta* 89 *Digest. de jur. fisc.* quod ab eo, qui à Fisco emit evinci non potest. & casu, quo Fiscus idem ageret, obstabat ei supradicta regula, quod, quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. In casu vero, quo venditio non haberet effectum, expressè sibi cavit emptor, ut duc. decem mille anticipatè soluti, sibi 90 restituerentur, & sic dum Princeps noluit, venditionem habere suum effectum, causa fuit redacta ad non causam, & ea cessante non tenetur ad solutionem pretii, ex regula cessante causa, ut plenè per *Tiraquell. in dict. tractat. parte prima, numer. 147. Marchio Ramontis controvers. 91. centur. prima, numero nono,* & decisum refert *Farinacius* per *Rot. Roman. decis. 50. & 55. parte prima,* quod is, qui se obligavit ad appaldum solvendum quolibet anno, intelligi debet obligatus, quatenus appaldum observetur intra tempus permissum, & dutet, & aliàs in simili causa, dum Marchio Sancti Secundi se obligasset, uti emptor cujusdam datii spectantis ad Eminentissimum Cardinalem Sfortiam solvere Montistis ejus creditoribus duc. 55000. resoluta venditione ex eo, quia fuit adinventum datium venditum fideicommisso subjectum *Rot. Roman.* censuit, non esse concedendum contra Marchionem mandatum executivum, de qua decisione per eundem *Farinacium decis. 428. par. prima,* & per *Zacchiam decision. Rot. Roman.* post *tractatum de obligatione Camer.* 113. & de ea etiam mentionem fecit *Gratianus discept. forens. capit. 759. numero undecimo,* aliam etiam afferendo similem decisionem.

Nec de negligentia in non petendo restitutionem possessionis dictæ Civitatis prout alii Barones fecerunt, & obtinuerunt, potest imputari, quia illæ Universitates non fuerunt post Regni quietem admissæ ad domanium mediante transactione, & in partem soluto pretio, prout Civitas Theatina, & ideò quamvis pluries preces porrexisset ipse Balius Excellentissimo Proregi, non potuit obtinere.

Hæc causa cùm proficisci debuissem pro Dom. Regis servitio ad Apuliam, ambæ partes rogaverunt Excellentissimum Proregem, qui eram Commissarius, ut antequam discessissem, mandaret illius expeditionem, ideò per diem ante meum discessum fuit plenissimè tractata,

tractata, & discussa, auditis Advocatis ambarum partium, & jam erat in limine votandi, nisi Regii Patrimonii Advocatus petiisset pro interesse Regii Fisci iterum videre Acta, & sic fuit supercessum, & postea fuit determinata, me absente sub die 24 mensis Aprilis 1650. mediante decreto Regii Collateral. Consil. cum interventu D. Didaci de Vzeda Locumtenentis Regiæ Cameræ Summariæ, ac Regiorum Consiliariorum Joann. Francisci Marciani, & D. Thomæ Martinez adjunctorum, audito Fisco, & quia pro parte hæredum quondam Illustrissimi Ducis Castri Sanguinis fuit instatum pro determinatione etiam petitorii, ad hoc, ut unico decreto lis in totum inter eos tolleretur, & huic instantiæ acquieverant etiam actores, ideò fuit provisum, quòd Illustrissimus Princeps Sancti Boni, & hæredes quondam Dom. Ferdinandi Caraccioli non molestentur ad instantiam Serenissimi Regis Poloniæ, & litis consortium pro causa in actis deducta, & è contra dictus Serenissimus Rex, & litis consortes non molestentur pro ducatis decem mille eisdem solutis per dictum quondam Dom. Ferdinandum, salvis juribus partium, contra quos decet, pro quibus, & reliquis omnibus compareant in Regia Camera, in qua proponant eorum jura, audito Fisco, acta sunt penes Stephanum de Giorno Regium à mandatis Scribam.

OBSERVATIO IN DECISIONE CC.

SUMMARIUM.

1 *Antè Iudicium institutum, de quo in hac decisione fuit aliud primò intentatum à D. Rege Poloniæ contrà Ducem Castri Sanguinis circà emptionem Civitatis Theatinæ.*

Civitas Theatina fuit empta à D. Ferdinando Caracciolo Duce Castri Sanguinis sub hasta, deinde fuit empta per D. Regem Poloniæ à D. Rege nostro Catholico, ibid.

2 D. Franciscus Maria Pratus *Regius Consiliarius laudatur.*

3 *Novatio quando inducatur ex conjecturis, vel aliis causis, & modis, vel per delegationem, aut novam obligationem, & nu. 6.*

Fidejussor an liberetur per prorogationem factam debitori à creditore, vel per secundam obligationem, ibid.

4 *Novatio an inducatur in pœnalibus, & pœnis impositis.*

5 *Novatio an inducatur in literis cambii, ita ut si is, cui directæ fuerunt sit effectus non solvendo, liberetur debitor scribens literas.*

6 *Novatio an inducatur per delegationem factam à debitore creditori.*

Debitor an liberetur, si deleget suo creditori, alium suum debitorem, & quando, ibid.

7 *Debitor allegans se solvisse suo creditori, an teneatur declarare locum, tempus, modum, & coram quibus satisfecit.*

8 D. Regens Antonius Miroballus *laudatur.*

9 *Conducens à Rege Bailiviam, & solvere aliquibus delegatis promittens, si Rex abstulit illi dictum officium, an teneatur illis solvere.*

10 *Gabellis abrogatis à Principe, an censeatur etiam abrogata locatio.*

Conductor Gabellarum, illis abrogatis, an teneantur solvere pro rata temporis, ibid.

D. Joannes Baptista Ciarlinus *laudatur, ibid.*

11 *Conductor Gabellarum, illis sublatis, an petere possit interesse damni emergentis, & lucri cessantis, & n. 10.*

Antè intentatum Judicium, de quo in hac decisione, quæ fuit facta sub die 26. mensis Aprilis 1650. ut habetur in fine, fuit institutum aliud primò Judicium ab eodem Serenissimo Rege Poloniæ contrà 1 eundem D. Ferdinandum Caracciolum Ducem Castri Sanguinis; nam cum dictus Dux emisset sub hasta dictam Civitatem Theatinam sub die 7. mensis Julii 1645. in Collaterali Consilio coram Excellentissimo Domino Prorege, & cui fuerat consignata possessio, in qua reperiebatur dictæ Civitatis, & postea idem Serenissimus Rex obtinuisset a Serenissimo, & Potentissimo Rege nostro Catholico eandem Civitatem sub certo, sed minori pretio fuit inter eos lis, & disceptatio, an deberet substineri prima venditio facta sub hasta dicto Duci Castri Sanguinis sub dicta die 7. Julii 1645. an verò secunda venditio facta à Domino Rege nostro præfato D. Regi Poloniæ in mense Augusti ejusdem anni 1645. & in hac prima instantia, & causa co- 2 piose, & erudité more suo scripsit *D. nunc Consiliarius Franciscus Maria Pratus* ad favorem dicti Ducis D. Ferdinandi Caraccioli sub die 21. Martii 1646. prout habetur *tom. 2. suarum discept. forens. capit. 25. per totam*. quæ causa erat decidenda in Supremo rerum Italicarum Consilio apud Regem nostrum Catholicum, ut *Ipse in fine* indicat; posteà mortuo dicto D. Ferdinando Duce, fuit motum alterum judicium inter dictum D. Regem Poloniæ, & filios, & hæredes ipsius Ducis, de quo in hac decisione *D. Regens* agit, ex quibus videtur, secundam venditionem dictæ Civitatis factam dicto Regi Poloniæ minimè effectum sortitum fuisse, sed Ducem in possessione permansisse usque dum Civitas in Regio domenio restituta fuit post sedatos populares tumultus in anno 1648. & ideò dictus D. Rex Poloniæ, ejusque soror D. Principissa, hoc aliud instituerunt judicium contrà filios D. Ferdinandi, & D. Principem Sancti Boni insolidum obligatum.

3 De novatione, quæ nomen accepit à novo, & à nova obligatione, idest novando, *l. 1. ff. de novat.* & quæ hodiè nunquam inducitur, nisi expressis verbis, per *text. in l. fin. C. de novat.* fit mentio hic *nu. 12.* Ideò an inducatur etiam ex conjecturis, vel ex aliis causis, & modis, aut per delegationem, vel novam obligationem, & si fidejussor liberetur per prorogationem, vel secundam obligationem videndi sunt præter cæteros Doctores, *Franc. Marc. decis. 412. & 538. Gaill. pract. observat. tom. 2. observat. 30. Thesaur. decis. 125. num. 7. 8. & 9.* & ibi *Gasp. filius in addit. lit. A. Borgn. Cavalc. decis. 20. num. 6. par. 1. & decis. 18. par. 4. Surd. decis. 23. Afflict. decis. 44. num. 15 Vrsill. add. Afflict. decis. 353. Via. comm. opin. tom. 2. opin. 60. verbo novatio, D. Reg. de Marinis resolut. quotid. lib. 1. cap. 135. & lib. 2. capit. 65. num. 10. & 1. Dom. Consiliar. Roccus tom. 2. respons. 93. & 96. D. de Franch. decis. 15.* ubi *Addentes D. Ferdinand. Arias de Mesa var. resolut. lib. 1. capit. 18. & cap. 40. à nu. 28. cum seqq. & lib. 2. cap. 13. numer. 2. cum seqq. Maceraten. lib. 2. resol. 57. nu. 59. 60. & 61. & in resolut. 45. lib. 3.* agit, an in pœnalibus, & pœnis impositis inducatur novatio; Et an in literis cambii datæ à debitore ejus creditori, inducatur novatio, ità ut si is, cui directæ fuerunt, sit effectus non solvendo, liberetur debitor scribens literas, nè conveniri queat à suo creditore, & *D. Reg. de Marinis lib. 1. resolut. quotid. resolut. 8.* tenet non liberari debitorem, sed remanere obligatum ad solvendum suo creditori, & ità decisum affert per *Rot. Roman.* cujus decisionis tenorem adducit in fine, in una literarum cambii coram *Reverendissimo P. Mermanno*, prout eandem adduximus suprà in *Observ. in decis. 196. num. 9. fol. 524.* & an inducatur novatio in delegatione debitoris, laté *Surd. decis. 23.* & ibi *D. Hodiera, in addit.*

6 Hinc an debitor annuorum introituum, qui vendens rem aliquam Titio, de cujus pretio delegat solvi ejus creditori capitale cum tertiis, qui per plures annos exegit à Titio tertias, sed Titius non se obligavit de facie ad faciem dicto creditori de ipsis solvendo capitale prædictum, & tertias, an talis creditor possit nihilominus convenire suum debitorem, non obstante dicta delegatione, & credo, quod sic; Nam cum D. Marchio

Cervinariæ

Cervinariæ vendidisset Terram Vulturariæ Duci Fragenti, delegavit pretium solvi aliquibus suis creditoribus, nempè Principi Sancti Severini, Duci Laurini, ac D. Petro de Ferrante, qui per plures annos exegerunt tertias à dicto Duce Fragenti emptore dictæ Terræ, & debitore in pretio dicti Marchionis; postmodum iidem creditores judicium assistentiæ instituerunt contrà dictum Marchionem pro capitale, & tertiis, & eum fuerit ordinatum die 27. Aprilis 1650. per Dominum Consiliarium Navarrettæ nunc Decanum S. C. Marchionem Laterziæ, quod sequestrarentur fructus Terræ Cervinariæ, fuit à decreto prædicto appellatum ad S. C. & opposita per Marchionem delegatio, & novatio, & facto verbo in S. C. fuit confirmatum decretum prædictum die 18. Maii 1650. in banca Scacciaventi, & iterum ad instantiam dicti D. Petri de Ferrante fuit per idem S. C. sub die 25. Septembris 1651. provisum quod affictetur Terra Cervinariæ nomine S. Consi. & pariter ad instantiam Ducis Laurini sub die 5. Julii 1653. fuit provisum, ut Marchio Cervinariæ solvat, aliàs procedatur super rescissione In eadem banca Scacciaventi.

7 Ad *num.* 16 *&* 17. potest adaptari quæstio; An scilicèt debitor allegans satisfactionem, teneatur declarare locum, tempus modum, & coram quibus solvit, & satisfecit suo creditori, & invenio per Sacrum Consilium Neap. diversimodè fuisse provisum. Nam in causa Anelli Maldacea cum Josepho de Rinaldo, qui allegavit satisfactionem crediti petiti per dictum Anellum, & dato termino super allegata satisfactione, fuit per

* D. Consiliarium Gamboa domi ordinatum sub die 14. Februarii 165 . quod dictus Joseph declaret locum, & tempus allegatæ satisfactionis, à quo decreto reclamavit Joseph, & facto verbo in Sacro Consilio, fuit per idem Sacrum Consilium sub die 15. Martii 1653. confir-

* matum dictum decretum, & posteà per aliud decretum sub die 1. Aprilis dicti anni 1653. fuit ordinatum, quod dictus Joseph declaret mensem, in quo satisfecit, èo quod declaraverat annum, Ut in actis Joan. Baptistæ de Rinaldo, cum Anello, & Dominico Maldacea, in banca Selsvi pro Amico, in quo judicio pro parte dicti Josephi erat præcursatum exemplum, ut non teneatur declarare; Nam cum Marius Steccutus petiisset certam pecuniarum quantitatem ab Octavio Affatati hærede quondam Philippi Affatati, qui Octavius satisfactionem allegaverat, & per Sacrum Consilium fuit datus terminus super dicta satisfactione, & dictus Marius institit pro declaratione modi, temporis, loci, & coram quibus, & D. tunc Consiliarius

8 Mitoballus, posteà regens Regiam Cancellariam decrevit die 9. Septembris 1650. quod visa petitione dicti

* Marii, prædictus Octavius declaret modum, tempus, & coram quibus fuit facta satisfactio, juxtà secundum capitulum dictæ comparitionis Marii; Nihilominus facta relatione in Sacro Consilio per eundem D. Antonium Mitoballum sub die 16. Novembris 1650. fuit provisum per idem Sacr. Consil. quod terminus datus

* per Sacrum Consilium currat ab hodiè, oppositis non obstantibus per dictum Marium in secondo capite dictæ comparitionis. In Banca Vincentii Buritti. Et sic primò per sacrum Consilium in dicta causa Octavii Affatati decisum fuit, non teneri dictam declarationem facere, sed in termino debere probari satisfactionem fuisse factam, & modum, tempus, locum, & coram quibus, & deindè in alia causa, ut suprà Josephi de Rinaldo cum Anello Maldacea, fuit decisum teneri facere dictam declarationem, ut est videre in Actibus, & processibus suprà dictis.

9 Item observo quod huic decisioni ultimæ *D. Regentis* conferunt. quæ docuit *Alber. in l. fi. numero 2. ff de const. pecun.* ubi, quod si conduxi à D. Rege Bailiviam ad quinquennium, & prætextu dicti affictus me constitui debitorem, ac solvere promisi quibusdam, quòd si Rex ex aliqua causa abstulit mihi Bailiviam, tunc non teneor illis, quibus solvere promisi.

10 Conferunt etiam ad hanc decisionem quæ luculenter scripsit *Carlin. tom. 3. controvers. forens. cap. 230.* An, scilicèt, abrogatis per Principem gabellis alicui Communitati concessis, an etiam censeatur abrogata locatio de eis facta, & an conductores possint prætendere non solum interesse damni emergentis, sed etiam lucri cessantis; Ubi postquam rationes pro utraque parte latè, & doctè quidem adduxit, quem videre non te pigeat, tandem in fine *dict. cap.* judicavit, confirmando sententiam Prætoris, conductores minimè consequi posse aliquod interesse lucri cessantis ex interruptione dictæ locationis, & satis esse si à damno propriè sumpto immunes præserventur, & ad pensionem solum pro rata temporis, quo illis uti fuit, & frui permissum, legitimè astringantur.

Nam cum in anno 1641. Communitas Novellariæ auctoritate Excellentissimi D. Comitis ejusdem imposuisset quasdam gabellas super variis rebus, & mercibus solvendas quotannis, & de tempore in tempus, & exactionem earum locaverit ad triennium, quo finito, iterum dictas gabellas locavit quibusdam pro annuo affictu ducatorum 575. com pacto solvendi ratam singulis tribus mensibus, incipiendo affictum sub die prima Julii 1644. Deindè ad preces dictæ Communitatis narrantis causam dictarum gabellarum non fuisse ad commodum dicti D. Comitis pro solvendo ære alieno, & petentis omnia restitui ad pristinum, prædictus D. Comes iterum gabellas sustulit, & communitatem liberavit, causa sublevandi pauperes, & subditos suos, cum clausula: Non obstantibus, &c. Undè prædicti Conductores non potuerunt ampliùs perseverare in dicta locatione, & cum solvissent pensionem pro tempore præterito, quo gavisi fuerunt beneficio gabellarum, exceptis lib. 300. Idcircò dicta communitas petiit coram Prætore illud residuum à conductoribus; E contrà dicti conductores exceperunt se non teneri ad quidquam propter damna ipsis resultantia, seù emergentia ex cassatione dictæ locationis, & petierunt dicta damna, dum dicta Communitas facto suo, dedit causam gabellarum cessationi, dum petiit omnia in pristinum restitui, & commissa causa à Domino Comite ejus Prætori, qui judicavit ad favorem Communitatis, condemnando conductores ad solvendum illi dictas libras 300. pro residuo, & interposita appellatione coram Auditore ejusdem Dom. Comitis, qui judicavit ad favorem conductorum, sentiens, teneri Communitatem ad omnia damna, & interesse illorum, etiam respectu lucri cessantis, ut *ibidem in principio antè num. 1. vers. lite igitur introducta.* Demum per ipsum Dominum Carlinum fuit confirmata sententia Prætoris, ut in fine testatur.

Michael Angelus Gizzius.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERUM, VERBORUM, AC SENTENTIARUM

Quæ in hisce DECISIONIBUS LIBRI SECUNDI continentur.

Regia Curia esset debitrix dicti Serenissimi Regis, pro dicto debito se obligavit qu. Dux Castri Sanguinis, vel & secundo pro dilatione concessa dicto Do- 53 ci ad solvendum in certis tandis, & terminis. Et quidem, quod interventu novæ personæ novatio non inducatur, expresse probatur ex *text. in d. l. fin.* ibi, *novationum nocentia corrigantes volumina, & veteris juris ambiguitates resecantes, sancimus, si quis vel aliam personam adhibuerit, vel mutaverit, &c. nihil penitus prioris cautela innovari.* Quamvis enim de antiquo jure, novæ personæ interventu, prioris obligationis extinctio, & novatio inducebatur, tamen hoc immutavit nova *Constitutio Iustiniani* Imperatoris, ut habetur in *paragrapho præterea, Institut. quibus modis tollitur obligatio*, ubi *in vers. sed quoniam* dicitur, *quod quamvis veteri lege novatio inducebatur, cum novandi animo in secundam obligationem item fuerat*, ubi *glos. in verba cum novandi* declarat, sive tacite, sive expresse, tamen quia maximum ex hoc oriebatur dubium, quando novandi animo in secundam transferebatur obligatio, ideo supervenit dicta nova *Constitutio*, quæ, ut *ibi dicit glos. Accurs. in verba Constitutio* fuit *tex. in d. l. fin.* quæ apertissime definivit, tunc propter fieri novationem, quando inter partes expresse hoc actum sit, & ex hoc, quod interventu novæ personæ novatio non inducatur, habetur ex *glos. in d. paragrapho præterea, in verbo nova persona, Bal. in d. l. fin. in princ. Mantic. de tac. & ambig. lib. 17. tit. 3. numer. 3. & tit. 6. num. 6. Ego consult. 120. numer. 77. vol. 2.* & decisum refert per *Rot. Rom. Crescens. decis.* 54 *4. de solut.* Et quamvis etiam hodie ex conjecturis saltim ope exceptionis induci novationem, teneant nonnulli *DD. ex text. in l. Valerianus, ff. de prætor. stipul.* ubi etiam *glos. & Bart.* & habetur per *glos. in l. 2.* ubi etiam *Bar. ff. de nov.* & ideo in omnibus casibus, in quibus tacita novatio ex jure antiquo oriebatur, hodie quoque fieri intelligitur ope exceptionis, sentiat *glos. in d. l. ult. C. de novat. & in l. 2.* ubi etiam *Bar. eod. tit.* & idem *Bar. in l. pecuniam, in fin. ff. si cert. petat.* Licèt alii, quod neque ope exceptionis ex conjecturis novationem posse fieri, dixerint, ut per *Alex. in l. qui usumfructum numer. 6. ff. de verb. oblig. Gaz. ad. cons. 58. numer. 1. in fin. Riminal. jun.* qui alios concordantes refert *cons. 201. & cons. 318. numer. 3. Mantic. de tacit. & ambig. à lib. 17. tit. 2. in fin.* Ea ratione, quia si ista opinio esset vera, quod ope exceptionis possit novatio ex conjecturis probari, esset in totum destruere *text. in d. l. fin. & paragrapho præterea*, ut dixit *Alex. cons. 10. numer. 13. vers. item non esset sublata, lib. 2. & cons. 58. numer. 3. lib. 6. & Raphael Cumanus in d. l. Valerianus, numer. 2. in fin. ff. de prætor. stipul.* dicit, falsum esse, quod hodie novatio fiat ope exceptionis, quia *Imperator Iustinianus* voluit per dictas leges tollere difficultatem præsumptionum, quæ non esset sublata, si tacite posset fieri ope exceptionis. Et proinde istam sententiam publice disputando defendunt *Iacob. de Belu. Alber. Rayn. Guglsel. de Cunea, Cyn. Iacob. Butrigar. Bal. Salyc. Fulg.* & alii longa serie congesti per *Mantic. d. lib. 17. de tacit. & ambig. tit. 3.* sub *numer. 1. vers. & hanc quidem sententiam*, quæ opinio videtur magis tuta, & magis vera, licet con- 55 traria opinio salvari posset, quando conjecturæ essent adeo vehementes, ut clare appareret, contrahentes voluisse novare priorem obligationem, & ita dictam opinionem declarat *Raphael. Guman. in d. l. 2. numer. 3. & in d. l. Valerianus, numer. 3. cum seq. ff. de prætor. stipul.* ubi etiam *Imol. & in l. qui usumfructum, num. 2. vers. non obstat glos. D. de verbor. obligat.* ibique *Alex. numero 7. Cyn. in d. l. fin. C. de novat. Decian.* 56 *consil. 11. numer. 67. lib. 1. Rimin. jun. d. consil. 201. nu. 16.* Expresse enim dici etiam potest illud, quod ex evidentibus conjecturis apparet, ut in propriis terminis novationis dicit *Christopher. Mart. examin. 41.* sub nu. 52. & exemplificant *DD*, quando unus contractus cum alio esset incompatibilis, ut habetur ex *Bal. in d. l. fin. numer. 3.* & per *Dec. in consil. 400. numer. 9.* & alios per *Mantic. in loco supra proxime citato numer. 14.* Item si præcedat liberatio, & statim sequatur alia obligatio, *Rip. respons. 18. numero 33. vol. 2.* Item & tertio, quando pro decem, quæ ex prima obligatione 57 quis debet, promittat quindecim, quia tunc à priori obligatione recessum videri, dixit *Bald. in lege pacta conventa num. 2. in 3. notab. ff. de contrah. empt.* ubi etiam *Salyc.* licèt in isto tertio casu contrarium sentiat *Rimin. jun. consil. 318. num. 5.* ex verbis expressis *text. in dict. l. fin.* & sic residendum est in illis duobus casibus, quando contractus sint incompatibiles, vel quòd primus contractus sit extinctus, de primo loquitur *Dec. consil. 464. numer. 2. Menoch. cons. 381. num. 32.* & sic erit videndum, si in ista obligatione adsit ista incompatibilitas, vel si adest extinctio primi contractus.

Dicebatur itaque per hæredes Illustr. Ducis Castri Sanguinis, hoc est secundum obligationem, nedum non esse incompatibilem cum prima verùm esse in exequutionem, & sequelam primæ; cùm enim vellet emere dictus Dux prædictam Civitatem Theatinam, antequam eam emeret se convenit cum Internuncio mediante Albarano circa modum solutionis, quare ea sibi remansa ad extinctum candelæ, & liberata, se obligavit solvere servata forma dicti Albarani, & quoties- 58 cumque secundus contractus fuit celebratus pro exequutione primi, unus tantùm intelligitur, quia secundus est veluti quoddam pactum, quod est pars prioris contractus, *Baldus consil. 440. numero 6. lib. 1.* & unicus potest dici contractus propter rei unitatem, *l. scire debemus, ff. de verb. obligat.* & quando actus, qui posteà sequitur, potest intelligi, ut pertineat ad præ- 59 cedentem contractum, quamvis sit novus, præsumitur magis factus in exequutionem primi contractus, *Aret. in l. si procuratorem, in princip. in 2 & 4. notab. ff. mandat. Baer. decis. 348. numero 5. in fine*, & quan- 60 do novus contractus proficiscitur ab alio, ultimus contractus non inspicitur, sed primus, *Anchar. consil. 18. numero 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. titulo 3. numero 6. 7. & 8.* qui *numero 9.* dicit, quòd quamvis ex lege veteri videretur, esse inductam novationem, tamen hodie non intelligitur, sed nova accedit obliga- 61 tio, & ex utroque contractu oritur actio, & quotiescunque aliquo modo dignosci potest, quòd secunda obligatio veniat ad exequutionem primæ, vel ejus implementum, tunc non potest dici novatio, quia exequutio præcedentis actus non dicitur novus actus, ut post *Bart. in dict. l. singularia* probat *Menoch. dict. præsumpt. 134. numero 26. Surdus consil. 385. num. 15. Christopharus Mart. dict. examinat. 41. numero 64.* & *Ego dtai consultat. 20. libro 2. numero 30.* ubi latè scripsi de hac materia, & quòd potiùs ad majorem cautelam, quàm ad novationem inducendam factum fuisse præsumendum erit, *l. si stichum 8. paragrapho idem Celsus, ff. de donat.* & alii per *Herculem Marescott. variar. resolut. libro 2. capit. 56. numero 5.* qui ita decisum refert, ubi legatum dotis fuerat in stipulationem deductum, & *Gratianus discept. forens. capit. 599. numero 9. & 10.* ubi quòd potiùs dici potest cumulativa, quàm prioris actionis extinctiva, *l. pupillus, paragrapho fin. ff. de novat. l. qui usumfructum, & l. quibus idem, ff. de* 62 *verbor. obligat.* quod procedit, etiam si actus secundus plus contineat, *lege 4. paragrapho ex conventione, ff. de re judic. dict. leg. si stichum, paragrapho idem Celsus, ff. de novat. Surdus consil. 345. numero 1. libro 3. Raphael Cuman. in leg. in aliam, numero 6. versic. præterea in dubio, ff. eadem tit.* & etiam quòd inter unum, & alium contractum adsit diversitas in modo solvendi, *Baldus in lege pacta novissima. versic. si. ff. de verborum obligat. Tiraquell. de retract. ad finem tituli num. 168.* 63 & quòd requiratur universalis rei mutatio, adhuc ut

oovatio

novatio inducatur, secus particularis, *Menoch. cons.* 702. *numer.* 14.

Ex quibus dicebatur nullo modo posse dici, hunc postremum contractum esse adversativum, sive incompatibilem, tam Albarano, quàm emptioni factæ dictæ Civitatis, cùm oblatio pro emptione facta sit in exequutionem Albarani, & absque illo certum est, quod illustris quondam Dux non emisset. promissio etiam post factam emptionem, in exequutionem dicti Albarani facta fuerat, & sic omnes tres actus sunt inter se, correspectivi, & unus in exequutionem alterius. Et 64 ideò quod dicebatur de incompatibilitate, apparebat quod nullam poterat habere juris substantiam, sed sunt correspectivi, & in exequutionem primi. *Surdus decis.* 70. *numero* 6. *&* 7. *&* *decis.* 288. *numero* 30. & alii per *Me* allegati in *consultat.* 34. *numero* 37. cum *seqq. lib.* 1.

Tantò magis, quia quamvis à tempore oblationis factæ ad diem instrumenti aliqui præcessere dies, tamen à die, quo apparet solutio facta per Bancum Sancti Jacubi ad diem instrumenti prædicti solum tres 65 dies interfuerunt, & quæ incontinenti fiunt, dicuntur inesse, *lege lecta, ff. si cert. petat.* & correspectivitas 66 probatur, etiam quod instrumenta non fiant uno eodemque die, *Reg. Valenz. consil.* 62. *numero* 45. quod maximè procedit quando una promissio respicit aliam, 67 tunc enim, etiam quod fiat diversis temporibus, semper dicitur correspectiva, & sufficit, quod ad eundem finem sit facta. *Gratianus discept. forens. libro* 1. *capit.* 273. *numero* 16. *Mar. Cutel. de donat. inter patrem & filium, contemplat. matrim. tract.* 1. *discurs.* 1. *num.* 74. & facta in exequutionem præcedentis promissionis, *lege certa §. verum, Digest. de manumission. Surdus consil.* 202. *& decisio.* 71.

Nec temporis dilatio data ad solvendum novationem inducere potest, quia ultra superius adducta, quod 68 dicta dilatio fuit data in exequutionem præcedentis tractatus, in albarano contenti, non inducere novationem, probat expressè *textus in dicta l. fin. & Iaf. in lege* 1. *Codic. de judic. numero* 8. *Deci. consil.* 400. *Masoardus de probation. conclus.* 1112. *numero* 9. *Gabriel. commun. conclus. titul. de fidejuss. conclus.* 3. *Camill. Borrell. consil.* 1. *numero* 3. *Niger Cyriac controvers. forens. capit.* 179. *numero* 2. *libro* 1. *Rot. Rom. in antiqu. decisio.* 860. *Thesaurus dict. decis.* 125. ubi 69 etiam *Thesaur. filius*, & cum omnia, quæ gesta fuerunt, pensitata, & conventa fuerint, sequitur, quod instrumentum ultimum fuit in exequutionem primæ pro- 70 missionis, *Thesaurus quæst. forens. libro* 1. & actus sequens præsumitur factus ex causa necessaria antecedentis promissionis, *Cravett. consil.* 108. *numero* 8. *Surd. decis.* 288. *numer.* 30. post *Innocent. in. cap. innotuit, ext. de arbitr.*

Quo verò ad aliud objectum, quod prima actio, quam habebat Sereniss. Poloniæ Rex adversus Regiam Curiam, per partitam Banci appareret, jam esse extinctam, nam solutione, quod sibi debebatur omnis tolli- 71 tur obligatio, *lege in numerationibus* 44. *& lege Stichum* 95. *ff. de solut. §.* 1. *Instit. quibus modis tollit. obligat.* & proinde ipsi non competere actionem, nisi contra hæredes dicti Ducis, & contra Principem in solidum obligatum, respondebatur. Et primo considerabatur, quod instrumentum, de quo hodie agitur fuit celebratum antequam dicta solutio per Bancum fuisset facta, & ex illa apparet, ipsum quondam Ducem solvisse Regiæ Curiæ pretium dictæ Civitatis, quod pretium brevi manu apparet solutum dictum Sereniss. Regi, & Principissæ, per quos postea partita fuit girata 72 ipsi Duci, & hæc vera dicitur partita *passatora*, quæ nihil operatur, ex *textu in leg. qui sic solvit* 55. *D. de solutione*, probant *ibi gloss. Paulus de Castrens.* & cæteri, & si aliquid operaretur, esset in beneficium hæredum dicti Ducis, quia cum fuerit facta post instrumentum, creditum esset extinctum, verum quia veritas est, quod solutio non fuit effectiva, sed habuit respe- 73 ctum ad promissionem solutionis per dictum Ducem faciendæ; dicendum est, plus valere quod agitur, quam quod simulatè concipitur, & propterea quia cessavit causa venditionis, per quam se obligavit ad solutionem pretii, & ipsa promissio de solvendo etiam evanuit, ut post *Alexand. Decian. Menoc. Ziminal. Costum*, & alios habetur per *Genub. decis.* 85. *num.* 20.

Nec de quietatione facta in beneficium Regiæ Curiæ aliqua est habenda ratio cum illa fuerit facta, habito respectu ad ducatus decem mille receptos à dicto quondam Illustriss. Duce, & obligationem factam restantis quantitatis, prout apertè dicitur in dicta quieta- 74 tione, quo casu neque delegationem, neque novationem induci, habetur per *Surdum decis.* 13. *numero* 8. *Gozad. consil.* 58. *numero tertio & duodecimo*, latè fundat *Niger Cyriacus controversiarum forens.* 114 *numer.* 29. & erit ratio, quia cùm prædicta liberatio, & quietatio facta in beneficium Regiæ Curiæ fuerit promissioni de solvendo innixa, & illa facta per Ducem ex causa emp- 75 tionis dictæ Civitatis fuit postmodum resoluta, etiam solutionis promissio, cessante causa dictæ promissionis evanescit, *Alexand. cons.* 139. *numer. vigesimo versiculo quarto & ultimo. lib. secundo*, & alii longa serie congesti per *Tiraquell. in tractatione cessante causa parte prima, numer.* 179. *vers. liberationis causa cessante*, 76 & quidem regulare est, quod cessante causa, effectus etiam cessare debet, *lege adoptionis* 13. ubi *Bart. D. de adoption. lege licet* 42. *§. ea obligatione, D. de procurat. lege actione* 65. *§. item si alicujus, D. pro soc.* & alii per *Tiraquell.* qui integrum super dicta regula edidit tractatum alios etiam allegat *barbos.* Episcopus Ugentinus *axiomat. jur.* 40. *numero quarto. Pater Marcellus Megala in promptuaria Theolog. moral. in verbo crimen numero decimo, versiculo secundo, parte prima, Pater Diana in tractatione decima de legibus resolutione* 28. *tom. primo.* & dubitari non potest, causam finalem dictæ obligationis fuisse emptionem dictæ Civitatis, ut tam in Albarano, quam in ultimo instrumento plures asseritur, & nemo sani capitis aliam fuisse causam finalem dictæ obligationis asserere, neque 77 somniare potest, & causa finali cessante, cessare debet & ipsa obligatio *Tiraquell.* post alios in *dicta tractat. limit. prima, num. vigesimo sexto. Decianus respons. quadragesimo primo numero vigesimo Niger Cyriacus controvers.* 487. *numer.* 74. & probatur ex *lege qui tutelam* 28. *D. de testament. tutel, & lege etiam si parvis* 124. *D. de lege prima, lege si legatarius* 25. *versic. quemadmodum. Codic. de legibus Roman. consil.* 417. *num. primo. Rodroch. consilio unic. numero secundo de resolutione contract.* illa enim promissio de solvendo in- 78 telligitur facta, rebus in eodem statu permanentibus, *Ioan. Campeg. de dot. part. secunda, quæstione* 9. *Ioa. del Castill. decisione* 92. *lege quaro* 57 *§. inter locatorem, Digest. locat. lege si convenerit* 14. *D. pro soc. lege cum quis vigesimo octavo in principio, & lege si cum Cornelius* 82. *Digest. de solut.* cum aliis adductis per *Natt. consil.* 548. *numero vigesimo primo, libr. tertio*, & *Ego* dixi in *consultatione* 58. *numero septimo, libro* 79 *primo*, quod procedit, etiam si promissio sit juramento vallata, quoniam nova, & incogitata causa superveniente, à qualibet promissione recedere permissum est, *cap. quemadmodum* 25. *extra de jurejur.* & *ibi DD.* colligit *Episcopus Augustinus Barbos. in collect. ad dictum capit. Sanchez. de matrimon. libro primo, disputat.* 61. *numero secundo. Reginal. in praxi fori pœnitent. libro decimo octavo de ration. judic. peccat. capit. numero* 34. *Petrus de Anchar. consil.* 84. *num.* 2. *versic. quibus non obstantibus*, alios colligit *Ioan. Bapt. Larrea alleg. fiscal.* 3. *num.* 10. *part.* 1.

80 Hinc quamvis contractus tempore ipsius celebrationis videatur justus, si posteà tractu temporis ex aliquo

eventu injustus efficiatur, ad metam justitiæ esset à juridicentibus reducendus, prout exemplum ponat *Ias. in leg. quominus 2. numero 136. D. de flumin.* in Pistore, qui pro tota familia gratis, vel pro parva quantitate coquere promisit, familia valdè excrescente, non obstante pactione dicta promissio debet ad æquitatem 81 reduci, ut non nisi pro familia tempore promissionis existente coquere teneatur, & ratio est, quia sermo indefinitè prolatus, nunquam ad futura protrahitur, quoties ex eo magnum resultaret præjudicium, sequitur *Thesaurus dec. 226. numero secunda. Larrea allegat. 32. numero quinto. Cujacius libro nono, observ. capit. octavo. Alba consil. 34. numero 16.* & *Ego* dixi *decisione* 82 188. *numero* 95. & quòd rebus notabiliter mutatis non obliget promissio, *Sanchez. de matrimon. libro primo, d. disputatione 63. numero secundo. Molinus disputat. 149. Covar. in capit. quamvis, parte prima, §. tertio de pactis, Reverend. Dom. Thomas del Bene in tractat. de parlament. titul. de immunitat. Ecclesiastic. dubio quarto, sectione vigesima septima.* Et ideo debet Judex contractum, qui tractu temporis ad iniquitatem protraheretur, ad æquitatem, & justitiam sua authoritate reducere, *lege cum quidam 17. D. de usur. & lege de* 83 *usuris 17. Codice eodem titul.* ut perbellè fundat dignissimus Domin. Præses Sacr. Cons. *D. Franciscus Merlinus* Marchio Ramontis *controversiarum forens. capit. 69. numero decimo quinto, centur. 2.* Et satis iniquum esse videbatur, quòd hæredes Illustriss. Ducis Castri Sanguinis tenerentur ad solvendum pretium Civitatis Theatinæ tempore, quo illam facto Principis non possident, neque in hoc læditur Fiscus, quia ipse semper remanebit debitor, sive dicti Serenissimi Regis, & Principissæ sive hæredum Illustrissimi Ducis Castri Sanguinis, neque etiam creditum, quod habebat dictus Serenissimus Rex læditur, quia remanet creditor ejusdem Regii Fisci, eo modo, & forma, prout erat antequam Civitas Theatina venderetur.

Ex ea hoc dicebatur apparere responsum ad aliud motivum evictionis, cùm venditio sit jam resoluta, & 84 causa redacta ad non causam, & resoluto jure datoris, resolvitur & jus acceptoris, vulg. *lege lex vectigali 31. Digest. de pignor. lege si ex duobus, §. fin. Digest. de in diem adject. capit. super. 6. de donatione inter virum & uxorem*, & post *Bart. Salyc. Abb.* & alios *Bertaz. clausul. 15. glossa secunda, numero 17. & Barbos. axiomat. 135. numero sexto*, nam, ut supra diximus ex textu *in leg. qui tutelam 28. Digest. de testament. tutel.* pro-85 missionis causa cessante, cessat & ipsa obligatio, & evictionis actio tunc oritur, quando ab alio, quàm ab ipso contrahente, & vendente res evincitur, quia tunc competit emptori adversus venditorem exceptio *textus in leg. vendicantem, Codic. de evict.* secus tamen, quando idem venditor est; qui ab emptione discedit, vel ex clausulis resolutionis, adjectionis in diem, vel legis commissoriæ titulus venditionis ipso jure resolvitur. & dominium ad venditorem devolvitur, *lege si quis hac lege 41. Digest. de rei vendication. Paulus de Castrens. in leg. cum venditor, Digest. de pignorat. action. num. quinto, & in lege prima & secunda, Codic. de pact. inter emptorem & venditorem. Albericus in leg. commissoria, & Cyn. in lege qui ea lege, Codic. eodem titul. de pact. inter emptorem, & venditorem.* Et sic venditiones, quæ fiunt à Regia Curia Civitatum, & Terrarum domanialium, videntur habere infitam conditionem, nisi infra tempus statutum ipsa Civitas vendita ad domanium proclamaverit. Verum tamen est, quòd admissa Universitate ad domanium, jurisdictio tantùm ad Regem devolvitur, corpora autem feudalia ad Universitatem se redimentem remanent, sed hoc eo caso est, in quo Universitas cùm esset in dominio Baronis, illam venderet, quando autem Princeps est, qui vendit Civitatem domanialem, & deindè cum illa transegit, quid dubii esse potest, quòd non tenetur emptor pretium solvere?

Ad quod fundandum fuit etiam consideratum, quòd illud pactum, ut dicti actores non teneantur de evictione, intelligi oportet, quando verè evictio sequuta 86 fuerit ab alio tertio, qui jure dominii, vel hypothecæ rem venditam evinceret, & quæ in dicto casu requiruntur, notat *R. buff. in tractat. de dilat. articulo quinto, numero decimo quinto, tomo tertio.* Verùm in casu, de quo agebatur non possunt applicari termini evictionis, quia fuit idem venditor, qui noluit, ut ipsa venditio suum sortiretur effectum, dum transactione inita cum Universitate, pretio accepto permisit, venditio-87 ne non obstante, prædictam Civitatem in domanio conservari, & in isto casu cessabat evictio, quia venditio intelligitur revocata per ipsum Principem vendentem quod potest facere, nedum Rex, quando ipse vendidit, sed quando Baro, & utilis Dominus vendidit, *gloss. in capit. primo, §. porro, qualiter olim feud. alienar. poter. De Pont. de potest. Proreg. titul. de divers.* 88 *provis. §. primo, numero quinto, folio* 477. & ipsæmet Universitates, quæ ad domanium proclamant, non jure proprio, sed ex juribus Regi competentibus agunt, ut post *Camill. de Curt.* in suo *divers. feud.* dixi idem *De Pont. numero decimo quarto & sequent.* ubi refert dictum *Sag. Fornarii*, quod si Dominus directus non vult domanium, Universitas repellitur, & ideo emptor contentus remansit, non teneri de evictione Sereniss. Regem, quia securus erat, eam pati non posse, cùm emeret sollemniter à Fisco, quo casu licèt non pertinuisset ad stationem venditoris, non potest evinci, *lege prima Codic. ne Fisc. rem, quam vendid. evinc. libro decimo*, & proinde dixit, *Bartol. in lege quinta* 89 *Digest. de jur. fisc.* quod ab eo, qui à Fisco emit evinci non potest. & casu, quo Fiscus idem ageret, obstabat ei supradicta regula, quod, quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. In casu vero, quo venditio non haberet effectum, expressè sibi cavit emptor, ut duc. decem mille anticipatè soluti, sibi 90 restituerentur, & sic dum Princeps noluit, venditionem habere suum effectum, causa fuit redacta ad non causam, & eo cessante non tenetur ad solutionem pretii, ex regula cessante causa, ut plenè per *Tiraquell. in dict. tractat. parte prima, numer. 147. Marchio Ramontis controvers. 91. centur. prima, numero nono*, & decisum refert *Farinacius* per *Rot. Roman. decis. 50. & 55. parte prima*, quod is, qui se obligavit ad appaldum solvendum quolibet anno, intelligi debet obligatus, quatenus appaldum observetur intra tempus permissum, & duret, & aliàs in simili causa, dum Marchio Sancti Secundi se obligasset, uti emptor cujusdam datii spectantis ad Eminentissimum Cardinalem Sfortiam solvere Montistis ejus creditoribus duc. 55000. resoluta venditione ex eo, quia fuit adinventum datium venditum fideicommisso subjectum *Rot. Roman.* censuit, non esse concedendum contra Marchionem mandatum executivum, de qua decisione per eundem *Farinacium decis. 418. pra prima*, & per *Zacchiam decision. Rot. Roman.* post *tractatum de obligatione Camer.* 113. & de ea etiam mentionem fecit *Gratianus discept. forens. capit. 759. numero undecimo*, aliam etiam afferendo similem decisionem.

Nec de negligentia in non petendo restitutionem possessionis dictæ Civitatis prout alii Barones fecerunt, & obtinuerunt, potest imputari, quia illæ Universitates non fuerunt post Regni quietem admissæ ad domanium mediante transactione, & in partem soluto pretio, prout Civitas Theatina, & ideò quamvis pluries preces porrexisset ipse Balius Excellentissimo Proregi, non potuit obtinere.

Hæc causa cùm proficisci debuissem pro Dom. Regis servitio ad Apuliam, ambæ partes rogaverunt Excellentissimum Proregem, qui etiam Commissarius, ut antequam discessissem, mandaret illius expeditionem, ideò per diem ante meum discessum fuit plenissimè tractata,

tractata, & discussa, auditis Advocatis ambarum partium, & jam erat in limine votandi, nisi Regii Patrimonii Advocatus petiisset pro interesse Regii Fisci iterum videre Acta, & sic fuit supersessum, & postea fuit determinata, me absente sub die 20 mensis Aprilis 1650. mediante decreto Regii Collateral. Consil. cum interventu D. Didaci de Vzeda Locumtenentis Regiæ Cameræ Summariæ, ac Regiorum Consiliariorum Joann. Francisci Marciani, & D. Thomæ Martinez adjunctorum, audito Fisco, & quia pro parte hæredum quondam Illustrissimi Ducis Castri Sanguinis fuit instatum pro determinatione etiam petitorii, ad hoc, ut unico decreto lis in totum inter eos tolleretur, & huic instantiæ acquieverant etiam actores, ideò fuit provisum, quòd Illustrissimus Princeps Sancti Boni, & hæredes quondam Dom. Ferdinandi Caraccioli non molestentur ad instantiam Serenissimi Regis Poloniæ, & litis consortium pro causa in actis deducta, & è contra dictus Serenissimus Rex, & litis consortes non molestentur pro ducatis decem mille eisdem solutis per dictum quondam Dom. Ferdinandum, salvis juribus partium, contra quos decet, pro quibus, & reliquis omnibus compareant in Regia Camera, in qua proponant eorum jura, audito Fisco. acta sunt penes Stephanum de Giorno Regium à mandatis Scribam.

OBSERVATIO IN DECISIONE CC.

SUMMARIUM.

1 *Antè Judicium institutum, de quo in hac decisione fuit aliud primò intentatum à D. Rege Poloniæ contrà Ducem Castri Sanguinis circa emptionem Civitatis Theatinæ.*
Civitas Theatina fuit empta à D. Ferdinando Caracciolo Duce Castri Sanguinis sub hasta, deinde fuit empta per D. Regem Poloniæ à D. Rege nostro Catholico, ibid.
2 D. Franciscus Maria Pratus *Regius Consiliarius laudatur.*
3 *Novatio quando inducatur ex conjecturis, vel aliis causis, & modis, vel per delegationem, aut novam obligationem, & nu. 6.*
Fidejussor an liberetur per prorogationem factam debitori à creditore, vel per secundam obligationem, ibid.
4 *Novatio an inducatur in pœnalibus, & pœnis impositis.*
5 *Novatio an inducatur in literis cambii, ita ut si is, cui directa fuerunt sit effectus non solvendo, liberetur debitor scribens literas.*
6 *Novatio an inducatur per delegationem factam à debitore creditori.*
Debitor an liberetur, si deleget suo creditori, alium suum debitorem, & quando, ibid.
7 *Debitor allegans se solvisse suo creditori, an teneatur declarare locum, tempus, modum, & coram quibus satisfecit.*
8 D. Regens Antonius Mitoballus *laudatur.*
9 *Conducens à Rege Baliviam, & solvere aliquibus delegatis promittens, si Rex abstulit illi dictum officium, an teneatur illis solvere.*
10 *Gabellis abrogatis à Principe, an censeatur etiam abrogata locatio.*
Conductor Gabellarum, illis abrogatis, an teneatur solvere pro rata temporis, ibid.
D. Joannes Baptista Ciarlinus *laudatur, ibid.*
11 *Conductor Gabellarum, illis sublatis, an petere possit interesse damni emergentis, & lucri cessantis, & n. 10.*

ANtè intentatum Judicium, de quo in hac decisione, quæ fuit facta sub die 26. mensis Aprilis 1650. ut habetur in fine, fuit institutum aliud primò 1 Judicium ab eodem Serenissimo Rege Poloniæ contrà eundem D. Ferdinandum Caracciolum Ducem Castri Sanguinis; nam cum dictus Dux emisset sub hasta dictam Civitatem Theatinam sub die 7. mensis Julii 1645 in Collaterali Consilio coram Excellentissimo Domino Prorege, & cui fuerat consignata possessio, in qua reperiebantur dictæ Civitatis, & posteà idem Serenissimus Rex obtinuisset à Serenissimo, & Potentissimo Rege nostro Catholico eandem Civitatem sub certo, sed minori pretio fuit inter eos lis, & disceptatio, an deberet substineri prima venditio facta sub hasta dicto Duci Castri Sanguinis sub dicta die 7. Julii 1645. an verò secunda venditio facta à Domino Rege nostro præfato D. Regi Poloniæ in mense Augusti ejusdem anni 1645 & in hac prima instantia, & causa co-2 piosè, & eruditè more suo scripsit *D. nunc Consiliarius Franciscus Maria Pratus* ad favorem dicti Ducis D. Ferdinandi Caraccioli sub die 21. Martii 1646. prout habetur *tom. 2. suarum discept. forens. capit. 25. per totum*. quæ causa erat decidenda in Supremo rerum Italicarum Consilio apud Regem nostrum Catholicum, ut *Ipse in fine* indicat; posteà mortuo dicto D. Ferdinando Duce, fuit motum alterum judicium inter dictum D. Regem Poloniæ, & filios, & hæredes ipsius Ducis, de quo in hac decisione *D. Regens* agit, ex quibus videtur, secundam venditionem dictæ Civitatis factam dicto Regi Poloniæ minimè effectum sortitum fuisse, sed Ducem in possessione permansisse usque dum Civitas in Regio domanio restituta fuit post sedatos populares tumultus in anno 1648. & ideò dictus D. Rex Poloniæ, ejusque soror D. Principissa, hoc aliud instituerunt judicium contrà filios D. Ferdinandi, & D. Principem Sancti Boni insolidum obligatum.

3 De novatione, quæ nomen accepit à novo, & à nova obligatione, idest novando, *l. 1. ff. de novat.* & quæ hodiè nunquam inducitur, nisi expressis verbis, per *text. in l. fin. C. de novat.* fit mentio hic *nu. 12.* Ideò an inducatur etiam ex conjecturis, vel ex aliis causis, & modis, aut per delegationem, vel novam obligationem, & si fidejussor liberetur per prorogationem, vel secundam obligationem videndi sunt præter cæteros Doctores, *Franc. Marc. decis. 412. & 538. Gaill. pract. observat. tom. 2. observat. 30. Thesaur. decis. 183. num. 7. 8. & 9.* & ibi *Gasp. Antonius in addit. lit. A. Burgn. Cavalc. decis. 8. num. 6. par. 1. & decis. 18. par. 4. Surd. decis. 23. Afflict. decis. 44. num. 15 Vrsill. add. Afflict. decis. 353. Vin. comm. opin. tom. 2. opin. 60. verbo novatio, D. Reg. de Marinis resolut. quotid. lib. 1. cap. 135. & lib. 2. capit. 65. num. 10 & 11. Dom. Consiliar. Roccus tom. 2. respons. 95. & 96. D. de Franch. decis. 15.* ubi *Addentes D. Ferdinand. Arias de Mesa var. resolut. lib. 1. capit. 18. & cap. 40. à nu. 22. cum seqq. & lib. 2. cap. 13. numer. 2. cum seqq. Maceraten. lib. 2. resol. 57. nu. 59. 60. & 61. & in resolut. 45. lib. 3.* agit, an in pœnalibus, & pœnis impositis inducatur novatio; Et an in literis cambii datæ à debitore ejus creditori, inducatur novatio, ità ut si is, cui directæ fuerunt, sit effectus non solvendo, liberetur debitor scribens literas, nè conveniri queat à suo creditore, & *D. Reg. de Marinis lib. 1. resolut. quotid. resolut. 8.* tenet non liberari debitorem, sed remanere obligatum ad solvendum suo creditori, & ità decisum affert per *Rot. Roman.* cujus decisionis tenorem adducit in fine, in una literarum cambii coram *Reverendissimo P. Mormanno*, prout eandem adduximus suprà in *Observ. in decis. 196. num. 9. fol. 324.* & an inducatur novatio in delegatione debitoris, latè *Surd. decis. 23.* & ibi *D. Hodiern. in addit.*

6 Hinc an debitor annuorum introituum, qui vendens rem aliquam Titio, de cujus pretio delegat solvi ejus creditori capitale cum tertiis, qui per plures annos exegit à Titio tertias, sed Titius non se obligavit de facie ad faciem dicto creditori de ipsi solvendo capitale prædictum, & tertias, an talis creditor possit nihilominus convenire suum debitorem, non obstante dicta delegatione, & credo, quod sic; Nam cum D. Marchio

Cervinariæ

Cervinatiæ vendidisset Terram Vulturariæ Duci Fragenti, delegavit pretium solvi aliquibus suis creditoribus, nempè Principi Sancti Severini, Duci Laurini, ac D. Petro de Ferrante, qui per plures annos exegerunt tertias à dicto Duce Fragenti emptore dictæ Terræ, & debitore in pretio dicti Marchionis; postmodum iidem creditores judicium assistentiæ instituerunt contrà dictum Marchionem pro capitale, & tertiis, & cum fuerit ordinatum die 2. Aprilis 1650. per Dominum Consiliarium Navarrettæ nunc Decanum S. C. Marchionem Laterriæ, quod sequestrarentur fructus Terræ Cervinatiæ, fuit à decreto prædicto appellatum ad S. C. & opposita per Marchionem delegatio, & novatio, & facto verbo in S. C. fuit confirmatum decretum prædictum die 18. Maii 1650. in banca Scaccisventi, & iterum ad instantiam dicti D. Petri de Ferrante fuit per idem S. C. sub die 23. Septembris 1651. provisum quod affictetur Terra Cervinatiæ nomine S. Cons. & pariter ad instantiam Ducis Laurini sub die 5. Julii 1653. fuit provisum, ut Marchio Cervinatiæ solvat, aliàs procedatur super rescissione In eadem banca Scacciaventi.

7 Ad *num.* 16. & 17. potest adaptari quæstio; An scilicèt debitor allegans satisfactionem, teneatur declarare locum, tempus modum, & coram quibus solvit, & satisfecit suo creditori, & invenio per Sacrum Consilium Neap. diversimodè fuisse provisum. Nam in causa Anelli Maldacea cum Josepho de Rinaldo, qui allegavit satisfactionem crediti petiti per dictum Anellum, & dato termino super allegata satisfactione, fuit per D. Consiliarium Gamboa domi ordinatum sub die 14. Februarii 165 . quod dictus Joseph declaret locum, & tempus allegatæ satisfactionis, à quo decreto reclamavit Joseph, & facto verbo in Sacro Consilio, fuit per idem Sacrum Consilium sub die 15. Martii 1653. confirmatum dictum decretum, & postcà per aliud decretum sub die 1. Aprilis dicti anni 1653. fuit ordinatum, quod dictus Joseph declaret mensem, in quo satisfecit, seu quod declaret verùm annum, Ut in actis Joan. Baptistæ de Rinaldo, cum Anello, & Dominico Maldacea, in banca Sciavi pro Amico, in quo judicio pro parte dicti Josephi erat præsentatum exemplum, ut non teneatur declarare; Nam cum Marius Steccutus petiisset certam pecuniarum quantitatem ab Octavio Affatati hærede quondam Philippi Affatati, qui Octavius satisfactionem allegaverat, & per Sacrum Consilium fuit datus terminus super dicta satisfactione, & dictus Marius institit pro declaratione modi, temporis, loci, & coram quibus, & D. tunc Consiliarius

8 Mirobailus, posteà regens Regiam Cancellariam decrevit die 9. Septembris 1650. quod visa petitione dicti Marii, prædictus Octavius declaret modum, tempus, & coram quibus fuit facta satisfactio, juxtà secundum capitulum dictæ comparitionis Marii; Nihilominus facta relatione in Sacro Consilio per eundem D. Antonium Mirobalium sub die 16. Novembris 1650. fuit provisum per idem Sacr. Consil. quod terminus datus per Sacrum Consilium currat ab hodiè, oppositis non obstantibus per dictum Marium in secundo capite dictæ comparitionis. In Banca Vincentii Buritti. Et sic primò per sacrum Consilium in dicta causa Octavii Affatati decisum fuit, non teneri dictam declarationem facere, sed in termino debere probari satisfactionem fuisse factam, & modum, tempus, locum, & coram quibus, & deindè in alia causa, ut suprà Josephi de Rinaldo cum Anello Maldacea, fuit decitum teneri facere dictam declarationem, ut est videre in Actibus, & processibus supradictis.

9 Item observo quod huic decisioni ultimæ *D. Regentis* conferunt, quæ docuit *Alber. in l. si. numero 2. ff de const. pecun.* ubi, quod si conduxi à D. Rege Bailiviam ad quinquennium, & prætextu dicti affictus me constitui debitorem, ac solvere promisi quibusdam, quòd si Rex ea aliqua causa abstulit mihi Bailiviam, tunc non teneor illis, quibus olvere promisi.

10 Conferunt etiam ad hanc decisionem quæ luculenter scripsit *Ciarlin. com. 3. controvers. forens. cap.* 230. An, scilicèt, abrogatis per Principem gabellis alicui Communitati concessis, an etiam censeatur abrogata locatio de eis facta, & an conductores possint prætendere non solum interesse damni emergentis, sed etiam lucri cessantis; Ubi postquam rationes pro utraque parte latè, & doctè quidem adduxit, quem videre non te pigeat, tandem in fine *dict. cap.* judicavit, confirmando sententiam Prætoris, conductores minimè consequi posse aliquod interesse lucri cessantis ex interruptione dictæ locationis, & satis esse si à damno propriè sumpto immunes præserventur, & ad pensionem solum pro rata temporis, quo illis uti fuit, & frui permissum, legitimè astringantur.

Nam cum in anno 1641. Communitas Novellatiæ auctoritate Excellentissimi D. Comitis ejusdem imposuisset quasdam gabellas super variis rebus, & mercibus solvendas quotannis, & de tempore in tempus, & exactionem earum locaverit ad triennium, quo finito, iterum dictas gabellas locavit quibusdam pro annuo affictu ducatorum 575. cum pacto solvendi ratam singulis tribus mensibus, incipiendo affictum sub die prima Julii 1644. Deindè ad preces dictæ Communitatis narrantis causam dictarum gabellarum non fuisse ad commodum dicti D. Comitis pro solvendo ære alieno, & petentis omnia restitui ad pristinum, prædictus D. Comes iterum gabellas sustulit, & communitatem liberavit, causa sublevandi pauperes, & subditos suos, cum clausula: Non obstantibus, &c. Undè prædicti Conductores non potuerunt ampliùs perseverare in dicta locatione, & cum solvissent pensionem pro tempore præterito, quo gavisi fuerunt beneficio gabellarum, excepta lib. 300. idcircò dicta communitas petiit coram Prætore illud residuum à conductoribus; E contrà dicti conductores exceperunt se non teneri ad quidquam propter damna ipsis resultantia, scilicet emergentia ex cassatione dictæ locationis, & petieruot dicta damna, dum dicta Communitas facto suo, dedit causam gabellarum cessationi, dum petiit omnia in pristinum restitui, & commissa causa à Domino Comite ejus Prætori, qui judicavit ad favorem Communitatis, condemnando conductores ad solvendum illi dictas libras 300. pro residuo, & interposita appellatione coram Auditore ejusdem Dom. Comitis, qui judicavit ad favorem conductorum, sentiens, teneri Communitatem ad omnia damna, & interesse illorum, etiam respectu lucri cessantis, ut *ibidem in principio antè num. 1. vers. lite igitur introducta*. Demum per ipsum Dominum Ciarlinum fuit confirmata sententia Prætoris, ut in fine restatur.

Michael Angelus Gizzius.

FINIS.

INDEX

INDEX RERUM, VERBORUM, AC SENTENTIARUM

Quæ in hisce DECISIONIBUS LIBRI SECUNDI continentur.

ctatur

Causidicus

(Con-

Contractus

ter

Debitore

oritur

Fœmina

L

tis

(Loquutio.)

existimus

N

(Notarius.)

P.

Præpa-

Prin-

Principe

Quod

alagiis

Solutio

Testis

non

F I N I S.

INDEX

INDEX RERUM, VERBORUM, AC SENTENTIARUM

Quæ in Observationibus ad Decisiones LIBRI SECUNDI continentur.

A

Clau-

tales

Clau-

sine

Difficultas

Episcopus

F

Fabri-

Filia

Fiscus

Honor,

Miles

neptum

Matrimo-

N

directæ

O

Ordina-

Quid

S.

Senectus

T.

V

F I N I S.